Reginaldi

IHS

1603

Digitized by Google

NAZIONALE
BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE
8
18 — G
17/1
ROMA

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

53. 2. 8.
53
F
86

Digitized by Google

~~Be~~

Reginaldi Calvinoturcismus

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

CALVINO-TVRCISMVS,

ID EST,

CALVINISTICÆ PERFIDIÆ, CVM MAHVMETANA COLLATIO, ET DILVCIDA VTRIVSQVE SECTAE CONFUTATIO:

Quatuor libris explicata.

Ad ſtabiliendam, S. Romanæ Eccleſiæ, contrà omnes omnium hæreſes, fidem orthodoxam, accommodatiſſima.

Authore GVLIELMO REGINALDO *Anglo, ſacræ Theologiæ quondam in collegio Pontificio Anglorum apud Rhemenſes profeſſore.*

COLONIAE AGRIPPINAE,
Apud Antonium Hierat, ſub Monocerote. Anno M. DC. III.
Cum priuilegijs Cæſareo & Regio.

Coll. Rom. Soc. Iesu Cat. Ins. B. S

Digitized by Google

Digitized by Google

SERENISSIMO PRINCIPI ALBERTO ARCHIDVCI AVSTRIAE, DVCI BVRGVNDIAE, &C. SANCTAE ROMANAE ECCLEſiæ Cardinali ampliſsimo, Archiepiſcopo Toletano, pro Maieſtate Catholica Belgicarum Prouinciarum ſupremo ac generali gubernatori.

GVLIELMVS GIFFORDVS ANGLVS, ſacræ Theologiæ Doctor, & inſignis Eccleſiæ collegiatæ diui Petri Inſulenſis Decanus ſempiternam fælicitatem.

INFAELICIS *huius ſæculi Caluinianæ peſtes (Sereniſsimè Princeps) ſacroſanctā fidem & religionem noſtram, quæ* ſuper *Matth. 16.*
Petram fundata etiam contra portas inferi ſemper manſit *inconcuſſa, omnibus machinis adortæ, nunc fraude & dolis, nunc aperta vi labefactare conatæ ſunt, atque adeo totum ſpirituale ædificium quod fide tanquā ſtabili fundamento nitens, &* charitatis atque ſpei iuncturis compactum & connexū, *Ephes. 4.*
in perfectionem iuſtitiæ *conſtruitur, demoliri & excindere tentarunt, nunc* flumina perſecutionū, *nunc ventos ſuorum librorū & vaniſsimæ doctrinæ, nunc ſerenitatis ſirenicarū voluptatum & illecebrarū carnalium immittendo. Deniq; mille fallacias & nocēdi artes, inuentore & impulſore Satana fabricando, & initio quidem (ſpecioſè ſane & argutè) ſe nihil innouare, nihil præter errores manifeſtos & abuſus noxios qui ab annis nō plus quingentis in Romanam Eccleſiam irrepſerant reprehendere velle ſimulabant,* naſcentis vero Eccleſiæ primordia, œcumenica anti- *Matth. 7.* *Sleidan. lib. 1. Parlamentum*

quiora

anno 1. Elizabeth. Caluin. præfat. in ſtitut. & ad Sadoletũ Iuellus.

quiora Concilia, & ſanctorum patrum ſenſa *ſibi fore ſemper ſacroſancta & auguſta prædicabant. Sed quam iſta mendaciter & ſine fronte iactabant paucorum annorum litteraria pugna docuit apertiſsime. Etenim cum liti terminandæ & cuicunq; controuerſiæ definiendæ primitiuam Eccleſiam Chriſto propiorem, ab hac concertatione remotiorẽ, & vti videri poterat minus ſuſpectam, noſtri, hoc eſt, Catholici inuocarent, vel vetuſtiſsimorum conciliorum authoritatẽ adhiberent, quia videbant facilè aduerſarij in illis nihil ſuæ cauſæ fuiſſe præſidij, prodi ſe aiunt, & proiecta larua Patres fuiſſe homines, fuiſſe cæcos, erraſſe omnes, dicace petulantia & impudenti ore proclamant.* Concilijs etiam optimis quæ habentur & antiquiſſimis, Satanæ potius quam Chriſti ſpiritum præfuiſſe, *ſe* Patribus omnibus vale renunciaſſe, & illorum lectione abſtinere, *nec illis in ſynagogis ſuis* vel infima ſubſellia cũ de ſcripturarũ interpretatione agitur concedere velle, *imo hac tendicula Satanã plurimos in Papatu circũueniſſe dicunt, quod eos à ſcripto Dei verbo ad verboſiſsima Patrũ commentaria & tot conciliorum canonumque volumina abſtraxerit*, ex quibus ſordidis lacunis extrema impoſſibilitas erat veritatem haurire, ſibi nihil volunt cum Patribus, hoc eſt, cũ carne & ſanguine *commercij, nec ad ſe quidquam attinere quid Epiſcoporum pſeudo ſynodi conſtituant clareq́; denunciant*, ſe nihil de conceptis opinionibus remiſſuros, nec ſi integrum Patrum ſenatum contra eos produxerimus. *Sed ipſum fortaſſe ſacroſanctum Dei verbum quod Prophetæ & Apoſtoli ſcriptis mandarunt, quodque veteri ac nouo teſtamento continetur magna religione ſeruãt, verſant, honorant, ſuſpiciũt: nihil minus. Cum enim diuini verbi vis, anima, vita, medulla, poſita ſit non in externo cortice vel litera ſcripta (quam Turcæ, hæretici, & plurimi Pagani promiſcue legunt,* quãque Diabolus diſputans cum Chriſto afferebat) *ſed in exteriore ſenſu atque recta interpretatione, quam vel*

Beza in præfat. noui teſtamẽ Zuinglius tom. 1. reſp. ad Valent. compar. fol. 237. Vrba. Reg. in parte operum in materia cogitanai de miſſæ negotio fo. 58. & 59. Illyricus præfat. in nouũ teſta. Hũfridus in vita Iuelli pa. 212. VVhitakerus cõtra Sanderum pag. 92.

Matth. 4.

Ioan. 16.

Chriſtus

Chriſtus Apoſtolis, vel Apoſtoli diſcipulis viuæ vocis oraculo Cantic. 4.
tradiderunt, vel ſpiritus ſanctus doctor omnis veritatis Epheſ. 4.
in Eccleſia Catholica, quæ eſt Chriſti ſponſa, *continua ſuc-*
ceßione per Doctores & Paſtores ad ædificationem
corporis Chriſti & conſummationem ſanctorum,
ingentis *beneficij loco donatos conſeruauit, omnes facilè*
intelligunt eos qui à ſenſu & doctrina primitiuæ Eccleſiæ
tam longè diſſentiunt, qui Paſtoribus & epiſcopis à Spiritu
ſancto ad eam regendam *conſtitutis tam pertinaciter ſe* Actor. 20.
opponunt, qui nouam fidei analogiam ad ſcripturas expo-
nendas innexerunt, non magis poſſe iure ſibi ſacroſanctum
Dei verbum arrogare, quam exangue cadauer hominem vi-
uum, arboris folia veros fructus, vel furfures farinæ florem
appellare. Sed externam ſaltem vtriuſque inſtrumenti, ean-
dem cum antiquis Patribus litteram retinent. Nec hanc Baruch.
quidem, ſed ad imitationem ſuorum maiorum Marcionis, Tobiam.
Cerdonis, Ebioniorum, Carpocratis, Manetis, Mahumeti, Iudith. Sa-
Sergij, & ſimilium, plurimos libros & librorum partes pient. Ec-
recidunt è teſtamento veteri, *multas epiſtolas*, multa- cleſiaſt lib.
que capita euellunt & eijciunt è teſtamento nouo: Machab.
in vtroque multa damnant, nonnulla derident, plu- Epiſt. ad
rima deſiderant. *Fragmenta autem lacerata, diſſecta &* Hebr &
mutilata quæ ſuperſunt ſuis verſionibus inter ſe pugnanti- fere omnes
bus ita deformant, cum ſinguli ſectarum magiſtri ſcriptu- Cathol c.
ram ſacram ad ſuam hæreſim ſtabiliendam trahunt, vt non Apocalyp.
iam verbum Dei purum (quod tantopere iactabant) ſed hu- Cantica.
mana inuenta & ſpuria phantaſmata pro ſempiterno Chri- Heſter.
ſti Regis noſtri diplomate nobis obtrudant. Hanc autem tria cap.
hæreticorum audaciam ac temeritatem magno fuiſſe tam Danielis
lapſis, vt ad ſanam mentem redirent, quam in fide nutanti- & Apocal.
bus, vt conſtantes permanerent, adiumento, quis non videt?
Qui enim ad eam peruerſitatem deuenerunt vt incredibili
freti impudentia poſt ſpreta concilia, poſt Eccleſiam primi-
tiuam, & venerandam antiquorum canitiem reiectam,
Patribus etiam atque hiſtorijs, populis, legibus, omnibus

denique vetuſtatis & veritatis veſtigijs, ſi qua in re ad ſtomachum nō feciſſent, nuncio remiſſo, in cæleſte tandem chirographum inuolarent, diuinis codicibus vim & manus inferrent & exſectis è ſpecioſo ſacræ Scripturæ corpore tam multis tamque nobilibus eius partibus, quod reliquum erat tanquam occiſi corporis truncum, lancinatum, mutilum, & deforme redderent, quam quæſo apud viros Chriſtianos fidem merentur? Quis enim Catholicè Chriſtianus eſt vel mediocriter inſtitutus, qui horum hereſiarcharum ex diametro pugnantia Euangelia ſectari poſſit. ſi conſideret eos præterquā quod nec mediocrem vitæ ſanctitatem præſeferant, ſed inanis fiduciæ prædicatione ſuos ſectatores ad omnem vitæ nequitiam & improbitatem inſtituant, & omnia quæ à Chriſto paſſo fere extitêre opinioſiſſimorum portenta in ſuum Euangelium corradant, ſe ſolos obſcuros homūculos, pauculos, imperitos, diſſectos, impuros. ſenatoribus orbis terræ & mundi luminibus anteferre, Eccleſiæ etiam naſcenti atque Apoſtolicæ apertum bellum indicere, ſanctorum maieſtatem bibliorum fœdiſſimè violare, voces nō humanas ſed æthereas miſerrime truncare, & lacerare, geminum ſcripturæ illius quam permittunt (ſi Dijs placet) eſſe ſacram, ſenſum nullum habere, ipſum denique ſcripturæ litteram, vt nihil nequitiæ reliquum ſit impijs verſionibus, in ſingularum hæreſum gratiam fœdiſſimè corrumpere & deformare, à ſano ſenſu ad ſuarum ſectarum placita inaudita inuerecundia trahere, vt nō ſecus ſcripturam ſacram ſuæ improbitati quam prædones Turcici virgines Chriſtianas bello captas ſuæ turpitudini cogāt inſeruire. Hæc autem omnia (Sereniſſime Princeps) iam ab aliquot ſæculis viri doctiſſimi egregiè docuerunt, & in eo demonſtrando elaborarunt fæliciſſimè (vt taceam aliquot qui noſtra tempora præceſſerunt) Roffenſis, Polus, Hoſius, Vigoreus, Lindanus, Orichouius, Santeſius, Alanus, Stapletonius, Bellarminus, Valentia, & ne in nominibus ſim ambitioſus, alij plurimi qui noſtram ætatem ſuis præclarè pro Eccleſia Romana exantlatis laboribus decorarunt.

Digitized by Google

corarunt. Verum author huius Caluino-turciſmi vt etiam pro Zelo quo ad iuuandum Chriſti Eccleſiam & Babilonicam euertendam ſynagogam flagrabat aliquid in commune conferret, huius noui Euangeliſmi ad Alcoranum ſiue Mahumetiſmum præcipiti curſu progreſſionem, alteriuſq; cum altero arctiſſimam cognationem, peculiari opere primus omnium quod ſciam demonſtrandam ſuſcepit: opus fortaſſe leuiter conſideranti inſolens & peregrinum, nec tamen arduum & explicatu difficile ſi quis vel mediocrem rerum hiſtoricarum cognitionem habeat, & huius Euangeliſmi ortum, incrementum, curſumq;, & paucorum miniſtrorum ſcripta vel facta attenderit, atque articulatè & diſtinctè ſingula Caluiniſmi & Mahumetiſmi dogmata ſingulis contulerit, quo clariſſimè (diſcuſſa caligine ſi qua reſidua ſit) omnibus Catholicis patebit dulces *Caluiniſtarum* benedictiones *Roma.19.*
quibus clariſſimam veritatem, Euangelicam lucem, Chriſtianam libertatem, reformatam Eccleſiam, renaſcens Euangelium, & alias ſimiles verborum præſtigias iactantes, plurima ſeducunt corda innocentium *deſinere in a-* *Roma.16.*
mariſſimas maledictiones, & æternam reprobationem à facie Domini & gloria virtutis eius *&, omnes eorum con* *2.Theſſ.1.*
ciones, ſcriptiunculas, cænulas, ritus, conuenticula, dicta, factaq; omnia tendere ad manifeſtam apoſtaſiam, ad Mahumeticam abnegationem Chriſti Dei & Beatiſſimæ Trinitatis, quo plurimi Caluiniſtæ à ſuis miniſtris pereuntibus ducti peruenerunt, & dum Eccleſiam Romanam quæ Petra eſt *Matth.16.*
& incorrupta totius veritatis à Chriſto & Apoſtolis traditæ cuſtos, derelinquunt, ad laceras & diſſectas ſynagogas, in arena humanarum opinionum conſtructas, inſtar lunæ mutabiles, nihil habentes ſincerum, nihil ſolidum, ſed pro voluntate Miniſtrorum, Principum, vel populorum, varias, ſe adiungunt & ab vno ſectariorum duce ad alterum ei aduerſarium, ſine fine & modo reiecti, nullã reperiunt quietem, nullũ contendendi & pugnandi exitũ, donec certo eius militiæ tenore, ad Turcarũ caſtra proceſſerint. Alcorano manus de-

 derint,

derint, & Mahumeti fidem ſuã obligauerint. Opus vero hoc (Sereniſsime Princeps) meæ fidei concreditum tuæ celſitudini ſacrum eſſe elegi, vt quod feliciſsimæ memoriæ fratri tuo Archiduci Erneſto, Principi omnium virtutum ſplendore cumulatiſsimo, (ipſo auctore ſic deſtinante) ſacrãdum fuerat, niſi præpropera mors magno Chriſtiani orbis detrimento eundem è viuis rapuiſſet, tibi eiuſdem Principis & ſanguine fratri, & amore coniunctiſsimo, & virtutis heredi, & in harum prouinciarum moderatione ſucceſſori, & auguſtiſsimæ familiæ Auſtriacæ ſplendidiſsimo germini, & Eccleſiaſtici ſtatus fere ſupremo, conſecretur, & ſub Alberti Archiducis gratiſsimo omnibus mortalib. nomine & patrocinio prodēt, nec hoſtium inſultus, nec inuidorum obtrectationes & maleuolentiam veriturum. Fateor equidem (Sereniſsime Alberte) cum de dicando hoc libro cogitarem, animum meum ex ſe in Celſitudinem tuam iam à multis annis propenſiſsimum, plurima quæ ſe offerebant non ſolum inuitarunt, verum præcipitem rapuerunt, illud imprimis quod ſeneſcente iam mũdo diuina benignitate auguſtiſsimæ tuæ familiæ hoc decus fuerit reſeruatum, vt illa fere ſola aduerſus Chriſti Ieſu hoſtes dimicans fidem & religionem noſtram, atq; adeo æternam Chriſtianorum ſalutem (quam Seruator noſter Regij & delicati ſui cruoris effuſione nobis parauit) cõſeruatam ſibi ipſi poſt Deum acceptam ferat. Sed & illud me plurimum mouit, quod de propugnata Luſitania, domata Gallia, tutatis & auctis Belgarũ finibus, triumphum, verè omni triumpho digniſsimus, inſigni poſt hominum memoriam exemplo recuſaueris: & ſpectante orbe vniuerſo, & tibi trophæa pro glorioſiſsimis ab hoſtibus reportatis victorijs adiudicante, ſingulari animi moderatione & inaudito fere documento omnem fallacis mũdi pompam & fluxum atque caducam gloriam ſpreueris, & qui tibi à ſenatu & populo Antvverpienſi, cum ab expugnatione Hulſtana redires meritiſsimo decreti erant honores, Chriſtianiſsima mente Deo optimo maximo ſupplex in templo obtuleris. Et

ſanè

Digitized by Google

ſane cum multa ſint quæ hominum animos in tui admirationem rapiant, auguſtiſſimæ familiæ tuæ tot Cæſaribus toto orbe clariſſimæ ſplendor, ſumma qua apud potentiſſimum & ſupremum omnium quos vnquam ſol conſpexit, & vere Catholicum Monarcham vales auctoritas atque gratia, eximia tua prudentia, & in rebus etiam maximis agendis animi perſpicacitas, cum militari fortitudine pacatiſſimus animus, cum ſumma grauitate & ſuprema dignitate placidiſſimi & ſuauiſſimi mores, in ætatis flore miræ vitæ caſtimonia, fortuna proſpera & victorijs maximis atque ſuperbis efferatæ gentis ceruicibus oppreſſis breuiſſimo vnius anni curriculo elata, huic patriæ labenti & inclinatæ allatum oportunè præſidium, reſtituta denique poſtliminio militaris diſciplina: nihil tamen meo iudicio ita te reddit conſpicuum, ita admirabilem, quam inſignis illa tua in Deum pietas, fidem catholicam aduerſus hæreticos tuendi & propagādi ardentiſſimum ſtudium, quo Sereniſſimos Principes fratres tuos Mahumetimaſtices & Ottomannicæ familiæ expugnatores æquaſti, viciſti, ſuperaſti, vt in te vno virtus atque fortuna, plerumq́ diſſidentes fœdere ſacratiſſimæ pacis videantur conueniſſe, vt te ſublimibus incrementis auctum, & ad perfecti Principis ſummitatem adductum, normam futuris ſeculis proponant & in mundani fulgoris oceano nauigantibus tanquam cynoſuram oſtendant. Ac proinde æquum putaui cum vniuerſis orbis ſcriptoribus qui laudes tuas vbique celebrant, tanquam Euangelica vidua minutulum in gazophilacium præconiorum tuorū inijcere, & congratulatorio hoc munere meipſum meaq́ omnia Celſitudini tuæ omni qua poſſum deuotione cōſecrare. Accedit & illud quod homo Anglus non poſſum non tuæ Sereniſſimæ Celſitudinis in gentiles meos, qui pro auita patrum noſtrorum fide, ſæua propellente Caluiniana hæreſi, bonis omnibus ſpoliati patria exulāt benignitatem admirari, ſuſpicere, venerari & hoc munuſculum tum grati animi mei pro impartita illis gratia & fauore ſignificationem, tum pro augendo in eos ſereniſſimo

 amor:

amore tuo tanquam libellum ſupplicem offerre. Prodeat igitur (Sereniſſime Princeps) tuis auſpicijs hic libellus, & te aſpirante pellat è mentibus hominum Caluinum, quem tuis fœliciſſimis armis iam campo fugatum, ciuitatibus pulſum, caſtris vidimus exutum, & breui tota Gallia ac Belgio ſperamus propellendum. Ego interim cum fratribus meis pro longa & fœlici vita Tuæ Celſitudinis ſupplices manus ad Deum tendam, & pro frequentiſſima aduerſus hoſtes victoria omnibus votis lito & litabo.

Inſulis 6. Calend. Decembris.

GVLIEL-

Digitized by Google

GVLIELMVS GIFFORDVS SACRAE THEOLOGIAE Doctor, & Eccleſiæ collegiatæ Diui Petri Inſulenſis Decanus beneuolo lectori ſalutem.

HANC Caluiniſticæ perfidię cum Mahumetana collationem, quã vir doctiſſimus dominus Gulielmus Reginaldus magno labore & induſtria cœperat, ſed morte præuentus ad perfectum finem adducere non potuit, (*operis ex aliis negotiis, quæ pro munere meo mihi incumbant ſubſeciuis,*) diuino fauente numine tandem abſolui, & enucleatam atque accuratius digeſtam in lucem emiſi: partim vt communi vtilitati, cui natus, datus, & enutritus ſum, inſeruirem: partim vt te (beneuole lector) vel inſtruerem, vel iam inſtructum amplius præmonerem, ne huic Caluiniano pſeudoeuangelio faciles aures præbeas: vtpote quod pedetentim ſequaces ſuos ad infamem Mahumetaniſmi ſectam propellit, vti ex huius operis lectione facilè perſpicies; partim denique vt fidem meam, quam amico morienti dederam, liberem, & quaſi æs quoddam alienum tandem diſſoluam. Tuum erit communibus meis, & amici mei frui laboribus, & pro fructu, quem legendo decerpes, vtrique noſtrum bene precari.

Vale. Ex ædibus noſtris Inſulis Calendis Decembris.

1596.

ARGV-

ARGVMENTVM

TOTIVS OPERIS CVM PRAEFATIONE AVTHORIS AD LECTOREM, in qua tacitæ quædam obiectiones remouentur.

NECESSARIVM duxi (Chriſtiane lector) poſt explicatum generale totius operis argumentum, te de nonnullis pręmonere, quę legentem retardare poſſunt, & difficultatibus innectere, quibus vt te expediam, ſcias imprimis velim, quendam pſeudoeuangelij Zuingliani miniſtrum Anglum, relicta patria primo in Palatinatum, deinde ex Palatinatu migraſſe in Turciam, vbi circumciſus, ex Zuingliano fit Mahumetanus, & abdicato baptiſmali nomine Michæas dicitur. Interiectis aliquot annis venit cum oratore Anglicano Conſtantinopolim alius miniſter nomine Samuel Michææ olim in Anglia familiaris, cum quo longa ſuſcepta ad Mahumetis ſepulchrum peregrinatione Conſtantinopolim reuertitur, & apud Ludouicum quendam Gallum Catholicum in Perano Suburbio hoſpitatur, & frequenter è Pera Conſtantinopolim tranſmittens, amicum Michæam à ſecta Mahumetis ad patriam religionem reuocare conatur, Michæas è contra Alcoranum commendat, & vel eiſdem quibus Caluinianum & Zuinglianum pſeudoeuangelia, vel melioribus niti fundamentis oſtendere conatur; atq; perfectionem tam Caluiniſmi quàm Zuingliani ſmi in Mahumetiſmo eſſe poſitam, quod vt indifferens lector ſerio cogitet: auctor hoc colloquium litteris mandauit. Ludouicus quidem ab vtroque æqualiter abhorret, & licet Michæam à Mahumetiſmo (quod Conſtantinopoli eſt capitale) diſſuadere non audet, tamen Samueli tam Alcorani quàm Caluiniſmi peruerſitatem oſtendit, & vt reiectis omnibus ſectis ad maiorum fidem redeat hortatur.

Proximum eſt, vt conſideres quo in loco, & inter quas perſonas colloquium hoc inſtitutum fuerit, id ſi feceris perpendes facilè, quas authoritates & teſtimonia à talibus par eſt adhiberi. Ideoque non dabis vitio, ſi author pro ratione inſtituti ſui, Chriſtianæ Theologiæ principijs non inſiſtat, quæ ab iſtis pſeudoeuangelij buccinatoribus contemnuntur. Scio

quidem

Digitized by Google

quidem doctiſſimos noſtri ſeculi Epiſcopos & Paſtores aduerſus pſeudoeuangelicos dimicaſſe magna cum laude illis armis quæ propria ſunt Theologorum & Chriſtianorum. Diſputarunt ſiquidem ex ſcripturis ſacris, ex Apoſtolica traditione in antiquiſſimis Eccleſijs, Romana præſertim eminente, ex auctoritate & praxi totius Eccleſiæ primitiuę tum Græcæ tum Latinæ. Arguebant ex conſenſu Patrum & probatiſſimorum ſcriptorum iam in cælis cum Chriſto regnantium. Vrgebant maieſtatem ſacrorum Conciliorum, & concludebant eos eſſe hæreticos, qui pauci, noui, ſingulares, inuenta à ſeipſis dogmata aduerſus plurimos, antiquiſſimos, & orbis terrę magiſtros, obſtinatè defenderent. Verum cum videamus horum Euangelicorum primores, ipſorum Apoſtolorum diſcipulos & ſucceſſores proximos criminari, quaſi magiſtrorum dediciſſent fidem, Eccleſiam primitiuam totam accuſare tãquam Ethnicis ſuperſtitionibus pollutam, ex ſcripturis ipſis, alias vt apocryphas reijcere, alias admittere quidem, ſed commentarijs & expoſitionibus inſolentiſſimis veſtitas, quas ſinguli ſectarum magiſtri pro beneplacito ſuo adinueniunt, denique omnia Theologorum principia conuellere, diſſipare & contemnere: nemo iuſtam reprehenſionis notam authori inuret, ſi diuerſam prouinciam hæreticos refellẽdi aggrediatur, & ex ipſorum moribus, libris, & tota externa Euangeliſmi ſpecie demonſtret, eos magis cum Gentiliſmo quam cum Chriſtianiſmo, cum Mahumete & Sergio, quam cum Chriſto & Apoſtolis eius conuenire. Itaque id auctor his quatuor libris conatur, vt abſurda ex Caluiniſtarum pſeudoeuangelio directè manantia notet, initia, progreſſus, & finem illius obſeruet, argumẽta quibus nititur expendat, firmamenta omnia quibus ſuſtinetur, conſideret, & totius Chriſtianiſmi (in quo tantopere Caluiniani gloriantur) laruam illis detrahat, atq; oſtendat Mahumetiſmum eiſdem vel melioribus principijs quam Caluiniſmum fundari, vtrumque moliri exterminationem fidei Chriſtianæ, vtrumque Beatiſſimam Trinitatem tollere, vtrumque abnegationem Chriſti Dei & hominis continere, denique Caluini pſeudoeuangelium Alcorano Mahumetis eſſe in nullo melius, in multis tetrius & flagitioſius: & hoc modo qui exquiſitis excellẽtium noſtri temporis ſcriptorum argumentis attẽdere nolunt, has ſaltem craſſas, abſurdas & barbaras blaſphemias, quæ vel manibus tractari poſſunt, & ex Caluiniſtarum Euangeliſmo contra Chriſtũ & totum Chriſtianiſmum erumpunt intuentes, tam portentoſi Gorgonis

aſpectu

aſpectu nõ ſecus quam Lacedemonij adoleſcentes ebriorum viſu ab eius amore auertantur.

Neque nouum atque inſolens in viro Chriſtiano ac Theologo hoc ſcribendi genus arbitrabitur, qui ſecum recogitat, quid antiqua illa Chriſtianæ Eccleſiæ lumina Iuſtinus, Athenagoras, Theophilus Antiochenus, Clemens Alexandrinus, Origines, Tertullianus, Arnobius, Ariſtides, Melito, Lactantius & ipſe Auguſtinus in libris de ciuitate Dei contra gentes conſcripſerint, & animaduertat noſtri temporis hæreticos in illo cum gentilibus conuenire, quod propria Chriſtianorum principia tollant, cõuellant, reijciant, cum quib. proinde eiſdem armis quibus illi Patres contra gentes pugnarunt cũ laude & ſpe fructus dimicari poſſe nemo negabit. Illud autẽ prudens lector non facilè reprehendet quod auctor Lutheranorũ non minus quam Caluinianorum opiniones, ſententias, Iudicia & blaſphemias nonnunquam interponens, atq; proinde exactam Caluiniſmi cauſa Mahumetiſmo comparationem excedens intra argumenti terminos non videatur ſe coërcere, illud inquam nemo reprehendet, qui conſiderauerit, plurima dogmata eſſe vtriſque communia, atque non ſolùm Caluiniſtas ſuos in Euangelio fratres Lutheranos agnoſcere, verum etiam ipſum Caluinum magna contentione pugnare, Lutherum fuiſſe diuinum, cæleſtem, admirabilem, & planè Apoſtolicum Euangelij ſui inſtauratorem: neque debuit proinde auctor ſcrupuloſè eos diſiungere & ſeparare, quos ipſi Caluiniſtæ tanta vehementia ſimulant ſibi eſſe coniunctiſſimos.

In præfatione inſtit. æditarũ Geneuæ anno 1585

Quod ſi aliquis curioſius ſciſcitetur cur in hoc dialogo duos potius miniſtros Anglos auctor induxerit de hac cõtrouerſia diſceptantes, quam totidem Geneuenſes, Gallos, Germanos vel Hollandos id (ni ego fallar) reſpõſi habebit, quod Caluinianum Euangelium in Anglia inſignius appareat & magnificentius, quàm in alijs prouincijs, in quibus omnia ex paucorum miniſtrellorum tumultuoſa libidine pendentia, nõ eam exhibent, intuentibus hierarchiæ Eccleſiaſticæ ſpeciem, nec ſacrorum ordinatæ cuiuſdam formæ ſimulatum apparatum, qualem in Anglia conſpicimus. Proindeq; quod de Anglicana oſtenditur id multò facilius de omnibus aliarum prouinciarum Caluinianis congregationibus (quas Anglicana ſynagoga ex nouorum Euangelicorum doctrina longè lateq; poſt ſe relinquit) intelligetur. Adde quod in Anglia hæreſis regio decorata diademate petulantius & procacius geſtit, inſtarque illius ſaltatriculę non vno *Ioannis* capite contenta, plurium tã Eccleſia-

VVhitgift cõtra TC.

Surney of. preten-

Eccleſiaſticorũ quàm ſæcularium, omnis conditiones & ſexus temulenta ſitiuit, & crudeliter ebibit ſacrũ ſanguinem, quàm in omnib. nationibus, quæ tota Europa, derelicta fide Catholica, Caluiniſmum amplexa ſunt: quibus Chriſtianiſſima charitate auctor hoc opere oſtendere conatur, illam hydram pro qua tam immaniter pugnant per omnia cum portentoſa Mahumetis chymera conuenire, vel illam infidelitatis enormitate, & morum turpitudine longiſſimè excedere. Id autem non ex priuatis ſuſpicionibus aut coniecturis, ſed ex ipſorum Caluiniſtarum communibus & peruulgatis hiſtorijs, ex toto doctrinæ curſu, manifeſtis experimentis, iunctis rationibus, exemplis innumeris, non ſecretis, non arcanis, non domi natis, ſed in publicis ciuitatũ theatris proclamatis & peruagatis ſermonibus omnium demõſtrat. Accedit quod primi huius impietatis apud Anglos anteſignani, præſertim primipulus ille *Tindallus* ſacroſanctam fidem & religionem noſtrã quàm turpiter deſeruerant, Turcica nihilo meliorem blaſphemabant, imò deteriorẽ eſſe *ferebant*. Æquum igitur erat, vt Angli perſpectam haberent ſuę religionis formam, & cum viderint eam Turciſmi labem, qua ipſorũ pſeudoeuangeliſtæ nos aſpergere volunt in intimis Euangelij ſui viſceribus, etiam ex ſuorũ patrum & Apoſtolorum teſtimonio eſſe impreſſam & inſitã, ex eo conijciant, quantum fidei talibus magiſtris ſit habendum (quod ſcilicet latronibus accuſantibus eos, quos ipſi fuerint depredati adhiberi ſolet) quantumq; in reliquis eorum calumnijs & eorum infamibus mendacijs, quibus Catholicos onerant, & ſuam religionem farciunt, inſit ponderis & grauitatis.

des holy diſciplin per totum. Lõdini a. 1593

Roffenſis.

In præfatione Dialogi contra Morum.

Horn. VVinton. ſuperintendens cõtra Fecknam pag. 101.

Illud demum primo fortè aſpectu lectorem offendere poſſit, quod autor aliquãdo phraſi modoq; loquendi ab Eccleſia Catholica ſatis aliena vtatur, vt cum Turcicam infidelitatem fidei, Alcoranum Euangelij, & ſynagogam dignatur nomine Eccleſiæ, cumq; ſacra Triadis perſonas tres Deos nominat. Et ſanè ſi cum hominibus Chriſtianis & Eccleſiæ filijs ageretur (ſecundũ illud D. Pauli *formam habe ſanorum verborum*) à talibus vocib. fuiſſet abſtinendum. Sed debita perſonarũ colloquentium conſideratio oẽm offenſionem facilè tollet: ideoq; ſi quid à Michæa inferatur, vel à Samuele cõcedatur, quod appareat honori & maieſtati fidei & religionis Catholicæ cõtrarium, illud ad Caluiniſmum, qui ſe religionis Chriſti & Euangelij nomine obuelat pertinere attentus lector intelligat nec facilè offendetur, quod in Turcis nonnunquam exempla iuſtitiæ, temperantiæ, liberalitatis erga peregrinos, pietatis erga defun-

Digitized by Google

defunctos proponantur, quæ verè Chriſtianos in his virtutibus exercendis indiligentiæ & temporis poſſint commouere; ſi meminerit prophetas, Eſaiam, Hieremiam, Ezechielem (qui ipſam legem Moſaicam cuicunque Paganæ conferre tãquam piaculum exhorruiſſent) ſæpenumerò Paganos, Chaldæos, & Aſſyrios comparatione Iudæorum iuſtificare, ipſum-
Matth. 11. que prophetarum dominum & Saluatorem noſtrum idem ſępius feciſſe, & tolerabilius fore in die iudicij Niniuitis, imò Sodomæ & Gomorrhæ, quã obſtinatæ, licet alias fideli, Iudæorum nationi denunciaſſe. Vale. Inſulis.

Calendis Decembris. 1596.

CALVI-

ARGVMENTVM CAPITIS PRIMI.

Occaſione colloquẽdi capta ex periculis quæ peregrinatus in Turcia Michææ opera euaſerat, promittens viciſſim omnem amorem & beneuolentiæ compenſationem, ſuadet Michææ reditum in Angliam: quod Michæas cupere quidẽ ſe, ſed per religionem Mahometanam quam profitetur, nõ poſſe ait, quam paucis Samuel carpit. & ad puritatem Euangelij nunc in Anglia reformati hortatur, Cõtra Michæas cenſet Mahometem iam olim aptius Euangelij puritatẽ in Alcorano tradidiſſe, vbi breuiter originem & occaſionem Mahometanæ reformationis narrat. Samuel.

CAPVT PRIMVM.

SAMVEL.

MAGNA tua amicitia (chare Michæa) & dulcis conſuetudo qua à primo die quo Conſtantinopolim veni, aliquot iam annos fruor, & quam in hac tam longinqua & periculoſa admodum peregrinatione per Græciæ, Aegypti, Iudçæ, minoris Aſiæ, totiuſq; Imperij Turcici regiones ferè omnes cognitam, perfectamq; habeo: efficiunt vt valdè cupiam parem tibi ſi potero gratiam rependere, vtque tu aliquot in locis vitam mihi conſeruaſti, ita ſi ego te pari poſſem beneficio obſtringere, me quidem fœlicem & beatum exiſtimarem. Inter cætera enim vitia quęcunque maximè exhorreo, illam quam in alijs alibi permultis, & in nonnullis etiam domi noſtratibus nonunquam animaduerti ingratitudinem: qui à ſuis amicis egregia cõſequuti beneficia, iiſdem paulò poſt carceres, indignationem Principis, bonorum ſpoliationem, quin etiam & mortem teterrimam aliquando machinati ſunt. Quo in genere aliquorum vſque eo prouecta eſt immanitas, vt nec fratres fratribus, nec (quòd ſciens loquor) liberi parentibus pepercerint. Qui poſtulati cur ita humanitatem omnem exuerent, illud vnum reſponderunt, ſe purum Euangelium profiteri, parentes autem & fratres eſſe Papiſtas, ideoque ex ſocietate communi exterminandos. Quaſi verò Euangelium purum naturę bellum indicat, eam corrumpat & deſtruat, eamq; extinguat quæ vel in

Digitized by Google

ipſis beſtijs ingenerata ſunt mutuę charitatis & pietatis ſemina. Quod ſi tu (chariſſime Michæa) eo fuiſſes ingenio, iā diu eſt quod ego huius lucis vſura caruiſſem, ita multa vel mari vel terra vitæ diſcrimina mihi intentata fuerunt; ex quibus omnibus poſt Deum Opt. Max. tua vnius prudētia & humanitate euaſi: Vt enim quod primū mihi in iſta peregrinatiōe obuenit commemorem, recordaris ſat ſcio, quum conſcenſa naui, Rhodo Alexandriam verſus deueheremur, vt viſerimus, tu religionis, ego nouitatis gratia ſepulchrum Mahometis, coortam eſſe vehementem in mari tempeſtatem: quę quum magis & magis ingrueret, & nauē noſtram periculosè admodum iactaret, ex inopinato tres Mahometani, iunior 60. vt nimirum annos natus, reliqui duo (vt probabile eſt) ſuper 80. (ita erant capite barbaq; tota non cani, ſed planè cādidi) ad nauis marginē procumbentes, flebiliterq; clamantes propter ſua peccata eam tempeſtatē ipſis diuinitus immiſſam, ſe nimirum eſſe indignos qui oculis ſuis ſacroſanctū illud mauſolæū contemplarētur, orabant Deum & Mahometē vt ipſorum morte placati, reliquis ſerenitatem & fauſtā deinceps nauigationem tribuerent. Quo dicto, ſeſe tāquam piaculare ſacrificium pro reliquis deuouentes, deſilierunt in mare, obrutiq; fluctibus ſtatim perierunt. Nauclerus autē, & qui cum eo erant nautę, mirum in modum excandeſcentes fanda atq; infanda minabantur. Quod niſi ego à te paulò ante admonitus cū quibuſdam Græcis ex eorum me aſpectu proripuiſſem, & inter ſarcinas in infima carina ad ſex integras horas meipſum abdidiſſem, perſuaſiſſimum habeo illos me cum reliquis Chriſtianis præcipitem in mare fuiſſe daturos. Ipſi namque ab ea ſuperſtitione alieniſſimi nō ſibi aſſumere, ſed nobis Chriſtianis conſueuerunt obijcere, ſi quādo curſu ventoq; vtantur minus proſpero, vnde & de nobis ſæpè vltionem expetunt, ſi præter voluntatem aliquid illis accidat aduerſi. Alia quædam huius generis & alijs in locis, & maximè in mari rubro acciderunt: vbi cum ſimili procella cōflictaremur, Mauri nonnulli & Æthiopes nō quidem in aquas ſe coniecerunt, ſed quod ferè paris erat ſtoliditatis, oculos ſibi effoderunt, vociferantes Mahometem ipſis eſſe iratum, ob eamq; cauſam fluctus eos concitari, quod indigni eſſent propter ſuorum peccatorum grauitatem qui oculis ſuis ſancta illa loca diuini Prophetæ ortu atque obitu nobilitata contuerētur. Iſtis autem locis ſemper & nautæ & vectores Turcæ contra Chriſtianos fremebāt, & eorum improbitati & nequitiæ communē infœlicitatem aſcribebant.

Theuet. Coſmog. vniuerſ. lib.6.c.5.

Theuet. ibid.

Digitized by Google

bebant. Quibus vbiq; liberatus, vt tantum & tam multiplex beneficium libens agnoſco, ita ſæpenumero mecum ipſe meditor, quo viciſſim officio his meritis ſecundū aliquā ſaltem proportionem, pari meum erga te amorem poſſim teſtificari. MICHAEAS. Sine cauſa quidem & fruſtra te turbas Samuel, quando de compenſatione tali cogitas, ſunt enim iſta humanitatis officia leuia, & vel omnibus hominibus toto cælo disiunctiſſimis communia, quæ tamē eo magis à me tibi deberi arbitror, quo magis priuatis quibuſdā amicitiæ arctioris vinculis alligati ſumus. Quod enim non ſolùm in Europa, ſed etiam in eadē inſula, eodemq; regno nati ſumus, quod ſub eodē Principe educati, quod eadem aliquādo religione, & in miniſterium Eccleſiaſticū aſſumpti, quod in pleriſq; religionis capitibus nunc quoq; conueniamus, quod ante ſuſceptā iſtam peregrinationem noſtram in hac vrbe Regia & varijs locis finitimis ad aliquot menſes tecum verſatus, candorē in te multum & bonitatem naturæ expertus ſum. Hæc omnia maiore nos neceſſitudine aſtringunt, quàm qua omnes vniuersè mortales naturæ lege deuinciuntur. Neq; tamen amoris tui reciprocam beneficentiā reſpuo, ſi quando enim in Angliā reuenero, tum vt videbitur tibi fas erit mihi rurſus gratificari. SAMVEL. Si quando in Angliam reueneris? Longiſſimum ſanè & valdè incertum mihi diem præſtituis, perinde ac ſi dicas hoc ita futurum, ſi quando aut ego regno Anglorum, aut tu Imperium Turcarum fueris conſecutus. Neq; enim probabile eſt te qui deſerta religione noſtra, Mahometanam ſuperſtitionē amplexus es, itaq; hic domicilium ac facultates tuas omnes collocaſti de Anglia repetenda velle in poſterum cogitare. Quin potiùs iā nunc cogitationē eam ſuſcipe. Iam (inquam) nunc collectis ſarcinis mecum iter illud ingredere; hoc enim tibi ſincerè & Chriſtiana fide polliceor, quaſcunq; deinceps opes adeptus fuero, eas me tecum tanquam cum fratre meo cōmunicaturū, neq; tibi defuturū aliquid quod erit in poteſtate mea. Neq; verò quicquā dubito quin hæc tam ampla, cognitio quam ex tot regionibus peragratis & populorum moribus notatis comparaui, adiuncta prioribus annis quos in Academijs domeſticis tranſegi, ſuppeditabit vnde lautè & liberaliter vel in Eccleſia, vel in aula vterq; viuam⁹. Neq; vero ſine ſumma & admodum veriſimili ratione hanc ſpem concipio quum perſpicio alios longè minore ſcientia imbutos, tantum quod proximas nobis prouincias vnam vel alterā inuiſerant, propterea ad non mediocrē honoris locum & magnas facul-

tates aſpiraſſe MICHAEAS. Vt quę ominaris tibi abundè,fœliciterq́; ſuccedant,plurimum ſanè opto,proq́; tua erga me voluntate gratias ago, quo minus autem ipſe tecum iter Anglicanum capeſſam,tu ipſe rationem reddis non leuem. Quum enim à veſtra fide ad hanc tranſierim, quam tu malè ſuperſtitionem appellas, ego religionem eſſe, idq́, optimè fundatam perſuaſus ſum,quid mihi vel alijs omnibus fortunę bonis circumfluenti magnopere iucundum eſſe poterit,ſi illic viuo vbi puritati ſacrorum cultuſq́; diuini interdictum mihi,erit, quo ſolo Deum mihi propitium futurum confido. Neq; enim in hoc pulcherrimo ampliſſimoq́; Imperio ij ſum⁹,quales in veſtris regionibus plurimi reperiuntur, qui quũ Chriſtiani dici volunt,nullo tamen Dei metu tenentur, qui Deum nullã habere curam rerum humanarum autumant,qui aliàs tres Deos ſtatuũt,quorum in Polonia infinitus eſt numerus,aliàs Chriſtum veſtrum negant,& omnia myſteria vitæ mortiſq́; eius irrident,cuiuſmodi ſunt in Hollandia,Zelandia & Belgio innumerabiles,qui libros ſcribunt *de tribus Impoſtoribus, Chriſto Mahumete & Moſe*, hoc eſt,qui verè Athei ſunt, & opinantur Deum non eſſe,ideoq; leuiſſimis de cauſis vt Vertumnus formas aut Polypus colores,ita illi religionem ſuam mutant, hic Lutherani,illic Zuingliani,alio in loco Anabaptiſtæ. Quæ religionum varietas probat eos verè nullius eſſe religionis: nos (inquam) hoc in loco longè aliter edocti ſumus,qui vnam religionem diuinitus nobis per Mahumetem reuelatam ſequimur,& ex illius inſtitutis Deum vnũ colimus,reliquas omnes religiones cũ hac pugnantes reijcimus,& improbamus. Quare ſi hoc mihi polliceri & præſtare velis, vt quemadmodũ nuper in Gallia libertas conſcientiarum, & religionum permittebatur,ita ego in patria noſtra huius religionis meæ liberum vſum habere potuero: libenter & grato ſanè animo accipiam quam mihi offers beneuolentiam. Neq; enim ita ferus & immanis ſum,vt non tenear patriæ meæ deſiderio,ſi ſalua cõſcientia poſſem eius iucunditate frui. Id ſi fieri non poteſt,abſit vt patriam paradiſo,hoc eſt,vt vitæ & gaudio ſempiterno,perituram breui voluptatem anteponam. SAMVEL. Rem ipſam tetigiſti; & aperuiſti aditum ad illud quod ego initio intendebam, ſed legum veſtrarũ acerbitate perterritus, perſpicuè non audebam dicere: & hoc eſt beneficium illud, quod omnium quæ ſub ſole ſunt maximum, & maximè ſalutare in te conferri poſſe exiſtimo; ſi nimirum te ad rectam viam à qua aberraſti reduxero,& ad complectendũ Euangelium Chriſti,

Vide poſt lib. 3 cap. 5. 9. 14.

quo

Digitized by Google

quo ſolo ad cœleſtem immortalitatem via munitur, reuocauero. Nunquid verò tu (chariſſime Michæa) iſta ex animo & ſeriò loqueris? Nunquid ita animatus es, vt verè ſentias perfidiam Mahometanã ab homine impuriſſimo & nefario impoſtore profectam, nullis rationibus ſubnixam, ſolo gladio & crudelitate defenſum, noſtræ Euangelicæ fidei præferendam, quæ nuper ita ad ipſum primitiuæ Eccleſiæ exactã perfectionem limata eſt, vt à primis Chriſti Apoſtolorum temporibus nunquam fuerit excellẽtior, & ab omnibus humanarum traditionum maculis purgatior? MICHAEAS. Bona verba Samuel, & moderatiùs quæſo quod in animo tuo eſt enuntia. Neq; enim vel tibi tutum eſt ad hunc modum maledicere, vel mihi honeſtum eſt te ita maledicentem audire ſilentio. Neq; vero tu (ſat ſcio) ferres pacatè, ſi ego in Chriſtum huiuſmodi contumelijs inueherer. Mahumetem quem tu impurum hominem odioſè vocas, ego vt Prophetam excelſum & diuinum ſuſpicio: religionem eius quam tu temerè nullis eſſe rationibus ſubnixam aſſeris, ego optimis & firmiſſimis fundamentis inædificatam eſſe vt credo, ita non difficulter poſſum tueri. Gladium autem qui ad eius defenſionem ab Imperatore noſtro maximo diſtringitur, tu nunquam redargueres, ſi quem locum in quaq; Repub. Princeps ciuilis habet, & quemadmodũ religioni vel defendendæ vel propagandæ inſeruire debet, ſtudioſè & diligenter aduerteres. Illud autem de tui Euangelij puritate ipſam primitiuam Eccleſiam exæquante adeo eſt vetus, & peruulgatum, & à quacunq; perditiſſimorum hæreticorum ſecta ita decantatum: vt me non multum poſſit permouere. Certè ſi Eccleſia veſtra eam retinuiſſet puritatem quam à Chriſto, eiuſq; Apoſtolis traditam recepit, nunquam Mahumetes noſter Alcoranũ ſuum ſcripſiſſet, nunquam à Deo tam multa regna, & prouincias à Chriſtianis ereptas obtinuiſſet. Nunc verò illud apud nos manifeſtum atque indubitatũ eſt, Mahumetem idcirco à Deo fuiſſe miſſum, vt Chriſtianos caſtigaret, eo quod fidem illis ſanctiſſimam à Chriſto Ieſu & Apoſtolis traditam nefariè corruperũt, & vitam agebant nullo modo tam ſanctæ profeſſioni reſpondentem. Illud enim ne neſcias (multi ſiquidem veſtrum per ignorantiam videntur in iſtis hallucinari) in noſtris hiſtorijs habem⁹ & credimus, Deũ primò magnum illum Prophetã Moſem miſiſſe, qui homines tum rudes ad pietatẽ informaret, & legem illam Pentateuchi eos condocefaceret, quã qui ſeruarent, vitam æternã in cælis aſſequerentur. Quum temporis longitudine lex illa ſenſim in mentibus

Ioan. Cuſpinianus de religione Turcarum, ſeptẽ

Digitized by Google

caſtrenſ. de mori.

mentibus hominum obliterata inciperet euaneſcere, paucíq; iam ex eius præſcripto vitam ſuam dirigerent, ſurrexit eiuſdem Dei prouidentia Dauid magnus item Propheta, qui errantes denuò inſtrueret, & propoſita eadem cœleſtium præmiorum immẽſitate, mortales ad priorem illam ſanctimoniam & integritatem vitæ inſtauraret. Et diu quidem in plurimorum animis inhæſit diſciplina quam Dauid tradiderat, ſed tamen & illa tandem longiſſimo ætatũ interuallo labare cœpit, & ſenſim interire, quum Chriſtus Ieſus Propheta duobus antegreſſis maior, pluribuſq; à Deo prærogatiuis inſtructus, natus ex Maria virgine & ſpiritu Dei afflatus, imò quem noſtri non dubitant fuiſſe *ſapientiam & verbum patris*, & *Meſſiam Principemq;* promiſſum Iudæis, *ipſumq; Dei ſpiritum & mentem, principiumq; & caput omnium hominum*, (Hęc enim omnia Chriſto tribuimus & tribuẽda credimus.) Hic (inquam) Chriſtus in mundum hunc venit, & Euangelium ſuũ promulgauit, eoque homines ad ſingularem probitatem, non vi, non morte, non ſeueritate, vt in lege Moſis, ſed hortatione, verbis, precibus, miraculis, quanta maxima fieri poterat ſuauitate ac manſuetudine excitauit, quæ propterea doctrina longè peruagata eſt, & ad innumerabilem hominum multitudinem à vitioſa vita conuertendam manauit. At quum nec hoc Euangelium ſatis firmiter vt par erat conſiſteret & floreret, imò verò non minus quã reliquæ leges antegreſſæ aliquot annorum ſpatio ita decreſceret, vt poſt quingentos annos vbique terrarum, voluntaria quadam omnium obliuione cõtereretur, ab eodem Deo qui priores illos populo ſuo erudiendo præfecerat, mandatur ad extremum Mahometes, qui mundum non amplius verbo & præceptis, ſed ferro & viribus aggrederetur, & de nephario prioris legis contemptu vltionem expoſceret. Ideoque & Iudæa, Arabia, Aegyptus, Syria, Perſia, magna Aſiæ atque Africæ pars, & finitimæ regiones, quæ primo Euangelij doctrina imbuebantur, & primò eandem ſuis improbis moribus & turpi in varias ſectas diſtractione reiecerãt, primò etiam vindictam diuinitus immiſſam ſenſerunt. Quare non eſt quòd puritatem Eccleſiæ, Euangelij veſtri ad ipſam primitiuæ Eccleſiæ perfectionem à vobis reformati in poſteram iactes. Iſtud enim quum ante multas annorum cẽtenarias corrumperetur, à noſtro Propheta & Legiſlatore correctum eſt, reformata dico Eccleſia, Euangelium quod ſuis traditionibus & inuentis adulterauerant Chriſtiani purgatum, Deique imperio Alcoranus in eius locum ſurrogatus.

Brocard. deſcript. terræ ſancta, p. 334. Alcoran. azoar. 5.

Melanct. chronic. lib. 3.

ARGV-

Digitized by Google

ARGVMENTVM CAPITIS SECVNDI.

Samueli miranti Michææ ab Euangelio ad Alcoranum diſceſſionem, declarat Michæas ſe ſola ratione permotum eo conceſſiſſe, eamq́ʒ eſſe Euangelij noui naturã, vt Alcorani ſemen in ſe contineat, & ad Mahometiſmum tendat. Samueli id magis reprehendenti, Michæas multis exemplis probat Euangelicos ad Mahometiſmum valde eſſe propenſos, quod deinde confirmat aperta defectione multorum Euangelicorum (maximè Bernardini Ocheni) qui Turcæ euaſerunt. In fine attingit continuam diſſidiorum & ſectarum multitudinem inter Euangelicos, quæ potiſſima cauſa eſt cur pleriq́ʒ ab Euangelio ad Mahometem tranſeunt.

CAPVT SECVNDVM.

SAMVEL.

NVNC demum perſpicio illud de quo ſuſpenſus huc vſq; hęrebam nonnihil; te ſeriò videlicet & ex animo hanc profeſſionem ſectari, in qua tuenda ita te præbes vehemẽtem. MICHAEAS. Illud quidem iam antea non difficulter poteras intelligere. Quæ enim alio ratio à patria cuius opes & vbertatem agnoſco eſſe egregiã, cuius amor pectorib. noſtris ipſius naturæ digito eſt altè inſcriptus, vbi etiam ſatis cõmodè viuebã, idq; eo loco atq; exiſtimatione quam vulgares miniſtri non temerè aſſequuntur (ne quid de meipſo dicã magnificentiùs) in hanc terram vbi his cõmodis magna ex parte careo, me potuiſſet abducere? Vidiſti ſępenumero in hac vrbe Italos, Hiſpanos, Armenios, qui repudiao baptiſmo Chriſtiano, Circunciſionem noſtrã ſuſceperunt. autem varijs modis terra marique à militibus noſtris capti, mq́ue perpeſſi ſeruitutem quæ legibus noſtris ſtatuitur, vt qam putant longè miſerrimam conditionem, faciant paulò terabiliorem, derelicta fide priſtina, ſæpenumero noſtrã aſſmunt, & hos propterea ſuſpicari poſſes (nec abhorreret à ve rmilitudine ſuſpicio tua) non tam ſponte ſua quam vi quadã neceſſitate ad grauiſſimas moleſtias declinandas noſtris ſaȷis initiari. De me verò multiſq; item Gallis, Polonis, Germis, quos hac in vrbe alacres volitare perſpicis, longè aliter ſetre par eſt: quos nõ neceſſitas, ſed voluntas, non armatus

 hoſtis,

hoſtis,potentia ſua libertatem nobis eripiẽs, ſed ipſa mens liberrima diligenter rationum momẽta ponderans & initia religionis vtriuſq; aduertẽs,eiuſq; progreſſus, & media,& fines conſiderans,in hanc ſententiam induxit,vt Alcoranũ Mahometis Euangelio huic quod vos fabricaſtis, & ſtatum hunc Turcicũ regno veſtro longè iudicemus anteferendum. Quod ſi tu ipſe animo verè ſoluto & nullis affectionibus præoccupato poſſes vtriuſque religionis naturam exactè perpendere & quaſi vna & indifferenti lance æquabiliter librare: videris ine dubio tuam fidem eſſe fluctuantem,noſtram ſtabilem , tuam inchoatam,noſtrã perfectam : tuam nulla ſolida ratione niti, noſtram fulciri plurimis; tuam ab vno extremo delapſam ad alterum tendere,ſed ad illud nõdum pertingere: in medio autẽ tanquã inter cęlum,& terram pendere incertam,ita tamen ad noſtram referri,vt prima imaginis adũbratio carbone ducta afficitur ad ipſam imaginem abſolutã: vt ſemen in membra parteſq; corporis nondum formatam, ad fœtum iam perfectum ſuiſq; membris diſtinctum: denique vt ſtirps ad arborem,vt ouum gallinæ ad pullum gallinaceum, vt omnia quęcunque in ſuis principijs parua & minuta ſint , ad eadem iam corpora naturæ opificio magnitudinis ſuæ perfectionem conſequuta referuntur. SAMVEL. Mira quædam narras,& quæ me prorſus obſtupefaciunt,& vix putem me comprehendere quæ faris. Ecquid enim illud vis Euangelium ita ſe habere ad Alcoranum,quemadmodum iſta tu enumeras inchoata corpora ad eadem poſtea naturæ opificio integra , & ſuis partibus expleta? quaſi Euangelium quo magis creuerit & maturuerit,eo propiùs Alcorani naturam induat,& in eam ſit deſiturum ? At hoc quid dici poteſt abſurdius ! Quid enim euidentiùs quàm Euangelium nõ aliter Alcorano opponi,quàm ea quæ extremè ſunt diſparata,quam lucem tenebris,aut candidum nigro,aut aurum ferro,quare & quò magis creſcit , eo erit ab Alcorano alienius , quemadmodum omnia contraria quo ſunt perfectiora , eo etiam à ſuis contrarijs remouentur longiùs. MICHAEAS. Rectè tu quidem aſſequeris quod volo, & tamen ne quippiam hæreas,id quod dixi explicabo fuſius. Sic itaq; intelligo , extrema eſſe, & tanquam ex diametro pugnantia religionem *Mahometis* & *Pontificis* noſtram & Romanã (ita enim à nobis vocatur, & vel his vel Catholicorum, aut Papiſtarũ vocabulis : vt in mentẽ linguamúe venerit promiſcuè vtemur,nec enim de ſyllabis litigabimus quãdo de re conſtat) quam propterea cõtinuis bellis perſequuti ſumus ab

co m-

Digitized by Google

eo tempore quo primum Mahometes legem ſuam tulit. Hoc autem diſſidium multo exarſit vehementiùs poſtquam Ottomannorũ nomen & potentia eminuit. Deinceps enim perpetuata quadam victoriarum ſeriè Romanã hanc fidem, Regeſq́ue & regiones eam fidem Romanã profeſſas expugnauimus: in Hungaria, Slauonia, Græcia, Germania, Rhodo, Cypro, ipſaq; etiam Italia & adiacentibus inſulis trophæa noſtra erexımus: eam deniq; fidem in æternnm deprimendam nobis propoſuimus, vt quam nobis maximè aduerſantem agnoſcimus, idq́, fecimus aliquot ſeculis antequam Euangelium veſtrum vſpiam terrarum increbreſceret. Ab hac autẽ fide quotquot temporib. noſtris diſceſſerunt, omnes in permultis & magnis capitibus ſeſe Alcorano noſtro adiunxerunt: id quòd ſi voles, particulatim monſtrabo, quanquã fortè demonſtratione tali opus nõ eſt. Si enim ad animum tuum reuocare volueris pleraſque quibus ipſe ſæpenumero interfuiſti tui ordinis miniſtrorum conciones, & quas legiſti ſcriptiones, nõ negabis eos crebro vſurpare, Turcas Papiſtis, & Turcarum fidem Papiſtarum idololatria eſſe puriorem, & ſi eligere neceſſe ſit, lõgè præferẽdam. Ita nimirum ſæpe pro concione gregi ſuo ſuadebat, & libris etiam impreſſis confirmabat, inter veſtros domi Superintendentes primarius quidam: videlicet, *Religionẽ Romanã magis eſſe idololatriam quàm eſt Turcica, & Pontificem illũ magis eſſe periculoſum Chriſti hoſtem, quàm eſt magnus Turca.* Scribit alicubi Eraſmus, quum Carolus Cæſar exercitum eſſet inſtructurus contra Solymannum Imperatorem, propterea que per Germaniam militum delectus paſſim haberetur, Lutheranos palam obſtitiſſe, ſubinde clamantes: *malle ſe pro Turca non baptizato pugnare, quàm pro Turca baptizato,* hoc eſt pro Imperatore Chriſtiano, ita quoad religionem nos Romanis non modò æquantes, quum vtroſque Turcas vocarent, ſed etiam nos illis anteponentes, vt qui pro nobis potiùs quàm illis pugnare ſe velle dicerent. Quando ipſe huc profecturus primò ex Anglia in Zelandiam tranſmittebar: tum nimirum cùm contra Regem Hiſpanum populus ille bellũ inciperet, erant illic nonnulli militum præfecti, qui in ſuis vexillis deferebant figuram argenteam lunæ creſcentis, quod eſt (vt noſti) Imperatoris noſtri inſigne, cum hac adiecta inſcriptione: *Pluroſt Turcs que Papaux,* hoc eſt, *potius* (erimus) *Turca quàm Papiſtæ.* Si mihi liberet recenſere quoties Lutherani temporibus Caroli Cæſaris Imperatorem noſtrum contra eũ ſolicitarunt, quoties euocarunt in Hungariam, quoties in Auſtriam,

Luther. in Gen. c. 48. fol. 712. & ibidẽ paſſim. Horn. in li. de primatu Reginæ contra Fel. pa. 101. 102. Eraſmus in Epiſto. ad fratres Germaniæ inferioris.

ſtriam, quæ cũ illo occultè pepigerunt ad imminuendã Cæſaris, amplificandam vero noſtrorum hominum potentiam, nunquam negares totam rationem veſtram, eã dico quæ reformatæ religionis nomine ſe venditat, multo eſſe amore & inclinatione voluntatis cum noſtris Mahumetem, quàm cum Romanis Chriſtum cõfitentibus coniunctiorem. Anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quinto, quum profligatus è Gallijs Princeps Condæus Baſileæ verſaretur, atque illic de ratione belli patriæ inferendi cum ſuis conſultaret, Miniſtri Euangelici ſuaſerunt, vt quãdo aliæ rationes cauſam Euangelicam tuendi viderentur impeditiores, Turcarum Principi ſe ſubmitteret, ſubſidiumque ab eo impetrans belli flammam perpetuò aleret, & ſub Turcarum auſpicijs ad Reipublicæ Chriſtianæ Principum ruinam atque internecionem totis viribus incumberet. Quod conſilium ſatis declarauit quæ ſit Miniſtrorum veſtrorum hac de re ſententia. Multò autem magis idipſum demonſtrarunt molitiones eorundem Gallorum in ſua ſecunda rebellione ſubſidiumq; Imperatoris noſtri eo tempore multis precibus, multiſque rationibus ſtudioſiſſimè expetitum. Inſtabant enim admodum vehementer vt ſuæ cauſæ patrocinium ſuſciperet, & religionis & vtilitatis Turcicæ ratio magnopere flagitabat Religionis, quia *fides Proteſtantium Turcica erat quam ſimillima, niſi quòd illi in ieiunijs & eleemoſynis non ita erant vt Turcæ certis obſeruationibus aſtricti, ſed & in agendo & credendo multo liberiores Vtilitatis, quia & per Principes ſibi in Germania fauentes Romanorum Imperatorem impedire poſſent in omnibus conſilijs quæ contra Turcam moliretur, & ſuum Gallorum Regem diſtinere ne fratrem Regem Hiſpanorum iuuaret ad Turcas è Maris Mediterranei poſſeſſione depellendos. In quod* (inquiunt illi) *Hiſpanus iam olim incubuiſſet, niſi per Euangelicos Gallos Galliæ Regem ab eo iuuando diſtrahentes ſtetiſſet.* Denique pollicentur *ſe fore ſemper paratiſſimos ad turbas in Gallia Germaniaq; cõcitandas, quotieſcunque magno Imperatori videretur.* Contempſerunt quidem excelſo & heroico animo illorum rebellium & perfidorum ſocietatem Baſſæ noſtri, reſponderuntque quod erat Maieſtatis Turcicæ, *Maximum orbis terrarum Principem, Dominum noſtrum, nec velle ingratos homines defendere, nec poſſe fidem habere illis, qui proprio Regi fidem datam fallerent. Solitos eſſe Turcarum Monarchas cum Regibus & Imperatoribus fœdera inire, non cum perfidis, & ſeruis, & rebellibus ſubiectis. Et ſiquidem ſibi vel cum Germano, aut etiam Hiſpano bellum gerendum*

Matth. de Lannoy en ſa repliq; lib. 2. c. 13. §. 15.

An. 1568.

Ex literis Conſtantinopoli ſcriptis ad Venetum Patritium in fine libri de furoribus Gallicis. Vide Surium Anno 1568. folio 710.

Digitized by Google

dum eſſet, non defuturas vires quibus vtrumq; reprimeret ſine hac tam infami & nefaria cõfœderatione. Et ad hunc modum Euangelici illi reiecti ſunt, nec vlla turma aut miles Turcicus in Gallicanis motibus contra Gallorum Regem à noſtro Domino ſubmiſſus eſt. Sed interim ex his manifeſtè apparet & veſtros nobis quam Catholicis eſſe coniunctiores, & tum mores tum religionem Euangelicam Mahumetanæ multò eſſe quã Catholicæ ſimiliorem. Verùm hoc antiquius, illud multò eſt recentius, & hac in vrbe omnium ſermonibus vſitatius, quod Reginæ veſtræ hic apud Imperatorem noſtrum Legatus contra Ieſuitas ſumma contentione laborauit. Quibus quũ Imperator noſter hic proximè in ſuburbijs Cõſtantinopolis cõmodum habitandi locum aſſignaſſet, vbi Chriſtianę Religionis officijs fungerentur, & Chriſtianos illac tranſeuntes aut commorantes in Chriſtiana fide corroborarẽt: veſter ille Legatus oẽm poſuit operam vt Imperatori perſuaderet eos tanquã homines improbos, ſeditioſos, & ſtatui ſuo maximè perniicioſos eſſe, quam primum ex omni Turcica ditione expellendos. Quod & impetraſſet, niſi Chriſtianiſſimi Galliarũ Regis Orator interceſſiſſet, qui propter eam qua apud Imperatorem, & Baſſas valebat gratiam, obtinuit, vt inanis euaſerit tota illa Oratoris Angli contentio, & ſupplicatio. Trienniοque poſt quãdo idem Reginæ veſtræ Orator, Dominum noſtrum ad Hiſpanos communi cum Domina veſtra bello laceſſendũ excitabat, hoc potiſſimum argumento illud perſuadere conatus eſt; *Quia maledicti illi idololatræ Romanẽſes vtriſq;* & Turcis & Euangelicis Anglicanis *communes erant hoſtes,* quia *Idololatrarum illorum ſummus Dux & Caput erat Rex ille Hiſpanus;* Quia ad omnes *eiuſmodi idololatras è mundo exterminandos à præpotente Deo, Turca tantæ magnitudinis Princeps creatus erat, gladiusq; ab eodem Deo ei in manum traditus.* Deniq; pereleganter concludit, ſi quidem Monarcha noſter vna cum veſtro bellum hoc alacriter ſuſciperet, *Deum qui ſuorum protector eſt ipſi affuturum, atque ita iſtos idololatras proſtraturum, vt reliqui ſuperſtites aliorum exemplo ad eum ſint ſeſe conuerſuri, & eundem Deum verum nobiſcum (Turcis & Anglis) adoraturi. Vos quoque* (inquit Orator ille) *qui ita ad eius gloriam augendam pugnabitis, non dubium eſt quin viciſſim cumulabit pulcherrimis victorijs omniq; honore & fœlicitate.* Quæ Oratoris Anglici verba multa quidem ſingularia continent, ſi in ijs minutè rimandis vellem inſiſtere. Imperator certè noſter Solymannus, qui ante paucos annos deceſſit, quo nemo fuit

ſuo ſæ-

Reſponſio ad Iuſtitiam Britan. p.167 Pera An.1584.

Monſieur de Hermini.

An.1567. menſe Nouem. Vide libr. Petri Saxonis inſcriptũ. Admonitio ad fideles Germanos vt caueant à Caluiniſtis.

ſuo ſæculo ingenio, prudentia, pietate, rebus domi militiaque glorioſè geſtis Princeps commendatior, quàm veſtri ſcriptores Chriſtiani propter humanitatem & temperantiam, & raram quandam naturæ bonitatem præclaris laudibus ornant, qui vnus pluſquam maiores ſuæ Chriſtianæ religionis cōtrouerſijs pernoſcendis non mediocrem operam impendit, cùm Euangelium à Luthero prædicatū exactè & particulatim intelligeret, tum illud tanquam noſtro Alcorano quoad pleraq; dogmata valdè ſimile, & affine ſolebat crebrò probare & Papiſticæ religionis multum longeque anteponere. Sed hæc ego vt & huius generis permulta alia quæ narrare poſſem, libens prætereo. Vnum hoc ſi à te percontarer, vtrum ſi è duobus alterū tibi neceſſariò eſſet eligendū, vt vel ad noſtras partes penitus te adiungeres, vel Papatui Romano rurſum te ſubmitteres: Si à tuis domi fratribus Euangelicis aduocata concione poſtularem, vtrum mallent noſtri Mahometis religionem, an veterem Romanorum Pontificum authoritatem in ſua Inſula conſtitui: certus ſum & te niſi à reliqua tuorum doctrina & à tuis comminiſtris toto cælo diſſideres, & illos etiam fratres tuos ſi vel communibus doctorum ſuorum concionibus, vel libris vbiq; inter eos peruulgatis, vel etiam creberrimis apud omnes menſas & conuiuia ſermonibus conſentanea dicerēt, reiecturos Pontificatum, amplexuros Mahometiſmum. Quę quidem omnia non ſunt attribuenda inuidiæ, malitiæ, odio, aut iſtiuſmodi cæcis animorum perturbationibus, quib. homines ad quæuis infanda ſæpenumero abripiuntur præcipites; ſed ipſi miniſtrorum prędicationi, regulis fidei, initijs, progreſſui, conſequentiæ & ordini diſciplinæ veſtræ, quæ ipſa vi & propenſione ad noſtrum Alcoranū non aliter decurrit, quā grauia deorſum, leuia ſurſum, flumina ex locis montoſis ad valles, ex vallibus ad mare ſuo ferūtur impetu. Ex quo euenit vt multi fuerint pręcipui in veſtris Eccleſijs doctores, qui poſtquam diligentiſſime omnia Euangelij capita huc illucque in diſputationibus, in concionibus, in Synodis verſauerant, vt ipſiſſimam veritatem tandem aliquando expiſcarentur, & locum ſolidum reperirent in quo ſtabilem pedem figerent: nūquam ſtabilitatem vllam reperire, nunquam veram tranquillitatem cōſcientijs ſuis comparare potuerunt, donec in hanc ciuitatem, tanquā veræ pietatis domiciliū perueniſſent. Quære à Gallis Hugonotis Lugduni & proximarum ciuitatū, qualis & quantus apud eos fuerit Alamann⁹ ille *ſtrenuus Caluiniſta* & *Bezæ* aliquando *familiariſſimus*: comperies eum vel crebritate

Belleforeſt Coſmog. vniuerſ. To. 2. lib. 2. ca. 40. colum. 379.

Conrad. Schluſſ. l. de

britate

Digitized by Google

britate concionandi, vel ardore perſequendi Papiſtas, diſturbandi altaria, comminuendi imagines, expilandi Eccleſias, vexandi Sacerdotes, Monachos, Sanctimoniales, vel (vt breuiter dicam) generali Euangelij propagandi zelo, neminem habuiſſe ſuperiorem. Quid autẽ eo factum eſt? Non conquieuit, donec poſt multam fluctuationem, & variam aberrationem ab vna ſecta ad aliam, poſtremò in hunc noſtrũ pietatis Mahometanæ portum confugit. Id .n. veriſſimum eſt, quanquam ſcio eſſe ex veſtris nõnullos, qui vt hanc nobis gloriam eripiant, eum Iudæum potiùs factum aſſerunt. Idem de Paulo Alciato doctiſſimo Italo qui Mahometani dogmatis in Polonia ſementem ampliſſimam fecit, eſt manifeſtum. Is enim poſtquam innumerabiles illic præparaſſet ad Alcoranum accipiendum, ad extremum totum ſe nobis tradidit, & tãquam face diſcipulis ſuis prælata religionis noſtræ apertam ſuſcepit defenſionem. Nec ab eo ſeparãdi ſunt eruditi imprimis & excellẽtes viri Galli, Italiq́;, Petrus Satorius, Georgius Blandrata, Lelius Socinus, Georgius Paulus, Franciſcus Liſmannus, & alij qui cum Paulo Alciato communem Poloniæ conuertẽdę operam nauarunt, nec à nobis quicquam diſcreparunt, niſi quod ad odium hominum declinandum, & ne feſtinata à vobis diſceſſio eorum, qui deinceps eidem operi incumberẽt labores redderet minus fructuoſos, apertam Mahometiſmi profeſſionem verbo detrectarunt, quum reipſa prorſus idem nobiſcum ſentirent. Edidit nuper magnus Euangelicorũ in Germania Patriarcha (eſt enim *Diœceſeos Raceburgenſis Superintẽdens*, & propterea, *coniunctarum Megapolenſium Eccleſiarum generalis inſpector*) libros tres *de Theologia Caluiniſtarũ*. Quos, (vt fideliter agere cognoſcas) *ex publicis Sacramentariorũ ſcriptis* collegit: nihil affingens de ſuo, ſed quæ dicit, omnia eorũ *libris, paginisq́; & verbis proprijs citatis confirmat.* Et ne quis opinetur eum temerè & feſtinãter libros illos percurriſſe, vel abſque iudicio, & malitioſè eorum verba & ſententias diſtorſiſſe, magna grauitate conteſtatur, ſe *Dei gratia & benignitate, Sacramentariorũ ſcripta Latina & Germanica per totos viginti tres annos in timore Domini legiſſe & relegiſſe. Et profectò veritatẽ dico in CHRISTO IESV &c.* Hic autẽ vir talis ac tãtus, non modò ſua auctoritate generaliter aſſerit, Caluiniſtas eſſe Mahometiſmo proximos, *Caluiniſtas alere in pectore impietatem Arianam & Turcicã* (ſic enim loquitur) *quæ non rarò ſuo tempore palam ſe prodit: & Caluiniſtas hominibus ad Arianiſmum & Mahometiſmum feneſtram, & ianuam aperire,*

Theologia Caluiniſt. lib. 1. ar. 2. fol. 10.

Beza epiſt. Theolog. 5. & 65.

Beza epiſt. 81. pa. 332. Ibid. & in præf. Ioſiæ Simleri de æterno Dei filio.

Ann 1592. Theologia Caluiniſtarum libri tres, & impreſſi Francofor. Ibid. in titulo.

Ibi in præf. Apoſtol. c. D. D. lib. 1. ar. 2. fol. 9.

Ibi. fol. 10.

ſicuti

ſicuti noſtri(inquit) *Theologi, publicis libris hoc demonſtrarunt* ſed manifeſtis rationibus & experimentis probat. Vbi inter alia producit & exemplum & teſtimonium *Adami Neuſeri qui olim Heidelbergenſis Eccleſiæ primarius Paſtor, ex Zuvinglianiſmo per Arianiſmum progreſſus eſt ad Mahometiſmum* (quæ tria, *Mahometiſmum* nimirum, *Arianiſmum* & *Caluiniſmum*, alius non ignobilis Germanicæ Theologiæ Doctor vocat *tres fratres & ſorores, tres caligas eiuſdem panni*) relicta Germania diu in aula noſtri Imperatoris hic Conſtantinopoli vixit, & ex hac ciuitate *D. Stephano Gerlachio hæc verba ſua manu ſcripſit Anno 1574. Iulij 2. Nullus noſtro tempore, mihi notus, factus eſt Arianus, qui non antea fuerit Caluiniſta. Seruetus, Blandrata, Alciatus, Franciſcus Dauidis, Gentilis, Gribaldus, Siluanus & alij. Igitur qui timet ſibi ne incidat in Arianiſmũ* (& quod proximè conſequitur, Mahometiſmũ) *caueat Caluiniſmum.* Prodijt Anno 1586. libellus quidam à Lutherano Euangelico editus, & Ienæ in Saxonia impreſſus, cuius hæc eſt inſcriptio, & totius operis argumentum. *Admonitio ex verbo Dei quod Caluiniſtæ non ſunt Chriſtiani, ſed tantum Iudæi, & Mahumetani baptizati.* Biennio poſt impreſſa eſt Tubingæ, cuiuſdam *Philippi Nicolai, Eccleſiæ apud Hardecanos miniſtri, fundamentorũ Caluinianæ ſectæ cum veteribus Arianis & Neſtorianis communium detectio, qua demonſtratur neminem Chriſtianorum Caluinianis adhærere poſſe, quin vna Arianiſmi, & Neſtorianiſmi ſuſcipiat defenſionem.* Hæc & huius generis multa à te lecta, vel animaduerſa negabis, illud ſaltẽ ignorare nõ potes quod de Bernardino Ochino lippis & tonſoribus eſt notum, & cuius vitæ hiſtoria eſt tanquã illuſtre quoddam ſignum in quod omnes tueantur. Is enim cum Petro Martyre & Martino Bucero, & Paulo Phagio quartus Apoſtolus deſignatus ad patriã noſtram, & imprimis Academias Euangelij inſtitutis imbuẽdas, ita ſe geſſit, vt auditoribus ſuis, vbinam ad extremum ipſiſſima veritas repoſita eſſet, documẽtum perinſigne reliquerit. Poſtquam enim Apoſtolica eius functio per infœlicem Edoardi Regis obitũ fuit terminata, reuenit Geneuam, & poſtea Tigurum, vnde prius in Angliam diſceſſerat. Inde profectus in Poloniam Euangelium quod apud Anglos nõ potuit, apud Polonos magno cum fructu diſſeminauit, Trinitatem perſonarum & deitatem Chriſti, Sanctique Spiritus, totamq; fidem Chriſtianam concionibus eleganter, ſed multò firmius & ingenioſius ſub aliena perſona, libris doctiſſimis editis, & à Caſtalione in linguam Latinam tranſlatis (vt ad plures ea doctrina

Ibid. fol. 9.

Ioannes Schutz in lib 50. cauſarum, cauſa 48.

An. 1586.

Sleidan. Hiſto. libr. 19. An. 47.

Ioſias Simlerus in vita Bullingeri.

Ochinus in libris Dia-

ctrina permaneret (oppugnauit, vel (vt verius dicam) expugnauit. In quo perſpicuum eſt eum omnia fundamenta Alcorani noſtri tā ſolidè ieciſſe, vt nec à nobis quicquam amplius potuerit deſiderari. Eodem planè modo Polygamiam & Circuncisionem comprobauit, & vniuersè in omnibus fidei capitibus ita nobiſcū conſpirauit, vt Theodorus Beza aſperè quidem & iracundè, vere tamen eum dixerit, *Arianorum clandeſtinum fautorem. Polygamiæ defenſorem, omnium Chriſtianæ religionis dogmatum irriſorem*: quo perſpicuè demonſtrauit quis eſſet Euangelij veſtri exitus, & quo tantus Apoſtolus volebat ſuos diſcipulos dirigere. In quo vno homine intueri potes tāquam viuis coloribus expreſſam religionis veſtræ imaginē, & vna præclarum ſanè exemplum, quemadmodum, & quo ordine ea ſoleat progredi, quæ etiamſi ludicra quadam viletatione in medijs aliquantiſper cōmoretur, vel quo magnitudo mutationis minus percipiatur, vel quò plures auditores blandius tanquā leui ſomno conſopiti à priſtina religione abſtrahantur, vel etiam quia cōtra naturam eſt, vt aliquid ab extremo ad extremū niſi per media transferatur, nunquam tamen verè conquieſcit donec ad hunc noſtrum portum appulerit. Quis autem erat in toto Monachorum eorum qui à Pontificatu deſciuerunt grege Bernardino Ochino illuſtrior? Quis in perſuadendo neruoſior? quis in prędicando elegantior? cuius ego conciones Italicè ſcriptas plurimorum nobilium non ſolùm virorum, ſed etiam fœminarum vidi manib. teri, lectione frequētari, in ſinu circumferri. Quem hominem propter magnam ſummæ eloquētiæ, multiplicis doctrinæ, ſpectatæ pietatis famam vbiq; notiſſimum, clariſſimus Tigurinę ciuitatis Magiſtratus liberali ſtipēdio ad ſe inuitauit, vt Eccleſiam Italicam illic tum primum, ad Euangelij fontes hauriendos cōfluētem adminiſtraret. Qui vir *Bullingero præ alijs fuit charus, quem etiam nato ſibi infanti teſtem in baptiſmo adhibuit*, vt ea Chriſtiana cæremonia, cui intimi amici ad arctiorem amicitiæ colligationem adhiberi ſolent, Bullingerus ſibi tanto chariorem redderet tam inſignem Apoſtolum Bernardinum Ochinum: Proteſtantes vocant *Bullingeri & Caluini fidum Achatem*, qui etiam *pro Caluini defenſione contra eius aduerſarios* multa ſcripſit quæ Bullingerus Tiguri curauit imprimēda, de quo homine non magis amicè quàm vere Polygraphus ille Superintendens quondam Oſſorienſis in Hybernia, Ioannes Balæus: *Petrum* (inquit) *Martyrem* ô Tigurini *& Bernardinum Ochinum in Tigurum recepiſtis, quæ duo luminaria*; *quorum*

logo Zanchius de vno Deo & 3. El gium par 2. li. 2. ca 3. Beza epi. 1. & 2. Beza epi... par. 11.

Ioſias Simlerus in vita Bullingeri fol. 28. An. 1555.

Conrad. Schluſſel. Theo. Caluiniſt. libr. 2. fol. 60. Balæus præfat. in

quorum alterutrum ſi aliæ haberent Eccleſiæ, magno ornamento & theſauro ditatæ atque beatæ viderentur. Fœlix Anglia dum hac habuit, miſera dum amiſit. Et Caluinus Euangelij Geneuenſis Princeps: *Quos hac noſtra ætate monachos habuit, Germania, qui vel doctrina, vel ſanctitate cum Luthero, Bucero, Oecolampadio, & ſimilibus conferre ſe niſi nimis impudenter audeant? Quos Itali Bernardino Ochino & Petro Martyri opponent?* Sic ille. Adeo vt in vno Bernardino Ochino *lumine, ornamento & theſauro, tum Reipub. tum Eccleſiæ* Chriſtianæ, qui vel ſolus ad *beandam Angliam* valuit, qui præſtantiſſimis illis Apoſtolis & Euangeliſtis Luthero, Bucero, Oecolampadio, Petro Martyri æqualis fuit, cui tota Italia fœliciſſima alioqui excellentium ingeniorum mater neminem habuit parem, valde euidenter pateat Euangeliſmum proximè cum Alcorano deuinctum & colligatum eſſe. Quare ſi ex factis rebusque geſtis Proteſtantium Anglorum, Flandrorum, Gallorum, Germanorum; ſi ex dictis, ſcriptis, concionibus Miniſtrorum; Si ex Principum, Doctorum & Apoſtolorum argumentis, perſuaſionibus, toto vitæ curſu, ipſa etiam morte (quo quid amplius requiri poterit?) faciendum ſit iudicium, facilè vides quàm verum ſit quod de Euangelij veſtri cum Alcorano noſtro intima cognatione aſſeuero. Sed longior ſum quàm putabam, & non neceſſarium laborem ſumo. Si enim paucos dies hic permanſeris: commonſtrabo ego tibi miniſtros permultos, à quibus ſi ſciſcitari libuerit, longè plura audies quàm à me, nō nimirum in ijs rebus verſato commemorari, potuerunt, tam diu enim eſt quod librorum veſtrorum lectione ſuperſedeo, & eam ferè legem mihi ipſi indixi, ne eis deinceps manum admoueam. Illud enim inter alia pleraque argumentum fuiſſe non vltimum fateor, quod me celerius in hanc vrbem compulit, vt remotior eſſem ab illa ſectarum & voluminum quæ apud vos in dies ferè ſingulos enaſcebātur multitudine, quorum quum ignarus & rudis eſſe nollem, vel quia neſcio quo naturæ ductu quam plurima ſcire appetebam, vel quia locus quem tenebam illud à me flagitabat; tum verò eorum copia ita obruebat, vt licet quicquid haberem temporis in illis ſolis euoluendis ponerem, tamen vt opinor, nec centeſimam partem eorum percurri, quorum in nundinis Francofurdenſibus venalium Catalogus bis ſingulis annis ad me deferebatur. Vix enim miniſter quiſpiam paulò ingenioſior paradoxum aliquod etiamſi cum alijs Theologiæ veſtræ decretis maximè pugnans excogitabat: quin ſtatim habebat plurimos qui ipſi

act. Roma. Pontif. Caluin. libr. de ſcandalis pag. 136.

applau-

applauderent, & clariſſimam lucem, ipſam Euangelij medullam ab illo homine erutam acclamarent. Si Magiſtratus obſiſteret, aut Superintẽdens ſeſe opponeret, mox libri in vtramque partem prouolabant, laborabant præla, coibant factiones, adeo vt ab annis 70. quãdo primum cœpit Lutherus, vix vllam ſectam libris ſcriptis reciſam viderimus, pullulaſſe autem quamplurimas; plurimoſq; ſcriptores ad earum defenſionem incubuiſſe, vt hoc in genere nõ dubitem quin ab ipſis Proteſtantibus Germanicis multa plauſtra librorum confecta fuerint. Neque vobis in Anglia deſunt exempla miſera & luctuoſa talium certaminum in veſtris Puritanis, Familianis, & alijs eius generis ſectarijs vel Euangelicis (nec enim probè ſcio, quo eos nomine appellari velis) quos quũ libris cõtra eos ſcriptis confutari poſſe quidam Doctores arbitrarentur, illud tantummodo vſu venit, vt libri multiplicarentur, & vna hæreſis obſtinatè defenſa, alias permultas hydræ inſtar effunderet. Atqui vt amicè apud te eloquar, quod pluſquam centies audiui poſtquam in hanc vrbem perueni, nihil eſt quod in communibus menſis Turcæ vobis odioſius, aut frequentiùs exprobrant, quàm illam veſtrorum in fide mutabilitatem & ſectarum multitudinem: & quotieſcunq; cum Polonis, Germanis & Gallis olim Chriſtianis, nunc Mahometanis his de rebus ſermocinor, quod facio ſæpiſſimè (nec enim alios habeo cum quibus verſari poſſim adeò familiariter, & quibuſcum mihi tam aptè conuenit) ſentio eos pleroſq; omnes Euangelium veſtrum tanquam infinitum diſſidiorum, contentionum, & ſectarum ſemper magis & magis excreſcentium chaos, hac potiſſimum de cauſa fuiſſe auerſatos.

Theuet Coſmog. lib. 6. c. 5.

ARGVMENTVM
CAPITIS TERTII.

Vltimum illud de ſectarum numero non negat Samuel, oratq; vt in Eccleſijs Euangelicis per Concilium aliquod generale pax ineatur. Contra quod oſtendit Michæas tale Concilium nunquam ex Proteſtantium Eccleſijs poſſe cogi, quia illi nunquam conuenire poſſunt. Primo, vel de ijs qui in hoc Concilium ſunt admittendi. Secundo, vel quibus ſcriptura aut aliorum ſcriptorum libris controuerſiæ ſint decidendæ. Tertio, vel qui futuri in Concilio ſint Iudices. Quartò, vel denique quæ ſit futura Ca-

n·num Auctoritas, quia Proteſtantium doctrina priuato cuiuis poteſtatem largitur de Concilij vniuerſalis decretis iudicandi.

CAPVT TERTIVM.

SAMVEL.

QVOD de ſectis ſubinde exorientibus narras, verius eſt quàm vt à me negari poſſit. Ideoque etiam ſcio pios omnes intimis animis cōdolere, & quotidianis votis à Deo expoſcere, vt tandem aliquando communibus Principum Proteſtantium ſuffragijs libera & pia Synodus indicatur, in qua ex verbo Dei omnes controuerſiæ decidantur & afflictis hac diſſenſione Eccleſijs vnitas reſtituatur. MICHAEAS. Piè quidem loqueris Samuel, & tamen neſcio an dicere debeam piè è veſtris hominibus huiuſmodi vota fieri. Maximè cum ſciam Eccleſiarum veſtrarū formā & Religionis naturam his votis prorſus eſſe repugnantem. Particulares quidem Synodos certis in Prouincijs, in Vrbibus, in Regnis conuocari poſſe fateor, quales in Heluetia, in Anglia, in Saxonia, in Gallia nonnullæ aliquando coierunt, & memini me legiſſe *ſupplicationem Ienenſium, ad Principes, & Ordines Confeſſionis Auguſtanæ pro legitima Synodo, in qua Lutherani ſoli conueniant, & Zvvinglianos aliosq; a·uerſarios cōdemnent.* At quemadmodum vniuerſalem Synodum colligere poſſitis, qua ſola generalis Eccleſiarum veſtrarum pax, & tranquillitas conſtituatur, ego ſanè non video, & auſim affirmare, hoc nec à te, vel cogitatione poſſe concipi. Recolligere tecum potes, (eſt enim à plurimis tum Catholicorum, tū Proteſtantium Hiſtoricis commendatum memoriæ) Anno 1557. indictum fuiſſe VVormatiæ Catholicorum, & Lutheranorū Proteſtantium colloquium, miſſique venerunt à Principibus quibuſdam miniſtri ſelectiores, & quoniam idcirco præſcriptus erat conuentus, vt primum de hæreticis nouis & nequiſſimis, qui ſub Auguſtanæ confeſſionis ſpecie tumultus, & factiones concitabant, nec reuera confeſſionem illam tenebāt, è Germania tollendis, vel expellendis: & deinceps de Catholicis, & veris Proteſtantibus Auguſtanæ fidei profeſſoribus, ad concordiam aliquam perducendis ageretur: Hoc initio à Catholicis flagitatum eſt, vt miniſtri Lutherani nominatim deſignarent, quinam erant Proteſtantes Auguſtanæ cōfeſſionis participes (quos ſolos Imperij decreta tolerabant) quinam e-

Beza in li. de Synodo.

An. 1560.

Amſdorfius in publica confeſſ. Lauather in hiſto. Sacrament. Nicolaus Gallus in theſibus & hypotheſ. Genebra. in Chronologia. Simlerus in vi-

erant

tant Sectarij ab eius participatione alieni, quos oēs Imperij leges, cum ipſorum Proteſtantium conſenſu ſemper hactenus damnauerāt. Hic Miniſtri capita ſua conferre, laborare, diſputare, ſudare, examinare: Alius Maioriſtas volebat repelli, alius admiſſis Maioriſtis eijci volebat Flacianos: tertius illos vtroq; Germanos eſſe Proteſtantes iurabat, Adiaphoriſtas autē tanquam adulterinam ſobolem, & Luthero patri nimis iniurioſam cenſebat, potius excludi oportere. In hac rixa poſtquam multos dies abſumpſerāt, ipſi demum Miniſtri in duas ſectas diuidi cœperunt, & altera alteram grauiſſimis contumelijs laceſſere, & maior numerus ſeptenarius, quinarium (erant enim duodecim) ſuo ex cœtu, tanquā non ſatis ſinceros, Auguſtanæ fidei Euangelicos repellere, atq; ita quum nihil certo definiri poſſet, cōuentus ille magno cū multorum riſu, diſſolutus eſt. Quale (Deus bone) fuiſſet illic diſſidiū, & implacabilis rixa, ſi de omnib. ſectis quæ per Prouincias veſtras magno numero vagantur, ſeparādis vel ſecludendis iudicium fuiſſet inſtitutū! Quid? an tu vel probabiliter ſuſpicari potes, quemadmodum omnib. Regibus, Ducibus, Comitibus, liberis Ciuitatibus ſupremam ſingulatim iuriſdictionem obtinentibus, nulla vnius generali authoritate deuinctis perſuadeatur, vt ſuos ſinguli miniſtros, pleroſque contrariæ religionis in hanc Synodum amandent? At hoc quam nec veriſimile ſit conijcere potes ex ea quā modo attigi Ienenſiū ſupplicatione, & reſponſo quod ei oppoſuit Bullingerus, & alij Zvvingliani, vel Sacramentarij, (neceſſario enim his vocibus vtendum eſt, quum non ſuppetant aliæ, quibus iſti à Lutheranis diſtinguantur, & inter vos ipſos hæc iam loquēdi conſuetudo inualuit.) Primum de Lutheranorum iniuſtitia ita conqueruntur. *Anno 1560. Flacianæ factionis coryphæi quidā multum laborarunt, vt Synodus aliqua publica indiceretur. At Synodū liberam, & ſanctā non quærebāt. Nolebant. n. in hanc admitti nos, quos Sacramentarios vocabāt, nec Svenkfeldianos, Oſiandriſtas, aut alios iā antea à ſe dānatos, ſed tantū audiri volebāt eos qui ſunt Auguſtanæ cōfeſſionis.* Bullingerus aūt eodē anno reſpondens, eos admodū acerbè pungebat, idq; ita, vt egregiè quā tracto nō difficultatem, ſed planè (vt ita loquar) impoſſibilitatem, Synodum vllam Proteſtātiū cogendi demōſtret. Sic aūt ſcribit pereleganter: *Synodos & collationes æquas, & Chriſtianas non refugimus, ſed cū Dominus non liberauerit à iugo Papæ, nō patiemur, adiuuante Domino, nos premi noua tyrannide eorum, qui ſub prætextu Euangelij, ad primatū: & dictaturam aſpirant. Nolumus ergo excludi à cœtib. San*

ta Bulling. Surius in hiſtoria rerum, &c.

Ioſias Simlerus in vita Bullingeri fo. 34.

Ibd. fo. 34. & 36.

Digitized by Google

ctorum pro Ienēſium libidine & arbitrio. Nolumus agnoſcere ipſos in Eccleſia Chriſti libera Dominos, Pontifices. Cenſores, Dictatores, qui omnibus præſcribant, dictent & præcipiant quod libet. Si ideo ſe tantopere efferunt, quòd ſe Eccleſiam Chriſti ſentiunt; nos quoque Eccleſia Chriſti ſumus. Si exiſtimant ſe habere ſingulares Eccleſias, & dona excellentia, habemus eadem (abſit hic iactantia) & nos. Nos quoque miniſtri Chriſti ſumus per Dei gratiam, ſigillaq; noſtri miniſterij dubitantibus oſtendere poſſumus. Hæc ille, & in eundem finem permulta alia. Alter quoque infra quæ ſi diligenter expendere, & ad calculos reuocare velis, cōperies non tantùm ſingulis ſententijs, ſed ferè ſingulis ſentētiarum membris rationes firmiſſimas contineri, quarę in veſtris Eccleſijs, nec indici quidem Synodus aut conuocari aliquando poterit. Sed mihi in ijs inſiſtere non libet, & hæc omnia impedimenta fingo eſſe iam è medio ſublata, veſtramque coluiſſe Synodum. An tu iam credis futurum, vt Miniſtri inter ſe cōueniant de modo agēdi, de actoribus, de medijs, quibus in diſputando veritas indagetur; quot & quinam Scripturæ Sacræ, Libri Canonici, quænam Concilia, quinam Patres, & ad quotam vſque à Chriſto ætatem, ſecundam & tertiam, an etiam quartam & quintam (veſtrates domi etiam ſextam ſolebant annumerare) ad harum controuerſiarum deiudicationem aſſumi debeant, quum iam de iſtarum quæſtionum ſingulis maxima, & interminata diſſenſione decertent. Ante annos 20 Lutherani vnius prouinciæ, iuſſu Regulorum ſuorum alterius electoris, alterius Ducis Saxonię, Altemburgum ciuitatem quandam Germaniæ de iuſtificatione ſolius fidei diſputaturi conuenerunt. Quum initio de libris quibus controuerſia ea diſcutienda fuerat quæreretur, Deus bone! quot iurgia, quanta certamina ſunt contracta! Theologi Ducis Saxoniæ nil voluerunt admitti, *pro norma* ad quam tum omnia erant examinanda, niſi tantummodo *verbum Dei, veram cōfeſſionem Auguſtanam, eiuſdem Apologiam, Smalcaldicos articulos, & ſcripta Lutheri*: At Principis Electoris Theologi addi quoque volebant, *Libros quoſdam Philippi Melanchthonis, & confeſſionem Auguſtanam*, à Philippo poſt Lutherum mortuum amplificatam. Et de his quæſtionibus, de vera (inquam) confeſſione Auguſtana & libris Philippi interminata lis inter eos exorta eſt, quæ nunquā potuit definiri, quum iſti pro Philippo tanquam pro aris & focis dimicarent; illi Philippum tāquam Vertumnum & Protheum, & planè Apoſtatam reijciendum incredibili vehementia contenderent. Vnde irrito ſucceſſu

Iuellus.

Ann. 1568.

Cello. Altenburgen ſe in præf.

ſucceſſu hoc vnicum, & ſolam Synodum illam magna cum Lutheranorum expectatione inchoatam diſſoluit. Theologi enim Principis Electoris abrumpentes diſputationem, hanc inter primarias retulerunt diſceſſionis ſuæ cauſas; *quod Theologi Ducis Saxoniæ corpus doctrinæ in Eccleſijs harum Regionum* *Ibid. folio 529, 530.* *ex Electoris pio mandato retentum, ac præcipuum nucleum eorũ ſcriptorum, de nouo reuiſam, & auctam confeſſionem Auguſtanam, & Philippi locos Theologicos grauiter inuaſerunt, atque ex norma doctrinæ penitus excluſerunt* Quid autem? num hoc debuit fraternam hanc diſputationem dirimere, quæ Eccleſijs Lutheranis in vnam conciliandis ipſorum Principum mandato, tanto cum populi deſiderio indicta eſt? Maximè inquiunt huius partis Theologi. *Neq; enim potuiſſemus coram Deo,* *Ibidem.* *& Eccleſia rationem reddere, ſi cum talibus nominibus progreſſi fuiſſemus, & cõceſſiſſemus vt normã doctrinæ publicæ in ijs regionibus ſuſceptam in dubium traherent, non decuit* (inquam) *nos iſta contumelioſa reiectione corporis doctrinæ noſtræ audita, vlterius cum ipſis progredi, niſi publicè nos falſæ doctrinæ reos probare vellemus.* Atq; ita vtrinq; diſceſſum eſt, animis ad ciuile bellum multò quam antea magis exardeſcẽtibus. Quod ſi vnius prouinciæ pauci Lutherani de hoc articulo concordare non potuerint, quale bellum fuerat expectãdum, ſi ad hanc Synodum omnes alij Euangelici fuiſſent aggregati? quorum multi ſcripturæ non omnes libros, nulli Confeſſionem Auguſtanã, vel veram vel falſam, nulli Apologiam, nulli Smalcaldicos articulos pro norma doctrinæ admiſiſſent. Nũquam enim Angli noſtri, nunquam Scoti, nunquam Galli, nunquam Flandri aut Heluetij in hanc normam fuerant conſenſuri. Certè ſcriptor quidam Zvvinglianus, aliquot antea annis vna cum Bullingero opponens ſe Lutheranis, has lõgè alias præſcribit *Synodi inter Lutheranos & Zvvinglianos inſtituendæ leges,* ſine quibus primam communi conſenſu poſitis, fruſtra de Synodo colligenda laboratur. *Clebitius in victoria veritatis, & ruina Papatus Saxonici ad finem in Appendice. Ann. 1561.*

1 *Superattendentes Lutherani non ſint ſimul actores & iudices.*

2 *Superattendentes & Doctores Lutherani laxentur à iuramẽto, quod præſtiterunt in noua, 4. Euangelia. 1. in malè intellectam Confeſſionem Auguſtanam. 2. in Apologiam 3. in articulos Smalcaldicos. 4. in agendas Eccleſiaſticas.*

3 *Solum Dei verbum ſit iudex.*

4 *Tot numero ſint Zvvingliani, Lutherani, & habeant paria deciſiua ſuffragia.* Mitto reliqua quæ ſequuntur capita quando hæc pauca continent nonam, eamque valde copioſam litigandi

BIBLIOTECA NAZ. ... ROMA ... VITTORIO ...

tigandi materiam. Vt enim concedamus eos de verbo Dei, de ſcripturis Canonicis, & diſputatoribus, de reijcienda confeſſione Auguſtana, Apologia Smalcaldicis articulis, &c. Apprimè conuenire, tamen ſi neminem volunt iudicem præter ſcriptum Dei verbum, ſtultiſſimè ad Synodum conuenitur: quādoquidem verbum Dei iam nunc extra Synodū non minùs perſpicue, & canotè ſententiam ſuam pronunciat, quā in Synodo pronuntiare poteſt. Sin verbo Dei, hoc eſt, ſcriptis Biblijs, tanquam iudicibus mutis, vocales iudices, & interpretes adiungere volunt, verbi gratia, 3. Lutheranos, & totidē Zvvinglianos: in eodem luto hærent, nec quicquam promouent. Id quod tam multorum annorum experimento eſt comprobatum. Et tamen vt in alios diuini verbi interpretes, iſtiuſq; Synodi iudices concordent, ne fingi quidem poteſt. Quis enim non dicam fide Chriſtiana, ſed vel aliquo iudicio prǫditus exiſtimare poterit Lutheranum Zvvingliano, aut Tritheitam Trinitario, aut Anabaptiſtam Libertino, aut Caluiniſtam Brentiano, aut Melāchthonicum vel Adaiphoritam mollem & manſuetum rigido & efferato Flaciano; aut quempiam omnino ſectarium, ſuo aduerſario daturum poteſtatem, vt de ſua fide quam ex verbo Dei credit eſſe puriſſimam ferat ſententiam? Quid ego quam fidem Spiritus Sanctus ſpiritui meo teſtatur eſſe cum norma Euangelij exacte cōgruentem, qua ſola vitam ſempiternam me adepturum non modò ſpero, ſed certò confido, planeque ſcio, *per quam & mundum, & ipſos etiam Angelos me iudicaturum eſſe cognoſco.* (hæc eſt autē proteſtantium omnium generalis perſuaſio) hanc ego fidem, diuinam, ęternam à Spiritu Sancto profectam, hominis mortalis, caduci, erroribus obnoxij, & ab eadem fide abhorrentis iudicio ſubmittam? At iudices præficientur homines moderati & indifferentes, qui nullis affectionibus in vnam partem, magis quàm in alteram propendebunt. At hoc magis eſt quam ſuperiora cogitatu abſurdum. Si enim erga omnes has ſectas affecti ſint æqualiter, & nullam vnam alteri præferant; tantùm abeſt vt in hoc celeberrimo cœtu, eos ad altiſſimam hāc iudicij faciendi dignitatem extollere velim, vt contra in nulla ſocietate ferri, ſed tanquam infideles, & Atheos vltra Garamantas & Indos ablegari debere cenſeam: Quando nec Indus (vt opinor) quiſpiam vel Garamas reperitur, ita religionis expers, vt non vnam aliquam Religionem colat, eamque reliquis putet antecellere. Quare ſi quis ita ſit tanquam tabula raſa omnis Religionis vacuus, vt non magis Romanam curet quàm

Zvvingli. to. 2. f. 609. in actis diſput. Tiguri. Sleidan. li. 3. Luthe. tom. 2. aduerſus falsò nominatum ordinem Epiſcopor. in initia.

Digitized by Google

quàm Turcicam, non magis Lutheranam quàm Zvvinglia-
nam, nec hanc Anabaptiſticæ aut Arrianæ præferat, nec certã
aliquam fidem alia putet eſſe diuiniorem, hunc ego non ho-
minem, ſed immane monſtrum iudico, ideoque ex cœtibus
humanis excludendum, vt qui prima naturæ ſemina, & igni-
culos in ſua mente extinxit. Quod ſi autem & in Iudices quo-
que conueniri poſſe cõcederem, tamen nec ſic quidem quic-
quam proficimus, ad ſtatuendam eam quam tantopere expe-
timus Eccleſiarum tranquillitatem. Quid ita? Quia nimirum
cuique Euangelico liberum facitis de omnium Iudicum, &
Conciliorum decretis canonibuſque rurſus iudicare, & ex
verbo Dei illorum ſententias, ſua denuo ſententia ſuprema
reſcindere: vt neceſſariò omnis redeat labor actus in orbem,
& ab Eccleſiarum pace ſtabilienda, non minus longè abſu-
mus, quàm eramus, priuſquã Synodus noſtra imaginaria con-
gregaretur, quia certum eſt, omnem cuiuſque generis prote-
ſtantẽ, quando penes ipſum eſt hæc iudiciaria authoritas ſuæ
opinioni contra alias ſuffragaturum. An tu neſcis hanc eſſe *Calu. Inſt.*
perennem Eccleſiarum tuarum rotam, & circulum? tuorum *lib. 2. ca. 9.*
omnium fidem? vulgatam in cõcionibus, probatam in libris, *§. 8. Apol.*
definitam in Synodis? Nimis certè peregrinus es in Eccleſiæ *Angli. c. 7.*
tuę Hiſtoria, ſi hoc neſcias. Sed abſit vt tam tenuiter de te ſen- *Sleid. li. 11.*
tiam, quem noui eſſe non in tuis modò, ſed in noſtris etiam *Anno 37.*
Libris, & Annalibus ſupra communem miniſtrorum condi- *Brent. in*
tionem verſatum, atque ideo hæc vulgaria non poſſe ignora- *Apol. conf.*
re. Quũ ex Anglia huc profecturus diſcederem, animo nun- *VVirtenb.*
quam à veſtris Eccleſijs multum auerſo, non tamen prorſus *ca. de con-*
alienato, hęſi plures menſes in Palatinatu, hæſi plures in Ger- *cilijs Conc.*
mania ſuperiore, & Hungaria, de hoc ſcrupulo, qui vt alios, ſic *Altẽburg.*
me quoque potiſſimum vrgebat, contuli cum Miniſtris Prin- *collatio. 3.*
cipis Palatini, contuli cum alijs quibuſdam Francofurti, No- *fol. 47.*
rimbergæ, Auguſtæ, Albæ, Iuliæ. Euolui ſtudioſè & diligẽter,
quę de eo ſcripſerant Lutherus, Zvvinglius, Bullingerus, Brẽ-
tius, Modreuius, Beza, Acontius, qui omnes fusè, copioſeque
de Synodis diſputarunt. Expendi conditiones quibus Princi- *Sleidan. li.*
pes, & Ordines Imperij Concilium illud liberum circumſcri- *9. 11. 19.*
pſerunt, quod frequenter à Carolo Cæſare flagitabant. V-
bi omnia quam ſtudioſiſſimè ponderaſſem, & contuliſſem,
illud demum perſpicuè, & euidenter animaduerti, nunquam
fieri potuiſſe, vt veſtrarum Eccleſiarum Synodus aliqua coa-
leſcere: quam ſi coaleſcere poſſe animo, & cogitatione fin-

 geremus,

Digitized by Google

geremus, ea nihil tamen penitus commodi diſſidijs veſtris cõponendis eſt allatura. Incidi poſtea in libellum quendam, quẽ nunc penes me habeo, *De ratione ineundæ concordiæ* editum à Sturmio Argentoratenſi. Illic narratur quod Regina veſtra, & Eccleſia Anglicana quæ inter Caluiniſtas (nõ diſcedo à Phraſi Authoris, duo enim tanquam ſuprema genera Theologorum diſſidentium ponit, quorum hos *Lutheranos* vocat, illos *Caluiniſtas*) principem locum tenet, à Germanis Proteſtantibus, & Principibus ſupplex petierit, vt in Synodo Germana paterentur fidem ſuam, ſuæque Eccleſiæ tractari: ſe paratam eſſe cedere, ſi ex verbo Dei conuinci poſſit erroris; ſi nõ poſſit, ſperare Germanos qui præfractè opiniones falſas nõ ſequantur, ad fidei Anglicanæ communionem ſeſe aggregaturos. Quæ ſupplicatio tantùm abeſt, vt æquis auribus accepta ſit, vt contra Germani Reginæ, & Eccleſiæ Anglicanæ Oratores, nec audire ſuſtinuerint, ſed ſtatim Reginam illam, Eccleſiamque eius vniuerſam, nec audita cauſa hæreſeos condemnauerint. An commoueris? an vel eos tam num eſſe arrogantes, vel me non ſatis fideliter eorum verba, & ſenſus proferre auguraris? Ipſe ergo lege, & eorum conſidera. *Lutherani libris publicè editis, Eccleſias Anglicanas, Gallicas, Belgicas, Scoticas, Helueticas, tanquã hæreticas condemnant, eorum Martyres, Martyres Diaboli vocant, minuſq; Scythis, & Turcis ferendos eſſe ſtatuunt.* Legi etiam hæc, quæ paulò poſt ſequuntur, & Reginam veſtram propius attingunt. *Sereniſſima Angliæ Regina ab his vbique quæſtuarijs (Lutheranis) multiq; alij Reges, & Principes hæreſeos publicè condemnati ſunt, qui à vobis amanter, & quaſi ſupplices petunt, vt audiantur. Vbi? in Germania. Coram quibus? coram illis Principibus qui tantoperè de Religionis ſuæ ſanctitate gloriantur, & id tamen ab illis impetrari non poteſt.* Sic illi. Quare ſi Proteſtantes Germani Reges, & Principes Zuinglianos tanquam hęreticos ita feſtinato damnant, vt eos cauſam dicere cupientes, vel audire tantum nefas exiſtiment: quando eorum Miniſtros in Synodos admittent, vbi libere cauſam Zvvinglianam tueantur, vbi pro arbitratũ cauſam Lutheranam impugnent, vbi in decretis probandis, vel improbandis pares Lutheranis, ſi non priores ſunt futuri? Quare de Synodo generali omnem planè ſpem abijciatis neceſſe eſt, à qua conſtruenda tam procul abeſtis, vt vel prima eius initia non dico reipſa facere, ſed vix animo deſignare poſſitis.

Sturmius de ratione concordiæ ineundæ. An. 1579.

Ibidem. pag. 24.

Ibid. pag. 33.

ARGV-

Digitized by Google

ARGVMENTVM CAPITIS QVARTI.

Illud ſuperius de ſectarũ multitudine, poſtquam leuiter, vt potuit excuſauit Samuel: regerit vel eadem ſchiſmata eſſe apud Turcas, vel cauſam vnitatis eſſe tyrannidem Turcarum, vbi gladio omnes controuerſiæ tolluntur, quod eſt remedium ipſo morbo grauius ſignumq; quod Alcoranus certò doctrinæ fundamẽto careat. Deinde ex præcedente Michææ oratione notat prima quædam initia Alcorani ita cum Euangelio nouo cõuenire, vt ex eo magnam concipiat ſpem Michæam poſſe ad Euangelium reuocari. Verum Michæas poſt explicatã breuiter grauitatem eius defectꝰ, quod nõ poſſunt ſchiſmata curare, refellit id quod Samuel obiecerat, de crudelitate apud Turcas in hominibꝰ ad fidem eandem deuinciendis, & oſtendit eam crudelitatem in Anglia eſſe multo maiorem, id quod eius generis legem vnam (exempli gratia) proponens, & accuratius cum Turcica cõferens, manifeſtè conuincit. Deniq; oſtendit Mahometem multo aptius & tempore, & loco veniſſe ad Eccleſiam reformãdam, quam Lutherum.

CAPVT QVARTVM.

SAMVEL.

VNICVM quod eſt fortaſsè in Eccleſijs noſtris vlcus tetigiſti, & cui ſanando ſi pharmacum poſſet adhiberi, prorſus beatè nobiſcum ageretur. Sed quemadmodum in Rebuſpublicis Legiſlatores quamquã prudentiſſimi, non omnia præuidere potuerunt, quæ erant in humanæ vitæ curſu, propter infinitam ingeniorum varietatem exoritura; vnde Solon ſupplicium nullum in parricidas ſtatuebat, quod tam ingratum monſtrum non putabat in humana ſpecie poſſe exiſtere: Sic fortaſſe maiores noſtri nullum Monarcham, vel Põtificem vnum exterminandis ſectis, & Eccleſijs colligandis præfecerunt, quod omnes Chriſtianos à Spiritu ſancto edoctos, putabant nolle adeò eſſe quàm nos experimur pertinaces, & contentioſos, ſed velle potius humiliter, & fraternè in claro Dei verbo conquieſcere, quàm ſuos errores ſuperbè cum fratrum pernicie de-

Plutarch.

ſendere. Cæterùm hoc malũ quod vt eſt dixi, fortaſſe vnicum noſtrum malum moderatè feramus, quando plurimorum bonorum adiunctione compenſatur. Sunt enim multa corpora admodum venuſta, in quibus tamen aliqua ineſt cicatrix, & multos Athletas, corporibus valentes, & robuſtos dicimus, in quibus tamen hærent aliqua leuiorum morborum veſtigia, & ſi à nobis ad Mahumetis Rempub. oculos cõuerteris, vel ſchiſmata, inter tuos quoq; graſſari reperies; vel ſi nulla exiſtant, cauſam & medicinam eſſe eiuſmodi quæ ſit ipſo morbo grauior, magiſq; fugienda. Noſtra enim diſcordia ex liberalitate Euangelij naſcitur, veſtra autem (ſi quam habetis) cõcordia, & vnitas fundatur in ſeruitute, & terrore quo vos premit Alcoranus. Duo ſuperius in oratione tua poſuiſti, quæ quia te interpellare nolui tum prætermiſi, nunc autẽ reuocanda ſunt ad incudem, vt melius limentur: quorum alterum eiuſmodi eſt, vt de priſtina tua ſanitate recuperãda magnam mihi ſpem inijciat, alterã eiuſmodi vt ſpem illam imminuat. Vtq; quod huic loco magis affine eſt prius tractem, crudelitas Alcorani qua non tantum in Mahumetanos qui ab Alcorano ad Chriſtianos deficiunt, ſed etiam qui de eo diſputant, capitis ſupplicio vindicat, vt te fortaſſe continet ne quam texuiſti telam retexas, & ad nos pedem referas: Sic mihi argumentum non leue præbet totum Alcoranum carere fundamento. Nunquam enim illius author tam ſolicitè cauiſſet contra doctorum hominum diſputationes, niſi cogitaſſet futilitatem Alcorani ſolidis rationibus, & argumentis ſtatim forè detegendam. Veritas enim quo magis excutitur, quo accuratius ventilatur, quò ſubtilius in eam inquiritur, eò ſe tuetur ſolidius, eò conſiſtit fortius, eò fulget glorioſius: falſitas è contra quærit angulos, horret examen, imperat ſilentiũ, minatur laqueos, & ſolo terrore nititur; Vtq; podagrici totis artubus contremiſcunt, ſi quis eorum extremum pedis digitum vel leniter attigerit, non aliter mendaciorum magiſtri, qui erroribus populũ inficiunt, mirabiliter ſudant & pallent, & præſentem doctrinæ ſuæ ruinam extimeſcunt, ſi quis paulò doctior, aut ingenioſior eam quocunq; modo cœperit rationum ponderibus examinare. Quare contra Alcoranum nullam firmiorem demonſtrationem quærere ſoleo, quàm quod rationibus ex generali Theologia omnium nationum, & legis Moſaicæ, atq; ipſius etiam Mahumetanæ petitis reſpondet, non arte atque doctrina, ſed gladio & armis Vulcanijs. Nec valdè mirum eſt ſi nulla inter vos oboriantur ſchiſmata, propterea que nullæ cogantur Synodi,

Bibliander in præfatio. Alcor. Melanct. Chronic. lib. 3.

nodi, quum hoc vno principio, gladio nimirum omnia diſſoluatis argumenta, omnia compeſcatis ſchiſmata. Sed vt hoc quod odioſius eſt mittam, & ad alterum accedam, quod magna me ſpe compleuit. Quum hiſtoricè principium Mahumetani regni & legis deſcriberes, dixiſti quinto poſt Chriſtum ſæculo Euangelij à Chriſto & Apoſtolis prædicati puritatem ita fuiſſe corruptam, vt in adulterinam quandam religionem planè degenerauerit, ideoque opus fuiſſe nouo inſtauratore, eumque fuiſſe Mahumetem, qui paulò poſt illud opus aggreſſus eſt. Hoc tu facis initium legis Mahumetanę, in quo quantum ad id quod primum eſt & principale ita nobiſcum conſpiras, vt ex hoc vno de tua plena nobiſcū recōciliatione non poſſim non omnia mihi polliceri. Illud enim ipſum præfinitè tempus conſtituimus, & eandem cauſam aſſignamus cur nos ad Eccleſiam reformandam ſtudium operamque noſtram contulimus. Circa illud enim tempus, Gregorius Primus Pontifex Romanus, vir bonus, quintum ſæculum determinauit & inchoauit ſextum. Hunc noſtri Hiſtorici, Chronologi & Theologi vltimum Epiſcoporum Romanorum faciunt, *à cuius morte ponimus eſſe per ſe notum, clariſſimum, & extra omnem dubitationem, quod Papa Romanus ſit Antichriſtus, qui ſuis abominationibus, blaſphemijs, & idololatrijs omnes Reges & populos à ſummo vſque ad nouiſſimum ſic inebriauit, vt brutis ipſis eſſent ſtupidiores, vt nec guttulam* prioris integritatis retinuerint. Temporibus autem Gregorij vixit Mahumetes, & infra viginti ab eius morte annos, cœpit clareſcere, & ſubiugatis à ſe nationibus iura dare. Quare quum inter nos conueniat primum de veteris Eccleſiæ vaſtitate & ruina: deinde de neceſſitate eiuſdem reſtaurandæ. Tertiò, de tempore, ipſoque quaſi temporis momento, quæ præcipua ſunt vtriuſque Eccleſiæ capita, quid iam proximum eſt, niſi vt diſpiciamus vtrum rectiùs Mahumetes veſter, an Præceptores noſtri Eccleſiam veterem refecerint. Si Mahumetes, non reprehendo quod nos deſerens ad Turcarum caſtra tranſieris. Sin verò quod certum & exploratum habeo Mahumetana tyrannis cum Euangelica reformatione nihil habeat comparandum, ſpero, te nunquam commiſſurum vt diutius contra veritatem, contra conſcientiam, contra Deum ipſum, certò cum animæ corporiſque interitu ſempiterno, in hac Mahumetana impietate hæreas. MICHAEAS. Multa tu in vnum congeris Samuel, tuorum more valdè inter ſe diſcrepantia, partim vera, partim dubia, partim falſa,

Supra p. 9.

Theodor. Bibliāder in oration. ad Principes Germaniæ pa. 72. Centuriatores. Baleus Iuellus. Calu. Inſtit. lib. 4. cap. 18. §. 2.3.4.18. Genebra. Chrono. lib 3 pag. 364.

Euangelio nouo cum Alcorano in præcipuis rebus conuenit.

falſa, nonnulla religionem meam, pleraque autem tuum tuorumque Euangelium impugnantia, quæ tamen ordine ſi per memoriam licuerit pecurram. Et primum nimis mihi videris frigidè tuorum infinitam in nouis ſectis confringendis importunitatem, & (quod maius eſt) nullam Eccleſiæ veſtræ in illis extirpandis viam & rationem excuſare, quando tam leuem cicatricem vocas, & quę corporis pulchritudini nihil officiat. Quid ais? Quum ciuitas aliqua ita peruerſè & præpoſterè ordinata eſt, vt ciues perpetuò inter ſe diſſideant, in factiones diuidantur, eæque factiones in dies ſingulos multiplicentur, mutuis ſe libellis inuectiuis & maledictis, tanquam ſicis & pugionibus confodiant, nullus autem ſit modus iſtos tam hoſtiliter dimicantes pacificandi, ſed quo magis id moliaris, eo magis noua contentionum materia ſuccreſcat, vnde neceſſe eſt vltimam ciuitatis vaſtitatem ſequi, hanc tu cicatricem vocas? hæc paruula leuioris morbi veſtigia? Quodnam ergo vocabis in corpore vulnus mortiferum, ſi hęc appelletur cicatrix? quam peſtem exitioſam & capitalem, ſi hæc ſit tantummodo leuiuſcula valetudinis infirmioris nota? At in rebuſpublicis Solonis, Numæ & aliorum optimorum Legislatorum tales quædam imperfectiones extiterunt. Rectè quidem argumentaris, ſi Chriſtum tuum nobiſcum, non Solonem & Numam, ſed ſupra omnes Solones, Numaſq; Prophetam egregium & excellentem, hominem tamen vt & Mahumetem, non etiam Deum omnia ſcientem, omnia præuidentem ſtatueres, neque enim omnia præcauere potuerunt homines, quia non omnia præuiderũt, quod eſt diuinitatis proprium. At verò Chriſtum ſi Deum vocas, aut fac eum nõ minus exactè prænoſcere futura quia Deus eſt, quàm nos homines ſentimus præſentia, aut fac eum cum Ieremia, Daniele, Iſaia, Prophetam eſſe, non Deum, & tamen (quod nos ingenuè cõfitemur) Prophetam illis omnibus longè diuiniorem; & magnam à nobis inibis gratiam, quãdo ita proximè ad noſtram profeſſionem acceſſeris. Inculcas deinceps crudelitatem Alcorani mortẽ infligentis Apoſtatis, aut qui contra Alcoranum diſputauerint, atque ita quum vos pleniſſima libertate fruamini, ſeruilis apud nos terror gladij eſt, omnium Synodorum inſtar omnia coercet ſchiſmata, omnes terminat diſputationes. Hoc ſi ita eſſet, nõ dubitarem defendere hanc conditionem noſtram multò eſſe veſtra præſtabiliorem. Quis enim nõ conceſſerit patrẽ longè melius conſulere filio quem metu virgæ in obedientia continet, quàm matrem quæ per

nimiam

nimiam indulgentiam eum patitur omni malitia diffluere? Quis negabit eam ciuitatem melius eſſe inſtitutam, vbi legũ timore ciues in officio continentur, quam vbi exleges, nulloq́ue iure deuincti, in omni ſe intemperantia effundunt? Conſule omnes Legiſlatores, formas omnium Rerumpub. Philoſophos qui de politicis ſcripſerunt, inuenies vbique poni duo, prima Ciuitatum & Rerumpub. vincula, præmium & pœnã: licentiam autem, & hanc diſſolutam, quod quis velit agendi facultatem nunquam, vt alicuius Reipub. præſidia induci, ſed ſemper vt peſtes & ſcopulos quã longiſſimè remoueri. Et tamẽ falſum eſt quod aſſumis nullas eſſe noſtrorum hominum Synodos, habemus quidem Synodos, ſed rariores, quia nimirum rara habemus ſchiſmata. Vbi autem nulla eſt ægritudo, quàm peruerſum eſt flagitare medicinam? Permultis poſt Mahumetem defunctum annis, quum inter noſtros quædam ſectæ fuiſſent enatæ ex diuerſis Doctoribus tanquam Luthero, Zuinglio & Caluino, contrario modo Mahumetis ſcripta interpretantibus, procurante Muauia generali Saracenorũ Pontifice, indicta eſt Synodus Damaſci, in quam doctiſſimi ex toto orbe Mahumetani Sacerdotes magno numero confluxerunt, ſuorumq́; maiorum libros vndiquaq; comportarunt, ad quos euoluendos cõmunibus calculis ſex præſtantiſſimi viri ſelecti ſunt, qui ex multis centenarijs paucos libros certã Mahumetis diſciplinam comprehendentes deſcriberẽt, quorum deinceps inuiolata eſſet authoritas, adiecta grauiſſima pœnã, ne quis deinceps in controuerſiam vocaret quæ in hac Synodo fuerunt definita. Quod vbi feciſſent, reliqui libri omnes in proximum flumen ſunt coniecti, quos noſtri prodiderunt fuiſſe tam multos, vt vix à ducẽtis camelis in eam ciuitatem deueherentur: à quo tempore pauca admodum fuerunt apud noſtros ſchiſmata; voſq́; optimè rebus veſtris conſuleretis, ſi ad veſtras domi factiones innumerabiles comprimendas talem aliquam rationem poſſetis inire. An tu enim liberum eſſe velis vnicuiq; priuato homuncioni ad inaniſſimũ ingenij ſui tribunal ea reuocare rurſus diſcutienda, quæ à magno excellentiſſimorum hominũ numero per totum orbẽ conquiſito, poſt acerrimum ſtudium, & longam diſputationem ſunt ſtabilita? An ignoras varijs Imperatorum antiquiſſimorum legibus hanc effrenatam licentiã eſſe condemnatam? Quæ verò Reſpub. quæ Ciuitas, quæ priuata domus, vel ad breuiſſimũ tempus maneret tranquilla, ſi hæc temeritas & furor eſſet impunitus? Iam verò ſi ad hanc veriſſimam doctrinam ſan-

ctiſſimo

Cælius Auguſt. Curio. Hiſtor. Sarace. lib. 1. pag. 55. Franciſco Sanſouino del gouerno de regni lib. 8. Pier. Belon. lib. 3. des ſingularites. capit. 4.

Martianus. Valentinianus. Iuſtinianus Cod. lib. 1. tit. 1. de Summa Trinit. l. Vict. &

t.t.5.l.8. Quicunque. Vide Curionē vbi ſup. p.28. ctiſſimo iureiurando noſtri ſeſe deuinxerint, proq; ea tuenda vitam & ſanguinem vbicunque opus fuerit ſe profuſuros conteſtati ſunt, an tu illos criminaberis quòd ſtabiles in iuramēto, in voto, in profeſſione Deo Opti. Max. facta perſeuerant? Quod legibus Imperatorum aſtringantur, ad præſtandum ea quæ ſacroſanctè ſunt polliciti? Scio me legiſſe aliquando integras orationes factas à Nazianzeno olim huius vrbis Epiſcopo, in quibus neruosè & vehementer improbat illam popularem de myſterijs diuinis diſputandi libidinem. Et quid facilius eſt quàm innumeris Sacrarum literarum teſtimonijs illam inſaniam refellere? Et certè ſi crudelitas eſt hominem neceſſitate iniecta ad religionem ſemel ſuſceptam alligare, ſi crudelitas eſt ſupplicium mortis inferre ei qui ab ea religione deſciuerit: hæc crudelitas non eſt Mahumeti, ſed Moſi, imò nō Moſi, ſed ipſi Deo attribuenda, qui lege ſua perſpicuè capitalem mulctam legis deſertoribus conſtituit, eamque vult non modò ad ſingulares homines, ſed ad totas etiā ciuitates pertinere; adeo vt euidens ſit timorem hunc eſſe iuſtum, & legem quæ timorem eum affert, eſſe legi ipſius Dei conſentaneam, & effectum eius legis eſſe in Republica noſtra pulcherrimum quando in ampliſſimo Imperio tot diuerſas nationes, tot regna in diſiunctiſſimis orbis terrarū partibus continenti, nulla appareat ſchiſmatica diſtractio, ſed omnes populi in Europa, Aſia atque Africa (qui quidem ſub Imperatore noſtro Mahumeti nomina dederunt) eoſdem Dei colendi ritus vſurpant, ijſdemq; ſacris, ijſdem ceremonijs, eodem ſymbolo fidei, vnū atque eundem Deum venerantur. Iam verò ſi quod me monuiſti ipſe præſtare velis vt in tuā domi Rempub. introſpicias; grauiores, vt opinor, cauſas inuenies, cur cōtra tuorum de religione leges acerbiſſimas inueharis, ijſq; confutandis demonſtrationes tuas multò rectius adhibeas. Vos enim ſtatuto parlamentari fidem vnam veſtris hominibus impoſuiſtis, & de ea leges condidiſtis magis ſanguinarias, & per eas timorem veſtratibus inijcitis magis ſeruilem, & tamen fructum effectūq; legis colligitis, vel planè nullum, vel certe perexilem, quod eſt maximum argumentum vel imprudentiæ in eo qui legem tulit, vel peruerſitatis in ijs quibus lex lata eſt. Nūquid enim ſeruilem timorem apud veſtros homines in religione colēda regnare cuiquam ambiguum eſt, qui mores veſtrorum hominum, & voluntates intrinſecas nouit, & tamen quid palam ſimulent & diſſimulent, & quibus cauſis ad eam diſſimulationem protrahantur conſiderat? vbi leuiſſimæ reculæ fidei il-

Nazian. de moderatione in diſputationibus adhibenda.

Deuter. cap.13.

Grana benedicta.

lius

lius veteres quam à maioribus ſuis acceperunt indicia (quam tamen fidem homines minis & terroribus non poſſunt deponere) acerbiſſimis ſupplicijs,perpetuis carceribus & bonorum omnium proſcriptionibus vindicantur? Vbi propter multa illius religionis capita,extremum mortis ſupplicium , idq́; exquiſitis admodum modis,quales ſeueritas Turcica nõ nouit, infligitur. Sed iſtæ leges ſunt multæ & variæ : ego vnam nominabo legi noſtrę quam tu tantopere exagitaſti ſimilem,niſi quod & multò eſt immanior,& minus habet æquitatis. Noſti ante paucos annos apud vos ſancitum fuiſſe, *Si quis diſſuaſerit alicui religionem illam quæ nunc in Anglia Reginæ authoritate ſtabilita eſt, vel procurauerit diſſuaderi ea intentione, vt ille cui diſſuadetur ad obedientiam Romani Pontificis , & Romanæ fidei trahatur, reus erit læſæ maieſtatis, & eodem ſupplicio plectatur.* Tu qui tam ſeuerus es erga legem noſtram cenſor , hanc legem pondera ; & ſi noſtram ea vel iniquiorem vel crudeliorem perſpexeris, tum demum vt placet liberè contra eam declamita. Si ad ſummam legis reſpicis vtraq; interdicit diſſuaſionem,lex veſtra à fide Anglicana, noſtra à Mahumetana : ſi cauſam legis ferendæ attendis , non dubito quin eadem fuerit vtrique vt vnitas religionis acceptæ conſeruaretur , & tollerentur diſſidia : Si pœnam adiunctam intueris,vtrinque eſt mors,ſed apud vos longè terribilior, vt quæ non ſimplici ſuſpendio,ſed alia præterea membrorum laceratione & viſcerũ inhumana extractione conficitur , vt duæ vel tres aliquando mortes (quod eſt contra naturã) vnius loco inferatur. Quod ſi iam ad circumſtantias legis expendendas animum adieceris , atque ita veſtram cum noſtra contuleris ; vel ipſe (vt opinor) veſtram perſpicies ſic omnibus carere legis iuſtæ proprietatibus, vt neſcio an vere lex poſſit nominari. Certe ſi ad noſtram conferatur, non poteſt non iudicari longe iniquiſſima. Primò enim cur is qui hoc modo peccauerit læſæ maieſtatis reus dicatur, equidem diuinare non poſſum. Video quidem voluiſſe eos qui hoc decernebant, populum obiecto nomine atrociſſimi ſceleris valde perterrefacere. At cur illi offenſæ appellationem *Regiæ maieſtatis* læſæ tribuerint , ſanè non poſſum conijcere. Quid enim ſi apud vos quiſpiam Chriſtum Dei filium eſſe negaret , num reus eſſet læſæ maieſtatis ? non opinor ; Quid ſi cum antiquis hæreticis Manichæis, Carpocratianis, Alogis & alijs, Euangelio : Matthæi , vel Ioannis , vel Lucæ fidem detraheret , nec ſic reus tamen læſæ maieſtatis diceretur, quæ ergo ratio patitur , vt religionis

Roſaria. Imagines ſacræ.

Parlamẽt. An. 23. Eliſa. c. 1.

à vobis ipſis quamquam ad normã Euangelij compoſitæ authoritatem tanta diligentia ſartam tectam eſſe velitis, ipſius autem Euangelij ſummam & diuinam maieſtatem eadẽ cura non tueamini? Neque tamen reprehendo, quod ſi quis aliquem à religione veſtra auocare conatur, eum morte plectatis. Idem enim facimus & nos. Sed quod eum vt regiæ maieſtatis reum interimatis, hoc eſt quod ego perabſurdum exiſtimo. Si quis in hac vrbe Turca more Romano ſacra facere vellet, aut Baptiſmo initiari, eum nos omnes è mundo tollendũ cenſeremus, at vt idololatriam contra Deum, non vt perduellem contra Principem. Hoc enim non minoris eſſet fatuitatis, quam ſi quis cuipiam cum vxore proximi ſui concũbenti, aut æquum ipſius furto ſurripienti, actionem intenderet Maieſtatis læſæ. Imò hoc multò probabilius aſſereretur. Latrocinia enim, & adulteria ſunt ex eo genere quæ ad ciuilem ſtatum pertinẽt, & perſpicuè ſunt poteſtatis & iuriſdictionis Regiæ, & propterea poſſunt aliquo modo ad maieſtatis vel Regiæ, vel publicæ offenſionem reuocari; aut verò falſa religio, infidelitas, hæreſeſq; omnes vt earum contraria religio vera fides, omneſq; opiniones Orthodoxæ propriè ad Dei cultum pertinent, & ad diuinam maieſtatem referuntur, totoq; genere à prioribus contra humanam politiam offenſis ſunt diſcrepantia: adeò vt hominem praua opinione imbutum propter opinionẽ eam, ſemota publicæ quietis perturbatione, Regiæ Maieſtatis læſæ reum dicere non minus ſit ineptum, quam ſi dicas hominem audire oculis, & videre auribus. Deinde con-
II. ſidera, an non hinc etiã oriatur magna harum legum inæqualitas. Apud nos Turcæ omnes certa lege, ad vnam eandemq; fidem aſtringuntur. Quis eſt qui de eo conqueri poſſit, quãdo apud populum noſtrum de eius fidei ſumma, & ſingulari veritate nulla penitus exiſtit dubitatio? Percurre enim oẽs Imperij Turcici Prouincias. Nunquid in Græcia, aut Aſia, aut Armenia, aut Syria, aut Iudæa, aut Aegypto vllam reperis ſectã Mahumetanam huic fidei bellum indicentem, & horrendis mortis æternæ comminationibus ſubditos ab ea auertẽtem? non prorſus. At apud vos Euangelicos longè ſecus vſu venit, vbi non ſolùm omnes circumcirca prouinciæ diuerſam fidẽ prædicant, plere ; Lutheranam, multi Caluinianam, multi Anabaptiſticam; ſed etiam domi in illa non magna vnius Inſulæ parte, non ita pridẽ memoria noſtra diuerſæ fides, Parlamentari ſtatuto (quo nullum habetis tribunal auguſtius) ſancitæ ſunt. Vnam enim Parlamentari lege ſtabiliuit pater, planè cõtrariam

trariam filius,& diuerſam ab vtroque,quæ deinceps ſucceſſerunt filiæ. Quin & iam nunc inuito Parlamento, contra Religionem à Parlamento latam, omnibus in vrbibus nouæ ſectæ graſſantur,Puritana,Familiana,& aliæ,auditoribus æternam mortem denunciantes,niſi communi regionis fide relicta,ad ſuam priuatam adhæſerint. Quis hic populi veſtri ſtatum admodum miſerabilem non lamentetur, cui ad veram fidem inueſtigandam libertas acerbiſſima lege eripitur,& tamen Doctores & Concionatores quænam vera fides populo ſit proponenda nõdum certò inter ſe conſentiunt. Iam quod proximum eſt ad vim & ſcopum vtriuſque legis reſpiciamus. Noſtra primò & propriè eos comprehendit qui ſpontè circũciſionis myſterio ſuſcepto ſeſe Mahumetanis ſacris in æternum deuouerunt,atque ita potiſſimum conatur eos in ſuſcepta profeſſione reddere conſtantes; veſtra Lex contra eos potiſſimum intenditur quos Papiſtas vocatis, qui in Baptiſmo, Romanæ fidei,vel Catholicæ ſeſe addixerunt. Quare Lex eo maximè ſpectat,vt eos inde auertat, hoc eſt, vt eos perfidos, & fidei quã Deo dederunt deſertores efficiat.Lex noſtra Chriſtianos cuiuſcũq; generis,ſub Imperio Monarchæ noſtri degentes non attingit,niſi vſque eo, vt neminem à lege Mahumetis amplectenda dehortentur.Nam &Armenius liberè ritus ſuos exercet,& Græcus ſequitur ceremonias & ſacra Eccleſiæ Græcanicæ,& in huius ipſius ciuitatis ſuburbijs vbi tu diuerſaris,in Slauonia,Syriaq; & Ægypto innumerabiles parent decretis Eccleſiæ Romanæ: herique famulos, & parentes liberos, & Epiſcopi atque Abbates, ſubditos ordinarijs cohortationibus excitant vt in ſua quiſq; fide conſtantiſſimè retinenda ad mortem vſque perſeuerent. Quumq; non ante multos annos & aliàs non raro patriarchæ deſignati veniant ab Aſſyria & Ieroſolymis Romam vſq; per tam immenſa Turcici Imperij ſpatia, vt à Pontifice Romano vel vngantur in Epiſcopos,vel ab alijs inuncti confirmentur, vel ſuam Eccleſiæ Romanæ ſubiectionem,& cum ea communionem confiteantur,iſtos tales nec fando auditũ eſt à Magiſtratibus Turcarum vnquam propterea ſupplicio affectos vel coniectos in carcerem. At vos huiuſmodi Chriſtianos ſolos perſequimini, & contra eos ſpeciatim lex veſtra dirigitur, & ſi quos in auita maiorum fide perſiſtentes,vel Romanæ Eccleſię communionem prædicantes deprehenditis, eos immanibus ſupplicijs mactatis. Denique vel ex hoc vno & legem veſtram eſſe iniuſtiſſimam,& eos qui legem tulerunt nullam religionis veſtræ

III.

Anno 1553.

Genebra. Chronol. Lib. 4. pag. 449. Theuet. Coſmogr. vniuerſal. libr. 10. cap. 5.

habuiſſe curam manifeſtè confirmatur. Lex noſtra ita planè & vniuersè ſancita eſt ad religionis noſtrę defenſionem, vt nemo omnium eam poſſit violare, ſine præſenti capitis diſcrimine. Græcus aliquis molitur Turcam ad ſuam religionem abducere; Lex noſtra mortem illi decernit. Romanus aliquis hic in ſuburbijs in Illyria vel Macedonia laborat vt ad Romanam profeſſionem Turca aliquis auocetur: & huic ſimiliter capitis pœna eſt ſubeunda. Quid ſi in Aſia illud quiſpiā agit, vt noſtrorum aliquis hæreſi Perſarum aut infidelitate Tartarorum imbuatur. Lex noſtra vna eſt & eadem erga omnes, & non minus hunc extremum, quam illos priores, mortis ſupplicio adiudicat. Hæc eſt lex æquabilis ad bonum commune relata, & quæ oſtēdit latores fuiſſe religionis ſuę ſtudioſos, à qua neminem patiuntur ad aliam quamcunq; allici. An lex veſtra eandem habet æquabilitatis proportionem? non opinor. Perſuadet Sacerdos Anglo cuipiam vt fidem Romanam arctè teneat, & ab ea nunquam ſe auelli patiatur: crimen eſt lęſæ maieſtatis, omni ſuppliciorum atrocitate vindicandum. Quid ſi Miniſter idem de Lutherano Euangelio prædicet? propterea detrimenti nihil quicquam ſuſtinebit. Quid ſi eum Puritanū, aut Familiæ amoris fratrē efficere conatur? tantundem. Quid ſi ad Iudaiſmum, ad Tritheiſmum aut etiam Atheiſmum ſuſcipiendum permoueat, num Regiam Maieſtatem offendit? Nequaquā: Nemo enim hac lege tenetur irretitus, niſi ſi quis alicui religionem Anglicanam *diſſuadet ea intentione vt ad Romanam trahat.* O præclaram legem & fidei veſtræ cuſtodem egregiam, quę ita veſtrates ab vno malo coercet, vt alijs innumeris exponat, quæ ita religionem veſtram cōſeruat, vt ſi quis à Romana ſibi caueat, egregiè fidelis ſit etiamſi interim vel Lutheranus, vel Puritanus, vel Familianus, vel Arrianus, vel Trinitarius, vel planè Atheus euadat. An verò vnquam fieri poteſt, vt illic quotidiana ſchiſmata nō pullulent, vbi illi quibus religionis ſeruandæ cura tota incumbit, vnā tantum eius hoſtem prohibent, pluribus autem hoſtibus, hæreſibus innumerabilibus latiſſimam viam aperiunt? Perinde ſanè ac ſi quis Princeps in ſua Repub. parricidia prohibiturus, ſolēni edicto promulgaret, ne quis quempiam pugione confoderet; interea gladios, ſicas, ſclopetos, venena libera permitteret: Aut ſi Dux aliquis qui defendendę Ciuitati ab hoſtibus vndequaque obſeſſæ præficitur, in vnam ciuitatis partem milites ſuos omnes aggreget, eamq; acerrimo ſtudio nocturnis, diurniſque laboribus contra hoſtes propugnet, alias autem partes omnes deſe-

rat &

Digitized by Google

tat & militari præſidio deſtitutas hoſtib. occupandas obijciat. Et miramur patriam noſtrā Epicuris, Libertinis, Familianis, Trinitarijs, Atheis, & huiuſmodi monſtris redundare qui negant immortalitatem animarum, negant incarnationē Chriſti, negant reſurrectionem, negant infernum, negant cœlum, negant omnia non ſolùm vobis propria, ſed etiam vobis nobiſcum, & reliquis Mahometanæ profeſſionis communia, & qui ſub ſpecie diabolicæ cuiuſdam ſimplicitatis omnē fidem, pudorem, & honeſtatem extinguūt (Hoc inquam,) miramur apud vos cōtingere vbi illis coërcendis nulla firmiora propugnacula ſunt poſita? Miramur eos in pleriſque omnibus comitatibus (quos vocatis) & partibus regni veſtri propagati? habere ſua cōuenticula, corrumpere homines ſimplices, & vbiq; ſuā fœdiſſimam luem ſeminare quemadmodū Miniſtri veſtri conquiruntur, quādo huiuſmodi legibus in ordinē coguntur?

Sotus in Chronic. pag. 1191. 1213. E R. in præfa. lib. contra horribilem ſectam Familiæ amoris. Impreſ. Londini, anno 1579.

Neq; tamen hæc à me dici arbitreris, quaſi prorſus improbem ſtatum religionis veſtræ, quæ vt in permultis ad noſtram quam proximè accedit, ita ſperamus eā propinquitatem fore in dies maiorem. Nam præter alia communionis veſtræ, & Alcorani noſtri capita cōcordantia vtriq; Romanos, vt Idololatras execramur, vtrique eos è medio ſublatos cupimus, eorumque fidem (ſi fieri poſſet) ex orbe terrarum profligari. Et plurimum ſanè confido, in patria noſtra non paucos eſſe, qui etſi veſtrum Euangelium ſimulant, verè tamen Mahumetani ſunt, & Alcoranum noſtrū honorant, quos idcirco vt fratres diligo, & eorum numerum indies creſcere vehementer opto. Neq; enim nos tā circunciſione, quod extremū ſignum tantum eſt, à Deo tamen ipſo inſtitutum, quàm interna credulitate de vno Mahumetis Deo, contra Trinitatem, & Chriſtum Deum ſinceros Turcas definimus, eoque magis doleo, quod iſtiuſmodi leges ſine forma modoq; poſuiſtis, non magis Turciſmo, quam Iudaiſmo, Tartariſmo, aut etiam Atheiſmo inducēdo idoneas. Illud verò quod extremum in oratione tua poſuiſti, communem nimirum veſtram nobiſcum de Eccleſia neceſſariò reformanda opinionem, quanquam non prorſus improbo; tamen quod in hoc veſtros Præceptores, vel Euangeliſtas, Mahumeti eiuſque ducibus pares facere voluiſti; acumen in te, prudentiamq; nō ſine cauſa deſidero. Quæ enim eſt inter hoc æqualitas? quæ ſimilitudo? Anni ſunt iam pluſquam nongenti, quum Eccleſia morbis lethalibus oppreſſa, Medico & Correctore indiguit. Eodem tēpore ſurrexit Mahumetes, cui in manus à Deo tradita eſt poteſtas ſumma, iſque quam inſtituit re-

formationem, fœliciter compleuit, & compoſito Alcorano, Eccleſiam glorioſam,& florentem reliqait, eaq́, ad noſtram vſque tempeſtatem eſt perpetuata,nec iam emendatorem nouum requirit. Quid autem vos? Sic nimirum concionamini; Anni ſunt pluſquam nōgenti,poſtquam infandæ ſuperſtitiones,& Idololatriæ Eccleſiam totam occuparunt. A Gregorio enim Magno,nemo fuit in terrarū orbe Epiſcopus verè Chriſtianus,ſed omnes Antichriſto inſeruierunt, & cum meretrice Babylonica,turpiſſimum ſtuprum commiſerunt. Ad quæ reformanda,nos tam multis poſtea ſæculis à Deo mandati ſumus. Quàm ſtolida oratio? Imò quàm prodigioſa! Si ad eam Eccleſiam reformandam veniſtis,maturiùs vobis in orbem erat veniendum. Nunc nimium tardi eſtis, qui ad Eccleſiā vobis,tot annorum centenarijs antiquiorem emendandam acceditis. Mahumetes tempore locoq; venit,his rebus conficiēdis aptiſſimo. Tempora enim erant, vt tu ipſe fateris, quū Eccleſia in extremis agens, niſi medicus adueniret, iam nūc erat expiratura. Loca occupauit Mahumetes ea, quæ ſuperiorum temporum hæreſibus,& hæreticis. Arrianis,Nouatianis, Patripaſſianis,Arabicis,Manichæis,Eunomianis,Anomæis,Aëtianis,Eutychianis,Neſtorianis (quorum adhuc reliquiæ ſuperſunt) maximè erant corrupta. Noſti enim has ſectas omnes in Aſia,Syria,Arabia,Ægypto, & Africa potiſſimum fuiſſe peruagatas. Quare & has potiſſimū nationes maximis cladibus affecit Mahumetes,& vt diuinæ iuſtitiæ vindex egregiè eorum perfidiam, atq; ingratitudinem eſt vltus. Vos autem nunquam iſta loca,quę maximè opera veſtra indiguerunt attigiſtis; Sed in Anglia,vel extremis Germaniæ littoribus hærentes, illic tantum Euangelium ſeminaſtis, vbi temporibus Mahumetis,vel religionem fuiſſe maximè ſinceram veriſimile eſt,vt in Anglia,quæ tum primùm ad Euangelium acceſſit, ideoque credibile eſt, Euangelium hauſiſſe puriſſimum: vel Euangelij fidem fuiſſe planè nullam certum eſt, vt in Germania,quæ tum temporis Euangelij vocem non audiuerat,ideoq́ue propter corruptam Euangelij puritatem,non merebatur caſtigari,nec poterat corrigi. Quare vos ad eam Eccleſiam emendados, à Deo miſſos eſſe,tam probabiliter dicitur, quam Veſalium noſtri temporis Medicum,miſſum eſſe ad Carolum Magnum,ante annos ſeptingentos, ſepultum morbo articulari liberandum; Aut Solonem à Deo datum eſſe, veteribus Britannis politiori humanitate imbuendos,qui nunquā Gręciæ limites exceſſit. Ita hactenus veſtra omnia ſunt ieiuna,friuola,

uola, & temporibus peſſimè diuiſa. Et tamen ſi illud vnũ quod tu ſemper pro certo, exploratoq; arripis, certum verumq; eſſet, Euangelium vtiq; veſtrum eſſe ipſam Dei veritatem; de reliquis omnibus litem tibi remitterem, Quanquam enim in ipſa veritate propaganda, quoddam eſt iuſtitiæ, & leuitatis tēperamentum adhibendum, tamen hoc vnum de certa, claraq; veritate plurima molliret, quæ plerique edicta duriſſima, crudelia, & planè tyrannica eſſe clamitant. Sic Moſem nemo niſi impius reprehendit, quòd in legis ſuæ violatorem capitali ſupplicio animaduertit: Erat enim Lex ſancta, & à Deo ipſo euidenter profecta At quod Nabugodonoſor Ananiam cũ fratribus morti tradere vellet, ob legem ſuam contemptam omnes exhorreſcimus; non tam propter barbaram feritatem in ratione occidendi, quàm quòd lege ſua homines ad nefariam impietatem, & idololatriam impellebat. Non aliter ſi de Euãgelio veſtro perſpicuè conſtaret, quod lex eſſet diuina, acerbitatem veſtram in ea vindicanda, non ita multum improbaremus; id autem quum valdè ſit anceps, & à paucis ſine argumento neceſſario dictum, ab infinita autem hominum multitudine, & Chriſtiana, & non Chriſtiana, cum rationibus admodum efficacibus negatum, non poſſum admodũ reprehendere eos qui crudelitatem veſtram, vt nimis iniuſtam, nimiſq; à mediocritate recedentem criminantur.

Deut. 17.

Daniel 3.

ARGVMENTVM
CAPITIS QVINTI.

Samuel Euangelij prædicans excellētiam, vrget Michæam vt ſtatim de eo & Alcorano diſputare velit. Michæas autem quamuis libenter diſputare nolit, tamen ſi diſputandum ſit, quædam documenta & quaſi regulas præponit futuræ diſputationi neceſſarias. Primò, vt à contumelijs abſtineatur, Secundò, ne Samuel de clariſſima Euangelij luce priuſquam eam probauerit, ſeſe iactet, neq; rurſus euidēter vera neget. Tertiò, vt omnis Patrũ & Cōciliorũ primitiuæ Eccleſiæ remoueatur autoritas. Ad quæ Samuel reſpondens primo & ſecundo facilè concedit, & in veritate indagãda admodum fore ſe æquabilem pollicetur. De tertio autem, & ſi quidam Proteſtantes paulò ambitioſius Patrum nomen extollant, tamen ille conſentit eorum authoritatem eſſe prorſus reijciendam, niſi quatenus ex verbo Dei quod dicunt probetur: idemq; de Concilijs generalibus concedit, & hoc

hoc totum doctrinæ Proteſtanticæ valde eſſe conſentaneū probat. In quo Michæas ſibi cum Samuele imprimis conuenire ait, ex eoq; tacitè ad SS. Trinitatem negandam, viam præparat.

CAPVT QVINTVM.

SAMVEL.

IAM quidem rem eò deductā eſſe video quò imprimis cupiebā. Id enim initio à te eram poſtulaturus, vt hanc quæſtionem patereris inter nos ventilari, niſi quod ſubuerebar Alcorani impugnandi veniam petere à te, quē perſpexi in eo defendendo longè quàm volebam acriorem. Idq; præterea periculoſum arbitrabar in loco vbi Alcoranus regnat & dominatur. Sed quando curſus orationis tuę eò te prouexit, tuq; ipſe iā eam mihi poteſtatem facis Euangelij cauſam agendi, plurimùm certè lætor, Deoq; Opt. Max. immenſas gratias ago, qui iſto honore me afficit, vt iſto potiſſimum loco filij ſui cauſam agam, eiuſq; glorioſum Euangelium propugnem: neque dubitare poſſum quin tibi (chariſſime Michæa) hoc noſtrum colloquium futurum ſit admodum fructuoſum, quē ex gurguſtio Mahumetis in ſplendidam & illuſtrem Chriſti Eccleſiam transferēdum eſſe confido, idq; votis ardentiſſimis exopto. Veriſſimum quidem eſt quod ais Euāgelium hoc hoſtes habere innumerabiles. Ita nimirum legimus ſemper maximas virtutes maleuolorum inuidiæ & obtrectationibus maximè fuiſſe obnoxias, proptereaq; præſtantiſſimi omnibus temporibus Imperatores è patrio ſolo eiecti, in exteris regionibus exulare ſunt coacti, Lyſandri, Themiſtocles, Annibales, Scipiones, Beliſarij. Veritas nimirum odium parit, & eximia virtus multò magis. Ad vtramque autem Euangelium ſuos auditores informat, atq; adeo duplici nomine eſt exoſum. Cęterùm ex eo vis eius & potentia magis elucet quòd contra tam innumerabiles inimicos quū perpetuo dimicauerit, nunquam tamen ab illis vinci, nunquam profligari potuit; quod non aliunde venit quam à Dei prępotentis dextera illud ſemper protegente. Ita nimirum prædixit
Matt. 28. Apoſtolis ſuis Chriſtus, nunquam defuturos hoſtes, qui eos perſequerentur, ſed adiunxit vnà, ſe nūquam defuturum illis ad extremam vſq; mundi conflagrationē. Hinc omnibus ętatibus hæreſes variæ contra Euangelium enatæ ſunt; ſed ad eius ſplendorem non aliter quàm nocturnæ tenebræ ad exor-

tum

Digitized by Google

tum ſolis diſparuerunt. Quum autem hęreſes omnes quarum nonnullę erant & propter ipſarum ſubtilitatem, & propter argumentorum pondera, & propter fautorum magnitudinem & innumerabilitatem (potentiſſimos enim Imperatores & ipſam ferè totam Romani Imperij molem habebant ſuffragātes) expugnatu difficillimæ, vi tamen ſua Euangelium profligauerit; quanto magis hoc contra Alcoranum præſtabit, qui vt cætera habeat paria, quoad ſubtilitatem certe, & argumentorum pondera, cuicunque ferè tum veterum, tum recentium ſectariorum hæreſi concedit. Nihil eſt ſiquidē Alcorano craſſius, nihil obtuſius, quare & ego qui pro Euangelio contra quamcunque hæreſim, ſatis me munitum & inſtructum ſentio, de Alcorano proterendo ſi ambigerem, impius planè eſſem. Statim igitur ſi placet quod requiris, aggrediamur. MICHAEAS. Præproperus es admodum Samuel, & nimis intempeſtiuè victoriam concinis, qui nōdum arma induiſti quibus pugnam capeſſis. Et perperam verba mea interpretaris, quum colligis me facultatem tibi concedere Alcorani impugnandi, aut ſi putas me huiuſmodi cōcertationē requirere. Non enim requiro nec expeto, ſed potiùs eas refugio & declino. Nō quidem quia lege noſtra interdicitur, quę non eſt adeo draconiana quàm tu opinaris (nam multas recipit exceptiones, quando & Sacerdotes noſtri & inter ſeſe aliquando, & cum Perſis hæreticis ſępè diſputant, & nobis ſolis in hoc auio loco deambulantibus nullum imminere poſſit periculum) ſed propter alias multas cauſas, eaſq; grauiſſimas. Primò, quia ego in hac fide ita meipſum firmaui & conſtabiliui, vt ab ea quibuſcunq; rationibus dimoueri, nec poſſim, nec velim. Idemque de te quantum ad tuum Euangelium autumo. Quare quum vterque ita ſit obfirmatus, quis fructus ex hac diſputatione ſperari poterit. Verba multa vtrinq; profundemus, vterque concitabitur, vterq; incaleſcet dum dicta, & argumenta ſua tuebitur acrius, & alternis fidem verbis atrocibus, & aculeatis inſectabitur: quemadmodum tu antea abſurdam ſuperſtitionem mihi obieciſti, & hoc loco legem Prophetæ noſtri vocas maximè craſſam, & obtuſam, quum ego idipſum de Euangelio tuo ſentiam, etſi non eloquar. Hijs & alijs iſtiuſmodi dictis vterq; efferueſcet, vterque fortaſſe ad diras verborum contumelias erumpet. At ad aſſumendam quam vterque viciſſim cupimus fidem, neuter ex eo quicquam cōmouebitur. Quare quum tu (vt opinior) non es ad me tranſiturus, & ego certò certiùs, nūquam ſum reuerſurus ad fidē tuam, rixando & clamando hoc

tantum conſequetur, vt minuatur, vel forſitan extinguatur amor ille, qui hactenus inter nos fuit mutuus, & quem ego (ſi per te licet) cupio fore perpetuum. Deinde aliud eſt quiddam
11. tuis pleriſque omnibus cõmune, idemq́, huiuſmodi diſputationibus maximè contrarium, quod ſemper vobis arrogetis clariſſimam lucem, ipſiſſimũ Chriſti Euangelium, cęlitus traditam veritatem, eamq; nullis humanis inuentis inquinatam alijs autem omnibus attribuatis denſiſſimas tenebras, Ægyptiacam caliginem, idololatriam, infidelitatem, ignorãtiam, & ſi quid aliud fingi poteſt magis deteſtabile, quem ego errorem in te ſemel, atq; iterum ab initio huius noſtræ colloquutionis animaduerti. Et non eſt hæc (mi Samuel) ratio inquirendi veritatem; quum enim manifeſtum ſit omnẽ hominem (qui non ſit planè Atheus de ſua religione ſentire præclariſſimè, de alijs cum ea pugnantibus longè ſecus: ſi vterq; in hæc prorumperet cõuitia, cruenta potius Monomachia ſequeretur, quàm moderata, & quieta veritatis indagatio. Hæc ergo cũ alterius partis contumelioſa abiectione, coniuncta iactantia longè eſt remouenda, ſi colloquendo quicquam proficere velimus. Vt item alterum vitium quod in permultis tui ordinis non rarò deprehendi, confido autẽ in te nullũ habere locum: intelligo audacem quandam omnia vel apertiſſima negandi libidinem. Tu fortaſſe ſuperfluum putas; quod de hoc præmoneam, quum nemo vir bonus id ſit admiſſurus. At ego non ſemel cũ nonnullis tui ordinis diſputaui, à quibus hoc vnum perferebã moleſtiſſimũ, quod ſemper me ad probandas res notiſſimas adigerent. An non perſpicuum eſt, Reginã veſtram eſſe Eccleſiæ Anglicanę caput, vt item fuit ante eam Edouardus frater, & Henricus pater, & ex eo Eccleſiaſtico primatu omnes leges, de Eccleſiæ ritibus mutatis, vim ſuam accipere? An non clariſſimum eſt annos iam 30. totos eam hac prærogatiua frui? & tamen nuper veſtrates quidam non infimi loci, emiſſo latino libro ad omnes Chriſtianos, eumq; ſedulò in multis Prouincijs ſpergẽtes, hoc palam inficiati ſunt, quod item fecit ante multos annos Haddonus in Epiſt. cõtra Oſorium. An non æquè perſpicuum eſt, in Anglia Catholicos ob fidem, & conſcientiam conijci in carceres, ſpoliari bonis, & ſæpenumero morte mactari? An non multæ leges in Parlamentis contra eos ſunt ſcriptæ? An non multa iudicia exercita? An nõ apud vos innumeri ſunt eorum interfectionis teſtes oculati? Et tamen ijdem nõ verentur affirmare, in Anglia *neminem ob Pontificiam Religionem vel capitis, vel patrimonij, vel fortuna-*

Executio iuſtitia Britannica. Anno 1584.
Haddon. in Epiſtola contra Oſorium.
Iuſtitia Britan. pag. 22.

Digitized by Google

fortunarum vllum diſcrimen adhibuiſſe Exempla huius generis ſunt infinita, & habuiſtis ante annos paucos Epiſcopum quẽdam, apud vos celeberrimum, & ſua opinione doctum excellenter, aliorum iudicio mediocriter, eloquentem certè, & in ſtudijs humanitatis, non infœliciter verſatum, qui in hoc vitio, vel cum ſcriberet, vel concionaretur, erat admirabilis, quẽ ego ſæpius audiui, ad crucem Paulinam Londini, coram maxima multitudine admodum præfidenter, aliàs falſiſſima affirmantem, aliàs veriſſima clariſſimaque pernegantem, vt ad eorum auditum, aures meæ ſæpenumero calerent. SAMVEL. Erat certè quidem vir ille (noui enim quem intelligis) vt eloquentia, & doctrina ſingulari, ita in affirmando, & negando perſæpè nimis præceps, & temerarius, quod ego ex abundantia quadam cognitionis accidiſſe interpretor: quia enim pluſima legerat, confidentia quadam ſcientiæ elatus, non ea cura & ſolicitudine quã indoctiores adhibent expendebat quæ erat dicturus, maximè corã imperita multitudine, à qua ſciebat ſua omnia in optimam partem accipi. Collegerũt (vt audiui) ex eius libris aduerſarij aliquot mẽdaciorum millia quæ etiamſi magna ex parte inuidioſè conficta arbitror, ideoque vt fumos ſoleo contemnere, tamen ſine aliquo igne, tantũ fumum auguror nõ potuiſſe concitari. Ipſe quidem affui ſemel cõcioni quam habuit in cœmeterio illo Paulino, paulò antequam ſecundum Volumen emitteret, in defenſionem Apologiæ Anglicanæ, quam prius Hardingus confutauerat. Ibi quum multis argumentis ignorantiam aduerſarij notam populo teſtatamque facere voluiſſet, tum in nullo hæſit diutius, aut ſe iactauit glorioſius, quam quod Hardingus reſpondens Hiſtoriæ Franciſci Dandali, Venetorum quondam Principis, à Pontifice Clemẽte ignominioſius tractati, citaſſet Decades Sabellici: quando (dicebat vir iſte) vel ipſis puerulis Grammaticas ſcholas adeũtibus, & nulla humaniore literatura, vel exiliter tinctis, perſpicuum eſt à Sabellico nullas vnquam ſcriptas fuiſſe Decades, ſed tantummodo Enneades. Hoc quum ſemel atque iterum amplificaſſet, & elegantibus dicterijs (vt erat homo in iocando admodum Vrbanus, & facetus) auditores ſuos permulſiſſet, tandemq; abſoluiſſet concionẽm, ego qui hominem ſatis affabilem noueram, etſi non magnam cũ eo habebam familiaritatem, eum prenſans & à reliqua turba ſeuocans præfatus honorem, erroris admonui, & in proxima Bibliopolæ officina Sabellici Decades publicè venales commonſtraui. At hæc vti leuiuſcula errata multis magniſq; eius

23. 24. Iuellus.

C 5 virtuti-

virtutibus condonanda cenſeo. Nam quis eſt ſcriptor quamuis maximè cautus & ſagax, qui tamen non aliquando labatur? Sed perge quod cœpiſti de noſtræ diſputationis impedimentis concludere. Ita enim accipies quæ mea ſit de illis mẽs & ſententia. MICHAEAS. Eſt adhuc tertia cauſa quam ego

III. reliquis antegreſſis arbitror eſſe magis impeditam, quũ in Anglia pro miniſterij officio quo fungebar, aduerſariorum nonnunquam libros euoluerem, quorum errores in concionãdo refellendos mihi ferè propoſui, hæc in eis legendis; vel inertia, vel ſtupiditas ſtomachũ mihi potiſſimum faciebat, quod videbam ſemper eos aërem verberare, & inanem laborẽ ſumere, nũquam iuſto quaſi prælio nobiſcum decertare, nec ea tela vel arma in aciem ferre quibus ſolis nos poſtulauimus belli ſummam expediri & confici. Semper enim ſuos nobis Auguſtinos, ſuos Hieronymos, ſuos Baſilios, Athanaſios, Cyprianos, Gregorios, Bedas, & ſimiles Monachos vel Sacerdotes opponebant. Quod ſi Synodum aliquam ex eiuſcemodi Sacerdotibus & Monachis conflatam nobis aduerſantem proferebant, tum certè lætum Pæana canebant, quaſi pleniſſima iam victoria potiti, qui nondum palæſtram erant ingreſſi in qua nobiſcum manus erant conferendæ. Lutherus initio quanquam paulò iracundius quã decebat tantum Apoſtolum, non tamen omnino ſine cauſa inuehebatur in Regem Henricum VIII. eumque *rude caput, aſinũ, ſtupidum, craſſum, truncum, oſcitantem & hebetem, inſulſum, & ſophiſtã* vocabat, quod poſt tot libros à Luthero editos, nondum videbat quonam ille tẽderet, nimirum & Patres, Concilia, longam conſuetudinem, & reliquas eiuſmodi obtuſas Papiſtarũ haſtas è medio remoueret, ſolùm autem Dei verbum ad omnes controuerſias examinandas adhiberet. *Vltimo loco* (inquit Lutherus) *Henricus dicta Patrum inducit pro ſacrificio miſſario. Hic dico confirmari hoc nomine meam ſententiam: Nam hoc eſt quod dixi, Thomiſticos aſinos nihil habere quod producant, niſi multitudinem hominum & antiquum vſum. Ego verò aduerſus dicta Patrum, hominum, Angelorum, Dæmonum, pono Maieſtatis æternæ verbum Euangelium. Hic ſto, hic ſedeo, hic maneo, hic triumpho, hic inſulto dictis hominum, quantumlibet ſanctorum, vt nihil curẽ ſi mille Auguſtini mille Cypriani, contra me ſtarent.* Sic etiam refutans externum illud Papiſtarum Sacerdotiũ, probanſq; apud Chriſtianos nullum ſupereſſe aliud quàm quod promiſcuè cum Chriſtianis omnibus non minùs fœminis quã viris actu & reipſa communicatur, quamuis ad euitandam confuſionẽ,

Luther To. 2. li. contra Regem Angliæ.

Ibid fol. 342.

certis

certis temporib. ex toto Chriſtianorũ grege certi miniſtraturi eligantur; ita ſemper cõcludit vt oẽs percipiant eum patrum, traditionum, Conſiliorum, & Eccleſiaſticæ omnium temporum conſuetudinis, in talib. quæſtionib. nullam fieri voluiſſe mentionem: *In nouo* (inquã) *teſtamento Sacerdos non fit, ſed naſcitur, non ordinatur, ſed creatur, naſcitur aũt ex aqua & Spiritu Sancto in lauacro regenerationis, ſuntq; oẽs Chriſtiani ſacerdotes, quod ẽ. ex offi ijs ſacerdotalib. patet. Nam prædicare verbum omnib. Chriſtianis commune eſt. Dicitur.n.in Iſaia, erunt omnes docti à Deo. & omnib. dicitur, hoc facite in meam cõmemorationem, vt ex Paulo patet, qui Corinth.11. verba Chriſti repetens oẽs alloquitur Corinthios, oẽs faciens tales qualis ipſe fuit Quare Sacerdotum commune erit, vt nihil valeant aduerſus hæc diuina fulmina, innumera concilia, æterna conſuetudo, vniuerſi mundi multitudo; nec habent Papiſtæ quod his opponant niſi Patres, Cõcilia, conſuetudinẽ.* Fatetur quidẽ aliã inueteraſſe ab antiquiſſimis Eccleſiæ temporib, ductam huius verbi (Sacerdotis) ſignificationẽ; ſed idcirco hac regula ſemper ſuũ inſtruit diſcipulũ, vt ſolas ſcripturas curet, *qui niſi clauſis oculis, vſum, antiquitatem, multitudinem præterierit, totusq; verbo Dei adhæſerit, nunquam ſcandalũ hoc ſit ſuperaturus* Quum aũt Lutherus ingenuè prædicaret ſe concilia, conſuetudinẽ, mille Cyprianos, mille Auguſtinos nihilo prorſus æſtimare, grandis ſane fuit in Henrico Rege error, concilia, conſuetudinem, Auguſtinos, & Cyprianos cõtra eum producere. Et eleganter Petrus Martyr eos qui ita perpetuo vrgent patres, *Patrologos*, dici vult non *Theologos*, ſemperq; mihi placuit illud Illyrici tanquam Geometricum axioma (quo à patrum lectione ſuos oẽs deterret) maximè quia eſt Lutheri quoq; authoritate munitũ: præclariſſimè (inquit ille) Lutherus, *quicquid veræ & ſalutaris doctrinæ de Deo & religione eſt in omnib. patrib. hoc tibi ſola Biblia præſtare poſſunt, non autẽ contra quicquid eſt cæleſtis ſapientiæ in ſacris literis, id oẽs Patres quantumuis accurata lectitati, ſubminiſtrare et ſupplere poſſũt quæ ergo ſtultitia eſt, id velle ex omnib. riuulis ſordidisq; lacunis cum difficultate vel potius etiã cum extrema impoſſibilitate, ſiue periculo noxij veneni vna per imprudentiam hauriendi corrogare & cõmendicare, quod affatim largeq; ex vno fõte ſaluberrimo haurire poſſis?* Nec minꝰ probo Heroicum Hulderici Zvvinglij ingeniũ, qui eadem omnino qua eius coapoſtolus Lutherus, animi magnitudine, Concilia, & Patres oẽs ab iſtis Eccleſiaſticis quæſtionibus diiudicandis repulit. *Dicunt Papiſtæ* (inquit Zvvinglius) *quis controuerſias & lites*

Ibid. lib de miniſtris Eccleſiæ inſtituendis fo. 662.

Martyr de votis. pag. 476. Illyricus in præf. teſtam. noui.

Zvvingl.

Tom. 1. explanat. articu. 64 fol. 107. *in lites quæ ſunt hodie in Eccleſia diſcutiet? quis de illis iudicabit? quis pronunciabit? Reſpondeo verbum Dei, nec alium iudicem feremus. Illi aiunt: nos negamus miſſam eſſe ſacrificium, quis de hac controuerſia iudex erit? vnicũ* (inquam) *& ſolum verbum Dei. Sed mox incipis clamare Patres, Patres nempe, Patres ſic tradiderunt, ſed ego non Patres tibi refero, non Matres, ſed verbum Dei requiro.* Conſtanter equidem, & ſuæ ſuorumque fratrum generali profeſſioni admodum conuenienter. Quum enim de rebus ciuilibus, & philoſophicis, non vagam & errantem, ſed certam ſtabilemq; ſententiã habere debeamus, tum in rebus diuinis ad æternam ſalutem pertinentibus, hoc maximè requirendum eſt. Et cum vbiq; veſtri ſcribant *ex interpretatione per eccleſiam facta, per Epiſcopos, per Doctores, per Cõcilia, firmitatem religionis conſtare non poſſe, periculoſiſſimum eſſe in deliberationem ac definitionem ſpiritualium rerum ſapientiam carnis adhibere, & idcirco Eccleſiæ tribuere noluimus de ſcripturis, & iis quæ ad ſalutem neceſſaria ſunt ſupremam cenſuram,* vix tolerabile puto, quod nõnulli magno ſupercilio Patrum authoritatem iactant, tanquam grauem & ponderoſam, quum his in rebus nihil eſt inanius, nihil leuius. Quare & ipſe quum apud vos eſſem non valdè probabam illam Iuelli prouocationem, qua ſe fidem ſuam abiecturum & contrariam Papiſtarũ idololatriam amplexurum coram omnibus aſſeuerabat, ſi vel vna aliqua alicuius Doctoris qui intra ſexcẽteſimum à Chriſto annum vixerat, ſententia ad ſuam fidem refellendã ab aduerſariis adduceretur, quæ mihi videbatur inanis quædã gloriatio, non ſolùm omnis veræ fidei & conſcientiæ expers, quę firmior eſſe debebat, quam vt ab vno Hieronymo Monacho, vel Gregorio Papa ſe pateretur labefieri, ſed ipſa etiam Euangelij veſtri principia cõuellens. Quum enim hoc in vos ſuſcipereris, vt omnia ad puritatem Euangelicam & Apoſtolicam reuocaretis, quãtæ peruerſitatis erat cauſam veſtram Patrum omnium & ſingulorum qui ad ſexcentos vſq; annos vixerant iudicio committere? quod nihil erat aliud quam contractas ſexcentis annis in Eccleſia maculas & corruptelas in eadẽ relinquere. Quanto rectius magiſter ipſius Petrus Martyr iterũ atq; iterum inculcat nõ ſpectandum eſſe in dogmate quouis ſtatuẽdo quid Patres antiqui dixerint: *Statim enim ab Apoſtolorum temporibus cœperũt errores, ſtatim poſt eorum ætatem cœperunt homines deflectere à verbo Dei. Quum ergo volumus inſtaurare Eccleſiam, nihil conſultius eſt quàm omnia reuocare ad prima Eccleſiæ principia & religionis primordia, quamdiu enim conſiſti-*

Martyr. præf. in 1. Corint. & ibidem cap. 2.

Martyr de votis pag. 30. 477. 490. 476.

conſiſtimus in Concilijs & Patribus, verſabimur ſemper in ijſdem erroribus. Quumq; eundem vobis vendicaretis Spiritum cum primis Apoſtolis & Apoſtolorum diſcipulis, ſtultum erat à canalibus Patrum illud magna cũ difficultate petere, quod plenius ac ſalubrius ex ipſo fõte haurire licebat. *Scripturas autem tractauit & intellexit Eccleſia magiſterio Spiritus ſancti, & Apoſtolorum miniſterio, priuſquam Clemens, Philo, Origines, Ignatius, Tertullianus, aceruos librorum ſuorum conſcripſiſſent*, vt eleganter & animosè poſt Huldericum Zvvinglium ſcripſit Vrbanus Regius. Quanto denique magis prudenter Regineus in Academia Oxonienſi Profeſſor Theologiæ, Humfredus, qui poſt mortem Iuelli illam eius iactantiam vt planè impiam & nefariam, tanquam ex cathedra Theologica damnauit: *Iuellus* (inquit ille) *nimium vobis* (Papiſtis) *largitus eſt, & ſibi ipſi nimium fuit inimicus, quod reiecto medio quo cauſam ſuam firmius & facilius ſuſtentare potuiſſet, & ſeipſum, & Eccleſiã quodammodo ſpoliauit. Quid enim rei nobis cum Patribus, cum carne aut ſanguine, aut quid ad nos attinet quid Epiſcoporum Pſeudoſynodi conſtituant?* Hoc modo qui in veſtro numero ſunt doctiores, qui ſolidius diſputant, qui ſibi conſtant, qui initijs doctrinæ veſtræ reliqua attexunt apta & congruentia, qui verè Euangelici dici volunt & eſſe, à Theologiæ ſuæ quæſtionibus tractandis omnia funditus reijciunt ſcripta Patrum & Decreta Conciliorum poſt Apoſtolorum ætatem. Non quidem quod nunquam ea vſurpent, aut in concionibus ſcriptiſve adhibeant, ſed ea cum cautione quam ſibi ſuiſque præſcripſit Princeps ille veſtrę religionis Ioannes Caluinus, *ſemper vt meminerimus omnia ſcripta Patrũ noſtra eſſe quæ nobis ſeruiant non dominentur*, non, inquam, dominentur vobis, ſed vos cõtra dominemini illis, & illorum ſitis iudices, quod etiam inculcat Petrus Martyr, quod item prudentiſſimè his ipſis verbis admonuit VVolfgãgus Muſculus: *Teſtimonia Patrum ſcito non ad defendendam veritatem, ſed ad retundendum Papiſtas armatura hec qua ipſi armati occurrunt. Vbi verò ex ſcriptis Patrum aliquid cõtra nos afferunt, palam dico, nolle me ad illorum authoritatem aſtringi, planeq; ſtolidiſſimus eſt, vel ſtudiosè malignus in Eccleſiam Dei, quiſquis illorum calculis conſcientias fidelium obſtringendas eſſe putauerit.* Quòd ſi me iam interrogas quorſum hæc omnia pertinẽt, id ita demum intelliges, ſi prius tuum his de rebus iudicium interpoſueris. Si enim tu quoque idem ſentias, facilior erit reliquæ orationis curſus, & ego ſanè ad familiarem diſputationem tecum ineundam ſum futurus

Vrban. Regius operũ p. 1. in materia cogitãdi de miſſa negotio folio 58. Zvving. tom. 1. Paſt part. 2. fol. 298. Humfre. in vita Iuelli part. 212.

Caluin. in præf. Inſtit. ad Regem Gal. Martyr de votis, pag. 566 Muſculus in locis cõmun. ca. de ſcripturis ſacris. pag. 164. 165.

Digitized by Google

turus paratior. SAMVEL. Atqui quoad iſta, diu iudicium meum non expectabis. Neq; enim hactenus aliquam video difficultatem quam ſtatim nō potero expedire. Quod enim obijcis de nobis vtriſque in ſua opinione obfirmatis, ideoq; ſuperfluum fore hoc colloquium, ego ſanè vt pro me reſpondeā, etſi nihil prorſus hęſitem de fide mea quin diuinitus à Chriſto ipſo eiuſque Apoſtolis reuelata ſit, tamen nunquam ita mordicus ad aliquam ſententiam tanquam ad ſcopulum me affixi, vt ſi euidenter meliores rationes ex verbo Dei deſumptas, aliamque religionem conſtituentes videam, contra manifeſtiſſimam lucem, contra perſpicuæ veritatis clariſſimum fulgorem oculos meos occludere velim: hancq; pertinacem erroris ſemel inſiti defenſionem cum pia liberaque conſcientia ſtare non poſſe arbitror, ſed eſſe potius ſignum animi ſordidi, ſeruilis, abiecti, tyrānico metu quaſi ferreis vinculis ad vnum quod obtruditur alligati, non autem hominis liberi & ſoluti, voluntaria electione quod melius videt aſſumentis. Cum autem cultum eſſe Deo gratiſſimum qui à libera voluntate proficiſcitur, non qui neceſſitate extorquetur, ab Apoſtolo edoctus ſum. Quum eſſem aliquando Papiſta, de fide Papiſtarum nullus tum quidem animo meo inſedit ſcrupulus, poſtquam tamen, partim ex lectione librorum, partim ex concionibus miniſtrorum percepi Euangelicorum fidem fuiſſe puriorem, non ita conſtrictum tenebat me prior illa, quin ſtatim ad ſecundam cōuolauerim. Quod ſi iam vel Puritanam, vel Lutheranam communi Anglorum religione crederem limitatiorē, eſſem quidē Chriſto, ipſi qui veritas eſt iniurioſus, ſi oblatā ab eo veritatem obſtinatè repellerem. Quumq; videam doctiſſimos homines, & clariſſimas Reſpub. Euangelij doctrina imbutas, *iam ab initio colloquia inſtituiſſe & diſputationes publicas fideiq; ſuæ cōfeſſionem edidiſſe, addita ſemper hac clauſula, ſi quis meliora edoceat ſe ſemper paratos fore vt ſe verbo Dei ſubijciant*, quum hoc Geneuenſes, Tigurini, Bullingerus, Beza, Martyr, & ſimiles Papiſtis obtulerint, quorum tamen fides ab Euangelica non minùs quam cælum à terra diſcrepat: certò ſtatuito hoc ipſum eſſe Euangelicum nulli ſententiæ ita eſſe agglutinatum, vt rationibus firmiſſimis nolis ab ea dimoueri. Hic quidem eſt animus meus, idemq; mihi de te polliceor, etiamſi ſignifices te Alcorano tuo magis quam velim addictum. Illud autem alterum quod eſt à te duas in partes tributum, tum vt à verbis contumelioſis & mordacibus temperetur; tum vt ea quæ ſunt apertiſſima non negentur, multò facilius præſtabitur. Et

Acontius de ſtratagematis Satanæ lib. 1.

2. Cor. 8.

Ioſias Simlerus in vita Bullingeri fol. 33.

In colloq Poiſſi & Albi.

I.

II.

Digitized by Google

tur. Et poſterius ſilentio prętereibo, quaſi cõmemoratione indignum, à quo vtriq; ſumus ſat ſcio abhorrentes. Prius autem quamuis declinatur multo difficilius vbi quis de veritati, poſſeſſione certiſſimò eſt perſuaſus, tamẽ vbi inter amicos diſceptatio eſt, illud quoq; nullo negotio cauebitur. Tertiũ quiddam habet paulò magis implicatum, ſed tamen & hoc paruo cum labore expediri poſſe arbitror. Video quidem noſtrorũ nonnullos, in Doctorum authoritate ponderanda admodum inconſtantes, quos aliquando ſingulos plurimum extollunt, aliquãdo vniuerſos valdè aſpernantur. Illud aũt animaduerto; quum ex noſtris Euangelicis alij patrib. multum tribuunt, alij nihil prorſus, ſed de illis non minùs liberè, quàm de noſtrę ætatis Monachis, Sacerdotibus, & Pontificib. cenſurã ferunt, & in ordinem cogunt; illos priores eſſe vt pauciores ita minus eruditos, homines populares, vulgi plauſum captantes, eorũque auribus (vt probabile eſt) ſeſe accommodantes; & nuſquã fere comparent niſi in Anglia noſtra, vbi populus tum per ſe veteris ſuæ fidei tenacior, tũ per Epiſcopos & Sacerdotes ſuos patrum egregijs encomijs audiendis magis aſſuetus, diuinam planè de patrib. opinionem conceperat. At qui primi erãt Eccleſiarum noſtratum hoc ſeculo Apoſtoli & Architecti, quiq; & propter Heroicam animi magnitudinem, & doctrinæ Propheticæ ſummam excellentiã, & in conuertendis populis fœlicitatem planè ſingularem, regnum apud ſuos obtinuerunt, Lutherus, Zvvinglius, Caluinus, Martyr, Regius, longè alia de patribus opinione ſuos informarunt, & longè aliam opinionẽ ſuam in voluminib. ſuis, ad oẽm poſteritatem tranſmiſſis, nobis reliquerunt, vt tu eleganter attigiſti. Quumque ad exactæ rationis lancem reuoco doctrinam noſtrã, non concipio quẽadmodum nos Hæreticorum nomine liberemus, niſi Doctores illos vt improbos reſpuamus, & quos illi vocant hæreticos, eorum in nos patrocinium ſuſcipiamus. Neq; enim negari poteſt quin Aërium, Vigilantium, Iouinianum, Pelagiũ, & multos alios, Epiphanius, Hieronymus, Auguſtinus, Philaſtrius, hæreticos vocent, propter certa & notiſſima capita religionis noſtræ: quia negarunt miſſaticum illud ſacrificium, & preces pro mortuis, inuocationem Sanctorum (quos vocabant) vota Monachorum & Sanctimonialium, neceſſitatem pædobaptiſmi, iuſtificationem ex operibus, & eius generis alia, quæ omnia quum nos ex verbo Dei defendamus cõtra Papiſtas noſtri temporis, eoſque vt hoſtes Euangelij execremur, qui hæc cum vetuſtis illis Patribus impugnant, vitari non poteſt quin vt hos III.

vt hos

Digitized by Google

vt hos recentes Papiſtas, ita & veteres illos Patres eodem loco ducamus, & vtroſque ex æquo deteſtemur, niſi nobis ipſis teтram hæreſeos maculam malimus inurere. Et ita quidem doctiſſimi Proteſtantes fecerunt, quorum ego veſtigijs inſiſtere nunquā dedignabor. Verbi gratia Apoſtolum Paulum ad Ro. noſtri ita interpretantur, vt ex eo potiſſimum ſtabiliant iuſtitiam ſolius fidei, operum autem iuſtitiam funditus euertant. Contra Origenes, Hieronymus, Chryſoſtomus, Greci omnes ita eundem exponunt, vt operum iuſtitiam cōſtituant, ſolius autem fidei iuſtitiam diſſipent & demoliantur. Tantum verò abeſt, vt noſtri perfectiores Theologi voculas inepte conſectentur ad hos talium Patrum errores obtegendos, vt Beza liberè *impuro Origeni* propterea tribuat *infanda blaſphemia, quæ pugnat ex diametro cum præcipuo religionis capite*, Chryſoſtomo, quod *non tam ſimplicitati maluerit ſtudere, quam quædam Philoſophicā dogmata permiſcere, quod illi communne fuit cum Græcis pene omnibus*, Hieronymo, quod *nihil aliud prodit quā Origenis diſcipulū, qui alibi pudendos errores, mortuorum inuocationem, & ſtultam cælibatus opinionem apertè defendit*, quem de ea cauſa *ſuum monachiſmum peſſimè tueri* ait Vrbanus Regius, *quem plane Phariſæum & hypocritam*, vocat Muſculus, de quo præterea hoc addit Lutherus, quod *ab Origene deceptus in Paulo nihil prorſus intellexerit, ſed iuſtitia ſolius fidei deprauauerit; atq; hunc vnum eius errorem fuiſſe talem vt ſolus ſatis potens fuerit ad vaſtandum Euangelium: quo niſi ſingularis gratia interceſſit, infernum potius quā cœlum Hieronymus meruerit.* Ob eandem cauſam in eodem fere loco, & *Hieronymum*, & ſimul *Auguſtinum, Gregoriumq;* appellat *iuſtitiarios regni Papiſtici* & inter eos atq; monachos, Turcas, Iudæos & Anabaptiſtas, putat nihil eſſe diſcriminis. De eodem Gregorio Magno ſcribit Cardinalis quondam Vergerius quòd *Purgatorium, interceſſionem Sanctorum mortuorum, & monachatum ineptiſſimis & inſulſiſſimis quibuſdam imò diabolicis fabulis defendit*, & Cardinali Hoſio pro quadrageſimæ & Paſchalis feſti obſeruatione primitiuæ Eccleſiæ Epiſcoporū contra quartodecimanos hæreticos authoritatē proponenti, ex Epiphanio reſpondens Doct. Iacob. And. *quod Epiphanius* (inquit) *eos in album hæreticorum retulerit, qui luna decima quarta Paſcha celebrāt, quid mirum? quum ſimilem iniuriam non pauci vt opinor ab ipſo tulerint illatam. Tibi ergo tui Epiphanij reſerues teſtimonium cui tantum credimus, quantum rationibus & argumentis fidei meretur.* Quæ ſententia vna cum Epiphanio, Concilium Nicænum

Beza in act. ca. 10. verſ. 46.

Beza præf. noui teſta. dicati Principi Condēſi Reg in locis com. ca. 20. contra traditiones. Muſculus in locis com. ca. de decalo præ. 3. Luth. to. 5. ad Gal. c. 3 fol. 3 8. & Tom. 2. de ſeruo arbitrio folio 473.

Ibid. ca. 4. ad Gal. folio 383.

Vergerius contra Hoſium dialog. 1. fo. 12.

Digitized by Google

num quoque manifeſto videtur reijcere, cuius potiſſimum decreto illa quartodecimanorum conſuetudo vt hæretica dānata eſt. Vtque hic iſtorum hominum quos improbè & iniurioſè hæreticos vocat Epiphanius, patrocinium contra Epiphanium ſuſcepit Iacobus, ſic idipſum præſtiterunt pro Iouiniano, Aërio & nonnullis alijs contra Auguſtinum & eius temporis Epiſcopos, hiſtorici Magdeburgenſes, præſtitit pro Vigilantio contra Hieronymū, & eius ætatis Eccleſiam fusè copioſeque, & nuper Lamis Danæus, & ante eum Henricus Bullingerus, qui ſingula Hieronymi argumenta pro Sanctorum inuocatione diſſoluit, eundemque Hieronymum in Eccleſiæ authoritate magnificè hoc modo exultantem: *Sic ſi non licet, ſacrilegus ergo fuit cum Conſtantino Arcadius, Omnes Epiſcopi non ſolùm ſacrilegi, ſed etiam fatui iudicandi*, quod ita Sanctos honorarunt, rectè hoc veriſſimo axiomate repreſſit: *in religionibus recipiendis vel ponendis nihil probat vllorum hominum factum, niſi prius conſtet recte ex authoritate verbi Dei fieri. Teſtimonium perhibet Iudæis Paulus quòd ſtudium Dei habent, ſed non ſecundum ſcientiam, quod idem de ſtis exiſtimandum eſt.* Quare de patribus vniuerſis quin liberè poſſunt ex verbo Dei iudicari nihil prorſus ambigo. Maior aliquanto videri poſſet quæſtio de concilijs primis vniuerſalibus tribus vel quatuor, quæ apud nos parlamentari ſtatuto aliquam authoritatem obtinent. Sed tamen quum omnia preſſius examino, neceſſe video vt etiam conciliorum vna ſit eademque ratio. Nam neq; ex ſtatu noſtro eorum rata eſt authoritas, niſi *quatenus verbo Dei* decreta congruentia poſuerint, de quo iudicandi penes nos remanet poteſtas, plurimæque generales Eccleſiarum confeſſiones eandem exceptionem, ijſdem Concilijs adiungunt. Iudicarunt autem primarij in Eccleſia noſtra Doctores eā non raro turpiter aberraſſe. Concilio enim Niceno omnium vt antiquiſſimo ita præſtantiſſimo fœdos errores obijcit Brentius, Patres eos phanaticos appellat Caluinus, *à Satana inſtigatos* aſſerit Muſculus, & quod nō vnum aut alterum, *ea omnia concilia pernicioſè lapſa ſint, luce clarius eſt*, inquit Vrbanus Regius, & *primis iiſque optimis Eccleſiæ temporibus Satanā Epiſcoporum cœtibus præfuiſſe aſſerit* Theodorus Beza. Hæc ergo licet veriſſima, ſi tamen cum Papiſta aliquo contenderem, qui Patrum illorum iudicia non aliter quàm Apollinis oracula colit, nō adeo liberè effunderem, apud te autem quem alia mente præditum eſſe video, non dubito ſimpliciter & meam, & Eccleſiarum noſtrarum ſententiam effari, maximè quod

Iacob. Andre. contra Stanislaū Hoſium. li. 4. pag. 269
Magdeb. Centuria 5. & 4. c. 5. pag. 401.
Danæus in Auguſ. lib. de hæreſ. cap. 82.
Bullinger de Origine erroris lib. 1 cap. 16.
Ibidem.
Parlam. Anno 1. Eliſab c. 1.
Confeſſio Tigur.
Geneuenſ.
Brentius in apolog cōfeſſio. VVirtemb cap. de cōcilijs.
Caluin. de vera Eccleſia reform. inter opuſcu. pag. 480.
Muſculus in locis cō. cap. de miniſtris pag. 193. Reg 1. par opera, in interpr. loc. comm.

D mè quod

cap. de Ec-cleſia. f 51. mè quod ſcio in hoc de Patribus argumento tibi mecum imprimis conuenire, neque poſſe te ex illis ad Alcorani tui præſidium vllam vel defenſionis vmbram conquirere. Vides itaq; quid ei quod extremũ poſuiſti reſpondeam, me videlicet eandem cum his doctiſſimis viris fidem tenere, nec quicquã Patrum quorumuis ſententię concedere, niſi quatenus eam perſpicio cum verbo diuino congruere. *Michæas.* Satis mihi quidem feciſti, Samuel, & admodum probo reſponſa tua: longeque ſum propenſior ad hoc tecum colloquium continuandũ quam eram initio; nam ſentio te in libris tuorum melius verſatum quàm alij tui ordinis pleriq;, & quæ reſpondes, reliquis doctrinæ tuæ principijs ſunt conſentanea, quod ego plurimi facio, quum permulti ſoleant in reſpondendo ita huc & illuc vagari, texere & retexere, & tãquam humano capiti ceruicem equinam affingere, vt nunquam ab eis certi aliquid elicias. Et hæc hactenus omnia ita mihi tecum ſunt communia, vt nihil magis. Nam & ego verbum Dei omnibus hominum ſcriptis antepono, & tamen hominum ſcripta ad normam verbi diuini limata admitto atque honoro, vt non ſine cauſa ſperem futuram poſtea maiorem inter nos cõiunctionem. Quanquam autem non prorſus & ſimpliciter probo quod initio poſuiſti de fide toties commutãda, quoties rationes ex verbo Dei magis efficaces & probabiles animum cuiuſque pepulerint (ita enim homines rudiores ſingulis diebus à viris ingenio & doctrina pręſtantib. in varias fides impelli potuerunt) tamẽ quia tu ſupra vulgarem promiſcuæ plebis conditionem valdè emines, & religionis tuæ ordinem omnem, & capita ſingula tenes accuratius, & hoc quod tradis à magiſtris tuis crebro vſurpatur, idq; diſciplinæ veſtræ ratio exigit, ex eoq; non præfractũ & contumacem, ſed moderatum, & æquum diſputatorem te fore conijcio, nihil in contrariam partem diſſeram, ſed potius ea quæ ſuperſunt perſequar: Obiter tamen quorundam Proteſtantium in ſcribendo inconſtantiam notabo, tum quia cõmodè in hunc locum incidit, tum quia multum ad ſummam rei quam tractamus intereſt. Ioſias Simlerus Eccleſiæ Tigurinæ Archiminiſter, ſcribens contra eos qui Chriſti negarent *Simlerus de æterno Dei filio. li. 1. cap. 2.* æternam cum Patre Deitatem, quanquam alias à tua ſententia nihil quicquam diſcrepet, ita tamẽ contra eos inuehitur: *Noui noſtri Samoſateniani Serueto impudentiores, ſuas blaſphemias apertè prædicant, quas tamen ſilentio perpetuo ſepeliremus, niſi noſtra ætate plures huius impietatis patroni nos quaſi vi pertraherent ad diſceptationem. Vtemur autem in horum confutatione*

tione pauciſſimis Patrum teſtimonijs, non quòd ea deſunt nobis, ſed vt aduerſarijs morem geramus, hi enim nos ad ſcripturas prouocant, & quia omnem antiquitatem ſibi aduerſari non ignorãt, omnes ſine exceptione reijciunt, imò Iraneum, Iuſtinum, Ignatiũ, vetuſtiſſimos ſcriptores damnant, atque Antichriſtos & falſiloquos nominant. Hæc ille. Vbi ex ijs quæ inter nos iam concluſa & conſtituta ſunt, perſpicis in quàm paucis verbis, quàm multa ſint peccata. Primò quod blaſphemiam & impietatem vocat, tot hominum doctorum vnum Deum ponentium plures abominantium opinionem, id quod noſti quàm facilè vno verbulo refellatur. Quanto enim probabilius ab iſtis eius fides blaſphemia dicatur, qui vno non contentus, plures Deos inducit? Deinde in huius altiſſimi myſterij tractatione patres veteres reijcere, eos dico patres, qui in alijs rebus vulgatiſſimis & ante pedes poſitis, clariſſimè ipſius Simleri iudicio lapſi ſunt, qui homines mortuos adorarunt, qui ad æternam ſacrificij in cruce peracti contumeliam, miſſaticum ſacrificium & ſacerdotium inuexerunt, qui quadrageſimæ ſuperſtitioſam obſeruationem, qui Monachorum vota, qui operum merita approbarunt, qui nucleum & medullam Euangelij ſolam fidem iuſtificantem ignorarunt, qui hoc modo aperta ſe impietate polluerunt, iſtos (inquam) in abditiſſimo & maximè abſtruſo myſterio iudices, ſi frater quiſpiã recuſet, hæccine à fratre Euangelico impudentia dicenda eſt? non errare cum errantibus, hominum fallax declinare iudicium, omnia ad amuſſim verbi diuini exigere, & ſine huius approbatione humanum nihil admittere, hoccine iſtis ab hoc Euangeliſta vitio verti? Certum enim eſt quod iſti fratres patrem quemcunque admittant quatenus perſpiciunt eum verbo Dei conſentanea loqui. Nam quod ad ſcripturas prouocant, idque tanta cõfidentia vt eo aduerſarios ſuos vel inuitos pertrahãt. Deus bone, hoc quam magnum eſt veritatis argumentum! quid dici fieriue potuit magis Euangelicum? Quod ſi ij propterea impudentes ſint, an nõ Lutherus, Zvvinglius, Martyr, Caluinus, & alij permulti principes Euangeliſtæ ſunt impudẽtiſſimi? Imò nonne Euangelium veſtrum totum eſt in impudentia & impietate fundatum? quãdo niſi veteres illos reijciatis, Euangelium veſtrum nõ poteſt conſiſtere, vt nos ſuperius attigimus, & tu (vt opinor) non inficiaberis? hoc autem eò diligẽtius moneo, primum, quia te velim præcipuè cauere ne in hunc ſcopalum incurras, qui omnem noſtrum laborem irritum efficiet, & quia vt noſti nos doctores veſtros non magni

æſtimemus. Deinde vt præciſo & amputato hoc argumentorum genere, quod inane eſt & nugatorium, expeditior ſit via ad ea quæ ſunt magis ſolida & firma. Si quis enim eo in loco vbi antea domus erat ruinoſa & malè materiata, nouam velit ædificare, quid illi prius faciendum eſt quàm vt veterem illam funditus diruat. Tertiò etiam vt in ipſo exemplo Simleri aliquid notes, de quo fortaſſis poſtea. Nunc ad alia progrediamur.

ARGVMENTVM CAPITIS SEXTI.

Samuele iam ad diſputationem mox aggrediendam Michæã prouocante, Michæas adhuc monet quædam de ſcriptis noui teſtamenti prius diſcutienda, quorum alia ſunt certiſſimò vera, alia dubia. Quam tergiuerſationem incuſanti Samueli, probat Michæas iuxta ipſos primarios noſtri tẽporis Euangeliſtas magnam eſſe differentiã, inter Euangelia quæ facta dictaq́; Chriſti continent, & epiſtolas Apoſtolorum quos errare potuiſſe, & erraſſe fatentur Proteſtantes. Deinde non eſſe omnino fidendum iſtis eorum epiſtolis, tum quia certum eſt aliquas eſſe ſuppoſititias, tũ quia remota Eccleſiæ veteris authoritate (de quo in proximo capite concluſum eſt) certò probari non poteſt reliquas eſſe omnino diuinas & Apoſtolicas. Deinceps generaliꝰ cõfirmat ex manifeſta proteſtantium doctrina, neminem Proteſtantem poſſe certò ſtatuere quòd quæ vocantur ſcripturæ, & quæ in Proteſtantium Eccleſijs ſub Euangeliſtarum & Apoſtolorum nomine circumferuntur, eæ omnes vnà verè ab illis conſcriptæ. Quæ concluſio non eſt vt Samueli videtur falſa & peregrina, ſed veriſſima & euidens, vt multis rationibus, & exemplis ſimilibus demonſtratur.

CAPVT SEXTVM.

SAMVEL.

Acontius Stratagematum Satanæ. lib.6.

MIHI ſanè ordo tuus non diſplicet quem etiam video à noſtris hominibus in Euangelio propagãdo obſeruatum, qui patres Doctoreſque omnes eo magis ad infima deiecerunt quo poſtea in excelſo illuſtrique loco poſita diuini verbi magis eluceret maieſtas.

Digitized by Google

ſtas. Quod quum ad omnem veritatem perſpicuè demõſtrandam, omnemque falſitatem pleniſſimè reuincendam abunde valeat, quamdiu illud ſaluum relinquitur, armis quam optimis ſatis me inſtructum ſentio, quibus & meipſum tuear, & tuum Mahumetiſmum profligem, quid ita iam impedit quo minus quamprimum rem ipſam aggrediamur. MICHAEAS. Immò de ipſo quod iam ſupereſt verbo diuino quædam prius examinanda ſunt, vt ita deinceps nullis ſalebris ſaxiſque impedita, ſecundo tanquam vento, pleniſque velis feratur diſputatio noſtra. Et ſi autem vterq; verbo diuino omnia tribuenda cenſeamus, attamen quodnam ſit illud diuinum verbum, magna eſt inter permultos controuerſia. SAMVEL. Iam certè plurimum fallis expectationem meam Michæa. Nunc enim apertè te video tergiuerſari, vel quod Papiſtis noſtris accidit, oculos tuos ad Euangelicæ lucis radios ſplẽdidiſſimos caligare. Quum enim iam omnes calles ſemitaſque prætervecti ad ipſum certaminis campum venimus, vbi explicanda eſt acies & aperto marte decertandũ, tu cauſæ tuę timens rurſus in neſcio quæ dumeta refugis, & nouas quæſtiunculas cõminiſceris. An non verò prius Chriſtum Ieſum Prophetam, imò Prophetis omnibus diuiniorem ſemel atque iterum confeſſus es? Et incorruptiorem iudicem deſiderare potes quàm hunc eũdem prophetam in Euangelio ſuo nobis loquentem? Quare non poſſum non mirari quod quum prius alia omnia rectè ſemoueris, vt in hoc extremo conſiſteremus; nunc hoc etiam vnum quodammodo reijcias, vt ita nihil prorſus relinquatur, quo deinceps diſputando abditam hanc veritatem eruamus. MICHAEAS. Sine cauſa commoueris Samuel, & verum non eſt me nouas quæſtiones confingere, ſaltem præter neceſſarias, quando reuera multas etiam neceſſarias prætermitto. Nunquid enim de verbi diuini interpretatione nulla eſt quæſtio? An non de ea homines apud vos doctiſſimi litigant, etiam ij qui maximè putantur Euangelici? An non recordaris quid ille veſter omnibus humanioribus literis perpolitus Caſtalio ſcripſit? & ſcripſit, non de Eccleſia Papiſtica, ſed de veſtra ad Euangelij amuſſim reformata congregatione: *Profectò ſi verum fateri volumus, eſt adhuc ſeculum noſtrum in profundis ignorantiæ tenebris demerſum: cuius rei certiſſimum teſtimonium ſunt tam graues, tam pertinaces, tã perniciosæ diſſenſiones, tam multi, & ijdem irriti conuentus de hiſce controuerſijs; tantuſque numerus quotidie naſcentium librorum, & eorum inter ſe toto cælo diſſidentium.* Ex quo mox concludit: *Si nobis clariſſima ve-*

Caſtalio in præfat. Bibliorum.

ma veritatis orta dies eſſet, nunquam tot obſcuras librorum accen-deremus lucernas. Hoc quum vir tantus aſſerat, & experimento admodum luculento confirmet: neque tu vt ſpero, negabis, ſi eorum Canonum de quibus ſuperiùs conuenimus, recorderis, vt non negentur inter nos ea quæ per ſe ſunt apertiſſima. Quod ſi veſtri fratres & concionatores, omnes Chriſtiani, omnes Euangelici, omnes diuino imbuti ſpiritu, de ſenſu tamen verbi diuini, inteſtinū tot iam annos bellum gerant, & necdum ad certam veritatis Euangelicæ cognitionem potuerunt penetrare; num veriſimile eſt nos duos longè maiore interuallo diſiunctos, alterum Mahometis, alterum Chriſti nomen profitentes, de eiuſdem diuini verbi ſententia ſtatim conſenſuros, etiam quum nullis regulis ad eam cōſenſionem viam nobis præſtruxerimus? Sed hoc ego quanquam magnū & admodum grande prætereo, vt item alia non pauca ex hac radice enaſcentia. Ad illud quod adeo perturbat accedo, idq́; ego permitto tuo ipſius arbitrio, vt tu æſtimes vtrum tibi iuſta aliqua indignandi ſuppetat occaſio. Vſque eò iam peruenimus, vt humana omnia teſtimonia reſecentur: rectè, vt omnia verbo Dei tranſigantur, concedo. Tu mox ad Euangelium decurris, & ex eo tela contra me depromere æquum opinaris. Intercedo, & ſiquidem per Euangelium, illud intelligis, quod in Alcorano noſtro continetur, probo, ſin quod à veſtris Apoſtolis, & Euangeliſtis ſcriptum fertur, & vos Chriſtiani plerique admiſiſtis, pernego, & cur id faceam rationes efficaciſſimas affero. Primum autem mirari non debes quod Euangelium in Alcorano contineri dicam, quum nihil ſit verius. Siue enim generalem vocis Euangelij vim attendas, quemadmodum veſtri ſæpe ſolent vocum ſignificata rimari; Alcoranus noſter verum Euangelium cōplectitur, in quo deſcribuntur optima illa noua & nuntia veræ Eccleſiæ, quæ Archangelus Gabriel è cœlo ad Mahumetem detulit, vbi mirabilis tanti prophetæ ad mundum reformandum authoritas diuinitùs data explicatur, & reiectis erroribus qui prius Eccleſiam Chriſtianam occupabant, cœleſtis puritas clariſſimè traditur. Sin illud potius conſideras, vnde videtur vocabulum Euangelij à veſtris vſurpatum, quia illic recenſetur quemadmodum Archangelus Gabriel ad virginem Mariam à Deo miſſus eſt, narraturus eam quamquam virginem, Dei tamen omnipotentia filium concepturam, qui ad legem ſanctiſſimam mortales inſtitueret; & hoc quoque ab Alcorano admittitur, in eoque continetur, noſque omnes perlibenter & nuntium illud

Azoar. 4. 5.

optimum

optimum agnoſcimus, & prædicamus filium, & honoramus Matrem. Videtur ergo neceſſarium fuiſſe vt poſtquam tu verbi diuini mentionem feciſſes, ego non ſubito aſſentirem, ſed verbum illud diſtinctione illuſtrarem, ne alioqui interminata inter nos vigeret loquacitas, dū tu ex verbo diuino Euangelij obijcis, ego ex verbo diuino Alcorani reſpōdeo. Cæterùm ego (vide quàm liberaliter tecum agam) neque hoc vrgebo, ſed Alcoranum noſtrum mitto, & te ex Euangelio tuo diſputare ſine multiplici diſtinctione nō poſſe oſtendo. Quid enim hoc nomine Euangelij comprehendis? hiſtorias opinor quatuor Euangeliſtarum, & certorum Apoſtolorum epiſtolas. At primum quis nō ſtatim intelligit inter hæc duo immenſum eſſe diſcrimen? quum illic recenſeantur dicta tantum & facta Chriſti, quem non modò hominem diuiniſſimum, ſed planè Deum eſſe contenditis, vt nunquam potuerit errare, hæc autem ſcripta ſunt hominum, qui & falli potuerunt, & fallere, & quos ipſi vos poſt Chriſti diſceſſionem ſæpenumero grauiter erraſſe confitemini. Qui autem in agendo, in prædicando, in Eccleſias ordinando errare potuerunt; eos in dictando, in ſcribendo, ita fuiſſe veri tenaces, vt nunquam à recto declinauerint, an tu vlla neceſſaria ex verbo Dei ſcripto demonſtratione conuinces? Perequidem libenter audirem, vbinam in verbo Dei ſcripto legeris Paulum in epiſtolis ſcribendis nunquam erraſſe. Petrum quum eidem ſcriptioni intenderet ſic fuiſſe à Spiritu ſancto directum, vt nunquam laberetur: Iacobum illius Luthero iudice ſtramineæ epiſtolæ authorem, vel Ioannem, vel Iudam, vel Lucam Actus Apoſtolicos literarū monumentis mandantem, cuiuſcunq; fuiſſe erroris expertem. Quis Euangeliſta, quod Euangelium, quæ noui teſtamenti litera, hanc adeò neceſſariam vt tu innuis, veritatem complectitur? Nam ſi ad Eccleſiam primitiuam decurris, memento illud effugium communi opera, communique conſenſu iampridem eſſe præcluſum. Sed ne inuitum te & renitentem trahere videar contra communem Eccleſiæ tuę ſententiam, recorderis velim, Samuel, præcipuos tuos Euangeliſtas mecum prorſus hac in re facere, tuumque iudicium vehementer admodum refellere. Longè certè aliter quàm tu ſenſit Princeps Euangelij veſtri Lutherus, qui ſuum diſcipulum contra aduerſarios roboraturus, ita inſtruit: *Valde* (inquit) *ſpecioſum & robuſtum videtur argumentum Papiſtarum, Eccleſia tot ſeculis ſic ſenſit & docuit: ſic ſenſerunt & docuerunt omnes primitiuæ Eccleſiæ Doctores viri ſanctiſſimi, quis*

Luther. in prima editio. Teſtamenti noui præfatio in Iacob.

Lutherus Tom. 5 ad Gal. cap. 1. fol 290.

ma veritatis orta dies eſſet, nunquam tot obſcuras librorum accen'eremus lucernas. Hoc quum vir tantus aſſerat, & experimento admodum luculento confirmet: neque tu vt ſpero, negabis, ſi eorum Canonum de quibus ſuperiùs conuenimus, recorderis, vt non negentur inter nos ea quæ per ſe ſunt apertiſſima. Quod ſi veſtri fratres & concionatores, omnes Chriſtiani, omnes Euangelici, omnes diuino imbuti ſpiritu, de ſenſu tamen verbi diuini, inteſtinũ tot iam annos bellum gerant, & necdum ad certam veritatis Euangelicæ cognitionem potuerunt penetrare; num veriſimile eſt nos duos longè maiore interuallo diſiunctos, alterum Mahometis, alterum Chriſti nomen profitentes, de eiuſdem diuini verbi ſententia ſtatim conſenſuros, etiam quum nullis regulis ad eam cõſenſionem viam nobis præſtruxerimus? Sed hoc ego quanquam magnũ & admodum grande prætereo, vt item alia non pauca ex hac radice enaſcentia. Ad illud quod adeo perturbat accedo, idq́; ego permitto tuo ipſius arbitrio, vt tu æſtimes vtrum tibi iuſta aliqua indignandi ſuppetat occaſio. Vſque eo iam peruenimus, vt humana omnia teſtimonia reſecentur: rectè, vt omnia verbo Dei tranſigantur, concedo. Tu mox ad Euangelium decurris, & ex eo tela contra me depromere æquum opinaris. Intercedo, & ſiquidem per Euangelium, illud intelligis, quod in Alcorano noſtro continetur, probo, ſin quod à veſtris Apoſtolis, & Euangeliſtis ſcriptum fertur, & vos Chriſtiani plerique admiſiſtis, pernego, & cur id faceam rationes efficaciſſimas affero. Primum autem mirari non debes quod Euangelium in Alcorano contineri dicam, quum nihil ſit verius. Siue enim generalem vocis Euangelij vim attendas, quemadmodum veſtri ſæpe ſolent vocum ſignificata rimari; Alcoranus noſter verum Euangelium cõplectitur, in quo deſcribuntur optima illa noua & nuntia veræ Eccleſiæ, quæ Archangelus Gabriel è cœlo ad Mahumetem detulit, vbi mirabilis tanti prophetæ ad mundum reformandum authoritas diuinitùs data explicatur, & reiectis erroribus qui prius Eccleſiam Chriſtianam occupabant, cœleſtis puritas clariſſimè traditur. Sin illud potius conſideras, vnde videtur vocabulum Euangelij à veſtris vſurpatum, quia illic recenſetur quemadmodum Archangelus Gabriel ad virginem Mariam à Deo miſſus eſt, narraturus eam quamquam virginem, Dei tamen omnipotentia filium concepturam, qui ad legem ſanctiſſimam mortales inſtitueret; & hoc quoque ab Alcorano admittitur, in eoque continetur, noſque omnes perlibenter & nuntium illud

Alcor. 4. 5.

optimum

Digitized by Google

imum agnoſcimus, & prædicamus filium, & honoramus
trem. Videtur ergo neceſſarium fuiſſe vt poſtquam tu
bi diuini mentionem feciſſes, ego non ſubito aſſentirem,
verbum illud diſtinctione illuſtrarem, ne alioqui inter-
nata inter nos vigeret loquacitas, dũ tu ex verbo diuino Eu
gelij obijcis, ego ex verbo diuino Alcorani reſpõdeo. Cæte-
n ego (vide quàm liberaliter tecum agam) neque hoc vr-
o, ſed Alcoranum noſtrum mitto, & te ex Euangelio tuo
putare ſine multiplici diſtinctione nõ poſſe oſtendo. Quid
m hoc nomine Euangelij comprehendis? hiſtorias opi-
r quatuor Euangeliſtarum, & certorum Apoſtolorum epi-
las. At primum quis nõ ſtatim intelligit inter hæc duo im-
nſum eſſe diſcrimen? quum illic recenſeantur dicta tan-
n & facta Chriſti, quem non modò hominem diuiniſſi-
m, ſed planè Deum eſſe contenditis, vt nunquam potuerit
are, hæc autem ſcripta ſunt hominum, qui & falli potue-
t, & fallere, & quos ipſi vos poſt Chriſti diſceſſionem ſæpe-
mero grauiter erraſſe confitemini. Qui autem in agendo,
prædicando, in Eccleſias ordinando errare potuerunt; eos
dictando, in ſcribendo, ita fuiſſe veri tenaces, vt nunquam
ecto declinauerint, an tu vlla neceſſaria ex verbo Dei ſcri-
demonſtratione conuinces? Perequidem libenter audi-
n, vbinam in verbo Dei ſcripto legeris Paulum in epiſtolis
ibendis nunquam erraſſe. Petrum quum eidem ſcriptioni
enderet ſic fuiſſe à Spiritu ſancto directum, vt nunquam
eretur: Iacobum illius Luthero iudice ſtramineæ epiſto-
authorem, vel Ioannem, vel Iudam, vel Lucam Actus A-
ſtolicos literarum monumentis mandantem, cuiuſcunq;
ſſe erroris expertem. Quis Euangeliſta, quod Euangelium,
æ noui teſtamenti litera, hanc adeò neceſſariam vt tu in-
is, veritatem complectitur? Nam ſi ad Eccleſiam primi-
uam decurris, memento illud effugium communi opera,
mmunique conſenſu iampridem eſſe præcluſum. Sed ne
uitum te & renitentem trahere videar contra communem
cleſiæ tuę ſententiam, recorderis velim, Samuel, præcipuos
os Euangeliſtas mecum prorſus hac in re facere, tuumque
dicium vehementer admodum refellere. Longè certè aliter
àm tu ſenſit Princeps Euangelij veſtri Lutherus, qui ſuum
ſcipulum contra aduerſarios roboraturus, ita inſtruit: *Val-
e (inquit) ſpecioſum & robuſtum videtur argumentum Papi-
rum, Eccleſia tot ſeculis ſic ſenſit & docuit: ſic ſenſerunt & do
erunt omnes primitiuæ Eccleſiæ Doctores viri ſanctiſſimi, quis*

Luther. in prima editio. Teſtamenti noui. præfatio in Iacob.

Lutherus Tom. 5 ad Gal. cap. 1. fol 290.

es tu qui auſis ab ijs omnibus diſſentire? Quid ad hæc Lutherus? *Quando Satan hoc vrget, cõſtanter dicas, ſiue S. Cyprianus, Auguſtinus, Ambroſius, ſiue S. Petrus, Paulus, Ioannes, imò Angelus de cælo aliter doceat, tamen hoc certò ſcio, quòd humana non ſuadeo, ſed diuina. Ibi enim cum fiducia dicere poſſum: Eſto ſanè Eccleſia, Auguſtinus & alij Doctores, item Petrus, Apollo, imò Angelus è cœlo diuerſum doceant; tamen mea doctrina eſt eiuſmodi quæ ſolius Dei gloriam illuſtrat. Petrus Apoſtolorum ſummus viuebat, & docebat extra verbum Dei.* Longè aliter VVolfgangus Muſculus Heluetiorum Doctor auditores ſuos inſtituit, qui eos Papiſtis Iacobum Apoſtolum contra ſolam fidem obijcientibus hoc modo reſpondere docet: *Obijciunt Papiſtæ epiſtolam Iacobi, at ille quiſquis fuit,* etiamſi *frater Chriſti, & inter Apoſtolos columna, magnuſq; ſupra modum Apoſtolus* (vt ait Paulus) *veritati tamen ſolius fidei præiudicare non poſſet.* Hoc nunquã ita confidenter poſuiſſent Lutherus & Muſculus, niſi credidiſſent Apoſtolos potuiſſe falſum docere: neq; hoc reipſa tribuiſſent Petro Apoſtolorum ſummo, & Iacobo, niſi de Apoſtolis minorib. idem multo probabilius voluiſſent inſinuare. Nec Caluinus dixiſſet ipium Apoſtolorum nomẽ Apoſtolis impoſitũ illud requirere, *Vt ſi Apoſtoli ſint ne garriant quicquid collibitum fuerit, ſed mandata eius à quo miſſi ſunt bona fide perferant.* niſi exiſtimaſſet eam poteſtatem fuiſſe certis limitib. definitam, fieriq; potuiſſe, vt aliquando ex ſe garrirent, & ſic garriendo eos limites excederẽt. Et ſi ſimpliciter quibuſuis Apoſtolorũ epiſtolis & ſcriptis fides eſſet habenda, nunquã Carolus Molinęus dictũ Chriſti pro ſumma liberaq; Apoſtolorum authoritate ſtatuenda adhiberi ſolitam, ad eandem infringendã, vel ſaltem mirè coanguſtãdam ſingulari hac gloſſa, idq; iuxta communem clariſſimorum Euangeliſtarũ ſententiã expoſuiſſet: *Qui vos audit me audit. Hæc verba limitãt, vt tantũ Chriſtus audiatur, id eſt, verbum eius ſolius prædicetur, vt exponit doctiſſ. Philip. Melanchthon, dicens iſta verba Chriſti non eſſe mandatũ cum libero, ſed cautionẽ cum rato, & formali mandato, hoc eſt, teſtimoniũ datum Apoſtolis, vt ijs de alieno, id eſt, ipſius Dei verbo credatur, non aũt de proprio, & multò minus aliorũ. ita ẽt exponit Ioannes Brentius, dicens quòd Chriſtus cùm ait: Qui vos audit me audit, non loquitur de quibuſuis verbis Apoſtolorũ, ſed de præſcripto mãdato legationis ſuæ.* Hęccine verba Apoſtolicis literis parẽ cum diuina Euangelij lege authoritatẽ tribuunt? Quid cùm rurſus Ioannes Caluinus non contentus Apoſtolorũ *garrientium* authoritatẽ circumſcribere eam adhuc

Muſculus in locis commun. ca. de iuſtificatione num. 5. Galat. c. 2. v. 9. 2 Cor. 11. v. 5 cap. 12. verſ. 11. Calu. inſt. lib. 4. ca. 8. § 4. Luc. 16. v. 16.

Molinæus in vnione quatuor Euangel. par. 64.

Caluin. ſupra.

Digitized by Google

huc magis coërcens, imo prorſus auferens, fidemq; Chriſtia- *cap.8. §.7.*
norum ad *ſolius Chriſti* verba reſtringens, inculcat diligenter *Heb.1.2.*
Chriſtianos ab omnib. hominũ doctrinis abductos, ſe debere huic *Matt.17.5.*
vni ſiſtere, ab vno omnem ſalutis doctrinam petere: ab vno pendere, in vno hærere, & vnius voci auſcultare, cùm addit: *Quin omnium hominũ ora clauſa eſſe conuenit, poſtquam ſemel loquutus eſt ille in quo cœleſtis pater omnes ſcientiæ & ſapientiæ theſauros voluit eſſe abſconditos: & ſic quidem loquutus eſt, vt & Dei ſapientiam (quæ nulla in parte hiulca eſt) & Meſſiam (à quo omnium reuelatio ſperabatur) decebat: hoc eſt, vt poſt ſe nihil alijs dicendum reliquerit.* Qui hoc modo loquitur, & tanta vehementia ſcripturis etiam citatis confirmat, is num præter *vnũ* Chriſtum *à quo vno omnis doctrina petenda eſt*, eam à duodecim aut etiam pluribus Apoſtolis peti cenſeret? Aut verò abeunte Meſſia, *qui nihil poſt ſe alijs dicendum reliquit*, probaret in Chriſtianis, quòd ad Paulum, ad Petrum, ad Ioannem, Iacobum, Iudam attenderent, & eorum ſcriptas epiſtolas tanquam ſacroſancta oracula ſuſpicerent, quaſi Meſſias *qui nihil poſt ſe dicendum alijs* reliquerat, doctrinam ſuam tanquã *hiulcam* & mancam eorum dictis ſcriptiſq; ſuppleri voluiſſet. Obijciunt Papiſtæ antiquiſſimam Eccleſiam Hieroſolymitanam eiuſq; Epiſcopum Diuum Iacobum Apoſtolum illum, quem cum Diuo Paulo diximus reliquis excellẽtiorem, in more habuiſſe, & permiſiſſe alijs, vt communio in altera tãtum ſpecie vel panis, vel vini, perageretur, ex eoq; cõcludunt verba *edite, bibite*, nullam imponere neceſſitatem, vt ſub vtraque ſpecie omnes communicent, ſed alium eſſe verborum Chriſti ſenſum quàm vos opinamini. Quid ad hæc Fricius Proteſtantium reliquorũ in Polonia ſine quæſtione doctiſſimus? *Chriſtus* (inquit) *in extrema cœna cõiunxit potum cibo. Igitur ſi Eccleſia hæc ſeparet, non eſt audienda. Separauerit hæc Eccleſia Hieroſolymitana, dederit alteram tantum ſpeciem Hieroſolymitanis (quod ſi quidam affirmare audent) Diuus Iacobus, quid tum? Verbum Dei eſt clarum & apertum, comedite & bibite. Hoc nobis audiẽdum eſt, hoc præferendum omnibus Iacobis, omnibuſq; verbis Eccleſiæ, non ſecus quàm Deus præfertur Eccleſiæ.* Sic ille. Nonne hic res loquitur, hunc inſignem virum nunquam hæſitaſſe, quin Apoſtoli quicunque potuerint craſſos & manifeſtos errores Eccleſiæ tradere, atque ideo inter eorum ſcripta, & verbum diuinum tantam eſſe diſcrepantiam, quanta eſt inter Deum & hominem, hoc eſt, tantam quãta vel cogitari poteſt maxima? Quod tamen paulò euidentius de eodem Apoſtolo

Col.2.3. *Ioan.4.25.* *Modrenius lib.2. de Eccleſia cap.2.*

Iacobo, ipſoque etiam Paulo Apoſtolo, (cui præ cæteris ſingularem quendam honorem videntur tribuere) Scribunt, & probant Magdeburgenſis hiſtoriæ ſcriptores: Sic enim illi: *Actorum capite decimoquinto, legales Iudæorum cæremoniæ abrogantur, à quo tamen diuerſum eſſe videtur quod Actorum vigeſimoprimo narratur: quod in poſtrema Hieroſolymam verſus profectione ad Iacobum Apoſtolum Paulus diuertitur, & conuocata ſynodo omnium presbyterorum, à Iacobo Apoſtolo & cæteris perſuadetur, vt propter Iudæos offenſos ſe purificet in templo, in quo & Diuus Paulus obtemperat. Qui certè non exiguus tanti Doctoris videtur fuiſſe lapſus, non ſatis ſcilicet rationem abrogatæ legis Moſaicæ habentis*, &c. Qui certè ſi *lapſus eſt non exiguus*, non minor eſt in Paulo Apoſtolo perſuaſio quã in Diuo Iacobo perſuadente. Euidentiſſimè quoq; Brentius idque ex ſententia totius Eccleſiæ VVirtembergenſis. Et *Diuus* (inquit) *Petrus Apoſtolorum præcipuus, & Barnabas etiam poſt acceptum Spiritum ſanctum, & vnà cum Eccleſia Ieroſolymitana errauit, Galat. 2.* Præterea vt à certis Apoſtolorum perſonis ad eorũ ſcripta minus certa progrediar, veſtrorum Magiſtrorum præſtantiſſimi quique, Zuinglius, OEcolampadius, Illyricus, Magdeburgenſes, an non multas epiſtolas diu ſub Apoſtolorum nominibus receptas, dum eas iam examinant ad regulam verbi diuini, ab Apoſtolicarum, vel diuinarum ſaltem literarum communione ſegregant? Id diſſimulare non potes de epiſtolis Ioannis, Iudæ, Iacobi, Pauli ad Hebræos. Quod ſi iam nobis fas ſit iſtorum regulam vel libram in manus noſtras ſumere, & eadem æquabiliter abſque vlla lancis in hanc vel illam partem depreſſione, hoc eſt iiſdem prorſus argumentis, reliquas epiſtolas Apoſtolicas quæ dicuntur ponderare: nonne putas futurum vt hæc eadem regula multas alias epiſtolas ex verbi diuini ſocietate ſit exterminatura? Epiſtola (inquiunt) quam Iudæ vocamus, *Iudæ non eſt, quia quædam apocrypha ex Enoch citat: & quum venerit in Perſiam, Perſicè potius, quàm Græcè ſcripturum veriſimile eſt.* Neque igitur Epiſtola ad Titum & Timotheum, & ad Romanos ſcripta ab Apoſtolo eſt, quia in illis & apocrypha quædam de Ioannis & Mambres, imo etiam prophana quædam ex Poëtis Ethnicis, Callimacho vel Epimenide citantur; hæc autem Græcè ſcripta eſt ad Romanos perabſurdè, quum Paulum Apoſtolum lingua Romana ſcripturum fuiſſe longè ſit veriſimilius. *Admodum magna eſt differẽtia inter ſtylum epiſtolæ ad Hebræos & aliarum Paulinarum*, At non maior quàm inter eam quæ eſt ad Epheſios &

Centuria 1. libr. 2. cap. 10. pag. 580.

Brentius in Apologia Confeſſio. VVirtember cap. de concilÿs pag. 900.

Magdeburg. centuria 1. libr 2. cap. 4. pag. 54. 2. Timot. 2.8. Tit. 1.12.

; & Philemonem, multò minor quàm inter ſpinoſam ob-
ıtamq; difficultatem epiſtolæ ad Romanos, & perſpicuam
ilitatem epiſtolę ad Corinthios, multò minor quàm eſt in-
humilitatem & manſuetudinem quæ in illa vbiq; eluceſ-
quum in hac Paulus ſit grandis & excelſus & de ſuis aduer-
ijs quaſi triumphum agat. Quod ſi Caluinum probas qui *Caluin. de*
piſtæ pro Sanctorum inuocatione Ieremiam & Oniam ex *vera Ec-*
achabęorum libris obijcienti reſpondens *ſomnium* vocat; & *cleſ. refor-*
antum fidei *ſomnium* meretur, *aliunde ſtatuendum* aſſerit; & *manda*
ncludit *ſe qualiacunq; hominum ſcripta diſcernere velle à cer* *ratione.*
Dei oraculis. ſi probas Magdeburgenſes qui eodē planè ſpi- *pag 471.*
tu epiſtolam ad Hebræos *apocrypham* vocant, & ea quæ au- *Centur. 1.*
or ille ſeriò vrget, vt *ſtipulas* reijciunt; moleſtè ferre non po- *lib. 2. c. 4.*
s ſi alij à Caluino, Lutheroque & reliquis illis edocti id tibi *pag 328.*
ndicent, vt has *hominum* epiſtolas (homines ſiquidem fu-
unt Petrus, Paulusque & Ioannes, & non ſine ſtomacho *hu-*
ana docuiſſe ait Lutherus eos qui harum epiſtolarum fue-
nt authores) diſtinguant à verbo Dei & ſapientia diuinitus *2. Corin. 11*
dita, quum ipſe Paulus doctrinam ſuam manifeſtò *ſtulti-* *1. Corin. 7.*
im vocet, id quod ſi de verbo Dei accipias, intolerabilis eſt
uria: & alibi ſe loqui ait, *non dominum*, quo verbo à diuinis
aculis ſua dicta euidenter diſcriminat. Cęterùm ego tecum
am adhuc liberalius, non mihi illud ſumam quod ſumit
therus, quod ſumit Fricius, quod vendicat Caluinus, &
oteſtantes penè omnes, de Apoſtolorum ſcriptis cenſoriam
teſtatem non mihi arrogabo, ſint rata & ſacroſancta eo-
m dicta abſque exceptione omnia & ſingula. Hoc tamen à
poſtulabo, vt id quod ita tibi largior, valeat in ſola Apoſto-
rum ſcripta certa & genuina, non adulterina & falſa; quæ
pſis verè ſunt edita, non quæ ſub eorum nominibus falſo
nt conficta, has autem eſſe ipſas Pauli ad Romanos, Corin-
os, aliosque epiſtolas; quibus tu rationibus mihi vnquam
obabis? An quia ita in libris apud vos impreſſis habetur? &
o in libris apud nos ſcriptis & fide maiore traditis, oſtēdam,
um miſiſſe Gabrielem ad prophetam noſtrum qui ei ad-
randas illas prærogatiuas contulit, vt mundū conuerteret,
minū peccata vlciſceretur, monarchiam quam tu vides in-
ueret, & alia multa efficeret quę iam comprobauit euentus.
c ego tibi in libris oſtendam antiquitate venerandis, gene-
li maiorum commendatione ad nos deductis, in quibus in-
e aliquem errorem, noſtrum nemo, non ſi acerbiſſimam illi
orte intentes, vnquā cōfitebitur. Tuus autem Apoſtolicarū
Epiſtola-

Digitized by Google

Epiſtolarum libellus, inſignia & manifeſta mendacia cõtinet, qui harum Epiſtolarum Authores Apoſtolos, Paulum, Iacobum, Iudam affirmans, ea Paulo, Iacobo, Iudæq; aſcribit, quæ illis nunquam venerunt in mentem, quod quum alias ſit apertum mendacium, tum hic in rebus diuinis horrendum eſt ſacrilegium, manifeſtam inducens rerum diuinarum contemptionem. Deinde multum apud me, & alios omnes ponderat illud ex verbo Dei tractum Ioannis Caluini, Caroli Molinęi, Philippi Melãchthonis, Ioannis Brẽtij axioma, Apoſtolos nõ debuiſſe *garrire quicquid ipſis collibitũ fuerat, ſed mãdata Chriſti bona fide perferre, illis credẽdum quidem eſſe, ſed de Dei verbo, non de proprio, non de quibuſuis verbis ſuis, ſed de præſcripto, & ſpeciali mandato legationis iniuncta.* Quare ſi Apoſtolici muneris erat, & Legationis epiſtolas ſcribere, proferant apertum verbum Dei, quo hæc eis poteſtas legatur: ſi tale nullum appareat, *garriunt*, ergo quod ipſis eſt collibitum, nõ *certa fide proferunt* quod à Domino eis erat mandatum, quem vt certũ eſt, nullam literã ſcripſiſſe, quia lex eius noua ſcribenda erat, non vt Moſis in *litera*, ſed in *ſpiritu*, in tabulis cordis carneis, non autem in tabulis lapideis, multò minus in papyraceis, ita quũ verbum vnicum Chriſtus ipſe Legislator ſcribere noluerit, illudq; à legis ſuæ natura alienum putauerit, credibile non eſt, talem Prouinciam eum ſuis delegaſſe Apoſtolis. Præterea quũ Chriſtus duodecim habuerit Apoſtolos, quos ex vniuerſa hominum multitudine ſelegit, eoſq; omnes ſingulari amore cõplexus eſt, & in ſingulos Spiritum ſanctum copioſè effudit, omniaq; ea chariſmata, quæ ad Eccleſiam extruendam requirebantur; ſi hæc literarum conſcriptio *adeò* fuiſſet neceſſaria, quàm vos ſimulatis; an Petrus & Ioannes vnicam tantũ ſingulatim epiſtolam ſcripſiſſent; an Paulus extraordinarius Apoſtolus poſt Chriſti diſceſſum, ad reliquos adiunctus, epiſtolas ſcripſiſſet ſolus, alij autem tam multi Apoſtoli, Andreas, Iacobus vterque, Thomas, Philippus, Bartholomæus, Simon, Thaddæus, Matthias, Barnabas literam nullam reliquiſſent, qui potiùs quodcunq; habuerunt tempus, ab alijs negotijs liberum, ſcribendis epiſtolis debebant impendere? Hæc quidẽ argumenta fateor, non neceſſariò cogunt, aut mathematicè conuincunt; ſunt tamen magis probabilia quàm illud quod pendet tantũmodo ex nuda epiſtolæ inſcriptione, quàm quilibet ſcriba, vel typographus poteſt pro ſua libidine fingere, quilibet falſarius ſupponere. Et tamen illud fortaſſe argumentum demonſtrationem certam conficiet, quod eſt à rei natura, &

2. Corin. 3.

ra,& definitione ſumptum Quemadmodum autem definiũt tui Scripturam ſacram, hæc (inquam) certa Spiritus ſancti oracula? In confeſſione fidei quam Brentius, & reliqui in illo tractu Germaniæ Lutherani Proteſtantes, Concilio Tridentino obtulerunt: *ſacram (inquiunt) ſcripturam vocamus eos libros, noui & veteris Teſtamenti, de quorum authoritate nunquam in Eccleſia dubitatum eſt. Hanc Scripturam credimus & confitemur oraculum Spiritus ſancti*, alios autem omnes ab hac ſublimitate longiſſimè remouẽdos putamus, quam item ſcripturæ Canonicæ definitionem video à veſtris domi Epiſcopis, & Doctoribus probatam, & tanquam veritatem non dubiam ab illis Anglicanæ Eccleſiæ traditã. Quod ſi ita eſt, nulla certè epiſtola Pauli eſt oraculum Spiritus ſancti, quum à tempore naſcentis Eccleſiæ, plurimi varijs ætatibus de ſingulis dubitarũt, vt eſt ab *a* Epiphanio, *b* Irenæo, *c* Euſebio & *d* Theodoreto annotatum & noſtro etiam tempore non deſunt Euangelici & multitudine copioſi, & ſanctimonia maximè celebres, & in morte propter fidem ſuam oppetenda, alijs longè conſtantiores, qui vna quaſi litura has epiſtolas inducunt penè omnes, & eas nullo modo ſapere ſpiritum Dei definiunt. Quod ſi ad eam ſupremam anchoram confugias, ad quam ſolent alij quum ſalebris impediti neſciunt quemadmodum euadant, vt ſcilicet ad Patres prouoces, & Eccleſiæ authoritatem obtendas; recordaberis, vt ſpero, quod ſemel atque iterum de ea rima obſtructa admonui, neque poſſe te ea, quæ hactenus communi aſſenſu conſtruximus rurſus demoliri, niſi velis in infinitum diſputationem prouehere. Quanquam non admodum extimeſco id ne feceris, ſi quinam ij fuerint Patres aut quænam Eccleſia cogitaueris. Illi ſiquidem Patres has eſſe Pauli epiſtolas aſſeruerunt, quorũ alij errores tam ſunt noti & teſtati, vt iam vel ab ipſis puerulis irrideantur, has nimirum epiſtolas ab Apoſtolis fuiſſe ſcriptas definierunt illi, & qui has Epiſtolas reijciunt, pro hæreticis damnauerunt, vel olim vel noſtra etiam memoria Patres illi, qui optimos fideliſſimoſq́, viros, Aërium, Vigilantium, & Iouinianũ ex Eccleſia eiecerũt tanquam hæreticos, imò qui in illis certiſſimam veritatem, ipſum Dei verbum damnarunt hęreſeos. Eius nimirum Eccleſiæ, illorum Patrum teſtimonio credendum eſt, has eſſe epiſtolas Pauli, quorum teſtimonio mundus tam diu deceptus, illam credidit eſſe epiſtolam Iudæ, alteram Iacobi. Atq; in iſtis mendaces fuiſſe Patres eos nec tu negabis. Vnde itaq; cognoſcis in illis eſſe veraces? Quod ſi verò *arcanum Spiritus*

ſancti

Confeſſio VVirtem. ann. 1552. c. de ſacra ſcriptura.
Articuli Londini editi anno 1564.
VVhittak. contra Campian. ratio 1.
Diſputat. Turrenſ. 4. dici.
a *Hæreſ. 30. 42. & 69.*
b *Libro 1. cap. 26.*
c *Libro 3. cap 21.*
d *In præf. comment. ad Hebr.*
Anabapt.
Six. Senenſis in Bibliotheca ſancta. li. 7 hære 7.
Sup. pagina 60.

Digitized by Google

Calu. Inſtitut. li. 1. ca. 7. § 4.

Calu. inſtructio contra Libertinos, cap. 10.

ſancti teſtimonium, quale nõnulli commenti ſunt oppoſueris, quo perſuadeas hanc quibuſdam libris fidem *in corde obſignari*, hoc teſtimonium intrinſecum tui cordis, illo exteriori Patrum multò eſt infirmius. Illud enim quod eſt in tuo corde incluſum teſtimonium, mihi nequicquam ſatisfacit, cui *arcanum ſpiritus teſtimonium* ſuadet, contrariam ſententiam eſſe veriorem. Et Libertini atq; Anabaptiſtæ qui mirifica quam præ ſe ferunt ſanctimonia, illud conſecuti ſunt, vt peculiari quodam nomine *ſpirituales* vocentur, quũ hos eoſdem libros pernegant, eamq; fidem in vltimis flammis tueantur, nõ tam verbo quàm factis, & rebus ipſis prædicant, longè aliud *arcanum Spiritus teſtimonium* in illorum cordibus obſignari. Vir autem indifferens, qui non arcanis cordium teſtimonijs, ſed apertis argumentis, & rationibus permouendus eſt, quid ex his contrarijs teſtimonijs concludere poteſt, niſi vt ſententiã ſuam ſuſpẽſam teneat, quia nihil videt quare vni magis quàm alteri, *arcanum ſpiritus teſtimonium* iactanti debeat fidem adiungere? Sed indignum eſt hanc ſtropham vnicuiq; Sectariorũ generi, quacunq; de re agatur communem pluribus refellere, quando cuiq; vel mediocriter erudito appareat, eam ab hominibus acutis idcirco excogitatam, vt quum ab aduerſarijs in anguſtias compulſi, honeſtè euadere non poſſunt, hac allegata verborum tenebricoſa obſcuritate ſimplicibus elabi viderentur, quando reuera manifeſtè tenebantur vincti & alligati. Quare & hæc, & reliqua mittens, ne omnia minutè cõſectando tibi ſim iniurioſus, cuius prudentiæ multum detraxero ſi in his euidentiſſimis refellendis diutiùs morer: vnica hac ratione negotium hoc totũ determino. *Quicquid perſpicuo Dei verbo nõ poteſt confirmari, in fide hominis Chriſtiani nullum habet locum.* Recognoſcis vti ſpero, primariũ religionis tuæ fundamentum, & hæc propoſitio apud vos tam eſt nota, vt ſtultiſſimum ſit in ea comprobanda tempus conſumere. *Cæterùm has eſſe Pauli, Petriq; aut Ioannis literas nullo perſpicuo Dei verbo, nullo argumento, nulla prorſus concluſione ex verbo Dei deprompta conficitur.* vti omnes qui literas ſacras legerunt, intelligunt. Sequitur ergo neminem Chriſtianum teneri, vt his epiſtolis fidem adhibeat. Opinari quidem poteſt, ſuſpicari, probabiliter colligere; At credere, fidem habere, firmiter & conſtanter ſine vlla dubitatione aſſentiri non poteſt, quum deſit illa probatio quæ ſola in mentibus noſtris hãc ſolidam aſſenſionem efficit. Quod autem dico de Apoſtolicis literis, id ipſum contra ſcriptos Euangeliorũ Codices, qui vulgò circumferuntur,

Digitized by Google

ferunturѫnon minus eſt probabile. Non quod ego verbi diuini, aut Euangeliorum vllam particulam, vllam omnino voculam quam Deus, ſiue per Ieſum, ſiue per veros Euangeliſtas elocutus eſt, negare velim. Euangeliſtas enim nos Turcæ maiore quàm vos fortaſſe, qui tamen ſoli Euangelici vocari vultis, reuerentia proſequimur, & violari aut cõtemni ſine certa vindicta non ferimus. Si enim in Eccleſiæ tuæ Hiſtorijs adeò verſatus es, quam ego non ſine cauſa ex hoc colloquio arbitror; illic legiſti literas Solymanni Imperatoris noſtri, quãdo Rhodum erat inuaſurus, ad militię Rhodienſis Præfectum miſſas, quas ita concludit, vt ea quæ illic comminatur ſe effecturum, *iuret per Deũ creatorem cæli & terræ, per quatuor ſcriptores Euangelicæ Hiſtoriæ, per octo millia Prophetarum qui è cælo venerunt, & denique per Mahumetem.* Vnde perſpicis veros Euangeliſtas nobis eſſe ſacroſanctos, quos cũ diuiniſſimis Prophetis, ipſoq; Mahumete copulauit. Sed tamen certò noueris nos diſtinguere inter veritatem & falſitatem, ſcripta diuina & humana, certa & ſuſpecta, ſincera & corrupta, nec quam *quatuor ſcriptoribus Euangelicæ hiſtoriæ* habemus fidem, eam illis libris quatuor Euangeliſtarum qui apud vos ſunt in vſu, ſimpliciter & vniuersè adiungere, vt qui ipſi ſecum deferunt manifeſta deprauationis veſtigia, & quos in promptu eſt nobis, illis ipſis argumentis quæ vos vſurpatis refellere, vel ſaltem bona ex parte corrigere. Vos ſiquidem ipſi clamatis vno ore, Euangelium Matthæi quod vbique in Pontificiorum Eccleſijs reſonat eſſe multis, imò *innumeris in locis* corruptum. Atque quemadmodum id cognoſcitis, quum Germanum Matthæi Euangeliũ Hebraicè ſcriptũ perierit, nec à vobis habetur ad quod Latini errores corrigantur? Quod ſi Latinum vitioſum ſit, ego ſanè nihil video, quin Græcũ poſſit eſſe multò vitioſius, quia Græci ab initio plurib. diſſidijs, bellis, & hæreſibus laborauerunt, & à quo Græca translatio facta ſit, vtrum à Chriſtiano, an hæretico, bono vel improbo prorſus ignoratur: Latina autem Authorem aut Approbatorẽ certè habet Hieronymum, virum vt bonum, ita Græcæ, Hebrææq; literaturæ imprimis peritum. Vtvt verò illud ſit, & quicunque fuerint interpretes, certè nec Gręcum, nec Latinum eſt Euangelium D. Matthæi, qui ſcripſit, nec Græcè, nec Latinè, nec Hebraicè. Quod ſi originale ſcriptũ interciderit negligentia hominũ, verendum eſt ne in translationes Gręcas, & Latinas eadẽ negligentia, multa falſa irrepſerint. Sic item præter ſuperiora omnia, ipſi vos manifeſtam

Fox. in act & monument. pag. 422.

Calu. in Antidoto Conc. Tri. ſeſſ. 4 pagina 193.

Beza vbique in annotat & in præfat.

Beza in Ioan. ca. 7 verſ. 53.

Ioan. 6.

Fran. Feu ardent. comment. in Ruth. in præfa.

nifeſtam facem præfertis, ad fidem Euangelio Ioannis abrogandam. Doctores enim veſtri, hiſtoriā fœminæ in adulterio deprehenſæ, vt falſam refutant, & non fuiſſe ab Euangeliſta ſcriptam aiunt, ſed ab alijs corruptoribus Textui Euangelico aſſutam. Quis iam præſtare poterit, ne idem alijs in locis, Hiſtorijs, & Capitibus acciderit, ne mirabilis illa concio Ioannis ſexto, vbi toties inculcatur manducatio Carnis & Sanguinis, ſit item fabuloſa, & ab impoſtoribus adiecta: quo loco Caluinus in celebri quadam diſputatione Geneuę oppreſſus, fortiter aſſeuerauit, *ſe nunquam adduci poſſe, vt credat, integrum illud caput fuiſſe ſic à Ioanne Euangeliſta perſcriptum.* Quod imprimis illa tā dedecoroſa Chriſti crucifixione nos arbitramur, & firmis argumentis non dubitamus poſſe conuinci Non dubito Samuel, quin ipſe pro ea, qua vales rerū Eccleſiæ, & Euangelij tui cognitione, videas me hæc ſummatim carpere, & libare, quæ ſi fuſè tractarem, totos dies in ijs copioſius demōſtrandis poſſem conſumere. Sed hæc pauca ſatis, & multa & firma ſunt, vt doceam me nec quòd cauſæ timeam, nec quod aliquas elabendi rimas circumſpiciam, ſed quod vmbras diſputationis effugiam, inanes ſine fructu rixas & clamores exhorream, idcirco in notione verbi Diuini ſubſtitiſſe, nec prius voluiſſe rem ipſam aggredi, quàm explicatè quid de verbi Diuini ſignificatione, natura & certitudine, quod neceſſariū videbatur, tradidiſſem. SAMVEL. Atqui hoc (Michæa) nō eſt explicatè tradere, ſed confusè inuoluere & implicare, imò penitus auferre, & radicitus excindere omnia. Quid enim iam reſtat certi & ſolidi, in quo vterq; conſiſtamus, quando non tantum Apoſtolorum Epiſtolas, ſed ipſos etiam Euangeliorū codices incertos reddidiſti? Ita dum omnia ad verbi diuini normam, te limare velle pręfatus es, ipſum iam diuinum verbum, ad quod omnia limari debebant penitus ſuſtuliſti. Quamuis autem non video ſtatim vbinam fraudes illas nexuiſti, ex quibus hoc admirabile paradoxum deducis, ideoque certam aliquam dictorum tuorum partem, nolo mihi refellendam proponere. Id tamen nunquam mihi perſuaderi patiar, horum aliquod ex Magiſtrorum noſtrorum doctrina directè confici, quorum libri, conciones, hortationes, dicta, ſcripta & facta omnia eo tendunt, vt verbi diuini maieſtatē amplificent, & erga illud maximam reuerentiam in ſuorum animis excitent. MICHAEAS. Non eſt quòd hanc concluſionem ita obſtupeſcas, quaſi peregrinam, incredibilem, aut fallaciter ex horum ſcriptis erutam; quæ certè tam clarè, & quaſi naturaliter ex

illis

Digitized by Google

illis fluit, quàm ex fonte riuulus. Et ſi ea quæ vbique in tuorum libris occurrunt & maxima cõtentione defenduntur poſueris, quin ex illis hæc emanent, nulla arte, nullo ingenio poteris euitare. Neque ſinè vlla cauſa eſt, cur ego hoc loco tuorum hominum velim dicta peruertere, aut corrumpere, aut à natiuo ſenſu in adulterinum trahere; vel te quacunque ratione in fraudem inducere. Neque verò tu adeò rudis es & ſimplex, quin facilè perſpexeris ſi quas ego tibi inſidias ſophiſticis captionibus tendam. Videntur fortaſſe hæc tibi noua, & inuſitata. Nec mirum, quum nunquam hunc exitum animo præceperis, nec Doctorum tuorum axiomata huc deducentia, ea cura & diligentia quę requiritur ponderaueris. At mihi qui tanquã à capite ad calcẽ tuæ religionis decurri, quem ipſa neceſſitas adegit, vt oẽs eius partes, mẽbra antecedentia & cõſequentia ſolicitè perpenderem, qui poſtquã in diſciplinã veſtrã me tradidi, ſemper tanquam fluctibus marinis huc atque illuc iactabar, nec vllam vnquam ſtabilitatem, nullam firmitudinem reperi, priuſquã huc appuliſſem: omnia hæc tam ſunt trita, tam aperta, tam apta inter ſeſe, & alia alijs tam ordinatè nexa, nullius vt oculos adeo putem obtuſos, quin ſi eos pauliſper intenderit, hæc ſtatim animaduertat. Sin verò (vt pleriſque in more eſt) ea fide contentus, quæ regionatim à Magiſtratu cuiuſq; loci, vel ciuitatis proponitur, nihil inquirat prętereа, ſed illud Poëtæ in ſe transferat,

Nullius addictus iurare in verba magiſtri, Horat.
Quò me cunq; feret tempeſtas deferor hoſpes.

Tum certè non mirabor, ſi hæc non intueatur is, qui tãquam de induſtria ignorantiam affectans, ea videre non vult, quæ aliàs ſua ferè ſponte homini paululum adnitenti in oculos & mentem incurrunt. Cœperunt Oecolampadius, Caluinus, Beza & Geneuenſes ex Symbolo, quod Apoſtolorum vocatis, tollere, vel (quod idem valet) nouo more interpretari receptam fidem, de deſcenſu Chriſti veſtri ad inferos. Quantæ ſtupiditatis eſt, non cogitare reliquos eiuſdem Symboli Articulos, poſſe eodem modo immutari? Surrexerunt poſtea Brentius, VVirtembergenſes, & alij Vbiquetarij, qui ſimiliter verſarunt, & ſuſtulerunt aſcenſionem Chriſti ad cælos. Eum tu putares hominem mediocri, vel iudicio, vel æquitate præditum, qui quum priores illos Geneuenſes approbaſſet, contra hos poſteriores VVirtembergenſes excandeſceret? Veſtri in quæſtionibus pleriſque omnibus, Doctores antiquos, & Concilia generalia reſpuunt, & ne in rebus definiendis, eorum au-

thoritas quicquam valeat grauiter interdicunt. Quæ iam ratio patitur, vbi incerta aliqua controuerſia eos ſuffragari tibi iteris, vt eorum me authoritate premas, quos tu ipſe ab omni teſtimonio ferendo, tanta prius cum acerbitate repuliſti? Nec diſſimile eſt de libris Apoſtolorum, & Euangeliſtarum iudicium, qui quum omnes ſingulaque eorum capita inter ſe collata eiuſdem ſint generis, eodem nitantur fundamento, eoſdem habeant Authores, vel Apoſtolos vel Euangeliſtas; cumque eorum librorum incorrupta veritas ad vos eorundem hominum traducatur teſtimonio, & hic iam omnia ex eodem momento ita pendent, vt qui vnum vnius Apoſtoli ſcriptum loco mouerit, eadem opera, & alia Apoſtolorum ſcripta concutit: qui vnum vnius Euangelij caput, vt fabuloſum deleuerit, & ſi fortaſſe non omnibus aliorum Euangeliorum capitibus fidem ſtatim planeq; detrahit, mihi ſaltem, & Mahumetano cuiquam indignari non debet, ſi alterum aliquod caput eius exemplo, & authoritate in dubium reuocemus. Teſtibus enim illis Patribus maioribuſque veſtris, qui ſemel Euangelij ſimplicem veritatem, ſuis additamentis corruperunt, atque ita ſemel in re grauiſſima mentiti ſunt, nemo mortalium tenetur in alijs indubitatam fidem adiungere: ſemper enim ſimilem mentiendi libidinem par eſt ſuſpicari; quemadmodum in iure Ciuili, *qui ſemel eſt malus, ſemper præſumitur eſſe malus, in eodem genere mali.* Hæc tu Samuel, quo preſſius, & accuratius apud te perpenderis, eo tibi vt minus noua, ita minus videbuntur abſurda. Ruſticani olim homines quando primum Lunæ Eclipſim contemplabãtur, tanquam portentum quoddam horrebant, & magna formidine correpti, grande aliquod malum rebus communibus impẽdere ominabantur. At prudentiores qui naturalem eius cauſam nouerant, nõ magis ad Eclipſin Lunæ, quam ad ipſam Lunam commouebantur, eò quod vt natura Lunam, ita naturalis orbium cæleſtium conuerſio ex interpoſitu terrę, Lunarem Eclipſin efficiebat. Quũ Rex noſter Henricus Pontifice reiecto, ſe in eius locum ſurrogaret, & caput Eccleſiæ ſeipſum conſtitueret, fortaſſis nemo omnium opinabatur fore aliquando, vt hæc eadem poteſtas ad fœminam, imò ad infantem vagantem in cunis deriuaretur. Quumq; eodem tempore opinio de ſingulari Miſſæ ſanctitate, in omnium hominum per regnum illud mentibus radices altiſſimas egerat, eamque Rex ille, & Pontificali, & Regali in Parlamentis authoritate quàm maximè firmatam cuperet (ad extremum enim vitæ diem de Miſſæ ſacrificio di-

Regula iuris.

uinè

uinè admodum ſentiebat) quis crederet Pontificalem eam capitis Eccleſiæ dignitatem, potuiſſe conuerti ad vltimum excidium, & ruinam illius religionis, quam Rex ille reliquerat, & illa ſua potentia Pontificali, & alijs quibuſcunque poterat modis, maximè fixam & ſtabilitam? Et tamen proximo poſt mortem eius anno, filius eius nouem annorum puerulus, ad quem vt regnum paternum, ita à patre aſſumptum, *caput Eccleſiæ* hæreditaria ſucceſſione deuoluebatur, eodem iure vſus, & Miſſam exterminauit, & alia Sacramenta, quæ pater ſemper colebat, vti maximè ſacroſancta. Hoc autem quod aliquot poſt annis experientia patefecit omnibus, id in ipſo mutationis initio ratio & conſideratio docere debuit prudentiores. Quando enim videbant Regem propter ſanguinis ſucceſſionem *caput Eccleſiæ* conſtitutum, cuius nutu Regio, vt Ciuilia, ita Eccleſiaſtica omnia regerentur; non erat magnæ ſagacitatis præuidere potuiſſe accidere, vt ius illud ad infantem, vel hæreticum perueniret. Et quemadmodum ille Rex magna ex parte Catholicus, Catholicam, ita Euangelicus cuiuſcunque generis Euangelicam fidem ſibi probatam, Lutheranus, Lutheranam, Zuinglianus, Zuinglianam, Puritanus, Puritanam, Academicus, Academicam. Et (quod ordine ſucceſſionis fieri poteſt, quodq; innumerabiles ſperant) Mahumetanus Mahumetanam in eo regno plātaret, & legibus Parlamentaribus ſtabiliret. Tuum eſt autem, Samuel, quem ego & ingenio bono præditum, & literis ſatis inſtructum, & ex tot populorum moribus in hoc longiſſimo itinere perſpectis, prudentia non mediocri imbutum ſcio, non verba attendere, ſed facta, non quid illi præ ſe ferant, ſed quid re ipſa præſtent; nec quid vulgò loquantur homines, ſed quid par ſit, & conueniens eos poſtea dicere, qui hoc modo præfati ſunt; & ex ſeminibus quæ vides iacta, quæ fructus ſint orituri, prudentia concipere: tuum eſt (inquam) vbi initia vides, & cauſas noris, ad fines reſpicere, & colligere effectus; maximè quando tales ſunt effectus, qui non fortè fortuitò cadunt, ſed neceſſaria quadam efficientia, ex talibus cauſis antegreſſis cōſequuntur. Hæc enim argumenta, rationes, dictata, ſcripta inter ſe comparata fallere non poſſunt, nec ſubdolè diſſimulare, vel occultare id ad quod probandum referuntur: homines autem prudentes, & politici multis rationibus adduci poſſunt, vt quandoque palam diſſimulent, id quod tamen intus in animo maximè deſiderant, vel quia intempeſtiuū eſt ea promulgare, vel quia hominum mentes nondum ſatis ſunt præparatæ, vel quia ordine

& certis gradibus talia ſunt agenda, vel propter multa alia impedimenta in Magiſtris, in diſcipulis, in rebus ipſis latentia. Id quod potiſſimum in varijs huius temporis religionibus Euangelicis animaduerti; quæ nunquam ſe profuderunt totas, ſed modicè & ſenſim creuerunt, initio præponentes dogmata familiaria, & popularia, poſtea autem deſcendẽtes ad magis abdita, & recondita ſectæ ſuæ myſteria. Quia ſi moleſtè fers (quod ſanè non admiror) vel dignitatem, vel firmitatem iſtorum ſcriptorum labefieri, quæ tu hactenus vt fidei tuæ fundamẽta coluiſti, eaq; putaſti fuiſſe immobilia, & omni exceptione maiora, non eſt quòd mihi ſuccenſeas, qui non tam ipſe conuello, quàm ab alijs conuulſa oſtendo; non tam ipſe contra ea diſputo, quàm quæ ſunt ab alijs diſputata annoto, & aliorum propoſitiones vbique ſparſas, ſub aſpectum produco: & quorſum tendant, & quid manifeſtò cõcludant admoneo.

ARGVMENTVM
CAPITIS SEPTIMI.

Ex Euangeliorum & Epiſtolarum Apoſtolicarum ſcriptis negatis, vel in dubium vocatis, obijcit Samuel, nullum ſupereſſe diſputationis fundamentum. Ad quod reſpondens Michæas, oſtendit quorſum ea referat quæ in proximo capite diſputauit, nimirum eò tantum, & in Euangeliorum locis aliquot examinandis Proteſtantium libertatem, à ſe quoque iure vendicari demõſtret, vnà adijciens ſe admittere Euangelium totũ (quatenus corruptum non eſt) tanquam ipſum Dei verbum, item epiſtolas Apoſtolicas, & legem Moſis cum Prophetis omnibus: quibus addit Theologiæ naturalis principia & regulas ad religionem quamq; examinandam, potiſſimum ad refellendam valde efficaces. Primo autem cauſam & modum ſuæ ad Alcoranum conuerſionis recenſet: deinde capita quædam illius naturalis Theologiæ, & Iudæorum & Chriſtianorum religione antiquioris deſcribit, vt Deum eſſe, & eſſe vnum, & ſummè bonum, quæ naturaliter ſciri poſſunt, & clariſſima ſunt, etſi Athei quidam ea negent. Ex ijs deducit Deum illum à nobis colendum eſſe non ſolum cultu interno, ſed etiam externo, qui precibus, votis, & ſacrificijs conſtat. Et deinde infert religionis item proprium eſſe, vt aliorũ ſaluti & vtilitati conſulat. Deũque in altera vita expectet vel vindicẽ, vel remuneratorem. Ad quæ principia religionem Turcicam & Anglicanam examinans

minans clarè vidit ſua ſaltem opinione, religionem Turcicam Anglicana longè fuiſſe præſtantiorem.

CAPVT SEPTIMVM.

MICHÆAS.

ET tamen ne putes omnem viam diſputationis interclusam eſſe, cuius deſiderio tantopere flagraſti; id noueris, multa adhuc ſupereſſe ex quibus & tu profeſſionem meam, & ego viciſſim tuam potero refellere. Neque enim propter ea quæ hacten⁹ à me dicta ſunt, ſummæ rei quam tractandam ſuſcepiſti multum deceſſit. SAMVEL. Imò plurimum, aut potius totum, niſi ego valde fallor. Quum enim in Euangelio quoad fidem meam poſita ſint omnia; Euangelium autem tuis argumentis incertum reddideris, & proinde nullius momenti; ego ſanè nihil deinceps cogitare poſſum quod mihi in hoc ſermone magnopere poſſit eſſe ſubſidio, quando vni Euangelio ad omnem & veritatem comprobandam, & falſitatem refutandam, ſemper ſoleam inſiſtere. Quod ſi tu aliquod aliud ſupplemẽtum noueris, explica quæſo quodnam illud ſit. MICHAEAS. Non optimè rationes tuas ſubduxiſti Samuel, ſi me ſolis Euangelicis armis (vt à vobis tractantur) laceſſitum, de ſententia deijci potuiſſe exiſtimaſti. Conſidera enim quemadmodum apud te valerent rationes meæ, ſi eas ego ex ſolo Mahumetis Alcorano depromerem: & tamen ſemper malè diuinas, quãdo coijcis me Euangelium veſtrum infirmare, vel fidem ei detrahere; longè enim ſecus eſt. Tantum indico quid Magiſtri tui doceant, quid ſcribant; nec vel quoad ipſum Euangelium ſcriptum (nam de ſcripti interpretatione alias fortaſſe dicetur) omnia eſſe tam clara & euidentia, quàm & tu aliquando aſſumis, & illi in circulis atq; concionibus ſolent clamare. Alioqui non me tantũ, ſed vniuerſos Turcas de Euangelio honorificè ſentire nec tu potes ignorare, & ego libenter agnoſco, idque iam prius admonui. Et certè niſi firmam Euangelio Chriſti fidem adiungerem, ipſius Alcorani noſtri violati reus, & à ſacra Mahumetis religione impius Apoſtata meritò iudicarer. Sæpe enim in Alcorano noſtro (cuius ſingula verba vera eſſe ſine vlla dubi- *Azoar. 5.*
tatione credimus) repetitur & inculcatur: *Euangelium nõ mi- & 11.*
nus quàm Alcoranum à Deo fuiſſe traditum: Ieſum Mariæ filiũ Azoar.
fuiſſe Dei nũcium, & ſpiritum, & verbũ Mariæ cælitus miſſum, 12. &c.

Theuet. Coſmogr. libr 6. cap.14.

cui Dei legato omnes debent credere. Chriſto mariæ filio commiſſum fuiſſe Euangelium, quod eſt lumen & confirmatio veteris teſtamenti, & recta via timentibus Deum, &c. Obliuiſci non potes quum eſſemus Tripoli, nobiſque in platea deambulantibus occurriſſet militibus ſuis ſtipatus Sãgiaccus pauloq; prætergreſſus, repenteque conuerſus te obtueretur, & cuias eſſes, quemque manibus teneres librum, interrogaret, & ego Euangelium reſponderem, is vt primum Euangelij nomen audiuit librum arripuit & oſculatus eſt, capitique ſuo honoris gratia ſuperpoſuit, addens eſſe quidem ſacroſanctum, niſi homines improbi eum nonnullis in locis corrupiſſent. Eademque eſt Turcarum omnium ſententia. Id tantum volo, id vrgeo, eo argumenti & diſputationis huius vis & ſumma tota pertinet, vt quam ipſi vobis libertatem in Euangelij puritate inuehenda ſumpſiſtis, eam nobis ne denegetis. Si vos ſine Euãgelij detrimento partes aliquas reſecuiſtis, ne ſit nobis inuidioſum, ſi paribus aut etiam melioribus rationibus fundati, vnum aut alterum ſuperfluum caput veritate Euangelij nihil imminuta recidamus; veſtro exemplo nitimur, veſtris veſtigijs ingredimur, in cauſa ſaltem æquè iuſta æqualitatem tanquam ſuffragiorum ſine vllo fauore aut prærogatiua requirimus. Ego ſanè Euangelium vti librum egregium planeque diuinum ſuſpicio, & ſi quædam à perfidis Iudæis vebratoriè ad dedecus Chriſti & contumeliam nominis Chriſtiani adiecta ſeparaueris (ea maxime intelligo quæ cõtinent turpiſſimam illã Chriſti crucifixionem) reliqua vt præclariſſima veneror & illis fidem meam ſemper comformabo. Nec hoc eſt (vt dico) Euãgelium infringere & abijcere, ſed ſtabilire potius & honorare, perinde ac ſi à pulcherrimo corpore næuum aut tuber deformius accreſſens ampures. Reſtat præterea teſtamẽtum vetus, lex videlicet Moſis & Prophetæ, in quib⁹ vos dicitis incluſum eſſe Euangelium, quod ſi verum eſt, habes ampliſſimum campum in quo liberè verſeris. Moſen certè & Prophetas vt diuinitus edoctos nos ſemper honorificè prædicamus, & eorum teſtimonia magna cum veneratione recipimus: quamuis non magis quàm vos Chriſtiani omnes legis cæremonias in religionem, vt nec iudicialia in Rempub. noſtram admittimus. Non eſt autem quod queraris auferri tibi omnem argumentandi materiam, quando & legem, & Prophetas, & ipſum Euangelium etiam vt à vobis prædicatur, longè maxima ex parte vides tibi eſſe relictum. Quod ſi horum nullum ſuppeteret, an tibi Theologo deeſſe poſſent rationes, quibus homini moderato

derato ſuaderes, ſaltem probabiliter, religionem aliquam veram eſſe aut falſam: ſunt enim præcepta Theologiæ cuiuſdā naturalis nobis omnibus, tam Mahumetanis quam Chriſtianis, Iudæiſq; & reliquis item Gentibus immanitate non efferatis cõmunia, & tamen Alcorano noſtro & Euangelio veſtro ipſoq; etiam Moſe & Prophetis antiquiora, ad quæ non tam à Magiſtris imbuti, aut à doctrina inſtituti, quàm à natura facti & à Deo Opt. Max. creati ſumus, quæ & vi ſua tam ſunt efficacia, vt nemo vir honeſtè educatus ea poſſit negare, & amplitudine ſua vſq; eo patent, vt omnes religiones in illis ſint comprehēſæ, quæ ſi rectè aduertimus, nihil ſunt aliud quoad permulta, quàm particulares quædā determinationes eius quod hæc Theolo. naturalis prius vniuersè docuerat. Sic (verbi gratia) quum à natura in omnium viſceribus inſitum & inſcriptū ſit Deum eſſe ab hominibus colendum, hoc Moſes explicatius reſtrinxit ad templum Salomonis, & certa quędam ſacrificiorum genera; Chriſtus ad Sacramentū Euchariſticum & alios ritus à ſe inſtitutos, Mahumetes qui & ex lege Moſis, & ex Euangelio Chriſti hauſit quæ fuerunt præſtātiſſima, partim præſcripſit ſacrificia partim ritus Euchariſticos, partim orationes & alia pietatis opera, quæ paſſim in Alcorano memorantur. Quēadmodū aūt in Rep. ciuili & ſi Florētina ciuitas diuerſas habeat leges à Veneta, & hæc à Mediolanēſi, Imperiū itē Turcicū à Perſico vel Germanico, & regna Gallię atq; Anglię quoad priuata cuiuſq; regionis ſtatuta plurimū à ſe inuicem differunt, cõueniunt tamen in generalibus quibuſdā principijs, regulis & legibus à publica iuſtitia, & æquitate ductis, quas ius naturale & Gentiū omnium cõmune vocamus, ſine quo nulla hominū vel innumerabiliū coitio Reſpublica dici poteſt: eodē planè modo hęc Theologia ad priuatas variarū nationum religiones affecta eſt, cuius propterea axiomata quāuis ad religionē certā approbandā non ſint ſatis efficacia, ad quācunq; tamen refellendā alijs priuatis Dei colendi ritibus multò ſunt potentiora, ideoq; tibi Mahumetis refutationem inſtituendi lōgè aptiſſima, quū Euāgelij propria præſcripta ſola Chriſtiani admittant, legis Moſaici ritus ſoli Iudæi, Alcorani ſanctiones ſoli ſuſcipiāt Mahumetani; his autē præceptis omnes vbique nationes ſubijciuntur. SAMVEL. Aliquid eſt quod dicis, & ampliorem iam video argumentandi materiam quam prius cogitaueram. Sed tamen quando iſta res controuerſas tractandi ratio à noſtris & ſtudijs & moribus multum abeſt, (nos enim, vti noſti, ſolo Euāgelio cõtenti iſta vlteriora non inquirimus)

rimus) explices quæſo paulò largius ea quæ breuiter de hac generali Theologia percurriſti. Tu enim qui poſt ſeriam iſtorum tractationem ab Euangelio ad Alcoranum delapſus es, videris in iſtis magis eſſe verſatus quàm ego qui nũc primum ad hæc tam minutè & diligenter conſideranda deſcendo. MICHAEAS. At ego te potiùs his de rebus diſſerentem audire cupio, ſed tamen quando ita poſtulas, morem geram voluntati tuæ, tanto etiam magis, quia quæ mihi aliquando profuerunt, tibi etiam non contra veritatem peruicaci, nõ obſirmata voluntate falſitatem manifeſtam complectenti, ſed ſi erras, erranti ex infirmitate, & quum aduerteris errorem ad eum deponendum & meliorem ſententiam recipiendam parato, hęc eadem profutura confido. Quare & illud à te imprimis requiro, vt ſi qua in re videris me aut errare aut redundare, aut deficere, vt vel falſa ſumam, vel ſuperflua ponam, aut neceſſaria prætermittam, tu ea vel reprehendendo vel auferendo, vel adijciendo corrigas, & vbique quum voles, ſententiam tuam interponas, quò iſta quæ petis vt mihi ſic tibi quoque reddantur quàm maximè plana & enucleata. SAMVEL. De hoc noli eſſe ſolicitus Michæa, ego enim qui ita edoctus ſum, vt domi fratres meos vel tenuiter à recto Euangelij curſu recedẽtes liberè moneam, te qui longe magis es ab Euangelio alienatus manifeſte falſa aſſumentem ſilentio præterire nullo modo poſſum, maximè quum ſciam te amicum & verum & ſincerum nolle libertate reprehenſionis meæ commoueri, quæ non ad te perſtringendum refertur quem vnicè diligo, ſed ad veritatem eruendam, quod vterque cupimus. MICHAEAS. Rectè, modo interim promiſſionis tuæ recorderis vt à contumelijs abſtineas. Inprimis autem non erit inutile ſi breuiter explicauero quibus ego rationibus impulſus hãc viam ingreſſus ſim. Narrabo autem ſimpliciter tãquam amico fideli, nec aliquid effingam quo cauſam meam reddam cõmendatiorem. Quũ igitur apud vos illas diuerſarum ſectarum opiniones ſeſe mutuò impugnantes tanquàm contrarios Euripi huius qui eſt in mari noſtro fluctus ſeſe viciſſim colłidentes ſępenumero mecum ponderarem (neque enim poteram otioſo animo illas contemnere, & in ea cui me addixeram ſecurè conquieſcere, ita enim ſi fuiſſem affectus, à prima fide Papiſtica nunquam diſceſſiſſem) videremque Zuinglianum à Puritano, & vtrumque à Lutherano & Anabaptiſta, illos autem à Trinitario, vel Suenckfeldiano hoſtili er lacerari, hoſq; omnes ita immaniter inter ſe digladiari, vt ſinguli ſingulos non modo è ciuitatibus

& Rebuſ-

& Rebuſpub. in quib. dominabantur profligandos cenſerent, ſed alij alios publicè execrarentur, anathemate deuouerent, & à regno cœleſti excluſos æternis inferorum ignibus in futuro ſæculo à Deo adiudicandos crederent; cœpi ita mecum ratiocinari; quando in hoc ſempiterna vel fœlicitas, vel miſeria animæ atq; corporis ita vertebatur, & qui rectam viam teneret æternis in cœlo gaudijs frueretur, qui falſam arriperet, nũquam finiendis cruciatibus eſſet ſubiectus, par eſſe vt in recta via inueſtiganda omnes corporis atque animæ neruos intenderem. Valdè enim præpoſterum videbatur, & credebam futurum vt Deus incorruptus iudex grauiter vlciſceretur, ſi quũ de depellendo morbo corporis qui ad perbreue tẽpus eſt moleſtus, valde ſolemus eſſe anxij; de remouenda peſte quæ in æternitatem animæ futura eſſet pernicioſiſſima, nõ multò magis laboraremus. Illud deinceps expendi fieri potuiſſe vt hæc omnia noua Euangelia (ſic enim ſinguli vocabant doctrinam ſuam) eſſent falſa; fieri autem nõ potuiſſe vt plus vno eſſet verum. Quare ad illud deinceps vnum indagandum omnem meam curam, ſtudium, & cogitationem contuli. Quanquam autem non ignorabam ea omnia quibus hominis Chriſtiani mens permouetur à ſingulis æquabiliter ſibi ſeparatim vendicari, ſinguli enim clariſſimam Euangelij lucem iactabant, ſinguli aduerſariorum craſſam ignorãtiam obſtupebant, ſinguli editis libris ſuam doctrinam probabant, & aliorũ argumenta refutabant, ſinguli pro eo cui ſe addixerant Euangelio præſentem mortem prompti & alacres oppetebãt (id enim de Lutheranis, Zvvinglianis, Anabaptiſtis, Arianis & Trinitarijs clariſſimum eſt) neque verò neſciebam quemadmodum omnibus animantibus à natura inſitum eſt, vt ſuam ſemper ſpeciem iudicent aliorum formis eſſe præſtantiorem (imò ſæpe fit vt quædam quæ magis ſunt deformia, maximè ſibi de ſua pulchritudine placeant, vt de ſimiis annotarunt Philoſophi) *Plin. lib. 8. cap. 54.* ſic etiam Sectarios ſuam ſemper Sectam amare & prædicare vt puriſſimam, & alijs quibuſcunque anteferre; ideoque vt ego meæ quàm electurus eram fidei primas tribuerem, ſic quoque Lutheranum ſuæ, & Anabaptiſtam ſuæ, & Trinitarium ſuæ eandem palmam delaturum: tamen certis quibuſdam rationibus adductus apud me ſtatui (quum neceſſariò vnam aliquam à reliquis ſegregare deberem) Anglicanam illam quæ apud nos authoritate Parlamẽti recepta eſt, reliquis eſſe præſtabiliorem. Poſtquam ergo reiecta illa multitudine, hanc vnam fuiſſem amplexus, cœpi deinceps eius initia contemplari, no-

ri, notare progreſſus, examinare partes, totamq; eius formam diligentius intueri: & poſt exiguam diſquiſitionem non pauca occurrebant, quæ mihi videbantur meritò corrigẽda. Non enim probare poteram illam eius inconſtantem mutabilitatem, vt ex voluntate Principis & Parlamenti ſemper penderet incerta. Vnde eueniſſe noſti ætate noſtra intra paucos annos, turpiſſimas illas fidei mutationes, quæ nomen noſtrũ alijs nationib. fecerunt & ridiculum & odioſum. Tum nec illud probabam quod religionis noſtræ caput & moderatrix ſuprema, fœmina cõſtitueretur, quam à rerum ſacrarum tractatione omnes leges diuinæ, humanæ, Moſaicę, Euangelicæ, omnes religiones & ſectæ, ipſa quoq; naturæ iura excludſit. Sub illa deſignabantur Epiſcopi quidam vt homines certè quoad cõmunem vitæ vſum magna ex parte voluptati, auaritiæ, coëmẽdis fundis, ditandis liberis, locupletandis vxorib. ſupra modũ dediti, ita quoad Eccleſiaſticum regimẽ à ſuis ipſorum miniſtris contempti, à Puritanis reiecti, à Caluino, Beza, Geneuenſibus & Gallis Euãgelicis inter fœdas Romani Antichriſti reliquias numerati. Communem publicarum precum *librum* (quẽ vos *librum cõmunionis* appellatis) *miſſale* autem *Anglicanum* Sardonicè à Doctoribus & concionatoribus vocatum, non ſemel audiui, qui & ſerio conteſtati ſunt nunquã cũ religione veſtra bene actum iri, donec eius generis libri omnes flammis abſumerentur, propter multa ſuperſtitioſa, inepta, ſuperflua, & viri docti ſcriptis ſuis refutabãt, & miniſtri in ſuo Eccleſiaſtico miniſterio penitus ſpernebant; & in compitis, in vicis, in publicis menſis & conuiuijs laici promiſcuê carpebant. Quare etiamſi religionem veſtram reliquis quibuſcunq; generaliter anteponerem; tamen in Lutherana, in Puritana, in Anabaptiſtica, in Geneuẽſi, quædam notabam rectius ordinata, adeo vt animo nunquam eſſem prorſus ſecuro & tranquillo, quin aliqua addi & ſuppleri, quædam tolli, & emendari cuperem; pauca Geneuæ, nonnulla VVittẽbergæ magis purè & Apoſtolicè diſpoſita opinarer. Hæc dum apud me meditor, & in omnem partẽ ſtudioſè voluo & reuoluo, fortè fortuna, vel diuina potius prouidentia arripio Alcoranum (quem aliquot annos clariſſimi viri & Euangelij autores primarij, Theodorus Bibliander, & Philippus Melanchthon in Germania imprimendum curauerant; credo ne tantus Theſaurus deeſſet Germanis ſuis, qui iam diu illum penitus ediſcentes magno numero huc ad nos confluunt) quem antea in muſeo habebam, & curſim ſemel atque iterum perlegeram, & cuius memoriam magna ſimilitudo

Admonitio 1. & 2. ad Parlament. Beza ex epiſtola 8. & 79. &c.

Th. Cart.

tudo

tudo quę illi quoad res plurimas intercedit cum veſtro Communionis libro, mihi tum vt opinor redintegrauerat. Hunc Alcoranum multo quàm antea diligentius ſemel atque iterum percurro, & poſtquam ſummam eius non minùs quàm religionis veſtræ animo comprehenſam tenerem, refero me ad generalia Theologiæ naturalis, quàm ſupra memoraui capita; & cum illa vtramque religionem confero quàm poteram exactiſſimè, animoque ab omnibus affectionibus maximè ſoluto. Quòd vbi feciſſem, non vnum alterum, ſed permulta aduertebam diſcrimina, propter quæ meritò iudicabam Alcoranum Euangelio veſtro eſſe diuiniorem, & ex veræ perfectæque Theologiæ fontibus multò plus haurire. Quare quando ita fuerim animatus, vt ad Papiſticam fidem cum qua diuortium æternum feceram, nullo modo redire vellem, ex Euangelicis autem Anglicanam certò crederem eſſe maximè puram & perfectam; & deinceps perſpicerem Anglicanæ Mahumetanam eſſe præferendam, ipſa me rationis euidentia, & veritatis ſeries eò perpulit, vt relictis reliquis, ad extremum huic me traderem, eique ſtatuerem perpetuò adhæreſcere. Regulæ autem vel axiomata quorum comparatione hoc iudicium feci, ex permultis hæc ſunt præcipua & principalia, de quib. nationes fere omnes, maximè poſt Moſis, Chriſti, & Mahumetis tempora conſentiunt, per hos enim Deus magis illuſtrauit mẽtes hominum, & vberiorem ſui cognitionem in orbem terrarum effudit. Primum vnum eſſe Deum, eumq; ſummè ſimplicem, ſummè bonum, ſummè perfectum, maximè vnum, & maximè indiuiſum; eundem quoq; ita omnipotentem, & rerum omnium creatorem, vt tamen omnis boni, & virtutis, nullius autem nequitię & improbitatis ſit author, & de horum nullo, vt arbitror, aliqua eſt controuerſia. SAMVEL. At hic interpellandus es Michæa. Etenim horum nonnulla quæ tu ſumis vt clariſſima, ego ſanè non auſim concedere. vt enim fatear illa de Dei vnitate, & ſimplicitate, & perfectione, quæ tamen multi in controuerſiam vocant, & olim gentes multæ negarunt, ideoq; tam certa principia quã tu exiſtimas non ſunt: illud quod extremum apponis de Deo ſummè bono ita vt nullius iniquitatis ſit effector, noſti doctiſſimorum hominum totis voluminib. impugnari, ita vt pleriſq; cõtraria ſentẽtia videatur probabilior. MICHAEAS. Probè intelligo Samuel, quidnã illud ſit quod te pungat, quia nimirũ magiſtri tui, nominatim Caluinus, & Zvvinglius omnis peccati

cauſam

cauſam ad Deum reuocant, idcirco tu ad magiſtrorum tuorum obſeruãdum honorem hic obſiſtis. Sed Caluino fortaſſe falleris, ſi enim putas ita ſimpliciter crediliſſe, ſaltem ſi arbitraris eum ad extremum vſq; in hoc errore perſeueraſſe. Certè anceps eſt, & ambiguus in eius quæſtionis tractatione, & modo ait, modo negat, quod eſt argumẽtum hominis à communi ſententia non planè auerſi. Quanquam ego in eam partem magis propendeo, vt putem Caluinum huic opinioni quã iunior probarat, ſenem penitus renunciaſſe. De Zvvinglio autem homine vix mediocriter erudito, nullis certè ſciẽtijs imbuto, præter mediocrem Græcæ & Hebrææ linguæ cognitionem, quid ſit ſentiẽdum poſtea videbimus, & hæc in illum locum velim reijci. Quod autem iſta negas eſſe principia clariſſima, quia à nonnullis non admittuntur, ne tu omnia Theologiæ & Philoſophiæ quoq; principia funditus euertes, ſi hac regula principia ſcientiarum clariſſima metiaris. Neque enim clariſſimum erit, terrã firmiter ſine motu conſiſtere, quia Philolaus Pythagoreus & Heraclides Ponticus eam in orbem circumferri inſtar Solis & Lunæ delirarunt. Neque certum erit niuem eſſe candidam, & ſolem eſſe corpus cœleſte, quia niuem atram, & ſolem eſſe lapidem contendebat Anaxagoras. Legi in hiſtorijs Polonorum, vicinos eorum Lithuanos, antequam ad Chriſtianam fidem erant conuerſi (quod circiter 200. ad hinc annis factum eſt) alios adoraſſe ſyluas, alios ſerpentem, alios ſolem, pleroſq; immenſæ magnitudinis malleum. Rogati cauſam cur malleum illum diuinis honoribus proſequerentur (alios enim eius generis malleos nihil prorſus verebantur) reſpondebant contigiſſe aliquando vt ſol per aliquot dies ſpiſſis tenebris obtectus ſolito ſuo lumine mundum nequaquam colluſtraret, poſtea quo primum die rurſus inclareſcebat, qui tunc Lithuaniæ imperabat Princeps, arreptum ſolem in turrim quandam valde munitam, & muris clariſſimis circumuallatam, tanquam in carcerem incluſit. Id quum egre ferrent Aries, Taurus, Gemini, Cancer, & reliqua Zodiaci ſigna; coniunctis animis & viribus è cœlo ad illam turrim deſcenderunt, eamque obſidione cinxerunt, & muris hoc malleo perruptis omnibuſq; diſiectis munitionibus, Solem in priſtinam libertatem vendicarunt, qui poſtea nũquam deſtitit mortalib. allucere; Hancq; eſſe cauſam cur malleum iſtum tam præclarè de humano genere meritum diuinis honoribus afficiebant. An tu iam improbabis ſi inter euidentia naturæ communis principia numerem, nullum malleum eſſe

Plutarch. de placitis Philoſoph. li. 3. & lib. de ſuperſtitione.

Ann. 1386. Alex. Gagui. rerum Polonia. to. 1. in deſcriptio. Lithuania. Theuet. Coſmog. vniuerſel. li. 19. c. 10.

Deum

Digitized by Google

Deum magis quam cuneũ aut incudem, quia Lithuani quandoque malleo diuinitatem tribuerunt? Non ſunt principia Theologiæ tam manifeſtè ſenſibus expoſita, quàm illa Geometriæ, *Omne totum eſt maius ſua parte, & ſi ab æqualibus, æqualia demas, quæ remanent erunt æqualia*, ideoque neceſſe eſt plures in illis quàm in iſtis allucinari. Neq; tamen ea ego manifeſta & indubitata negabo quæ video generaliter eſſe recepta à nationibus plurimis, moribus ingenuis & humaniore literatura excultis, vt Græcis, Romanis, Perſis, Arabibus, potiſſimum verò Iudæis, primis Chriſtianis, & poſt Mahumetanis, quæ gentes præter reliquas excellentes naturæ ingenijq; dotes, ad perfectiorem Theologiam etiam diuinitus fuerunt informatæ. Neq; ego dubitabo aſſerere quòd ex communi naturæ ſenſu & omnium nationum conſenſu pronunciauerit grauiſſimus ille Romanæ eloquentiæ parens: *Eſſe præſtantem aliquam æternamq; naturam: & eam ſuſpiciendam admirandamq; humano generi, pulchritudo mundi ordoq; cœleſtium rerum cogit confiteri.* Quemadmodum itaque à natura habemus Deum eſſe (etſi monſtra quædam hominum, Diagoras Melius, & Theodorus Cyrenæus, & Euomerus quidam Tegeata, & nonnulli apud vos Sectarij Deum nullum eſſe imaginentur) ita eum vnum eſſe, ab eadem natura impreſſum habemus, idque hæc tota pulcherrima mundi machina diligẽter conſiderata argumentis à natura ductis conuincit. Neque quicquam huic clariſſimę veritati officit, veſtrorum Tritheitarũ qui pluralitatem Deorum inducunt cæcitas, qui in hoc ſunt ipſis Ethnicis deteſtabiliores: Ethnici enim etſi Deorum nomen libenter vſurpabant, quod item Chriſtianos quoſdam elegantiores feciſſe video, à qua conſuetudine literæ ſacræ non ſemper abhorrent; tamen illi vnum Iouem reliquorum Patrem & omnium dominatorem vocabãt, à cuius maieſtate longo interuallo diſiungebant eos quos dicebant minorum gentium Deos, qui eundem videtur apud eos locum habuiſſe quem apud vos Martyrum & Sanctorum, apud nos multa Prophetarum noſtrorum millia, quod ex libris vetuſtiſſimorum Philoſophorum manifeſtum eſt. Et quũ primi Chriſtiani in Ethnicos ob illam ſuorum Deorum multitudinem acerrimè inueherentur, qui erant prudentiores reſpondebant: *Non ſe plures Deos ſequi, ſed ſub vno Deo magno plures miniſtros venerari.* Vtrum verè an Sophiſticè falſoque ita reſponderint non inquiro, hoc tamen reſponſum conuincit illam Deorũ multitudinem ipſo naturæ & rationis inſtinctu ab ijs fuiſſe improbatã.

Cicero lib. 2. de diuinatione.

Plutarc. vbi ſupra lib. 1. Athei.

Tritheitæ.

Bembus in hiſtoria Veneta.

Pſal. 82.

Ioan. 20.

Vide Iuſtinum Martyrem de Monarchia Dei. Et Eugubinum de perenni

Vnde

cauſam ad Deum reuocant, idcirco tu ad magiſtrorum tuorum obſeruãdum honorem hic obſiſtis. Sed Caluino fortaſſe fallens, ſi enim putas ita ſimpliciter credidiſſe, ſaltem ſi arbitraris eum ad extremum vſq; in hoc errore perſeueraſſe. Certè anceps eſt, & ambiguus in eius quæſtionis tractatione, & modo ait, modo negat, quod eſt argumẽtum hominis à communi ſententia non planè auerſi. Quanquam ego in eam partem magis propendeo, vt putem Caluinum huic opinioni quã iunior probarat, ſenem penitus renunciaſſe. De Zvvinglio autem homine vix mediocriter erudito, nullis certè ſciẽtijs imbuto, præter mediocrem Græcæ & Hebrææ linguæ cognitionem, quid ſit ſentiẽdum poſtea videbimus, & hæc in illum locum velim reijci. Quod autem iſta negas eſſe principia clariſſima, quia à nonnullis non admittuntur, ne tu omnia Theologiæ & Philoſophiæ quoq; principia funditus euertes, ſi hac regula principia ſcientiarum clariſſima metiaris. Neque enim clariſſimum erit, terrã firmiter ſine motu conſiſtere, quia Philolaus Pythagoreus & Heraclides Ponticus eam in orbem circumferri inſtar Solis & Lunæ delirarunt. Neque certum erit niuem eſſe candidam, & ſolem eſſe corpus cœleſte, quia niuem atram, & ſolem eſſe lapidem contendebat Anaxagoras. Legi in hiſtorijs Polonorum, vicinos eorum Lithuanos, antequam ad Chriſtianam fidem erant conuerſi (quod circiter 200. ad hinc annis factum eſt) alios adoraſſe ſyluas, alios ſerpentem, alios ſolem, pleroſq; immenſæ magnitudinis malleum. Rogati cauſam cur malleum illum diuinis honoribus proſequerentur (alios enim eius generis malleos nihil prorſus verebantur) reſpondebant contigiſſe aliquando vt ſol per aliquot dies ſpiſſis tenebris obtectus ſolito ſuo lumine mundum nequaquam colluſtraret, poſtea quo primum die rurſus inclareſcebat, qui tunc Lithuaniæ imperabat Princeps, arreptum ſolem in turrim quandam valde munitam, & muris clariſſimis circumuallatam, tanquam in carcerem incluſit. Id quum egre ferrent Aries, Taurus, Gemini, Cancer, & reliqua Zodiaci ſigna; coniunctis animis & viribus è cœlo ad illam turrim deſcenderunt, eamque obſidione cinxerunt, & muris hoc malleo perruptis omnibuſq; diſiectis munitionibus, Solem in priſtinam libertatem vendicarunt, qui poſtea nũquam deſtitit mortalib. allucere; Hancq; eſſe cauſam cur malleum iſtum tam præclarè de humano genere meritum diuinis honoribus afficiebant. An tu iam improbabis ſi inter euidentia naturæ communis principia numerem, nullum malleum eſſe

Plutarch. de placitis Philoſoph. li. 3. & lib. de ſuperſtitione.

Ann. 1386. Alex. Gagui. rerum Polonia. to. 1. in deſcriptio. Lithuaniæ.

Theuet. Coſmog. vniuerſel. li. 19. c. 10.

Deum

n magis quam cuneũ aut incudem, quia Lithuani quan-
e malleo diuinitatem tribuerunt? Non ſunt principia
logiæ tam manifeſtè ſenſibus expoſita, quàm illa Geo-
æ, *Omne totum eſt maius ſua parte*, & *ſi ab æqualibus, æ-
demas, quæ remanent erunt æqualia*; ideoque neceſſe eſt
in illis quàm in iſtis allucinari. Neq; tamen ea ego ma-
& indubitata negabo quæ video generaliter eſſe rece-
nationibus plurimis, moribus ingenuis & humaniore li-
ra excultis, vt Græcis, Romanis, Perſis, Arabibus, potiſſi
verò Iudæis, primis Christianis, & poſt Mahumetanis,
gentes præter reliquas excellentes naturæ ingeniiq; do-
perfectiorem Theologiam etiam diuinitus fuerunt in-
tæ. Neq; ego dubitabo aſſerere quòd ex communi na-
ſenſu & omnium nationum conſenſu pronunciauerit
imus ille Romanæ eloquentiæ parens: *Eſſe præſtantem
m æternamq; naturam: & eam ſuſpiciendam admiran-
humano generi, pulchritudo mundi ordoq; cœleſtium re-
git confiteri*. Quemadmodum itaque à natura habemus
eſſe (etſi monſtra quædam hominum, Diagoras Me-
Theodorus Cyrenæus, & Euomerus quidam Tegeata,
nulli apud vos Sectarij Deum nullum eſſe imaginctur)
vnum eſſe, ab eadem natura impreſſum habemus, id-
c tota pulcherrima mundi machina diligẽter conſide-
gumentis à natura ductis conuincit. Neque quicquam
riſſimę veritati officit, veſtrorum Tritheitarũ qui plu-
m Deorum inducunt cæcitas, qui in hoc ſunt ipſis E-
deteſtabiliores: Ethnici enim etſi Deorum nomen li-
vſurpabant, quod item Chriſtianos quoſdam elegan-
eciſſe video, à qua conſuetudine literæ ſacræ non ſem-
orrent; tamen illi vnum Iouem reliquorum Patrem &
n dominatorem vocabãt, à cuius maieſtate longo in-
diſiungebant eos quos dicebant minorum gentium
ui eundem videtur apud eos locum habuiſſe quem a-
Martyrum & Sanctorum, apud nos multa Propheta-
ſtrorum millia, quod ex libris vetuſtiſſimorum Philo-
m manifeſtum eſt. Et quũ primi Chriſtiani in Ethni-
llam ſuorum Deorum multitudinem acerrimè inue-
r, qui erant prudentiores reſpondebant: *Non ſe plures
ui, ſed ſub vno Deo magno plures miniſtros venerari*. V-
rè an Sophiſticè falſoque ita reſponderint non inqui-
tamen reſponſum conuincit illam Deorũ multitudi-
naturæ & rationis inſtinctu ab ijs fuiſſe improbatã.

Vnde

Cicero lib. 2. de diuinatione.

Plutarc. vbi ſupra lib. 1. Athei.

Tritheita.

Bembus in hiſtoria Veneta.

Pſal. 82.

Ioan. 20.

Vide Iuſtinum Martyrem de Monarchia Dei. Et Eugubinum de perenni

Digitized by Google

Philoſophia lib. 3. ca. 1.2.3.4. Oroſius hiſto. li. 6. c. 1. Hom. Iliad. α Virg. Æneid. lib. 10. Hom. Iliad α. Ouid. faſt. lib. 2.

Vnde & Poëtæ homines maximè prophani etiamſi in Deorum multitudine magis quàm cæteri ludunt & laſciuiunt, tamen & ipſi vnum Iouem, verum, ſummum, & præpotentem Deum, reliquos ei tanquam Regi & domino ſuo famulantes inducunt. Ex quo eſt illud, quòd poſtquam Iuppiter cum reliquis Dijs de belli Græcorum & Troianorum exitu deliberaſſet, conſtituto inter eos quid ageretur: *Solio tum Iuppiter aureo ſurgit*, quem tanquam communem omnium dominum,

Cœlicolæ medium ad ſua limina ducunt.

Ipſique minores Dij poſtulati à Numa Rege Romanorum, vt abdita quædam arcanorum fata illi patefacerent, comparatione Iouis ſuam imbecillitatem ingenuè profitentur. *Magna* (inquiunt) *petis, nec quæ monitu tibi dicere noſtro fas ſit.* Quum enim ſolius Iouis potentia infinita ſit, nec vllis limitibus circumſcripta, *Habent fines numina noſtra ſuos.* quod perinde eſt ac ſi illum vnicum Deum expreſsè faterentur. Vt nullo modo tolerabilis ſit Tritheitarum veſtrorum blaſphemia, qui in hac vltima mundi ſeneſcentis ætate multos Deos fingunt; quàm nefariam impietatem non tantùm Chriſtiani ſemper, & Mahumetani, & Philoſophi Gentiles, & pleræque nationes, alioqui infideles, ſed ipſi etiam Poëtæ & prophani homines ſunt auerſati. Quemadmodum igitur & Deum eſſe, eumque eſſe vnum ratione conficitur, ita multò fortius argumentis Phyſicis & Philoſophicis demonſtrari poteſt, Deum quem credimus ſummè bonum, eſſe poſſe nullius turpitudinis, nullius improbitatis effectorem; & ſi hoc etiam quidam noſtro ſeculo homines perditiſſimi effuderunt. Multò enim magis rationi cõgruit, Deum prorſus ex cœlo & mũdo tollere, quàm eum ſceleratum & iniuſtum concipere. Et hoc Ethnici prudentiores, Iudæi, Chriſtiani & Prophetæ noſtri multò magis exhorruerunt: ſceleratus autem eſſet ſi ſcelerum author eſſet, & iniuſtus eſſet ſi flagitia in hominib. flagitioſis vindicaret ea, quorum ipſe cum hominib. eſſet particeps, vel potiùs effector principalis. Vnde & perbenè ſecundam hanc naturalem Theologiam diuinus Plato: *Deum qui bonus eſt, malorum cauſam alicui fieri omnimodò reprobandum eſt: neque ſinendum vt quis dicat in ſua ciuitate, neque vt quis audiat ſiue iunior, ſiue ſenior ſit, adeo neque piè dicuntur, neque commoda nobis ſunt, neq; ipſa ſibi ipſis conſona.* Et alibi. *Deus nullo modo eſt iniuſt⁹, ſed longè iuſtiſſim⁹, & nõ eſt illi quicquã ſimilius quã qui ex nobis iuſtiſſimus fuerit.* Tum enim ei aſſimilamur, *ſi iuſti ac ſancti cum ſapientia fiamus. Ad virtutem perſequendam, & fugiendam improbitatem, non ſa-*

Plato de Repub. Dialo. 2. in fine. Idẽ in Theateto ſiue de ſcientia.

non facilè eſt perſuadere, ſi Deum velle, operari, efficere improbitatem, vel eum in nobis cauſam peccati eſſe aſſeramus, quēadmodum præclarè ab eodem diſputatur, & communis ratio conuincit. Sed ſi placet, iſta paulisper ſeponamus, vt inſtitutum meum de generali illa Theologia poſſim abſoluere. SAMVEL. Placet, ſi tamen illud memineris me expectare, vt in hac de peccati efficientia quæſtione, oſtendas, & Caluinum eſſe inſtabilem, & Zvvinglium à Caluino, ipſaque veritate diſſidere, ego enim de vtroque longè ſecus exiſtimo. MICHAEAS. Conditionem admitto. Hoc igitur quod caput eſt de Dei vnitate & natura fixo & poſito, illud proximè adiungebam, æquum eſſe vt à nobis diuina illa natura coleretur. Et quemadmodum ex duabus partibus eramus compoſiti, interna & externa, mortali & immortali, anima & corpore, ita colligebam huic omnipotenti Deo vtriuſque partis creatori duplicem cultum eſſe debitum, internum & externum, alterum qui continetur animo, alterum qui exercetur corpore, qui illius interioris euidens eſſet ſignum & teſtimonium. Quoniam verò prior ille, qui ad intimos animorum receſſus, & abditas cogitationes pertinet, illic latet, nec à me poterat videri; ad alterum diſpiciendum me conuerti, quam ex notatis moribus omnium nationum, primorum Patrum & Patriarcharum, ante legem Iudæorum, ſub lege Græcorum, Romanorum, Afrorum, veterum Chriſtianorum, & eorum qui Alcorani noſtri fuerunt Authores, in his potiſſimum actibus conſiſtere aduerti, & vt preces ad eum funderemus, quibus nos eius indigere adiumento profiteremur; & vt adorando, quod propriè fiebat oblato ſacrificio, eum nobis Dominum & Creatorem eſſe teſtaremur; & tertiò vt votis faciendis partim eum honoraremus ardentius, partim nos ipſos in eius cultu firmaremus conſtantius. Hæc ita nunc dicta ſint breuiùs, aliàs ſi voles tractabuntur copioſius, & tamen ex his paucis, tanquam ex ſtirpibus multi oriuntur rami, multi flores, qui ſinguli comparationi noſtræ magnam ſuppeditant materiam. Poſtea quia ſciebam tantam eſſe præpotentis Dei noſtri bonitatem, vt religionem ſuam velit non ſibi ſoli eſſe honorificam, ſed nobis etiam vtilem, vt quamuis primò dirigatur ad reuerentiam Dei, deinceps tamen tendat ad charitatem proximi, vnde & à quodam viro bono & Apoſtolico, vt videtur, quamquam non Apoſtolo præclarè dictum eſt, *Religionem immaculatam eſſe apud Deum, viſitare pupillos & viduas in tribulatione eorum*, ex eo concludebam religionem ve- *Iacob.1.*

tam

ram non eſſe otioſam, ſed negotioſam, non auaram, ſed largam & liberalem, quæ effundat ſeſe ad vtilitatem proximorum, & aliorum neceſſitatibus ſeruiat, & omnibus quantum poteſt conſulat & benefaciat. Quæ quando fiunt nō tantùm propter humanam quandam commiſerationem, ſed potius ad honorem,& propter amorem Dei,tum quidem ſunt longè gratiora eiſque ampliſſimum ab eodem Deo præmium rependitur. Neque enim propter ſophiſticas quorundam præſtigias & cauillas de eo dubitare poteram,quin Deus æquiſſimus iudex vt impijs propter ſcelera ſempiternam apud inferos pœnam, ſic etiam viris bonis propter pietatem æterna in cœlis gaudia erat redditurus, maximè quū recordarer ab excellenti quodam Christi diſcipulo inter prima religionis capi-

Heb.11. ta numerari, quod *accedentem ad Deum oportet credere, & quod Deus eſt*,& quod *inquirentib ſe,remunerator eſt*,id quod eo faciliùs & tenacius amplectebar,quia cœlum & infernum, extremum iudicium,& immortalitatem animarum,atque etiam reſurrectionem corporum, videbam vobis nobiſcum, Chriſtianis ſimul & Mahumetanis,Turcis,Perſis,Mauris,plurimiſque Europæ,Aſiæ atque Africæ populis eſſe communia. Hæc ita in genere poſita accommodabam deinceps ad Alcoranum Mahumetis;ea denique mox regula metiebar religionem Anglicanam. Incredibile autem eſt quantitatem ex ea collatione iucunditatem perceperim, quantum ad animum meum prius valde incertum,fluctuantem,& perturbatum acceſſerit quietis &tranquillitatis.Equidem niſi plurimum mea me fefellerit opinio,manifeſtò perſpiciebam,quum altera religio fuerit iudicio meo firma,conſtans ſibi,pacata,honorifica erga Deum, beneficia erga homines, plena charitatis, plena bonorum operum,propoſitis æternis inferni terroribus,& cœleſtis regni gaudijs cultores ſuos ad probitatem exuſcitās; Alteram è contra fuiſſe variam & mutabilem,pugnantem ſecum,tumultuoſam,nouarum in dies ſectarum feracem,& diuino honori,& hominum charitati pluſquam credibile eſt aduerſariam, docentem ſuos de cœlo ſecuros, infernum inani quadam confidentia contemnere,adeo vt præter pauca quædam quæ aliunde mutuata eſt, & in quib. cum Alcorano noſtro conuenit, vix omnino religionem ſapiat. Quare ex longa,& ſeria,& perdiligenti comparatione concluſi; ſi pauca ſeponerentur quæ vtrique probamus, reliqua eſſe apud Turcas in Alcorano,quàm Anglos in ſuo Euangelio nouo,multo diuiniora, multo magis veræ perfectæq; religioni conſentanea,

ideoque

Digitized by Google

ideoq́ue Euangelio veſtro derelicto, Alcoranum hunc multò fuiſſe mihi magis amplectendum.

ARGVMENTVM CAPITIS OCTAVI.

Samuel reliqua à Michæa poſita cōcedens, vota & ſacrificia quæ ille facit iure naturali diuini cultus propria, reijcit; & vrget Euangelium magis interna ſpiritus ſanctitate, quàm externa adoratione corporis, verum Dei cultum definire. Contra quæ Michæas docet omnes Paganos, tum Romanos, tum Græcos, hoc ſciuiſſe non minùs quam Euangelicos, neque tamen propterea externos Dei colendi ritus neglexiſſe. Deinceps ſigillatim oſtēdit vota & moribus omnium gentium, Hebræorum, Græcorū, Romanorum, Chriſtianorum, Turcarum, & ex naturæ ductu Deo eſſe facienda; idemq́; ſacrificium quo nulla vnquam natio, nec ante, nec poſt Chriſtum (præter Proteſtantes) caruit: omnes autem Chriſtiani cuiuſcunque generis in omnibus terræ partibus à Chriſto nato retinuerunt. Quod vt poteſt negat Samuel. Michæas autem fortius ſtringit, & magis particulatim enumerans omnia Chriſtianorum genera demonſtrat.

CAPVT OCTAVVM.

SAMVEL.

NON malè dixiſti Michæa hoc vix eſſe credibile, eſt enim mihi credibile vix, & ne vix quidem. Quoniam tamen ex comparatione hac manifeſtè elucere ais, eam ego comparationem non refugio. Imprimis tamen cauendum eſt ne regula tua qua religiones iſtas metiebaris, nō recta ſit, ſed inſtar Lesbiæ fallax & flexuoſa. Quędam certè ſuperius tanquam ad libellum directa ſumpſiſti, quæ mihi videntur admodum curua & diſtorta. Non conuellam ſingula, quę mihi tamen afferunt ſuſpicionē nonnullam, concedam quæ tradis de reſurrectione corporum iudicio vltimo, animarum immortalitate, cœlo, inferno, charitate erga proximos, operibus bonis, honores erga Deum orationibus teſtificando: & do ex iſtis religionem tuam, noſtramq́ue eſſe iudicādam; at quod vota & ſacrificia reliquis illis an-

numeras, hoc nullo modo poſſum concedere: maximè autem quòd de ſacrificio aſſumis penego. Nam vota penitus non reijcio, quum in baptiſmo nos ipſos noſtraque omnia voueamus Chriſto, eiuſq; nos Euangelio obtemperaturos ſanctiſſimè ſpondeamus. Alia autem vota cum Euangelij libertate pugnare arbitramur, & ideirco tali iugo ceruices noſtras non poſſumus ſubmittere. Sacrificium vero à ſtatu teſtamenti noui ducimus longè eſſe alienius, quod ſi ſuſciperemus, eo ipſo fide Chriſti quam profitemur repudiata, vel ad ſeruilem veterum Iudęorum ſuperſtitionem, vel quod deterius eſt, ad infandam Gentium idololatriam delaberemur. Ex omnibus enim principijs quæ tu vt certiſſima, firmiſſima, & meridiana luce clariora ponis, nullum eſt nobis certius, nullum firmius, quàm Chriſtum vnico mortis ſuæ ſacrificio vniuerſum mundum redemiſſe, totiuſque mundi peccata deleuiſſe, eoque ſacrificio vnico ſacrificia omnia penitus ſuſtuliſſe, quemadmodum primarius apud nos Apoſtolus Paulus longiſſima per totam epiſtolam diſputatione fusè ſolideq; comprobauit. *Epiſt. ad Hebræos.* Hæc igitur duo ſi remoueris, reliqua non inuitus tibi ſuffragabor, & ſi ex eo noſtræ tuæque fidei contentionem inſtituere volueris, non detrectabo certamen. Quamuis illud ad memoriam reuocare debes Michæa, Euangelium noſtrum in internis animi bonis & ſpirituali Dei cultu maximè occupatum, ad iſta extrinſeca & corporalia non adeò curiosè attendere, *Deus enim ſpiritus eſt*, & qui eum rectè colere volunt, *in ſpiritu & veritate colere oportet*, inquit Euangeliſta Ioannes. *Ioan. 4. v. 23. 24.* Cui reliqui Euangeliſtæ atque Apoſtoli innumeris in locis conſentiunt.

MICHAEAS. Quod de interna mentis ſanctitate concionaris vti Deo longè gratiſſima, quamuis ſcio veſtros homines libenter illud argumentum arripere, & de eo longos ſermones texere, perinde ac ſi mundo iam antea fuiſſet incognitum, ipſorum autem ſingulari ingenio hac tempeſtate è tenebris erutum; tamen apud omnes, ipſos etiam Paganos ſiue Latinos, ſiue Græcos, quicunq; tolerabilem vnquam de Deo opinionem habuerunt, nihil eſt magis tritum & peruagatum. Eſt in antiquiſſimis Romanorum legibus, *Impius ne audeto placare donis iram Deorum.* *Cic. lib. 2. de legibus.* Quid ita? niſi quia ſciebant Deos externa ſacrificia & dona contemnere quandiu animus offerentis eſſet impurus. Quare alter optimè, *ſacrificantium mentem non rem* à Deo docet attendi. *Plinius.* Alter exclamat, *Dicite Pontifices, in templo quid facit aurum?* *Perſius.* Non quaſi voluerit templa ornamentis aureis & argenteis expoliari, quod ſacrilegium in Verre *Cic. 1. cõtra Verrem.*

Sicl-

Siciliæ Prætore Reſp. Romana valdè deteſtata eſt; Sed quod ſine ſinceris mentibus & incu'patis moribus crederet aurum & argentum à Dijs contemni, ſic enim ſequitur: *quin damus id ſuperis* in ſacrificium, *de magna quod dare lance non poſ*ſit quiſquis auro ſolo & argento, vel Perſicis etiam gazis quã maximè abundat. Quid illud?

Compoſitum ius faſq; animi ſanctoſq; receſſus Ouidius
Mentis, & incoctum generoſo pectus honeſto. Faſt. 2.

Hæc nimirum ea ſunt ſacra quibus omnipotentis Dei numen imprimis placatur. Alter & is quoque non Philoſophus, non Orator, ſed ex leuiſſimorum Poëtarum numero de ſacris Deo perſoluendis agens clamat:

Innocui veniant, procul hinc procul impius eſto: Idem in Epiſt.

Vt qui non dubitaret externa ſacrificia ſine interna mentis pietate & ſanctimonia nihil valere ad Deum propitiandum. Siquidem:

Non bene mactato cæleſtia numina gaudent.

Quod officium exhibere Deo homines ſcelerati, quàm pij ſæpenumero poſſunt facilius & copioſiùs,

Sed quæ præſtanda eſt & ſine teſte, fide.

Quæ virtus eſt hominum tantummodo piorum & fidelium. Sic ipſos Gentiles inſtruebant qui inter eos erant docti: hoc ſciebant qui erant ex ijs ſimplices & indocti. Quod enim vulgaris Comicus ait:

Qui ſi eleſti in animum inducunt ſuum, Plaut in
Iouem ſe placare poſſe omnibus hoſtijs, Rudente.
Et operam & ſumptum perdunt:

Idipſum in pleriſque Gentilibus ab ipſa natura nonnihil prudentia & literis humanioribus exculta ſic impreſſum eſt, vt pauci admodum Romani neſcirent, quod veſtri Euangelici tanquam nouum & prius inauditum ſe excogitaſſe gloriãtur, hoc enim quum Poëtæ laſciui & Comici populares (quos potiſſimum & de induſtria in medium affero) tanquam tritum concionentur, certum eſt pleriſque omnibus doctis & ciuibus innotuiſſe: vt nulla ſit cauſa cur veſtri Theologi de hac tanquã abſcondita Theologia multũ ſeſe efferant. Quid interim Græci? Nihil prorſus in hac materia à Romanis diſſenſerunt, ſed internam animi pietatem ſemper docuerunt cultum eſſe Deo gratiſſimum. *Poſtulamus* (inquiunt) *vt recto & iuſto ore Deum* Plutar de *innocetis, neque in hoſtia examinetis an pura ſit & recta lingua* ſuperſti*interim verò veſtras ipſorũ linguas peruertentes & inquinantes.* tione.

 Rur-

Plato in Alcibiade 2. ſiue de oratione ad Deum. Rurſus. *Non eſt eiuſmodi Deorum natura, vt muneribus ducatur tanquam improbus fœnerator, &c. Indigna enim res eſſet ſi ad munera & ſacrificia noſtra reſpicerent Dij, & non ad animā. ſed ſi quis ſanctus & iuſtus ſit, hoc multò magis reſpiciunt quam ad ſumptuoſas has pompas & ſacrificia, quæ impij tum homines priuati, tum Reſp. poſſunt perficere.* Sic Græci prædicarunt, ſic ſuos inſtituerunt Romani & Itali: & tamen illis temporibus omnia Italiæ Græciæque loca templis, altaribus, & ſacrificijs redundabant. Egregiumque Romanæ ciuitatis lumen Tullius, quo loco pulcherrimè tradit, *dominos eſſe omnium rerum ac moderatores Deos, eosq́; optimè de hominum genere mereri, & qualisq́; ſit, quid agat, quid in ſe admittat, qua mente, qua pietate colat religiones, intueri, piorumq́; & impiorum habere rationem*: Vbi hunc primarum legum omnium fontem conſtituit, *ad diuos caſtè adeunto, pietatem adhibento, qui ſecus faxit, Deus ipſe vindex erit.* Eodem loco has ſanctiſſimas leges ab eo fonte manantes, & ab ipſius naturæ principijs ductas ſancit: *Conſtructa à Patribus delubra habento, certas fruges, certasq́; baccas ſacerdotes publicè libāto certis ſacrificijs ac diebus: ſacerdotes præſint ſacris & cæremonijs: Sanctè vota redduntο: pœna violati iuris eſto*, primamque illam legem Dei colendi ita interpretatur, vt facilè intelligamus non iſta nunc primùm à veſtris Magiſtris tradita, ſed antiquitus non minùs religioſè à Priſcis Gētilibus inculcata. Sic enim ille: *Caſtè iubet lex adire Deos, animo videlicet in quo ſunt omnia: nec tollit caſtimoniam corporis, ſed hoc oportet intelligi: quum multum animus corpori præſtet, obſerueturq́; vt corpora caſta habeantur: multò eſſe in animis id ſeruandum magis.* Quid apud Iudæos? An non varia ſacrificiorum & libaminum genera, non tantùm ſingulis annis & ſingulis menſibus, ſed diebus quoque ſingulis ex diuina præſcriptione offerebantur? Iidem tamen qui ad cultum illū Deo præſtandum ſtudioſiſſimè populū hortabantur, nec ipſi ignorabant, & inculcabant populo, *obedientiam eſſe meliorem victimis*, miſericordiam quàm ſacrificia eſſe Deo gratiorem, & ſine mentis ſanctimonia atq; puritate quiſquis illi externas hoſtias mactaret, non magis probari quàm ſi in lauando latere operam inutilem conſumeret. Nemo certè vnquam fuit vel mediocri de rebus diuinis intelligentia præditus, qui non nouerit iſta externa in Deo colendo habuiſſe locum non primū, ſed ſecundum: fuiſſe autem primo adiuncta, vel quia vtroque (vt dixi) modo, Deus eſt honorandus, qui vtriuſq; in homine partis, & animæ, & corporis eſt conditor; vel quia externa nobis in-

Cic. lib. 2. de legibus.

Ibidem.

Leuit. 16. Heb. 9. 1 Reg 15. v. 22. Oseæ. 6. Eſai. 1.

Digitized by Google

bis incitamento ſunt, vt etiam præſtemus interna; Vel quia ſine externis iſtis, prophanos & Atheos à religioſis & pijs non poſſumus internoſcere, quando niſi per externa ſigna de intrinſeca religione non poſſumus iudicare. Atque hac in re ego ſanè valde miror, quod ad exemplum eius quem redemptorē veſtrum dicitis, non perſpicaciùs attenderitis, qui etſi hanc ſpiritualem legem vobis reliquerit, non tamen ſolis internis pietatis officijs, ſed externa in precibus pernoctatione, externis cæremonijs baptiſmi & cœnæ, externis miraculis, & quod caput eſt, non ſolùm interna ſui ipſius ad mortem deuotione, non tantùm interno quo maximè flagrabat zelo, ſed (vt vos ſaltem putatis) externo corporis ſui in cruce immolati ſacrificio, illa (inquam) externa obedientia, & religionem ſuam cōmendauit, & patrem ſuum placauit, mundumq; redemit vniuerſum. Quòd verò ais improbari à te vota & ſacrificia, adeoq́ue regulam meam eſſe Lesbiam, religioni metiendæ incommodam, vel ex hoc vno incipit iam eluceſcere quā ſit religio veſtra mutila & contaminata; vtq́ue ea vos etiam naturam communem corruperitis. Perluſtres enim animo & cogitatione omnes nationes quarum fuit vnquam nomen propter aliquam virtutis præſtantiam in mundo celebre & glorioſum; comperies ſemper in vſu fuiſſe vt ſacrificia, ſic quoque & vota, quibus inter cęteras religionis actiones diuinam ſibi maieſtatem honorandam propoſuerint. Si te verteris ad primam naſcētis Eccleſiæ originem, habes Patriarchas Iacobum, Abrahamum vota Deo nuncupātes. Si ad ætatem Moſis, habes Nazareos, habes expreſſam Dei legē hoc ſemel atq; iterū repetētem. Si ad Græcorum Reſpub. Illic optimi Legumlatores Philoſophique præſtantiſſimi tradunt, *morem fuiſſe ſemper omnibus periclitantibus & egentibus quacunq; tandem re quis indigeret, & cōtra in proſpero aliquo rerum ſucceſſu dijs aliquid conſecrare, & victimas vouere, & ſtatuas polliceri, & altaria atq; templa ædificare.* Sin ad Romanorum hiſtoriam; nihil occurrit frequentius. Fuit dux aliquis cum ſuo exercitu in magno periculo vnde humana ope deſperabat euadere, ad opem diuinam confugiebat, & templa atque delubra Ioui feretrio, Imperatori, victori, conſeruatori, Statori, Capitolino, Marti, Apollini, Iunoni, vouebat: Iactabatur alius tempeſtatibus marinis vnde naufragium extimeſceret, vota nuncupabat Deo, & in templis anathemata ſuſpendebat tabulaſq; votiuas ſuæ liberationis indices. In prælijs pro victoria, in morbis pro ſanitate, in rebus aduerſis pro fortuna proſpera, mariti pro liberis, A-

Gen. 28. Nu 6. Plato de legib. Dia og. 10. in fine. Liuius l b. 1. 6. 7. 10. Cornel. Tacitus. lib. 3. Cicero de natura Deorum. Dion Rom. hiſto. l. 41. Cicero de Aruſp. reſpon.

ris, Agricolæ pro frugum vbertate, Imperatores pro exercitu, Reſpub. pro Imperatore vota faciebat, ad quæ ſanctè reddenda lex omnes cui ita vouerant ſeueriſſimè alligabat. Denique vt pulcherrimè ſcribit eloquentiæ Romanæ pater: *Hoc vetuſtas, hoc Perſæ, hoc Syri, hoc Reges omnes qui Europam Aſiamque tenuerunt ſemper ſumma religione coluerunt, hoc maiores noſtri tam ſanctum duxerunt, vt cum refertam vrbem atque Italiā fanorum haberemus, tamen noſtri Imperatores in maximis atque periculoſiſſimis bellis vota Dijs facerent, eaq; ad templorum aras perſoluerent.* Quid eſt enim humanæ naturæ conuenientius, quàm imbecillitati ſuę diffidentem diuinum ſubſidium petere? Aut quid rationi magis congruit, quam propter extraordinaria beneficia à Deo percepta, ſeipſum voto tanquam ſanctiſſima promiſſione ad Deum vehementiùs quàm antea colendum aſtringere? aut quid ſceleratiùs quam voto talia deliberatè omiſſa pro libidine reſcindere, quum eum qui fidem homini datam violet, nec promiſſum ſuum exoluit, vt Pœnū, fœdifragum, & ſocietate cōmuni indignum cenſeamus. Philoſophus Ethnicus, nec is valde religionis ſtudioſus, ea Philoſophorum vota ſibi probata ſcribit, *quibus per annum pollicebantur ſe velle à re venerea & vino abſtinere Deumq; continentia ſua venerari.* Quod ſi quis per multos annos totumq; adeo vitæ ſuæ curriculum, hoc idem præſtandum ſuſceperit, vt ita à terrenis voluptatibus ſegregatus, purius & liberius poſſit rerum diuinarum contemplationi vacare; ecquis niſi barbarus & immanis poterit hanc pietatem, quia voto firmata eſt reprehendere? aut eum qui vota ſua tranſgreſſus fuerit tāquam hominem perditum & deploratum non exhorreſcere? Sic nimirum nos docuerunt Romani, quorum Veſtales virginitatem ſuam diuinis cæremonijs cōſecrantes, ſi quando fuiſſent ſcortatæ (quod rariſſimè, vix poſt aliquot annorum centenarias ab vrbe condita accidit) illud Romani vt portentum aliquod accipiebant, perinde ac ſi cœlū arſiſſet, aut lapides pluiſſet, aut flumina manaſſent ſanguine, aut puer biceps natus, aut mulier in virum fuiſſet transformata: quique flagitium illud admiſerant, viri flagellis ad mortem vſque cæſi, fœminæ viuæ in terram defoſſæ, inuſitato & valde formidabili mortis genere perierunt, & ille annus in quo tale quid acciderat, infauſtus habebatur, vrbſq; tota tanquam ſcelere infando polluta varijs ſacrificiorum generibus expiabatur. Iidem Ethnici Romanæ hiſtoriæ authores, quum Neronem prodigium illud naturæ, omnibus ſcelerum maculis inuſtum fuiſſe docere

Plutarch. de ira cohibenda.

Liuius de cad. 3. l. 2. & decad. 1. lib. 8.

Plutarch. in Numa.

Digitized by Google

cere volunt, inter abominanda eius flagitia hæc duo memorant, quod & cum matre Agrippina concubuerit, & Veſtalem virginem Rubriam inceſtè conſtuprarit. Quod ſi iſta vt Ethnicorum tãquam leuiora contemnis, illud ſaltem recordari debes, quod in Eccleſia veſtra antiquiſſima, temporibus Apoſtolicis, & Apoſtolorum proximis, vota huiuſmodi apud primos Chriſtianos erant frequentiſſima. Sic enim ſcribit de illis vir quidam apud vos valdè celebris: *Fateor ab vltima memoria hoc fuiſſe obſeruatum, vt ſe alligarent continentiæ voto qui totos ſe Domino dicare vellent, fateor certè antiquitus receptiſſimum fuiſſe hunc morem.* Et alter non minùs ferè inſignis. *Erant apud Chriſtianos ætate Clementis Alexandrini* (qui proximè Apoſtolorum ſæculo ſucceſſit) *profeſſiones caſtitatis, & vota fateor, nec ero difficilis.* Proximis verò ætatibus, Monachorum, eremitarum, & Virginum copioſi cætus, per omnes Chriſtiani orbis prouincias erant diſperſi, eoſque mirificis laudib. efferebant præcipui Doctores, Baſilius, Nazianzenus, Chryſoſtomus, Ambroſius, Hieronymus, Auguſtinus, vt multis in locis annotarunt Magdeburgenſes Hiſtorici; eoſque vulgus Chriſtianorum, *non aliter quàm Angelos admirabantur*, vt ait Beza. Quod ſi qui poſt iſtiuſmodi caſtitatis vota nuberent, eos damnauit vt adulteros. Baſilius damnauit, Auguſtinus, damnarunt pluſquam ducenti ſimul Epiſcopi in Concil. Africano, & damnatos pronunciant ex Apoſtolor. 1. Timoth. quint. verſicul. vndecim. æternam damnationem iuxta hos interpretes comminante omnibus, qui hanc voti Deo nuncupati *fidem irritam* faciunt. Iſta enim quum apud vos eſſem, in noſtris illis Doctoribus, Caluino, Martyre, Illyrico & reliquis legi & obſeruaui, ipſos autem antiquos Patres legere neque vacabat, neque ſanè multum cupiebam. Nam de noſtræ religionis monachis quos plurimos in ſyluis & montibus degentes rara patientiæ, fortitudinis, continentiæ, & paupertatis exempla per Iudæam, Syriam, & totam Aſiam minorem ſæpenumero vidiſti; ſuperfluum eſt admonere. Quoniam autem vos magna ex parte noſtrarum rerum non ſatis intelligentes, eos homines impuros & ſuperſtitioſos arbitramini, breuiter annotabo, quid de illis ſcriptores quidam Chriſtiani annotarunt: *Habent* (inquiunt iſti) *Turcæ religioſos multos externo habitu differentes. Quidam incedunt nudi operientes verenda tantum, tam magnam præ ſe ferentes patientiam vt quaſi impaſſibiles, nec hyemis frigora, nec æſtatis calores ſentiant.*

Suetonius in Nerone num. 28.

Calu. l. 4. Inſtit. cap. 13. § 7. Martyr de votis pag. 490. Cent. 4. ca. 4. & Centur. 5. cap. 4. Beza in præfatio. Noui Teſtamen. Principi Condenſi. dicat. Centuria 4. cap. 4. pag. 301. & cap. 9. pag. 879. Centur. 5. cap 4. pa. 519. Cuſpinianus de religione Turcarum. Septem Caſtrenſis de moribus. & religione Turc. cap. 14.

Chriſtoph. Rickerius de Turcarum moribus lib. 1. Vide Religioſorum Turciæ deſcriptiones in Nicolao Nicolai. Des peregrinationis Orientales lib. 3. ca. 15. 16. 17. 18. 19. Septem Caſtren vbi ſupra. Gilb. Genebrar. An. 1444.

ſentiant. Alij paupertatem profeſſi, nihil de rebus terrenis cogitant, nec in craſtinum aliquid reſeruant. Alij perpetuum ſilentium tenent, nullam cum hominibus conuerſationem habentes. Viuunt multi inter homines, pleriq; in nemoribus & ſyluis. Quidam in ciuitatibus aquam baiulant ad bibendum optimam, nihil inde mercedis exſpectantes, ſed hoſpitalitatis officium exhibentes: Habitant aliqui circa ſepulchra mortuorum, & ex oblationibus viuunt. Hæc de monachis noſtris & eorum operibus bonis ſcribunt verè Chriſtiani veſtri: quæ ſi quis improbauerit ille non tantùm igniculos omnib. diuini luminis, ſed ipſum quoque humanitatis ſenſum extinxiſſe videtur, quum perſpicuũ ſit iſtos ſanctiſſimos monachos ſuam curam ſtudiumq; omne conferre, vel ad amorem Dei & cœleſtium rerum meditationem, vel ad vtilitatem hominum & beneficia communib. rebus importanda. quos vel homines, vel hominum actiones, quis ſanæ mentis poterit reprehendere? apud nos certè tanto ſunt in honore, vt meritò *regni totius conſeruatores, & amici Dei, atque Mahumetis vulgo vocentur.* Neque defuerunt quidam ex maximis Imperij huius monarchis qui diuinarum rerum amore incenſi, depoſitis Imperij faſcibus ad horum ſeſe numerum, & viuendi rationem adiunxerunt. Ita enim fecit Amurathes fortiſſimus Imperator ille qui valde in Aſia Europaq;, Imperium Turcicum amplificauit, & memorabili illi prælio Varnenſi ad tres integros dies continuato, & Vladiſlai Regis Hungariæ Poloniæque morte nobilitato interfuit & præfuit. Poſtea enim ex voto reliquit filio Imperium, & cum iſtis ſanctiſſimis monachis rebus diuinis vacauit. Illud autem in his omnibus potes aduertere, vota quæ iſti ſiue Hebræi, ſiue Græci, ſiue Romani, ſiue Chriſtiani, ſiue Turcæ fecerunt, fuiſſe liberè & voluntariè facta, hoc eſt fuiſſe propriè vota, nõ autem neceſſariò ſuſcepta, vt vos de illis quæ in baptiſmo pollicemini creditis, quæ niſi præſtetis omnem vobis cœleſtis regni adeundi ſpem eſſe ademptam fatemini; ideoq; huiuſmodi obligationem impropriè votum nũcupatis. Iſti autem quos enumeraui veteres Patriarchæ Hebræi, Nazareni, & reliqui illi ſiue Chriſtiani, ſiue Gentiles, quum ad Deorum ſuorum cultum ſinguli ſe neceſſitate deuinctos arbitrarentur; nulla tamen neceſſitate ſed libera voluntate ad vota de ædificandis templis, extruendis altaribus, de victu in ſolitudine, de perpetua continẽtia ducebantur. Aliàs enim reliquos omnes dãnaſſent qui eiuſmodi vota nõ nuncupaſſent. Quare qui baptiſmi promiſſionem votum appellatis, & ſi non penitus falsò

loqua-

Digitized by Google

loquamini; fallitis tamen ambiguitate vocis, & rem grauiſſimam atque certiſſimam inducta quadam caligine nimiũ obſcuratis. Quod autem de voto dixi, id multò magis de ſacrificio dictum exiſtima. Magis enim & ad humanæ imbecillitatis, & ad diuinæ potentiæ conteſtationem pertinet immolare ſacrificium quàm nuncupare votum; quanquam & vnum & alterum à prima naſcentis mundi origine ſimul cum vita & ſpiritu à Deo cõditore hominibus impreſſum, & inſitum, deinceps eſt ad omnes terrarum orbis nationes propagatum. Legitur in antiquis Cabaliſtis quod Adam primus erexerit altare & Deo ſacrificauerit; quem *rituales libros ſcripſiſſe* de ſacris & ſacrificijs ex Poſtello memorat Chronologus noſter Ioannes Balæus. ſuperfluum fortaſſe eſt enumerare quod nemini ferè eſt incognitum, ante legem datam Abelem, Noë, Melchiſedech, in lege omnes prophetas, & viros bonos iuxta multiplicem à Deo ipſò pręceptam hoſtiarum varietatem; extra legem Iobum propterea à Deo magnopere cõmendatum, ſacrificaſſe. Neque vero inſiſtam in Gentium omnium, Perſarum, Macedonum, Græcorum, Romanorum ſacrificijs innumeris, libaminibus, hecatombis, ſolitaurilibus victimis, hoſtijs mutis, Argutis, Regalibus, Amburbalibus, & Ambaruali-bus recenſendis, quæ manifeſtum eſt ex eodem naturæ principio fluxiſſe. Omnium inſtar ſit illud Plutarchi hominis non nimium religioſi teſtimonium, qui contra Colotẽ quendam Epicureum, *In legum* (inquit) *inſtitutione quam Colotes laudat, primum eſt & maximum de Dijs opinio. Quamobrem & Licurgus Lacedæmonios, & Numa Romanos, & Ion antiquus Athenienſes, & Deucalio Græcos fere vniuerſos Dijs conſecrauerũt; votis, ſacramentis, vaticinijs, omnibuſq; eos ob ſpem ac metũ Dijs deditos obnoxioſq; reddentes. Et ſi terras obeas, inuenire poſſis Vrbes Muris, Literis, Regibus, domibus, opibus, numiſmate carẽtes, Gymnaſiorũ & Theatrorum neſcias, vrbem verò templis Dijſq; carentem, quæ precibus, iureiurando, oraculo non vtatur, non bonorum cauſa ſacrificet, nõ mala ſacris auertere nitatur, nemo vnquam vidit.* Vnde euidenter perſpicis fidem de Deo votis & ſacrificijs placando fuiſſe ſemper animis hominum inſculptum, & alijs rebus omnibus antiquiorem; vt vix in hominibus numerandi ſint, qui ea maximè naturali hominum perſuaſione ab hominibus omnibus ſeſe ſeparauerint. Quin ipſe etiam Epicurus (vt eſt apud eundem) *ſimulabat ſe adorare, & ſacrificare, & vota facere, metu multitudinis impulſus*; quaſi promiſcua multitudo voluiſſet aliàs ſuis eũ manibus diſcerpere. Si om-

F I Benedict. Somme des pechez. in præfat.
Balæus de ſcriptoribus Britã. part. poſterior. pa. 3.
Gen. 4. & 8. & 14.
Leuiticus
Iob. cap. 1.
Antiquit. Romana. libr. 3. cap. 11.
Plutarch. aduerſus Colotem.
Plutarch. in lib. non poſſe ſuauiter viui ſecundum Epicurum.

Digitized by Google

Si omnes terrarum orbis populos noſtro hoc ſæculo peragraueris, neſcio an vllum reperias ſtupidiorem, quàm qui nuper ab Hiſpanis in quadam occidentalis Americæ parte inuentus eſt, ita in tota vitæ ratione, in nudo & inuerecundo inceſſu, in promiſcuo concubitu, in rerum facillimarum ignoratione, in artium omnium imperitia belluas potius quàm homines repræſentabant, & tamen ſacrificia quanquam cruentiſſima, ſuum ipſorum aliquando ſanguinem ex inciſo pectore, vel latere, vel brachio, vel alia aliqua corporis parte manantem manu hauſtum, Dijs quos ſibi effinxerant, libabant, *proijcientes in cœlum, & templi pauimenta conſpergentes:* & denique ſacrificijs Deos ſuos potiſſimum placari arbitrabantur. Sed quoniam tu ad Chriſtianos magis vti credo, quam vel ad veteres, vel ad nouos Paganos reſpicis: illud quod ipſi in noſtro itinere Hieroſolymis vidimus, cuius certi oculatiq; teſtes fuimus, tibi homini Chriſtiano poterit opinor, ſatisfacere. Recordaris enim, & in tabulas tuas retuliſti, quod ante duos annos Hieroſolymis aſpeximus, vbi quum temporibus quadrageſimæ veſtræ ageremus, confluxerunt ex omnibus populis Chriſtianis ad ea loca plurimi ad honorandam eam quæ ijs temporibus apud vos recolitur feſtiuitatem. Numerauimus autem in ſolemni illa proceſſione quæ *hebdomada* quam vocant *ſancta* initio fiebat ſupra quatuor hominum millia; ex quibus præter te vnus tantum erat ex veſtra Latina Eccleſia Europæus, ſed is ex qua Europæ natione non ſatis memini. SAMVEL. Scio quem dicis, Germanum illum miſerabilem, qui primo vel ſecundo poſt aduentum die à Præfecto caſtri Hieroſolymitani in vincula coniectus eſt. Is enim in itinere inter Barutum & Hieroſolymam ab Arabibus qui longè lateque graſſantur omnibus pecunijs deſpoliatus, quia ſtato tempore non ingrediebatur cum reliquis Chriſtianis *ſanctum* (vt vocatur) *ſepulchrum*, quod nemini Chriſtiano fas eſt intrare qui non prius Imperatoris veſtri exactoribus perſoluerit ordinarium tributum nouem ducatorum; infœlix ille auro argentoque exinanitus, quia pecuniam eam numerare non poterat, & propterea (quod erat conſequens) nec ſepulchrum ingredi, ideoque tum temporis neſcio quas ædificiorum ruinas contemplans à reliquo Chriſtianorum cætu abeſſet; habitus pro exploratore, deductus eſt ad arcis illius Præfectum, & vſque eò in carcere detentus, donec ego corrogatis, vt poteram tot aureis eius liberationem procuraſſem. MICHAEAS. Erant vt dixi in illa Proceſſione pluſquam

Petrus Martyr, de inſulis nuper inuentis. Nouus orbis, pagina 308.

Theuet. lib 6. cap. 9. Brocard. in deſcript. terræ ſanctæ pag. 334. 336.

quam quatuor Chriſtianorum millia. Abyſſini ex Imperio magni Æthiopum Regis (quem veſtri imperitè Presbyterum Ioannem nominant) ad minimum ſexcenti: reliqui Moſcouitæ, Maronitæ, Georgiani, Armenij, Neſtoriani, Iacobitæ, Suriani: multi ex vltimis partibus Africæ, & Indiæ Orientalis, Iauenſes, Burnienſes, Sarienſes, ex Cephala, ex Quinſaij Ciuitate, totius terrarum orbis, vt maximè Orientali, ita maximè opulenta, ſpatioſa, magnifica & mirandis extructionibus maximè inſigni: quæ gentes à tempore quo Mahumetes ſuam legem auſpicatus interiectas prouincias occupauit, nullam habuerunt cum Eccleſia Occidentali communionem aut commercium, ideoq; à Romana ſacrificij ſui ritum non potuerunt ediſcere. Iſti tamen omnes (vt vterque obſeruauimus) quamquam in alijs fidei ſuæ articulis multum diſſentiant, tamen quoad ſacrificium omnes mirifice & inter ſe, & cum reliquis vniuerſis Chriſtiani nominis populis conſpirant. In ſuis enim Eccleſijs quas ſeparatim in terra Iudæa habent fere omnes, idem ſacrificium Deo ſummo exhibent, idque eadem prorſus opinione & fide cum Occidentalis Eccleſiæ Catholicis, in eoque & ſanctos cum Deo regnantes inuocant, & ſuas preces atque ſacrificia animabus defunctorum prodeſſe conſtanter prædicant Id quod item ex ipſorum Liturgijs diligenter perſpectis & conſideratis aſſerit Theodorus Bibliãder, & miſſa Armeniorum ante aliquot annos Cracouiæ in linguam Latinam translata & impreſſa euidẽter docet; quod etiam ex Æthiopum miſſa quæ canon vniuerſalis dicitur perſpicuè conuincitur, atque illud ipſum etiã ex miſſa antiqua Iacobi (vt putatur) Apoſtoli, Baſilij, Seueri, & hodierna Græcorum noſtrorum non minus clarè patet. Licet autem iſtorum fidem quoad particularem ſacrificij materiam & naturam, vt falſam & perabſurdam plurimum abominor; tamen quod ſacrificium Deo debitum eſſe teſtantur, illoque verum eius cultum contineri exiſtimant, hanc ego fidem vt valde piam approbo & commendo, & tot nationum in hoc vno conſenſu ipſius eſſe naturæ communis vocem vniuerſalem exiſtimo. Nam & primos quoque Apoſtolicorum temporum Chriſtianos ſacrificaſſe nemo eſt in libris & hiſtorijs ſcriptorum veſtrorum paulò excercitatior qui ignorat. Caluinus certè probat euidenter ingenueq; fatetur veterem Eccleſiam ipſo ordine ac titu liturgiæ celebrandæ ſpeciem ſacrificij præbuiſſe, *ijſdem fere cæremonijs quæ ſub veteri teſtamento in vſu erant eo excepto, quod panis hoſtia, loco animalis vtebantur*,

Theodor. Bibliander de miſſa papiſtica lib. 3. pag. 103. an. 1548. Bibliothe. ſanctorum patrũ. to. 4 pag 109.

Calu. libello de cœna domini. pag. 9.

Quod

Theodor. Biblian. de S. Trinitate li. 2. pag. 89 Martyr contra Gardiner part. 1. obiect. 156. Caluin. de vera Eccleſiæ reformand. ratione. Item ad Hebr. cap. 7. ver. 9. Illyricus ibidem. Muſc. in locis communibus cap. de miſſa Papiſtica. numero. 2. pag. 721. Caluin. ad Hebr. c. 2. Beza ibid. cap. 2. verſ. 3. Magdeb. centur. 1. lib. 2. c. 4.

Quod item ab omnibus Chriſtianis fieri debuiſſe, fuit antiquitus veterum Hebræorum fides, vti eleganter tradit ille quem modo nominaui Theodorus Bibliander. *Erat* (inquit ille) *apud veteres Hebræos dogma receptiſſimũ, in aduentu Meſſiæ Benedicti ceſſatura eſſe omnia legalia ſacrificia, tantumque celebrandum ſacrificium Thodah gratiarum actionis, laudis & confeſſionis; & illud peragendum, pane & vino, ſicut Melchiſedech Rex Salem, & Sacerdos Dei altiſſimi temporibus Abrahami panem & vinum protulit.* Omnes autem primitiuæ Eccleſiæ ſcriptores ex hoc ſacrificio Melchiſedechi ſuum in pane & vino ſacrificium deduxiſſe, notius eſt quàm vt in eo probando debeam laborem aliquem impendere. Quare & VVolfgangus Muſculus quæſtionem hanc contra Papiſtas tractans, & ab illis poſtulans vt ſuum ſacrificium & ſacerdotium ſolidis argumentis legitimum eſſe doceant, prudenter admodum ita præmonet: *Doceant autem neque ex ſcriptis Patrum, neque ex Concilijs Epiſcoporum, neque ex inueterata conſuetudinis præſcriptione, ſed ex ſacris & Canonicis ſcripturis.* Neque enim ignorauit vir ille, quanquam in Patribus vetuſtis non multum verſatus, ſuæ tamen Eccleſiæ Patrum non imperitus, fuiſſe hanc inueteratam omnium Chriſtianorum conſuetudinem, atque id Doctores ſuos non latuiſſe. Quod autem tu contra hæc omnia obijcis nomen Pauli, eumque dicis iſta vberrimè confutare; multis modis tui obliuiſceris, & inconſtantiam doctrinæ tuæ prodis. Primum enim quod eum *Paulum & primarium Apoſtolum* vocas, eſt contra generalem tuorum opinionẽ qui hoc penitus inficiantur. Deinde quod huius Epiſtolæ authoritate niteris quam tui reijciunt, vt docentem quædam falſa *quæ neque doctrinæ Pauli Apoſtoli, neque aliorum Apoſtolorum, multò minus Chriſti conſentiunt*, quam propterea inter *Apocryphas ſcripturas* numerant, & Apoſtolico ſpiritu indignas; quod tu hac epiſtola vel maximè, tam incredibile paradoxum de auferẽdo penitus ſacrificio aſtruas; quantæ eſt tum inconſtãtiæ, tum inconſiderantiæ. Deinde quod me eius nomine premis, multò magis eſt à ratione alienum, cui nunquam perſuadere poteris hæc fuiſſe ab Apoſtolo, aut omnino ab aliquo viro bono ſcripta; maximè ſi eam habeant ſententiam quam tu ſimulas. Neque enim hoc fuit Apoſtolis à Magiſtro ſuo ſanctiſſimo Propheta mandatum, vt fide noua inuecta, naturæ communis leges ab omnium creatore Deo & Domino ſuo poſitas infringerent. Hoc enim fuiſſet mundum non emendare, ſed corrumpere, non malis ritibus ſublatis meliores ſurrogare,

Digitized by Google

rogare, ſed optima religione extincta Atheiſmum inducere, quod Apoſtatam magis decebat quam Apoſtolum. Quare ſi firmo aliquo argumento hoc quod opinaris me docere poteris à Chriſto omnia ſacrificia fuiſſe exterminata, non ero pertinax, ſin verò ſolum hominis neſcio cuius, nec tibi nec tuis Euangelicis magis quam mihi meiſque Turcis cogniti nomẽ vrges, & contrauenis promiſſo quod ante pepigiſti, & nulla eſt ratio cur ego talibus vmbris commouear; maximè quum negare nõ potes me perſpicuo Dei verbo, ipſo (inquam) Deo per omnium gentium quæ vſpiam terrarum à mundo condito ad hanc ætatem viguerunt mores & facta loquente, contra Apocrypham iſtius hominis vocem ſolida ratione deſtitutum communiri. Et tamen ego vere exiſtimo te, tuoſq; perperam diſputationem iſtius hominis qualiſcunq, fuit, interpretari. Impugnat fortaſſe & aufert ſacrificia omnia expiatoria, qualia fuerunt multa in teſtamento veteri, at quod ſuſtulerit ſacrificia Euchariſtica & gratiarum actionis, quæ ex voto ſæpenumero, nonnunquam ſimpliciter ad gratias Deo ob collata beneficia præſtandas exhibentur, & apud nos ex præſcripto legis Mahumetanæ ſunt in vſu, id vero nunquam mihi perſuadebis, maximè ſi ſcriptor ille fuit ex veteribus primæ Eccleſiæ Chriſtianis, qui omnes etſi Iudæorum ſanguinolentas hoſtias reiecerunt, hoſtiam tamen panis & vini magno conſenſu retinuerunt, vt iam oſtendi, tuiq; magiſtri confitentur. Quare vides Samuel, iſta duo, vota, & ſacrificia, cum veræ religionis natura multò eſſe cõiunctiora, quàm vt à nobis poterunt remoueri; nec vllam aliquando nationem quæ vel ſpeciem alicuius religionis tenuerit; horum alterutro multo minus vtroque caruiſſe. Sed tamen quando nos duo non in ſcholis academicis ad captandam gloriam, nec ad Iudicum tribunalia cũ periculo vitæ & mortis, ſed priuato & familiari colloquio ad ſimplicem veritatem eruẽdam diſputamus, & tu faceſſere vis iſta duo, quibus ſemotis nihil dubitas quin Euangelium tuũ noſtro Alcorano rectè poſſit conferri & anteferri etiam, ego ne ſim tibi moleſtus, hæc duo quamuis cenſeantur inter præcipuas religionis notas, libens omitto. Neque enim (vt ante dixi) te inuitum trahere velim, ſed volentem ducere, atq; idcirco nulla alia tractabo, quàm quæ tu ipſe apta putaueris, & inſtituto noſtro accommodata. SAMVEL. Quod de illa Hieroſolymitana variorum Chriſtianorum multitudine commemoras, etiam tunc nonnihil me afficiebat, & nunc aliquando afficit vehementius. Et tamen quando eos ſchiſmaticos, imò hæreti-

Bartholo Geogr. Peregrin. de Turc. caremonijs. pag. 28

hæreticos eſſe conſidero,& inter ſeſe varijs de rebus admodũ diſcrepantes; minus ſoleo illud ſpectaculum æſtimare. Et ſubinde occurrit animo meo illud Philoſophi dictum. Cui in Samothracia fanum quoddam ingreſſo,quum ſacerdos oſtendiſſet multas tabellas, & anathemata ab ijs dicata, qui è maximis periculis voto Deis facto fuiſſent liberati, hæcque ſuſpendiſſent in templo liberationis ſuæ diuinitus factæ monumenta,ſubridens ille,*atqui* (inquit) *vbi ſunt tabellæ, & donaria eorum qui votis factis nihilominus in mari perierunt?* Quod exemplum vt ante paucos annos, quidam apud nos ſcriptor politus oppoſuit Papiſtæ pro Crucis figura, & vſu multos ſuos Patres,Doctores,Concilia,&c. enumeranti: *Tu* (inquit) *longum texis catalogum eorum Patrum qui Crucem prædicarunt & effinxerunt,at vbinam ſunt illi qui Cruces abiecerunt & comminuerunt?* ita ego eodem modo tibi commodè reſpondere poſſum. Tu enim varias Chriſtianorum ſectas vrges qui ſacrificant, eoque ritu ſe Deum honorare putant; At omittis alios fortaſſis plures qui ſacrificium reſpuunt,& ritum illum in diuini nominis contumeliam potiùs, & opprobrium, quàm honorem & gloriam cedere arbitrantur. MICHAEAS. Dictorium illud Diagorę hominis Athei,& ad negandam Dei prouidentiam illud referentis, quanquam propterea ſempiternæ obliuioni mandare par eſſet; tamen paulò rectiùs ab illo ſcriptore veſtro contra Crucem, quàm à te contra ſacrificium applicari, non difficulter potes aduertere. Crucem enim conſtat nobis Turcis, & Mahumetanis ad vnum omnibus eſſe deteſtabilem; quam nõ minori ferè quam fratres veſtri contentione perfringimus, & non tantum ab oculis hominum, ſed etiam ex memoria remouere cupimus; nos (inquam) qui Chriſtianis nec numero, nec ingenio, nec vlla coporis;vel animi perfectione concedimus. De ſacrificio autem nulla vſpiã eiuſmodi accedit vobis prærogatiua; quod vt nos ex Alcorani inſtituto probamus, ſic omnes vndiquaque Chriſtiani in quacunque orbis terrarum prouincia, abſque vlla varietate amplectuntur. Quod enim tu de Chriſtianis multis illud reſpuentibus diuinas, eſt certè Mathematica potiùs,& imaginaria fictio intellectu ſolo concepta,quàm hiſtorica veritas certas res & perſonas cõprehendens. Ecquid enim legiſti,ecquid inaudiſti de huiuſcemodi Chriſtianis ab ipſo primo exortu Chriſtiani nominis? An vllam prouinciam, vllam inſulam, aut ciuitatem vllam in orbe terræ nominare potes, vbi tale Chriſtianorum genus ſpirat? Chriſtianis quidam

Calfhil. de Cruce contra Martial. artic.5.

Cicero de natura Deorum lib.1.

Digitized by Google

dam qui ſuperiori ſæculo, à noſtris in bello captus 20. annos tranſegit in ſeruitute, & quamuis Turcicis ſacris initiatus accepiſſet circuncisionis Sacramentum, poſtea tamen Apoſtata euadens, ad vos reuerſus eſt, quum plurimas gentes peragraſſet, & ex varijs libris, multorumque ſermonibus collegiſſet omnes Chriſtiani nominis ſectas, (nōdum Zuinglij aut Luthe ri nomē emerſerat) eas omnes ad decem genera reuocat, quæ hoc modo, & his verbis recenſet: *Primum ſunt Latini. Secundum Græci, & iſti quidem ſunt omnibus notiſſimi Tertium deinde ſunt Indi quibus praeeſt Presbyter Ioannes, qui habet ſub ſe 72. Reges. Quartum Iacobitæ in AEgypto & AEthiopia vſque ad Indiam, in regnis pluſquam 40. qui & circumciduntur & baptizantur, ferroq; ignito crucem imprimunt frontibus, in Chriſto agnoſcunt tantum naturam diuinam. Quintum Neſtoriani. Sextum Maronitæ, qui in Libya, & Phœnicia magno numero degunt, vnam tantum in Chriſto voluntatem ponunt, fuerunt aliquando ſub obedientia Romanæ Eccleſiæ, & eorum Patriarcha interfuit Concilio Lateranenſi, ſub Innocentio tertio Septimum Armenij, qui officium Eccleſiæ cantant in lingua vulgari, habentq; primatem cui obediunt, vt nos Pontifici. In Quadrageſima ieiunat cum magna deuotione, nec comedentes carnem, nec bibentes vinum. Octauum Georgiani, ſic dicti à S Georgio, quem habent in prælijs Patronum, qui eſt populus fortis & pulcher, & vicinis ſuis admodum formidoloſus Vtuntur Sacramentis more Græcorum. Clerici coronas habent capitibus, laici quadratas. Quum veniũt ad S Sepulchrum religionis gratia, non ſoluunt tributum, & Hieruſalem ingrediuntur erectis vexillis, quia Saraceni eos timent. Nonum Suriani, dicti à Sur principali ciuitate Syriæ Vtuntur in ſermone vulgari lingua Saracenica, in ſcripturis diuinis, & officijs Miſſæ lingua Græca Decimum ſunt Mozarabes, qui olim multi fuerunt in Africa & Hiſpania, nunc ſunt pauci. Vtuntur in officijs diuinis lingua Latina, & Romanæ Eccleſiæ obediunt, ſed in nonnullis ritibus differũt. Quũ dies diuidatur in viginti quatuor horas illi totidem habent officia, ſiue horas, eaſq; valde prolixas.* Hæc ille. His fortaſſe accenſere poteris extremos illos Orientalis Indiæ populos, Iauenſes & alios, quos in illo notabili conuentu Hieroſolymis aſpeximus, quamquam (vt opinor) in religione à reliquis non multum differat. Diſtinctum tamen ab his omnibus Chriſtianorum genus, videntur eſſe Chriſtiani Taprobanenſes, qui vt ſitu loci non multum diſtant, ita fidei ſimilitudine propè accedunt ad Chriſtianos S. Thomæ in Auſtralibus Aſiæ oris, & Inſulis longè lateque diſper-

Septemcaſt. de moribus & religione Turc. c. 21.

10. Chriſtianorum genera.
1. Latini.
2. Græci.
3. Abyſſini.
4. Iacobitæ.
5. Neſtoriani.
6. Maronitæ.
7. Armenij.
8. Georgiani.
9. Suriani.
10. Mozarabes.

Oſorius hiſtoria Emanuel lib 3.
Theuet. lib 12. c. 2.
Vide nouũ orbem. c. 133. 134. in nauigatio. Aloyſij Cadamuſti.

diſperſis, in hoc tamen ab illis diſiuncti, quod vt non Pontifices Romanos, ita nec Græcos Patriarchas, nec Armenios, Neſtorianos, Maronitas Iacobitas, aut vllos alios vnquam agnouiſſe dicantur, ſed habere ſuos proprios Sacerdotes & Prælatos, eoſq; valdè religioſos. Hi autem vt ad D. Thomam ſuæ religionis originem referunt, ita in eo cū Chriſtianis D. Thomæ optimè conueniunt, quod recepto à D. Thoma ritu perpetua à Patribus ad filios ſucceſſione ſacrificium celebrant. Nam quod altaria ſua pictis Chriſti, Mariæq; Virginis, & Apoſtolorū imaginibus dicuntur exornare, id ego non ad Apoſtolum Thomam, ſed alium aliquem Authorem refero, Sic & iſti cum reliquis quos modo enumeraui omnibus, in eadem de ſacrificio ſententia concordant. Quod quādo negare non potes, (eorum enim maxima ex parte Liturgijs interfuiſti: & habent ſingulæ Sectæ, vel in ipſis Hieroſolymis, vel non longè ab Hieroſolymis, ſua ſeparatim templa & altaria) fruſtra eſt noua Chriſtianorum genera, ſecus ſententia al bi tanquam in Vtopienſi mundo quærere, quando in hoc habitabili eiuſmodi Chriſtianos nullos poteris reperire. Quod vero eorū ſchiſmata, & hæreſes perſtringis, vtinam tam verum eſſet quam tu opinaris, ſed eorum permulti, maximè Iacobitæ, Maronitæ, & qui falsò (vt aliqui putant) vocantur Neſtoriani, magis ſunt cum Romanæ Eccleſiæ Pontificibus coniuncti, quam aut ego, aut tu vellemus Extant quidem publicæ confeſſiones iſtorum, à Romanæ Eccleſiæ fide nihil penitus diſcrepantes: Sed illud vtcumq; ſit, quod ex ſchiſmate, vel ex hæreſibus quoad alia, hac quoq; in re de ſacrificio eorū infirmari authoritatem putas, multum falleris, imò contrà maximè confirmatur potius. Hoc enim ſi à primis ſuis Apoſtolis nō habuiſſent, ſed ipſi poſtea ſinguli in ſuis domi, pagis, & vrbibus commenti fuiſſent; nec poſſibile quidem erat, vt ſinguli à ſuo priuato ſpiritu ducti, in tam diſiunctis mundi partibus in vnam; eandemque ſententiam errando conuenirent; certiſſimumque eſt eos hic quoq;, vt in alijs priuatis articulis, hæreſibuſq; in diuerſas, & contrarias ſententias fuiſſe abituros.

Vide Bibliothecā ſanctorum Patrum Tom. 5. pag. 879. Tom. 1. pag. 493. & Genebrard. in Chronol. lib. 4. pag. 449. anno 1552. Tertullia. de præſcript.

ARGVMENTVM
CAPITIS NONI.

Samuel vt poteſt, carpit Michaæ diſtributionem de varijs Chriſtianorum generibus, & dubitationem mouet de eorū quibuſdam

dam, vel omnino non ſacrificantibus, vel ſaltem Romanæ Ecleſiæ fide ſacrificio nequaquam præditis: & deniq; ait, iſta hactenus diſputata omnia non eſſe magni momenti, ad quæſtionis hic tractatæ ſummã. Reſpondens autem Michæas, probat Chriſtianos illos, de quibus Samuel dubitabat, ſacrificio fuiſſe vſos, & eos reliquoſq; omnes etiam Romanam de ſacrificij natura fidem tenuiſſe; & ad extremum iſta capita hactenus tractata plurimum valere, ad religionem Turcicam Euangelicæ præferendam.

CAPVT NONVM.

SAMVEL.

PROBABILE quidem eſt quod colligis, & tamen aliqua ponis, quæ mihi non ſunt adeò exploratè cognita. Nam nec iſtam tam multiplicem Chriſtianorum differentiam, quos tu ad decem genera tanquam totidem ſuprema Ariſtoteles prędicamenta reuocas, ſatis concipio; quin potiùs horum pleroſque nationum, potiùs & regionum, regumque diuerſis imperijs, quàm fidei & religionis diſpari profeſſione diſiunctos & ſeparatos exiſtimo: & illos extremos, quos tu cum Authore tuo Mozarabes vocas, non modo Hieroſolymis non vidiſſe, ſed nec illud nomen arbitror me vnquam antea vel auditione accepiſſe ideoque quid de hac quæſtione ſentiant, multò minus noui, & fortaſſe poterunt meæ contra te, reliquoſque illos ſententiæ patrocinari, pręſertim ſi ſint tam antiqui, quam tu innuis. Neque tamen ſi omnes ſacrificare verum ſit, ſtatim quoque ſequitur, eos carnale Corporis Chriſti ſacrificium, iuxta noſtrorum in Europa Romanorum opinionem credere, fieri enim poteſt, vt eorum nonnulli veteri Hebræorum more, panem & vinum Deo in Euchariſticum ſacrificium offerant: atque ita neque nos ſacrificia in nouo Teſtamento omnino reijcimus: *Iuel. contra Hard. art. 17.* quin & noſtra quoque Communio ſatis cõmodè iuxta phraſim quandam loquendi ſacrificium Euchariſticum, vel gratiarum actionis dici poteſt. Cæterùm vt hoc quoque tibi largiar, & reliqua etiam de quibus hactenus ſumus loquuti, perexigui momenti ſunt omnia ad ſummam cauſæ obtinẽdam, & quaſi arcem ipſam expugnandam, contra quàm machinæ tuæ diriguntur. Quemadmodum enim in bellicis rebus, vbi de pri-

maria aliqua ciuitate occupanda agitur, ex qua totius regionis conſeruatio pendet, eſt potius laborioſum, & hominibus imperitis terribile, quàm reuera fructuoſum, aut veteranis militibus moleſtum, quòd hoſtis turres aliquas multorum miliarium interuallo remotas capiat, quũ nihilominus arx belli integri permaneat, ſuis foſſis, muris & propugnaculis appri-mè communita. Neque verò Imperator veſter Solymannus, quum ante aliquot annos in extremis Calabriæ finibus Caſtrum oppidum obtinuiſſet, propterea magnum terrorem attulit vrbi Neapolitanæ; pauloque poſt rurſus, & ex Caſtro, & ex toto regno profligatus eſt: Non aliter ad religionem Euangelicam conuincendam, parum admodum proficiunt iſta leuiora, quæ amitti poſſunt, ita vt interim arx Euangelij ipſa, nimirum fides de Saluatore noſtro Chriſto nihil ſentiat detrimenti. Ea autem quamdiu nobis inuiolata relinquitur, alia quæcunq; magnopere non curamus. MICHAEAS. Siquidem Euangelium veſtrum, ſola particulari fide de Chriſto Saluatore ita definiatur, vt nihil compræhendat præterea, aliquid eſt quod dicis: ſin verò, religio Euangelij veſtri ita ſit ordinata (quod de religionibus omnibus, quæcunque à mundo condito extiterunt, iudico) vt præter principale illud caput, tanquam fundamentum & baſim; alios habeat articulos, tanquam partes illi fundamento inædificatas, quales ſunt apud vos prædeſtinatio, negatio liberi arbitrij, ſola fides iuſtificans, aqua Baptiſmi, panis Cœnæ, & alia; tum ſanè ſequitur, ipſam quoq; arcem Euangelij veſtri aliqua ex parte labefieri, quando iſti articuli refelluntur. Quumque ea, quæ hactenus diſputata ſunt, cum quauis religione, tuaq; etiam Euangelica ſi religionis nomen meretur, nõ minus neceſſariò cohæreant, quàm iſta iam narrata; efficitur ijs detractis, religionem veſtram mancam relinqui, & quibuſdam ſuis partibus mutilatam. Quare ſi rem probè conſideras, non ſunt iſta tanquam turres ab vrbe regia quæ expugnanda eſt, multorum milliariũ ſpatio ſeparatæ; ſed potiùs vicina propugnacula ciuitatis toti⁹ ſaluti maximè neceſſaria. Vel vt magis aptè, & exactè iuxta tuam hypotypoſim loquar, ſi fingis Euãgelium veſtrum tanquam vrbem quandam duplici foſſa valloq; circundatam, primam eamq; expugnatu difficiliorem iam dudum occupauimus, vt ad ſecundam obtinendam vrbemq; ipſam ſubiugandam, non multum deinceps laboris requiratur. Id quod apparebit clarius, ſi breuiter recollegeris, quæ hactenus particulatim concluſa & conceſſa ſunt. Quanquam prius eximendum

Iouius hiſt. lib. 36.

cenſeo

cenſeo paucis ſcrupulũ, quem de iſtis tot Chriſtianorũ generibus, Mozarabumq; nomine & fide propoſuiſti. Ego quidẽ de Chriſtianis, vtrũ in hæc genera, nec plura, nec pauciora; exactè & dialecticè diſtribuantur, nolim tecũ litigare. Sequor veſtrum Chriſtianorum in loquendo conſuetudinem. Et fieri quidem poteſt, vt iſtorum nonnulli ab alijs (vt tu dicis) non tam fidei quàm rituum, & cæremoniarum regionumq; diſcrimine diſterminẽtur. Id quod de Græcis & Georgianis, Sunaniſq;, de Neſtorianis, Armenis & Latinis, noſtra ſaltem tempeſtate multi putant. Memini quidem in Concilio Florentino factam eſſe Latinorum, & Armenorum coniunctionem, quam etiam Neſtoriani recentiore memoria, Concilij nimirum Tridentini tempore cum iiſdem Latinis inierunt. Noui quoque ab alijs inter Chriſtianorum varietates recenſeri Nubianos, qui tamen in aliqua parte Africæ, & ſub Prete-Iannes imperio continentur. Neque verò negauerim apud alios ſcriptores, alia poſſe occurrere, vel iſtarum ſectarum nomina, vel fortaſſis etiam aliã aliquam ab his omnibus diſtinctam Chriſtianorum ſectam. Cæterùm id vtcunq; ſit, nihil obeſt propoſito meo, qui id vnum intendo, & ex his id ſolum concludere volo, Chriſtianos ſiuę decem his generibus diſtinguãtur, quo modo iſte quem hic cito ſcriptor Chriſtianus eos partitur; ſiue in octo, vel nouem, vel etiam quinq;, vel ſex formas tribuere velis, quæ poteſt eſſe aliorum non improbabilis opinio, eos oẽs, ſiue plures, ſiue pauciores, aliquo externo ſacrificio, Dei quem agnoſcũt colere. Quod vero Hieroſolymis Mozarabes videris, ego nequaquã dico, neq; ſanè eorum aliquẽ tum temporis Hieroſolymis adfuiſſe arbitror. Nec enim nos tã curioſè, & minutè de ſingulis inquirẽtes magis effugiſſent, quã reliqui fide, moribuſq; nõ magis inſignes, & antiquitate min⁹ notabiles. Sunt enim iſti veteres Chriſtiani in Africa, Hiſpaniaq;, qui quod Arabibus illic dominãtibus, poſteaq; in Hiſpanias tranſgreſſis, & ibi regnum ſuũ conſtituẽtibus ſemper admiſti fidẽ Chriſtianã retinebant, & in ſacris etiam peragendis, quędã ex Arabica lingua admiſcebant, propterea Mozarabes, hoc eſt, ſemi-Arabes, vel miſti Arabibus vocabantur. Liturgia autẽ eorum, Hiſpanię Africęq; Chriſtianis in vſu fuit à Leandro Archiepiſcopo, qui antę annos millę Hiſpalenſem Eccleſiam rexit, vſq; ad Alfonſum ſextum Hiſpaniæ Regẽ, qui Toletum Arabibus eripiẽs, authoritate Pontificis Romani, Chriſtianos illos noluit deinceps aſſueſcere priori Hiſpanorũ Liturgię, ſed ea ſenſim ſuppreſſa, cõmunẽ Romanorũ Miſſam eius loco, in pleraſq;

Concilium Florentinum.

Surius.

Pier Ia... lor... gu... tu.

Vaſeus in Chronico Hiſpan. anno 717. pag 461. 462.

Genebrar. in Chronolog. li. 3. pag. 280.

Cel. Aug. Curio hiſtoria Sa...

racenica. libro 1. fol 43. An. 570. An. 1080. Bibliotheca ſanctorum Patrum. Tom. 4. pag 108.

pleraſque omnes Hiſpaniæ Eccleſias inuexit. Quanquam ad hodiernam vſque diem, in quibuſdam Toleti Eccleſijs, vetuſtior illa vſurpetur. Quæ quoad ſacrificium, niſi quod multò eſt ſuperſtitioſior, & plurib. cæremonijs impedita, nihil prorſus à Romana Miſſa differt. Nam & Sanctos inuocat, & orat pro defunctis, & Hoſtiam nō Romano more ſemel, ſed bis eleuat, & in Hoſtiæ eleuatione vſitatum eſt eorum permultis dicere, *Videte in quem creditis*. Quod nimis perſpicuè confirmat Papiſticum errorē, de reali Chriſti præſentia. Quare noli cogitare Mozarabes, hoc eſt, veteres Hiſpanos ſacrificio caruiſſe, qui olim non minus quàm hodie, videntur ei fuiſſe addictiſſimi. Quod verò obijcies de re ſubiecta ſacrificia, etſi ego eam non admodum curo (neq; enim ad hanc quæſtionē pertinet) tamen in ea quoq; non mediocriter erras. Nam vt plereque horum hominum ſectæ, potiſſimū quæ in Imperio noſtro ſunt, vel in Aſiæ partibus Imperio noſtro vicinis, (quales ſunt Georgiani & Moſchouitæ) Græcæ Eccleſiæ ritus ſequuntur; ita Græcæ quoque Eccleſiæ fide ſacrificio ſunt imbutæ. Que quum quotidiana praxi eorū, qui tum in ampliſſimo Imperij ſunt tractu, tum in varijs aliorum Principum ditionibus, in Italia, Venetijs, alibique degunt, cuique docto eſt notiſſima, nolo in ea explicanda immorari. Africani autem quid ſentiant, & ex communibus hiſtorijs, & ex Miſſa Æthiopū, quæ in remotiſſimis Africæ regionibus quotidiano Chriſtianorum vſu teritur, & quam *vniuerſalem Canonem dicunt*, facilè poteſt perſpici. Sic enim illi precantur: *Princeps noſter Ieſu Chriſte, bonitatē tuam humiliter imploramus, vt faciem tuā ſuper hunc panem, & hunc calicem in hoc altari oſtendas. Benedic † ſanctifica † munda †, & transfer panem hunc in Carnem tuam immaculatam, & vinum hoc in Sanguinem tuum pretioſum. Fiat ſacrificium ardens & acceptabile, medela & ſalus animæ, & corpori, quia tu es Rex noſter, &c.* Mox quum ad conſecrationem Sacramenti, vt Latini, vel ſanctificationem, vt Græci vocāt, acceditur, iuxta errorem de Chriſto crucifixo, Chriſtianis pleriſq; omnib. communem; ita Sacerdos de Chriſto loquens, & populus Sacerdoti aſſentiens deſcribitur: *Chriſtus qua nocte traditus eſt, accepit panem in ſanctas & immaculatas manus ſuas, inſpexit in cælum ad te Deum Patrem ſuum, gratias egit, benedixit, & ſanctificauit, & dedit diſcipulis ſuis, dicens: Accedite & comedite ex eo omnes: Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur in remiſſionem peccatorum. Amen Populus dicit, Amen. Amen, Amen, Credimus & confidimus, & laudamus*

Vide Cenſuram Oriental. Eccleſiæ, cap. 13. Franciſc. Aluarez in hiſtor. Aethiopū cap. 95. Bel-foreſt Coſmogr. vniuerſ. libr. 6. cap. 23. Liturgia Æthiopū in Bibliotheca ſanctorum Patrum. Tom. 4.

mus

mus te ô Domine Deus noſter, hoc verè corpus tuũ eſt, &c. Deinde poſt conſecrationẽ Calicis (mihi enim permoleſtũ eſt, hęc fusè lateq; repetere) ad verbum Sacerdotis pronunciantis Calicem eſſe ſanguinem qui effundendus erat pro redemptione multorum, populus ſimiliter reſpondet, *Credimus, & confidimus, & laudamus te ô Domine Deus noſter, hic verè tuus ſanguis eſt.* Deinde ad excludendas omnes veſtras figuras, tropos, & Symbolicas phraſes, Sacerdos poſtea eleuans Sacramentum, dicit alta voce ter: *Domine Ieſu Chriſte miſerere noſtri,* eademque deinceps verba populus repetit. Moxq; Sacerdos proſequitur, *Hoc eſt corpus ſanctum, honoratum & vitale domini. & Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti, quod datum eſt in remiſſionem peccatorum, & ad vitam æternam conſequendam, verè ſumentibus ipſum Amen Hic eſt ſanguis Domini, & Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti ſanctus, honoratus, & viuificans, qui datus eſt in remiſſionem peccatorũ, &c. Verè hoc eſt corpus, & hic eſt ſanguis Emmanuel Dei noſtri Amen. Credo, credo, credo, ex nunc & vſq; in ſæculum, Amen. Hoc eſt corpus, & hic eſt ſanguis Domini & Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti, quod & quem aſſumpſit ex domina noſtra ſancta & immaculata virgine Maria, & vniuit cum diuinitate, &c.* Et ad extremum diſceſſurus ex Eccleſia populus, hac gratiarum actione concludit omnia: *Gloria ſit Domino, qui dedit nobis Corpus ſuum ſanctum, & pretioſum ſanguinem. Gloria ſit Diuæ Mariæ, quæ eſt gloria noſtra, & quæ parturijt nobis hoc ſacrificium.* Et quòd Chriſtiani illi D. Thomæ, & quicunque in extremo Oriente, & remotiſſimis Auſtralis Oceani inſulis habitant, nihil prorſus ab his opinionibus diſſentiant, facilè animaduertere potes ex omnibus Hiſtoricis, qui illorum faciunt mentionem. Vtinam verò & quoad hæc & alia etiam, & iſti à reliquis Chriſtianis, & reliqui omnes à ſe inuicem non minus eſſent diuiſi, quàm noſtra Græcorum Eccleſia à Romana quoad Pontificis primatum diſſidet, nõ mediocre ex eo emolumẽtum & Imperium, & religio Mahumetana caperet. Sed quoniam hoc eſt à diſputatione mea alienum, qui non particulare Chriſtianorum ſacrificium inquiro, nec quemadmodum illi inter ſe conueniant, laboro; ſed generale tantùm, verè tamen, non fallaciter, propriè, non metaphoricè, ipſa re, & germana rei natura, non verborum præſtigijs, & amphibolijs dictum ſacrificium vrgeo, & illud in quo Chriſtiani cum Mahumetanis, cum Paganis, cum Hebræis & omnibus nationibus conſentiunt, examino; idcirco hanc opinionem Chriſtianorum priuatam mittentes, redeamus ad

Theuet. Oſorius. Nouus orbis, c. Belforeſt.

contuenda illa, quæ hactenus inter nos tractata fuère, & quæ tu gloriaris eſſe leuiora, quàm vt quicquam religionis veſtræ
I. perfectioni officiant. Primum illud, quod ego ipſum Alcorani noſtri fundamentum ſtatuo; ruinam nimirum Eccleſię Chriſtianæ, & Apoſtolicę ante annos mille, temporibus Mahumetis, vel (quod eodem recidit) Gregorij primi Pontificis Romani, ex qua ruina ſurgit ędificatio, vt Alcorani noſtri, ſic Euangelij veſtri, ex quo item fit, vt vtriq; coniunctis animis perſequamur Eccleſiam Romanam, quæ ab eo tempore in orbe terrarum dominata eſt, deque eius fide radicitus extirpanda
II. collaboremus; hoc mihi totum largiris. Deinde totam Eccleſiam primitiuam, Patres, Doctores, & Concilia quæcunque
Vide poſtea lib. 3. concedis, nihil habere ad ſententiam ferendam authoritatis, niſi quatenus iudicio noſtro, eorum dicta videbuntur cū ver-
III. bo Dei congruere; quod vtrum leue ſit, an non potius adeo ponderoſum, vt cauſam tuam vniuerſam deprimat, poſtea apparebit. Tertiò multas partes Teſtamenti noui vulgò receptas, agnoſcis non eſſe certa Spiritus ſancti oracula, ideoq; nos nulla neceſſitate obligari, vt illis tanquam certis, perſpicuis & indubitatis fidem adiungamus. Quæ tria inſtrumenta ſunt adeo efficacia ad vniuerſam perſuaſionem Chriſtianam funditus euertendam, & confirmandum Alcoranum noſtrum, vt ſi conciſis argumentis mihi eſſet agendum, nihil amplius velim
Vergerius Dialog. 1. de hoſio fol. 10. poſtulare. Clariſſimus quidam apud vos Euangelicus Vergerius, Cardinalis aliquando, Hoſio Epiſcopo Varmienſi diffidia veſtra obijcienti reſpondens: *Speramus* (inquit) *futurum, vt omnia breui componantur: potuimus per Dei gratiam, quod omnium maximum, difficillimum atque impoſſibile videbatur, hoc eſt auellere nos & extricare à tyrannide Paparum, quare nihil metuendum eſt, quin poſſimus deinceps quæ minora ſunt conficere. Iacta enim ſunt bona fundamenta, imò bona pars fabricæ eſt ſuper ædificata.* Quod ſi illud vnum, Pontificem Romanum auerſari maximum ſit in Euangelio veſtro; nec fundamētum tātum, *ſed etiam fabricæ ſuperædificatæ pars bona*, quum vos nō in eo tantum, ſed in alijs quoq; grauiſſimis nobiſcum fraternè conſpiretis, planè conſtat (quod ad honorem veſtrum dico) vos iam nunc plus quàm media ex parte eſſe Mahumetanos. Quare & quod prius dixi contra religionem veſtram, nolim ſic interpreteris, quaſi ſenſerim has ob cauſas religionem eam mutilam eſſe & mancam, quum ex his ſequatur verius, eſſe eam magis perfectam, magiſque numeris ſuis expletam, quum (vt antea præfatus ſum) religionis veſtræ perfectus & abſolu-

Digitized by Google

abſolutus ſtatus ſit Alcoranus noſter,ad quem antequam accedat,rudis eſt & inchoata,ſemperque mouetur,nec vnquam poteſt quieſcere. In reliquis enim quibus à noſtra lege diſſidet, *IIII.*
magnam præ ſe fert imbecillitatem; & quia nulla vſquam vota ad Deum placandum adhibet, quæ apud omnes omnium *V.*
nationum religiones ſemper fuerunt in vſu; & quia nulla ſacrificia probat,quibus Deum Dominum ac creatorem ſuum agnoſcat,qui error eſt in religione quacunq; multò magis intolerabilis: & præterea quia hydræ inſtar fœcunda, plurimas *VI.*
quotidie ſectas ſeſe inuicem hoſtili odio oppugnantes parit, nullum tamen nouit illis tollendis remedium, quod conuincit eam eſſe peſſimè conſtitutam; & nō modo perpetuitatem nullā polliceri,vti ea quæ ſunt diuinitus ab omnipotente Deo ordinata,ſed neq; diuturnitatem aliquam, vt ea quæ ſunt humanitus à viris prudentioribus inuenta. Ex quibus alijſq; per- *VII.*
multis naturæ perpenſis, factum eſt vt principes quidam Euangelij veſtri,tum ſcriptis,tū concionibus propagādi, quemadmodum diuerſis populis & verbo & exemplo præluxerunt, vt à Papiſtica fide ad Euangelicam,tanquam à peſſima ad bonam,à nefaria ad tolerabilem & multis partibus meliorē tranſirent,ſic ijdem præſtantiſſimi Doctores & verbo & exemplo ijſdem populis præiuerunt, vt ab Euangelica ad noſtram Mahumetanam,tanquam à bona ad optimam,à tolerabili ad excellentem, à medio ad terminum quaſi ad vltimum finem & portum quietum progrederentur. Quæ omnia ſi tibi leua videntur,vix cogitare poſſum quæ ſunt appellenda grauia. Rebus quidem iſtis ego tantum tribuo, vt quod ſupra admonui, id ſemper tenebo, inuictiſq; probabo argumentis, vbi illa ad colendum Deum religionis veræ opera, & ad reſecandas lites opportuna tranquillitatis remedia deſunt, ibi vix eſſe veram vllo modo religionem, vix vllam veri nominis Eccleſiam,aut fidelium quorumcumq; cœtum. Quumq; ijdem illi Apoſtolici magiſtri,quorum à fide pontificia ad Euangelicam ductū ſequutus es,vlterius te ab Euangelica ad Mahumetanam progredi hortentur,eoque te & concionibus ſuis vocent,& libris moueant,& pelliceant exemplo,ſanè non video,qua firma ratione diſcipuli Apoſtoli ſui honorem in vno tueri poſſunt, ſi eum vt Apoſtatam deſerant in altero. Qui ſi magiſtros ſuos quando volunt,& quouſq; volunt admittunt,quando autem ipſis videtur,abijciunt & repellunt, non iā illi præceptores ſui argumenta & authoritatem,ſed voluntatis & libidinis ſuę imperium ſequuntur. Olim quidem & Pythagoręi ſuum Pythagoram,

goram, & Academici Platonem, & Peripatetici Ariſtotelem, & inter Chriſtianos ſingulæ nationes ſuos Apoſtolos, Galli Dionyſium & Remigium, Angli noſtri Auguſtinum & Paulinum, Flandri Clementem, Germani Bonifacium, & alij alios ſic admirati ſunt; vt poſt diuina oracula eorum dictis nihil putarent ad quiduis perſuadendum fortius atque neruoſius. Euangelici quoque Lutherani, Zuingliani, Caluiniſtæ ſuos Buzeros, Lutheros, Martyres, Caluinos & alios Euãgeliſtas (inter quos princeps eminet Bernardinus Ochinus) ita ſæpenumero prædicant & extollunt, ac ſi ad flectendos hominum animos eorũ authoritate nihil poſſet eſſe grauius & efficacius. Quare & tu (Samuel) tuique, niſi à communi, omnium nationum fidem aliquam præ ſe ferentium more diſcedatis: & hæc veſtrorum Apoſtolorum in Alcorano tacitè cõmendando exempla monitaq; non ita leuiter debetis pendere; & quæ percenſui generalia religionis apud omnes nationes capita in noſtro Alcorano clarè, in veſtro Euangelio nullo modo elucentia, tanquam valdè magni ad alterum alteri præferendum momenti, plurimum debetis æſtimare.

ARGVMENTVM CAPITIS DECIMI.

Samueli de ſuperiori colloquio cogitanti, & reuoluenti apud ſe, vbinam in eo erratum aliquod commiſerit; & expoſtulanti cũ Ludouico, quòd eũ nullo verbo aut argumento contra Michæã iuuerit: ſilentij ſui rationem reddit Ludouicus, & ſimul oſtendit duos præcipuos errorum omnium in huius diei colloquio fontes, id eſt ruinam Eccleſiæ Catholicæ, quam ille profeſſus eſt cum Michæa & Mahumete, ex quo abſurda ferè omnia hactenus diſputata emanarunt. Eo enim poſito (vti eſt à Proteſtantibus omnibus conceſſum, etſi quidã Eccleſiæ inuiſibilis diſtinctione inuentã, abſurdum illud ſtolidè putant ſe declinaſſe, cuius cõtrarium ex ipſo Alcorano defendi poterat) & quod Antichriſtiana Eccleſia in eius locum ſucceſſerit; de veris ſcriptis Euangelicis & Apoſtolicis nihil omnino cõſtare poteſt; id quod varijs rationibus, experimentis, & aliorum hæreticorum exemplis demonſtratur. Alter præcipuus lateq; patens error eſt, nihil credendum eſſe, quòd non planè perſpicueq; in literis ſacris contineatur: ex quo cõtra altiora & diuiniora Chriſtianæ fidei myſteria permulta etiam hæreſes deducuntur. Quæ duo generalia

neralia errorum capita niſi Samuel reuocare velit, Chriſtianæ fidei cauſam nunquam ſolidè conſtanterq́ue poterit ſuſtinere.

CAPVT DECIMVM.

QVVM iam adueſperaſceret, & de colloquio in proximum diem perſequendo condixiſſent; deducto ad domum ſuam Michæa (erat enim in via ad littus, vnde Samueli ſuoque hoſpiti traijciendum erat ad Peram) digreſſus ab eo Samuel, multa ſecum ruminare, & diſputationis præcedentis ſummam attentiùs reuoluere, & nonnihil commoueri viſus eſt, tandemque, etiam in verba quædam prorupit, quibus ſe ipſum alicuius vel temeritatis, vel inſcientiæ incuſabat, & hoſpitem quoque Ludouicum familiariter reprehendit: ſeipſum quidem, quòd vel inconſideratè nonnihil concedendo, quibuſdam abſurdis contra Euangelij & Eccleſiæ ſuæ honorem ſe implicuiſſet, è quibus ne adhuc quidem videbat honeſtum ſeſe expediendi modum: hoſpitem verò, quòd toto ex tempore præſens, quanquam non mediocri rerum Theologicarum doctrina præditus, nihil tamen pro Chriſtiana cauſa contra Alcoranum dixiſſet, ſed potiùs ſilendo Mahumeticos errores approbaſſet. Scio quidem (inquit) vobis Papiſtis maiorum veſtrorum religionem ſuperſtitiosè nimis amplectentibus odioſum eſſe Euangelium, quod per clariſſimos ſeculi noſtri viros inſtauratum eſt, ſed tamen eo vſque vobis diſplicere, vt hominem infidelem ei inſultare, vt Turcam illud conuellere & refutare, ſuumque ei Alcoranum anteponere permitteres: nec tu homo Chriſtianus vnum interim verbum vel argumentum contra opponeres. Hoc mihi perquam nouum & inſolens videtur. LVDOVICVS. Quòd me non interpoſuerim ſermonibus & argumentis veſtris, non eſt cur mireris, vel moleſtè feras Samuel. Nam & legibus Imperij huius ſeuerè, vt tu noſti, cauetur, ne Chriſtiani, vel Alcoraniſmum improbemus, vel Chriſtianum aliquem (multò magis Turcam) ab eius profeſſione alienemus: quod periculum etiam ſi tu, vel quia peregrinus, & mox hinc diſceſſurus, vel quia familiaris & amicus es iſtius hominis, amicitia illius fretus non verearis, mihi tamen hic habitanti, & fixam ſedem habenti cum coniuge & liberis, & hominis iſtius mores ignoranti alia ratio eſt ineũda. Etſi alioqui ſecurus hac ex parte prorſus eſſem, tamen religionem Anglicanam quia non ita certò noui, etiamſi maximè vellem, non poſſum conſtanter defendere: &

(quod ſummum eſt) ea quæ hactenus à te poſita ſunt atque conceſſa, & ita quidem conceſſa, vt planè non videam, vbi iuxta Magiſtrorum tuorum fidem potueris ea vel negare, vel mutare, vel reſtringere, vel aliqua tolerabili ratione excuſare aut diſſimulare, eiuſmodi ſunt, vt mihi religio ſit ea tueri, ita ſunt ab omni ſpecie Chriſtianę religionis quàm longè abhorrentia. Quale enim illud eſt, quod ante annos mille vel nongentos, funditus collapſam Chriſti Eccleſiam ſtatuiſti, ex quo principio quid non abſurdi, quid non monſtri extruere cuiq; ſectario facillimum eſt? Id enim ſi verum eſt, falſi certè ſunt Prophetæ, omnes falſi Apoſtoli, falſi Euangeliſtæ, falſum Euangelium, quibus omnibus contrarium aſſeritur. Neq; Chriſtus noſter poteſt eſſe verus Teſtamenti noui Meſſias, cuius Eccleſia, quod eſt Meſſiæ, Chriſti, & Dei noſtri corpus, debuit in terra omnibus diebus vſque ad conſummationem mundi non minùs certò viuere, vigere, innoteſcere, & Gẽtes ad Chriſti cognitionem inducere, quàm ipſum corporis huius caput immortale Chriſtus in cœlis viuit & dominatur. Hoc ergo iacto fundamento, id eſt, hoc Chriſtianæ religionis excidio approbato, hoc abſurdorum omnium fonte aperto, ſi vel Turca, vel Perſa ſuos ſibi mutuo infeſtiſſimos Alcoranos erigant, vel Iudæus ſuum Talmud & legem Moſaicam, vel quilibet hæreſiarcha ſuam hæreſim, licet ter & amplius portentoſam, ego ſanè nec mirari, nec impedire probabili ratione potero. Michæa quidem illud aſſumente, ſuccurrebat mihi Caluini & aliorum quorundam effugium, Eccleſiam nõ penitus corruiſſe, vel defeciſſe, ſed factam fuiſſe *inuiſibilem*, ita vt vbinam deliteſceret, nemo mortalium ſciret. Sed hoc quia merum & leuiſſimum nugamentum eſt, à Caluino in anguſtias redacto miſere vſurpatum, & ab eodem alijſque omnibus euidentiſſimè refutatum, nolui tam futile commentum ingerendo, vel vos interturbare, vel diſputationem cũ iactura temporis protrahere. Memini enim quod in Bernardino Ochino, homine apud vos honoratiſſimo legeram: *Conſiderans quemadmodum Chriſtus Eccleſiam ſuam potentia, ſapientia, bonitate ſua fundauerit, extruxerit, ſtabiliuerit ſuoq; & ſanguine lauerit, & ſpiritu dicauerit; eandemq; rurſus funditus euerſam videns, nõ potui ſanè non mirari, ac tanta ruinæ cauſam ſcire cupiens, comperi fuiſſe Papas.* Memini quod Eccleſia veſtra Anglicana in ſua, quam ante multos annos edidit Apologia, cum Ochino præceptore ſuo affirmat eam Chriſti Eccleſiam *iam olim totam corruiſſe.* Memini quemadmodum Euangelici vniuerſè omnes, Lutherani,

Eſa. c.2.3. ca.11.9. ca. 54.3. c.59. 21. cap. 16. 18. & Danieli.cap. 2. g. & c.7 g. Matth.16. 18. Matth. 28.20. Ioannis 14. 17. Epheſior.4.11.

Ochinus in præfat. Dial.26. pag. 282.

Apolog. Eccleſiæ Anglica.ca.3.

rani, Zvvingliani, Caluiniſtæ, Anabaptiſtæ, Trinitarij, &c. definiunt Eccleſiam, nimirum vt ſit cœtus hominum piorũ Euangelij doctrinam profitentium, & rectè vtentium Sacramẽtis; quæ ſi corrũpantur, *certè Eccleſiæ interitus conſequitur, perinde atq; de vita hominis actum eſt iugulo transfixo, vel præcordijs lethaliter ſauciatis.* Memini deinde vos ita ſtatuere, in vno aliquo religionis articulo corrupto ſatis eſſe momenti ad Eccleſiam Chriſti funditus euertendam. Sic.n. pronunciat Caluinus: *Palam eſt conſpicuumq; eruditis ſimul ac indoctis proſtratũ fuiſſe Chriſti regnum, cùm erectus eſt Pontificis Romani principatus.* Et rurſus eodẽ in loco: *Sublata eius* (ſolius fidei iuſtificantis) *cognitione, & Chriſti gloria extincta eſt, & abolita religio, & Eccleſia deſtructa, & ſpes ſalutis penitus euerſa.* Hoc cùm apud vos non dubium ſit, & deinde vos ijdẽ inferatis ab annis mille eoq; amplius, hos de Pontificatu Romano & fide iuſtificante, imò & pleroſq; alios neceſſarios Chriſtianæ fidei articulos fuiſſe horrendũ in modum deprauatos, quin imò addatis (vt eſt in Apologia Eccleſiæ veſtræ) *obturatas fuiſſe oẽs venas aquæ viuæ, ereptam populo Chriſtiano ſacram communionem, verbum Dei, vnde omnis conſolatio petenda erat, verum cultum numinis, rectũ vſum Sacramẽtorum: obturatos fuiſſe oẽs fontes verbi Dei, diuinam lucẽ prorſus extinctam, ſic vt nulla eius ſcintilla ſupereſſet;* atq; ita vixiſſe populum qui vocabatur Chriſtianus, *ſine vlla cõſolatione, ſine luce, ſine Euangelio:* ex iſtis ita præmiſſis nemo ita ſtupidus eſt, quin facilè planeq; deducat, nullam toto eo tempore Eccleſiam Chriſti fuiſſe, quã vos ipſi *funditus euerſam, proſtratam, deſtructam, & prorſus extinctam fuiſſe* verbatim profitemini, & argumentis in veſtra Theologia certiſſimis, omniq; exceptione maioribus conuincitis. Certiſſimum eſt enim ſi veſtra contra Pontificatum, contra iuſtificationem per opera, contra ſeptem Eccleſię Sacramenta, &c. fides ſit *vita Eccleſiæ*, mortuam prorſus fuiſſe Eccleſiam, in qua ſolius fidei nulla ſcintilla viguit, ideoq; figmẽtum illud inuiſibilis Eccleſiæ fuiſſe inuiſibile (vt ita dicam) mendacium, figmentumque vel Chimæris poëticis, vel ideis Platonicis leuius & inanius. Quod ipſum ab illo poſtulatum neceſſario (neq; enim alias quicquam mouere poterat) poſtquam à te conceſſum eſt, iuxta veſtræ Theologiæ nouorumq; magiſtrorum placita, abſurda deinceps conſequentia mihi non magis poſſibile erat repellere, quàm colono facilè eſt obiectu corporis ſui curſum fluminis auertere, quod alter disiectis aggeribus molibuſque quibus in alueo ſuo continebatur, in agrũ eius immiſerat. Atqui

Calui. Inſtitu. li.4. c.2. §.1.2.
Caluin. in reſponſio. ad Sadol. pag.185. Ibid. pag. 176.
Apolog. Eccleſiæ. Anglicæ. F.4.5.7.

qui hic tibi erat tanquam in arce munita conſiſtendū, quòd Eccleſia Chriſti non poſſet euerti, non poſſet deſtrui & deficere, quemadmodum Mahumetes imaginatur, hoc tu non modo tota Chriſtiana Theologia, ſed ipſo quoque Alcorano tibi ſuffragante poteras defendere. Si enim Chriſtus fuit Dei nuncius, ſapientia & verbum Patris, & Meſſias, princepſque promiſſus Iudæis, ipſeque Dei ſpiritus & mens, omniumque Prophetarum præſtantiſſimus, quod eſt in Alcorano ſæpenumero euidenterque poſitum, & à Michæa conceſſum: & deinde nos Chriſtiani manifeſtis teſtimonijs ab iſto *verbo, mente, ſapientia Dei* omnipotentis prolatis, conuincere poſſumus Eccleſiam eius fore in mundo ſempiternam, quod etiam nomen illud & officium Meſſiæ iuxta Propheticas omnes prædictiones luculentiſſimè confirmat: ex hoc efficitur Mahumetem impiè Synagogam ſuam extruxiſſe in ruinis Eccleſiæ Chriſti, quàm ipſe Chriſtus, Meſſias ille, illud verbū, & mens, & ſapientia Patris æterni prænunciauit nunquam ruituram, nec *ipſis portis inferi* (multò minus humanis peccatis, erroribus & viribus) ipſam impugnantibus. Quæ ſi corruerit, ſi euerſa ſit, & diſſipata, non fuit ergo Chriſtus ille Meſſias (quod tamen fatetur Alcoranus) non fuit verbum, non fuit mens, non fuit ſapientia Patris, non fuit verax omnipotentis Dei nuncius, qui falsò Eccleſiam ſuam mox ruituram, aſſeruit & prædixit fore ſempiternam. Si Euangelio Chriſti parere debeo, quod diſertè requirit Mahumetes, qui in Alcorano neminem *perfectè fidelem* aſſerit, qui non *Teſtamenti* (veteris) & *Euangelij* non minus quam *huius libri* (Alcorani) *præceptis paruerit*: quemadmodum ego ab Eccleſiæ Catholicæ obedientia diſcedere potero, cui in Euangelio præceptū eſt, vt ei obediam, niſi Ethnicus & infidelis haberi velim, nec abſque tali obedientia (quam mihi Euangelium, cui Mahumete teſte parere debeo, præſcribit) perfectè fidelem vel ipſius Mahumetis Alcoranus agnoſcat. Hoc nimirum modo mihi refutandus videbatur Michæas: ſed ea refutatio non magis Michæā, quàm Samuelem, dico non magis Alcoranum Mahumetis, quàm Euangelium Caluini & Lutheri perculiſſet, & contraueniſſet ei, quod tu ex communi Magiſtrorum tuorum ſentētia liberaliter dederas, Eccleſiam eam ex Eccleſia Chriſti factam eſſe impiam & Antichriſtianam. Iam verò quòd deinceps ex eo Michæas dubitationem iniecerit de ſcriptis Euangelicis & Apoſtolicis, ne aliquæ eorum partes ab hominibus nefarijs corruptæ ſint, nec adhuc quidem video quemadmodum

Azaor. 2. 4. 5. 11.

Eſai. c. 2. et ca 11. & 59. &c.
Ierem. 31.
Daniel. 2. & 7.
Matt. 16.

Azaor. 12.

Matt. 18.

dum eo ne progrederetur tu cum ratione potueris obſiſtere: ita perſpicuè ex illis ante poſitis elicitur. Si enim Eccleſia ea euaſerit Antichriſtiana, hoſtis Chriſti & Euangelij, ecquis ſana mente præditus crediderit libros Apoſtolorum & Euangeliſtarum Chriſti, libros Chriſtianos Eccleſiæ Chriſtianæ proprios, & illi Eccleſiæ Antichriſtianæ maximè clariſſimeq; aduerſos (ita vos dicitis) ab eadem Eccleſia pluſquam mille annos ſine vlla corruptione, ſine vlla additione, diminutione, mutatione fideliter potuiſſe conſeruari? Hinc in regnis omnibus, verbi gratia, in Galliæ ciuitatibus Parlamentaribus, vt item Londini in Anglia, edicta Principum, reſponſa iudicum certis in archiuis repoſita: ijſdemque cuſtodiendis viri graues iuramentis ſolennibus de diligentia & fidelitate adhibenda aſtricti præficiuntur, & tamen quoties ab hominibus vafris & callidis inſidioſè monumenta talia deprauantur, quoties ſurripiuntur vera, & ſupponuntur falſa? & tu arbitraris homini ſapienti perſuaderi poſſe, hæc ſcripta Apoſtolica ad mille annos relicta in manibus hominum ſcriptis illis infeſtiſſimorū, tot ſeculis remanſiſſe pura & integra? Quin ipſa experientia, ipſa communis rerum praxis cōuincit hoc nimis eſſe improbabile. Circumferuntur paſſim hic inter Turcas exempla Teſtamenti noui, potiſſimum Euangelicæ hiſtoriæ, quin & magna pars Euangelij Chriſtiani in ipſum Alcoranum incluſa eſt: Scripſit (quod omnes fatentur) Euangelium ſuum D. Matthæus Hebraicè, & etiamnum extat Euangelium tale ante paucos annos impreſſum Baſileæ in lingua Hebraica. Iſta tu admittes tanquam genuina Euangeliſtarum ſcripta? Non opinor. Quid ita? quia Turcę religionis veſtræ hoſtes exiſtimātur, & proinde illis de re, veſtram fidem adeo propè & intrinſecus attingente par non eſt credere. Et quanquam de Euangelio quodam à D. Matthæo Hebraicè ſcripto liquet, tamen non perinde liquet de huius quæ in Germania nuper emerſit veritate. Qua enim fidelium & bonorum hominum cōtinuata ſucceſſione à Matthæo Euangeliſta ad vos vſque traducatur, ignoratis. Hæc reſponſio quin iuſta ſit, negari non poteſt. Sed quàm clarum eſt hoc totum eodem tenore, pondere, & iuſtitia transferri poſſe & debere ad ſcripturas eas, quæ tam diu inter Papiſtas non minus abhorrentes ab Euangelio veſtro quàm Mahumetanos, verſatæ ſunt, & quas vos proinde à Mahumetanis non minus ſecurè quàm à Papiſtis accipere poſſetis; Ante annos ferè quadraginta *Viennæ Auſtriacæ primò editum eſt nouum Teſtamentum lingua & charactere Syriaco,* *Ann. 1582.*

opera

Anno 1555. Genebra. in Chronolog. libr. 4. pa. 450. Bibliothe. ſanctorum Patrum. to. 5. pagin. 875. Ibi. p. 879.

opera & liberalitate Imperatoris Ferdinandi qui impetrauit à Patriarcha Antiocheno, vt eius rei gratia ex Aſia Viennã Auſtriæ homo idoneus trãſmitteretur. Miſſuſq; eſt Moyſes Mardenus Meſopotamius, vir ſummæ pietatis & doctrinæ, is qui tribus antea annis eiuſdẽ Patriarchæ Antiocheni legatus Romę apud Pontificem ſummum nomine Patriarchę ſui, ſanam Catholicæ fidei cõfeſſionem edidit, & ſpeciatim de ſacroſancto Trinitatis myſterio, ibidem breuem, ſed egregiam ſcriptam contemplationem, & iam hac de cauſa iterum ad vos ex Syria in Germaniam veniens, præclarè opus illud Imperatoriũ abſoluit & euulgauit. Non multis poſt annis idem Teſtamentum excuſum eſt Geneuæ à Miniſtris Caluinianis, ſed permultis quæ ipſi non probabant, vel quia Geneuenſi Euangelio contraria, vel quia Eccleſiæ Romanæ, illiuſque cum Eccleſijs Orientalibus in fide vnitati ſuffragantia, tam fœdè reſectis atq; immutatis, vt ſi Patriarcha Antiochenus Teſtamentum illud Geneuenſe videret; Teſtamentum Syriacum quale ipſe in Europam miſit, nullo modo agnoſceret, imò diſſimillimum, & planè in aliam ſpeciem transformatum clamaret. Ante hoc tempus Zvvinglius, & Zvvingliani verſiones Teſtamenti varias Latinè, & Germanicè Tiguri curarunt imprimendas, ſed ita vt eas penitus, Latinè Germanicęque corrumperent, & ſuę Sacramentariæ opinioni accommodarent. Contra quos propterea his verbis peracerbè inuehitur, ſuperintẽdens quidam Lutheranus: *Zvvinglius vt ſuam Sacramentariam blaſphemiam probet, ſceleratiſſimè tanquam manifeſtus falſarius & deprauator, verba Filij Dei viui corrumpit. Nec poteſt hoc ſcelus Zvvinglij vllo colore excuſari, res eſt manifeſtiſſima. Nam & Græcus textus, & Latinæ verſiones omnes, & Tigurina quoque verſio anni 42. cũ Luthero vertit, Hoc eſt Corpus meum, pro quo Zvvinglius poſuit. Hoc ſignificat Corpus meum, &c.* De Germanica verò translatione ab ijſdem Zvvinglianis facta, ita ſequitur: *Ego in Saxonia oppido Mundera, anno Domini 60 apud ſcholæ Rectorem Humbertum, vidi exemplar Germanicorum Bibliorum, quæ Tiguri erant impreſſa, vbi non ſine inſigni admiratione, & animi perturbatione verba Filij Dei ad imitationem Zvvinglij ſomniatoris deprauata eſſe deprehendi. Nam in omnibus illis quatuor locis Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. 1. Corinth 11. vbi verba inſtitutionis Teſtamenti Filij Dei recenſentur* (Hoc eſt Corpus meum, hic eſt Sanguis meus) *in hunc modũ Textus erat falſatus, Hoc ſignificat Corpus meum: Hoc ſignificat Sanguinem meum.* Das bedeutet meinen Leib: Das bedeutet mein

Conrad. Schluſſelburgen. de Theolog. Caluiniſtarum. lib. 2. ar. 6. f. 43.

Ibidem. fol. 44.

mein Blut. Non ego hic loquor de corruptione ſenſus in Commentarijs Proteſtantium, maximè Caluiniſtarum vbiq; obuia. Ita.n. certum eſt omnes, & ſingulas penè ſacrarũ literarum ſententiàs eſſe à vobis deprauatas, idque ad defendendos errores planè Mahumeticos, non ſolùm contra Eccleſiã, contra Sacramenta, contra Hierarchiam Eccleſiaſticam, ſed contra ipſam Chriſti perſonam. Vtq; v.g. Lutherus in initio pronunciauit Sacramentarios eſſe Arrianos, ſic eius diſcipuli obſeruarunt, & exemplis clariſſimis demonſtrarent, *Caluini in gratiam Arrianorum recentiorum, pleraq; dicta quibus Patres ex S. Biblijs diuinitatem Ieſu Chriſti aſſeruerunt, & hæreticos refutarunt, exagitare, in dubium vocare & reijcere. Cuius rei exempla inſignia extant in D. Ioannis Matthæi libro, quẽ de cauendo Caluiniſtarum fermẽto publicis typis euulgauit*: quemadmodum etiam permulta loca de Chriſto Deo & homine, eius miraculis, morte & reſurrrectione ab ipſis Apoſtolis, & Euangeliſtis antiquis expoſita, iſte Euangeliſta Geneuenſis detorta eſſe clamat, & Iudaicè prorſus ad Chriſtum non pertinere cõtendit: atque ita dum ſenſum eis affingit alienum ab eo, quem Chriſti Euangeliſtæ & Apoſtoli dederunt, ſine dubio ſcripturas eas impudentiſſimè, & ſceleratiſſimè detorquet. Verùm de hoc corruptionis genere non loquor, ſed de ipſo textu, ipſis ſacrarum literarum partibus, capitibus, ſententijs & verbis mutilatis, truncatis, exciſis aut mutatis, in quo veſtri Chriſtianæ modeſtiæ, & pietatis terminos immodicè tranſgreſſi ſunt. Hoc itaque vos homines Euangelici, qui primitias ſpiritus iactatis, tam breui ſpatio, & cùm vbiq; imminerent vobis aduerſarij, & exemplaria Teſtamenti illius, tùm Syriaci, tum Latini, Germanicique & Græci multis in officinis incorrupta proſtarent, vnde facilè tam prophanæ impietatis coarguere mini, facere auſi eſtis: & homines Antichriſtianos, expertes Spiritus ſancti, in orbe Chriſtiano abſque aduerſarijs ſecurè tot ſæculis dominantes, cùm nulli exploratores in eorum peccata, & corruptelas animaduerterent, omnia ſincera in libro illo reliquiſſe arbitrabimur? Theodorus Beza in ſui Teſtamenti noui editione videtur perdiligenter multa ex omnibus Europæ partibus conquiſiuiſſe exemplaria Græca, vt ex ſingulis ſe ligeret quod cum fide Geneuenſi maximè congrueret, & ex omnibus conſtrueret, emitterque Teſtamentum nouum, verè nouum. Vnde fit, vt alibi cupiat quædam inſeri, in vno Græco Scriptore reperta, quia faciunt contra Papiſtas, alibi putet alia delenda tanquam quæ

per ee-

Luther. Tom. 3. Ienenſi. pag. 297. Conrad. Schluſſelbur. de Theolog. Caluiniſt. libr. 2. pag. 42. Vide exempla ibi. fol. 38. 39. 40. 41.

Beza an- per errorem ex margine in textum irrepſerint, quia faciunt
notat. in pro Papiſtis, & huius generis ſunt varia exempla. Vnum verſi-
Teſtamēt. culum in ſexto cap. Ioannis ipſe ſua authoritate reijcit: neque
ad Timot. tamen ſine ratione, quæ mihi tibique Samuel multum notan-
1.c.4.v.1. da eſt, *In vno* (inquit) *codice vetuſto mirum quiddam deprehen-*
Ibi anno- *dimus. Nam poſt finem verſiculi quinquageſimi ſexti hæc aſcri-*
tat. in Ioā. *pta erant:* Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ λάβητε τὸ σῶμα τοῦ υἱ-
ca.6.v.53. οῦ τοῦ ἀνθρώπου, ὡς τὸν ἄρτον τῆς ζωῆς, οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν αὐτῷ. *Amen,
Amen dico vobis, niſi acceperitis Corpus filij hominis vt panem
vitæ, non habetis vitam in ipſo. Hanc partem,* inquit Theodo-
rus Beza, *ſuppoſitam eſſe arbitror.* Quam ob cauſam? Reſpon-
det, *quia ſimile nihil alibi inuenio. Neque enim vſquam fit men-*
Ioan. 6, v. *tio ſumendi Corporis, præterito Sanguine.* Eſt quidem verũ, hoc
53. in capite ſæpius coniunctè Corporis & Sanguinis fieri men-
tionem: *Niſi ederitis Carnem Filij hominis, & biberitis eius Sã-
guinem.* Et: *Qui edit Carnem meam, & bibit meum Sanguinem.*
Et: *Caro mea verè eſt cibus, & Sanguis meus verè eſt potus,* &c.
At vero nuſquam fieri mentionem ſumendi Corporis præte-
rito Sanguine, perimpudenter à Theodoro Beza aſſeritur.
Quid enim an non in eodem capite, ſaltem iuxta communẽ
verſionem, & lectionem Catholicorum, tam in Eccleſia Ro-
Ibi v. 48, mana, quam Græca habetur: *Ego ſum panis vitæ.* Rurſus: *Hic*
50. *eſt panis de Cœlo deſcendens, vt ſi quis ex ipſo manducauerit,
non moriatur* Tertiò: *Ego ſum panis viuus, qui de Cœlo deſcen-
di. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.* Et: *Pa-
nis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita* Quartò: *Hic eſt
panis de Cœlo deſcendens. Non ſicut manducauerunt Patres ve-
ſtri manna, & mortui ſunt. Qui manducat hunc panem, viuet in
æternum* &c. Nonne in his locis omnibus ipſo Chriſto teſte
& interprete fit mentio corporis & carnis eius? *Panis* enim de
quo loquitur, *Caro eius eſt,* illa eadem, *quam daturus erat* pro
ſalute mundi. Et in his locis omnibus ecqua fit memoria ſan-
guinis? Non prorſus. Ergo hęc ratio conficta ad hunc verſicu-
lum expungendum, eſt planè nulla, quia apertiſſimè falſa. Sed
fulcitur alia ſolidiore, quia nimirum *exemplar illud, vnde hũc
verſiculum deſumpſimus, fuit in Italia collatum, vbi facile fuit
aliquid ſubijcere in Bohemorum, id eſt, in Euangelij odium.* Vi-
detur ergo Bezæ facile, & iudicat probabile, quod Itali, *in odiũ
Bohemorum,* hoc eſt, *Euangelij noui* ſua inuenta aſſuerent ſa-
Beza vbi cratiſſimo textui: & non æquè erit facile, & magis probabile,
ſupra. quod ijdem Itali, & alij per orbem Catholici, Bohemici Euan-
gelij non minus quàm aliorum Euangeliorum nouorum cu-
iuſque

iuſque generis hoſtes, idem alijs in regionibus regniſque molirentur? Mihi igitur diſputatio Michææ certa ratione niti videtur, nimirum ſi Eccleſiæ defectionem & Apoſtaſiam, qualem veſtri imaginantur, poſueris; ſi Eccleſia, inquam Chriſti in Antichriſtianam degenerauerit, non magis certo conſtare poſſe de ſcripturarum ſincera veritate, quam, conſtare poteſt de fœminæ alicuius incorrupta caſtitate, quam maritus peregrè proficiſcens matronæ honeſtæ, vel Eunucho ſeruandam commendauerit, illa autem poſtea ex matrona ſobria in lenā, aut ille ex Eunucho in virum, eumq; luxurioſum & ſalacem (quale quid aliquando rara Metamorphoſi factum legimus) fuerit mutatus. SAMVEL. At illud mihi certò perſuaſum eſt, diuinas literas nulla hominū improbitate fuiſſe corruptas, ſummaque Dei omnipotentis prouidentia factum eſſe, vt illæ vel ab ipſis hoſtibus capitalibus illeſæ ſeruarentur. LVDOVICVS. Et tamen tui acerrimè pugnant; vt ſatis perſpicuè, exemplis allatis declarauit Michæas, nec Apoſtolis ſemper certoque fidendum, eorumque literas ſacras alibi falſis ſententijs, alibi falſis capitibus & hiſtorijs, alibi falſis libris totis affictis fuiſſe mirè contaminatos. Sed fac eas hoc tempore inueniri integras & illæſas, quod ego non nego. Sic enim extant (dicet Michæas) in Alcorano ſuo, in Bibliothecis, & muſeis Sacerdotum, & Pontificum ſuorum. Aut iſtud ſi tu pernegabis, & ab ijs optimas maximaſque partes amputatas eſſe & reiectas, arguens quæret, vnde ergo noſti ab hoſtibus capitalibus eas cuſtodiri tam puras, quas hac negatione fateris ab hoſtibus eſſe tam atrociter laceratas & circunciſas. Sed ego nec iſtud vrgeo: nec illud percontabor, qua authoritate ſcripturæ totius, qua ſola fides veſtra fulcitur, hoc didiceris, ſcriptos Apoſtolorum & Euangeliſtarum libros non poſſe corrumpi, quorum nonnulli multorum iudicio funditus interierunt. Hoc vnum rogo, quemadmodum Eccleſiæ Romanæ, Eccleſiæ (inquam) illi, quam perpetuis inuectiuis tanquam aliarum omnium imputiſſimam, ipſiuſque Satanæ, & Antichriſti ſedem inſectamini, de ſcripturarum corpore perfecto, & ſarto, vt aiunt, tectoque ad vos deducto confidere poteſtis, quando alios hæreticos minoris audaciæ, & impietatis eas adulteraſſe, & detruncaſſe docti omnes confitentur. Manichæorum cœtus Euangelium recipiebat, ſed ex Matthæo quædam integra capita, multaſque ſententias, item ex Euangelio Ioannis non pauca reſecabat Marcionis congre-

Vide Plinium natura. historia lib. 7. ca. 4.

August. cōtra Faustum li. 17. ca. 1. lib. 2. cap. 1. li. 13. cap. 1 2 & lib. 6. ca. 2.

gatio, quam multa loca, viginti nimirum & octo ex Euangelio Lucę, quod alias vnicè amplectabatur, reiecerit, videre potes apud Epiphanium, præter 4. Apoſtoli Pauli epiſtolas, videlicet duas ad Timotheum, vnã ad Titum, & illam ad Hebræos, quas quia ſuæ doctrinæ non poſſe reconciliari vidit, à corpore Euangelij ſui recidit. Eodemque prorſus argumento refutarunt olim Encratitæ epiſtolas ad Timotheum & Titum, Ariani epiſtolam ad Hebræos, & iam nunc Anabaptiſtæ aliquas Euangeliorum & epiſtolarum partes, vt omittam Euangelicos veſtros à Michæa nominatos, qui eodem genio & ſpiritu, Epiſtolam Apoſtoli Iacobi, quia ab ipſorum doctrina de ſola fide iuſtificante diſſidentem, apocryphis & adulterinis ſcripturis annumerant. Ergo Sectarij alij minus improbi & malitioſi ſcripturas ad hunc modum mutilare ſunt auſi, & eos ſolos Euangeliorum codices ſuis in conuentibus probarunt, qui ſic erant diminuti & truncati: & tu putas Eccleſiam Papiſtarum, quam innumeris voluminibus, vt aliarum impuriſſimam ad inferos vſque damnatis, quam multis libris *ſectam eſſe hæreticorum omnium, quæ vſquam vel fuerunt, vel ſunt, vel eſſe poſſunt, peſſimam: omnium longè maximè hæreticam & diabolicam* erga diuinas literas tam religioſè affectam defendes, vt eadem prorſus fide & integritate putas ad noſtra hæc tempora traduxerint, quæ à maioribus ſuis ſanctiſſimis & Apoſtolicis viris acceperunt? In huius tam nefariæ ſectæ fidelitate, tu corporis animæq; tuæ æternam ſalutem periclitari potes? quam certè valde periclitaris, ſi vobis qui in ſolis ſcripturis fidem & ſpem omnem ſalutis æternæ fundatis, ſcripturæ falſæ pro veris ſunt traditæ: & falſę vobis traditæ ſunt, niſi Eccleſia Romana in illis ſeruandis ſummè fuerit fidelis, ſummè religioſa & ſancta. An non aduertis hoc eſſe præpoſterum, abſurdum, ἀσύστατον? perinde ac ſi paterfamilias gregem ouium ſuarum paſtori committens, & poſt aliquod menſes earum rationem ab eo repetens, numerum integrum reperiens, & ſingulas ſanas, bene paſtas, & curatas aduertens, occlamaret paſtorem illum fuiſſe lupum, fuiſſe latronem, imò latronũ omnium qui vnquam *fuerunt, ſunt, aut eſſe poſſunt*, pernicioſiſſimum. Hæc vos tam barbara, & à communi ſenſu abhorrentia effundere cogimini: neque tamen vllam certam fidem, ſed merè philoſophicam vel hiſtoricam opinationem de his ſcripturæ libris habetis, quamdiu de Eccleſia, quæ vobis tradidit illos libros tam prophanè exiſtimatis. Quem errorẽ corrige-

Epiphan. libr. 1. hæreſ. 42. Epiphan. lib. 2. hæreſ. 4. Hieronym. præfatio in Titum. Euſeb. hiſtor. lib. 4. c. 27. Theodore. præfatio. Epiſtol. ad Heb. Ochinus dialog. libr. 2. dialog. 25. pag. 282. 285.

re non

re non potes, niſi impiam de Eccleſia hæreſim depoſueris, eâque veram & ſacroſanctam Chriſti Eccleſiam agnoſcas, cui fidẽ adiungere & Symboli Apoſtolici authoritate, & innumeris Scripturæ ſacræ teſtimonijs compelleris. Cuius Eccleſiæ contemptio, & Canonicorum ſcripturæ librorum diiudicatio ad ſingulorum Euangeliorum priuatos ſpiritus reuocata, viam aperit ipſis Apoſtolicis literis magna ex parte infirmandis; quod veſtri homines audacter exorſi Michæa, alijſque ſimilibus ſiue Mahumetanis, ſiue hæreticis, idem moliendi peſſimum exemplum prætulerunt. Neque ſanè admodum *culpare* poſſum *hominem* Apoſtatam & circumciſum, ſi paulò liberius in Epiſtolam ad Hebræos iuxta veſtros interpretes cum vniuerſali omnium nationum Theologia pugnantem inquirat, quando aduerto veſtros homines nulla Apoſtolici nominis maieſtate commotos, leuioribus de cauſis Apoſtolos promiſcuè redarguere, & quælibet eorum ſcripta quanquam antiquiſſimæ Eccleſiæ temporibus in Eccleſiaſtico Canone numerata, ea dignitate & honore exuere. Nam quæ Michæas ipſe contra earum maieſtatem obiecit, leuiſſima ſunt. Vocat alicubi Paulus doctrinam ſuam *ſtultitiam*, alibi dici *ſe loqui, non Dominum.* Quid tum poſtea? Nihil enim hoc impedit, quin ea ſtultitia ſit omni ſapientia humana ſublimior; immò quin ſumma ſit Dei ipſius ſapientia: ſtultam nimirum ſuam prædicationem vocat, quia Philoſophis ethnicis carnalibus hominibus, vt modò Mahumetanis, nihil ſtultius videtur, quàm per mortem hominis in cruce ſuſpenſi, vniuerſo mundo vitam donari ſempiternam. Sic enim clarè Paulus ſuam ſtultitiam interpretatur: *Verbum enim crucis pereuntibus quidem ſtultitia eſt, ijs autem qui ſalui fiunt, Dei virtus eſt; Deoque placuit per huius prædicationis ſtultitiam ſaluos facere credentes.* Et rurſus eodem loco: *Prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum, Gentibus autem ſtultitiam, cæterum Iudæis atque Græcis,* ad ſanctam Chriſti fidem *vocatis, Chriſtum Dei virtutem & ſapientiam.* Neq; ſi alicubi teſtetur ſe aliquid præcipere, non Dominum, illa eius, non Domini præcepta, diuina authoritate carere putandum eſt. Multa ſiquidem Chriſtus ore ſuo Apoſtolis particulatim mandauit, quæ quamuis vocantur Apoſtolica, nõ ad Apoſtolos, ſed ad Chriſtum referenda ſunt authorẽ, qualia ſunt ſacramenta quædã inſtituta à Chriſto, promulgata ab Apoſtolis, aliaq; multa Apoſt. authoritate ſua à Chriſto & Spiritu ſancto tradita in Eccleſijs ordinarunt.

1. Cor. 1.

runt, cuiuſmodi ſunt pleraque ad ritus Eccleſiæ, ad Liturgiam, ad Epiſcopos ſpectantia; quæ licet propriè Chriſto authori non poſſunt attribui, verè tamen proprieque Chriſti Dei, & Spiritus ſancti authoritate nituntur, & ſi Apoſtoli, non Dominus ea præceperint, quia Apoſtoli hæc inſtituentes, nullo alio iure hæc facere poterant, niſi eo, quod à Chriſto & ſancto Spiritu acceperant. Verum ne ego noua diſputatione nouam tibi moleſtiam faciam, quem ex Michææ ſermonibus video ſatis perturbatum, hoc breuiter dico: Duo, quæ à vobis communi videntur conſenſu definita, tibi ſunt neceſſariò reuocanda, aut nunquam meo ſaltem iudicio religionem Chriſtianam contra iſtum miniſtrum tuebeɩis; de quorum altero, Eccleſiæ interitu, iam dictum eſt. Alterum eſt, nihil credi neceſſariò, quod non in literis ſacris planè perſpicueque contineatur. Hoc vt defendatis, ſcio à veſtris hominibus varias mirabileſque prorſus argutias confingi. Sed cum aduerto, quem in finem hæc à vobis propoſitio inuenta ſit contra totius antiquitatis, & Eccleſiæ primitiuæ fidem, immò contra ipſas Scripturas Euangelicas & Apoſtolicas, vt nimirum traditam Catholicæ fidei doctrinam non ſcriptam euidenter, & perſpicuè hoc prætextu reſpueretis; cùm expendo præter ea quæ Michæas & palam concluſit, & obſcurius inſinuauit, quid ex hac propoſitione ad priorem adiuncta conſecutum ſit, nimirum dogmata Eccleſiæ de ſanctorum inuocatione, de oratione pro defunctis, de ſacrificio Euchariſtico, purgatorio, Sacerdotum & Epiſcoporum diſtinctione, Eccleſiaſtica Hierarchia, Sacramentorum numero, caſtitatis voto, & alia funditus repudiata, quæ nimirum ſingula ſectarum magiſtri, qui in locum Eccleſiæ iudicis inuaſerunt, ſuo priuato iudicio ſtatuunt in perſpicuis ſcripturis non reperiri; cùm cogito Bernardinum Ochinum, qui ex Caluino, Martyre, Bullingero, cæteriſque magiſtris veſtris hanc propoſitionem hauſit, & in libris ſuis diligenter inculcat atque amplificat: *Sacra litera per ſe ſunt perſpicua, praſertim in rebus ad ſalutem neceſſarijs.* Rurſus. *Si trinitas non apertè tradatur in ſacris literis, nemo ad eam credendam obſtringitur. Siquidem ad ea demum credenda obſtringimur, qua ſacris literis perſpicuè tradita ſunt.* Iterum, *Papiſta ſunt omnium hareticorum, qui vſquam vel fuerunt, vel ſunt, vel eſſe poſſunt, peſſimi,* quia dixerunt, *etſi omnia homini ad ſalutem neceſſaria in ſcripturis comprehendantur, eſſe tamen illic implicita, atque tecta, & obſcurè poſita, ex quo prodierunt*

1. Cor. 11. 1. Timo. 1. & 3.

Ochinus lib. 2. Dialog. 19 pag. 48. Ibid. Dialo. 20. pag. 146. Ibidem. Dialog. 25. pag. 282. 287.

Digitized by Google

dierunt innumera illa fidei capita, Symbola, (Nicænum, Conſtantinopolitanum, Athanaſij) *humanaq; præcepta:* contra quę ille ſtatuit in *ſcripturis ſacris fidei Chriſtianæ, & veræ Theologiæ capita homini ad ſalutem neceſſaria, eſſe per ſe clara, expreſſa: manifeſta, nullis adhibitis humanis conſequentijs: aut ſi adhibendæ eſſent, eas ita per ſe claras eſſe atque neceſſarias, vt ad eas adhibendas nihil opus eſſet Papis, Prælatis, Doctoribus, Concilijs, quippe cùm quiſquis antecedens intelligeret, is cōſequens quoque non intelligere non poſſet, ſicut fieri non poteſt, quin ſi currere canem videas, eundem & moueri videas.* Hæc ego cum apud me cogito, & deinceps video & hunc ipſum Ochinum, & alios tui ordinis, & ſocietatis Caluinianæ innumeros, his propoſitionibus impulſos Chriſtianorum Deum, Trinitatem, Filij conſubſtantialitatem, Spiritus ſancti hypoſtaſim & perſonam Alcoranicè negare, & breuiter ab Euangelio Caluiniano ad Mahumetis Alcoranum ſumma vi decurrere, quorum plurima tibi exempla indicauit Michæas, vereor ſi tu in hoc recepto Caluiniſtarum dogmate perſtiteris, & ille hac in palæſtra, hoc eſt cum hac conditione tecum de Trinitatis perſonis & proprietatibus decertauerit, ne ad manifeſtam Trinitatis abnegationem cum reliquis Caluiniſtis te protraxerit. SAMVEL. Atqui ego nihil tale formido. Has autem duas ſententias adeo apud nos fixas & certas, nullo modo ſine magno totius Euangelij incommodo poſſum abnuere. Nam ſi concedimus Eccleſiæ Romanæ, quam tu vocas Catholicam, Eccleſiæ Chriſti nomen & authoritatem, eadem opera Eccleſias noſtras concedimus eſſe non Euangelicas, ſed hæreticas: & ipſa *Euangelici* appellatio & profeſſio ſignificat nos ſolo Euangelio contentos, nihil recipere, nihil credere, neque putare eſſe creditu neceſſarium quod non in Euangelicis literis plenè planeque contineatur. Et extat confeſſio Eccleſiæ noſtræ Anglicanæ, in qua diſertè aſſeritur, *In ſolis literis ſacris poſſe hominum animos acquieſcere: & in illis ea omnia, quæcunque ad noſtram ſalutem ſunt neceſſaria, cumulatè & plenè contineri, nec ſiquemquam habendum eſſe pro hæretico, cuius error non poſſit ex ijſdem illis ſcripturis perſpicuè & liquidò coargui.* Et Caluinus ſæpenumerò verbis clariſſimis ponit, *Nihil eſſe credendum, quod non expreſſum ſit in ſcripturis: Apoſtolorum ſcriptura, quicquid in doctrina pietatis neceſſarium eſt cognitu, copioſè & apertè complecti;* & qui Eccleſiam reformare cogitat, niſi hanc eius reformandæ rationem ingrediatur, vt nihil præſcribat fideli-

Ibidem. pag. 292.

Apologia Anglicana. B. 5.
Ibid. art. 8.
Caluin. de vera Eccleſiæ reformanda ratione pag. 473. & Ibid. Gratula. ad Præcentorem. pag. 523.

delibus credendum , quod non *copioſè* & *apertè* ſcripturis demonſtretur, is Eccleſiam non reformare,ſed deformare , non extruere, ſed diruere cenſendus eſt. Quare has ego vt veritates purè Euangelicas omni contentione defendendas arbitror , in quibus non magis aduerſario cedere potero , quam ipſum Euangelici nomen deponere. LVDOVICVS. Cum ergo mihi planè contrarium videatur, quemadmodum tuas ego partes tueri potero,qui iudico te principijs tam falſis,immò tam impijs & Chriſtianæ fidei pernicioſiſſimis inſiſtere? Quamobrem non grauatè deinceps colloquijs veſtris intererо; ſed ne aliquid vel pro te, vel contra illum dicam,non tam præſens fortunarum mearum diſcrimen , quam ipſa, etiam veritatis Chriſtianæ & Catholicæ quam profiteor, integritas,& honor impediet. Ea enim futuræ diſputationis principia ſtruxiſti, cum quibus vera Chriſtiana religio nullo modo poteſt conſiſtere.

(:)

Finis Libri Primi.

CAL-

CALVINO-TVRCISMI, SIVE DE COGNATIONE CALVINISMI ET TVRCISMI.

LIBER SECVNDVS.

ARGVMENTVM CAPITIS PRIMI.

SAMVEL poſtulatus à Michæa proponit præcipuum fidei Chriſtianæ articulum, fidē videlicet de Chriſto, quem etſi Michæas fateatur ſe admittere, negat tamen ſe idcirco eſſe Chriſtianum magis quā Papiſta eſt Euangelicus, quia recipit Euangelium. Samueli autē excipienti ſenſum verum Euangelij, qui ex collatione locorū perſpicuè elicitur, & in quo poſita eſt vis & vita Euangelij, à Papiſta vt item à Turca negari, ideoq́ Papiſtā non eſſe Euangelicū, vt nec Turca eſt Chriſtianus: Reſpondens viciſſim Michæas, docet hanc ſcripturarum collationem non magis fauere Euangelico quam Turcæ. Idq́ probat exemplo circumciſionis Mahumetanæ, quam ex huiuſmodi proteſtantica collatione conuincit eſſe omnibus neceſſariam. Deinde etſi Euangelici de clara luce Euangelij valdè glorientur, oſtendit tamen certæ veritatis ex Euangelio eruendæ, nullam eſſe Euangelicis regulam, quæ nō æquè faueat Mahumetanis, adeo vt nec fides de Chriſto, nec ſcripturarū inter ſe collatio impediat, quin Turca poſſit dici Euangelicus, vel Euangelic⁹ eſſe Turca.

CAPVT PRIMVM.

MICHÆAS.

PROXIMO die vbi conueniſſent, poſt breues de rebus vulgaribus ſermones, ita demum colloquium exorſus eſt Michæas. MICHAEAS. Mihi quidem Samuel, vt in quo heri terminabatur, ab eodē rurſus hodie incipiat diſputatio noſtra, quæ tū tem-

Digitized by Google

poris de votis, de ſacrificijs, de ſectis eiuſq; generis alijs explicata & concluſa ſunt, ad religionem aliquam, examinandam vtrum recta ſit necne, vim magnam habere videntur, & quo in eorum vnumquodque intueor acrius, eo illud eſt meo ſaltem iudicio, ad quæſtionem noſtram decidēdam ponderoſius. Eſt enim ſine dubio permagnum votis diuinam maieſtatem colere: eſt permagnum ſacrificijs Deum nobis propitiare, placatumque reddere: permagnum eſt Eccleſiam ordine regi & politia, qua ſectas, ſchiſmata, hæreſes, & factiones extinguat, & pace fideique vnitate ſuorum omnium mentes deuinciat. Sed tamen quoniam tu iſta omnia leuia eſſe dicis, neq; ego vrgebo eſſe grauia. Propone ergo ſi lubet quod habes grauiſſimū, & quam vocas religionis tuæ arcem. SAMVEL. Quęnam ea ſit non potes ignorare. Chriſtianus enim ſum, nō *votarius*, non *ſacrificus*, ideoque *vota* & *ſacrificia* vt non magni facio, ita in *Chriſtiani* nomine omnia poſita duco, & illud quamdiu mihi integrum permanet, arcē fidei meę ſaluam eſſe exiſtimo. Chriſtus enim nobis eſt Sacerdos, eſt Propheta, eſt Rex, eſt initium & finis, eum primum & vltimū intuemur, qui nos redemit in hoc mundo, & glorificabit in futuro. Hunc quamdiu mihi relinquis, non valdè æſtimo ſi alia quæcunque eripueris, quæ cum hoc capite collata, omnia ſunt tanquam externa quædam ornamenta, ad corporis decorem fortaſſis nonnihil, ad naturam verò & eſſentiam non ita multum neceſſaria. MICHAEAS. Non es (amice) ſat ſcio *votarius*, neque *ſacrificus*, ſed neque *baptiſta*, neque (vt ita loquar) *cœniſta*, & tamen baptiſmum & cœnam Euangelij ſacramenta, tanquam res leuiculas non aſpernaris, vt neque miniſterium tuum, neq; fidem negatiuam quam habes contra Pontificem Romanum, à qua etiamſi non appelleris Chriſtianus vel Euangelicus, eam tamen à ſingulari vides Proteſtante vocari *principium*, immò & *magnam quoque partem fabricæ Euangelicæ*. Sed veniamus eò quo tu me vocas ad tentandam hanc arcē tuam, de cuius poſſeſſione fortaſſe non ſumus tam acriter dimicaturi quam tu ſuſpicaris. Quid eſt enim quod Chriſto attribuis? Fuit (Sacerdos, non nego, fuit quoque Propheta, do perlibenter: eumque vt perinſignem Prophetam ſuſpicio. Fuit etiam Rex; Neque illud nego ſi de ſpirituali regno intelligas, temporale autem ipſe ſemper recuſauit, neque vos ei vendicatis. Quibus alijs voles eum encomijs extollere, quibuſcunque eum laudibus cumulare, per me quidem licebit, qui nunquam futurus ſum earum inuidioſus obtrectator; quas cum promeritū

eſſe

Digitized by Google

eſſe ſcio, proptereaq́; quæcunque de eo à veris ipſius Euangeliſtis ſcripta ſunt, vt certa & ſacroſancta ſuſcipio. SAMVEL. Eò quidem præclarior me tenet de tua ſanitate ſpes, neque enim ipſe alia probo quam quę à veris Euangeliſtis tradita ſunt memoriæ. Quare non video quin hac ipſa confeſſione rurſum te in noſtrorum Eccleſiam inſerueris, qui & Chriſtū Dominum noſtrum honoras, eiuſq; Propheticam, Sacerdotalem, & Regiam poteſtatem agnoſcis, quod eſt verè Chriſtiani, & Euangelio eius te fidemque tuam ſubmittis, quod eſt propriè Euangelici, niſi nouas quaſdam diſtinctiones excogitare volueris, quibus rurſus elabaris. MICHAEAS. Imò non opus eſt, ſimplex enim veritas eiuſmodi ſuffugia non quærit, & ſine illis abundè ſeipſam nouit tueri. Vtinam verò tui Magiſtri à Sophiſticis captionibus tam eſſent alieni, quàm eſt Doctorum apud nos hominum Chorus vniuerſus, qui Sophiſtica omnia adeò repellimus, vt in Gymnaſijs noſtris earum inaniſſimarū artium, quæ totæ in garrulitate poſitæ ſunt, & circa linguam ſatis alioqui per ſe volubilem verſantur, quales ſunt Dialectica, Rhetorica, Sophiſtica, & contentioſa illa vel rixatrix potiꝰ Theologia, nulla prorſus ſit mentio. Rerum enim ſimplicitatem amamus, verborum ſubtilitatem non conſectamur. Neque verò in verbis meis eſt aliquid quod diſtinctione quacunque magnopere indigeat. Neque tamen deſerta fide Mahumetis ad veſtrum Euāgelium ſum remigraturus. Honoro quidem *Chriſtum Ieſum*, & ei perlibenter tribuo, quęcunque ei ex verbo Dei tribuenda ſunt, neque tamen propterea magis ſum *Chriſtianus* quàm *Ieſuita*. Et vos Dauidem & Moyſem excellentes Dei Prophetas prædicatis, & Diuum Petrum & Paulum Apoſtolum, vt ſingulares Apoſtolos ſuſpicitis: Ecquid tamen à Moyſe aut Dauide, aut Petro vel Paulo nomen veſtrum trahitis, vt Moyſaiſtæ vel Dauidiſtæ, vel Petriani, vel Pauliani appellemini? Nec diſſimilis eſt ratio de Euāgelici nomine. Nam & vos legem Moyſis vniuerſam quomodo nunc in publicis monumentis extat ab ipſo Deo profectam fatemini, neq; tamen propterea Iudæi eſtis. Quemadmodum item qui apud vos vocantur Papiſtæ, recipiunt plenius ſcripta Apoſtolica & Euangelica quàm vos, qui vobis Euangelicorum nomen aſciuiſtis; quum illi nullas Epiſtolas Apoſtolorum refutent, nullas Euangeliorum partes recidant, neque tamen vel ipſi ſe dicunt *Euangelicos*, neque vos eo nomine illos dignamini. SAMVEL. Cauſa eſt in promptu. Quamuis enim ſcripta omnia Euangelica & Apoſtolica recipiant, ſententiam tamen ſcri-

Digitized by Google

ptorum Euangelicam & Apoſtolicam reſpuunt. Euangelij autem vis tota poſita eſt non in litera, ſed in ſpiritu, non in exteriore verborum ſono & cortice, ſed interiore ſenſu & medulla. MICHAEAS. Vos autem quid? num ſemper intrinſecam Euangelij vim & medullam ſequimini, nunquam externam literam? SAMVEL. Imò ſæpenumero ipſa intrinſeca medulla ſita eſt in extrinſeca verborum proprietate: aliquando contra verbis inhærendum non eſt, ſed ad abſtruſam & reconditam eorum ſententiam penetrandum. MICHAEAS. Rectè. At quam habetis certam regulam quæ vos hoc modo nunc à verbis ad ſenſum, nunc à ſenſu ad verba decurrentes dirigat. Nihil enim videtur admodũ periculoſum ne aliquando verba mordicus accipiatis, quando illis neglectis ſenſus erat peruestigandus; aliquando è cõtra ſenſum peregrinum comminiſcamini, quãdo in verborum ſimplicitate erat conſiſtendum. SAMVEL. Huic malo medetur diligens locorum collatio. Diuerſis enim locis inter ſe comparatis veritas ſtatim clariſſimè eluceſcit. Deinde noſtrorum hominum doctiſſimis commentarijs nunc omnia ſunt ita illuſtrata, vt nemo iam magis ignorantiam poſſit prætendere, quàm in Sole meridiano cauſari tenebras. MICHAEAS Hoc quidem dictu eſt perfacile; ſed communis ratio & experiẽtia aliud loquitur. Quàm enim innumerabiles ſunt apud vos Chriſtiani, qui quum ſtudioſiſſimè omnia circunſpiciunt, hanc claritatem videre nõ poſſunt, qui tamen Solem meridianum non minus acutè quàm vos aſpiciunt. Tanta ſectarum quotidie pullulantium varietas, an non manifeſtè conuincit hãc claritatem ſpiſſioribus tenebris eſſe circundatam, quàm vt quiuis eam poſſit intueri? Vobis quidem facile eſt vociferari homines obſtinatos eſſe in ſua iniquitate, furore cæcos, ruere in tenebras, ſcientes volenteſque clariſſimam Euangelij veſtri lucem repellere; quod item de vobis non minori, & contentione & probabilitate clamitant Lutherani, Puritani, Anabaptiſtæ, Trinitarij. Attamen illud mihi neque de vobis, neq; de illis vnquam poterit perſuaderi. Scio quidem nonnullos, & plures etiam quàm velim eſſe deſperatè improbos, & impudentia, & impietate obſtinatos, qui nec homines curant, nec Deum reuerentur. At de totis prouincijs, de magnis ciuitatibus in cognitione Dei & bonarum literarum ſcientia inſtitutis; quibus malè credentibus per quotidianas prædicationes incutitur timor inferni & æternorum cruciatuum, vt item benè agentibus certò promittitur vita cæleſtis & gaudium cum Deo ſempiternum, hoc

hoc nunquam potero exiſtimare. Priuſquam ex Anglia migrarem, vidi & inuiſi aliquando carceres veſtros Papiſtis viris & fœminis omnis conditionis, & ætatis confertos. Vidi crebro Sacerdotes multa, & varia cum tormentorum acerbitate morti traditos; quam ſeueritatem nuper hos poſtremis annis populari fama intelligo valde eſſe amplificatam. Omnibus illis ſæpius libertas offerebatur, ſi à Catholica fide ad Euangelicam vellent deficere. Iſtos homines vos ipſi communi ſermone dicitis ſuperſtitioſos, quaſi nimium religioſos & nimio Dei timore correptos. Et ſanè negari non poteſt quin vulgi opinione habiti fuerint ſobrij, religioſi, ſinceri, & modeſti. Quis iam adeo obtuſus eſt & hebes, vt arbitretur iſtos volentes ſcientesque ſeſe priuare non modo omnibus præſentis vitæ voluptatibus & commodis, ſed etiam futuræ vitæ ſpe & fœlicitate æterna, eiuſque loco ſempiternas ſibi accerſere miſerias & calamitates? Quàm honeſtè aut improbè de meipſo exiſtimes neſcio; hominem certè furioſum, præcipitem, impudenter & malitioſè contradicentem manifeſtæ veritati, vti ſpero, non opinaris. Illud certè tibi de meipſo confirmo, circumciſionem hanc nunquam poſtulaſſem; imò nunquam paſſus fuiſſem mihi inferri, niſi putarem eſſe licitam, eamque me poſſe verbo Dei locis ſcripturæ rectius quam veſtri ſolent collatis defendere. Primum enim conſidera legem de ea poſitam, & quibus ea verbis ab omnipotente Deo feratur: *Circuncidetur ex vobis omne maſculinum, & circumcidetis carnem præputij veſtri.* Quam explicatè! ne quis obſcuritatem poſſit prætendere. Mox: *Maſculus cuius præputij caro circumciſa non fuerit, delebitur anima eius de populo ſuo, quia pactum meum irritum fecit.* Quàm ſeuerè! ne quis inter ceremonias leuiores annumeret. Deinde eodem loco: *ſtatuam hoc pactum meum inter me & te & inter ſemen tuum poſt te in generationibus ſuis fœdere ſempiterno.* Et rurſus: *Erit hoc pactum meum in carne veſtra in fœdus æternum.* Quam plenè! quam grauiter! quanta verborum & maieſtate & perſpicuitate! ne quis poſt certum temporis curriculum, poſt annos, verbi gratia bis mille, aut mille octingentos deſiturum ſacramentum illud obijceret. Sed pergamus. Magnus ille Propheta Chriſtus, nunquid hanc legem Dei abrogauit? commendauit quidem baptiſmum, quem & nos admittimus, ſed non aboleuit circuncisionem, quin ſtabiliuit potius; qui & ipſe ſolemni admodum ritu in templo Salomonis circunciſus eſt, & perſpicuè teſtatus eſt, ſe *non ve-* *Geneſ. 17.*

niſſe

Luc. 2. Matth. 5. niſſe vt lex illa ſolueretur, ſed potius *impleretur*; & adiecit *prius tranſiturum cœlum & terram, quam iota vnum aut apex vnus prætereat à lege.* Vt hęc iam lex infringatur, quos tu mihi locos conferendos dabis? Quod ex omnibus Chriſti in teſtamento nouo vel factum vel dictum leuiſſimum (ſi quid tamen in illo diuino homine dici poterit leuiſſimum). Illud quidem auſim aſſeuerare in Teſtamenti noui libris omnibus, quemadmodum à vobis leguntur, nullam eſſe ſententiolam quæ huic circuncisioni aueruetur. SAMVEL. At ego tibi non ſententiolas, ſed integra capita demonſtrabo. Magnam enim partem Epiſtolæ ad Galatas Apoſtolus in eo conſumit, vt oſtendat morte Chriſti mortuam quoque concidiſſe circunciſionem. Vnde & confidenter admodum concludit, quod ego vereor

Galat. 5. Michæa ne aliquando tuo magno malo ſentias: *Ecce ego Paulus dico vobis quoniam ſi circuncidamini, Chriſtus nihil vobis proderit.* MICHAEAS. Aliquid respondes Samuel, ſed ad quæſtionem meam non ſatis aptè. Ego enim quęro de Chriſto, tu reſpondes de Paulo Apoſtolo. Ego poſtulo Euangelium, tu mihi producis Epiſtolam. Sed ad hanc tuam Epiſtolam & Apoſtolum, vide ex tuis Patribus, Fratribuſque quam mihi varia & multiplex ſuppetat reſponſio. Primo enim ſi objicio & verba & ſenſum Lutheri, Caluini, Fricij, Brentij, Molinæi, Melanchthonis. Nũquid tu hoc in me poteris criminari, qui ipſiſſimis magiſtrorum tuorum veſtigijs incedo? Quid autem Lutherus, *Siue* (inquit) *Cyprianus, Auguſtinus, Ambroſius, Petrus, Paulus, Ioannes, immò Angelus de cœlo aliter doceat, tamen certò ſcio, quia humana non ſuadeo, ſed diuina.* Hoc ego quantò confidentius vſurpare poſſum, quum nec tu negare audeas circunciſionem eſſe diuinitus à Deo ordinatam, & diuinitus à Deo quoque confirmatam vt vos dicitis, qui Chriſtum etiam

II. Deum eſſe profitemini. Quare quum euidentiſſimum ſit me *diuina ſuadere*, te *humana*, me proferre *oraculum Spiritus ſancti*, te opinionem Pauli Apoſtoli. Dico cum VVolffgãgo Muſculo, *Paulum iſtũ, quiſquis fuerit, veritati præiudicare non poſſe.*

III. Dico cum Ioanne Caluino *me diſcernere velle ſcripta hominis qualiacunque* (ſiue Pauli, ſiue Petri) *à certis Dei oraculis.* Dico rurſus cum eodem Caluino, & Molinæo, Brentio & Philippo Melanchthone: *Si Paulus Apoſtolus eſt, nõ garriat ergo quod ipſi collibitum eſt, ſed Mandata eius à quò miſſus eſt, bona fide perferat:* neque *illi credendum eſt de proprio, ſed de alieno, id eſt, de fidei verbo, de rato & formali mãdato Chriſti:* Dico *non de quibuſuis verbis ſuis, ſed de præſcripto mandato legationis ſuæ.* Nunquid

quid verò ille Chriſti magiſtri ſui mandata fide certa perſert
& ratum atq; *formale mādatum legationis* obſeruat, qui quod IIII.
Chriſtus & opere fecit, & verbo docuit, ſua authoritate tollit
& abrogat? Reſpondeo iterum ex Ioanne Caluino fidem meam *ad vnum ſolumq; Chriſtum* eſſe obligatam, à quo *ſolo omnem doctrinam ſalutis petere* ſum edoctus, qui doctrinā illam *nulla ex parte hiulcam*, ita perfectè pleneq; tradidit, vt *omniū poſt ſe ora clauſerit*, vt neque Petro neque Paulo *aliquid poſtea ſcribendum dicendumúe reliquerit.* Quod ſi verum eſt, perinique iſtius ego Pauli authoritate premor, quem multis annis poſt Chriſti in cælos aſcenſionem hæc ſcripſiſſe, neque tu, neque alius quiſquam negare poterit. Reſpondeo deinceps cum
Fricio: *Eſto, dixerit aut ſcripſerit ita Paulus, quid tum? Verbum* V.
Dei eſt clarum & apertum. Statuo Paulum in generationibus veſtris fœdere ſempiterno. Et, *non veni ſoluere legem: Hoc nobis audiendum eſt, hoc præferendum eſt omnibus Paulis verbiſq; Pauli, non ſecus quàm Deus præfertur homini.* Reſpondeo denique cum Brentio: Hæc ſcriptura canonica non eſt. *Scriptura enim canonica ea eſt de qua nunquam in Eccleſia dubitatum eſt. Hanc credo & confiteor eſſe oraculum Spiritus ſancti* Atqui de Epiſtola ad Galatas ſæpe & multum dubitatū eſt; imò acres quidam vobiſcum Eccleſiæ Romanæ aduerſarij propter hanc ipſam reiectæ circumciſionis ſententiam non dubitarunt Paulum *Græculum hominem* & *Apoſtatam legis* appellare, quemadmodum Irenæus, Euſebius Cæſarienſis, & Epiphanius iam olim annotarunt. Alij & ij chariſſimi Patres veſtri quorum dogmata contra Papiſtas libenter ſectamini & defenditis, dicebant diſtinguendum eſſe inter dicta & ſcripta Apoſtoli Pauli; vt qui alia ſcripſit Spiritu ſancto plenus. Et hæc quidem ſine vlla contradictione recipiebant, alia verò proferebat eodem ſpiritu vacuus, quæ abijcienda eſſe non minus liberè docebant, quam ſi quippiam ſcripſit diuini ſpiritus expers, hoc loco putandus eſt eo ſpiritu caruiſſe, ſi locus ita directè verbis Chriſti & legis Moſaicæ ſit oppoſitus quam tu ſimulas. Poſtremò denique reſpondeo te nunquam poſſe probare magis hanc eſſe Epiſtolam Pauli, quam illa ad Hebræos eſt eiuſdem Pauli Epiſtola: quam illæ aliæ ſunt Epiſtolæ Iacobi, & Iudæ. Quare nec huius authoritas magis me mouet, quam tu illarum te authoritati ſubmittis. Sed vt omnium iſtorum tam illuſtrium virorum nomina ſileam, nec à me vrgeantur; illud tantum requiro, vt patiaris meam rationem cum tuo reſponſo contendere. Ego tibi produco perſpicuam legem Dei: tu mihi

Irenæus lib. 1. c. 26. Euſebius lib. 1. Epiphan. libr. 1. hæreſ. 30. Epiph. li. 3. hæreſ 76. Vide Aug. lib. 2. contra aduerſ. legis & Prophe. cap 2. Vide Bibliothecam ſanctā li. 7. hæreſ. 17.

mihi affers incerta verba hominis: Ego Chriſtum produ[illegible] confirmantem: tu Paulum citas abrogantem. Omnipote[illegible] omnium creator & opifex Deus comminatur ſe extermin[illegible] turum eum qui circuncisionem nõ receperit; Paulus Apoſtolus contra,malum ei grauiſſimum denunciat, quiſquis hu[illegible] mandato Dei paruerit. Ipſe Deus dicit hoc *pactum eſſe æternũ* & ab Abrahamo tranſire ad ſemen & generationes eius *fœdere ſempiterno*; Paulus Apoſtolus hanc æternitatem tollit,& ſibi ſumit poteſtatem hoc fœdus ſempiternum delendi. Quis iam non admiretur hominẽ quemcũq; qui Deum reuereatu[r] (multo magis Chriſtianum,qui maiorem ſimulat religionẽ) hoc modo diſputare, hoc modo reſpondere,hoc modo oppo-nere caduca terrenis, dubia claris, incerta manifeſtis,terram & cinerem creatori ſuo, Paulum Apoſtolum Chriſto, hominem Deo: quum potius ad ipſam mentionem talis repugnantiæ contremiſcere debeamus, quàm vel ipſi eam confingere, vel ab alijs confictam approbare. Contra ſiquidẽ homini cuicunq; ſana mente prædito firmiſſimè potius clamandum eſt, Pauli Apoſtoli vocem eſſe infandam & execrabilem. Siquidẽ verba eius in eum ſenſum diſtorqueantur,vt huic Domini pacto ſint contraria, quod ego ſane nunquam poſſum opinari.

Actor.5. Erat enim vir ille rectius legem Dei edoctus, ad pedes Gamalielis,quam vt vnquã flagitium tale voluerit admittere. Imò facta eius loquuntur, vos huiuſmodi eius verba admodũ peruerſe interpretari. Ipſe enim & ante Apoſtolatum ſuũ circun-

Philip. 3. ciſus eſt,& poſt Apoſtolatum circuncidit Timotheum, quod

Actor.16. ver.3. nunquã feciſſet,ſi circunciſio adeo fuiſſet peſtifera,& exitialis quam vos ex illa epiſtola auguramini. Scio quidem vobis ad hæc eludenda nõ deeſſe diſtinctiones quaſdam vel captiones potius. legem fuiſſe alias *viuam*, vt ante Chriſtum, alias *mortuam*,vt poſteaquam Chriſtus cœpiſſet cum ſuis Apoſtolis legem Euãgelicam promulgare; alias *mortiferam*,vt poſtquam Euangelium prædicatum,ſatis iam altas in mundo radices egerat. Sed iſtas argutias vnde habetis, niſi ab Auguſtino,Hieronymo,& eius ordinis cæteris quos hoc loco ego nec cõmemorandos cenſeo,vbi de verbo Dei agitur,& cuius ſolius norma fidem noſtram metimur,& cuius comparatione Auguſtinos & Hieronymos,alioſq; oẽs Patres nec pili facio? Requiro enim cum Zuinglio non *Patres* magis quam *matres*, imò nec matres volo,nec Patres, ſed tantum verbum Dei. Dico cum Ioanne Caluino,Patrũ ſcripta *noſtra eſſe,quæ nobis ſeruiãt,non dominentur*. Cũ Bullingero,Martino Luthero reliquiſq; Euãgelicis

gelicis omnibus, *me nolle ad authoritatem Patrũ aſtringi.* Neq; enim cõtra verbũ Dei quicquã valent *mille Cypriani, mille Auguſtini, mille Hieronymi, innumera Concilia, æterna conſuetudo, vniuerſi mundi multitudo* Quare quũ hoc verbum Dei probet Mahumetanã circumciſionẽ, quũ locorum Scripturę collatio hoc oſtendat, (vides enim me legẽ cũ Euangelio, Chriſti & dicta & facta, Pauliq; Apoſtoli, ipſius praxim cũ verbis legis æternæ cõponere, & ex illis ſimul omnibus eundẽ ſenſum elicere, eodemq; ſenſu circuncisionem hanc Turcicã confirmare, quid ita vos fidẽ hanc reprehenditis; imò quid tu circunciſionem hanc non ſuſcipis? SAMVEL. Abſit vero vt hoc mihi vnquã veniat in mentẽ. Hoc enim nihil eſſet aliud quã planè renunciare Chriſto & eius Euangelio, rationes aũt tuæ parum apud me efficiũt, quia prauè & diſtortè, & falſo & alieno ſenſu ſcripturæ loca cõparas. Patrũ quidem authoritatem ſolemus hoc loco vrgere, ipſumq; potiſſimũ Auguſtinum virũ egregiũ & fideliſſimũ inter reliquos oẽs ſcripturarum interpretẽ, nec tamen vel Auguſtinũ vel Hieronymũ aut reliquos idcirco approbamus, quia Patres ſunt, ſed quia genuinũ ſcripturarũ ſenſum hic aſſecuti ſunt, ideoq; eos cũ verbo Dei cõgruentes amplectimur, quos ex ſenſu ſuo loquentes eramus reiecturi. MICHAEAS. Non ſum neſcius hanc eſſe veſtrã omnium cantilenã cõmunem, ſed ſemper eundẽ voluitis, & reuoluitis lapidẽ, & ſemper ad veſtras priuatas opiniones ſupremum omnium controuerſiarum iudiciũ reuocatis: Ex quo fit, vt hanc vel illã ſententiam ſequamini, nõ quia ſcriptura ſic loquitur, ſed ſcripturã ſic loqui & ſonare velitis, quia veſtra ſingulatim hæc eſt ſentẽtia & opinatio. Quemadmodũ enim noſti me locos ſcripturæ peruertere, & diſtorquere? quemadmodũ ſcis me non tenere genuinum ſcripturę ſenſum? Et quemadmodũ certum eſt Patres tuos nõ quidem oẽs, nec fortaſſe multos, ſed vnum vel alterum Hieronymum & Auguſtinũ hic ſaltem à vera ſcripturæ ſententia non aberrare? Hæc ſiquidem tria ex eodem prorſus filo pendent. Soletis venditare, verbũ Dei veſtrã eſſe regulã, & amuſſim, & Lydiũ lapidẽ, & exactã librã (multis enim verbis rem eandẽ variatis, quũ argumẽta ſolida vos deſtituãt) qua omnem doctrinã penditis Afferte ergo hoc verbum diuinum, ſiue veſtro marte inuentum, ſiue Auguſtini opera vobis commonſtratum, eiuſq; vi ex hoc præſidio in quo contra vos conſiſto me depellite. Quod ſi hoc non facitis; ſed ſcripturas diuinas omittitis, & Auguſtinum hominem crebro fœdiſſimè lapſum obijcitis; & quem ſæpenumero cum toto ſuo Patrum

& Con-

& Conciliorum grege repudiatis, hunc iam vnum extollitis, & interim verbi diuini vocem nullam producitis: an nō perſpicuum eſt vos verbi Dei, vmbram tātum & ſyllabas prætendere, quum ex verbo Dei ſententiam nullam proferre poteritis? Et Auguſtini nomē ſpecie tantum & ioco vſurpare, quum Auguſtinus verè nihil apud vos ponderis habeat? Mirum eſt autem, quod non arcanum ſpiritus teſtimonium memoraueris, quem veſtri permulti iactant talium difficultatum ſupremam anchoram. Sed res ſemper eodem relabitur. Neq; enim arcanum ſpiritus teſtimonium illud eſt apud ſingulos, quam arcana priuati animi inductio, quæ arcanè mentibus Lutheranorum inſtillat, eorum Euangeliſtas ſolos rectè ſcripturas conferre, Zuinglianos improbè; Trinitarijs ſuos tantum Doctores ad internam ſcripturæ medullam penetrare, Tritheitas autem craſsè & ſtupidè in externo literæ cortice hærere. Zuinglianis autem & Tritheitis contra. Vtinam verò hic me expedire poſſes Samuel, non nudis verbis, non inani battologia, non permoleſta de clariſſima veritatis luce iactatione, quę veſtris nimium eſt familiaris (expertus loquor) ſed fructuoſa aliqua regula, certa ratione, vtili experimento ſanè me tibi beneficio deuincires. LVDOVICVS. Quamuis ſtatueram nullo dicto meo interrumpere diſputationem veſtram, ſed eius exitum tacitus attendere, tamen quoniam deſideras Michæa rationem audire, quare circumciſionem Chriſtiani non recipimus, quam verba Scripturæ, & Apoſtolorum aliquot exempla nobis videntur commendare, exponam tibi paucis hac de re Chriſtianorum fidem, quod & faciam libentius, quia & eadem opera tanquam auditor indifferens, & Samueli quoque quoſdam ſuos ſuorumq; errores in hoc argumēto ſum indicaturus. Credimus ergo circuncilionem Iudæis à Deo traditam in peculiare ſignū Abrahæ poſteritatis, eadē Dei ordinatione tum fuiſſe deſituram, cùm Meſſias ille veniret, qui ex circunciſi Abrahæ ſemine promittebatur oriūdus. Quæris, vnde hoc ſciamus. Nimirum quia poſt Rabbinos antiquiores, poſt Prophetas, qui loco carnalis circunciſionis ſpiritualem ſubſtituēdam prædicabant, ita docuerunt Apoſtoli, ita tota primitiua & Apoſtolica Eccleſia, ita Meſſias ipſe Chriſtus Dominus prędicauit. *Lex* enim (inquit) *& Prophetæ vſq; ad Ioannem*, & tum ceremoniæ legales ceſſarunt, Propheticæq; prædictiones impletæ ſunt. Neque quicquam officit huic ſententiæ, quod tu adeò confidenter & ſeriò inculcas de circunciſionis fœdere ſempiterno. Eſt enim ex toto contextu veteris teſtamenti perſpi-

Petrus Galatinus de arcanis Catholicæ veritatis. li.11.c.1.ſ.7

Luc.16.

Digitized by Google

perſpicuum, quæ Iudæis dicuntur de perpetua, & ſempiterna duratione ceremoniarum, ſacrificiorum, ſacerdotij, templiq; Salomonis, quæ æterna, perpetua, ſempiterna futura multis in locis aſſeruntur, etiamſi quoad res ſignificata verè, & ſimpliciter perpetua æternaque, ad extremum vſque mundi interitum manſura ſunt, tamen quoad ipſas ceremonias vmbraſque ſignificantes, temporibus Meſſiæ fuiſſe terminanda. Ipſe quidem Chriſtus circunciſus eſt, fatemur. Natus eſt enim ſub lege, quam omni modo perfectiſſimeque implere debuit, & impleuit: quę etiam Iudæos & fideles obligabat vſq; ad Chriſti paſſionem, quando *ſciſſo in duas partes à ſummo vſque deorſum* interioris adyti *velo*, quo Sancti Sanctorum myſteria tegebātur, manifeſtè deſignatus eſt finis legis veteris, & inchoatio nouæ. A quo tempore etiāſi neceſſitas circuncidendi nulla fuit, tamen Apoſtolica manſuetudine, & libertate Chriſtiana ad aliquot annorum ſpatium circūciſio permittebatur, ne ſubita & violenta eius reiectio alienaret à religione Meſſię Iudæorum animos, & ceremoniæ diuinitus inſtitutæ eſſet contumelioſa, quaſi nullo modo poſſet vſurpari, quod tamen ab ipſo Deo conſtabat inſtitutum. At verò quando deinceps eadem neceſſitate, qua ſub lege vrgebatur ſuſcipienda, quaſi nullam mutationem effeciſſet, interueniens Chriſti paſſio, quod erat eandem paſſionem abolere prorſus & exinanire: tum verò & Apoſtoli contra eam Canones figebant, eam *conciſionem* potius quàm *circunciſionem* vocabant, eam nihil eſſe, nihil prodeſſe, nihil valere pronunciabant; & Apoſtolici viri Apoſtolorum ſuppares, eos qui circunciſionem cum hac neceſſitatis opinione obſeruabant, vt homines Iudæos, & non Chriſtianos acerrimè reprehendebant. Vnde antiquiſſimus Ignatius de hac, & reliquis ceremonijs Iudaicis vniuerſis: *Si quis cum Iudæis celebrat Paſcha, aut Symbola feſtiuitatis eorum recipit, particeps eſt eorum qui Dominum occiderunt & Apoſtolos eius.* Hac ergo doctrina apud primos Chriſtianos perſonante, ſepulta eſt honorificè paucorum annorum circulo, & æternis tenebris mandata illa Iudæorum circunciſio, quam ſi quis deinceps in vſum reuocare vellet, ſaltem Chriſtianus: (de Mahumetæ enim eiuſque ſectatoribus nihil dico) perinde faceret, ac ſi aui ſui cadauer ante multos annos honeſto ſepulchro conditum, rurſus effoderet, & hominum oculis obiectaret. Et hoc modo ſempiterna obliuione conterendam fuiſſe circunciſionem, erat fides non Auguſtini ſolius, aut ſolius Hieronymi, aut paucorum eius ſæculi Doctorum, quorum

Matth. 27

Actor. 15.
Philip. 2. 3.
1. Corinth. 9. 19.
Gala 5. 6. & ca. 6. 15.
Ignatius Epiſt. 8. ad Philippenſes.

rum tu authoritatem tam leuiter æſtimas, ſed erat fides Eccleſiæ vniuerſæ, quæ tum & ſæculis antegreſſis ad Apoſtolorum vſque ætatem per orbem terrarum propagata eſt, quæ ab Apoſtolis, primiſque Eccleſiarum magiſtris accepta fidei regula, ita de circunciſione ſenſit & ſtatuit. Qua fidei Catholicæ & Apoſtolicæ regula cum ſcripturas illas a te citatas, Teſtamenti veteris interpretamur, non opponimus dubia claris, caduca terrenis, Paulum Chriſto, hominem Deo, vt tu imaginaris, ſed exponimus vera veris, diuina diuinis, Moſaica Euangelicis, figuras & promiſſa rebus exhibitis, & oracula Spiritus ſancti in Teſtamento veteri loquentis interpretamur eiuſdem ſpiritus oraculis loquentis in Teſtamento nouo, quando nemo verè Chriſtianus dubitat, quin qui Moyſi & Prophetis voluntatẽ, & myſteria ſua patefecit, idem ille Deus omnipotens Paulum cæteroſque illos fidei & Eccleſiæ noſtræ Duces, adeoque & totam illam primitiuam Eccleſiam vera fide illuminauit, & in omnem veritatem duxit. Quod ſi huius regulæ Apoſtolicæ in ipſis quidem literis ſacris aliquando quamuis ſtrictim cõmemoratæ, ſed plenè perfecteq; Eccleſiæ primitiuæ magiſtris & Doctoribus traditæ, adeoque neceſſariæ ad decidendas lites, & explicanda ſenſa Scripturę in controuerſiam vocatę exempla vel experimenta deſideras, ea abundãter ſuppeditat eiuſdem Eccleſiæ primitiuæ hiſtoria. Sed ne infinitè ſine certa rerum & perſonarum deſignatione loquendo, magis tenebras tibi offendere, quam lucem afferre videar, exempli certi gratia ſumatur Sabbatũ, quod & huic propoſito ſatis eſt idoneum, & in quo tu etiam Michæa, niſi Alcoranum improbare velis, huius Catholicæ regulæ veritatem neceſſariò cogaris agnoſcere. Sabbati obſeruatio an non eadem qua circunciſio ſeueritate, eadem verborum maieſtate, idque ſæpenumero præcipitur? idque & ante legem latam, & in lege, ſub Moyſe & ſub Prophetis? quod etiam & Saluator noſter præſentia ſua, frequentando eo die Iudæorum Synagogas firmauit? Nam quid acrius, quid ponderoſius fingi poteſt illo Domini mandato: *Videte, vt Sabbatum meum cuſtodiatis, quia ſignum eſt inter me & vos in generationibus veſtris, vt ſciatis quia ego Dominus qui ſanctificabo vos.* An non hic & præceptum, & præcepti ratio ſatis luculenter perpetuam & perdiligentem Sabbati obſeruationem requirit? Sed accipe quod ſequitur: *Cuſtodite Sabbatum meum: ſanctum enim eſt vobis, qui polluerit illud, morte morietur: qui fecerit in eo opus, peribit anima illius de medio populi ſui.* Rurſus eodem in loco: *Sex diebus facietis opus, in die ſeptimo*

Philip. 3. 16. Gal. 6. 16. Roma. 16 17. Coloſſ. 1. & 2. 1. Timo. 6. 20. 2. Timot. 3. 14.

Geneſ. 2. 2. Exod. 16. 23. 29. Exo. 20. b Eſai. 56. b. Ierem. 17. d. Luc. 4. 16. 31. Luc. 13. 10. Exod. 31.

Digitized by Google

ſeptimo Sabbatum eſt requies ſancta Domini. Omnis qui fecerit opus in hac die, morietur. Non aduertis impetum verborum omnino parem, ſi non maiorem & accuratiorem verbis illis, quibus circuncisio mandatur? At inquies, nihil audio de æternitate Sabbati, quale quid de circuncisione clarè dilucideque ſcribitur. Attende ergo quid concludit Dominus: *Cuſtodiant filij Iſraël Sabbatum, & celebrent illud in generationibus ſuis. Pactum eſt ſempiternum inter me & filios Iſraël, ſignumque perpetuum.* Audis *pactum ſempiternum*? Audis *ſignum perpetuum*? Audis iteratam comminationem mortis ei infligendæ, qui diem Sabbati religioſè non cuſtodierit? Quod nec Chriſtus, nec Apoſtoli neglexerunt? Nihil eſt igitur diſſimile inter hæc vtraque, circuncisionem dico & Sabbatum, ſi vel verba, vel rationem verborum, vel circunſtantias, vel facta Chriſti & Apoſtolorum, quàm acutiſſimè expendas. Et certè non pauci ex Euangelicis, qui verborum perſpicuitate quam tu vrges commoti, circuncisionem veſtram abiecto Baptiſmo poſtulant; poſtulant quoque pari ratione, vt Dominico die laboretur, & ferietur à laboribus die Sabbati. Cùm autem hæc opinio in primitiua Eccleſia, paulò poſt exitum Apoſtolorum ſpargeretur, eorum ſucceſſores qui Eccleſijs Chriſtianis præerant, etſi de abrogando Sabbato, dieque Dominico in eius locum ſufficiendo, nihil in literis Sacris ſcriptum habebant, planè tamen edocti fidem quam Apoſtoli Eccleſijs tradiderunt, ex eadem fide, eos Sabbati cultores poſtquam moniti non deſiſterent, tanquam hæreticos repulerunt, & cauendos populis Chriſtianis decernebant. In qua ſententia, & concluſione petita, non ex ſcriptis diuinis, ſed à fide populi Chriſtiani conquieſcens Mahumetus, quoad Sabbati abrogationem, eadem vobis cum Chriſtianis & ſentire, & dicere, & facere præcepit, nihil veritus illam formidabilem Moyſis comminationem, de Sabbato *in ſempiternum celebrando*, eo quod Apoſtolicos Eccleſiæ præſules, eius præcepti ceſſatione ex communis fidei regula à maioribus accepta, rectè fuiſſe interpretatos, nihil prorſus ambigeret: Conſtat, inquam, in hoc Mahumetum ſequutum, nec Iudæos qui Sabbatum religioſè celebrant, ne verba Teſtamenti veteris, quæ idem imperant, nec edictum aliquod Teſtamẽti noui, in quo de hac abrogatione nihil quicquam dicitur, ſed tantum morem populi Chriſtiani, qui eam à maioribus ſuis perpetua ſucceſſione acceperat. Alia permulta huius generis exempla obuia ſunt vnicuique, qui velit Eccle-

Actor. 15. 14. 44. & 16. 13. & 17. 2.

Prateolus in Elencho Alphabet. hæreſ. lib. 10. cap. Luther. Geneſ. c. 4. fol. 608.

Auguſtin. principio lib. in Geneſ. imperfect. lib. de fide ad Petrum. De conſenſu Euangel. lib. 1. cap. 1. Hieronym. contra Luciſe. cap. 8. 9. a Baſil. epiſtol. 70. Stephan. apud Lirinenſ. ca. 9

Digitized by Google

Tertul. li. de velandis virginib. de corona militis & de praſcript. Orig. in procemio lib. Περὶ ἀρχῶν. *Irena. lib. 1 c 2. lib. 3. cap. 3. 4. Gala. 1. 9. & c. 6. 16. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.*

ſiæ primitiuæ hiſtorias percurrere; in quibus hoc antidoto legimus, præcipuè curatos qui ſuccreuerant morbos, refutatas hæreſes, ſublata è medio ſchiſmata. Hac potiſſimum armatura inſtructi, prodierunt in aciem contra hæreticos Marcionem, Baſilidem, Valentinum, Arrium, Eutychem, Neſtorium &c. & Doctores ſinguli, & generales Epiſcoporum Synodi, vti patet ex DD. Auguſtino, Hieronymo, Baſilio, Stephano Pontifice Rom. Tertulliano, Origene, Irenæo, Concilijs antiquiſſimis, Niceno, Conſtantinopolitano, Epheſino, Chalcedonenſi, ipſoque ante hos omnes Apoſtolo Paulo, qui Galatas circuncifionem Iudaicè vrgentes, hac cōmunis fidei norma ab Apoſtolis Eccleſiæ vniuerſæ tradita refellit. Cuius authoritatem Apoſtolicam, hoc eſt, diuinam, ſacroſanctam & inuiolabilem vocare in dubiū apud Chriſtianos eſt ipſa principia & fundamenta diſputationis omnis euertere. Eius enim epiſtolas omnes diuina eſſe energia, & veritate præditas, eadem ſcimus via & ratione, eademque tenemus certitudine & firmitate, qua illas à te citatas Moyſis in Geneſi ſententias habemus pro diuinis & authenticis. Ideoque ex Luthero, Caluino, Muſculo, Brentio, Melāchthone, &c. producis ad hunc Apoſtolum cæteroſque omnes in ordinem cogendos, & priuatis quorumcunque iudicijs eorum ſcripta ſubijcienda, neceſſe eſt Chriſtianos omnes deteſtari & exhorreſcere. Quāquam non arbitror Brentium, cum ad ſcripturæ Canonicæ definitionem requireret, vt de ea nunquam in Eccleſia Catholica fuerit dubitatum, intellexiſſe dubitationes omniū ſectarum & ſectariorum. Sic enim à primo capite Geneſis, ad extremum vſque Apocalypſis nihil eſſet Canonicum. Nullus eſt enim ſcripturæ totius liber, de quo à certis ſectis, Synagoga vel Eccleſia dubitatum aliquando nō fuerit. Nam vt præter 5. libros Moyſis, omnes Propheticas ſcripturas reiecerunt antiquitus Sadducæi qui erant in Synagoga Iudaica, aliquando Principes: ſic illos libros Moyſis in Eccleſia primitiua, Manichæi tanquam à malo dæmone profectos damnauerunt. Nec hodie deſunt ex nouis Euangelicis ampli & numeroſi greges, Suencfeldiani, Anabaptiſtæ, Libertini, Seruetani, qui ſcripturas vtriuſque Teſtamenti & noui, & veteris repudiant. Néque tamen à ſumma impietate excuſari poteſt illa Brentij & ſimilium definitio, etiamſi vel æquiſſimè intelligatur. Nam ſi illud omne Canonica authoritate exuerimus, de quo aliquando à viris bonis dubitatum eſt, excindimus è ſcripturis ſacris non tantum epiſtolam Iacobi, Pauli ad Hebræos, epiſtolam

lam Iudæ, ſecũdam Petri, duas Ioannis, & Apocalypſim, quas hoc argumento Brentius, & Eccleſia Lutherana inter Apocryphas numerant, ſed etiam partes aliquas Euangelij Lucæ & Ioannis, de quibus certũ eſt viros optimos, doctiſſimos & antiquiſſimos olim dubitaſſe, quas tamen iam ipſi Lutherani ſine dubitatione recipiunt. Et hæc ego pro veritatis Chriſtianę defenſione quoad Baptiſmũ approbatum, circuncisionẽ verò minimè, ſufficere arbitror. Vnaq́ue videre potes quod ſcire auebas, eſſe aliquam in Eccleſia Chriſti regulam certam controuerſias decidendi, eamq́; non nouam, ſed veterem & à temporibus Apoſtolorum pluribus experimentis teſtatam. Iam verò deinceps vos duo qua cœpiſtis via (ſi placet) progrediamini. MICHAEAS. Importunè verò, Ludouice, de via priore rurſus ingredienda me mones, qui in viam planè diuerſam abduxiſti, in qua ſi tecum pedem poſuero, hoc die toto, neq; craſtino fortaſſe ad viam meam ſum reuerſurus. Si enim particulatim tuam reſponſionem vellem examinare, an non omiſſo Samuele, totos dies mihi tecum eſſet litigandum? verbi gratia, tu mihi obijcis authoritatem Ignatij, vt oſtendas iam tum deſijſſe circuncisionem, alioſq́ue ritus Iudaicos, eiuſq́ue nomẽ mirificè extollis. Quid ſi ego regeram Ignatium illum tuum non eſſe virum Apoſtolicum, non Apoſtolorum ſupparem, vt tu inſinuas, ſed indoctum aliquem Monachum, qui ſuas nænias ſub Ignatij nomine orbi Chriſtiano obtruſit. Obiecerat olim pro veritate realis in Euchariſtia præſentiæ, hunc Ignatium Caluino, Heshuſius Lutheranus. Quid contra Caluinus? Exclamat rem eſſe indignam, in tanta Euangelicæ lucis claritate tales tenebriones producere. *Quæ* (inquit) *iſta eſt ingenuitas, epiſtolam citare, quam vix gregarius quiſpiam Monachus pro ſua agnoſcere dignetur!* Exclamat *Heshuſium eſſe impoſtorem, qui Ignatij nomine fucum faciat.* Inuehitur contra omnes epiſtolas, quæ eius nomine conferuntur, nihil eas docere, niſi mera Papiſtica, ideoque *ſe fictitium illum Ignatium* magnopere aſpernari. *Sciunt* (inquit) *qui legerunt nugas illas, tantum de Quadrageſima, Chriſmate, Luminaribus, Quadrageſimali ieiunio, diebus feſtis illic narrari, quæ aliquanto poſt Ignatij mortem ſuperſtitione, & inſcitia obrepere cœperant.* Hoc modo ex Caluino ſi ego tibi quoque reſpondeo Ludouice, ecquid es approbaturus? LVDOVICVS. Nihil minus, ſunt enim meræ calumniæ, & mendacia refutatu facillima, quæ ipſum Caluinum ſummæ temeritatis & ignorantiæ conuincunt, qui de rebus ignotis ſine iudicio garrit tam licentiosè. Illud

Caluin. de vera participatione Chriſti in Cœna pag. 1171.

enim teſtimonium realis præſentiæ, quod profert Heshuſius, ecquid in epiſtolis Ignatij legit, aut vidit aliquãdo Caluinus? Minimè gentium. Neque enim hodierno die extat fragmentum illud, tantum ſupereſt apud Theodoretum celebrem in Eccleſia Græca, & antiquum ſcriptorem Cyri Epiſcopum, è quo communiter ſumunt & Catholici & Lutherani. Quanta eſt igitur arrogantia, & temeritas Caluini, tam fidenter pronunciare de re, quam nunquam vidit, neque videre potuit! Deinde quod reliquas epiſtolas, quæ iam extant integræ, & ab antiquiſſimis Patribus teſtimonium habent præclarum & euidens, ait nihil continere niſi nugas de Quadrageſima, de Quadrageſimali ieiunio (quaſi magno interuallo hæc duo diſtinguerentur) de Chriſmate, de Luminaribus, de feſtis diebus, ipſa Epiſtolarum lectio probauit dictum eſſe hominis ſine fronte, ſine pudore. Iſta enim parcè, & paucis verbis ab eo perſtringuntur. At verò de Deo Patre, de Filio, de Spiritu ſancto, de martyrio, de virtutibus Chriſtianis, de politia & gubernatione Eccleſiæ, de Epiſcoporum authoritate, de Presbyteris, de Symbolo, de forma & regula fidei Chriſtianæ, de ſancta virginitate, multa multis in locis fusè explicantur. Imò illud vnicum quod in prima generali ad Tralianos epiſtola ponit, & in pleriſque alijs conſequentibus repetit atque inculcat, *vt à Chriſtiano in rebus Eccleſiaſticis nihil agatur abſque Epiſcopo, ei parendum eſſe tanquam Domino. Ipſe enim vigilat pro animabus ſubditorum, pro quibus Deo rationem redditurus eſt. Reueremini Epiſcopum ſicut Chriſtum, quemadmodum nobis præceperunt Apoſtoli. Qui foris eſt, & ſine Epiſcopo, Sacerdote, Diacono, quicquam agit, infideli deterior eſt: his qui non obedit, Atheus prorſus & impius eſt, & Chriſtum contemnit, & conſtitutionem eius, &c.* Hoc vnicum vt longè eſt alterius naturæ, quàm ea à Caluino de Quadrageſima, Chriſmate, Luminaribus inimicè cõmemorata, ita ſi fuiſſet temporibus noſtris in Eccleſia obſeruatum, vt erat à Chriſto Domino & Apoſtolis præceptum, per ſe ſuffeciſſet ad obſtruendum hoc variarum hæreſum flumen, quod à Luthero & Zuinglio Epiſcoporum ſuorum authoritatem ſpernentibus, in Eccleſiam Chriſtianam per totam ferè Europam eſt immiſſum. Beatiſſimus certè Chriſti martyr Polycarpus, qui has Ignatij epiſtolas collegit, & ad Eccleſias Aſianas tranſmiſit, vt item alij antiquiſſimi Patres, Martyreſque longè aliter quàm Caluinus de his epiſtolis iudicarunt. Sic enim Polycarpus: *Ex his Epiſtolis* (Ignatij) *magnus vobis erit profectus. Continent enim fidem & patiẽtiam, &*

Theodore. Dialog. 3. Impatib.

Epiſto. ad Trall.

Vide Euſeb. libr. 3. cap. 30. & Hieronym. in Catalogo.

omnem

Digitiz

omnem ædificationem ad Dominum noſtrum pertinentem. Vides ergo Michæa nihil eſſe in ſulſius illa Caluini de Ignatio cenſura præcipiti, quæ tota partim in mendacio, partim in temeritate & ignoratione fundata eſt. MICHAEAS. Benè, perge verò ſimili modo dicere de tua, quam ita prædicas Apoſtolicæ fidei regula: & deinceps habebis, quid ego de tuis omnibus ſentiendum arbitror. Ecquid illa tua regula eſt, in aliquo libro Teſtamenti noui perſcripta? LVDOVICVS. Illud verò ex exemplis allatis non difficulter intelligas. Dixi hac regula cõtineri Apoſtolicæ prædicationis ſummam vniuerſam, quam Eccleſia Catholica toto terrarum orbe ab Apoſtolis prædicãtibus accipiens, conſtantiſſimè deinceps retinuit, & ex ea hæreſes omnes emergentes repreſſit. Exortus eſt Arrius, & negauit diuinitatem Chriſti. Ex ea doctrina refutauit Eccleſia Arrium Sequutus eſt Eutyches & Neſtorius; & hic duas perſonas in duabus naturis, ille vnam naturam in vna perſona ſtatuit, Eccleſia Neſtorium non minus quam Eutychem illius Apoſtolicæ doctrinæ præſidio damnauit. In Africa multi viri alioqui non mali, baptiſmum ab hæreticis collatum cenſuerunt repetendum; in Græcia Aërius pro mortuis nec orandũ, nec ſacrificandum: Romæ Iouinianus vota virginitatis non eſſe facienda. Deo enim non magis probari ſtatum virginalem quàm coniugalem prædicarunt. Epiſcopi, quibus gregis Chriſtiani cuſtodia diuinitus erat commendata, conſulentes Apoſtolicæ prædicationis formam in Italia, Græca, Africa Aſiaque relictam, perſpicientes hæc noua dogmata ab antiqua traditione penitùs abhorrere, hæc ad illam examinantes, falſa, hæretica, & Anti-apoſtolica, hoc eſt, Antichriſtiana iudicarunt. Ex quibus perſpicere potes Michæa, quòd etiamſi hæc tradita ab Apoſtolis doctrina, doctrinæ ſcriptæ in Euangelijs prorſus & quoad omnia congruat, conueniatque: tamen non magis in aliquo Euangelij libro, vel Epiſtolis contineri, quàm omnia Apoſtolorum ſingulorum Petri, Andreæ, Iacobi, Ioannis, Thomæ, Bartholomæi, & cęterorum in Eccleſijs fundandis atque ædificandis, conciones, Catechiſmi, ſymbola, ſcripta, dicta, factaque illic continentur. MICHAEAS. Iam tandem vide Ludouice, quonam deduxiſti filum orationis tuæ: eò, vt & Samueli non minùs quàm mihi ſis aduerſarius, in illius Eccleſiæ principes, Lutherum, Caluinum, Brentium, Muſculum, Melanchthonem, quam in me incurras, & ea quæ nos duo, certa & immota principia colloquio noſtro præſtruximus, omnino diruas & euertas. Nam ſi

Polycarpus in Epiſtol. ad Philippenſes. in Bibliotheca ſanctorum Patrum. Tom 1. Col. 48.

Lib. 1. ca. 5.

I 4 Apoſto-

Apoſtoli docuerunt à circunciſione deinceps abſtinendum, Chriſtum fuiſſe Deum, fuiſſe Patri conſubſtantialem, rectè voueri, ſacrificari, & reliqua: Ergo Euangelici Caluinus, Lutherus, & hic Samuel cum ſuis Anglicanis Comminiſtris, & Superintendentibus, qui hæc poſteriora non magis credunt eſſe Apoſtolica, quam nos illa priora, à regula tua diſcedunt, & à te Apoſtolicæ fidei corruptæ & violatæ, rei exiſtimantur. Cumque à fide ſcripta ad traditam deuoluaris, & hos Patres, hæc Concilia extollas, quæ nos communi præiudicio decreuimus eſſe à noſtra diſputatione excludenda, vtrique noſtrum iniuriam facis, qui ea diſſipas, quæ nos hactenus communi labore, eademque voluntate conſtruximus; atque ita vtrumq; noſtrum, relicto eo opere quod erat in manibus, ad te laceſſendum auocas. Meminiſſe debes modum & formam colloquij noſtri. Meminiſſe debes, quod clariſſimus Euangeliſta iam olim ſcripſit: *Inter nos Proteſtantes & Papiſtas non eſt talis controuerſia, qualis inter Catholicos & Hæreticos, nec qualis inter Chriſtum & Phariſæos, ſed qualis inter Chriſtianiſmum & Antichriſtianiſmum. Pugnamus enim de primis principijs. Nos enim habemus alias ἀρχὰς quam Papiſtæ, vnde & planè diuerſa ac pugnantia religionis genera ſunt. Noſtra prima principia ſunt ſacra ſcriptura: Papiſtarum traditio. &c.* Tu autem ex fide Eccleſiæ primitiuæ ab Apoſtolis non ſcripta, ſed (vt ais) tradita diſputas: ac ſi hoc Samuele, & Proteſtantibus commune eſſet principium, quod illi non minus quam ipſum Romanum Pontificem execrantur. Recedendo igitur à ſcripto verbo, & traditam fidem ingerendo, in labyrinthum planè inextricabilē, in Romanam & Pontificiam fidem, in materiam à noſtro inſtituto alieniſſimam nos impellis. Quare etſi moleſtè laturus ſim, ſi cùm voles ſententiam tuam vel contra Alcoranum pro Euangelio nouo interponas: tamen niſi ijs quæ à nobis poſita ſunt & conceſſa, & tum ab Euangelio, tum ab Alcorano cōmuniter probata, conſentanea dixeris, & cum illis principijs aptè cohærentia; interpellationes tuæ nobis magis futuræ ſunt moleſtę quàm vtiles, vtpotè quæ nihil conducent veritati eruendæ, ſed tantūmodo terendo tempori, quando diriguntur ad ſcopum à nobis nunquā inſtitutū, imò planè prædamnatum. In controuerſijs autem quibus veritatis inueſtigandæ regulam firmā, certā rationem, vtile experimentū cum me vehementer expetere dixi, quod etiā adhuc flagito, valdeq; cupio, talē volui regulam, talē rationem, talē experimentū, quod in Eccleſijs Proteſtantium iuxta principia ab illis nobiſq; fixa

Brentius in Apologia Cōfeſſio VVirtemberg. in præfatio part. 3. pag. 703.

vim

rim habeat. Et talem regulam, vtili aliquo experimento firmatam in aliqua totius Europæ Eccleſia Euangelica, Lutherana, Zuingliana, Caluiniana, Scotica, Germanica, Hungarica, Tranſiluanica, ſi mihi proferre, planeq́ue demonſtrare poteris, quã ego in tot Synodis & coitionibus Edemburgi, Londini, Geneuæ, Tiguri, Lauſannæ, Rochellæ, Nemaſi, Iſenaci, VVittembergæ, Maulbrunæ, Altemburgi, Lypſiæ, Dreſdæ, Albæ, Iulia, Claudiopoli, Varadini, & tot alijs in locis, vbi Euangelici ad tollendas controuerſias Euangelij confluxerunt, fruſtra quanquam, extrema diligentia inquiſiui; rurſus magnum ſanè beneficium te mihi præſtitiſſe confiteter. Equidem vt ad te reuertar (Samuel) Quum apud vos eſſem & multos veſtrorum hominum commentarios legebam, ita diligenter regulas omnes annotabam, quibus de vera ſcripturæ interpretatione ad controuerſiam quamuis examinãdam poſſem fieri certior. Quum enim (vt tu rectè dixiſti) ſcripturæ vis tota poſita ſit non in litera, ſed in ſpiritu & intelligentia, ſine qua plauſtra librorum ſcripturas citantium nihil quicquam proſunt, de vera intelligentia certis notis cognoſcenda ſolicitè laborabam, & eò curam omnem conferebam. Poſtquam verò multum temporis conſumpſiſſem, & deſcriptis annotationibus multas chartas oppleſſem, & ſubinde experiri vellẽ, quid profecerim, videbam me perpetuò nihil aliud quam Siſyphi ſaxum voluere, oleumq́ue & operam perdere, & vt vulgare apud nos prouerbio vſurpatur de ſtatua D. Georgij ſemper equo inſidentis, nihil tamen promouentis; ita ego etiam me ſentiebam plurimos labores ſumere, & ex laboribus fructum nullum capere; ſemper enim mihi redibat labor actus in orbem, vt cum me ad finem veniſſe ſperarem, tum mihi de integro incipiendum fuerit. Vis exemplo vno aut altero oſtendam, quam Magiſtri tui friuolè & nugatoriè (neque enim grauiori verbo vtar) ſuos diſcipulos inſtituant, vt in locis controuerſis perſpicuam veritatem inueſtigent? accipe primam regulam, eamq́uè maximè vniuerſalem, & à primario Euangeliſta datam. Quando de ſenſu loci alicuius controuertitur; & vnus hanc, alter aliam aſſerat eſſe verborũ intelligentiam. *Nequaquàm* (inquit ille) *hominis alicuius ſententia expectanda eſt, quæ litem illam dirimat, ſed ad alium quendam ſcripturæ locum recurrendum eſt, & ſic verbi diuini luce clariſſima illuſtraberis.* Pulchræ, hæc regula quantum conducat, ſatis iam ſuperius explicatum arbitror, poſtquam verò vterque contulit, & vterque tamen in ſententia priore permanet, quod tibi, mihique

Zuingl. Tom. 2. Apolog. reſponſio. ad Ecky Epiſto. fol 506.

que iam vſu venit de circunciſione locos conferenti; hic verò iterum & iterum diſpiciendum eſt quemadmodum exitū reperiamus, & veritatis euidentia alterius veritati aduerſantis os obſtruamus: iam ergo attende ſecundam regulam eamque vltimam, quæ ſi præſtet quod pollicetur, non vt quondam æreis, ſed aureis tabulis ad ſempiternam memoriam inſcribatur. Eam ergo ipſius Zuinglij verbis deſcribam, ne quid fortaſſis regulæ eius vel claritati, vel plenitudini decedat. Sic ergo eſt apud eundem ſcriptorem, & eo loco vbi copioſè, & directè quæſtionem hanc examinat: *Si iudicem hic exigis, qui de verbo Dei pronunciet, & reſponſatores in ordinem cogat ac compeſcat, nimis ineptè facis. Omnis homo errare poteſt niſi Spiritu illuminetur. Quod ſi homo certus iudex eſſe non poteſt, niſi Deo illuſtrante, quid vetat quò minus & ego hunc præceptorem & magiſtrum adeam, qui & me lucerna ſui ſpiritus illuminet. Sed quo ſigno* (inquis) *diuinitus te doceri oſtendis?* Hic verò rem acu tetigiſti Hulderice. Hic eſt enim iugulum cauſæ, hæc omnis diſputationis puppis & prora, cui ſi plenè ſatisfeceris, Euangelicos à te ſatos fluctibus diſſidiorum varijs liberabis, & te ipſum verum Euangeliſtam immortalitate dignum oſtendes. Hic itaque quemadmodum reſpondes; his nimirum verbis: *Scio* (inquam) *& certò ſcio. Primum, quia quæcunque credentes petieritis, accipietis: Matthæi vigeſimo primo. Aliud quoque argumentum eſt quo me diuinitus edoctum eſſe cognoui, quod nimirum hanc Dei virtutem intra meipſum ſenſerim, verbo abſit inuidia.* Ita Zuinglius. Ecquid riſum continere potes Samuel, quum audis Euangeliſtam hunc à tuis domi fratribus ſic cōmendatum, vt eum vocent *præſtantiſſimum vnum à Deo miſſum ad illuſtrandum terrarum orbem*, poſt quæſtionis maximè ancipitis explicationem tanto faſtu promiſſam, qualem ille toto eo libro præ ſe fert, tandem ad hæc ridicula, puerilia, & omnium ſectariorum veſtigijs trita deſcendere? Quid enim dicit quod non perditiſſimus ex omnium, & hæreſum, & ſcelerum colluuione conflatus libertinus, vel ſi quis ſit Libertino deteſtabilior, ſibi arrogare, & poſſit & ſoleat: *Se ſcire & certò ſcire, ſuam fidem eſſe vnicè Euangelium: ſe credere, & propterea à Deo accipere omnia, ſe diuinitus edoctum, & virtutem Dei intra ſe ſentire.* Obtunderem te Samuel, ſi ſingulatim recenſere vellem quemadmodum Lutherani omnes, Brentiani, Vbiquetarij, Flacciani, multo magis Puritani veſtri, omnium autem maximè Anabaptiſtæ, hanc diuinitus acceptam doctrinam,

Idem. Tom. 1. lib. de certitudine & claritate verbi Dei fol. 173.

Apolog. Anglica.

ctrinam, hos intrinſecos Spiritus ſancti motus & impulſus ad nauſeam vſque iactent, eoſque ſemper alijs omnibus eripiant. *De hac materia vide Lutherum Tom. 2. libr. Rationes iudicij Eccleſiæ de quauis doctrina. Et Zuinglium Tom. 2 de certitudine & claritate verbi Dei.* Hæc eſt enim promiſcua cunctorum venditatio, quamquam (vt dixi) Anabaptiſtę reliquis in hoc genere multò ſunt inſolentiores. Certè quum multi multa de hac quæſtione ſcripta ediderint, qui tamen contradicentia de fide Chriſti dogmata tenuerunt, & alter alterius fidem vt nefariam & peſtilentem execrati ſunt, iſti poſtquam longè, lateque per ampliſſimos locorum communium campos expatiati ſunt, vbi tandem concludere incipiunt, ſub hoc, tanquam Aiacis clypeo, deliteſcunt, quod certi ſunt de clariſſima luce Euangelij, idque norunt certò, quia certò in ſe habeant Spiritum DEI. Hoc ſine argumento vrgent, hoc ſine ratione inculcant continuò. Et non aliter quam orbes cœleſtes circa polos, ſic iſti circa hanc propoſitionem ſuam æterna volubilitate circumferuntur. Adeo vt quum omnia circumſpicio, & quàm poſſum diligentiſſimè omnes regulas à Ioanne Caluino, Hulderico Zuinglio, & Martino Luthero traditas animo & cogitatione perluſtro, nihil reperio magis ſolidum & firmum in tota Theologia veſtra, quàm vt clarum aliquem ſcripturæ locum ſeligentes eum arctiſſimè teneamus, & ab eo diuelli nos nullis rationibus permittamus: & ſic probabilius certè quidem genuinum ſcripturæ ſenſum poſſumus arrogare, quam tu in hac quæſtione, etſi ex verbo DEI nihil promas, clariſſimam tamen veritatis lucem contra clariſſimum DEI verbum, contra clariſſimum de circumciſione præceptum tibi vendicas. Exemplum petam, ex quæſtione in veſtris libris maximè trita & peruagata, vtrum corpus Chriſti ſit in Euchariſtia. Vobis certa eſt veritas quod non minùs longè abſit quàm cœlum à terra; Papiſtis contra. Vos veſtram opinionem quemadmodum aſtruitis? *Quia nimirum Chriſtus ait: Si quis dixerit: Ecce hic eſt* **Bulling.**
Chriſtus, ecce illic, nolite credere, nolite exire. Nolite credere Chriſtum eſſe hic aut illic in terris, nolite exire per diſtantiam locorum Chriſtum quærentes, quaſi in terris adhuc cõuerſantem. **decade 5. ſerm. 9.** Ex quo loco ſic infert Bullingerus, *Proinde ſi iam vniuerſus mundus, et omnia in mundo Concilia, omnes Reges & Principes, adde & oẽs Angeli & Diui iubeãt nos credere, Chriſtum corporaliter hic aut illic eſſe, ſolius tamen redẽptoris Chriſti filij Dei ſapientiæ Patris,*

per quem

per quem omnia condita ſunt, præceptum illud ipſum credere prohibentis, eam apud omnes pios habebit authoritatem, vt ſciant non ita credendum eſſe ſicut præcipiunt creaturæ, ſed ſicut mandauit creator. Ita Bullingerus. Quæ verba vt optimè confirmant meam ſuperius poſitam pro circunciſione rationem, tuumque damnant reſponſum, quo non vniuerſum quidem mundum, ſed vnum eumque non Angelum, ſed homuncionem citabas, eiuſq; dicto contra æternam Dei ſapientiam inſiſtebas: ſic eadem verba commonſtrant quādo maximè probabiliter de genuino ſcripturæ ſenſu poſſumus triumphare: tum nimirum quum manifeſtum aliquem ſcripturæ locum expiſcati ſumus, ſentētiæ illi quam in animo anticipatam habemus ſuffragantem. Sed tamen vide hic quoq; difficultatem fortaſſis nō explicandam. Tu cum Bullingero Zvvinglianum

Matt. 24. armabis hoc loco, vt quia Chriſtus denunciat: *Si quis dicat, Ecce hic eſt Chriſtus, ecce illic, nolite credere,* ille propterea nunquam credat Chriſtum eſſe in altari præſentem, etiamſi *mundus vniuerſus, & omnia in mundo concilia, omnes Reges & Principes, adde & Angeli & Diui iubeant eum credere.* Quid ſi Papiſta, aut Lutherus alterum locum ſibi quoad verborum ſpeciem & ſonum multò magis fauentem accipiens, iiſdem ſententijs, iiſdem prorſus verbis cōtra vos de vero & ſincero ver-

Matt. 26. bi Dei ſenſu ad hunc modum triumphet: *Chriſtus accepto in manus pane, dixit, hoc eſt Corpus meum, quod pro vobis tradetur: accepto calice dixit, hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti qui pro vobis effundetur in remiſſionem peccatorum. Credendum eſt ergo hic eſſe Chriſti corpus, credendum eſt hic eſſe eius ſanguinem, vtrumq; verum, reale, naturale, idem nimirum quod pro mundi redemptione Deo Patri erat ſacrificādum. Quare ſi iam vniuerſus mundus, omnia in mundo Concilia Caluiniana, omnes reges & principes Zvvingliani, adde & omnes Angeli & Diui iubeāt nos credere, Chriſtum non eſſe corporaliter in Euchariſtia præſentem, ſolius tamen redemptoris Chriſti filij Dei ſapientiæ Patris, per quem omnia condita ſunt, vox illud ipſum credere iubentis, eam apud omnes pios habet authoritatem, vt ſciant non ita diffidendum eſſe ſicut iubent creaturæ, ſed credendum ſicut mandauit creator.* Finge Lutheranum hoc modo ratiocinari & vobis inſultare quod clariſſimas ſcripturas & genuinos earum ſenſus reſpuatis, illiſque frigida cerebri veſtri commenta anteponatis; quo Dei verbo iſtum hominem comprimes? Non ſum neſcius hanc eius interpretationem eſſe abſurdam & falſam: Hoc enim eadem ratio, idem ſpiritus mihi vobiſque ſuggerit,

gerit, & vos Chriſtum in Euchariſtia eſſe non poſſe rationibus firmiſſimis planeq; Geometricis concluditis. Sed tamen quo Dei verbo veſtrum ſenſum genuinum, eius genuinum non eſſe internoſcetis? Hoc demum illud eſt quod quæro vterq; clarum Dei verbum profertis, vterque ad eum firmandum alios locos aggregabitis, vterque ſuos habebit fautores, vterque alterum viciſſim damnabit, & cæcum fortaſſe, pertinacem, & truncum ſtipitemque clamabit. Sed vnde interim & vbi elucescit illa clariſſima veritas qua te tuoſque frui præ cæteris omnibus gloriaris? Scio quidem eſſe vnam aliquam veritatem, eamque certam, conſtantem, & maximè firmatam, vt nullis ſyllogiſmis poſſit labefieri. Neq; verò quicquam dubito, quin nos Mahumetani eam teneamus, ſed tamen eam alijs, Lutherano, Zvvingliano, Anabaptiſtæ, tibi aut vlli Chriſtianorum generi conſpicuam eſſe, & Sole clariorem (vt vobis de veſtro Euangelio ſolemne eſt gloriari) nunquam dixerim, immò ita dicere non minùs ſtultum & abſurdũ puto, quam ſi quis contenderet Academico maximè probari Peripateticorum ſectã, aut Stoico Epicureorum. Ita nimirum ſe res habet Samuel: quemadmodum natura omnibus hominibus cum patriæ ſuę ſingulatim inſeuit amorem, vt Anglus Scotus eſſe nolit, nec quidẽ Gallus Hiſpanus, nec Scytha Romanus; omnes enim patriam ſuam licet maximè barbaram & incultam, maximè tamen diligunt & alijs locis anteponunt, adeo vt ſi Moſcouita aliquis aut Tartarus ab Imperatore ſuo Romam in exilium mãdaretur, omnibus modis procuraret ſuum in Moſcouiam aut Tartariam reditum. Non aliter ratio eundem impreſſit in nobis amorẽ religionis, eius maximè quam libera nobis voluntate elegimus, vt vnicam inter alias multas, verbi gratia, Trinitariam, Zvvinglianam, Lutheranam, nunquã ſibi Trinitarius, Zvvinglianus, Lutheranus aſciuiſſet, niſi eam reliquis meliorem, puriorem, & firmioribus rationibus fundatam arbitraretur. Quare deponas velim tandem aliquando errorem illum qui penitus veſtrum omnium mentes occupauit, & qui admodum eſt odioſus, & (vt ſimpliciter loquar quod ſentio) neſcio cuius vel ignorantiæ, vel tarditatis, vel etiam ſtuporis indicium. Id quod ſi vt omnia Euangeliorum genera arripuerunt, ſic ſingula mordicus tenerent, nec ab eo ſe diuelli paterentur, ſed ſibi ſolis contra alios illam vnam certam & perſpicuam veritatem aſſumerent (id quod æquè probabiliter facere poterunt) nulla penitus relinqueretur mutua diſputandi aut colloquendi ratio, quum ſinguli ſingulos viciſſim æſtimarent

Acontius ſtratagem. Satanæ. lib. 2.

rent craſſos, hebetes, cæcos, communis ſenſus expertes, vt qui Solem meridianum clariſſimæ lucentem non poſſent videre. Quare vt à quo cœpi ad illud reuertar, etiamſi Chriſtum colo vt Prophetam, & Sacerdotem, & Regem, quod certè facio: & ſi ſcripturas Moyſaicas, & Propheticas & Euangelicas quoque admitto, quas nunquam recuſabo: Et ſi collatis inter ſe ſcripturæ locis ſenſum rectum & germanum eruere laboro, quod valde probo: Denique etſi verbo Dei fidem meam conformare promitto, quod niſi & promitterem & præſtarem, nec homo eſſem, ſed monſtrum potius humana ſpecie indutum: non propterea magis Chriſtianus eſſem quam tu Mahumetanus, quando vt iſta mihi tecum, ſic eadem ſunt tibi mecum communia, eaque communio non magis me efficit Chriſtianum & Euangelicum, quàm te Mahumetanum & Turcam.

ARGVMENTVM CAPITIS SECVNDI.

Samuel obijcit mortem Chriſti ſupremum fidei Chriſtianæ articulum, in quo Michæas à Chriſtianis diſſidet. Michæas autem reſpondet etiamſi Chriſtum credat non eſſe mortuum, in eoq; particulari à Proteſtantibus diſſentiat, tamen in eo conuenire quod generali Proteſtantium fundamento permotus illud neget, qui contendunt nihil credendum eſſe in religione quod Chriſti gloriam imminuat: magis autem videri contra Chriſti gloriam ſi putetur aliquando mortuus, vt volunt Chriſtiani, quam ſi ſemper viuus, vt volunt Turcæ, quod ex ſcripturis ſacris rectè refutat Samuel. Quoad reliqua autem dogmata, & ipſum nomen Proteſtantium, Turcæ multò magis ſunt Proteſtantes quàm Zuingliani, quos Proteſtantes veri, hoc eſt Lutherani magis quàm Turcas deteſtantur, vbi paucis refellitur Samuel, qui ex communi ſuorum errore Lutheranos & Zuinglianos fratres appellat, & in rebus leuiculis diſſentire dixerat.

Digitized by Google

CAPVT SCVNDVM.

SAMVEL.

SIQVIDEM ad iſta ſuperiora adiunxeris fidem in Chriſti mortem qua ille genus humanum redemit, non video multa quæ pręterea poſſem requirere. Hoc enim illud eſt quod Chriſtianum hominem perficit & abſoluit, vt Chriſti ſacrificio in cruce peracto peccata omnia expiari credat, Deumque Patrem humano generi reconciliatum. Quare ſi tu qui in tot capitibus mihi aſſentire viſus es, in hoc etiam principali articulo eandem oſtẽdas facilitatem, neſcio quid tibi deſit ad perfectum Euangelicum. Arbitror enim te de Baptiſmo & cœna non fore difficilem, ſi hoc quod eſt reliquorum omnium caput & fundamentum conceſſeris. Et tamen nec ſi in his omnibus conuenerimus, vnquam opinari potero, Mahumetiſmum eſſe vnũ Dei cultum, aut Mahumetiſmum idem eſſe cum Euangelio: quo quid dici poteſt abſurdius? Sunt credo alia diſcrimina, quæ ego forſitan propter nimiam ſubtilitatem, aut inſolẽtiam tractandi & deſuetudinem, nõ ſtatim comprehendo. Licet enim & in Academijs, tum Cantabrigienſi, tum Oxonienſi, Theologicis ſtudijs operam dederim, & vſque eo profecerim vt Concionator fuerim, & ſatis aſſiduus, & non obſcurus, & quædam etiam Theologica ſcripta, quamuis leuiora in lucem emiſerim; tamen neque in Academijs ipſis, multò minus in ſcriptis ac concionibus omnes religionis Chriſtianæ partes exactè & integrè vnquam pertractamus: ſed potius in quæſtionibus noſtræ tempeſtati idoneis, de Pontifice Romano, de Miſſæ ſacrificio, de reali præſentia, Prædeſtinatione, ſola fide, Purgatorio, inuocatione Diuorum, votis Monaſticis, Coniugio, Ieiunio, delectu ciborum, ritibus Eccleſiaſticis, & alijs huiuſcemodi ſtudium omne ponentes reliqua ſubtiliora libenter prætermittimus. Quamobrem tu qui es in illis magis verſatus, ea ordinatè recenſeas velim, & quæcunque ſunt alia quibus religiones noſtrę à ſe inuicem diſtinguuntur. Quando enim nos iſta familiari colloquio ventilamus, neque tu victoriæ popularem famam captas, ſed ſolam veritatis explicationem vti proteſtaris, & ego quidẽ nihil prorſus de tua ſinceritate ambigo, nollem vt quicquã occultes quod ſit huic materiæ lucẽ allaturũ, ſed ea fideliter & particulatim enarres vniuerſa.

MICHAEAS.

MICHAEAS. Proteſtor quidem vt dicis, & proteſtantem me ſincerum & veracem magis (vti ſpero) quàm multi qui apud vos Proteſtantes dici affectant, reperies: & Euangelium quoque, ſiquidem Euangelicum Euangelica veritate, non paucorum hominum incerta opinione definias. Ne autem teipſum falſa ſpe lactes, illud planè ſcias velim, diſcrimina meæ tuæq; religionis non eſſe tam multa quàm tu cogitas, ſi tamen cogitas vt ais; ideoque non eſt opus longiore aliquo catalogo quo comprehendantur. Si enim vnum aut alterum articulum ſeponas de quibus mox, de reliquis omnibus tanta eſt inter nos conſenſio, vt non dubitem aſſerere, quod & opere ſi velis demonſtrabo, multò melius & plenius nobis vobiſque hoc eſt Turcis & Zvvinglianis, (ſic enim perſpicuitatis gratia loquendum eſt) quàm Zvvinglianis & Lutheranis quos tamē *fratres* nuncupatis & *Euangelicos* conuenire. Imò ſi à regulis illis quæ ſuperius à nobis iuxta publicam tuorum omnium ſentētiam de ſcripturarum interpretatione conſtitutæ ſunt non diſceſſeris; videbis illa duo quibus maximè diſtinguimur ita facile componi, vt coniunctionem noſtram nihil penitus ſit impediturum, & chariores vobis fratres futuri ſimus quàm Lutherani, qui propter ſua quædam inuenta bellum vobiſcum cruentum & interminatum gerunt, voſque etiam à cauſa coram ipſis agenda repellunt. Vide enim vt hoc ipſo in loco quē iam attingis de morte Ieſu Chriſti, quam tu putas notam eſſe maximè eſſentialem nos mutuo ſeparantem, etiam hic quamuis de facto particulari diſſidemus, tamen in ſenſu generali, eoq; magis excellenti ita cōcordamus, vt facile credam generalem veritatem communem vtriſque, non paſſuram vt particularis error in altero diu remaneat. Tu vrges vt morte Chriſti Deum Patrem placatum, & humano generi reconcilatum eſſe confitear. Quid ſi ego vitæ eius, pietati, & excellenti ſanctimoniæ hoc tribuam, vt ſine tanti Prophetę morte, vita tam admirandę puritatis Deum potius exiſtimem fuiſſe contentum? Num tu hoc reprehēdere poteris, quando in ſumma rei concordes de circunſtantia tantum diſcrepamus? Hoc tibi fortaſſe mirum videtur, quia nouum & inauditum, ſed ſi remotis ijs quæ animum tuum præoccuparunt affectionibus, æquo iudicio rem expendas; aduertes nō eſſe tam improbabilem quàm primo ſtatim intuitu apparet Magiſtri tui quum egreſſi extra fines priuatæ ſuæ Theologiæ, quæ in multis nudas ferè aſſeuerationes continet, ad principia Theologiæ cōmunis aſcendūt (quod etſi perraró & tenuiter faciūt, faciunt tamē aliquādo) nihil

Apologia Anglicana.

nihil habent vberius quo religionis ſuæ veritatem probent, quàm quod ea gloriam & honorem Dei illuſtret. Quo axiomate etiamſi plurimi eorum peruerſè vtantur, quando illud omnes ad ſuam ſingulatim fidem commendandam applicãt; eſt tamen per ſe certum & indubitatum, & tanquam ramus quidam efflorefcens ex ipſa cultus diuini radice, qui ab omnibus adhibetur ad Deum Creatorem glorificandum. Hoc de ſe iactabat Zuinglius valdè confidenter: Multo tamen audacius Martinus Lutherus, quando huic principio innixus, non tantùm Auguſtino, Cypriano, & Eccleſiæ; ſed etiam Petro, Pauloque, & Ioanni ſe opponebat; vt etiam ſi Petrus, Ioannes & Paulus ab aduerſarijs contra doctrinam eius afferrentur, ipſe non propterea volebat ab ea prędicanda deſiſtere, quia nimirum Petrus Apoſtolorum ſummus, vt errare potuit, & reuera aliquando errauit, ita ex altera parte Lutherus certus erat, ſuam doctrinam fuiſſe *eiuſmodi quæ ſolius Dei gloriam illuſtraret.* Argumentum optimum, & quidem ſi talis fuerit doctrina eius, Petro Pauloque ſecus docenti, & gloriam Dei obſcuranti, anathema erat dicendum. Non negabis opinor hanc eſſe tuorum Magiſtrorum fidem maximè generalem. Et certè tanquam latiſſimè patens ſubſtructio, qua pleræq; omnes Euangelij veſtri partes ſuſtinentur. Diſputans contra *a* Sanctorum inuocationem, contra *b* Pontificatum Romanũ, contra *c* liberum hominis arbitrium, Caluinus, hoc gloriæ Chriſtianæ cui illa putabat aduerſari, ariete ea diſiecit omnia. Hoc ſcorpione Lutherus *d* Sacerdotium Eccleſiæ Romanæ externum, hoc *e* omnia Angliæ monaſteria euertit Martyrologus noſter Foxus. Etſi à Caluino quæras cur realem Chriſti in Euchariſtia præſentiam non credat, reſpondebit iterum atque iterum, quia talis præſentia *f cæleſti eius gloriæ derogat*, dico *g quia cæleſti eius Maieſtate apparet indignum*, vt eo ſe modo miſeris mortalibus communicet. Hoc itaq; cum apud tuos certiſſimum ſit & maximè receptum, nihil eſſe Chriſto tribuendum quod ſit eius gloriæ, & honori aduerſarium: eodem hoc axiomate ponderemus tuam fidem & meam, vt videamus vtra ſit Chriſti nomini honorificentior. Tu poſtulas vt eum ego dicam fuiſſe aliquando mortuum, interfectum nimirum à Iudæis. Ego contendo fuiſſe ſemper viuum, & hactenus interijſſe nunquam. Hic tu ſi hominem mortuum viuenti vis anteponere, præterquam quòd cum manifeſta ratione pugnas, etiam à ſapientiſſimo omnium Salomone imprudentię damnaris, qui nõ modò leonem viuum eodem mortuo, ſed etiam

a *Caluin. Inſtit. li. 2. ca. 2. §. 27.*
b *Idem in epiſtol. ad Sadalet. pag. 185.*
c *Idem Inſtit. libr. 2. cap 2. §. 6.*
d *Luther. Tom. 2. lib. de abrogãda miſſa priuata.*
e *Fox act. & monument. pag. 177. 178. 181.*
f *Caluin. Inſtitu. lib. 4. cap. 17. §. 19.*
g *ibidem. §. 32.*

canem viuum leone mortuo iudicat *eſſe meliorem.* Quis autem qui tamen ipſe homo ſit, hominem vtraque manu carentem eodem quum duas manus haberet, claudicātem eo qui incedit rectè, ſurdum audiente, cæcum vidente, & ſtupidum ſentiente iudicet eſſe prꝑſtabiliorem? At mors non tantùm has debilitates ſecum affert, ſed omnium generaliter ſenſuum, omnium corporis membrorum, ipſius etiam lucis & ſolis priuationem. Honoramus quidem Abrahamū, Iſaacum, Eſaiam, Ieremiam, Ezechielem, & alios Prophetas mortuos; at non quia mortui ſunt quod eſt illis cum omnibus mortalib. commune, ſed quia in amore Dei, & veritate, & pietate ad mortem vſque perſtiterunt, & in populis ab idololatria ad cultum Dei conuertendis fideliter laborarunt. Deinde ſi ab hominibus nequiſſimis occiſus eſt Chriſtus, quid hoc eſt ſingulare? quum à mundo condito eandē ſortem & boni & improbi, & magni Principes & abiectiſſimi homunciones perpeſſi ſint plurimi. Sin verò abſque morte in cœlum corpore & anima eum tranſlatum dicas, vti nos credimus, quæ fœlicitas contigit pauciſſimis; an non hoc multò eſt præclarius, & longè glorioſius? Et ſi certè Caluinus diſputat contra realem Chriſti in Sacramento præſentiam, eam eſſe abſurdam, & nullo modo concedendam, quia eſt cœleſti Chriſti Maieſtate indigna: quanto rectius & fortius procedit argumentum contra realem Chriſti in Cruce mortem, eam eſſe multò magis abſurdam, eoque minus concedendam, vt quæ longè eſt cœleſti eius Maieſtate & magnificentia indignior, cū illic Chriſtus glorioſus, hic ignobilis, illic abſque dolore aut perpeſſione aliqua, hic cum omni miſeria & pœna, illic credatur nulli expoſitus hominū nequiſſimorum vel etiam dꝑmonum opprobrio, hic prædicetur ſubiectus omni dedecori; omni contumeliꝑ, omni Iudæorum, Gentium, hominū improbiſſimorum ſannis, ludibrijs, infeſtiſſimo cruciamento & iactationi. SAMVEL. Quicquid ſit de Caluini argumento, quod eſt in ſuo ſenſu veriſſimum, tu humano quidem more de iſtis rebus non inſcitè arguis. At ſi non dicam Chriſtianè, ſed vel Mahumeticè res ſacras, & myſticas expendere velis, videbis iſta omnia longè alio, immo planè contrario modo ſe habere, quàm tu opinaris. Ais hominem ſanum ægro, rectè incedentem claudo, validum imbecillo, multoque magis viuentem mortuo antecellere, idque confirmas ex Salomone, vilem beſtiam viuētem, mortuo leoni, hoc eſt, nobiliſſimo cuique animali præferente. Si quidem hanc duntaxat vitam intueris, ſcitum illud Salomonium, &

tuum

tuum quoq; veriſſimum agnoſco. Sin ad diuina oculos mẽtis
attollas, longè ſecus eſſe tota ſcriptura pronũciat. Ecquid .n.
vnam ouem ſacrificatam, hoc eſt, mactatam, conciſam in par-
tes, & vel totam igne conſumptam, vel ad hominum vſus iu-
xta legis præſcriptum diſtributam, toti gregi ouium, & arietũ
in agris paſcentium non antepones. Ecquid omnes greges vel
armenta Iudææ eam habebant dignitatem, vt de illis diceře-
tur, quod de vna capra, aut oue, aut vitulo ſacrificato ſæpenu-
mero memorat ſcriptura, inde aſcendiſſe in cœlum *odore ſua-* *Leuit. 1. 17, 7. ca. 3. & 4. &c.*
uiſſimum Domino? Hoc quod de oue dicitur figuratè in ſacrifi-
cium occiſa, infinita cum prærogatiua ad Chriſtum in cruce
ſacrificatum, & ſe ſacrificantem, à illis ouibus præſignifica-
tum transferre debes. Neq; tamen mirarer in homine infide-
li, qui in ſola Chriſti crucifixi interfectione ignominioſa co-
gitationes ſuas defigit, ſi tali crucifixo Chriſto viuentem Sci-
pionem, aut ducem quemcunq; anteponat. Fatemur enim cũ
Apoſtolo Paulo, *verbũ crucis ſtultitiam eſſe Gentibus, & ſcan-* *1. Cor. 1,*
dalum Iudæis, etiamſi ijs qui ſalui ſunt, id eſt, Chriſtianis ſit *Dei*
virtus, Dei ſapientia, ideoq; & Dei gloria. At vero ſi ijdem Iu-
dæi, Genteſq; ad reſurrectionem mox conſecutam aduerte-
rent, ſi ad glorioſiſſimam Aſcenſionem mentes applicarent,
tum fortaſſe longè aliam opinionẽ de Chriſto crucifixo con-
ciperent, neq; dubitarent Chriſtum optimis illis Patriarchis,
Abrahamo, Iſaaco, Eliæ, & cæteris longiſſimo interuallo an-
teferre. Quãto enim in morte maior & ignominioſior fuit de-
preſſio, tanto à morte illuſtrior & glorioſior erat reſurrectio:
quemadmodum honoratius eſt homini cuicunq; ab infimo,
& afflictiſſimo ſtatu, à ſua virtute ad faſtigium Imperatoriæ
Maieſtatis aſcendere, quam nunquam fortuna aduerſa tenta-
tũ in mediocri dignitate viuere. MICHAEAS Probabile qui-
dem eſt quod dicis; quanquam nec mihi deſunt quæ poſſem
opponere. Sed quia in hoc cardo, vt tu putas, religionis tuę ver
titur, neq; paucis expediri poteſt, ſeponamus pauliſper, & poſt
ea commodiùs repetemus. Cætera autem quæ numeras, eadẽ
& nos vobiſcum habemus, & non minùs quam vos religioſè
æſtimamus. Nam Cœna quæ (vt definit eius temporibus no-
ſtris ordinandæ Princeps Huldericus Zuinglius) *nihil eſt aliud* *Zuing. To. 2. epiſto. ad quandam Germaniæ ciuitatem fol. 296.*
quàm ſoléne & myſticũ charitatis & concordiæ ſignum vel ſym-
bolum, à noſtris toto quidem anno, ſed feſto Paſchali non mi-
nùs quam à veſtris religioſis frequentatur. Baptiſmus autem
noſter, veſtro longè multumque antecellit. Reliquorũ deniq;
quæ tu recenſes tanquam præcipua in quibus concionatores

veſtri verſantur, permulta & ſi non omnia mirificè nobis placent. Pontificem enim Romanum abominamur, & exciſum cupimus, quod eſt *fundamentum*, immò & *bona pars religionis veſtræ*: ſacrificium Miſſæ, & realem præſentiam vobiſcum dānamus: de Prædeſtinatione, Coniugio, Ieiunijs nonnihil (fateor) non tamen multum à vobis differimus. Denique ſi non nomen ſed rem attendis, verè non minùs quam vos Zuingliani, Proteſtantes ſumus. Si enim nominis huius originem recordaris, illud publico quodam conſenſu Germanis impoſitum eſt, illis qui Lutherana fide imbuti, quam poſtea ſub nomine *confeſſionis Auguſtanæ* Carolo Cæſari obtulerunt, pro ea contra fidem reliquorum Germanorum tanquam Papiſticam *proteſtabantur*, à qua Lutheranorum fide, & confeſſione, & communione, Zuingliani tum nominatim excluſi ſunt. Quum autem huius appellationis vis duabus partibus contineretur, altera vt quis *Auguſtanæ* eſſet *confeſſionis*; altera vt Pontificiam fidem reijceret, temporis ſucceſſio ita vt iam obtinuit, vt *Auguſtana confeſſione* ſepulta; vel à varijs ſectis ſic corrupta, vt quænam ſit Germana Auguſtana confeſſio planè neſciatur, *Proteſtantes* ſint quicunque Papiſticæ religioni ſeſe opponunt. Quod quum nos faciamus conſtantiſſimè (vt interim omittam quod in articulis multò plurib. vobiſcum cōueniamus, quam vos cum Lutheranis) magna nobis iniuria fieret, ſi quis à nobis Proteſtantium nomen tolleret, & tamen illud vobis attribueret. SAMVEL. Atqui in eo non mediocriter erras (Michæa) qui Lutheranos tam longè à nobis diſiungis & ſeparas. Non negamus quidem nos ab illis nonnihil diſſidere, & diſſidium illud *non eſt de principijs aut fundamētis religionis Chriſtianæ, non de Deo, non de Chriſto, non de ſancto Spiritu, non de ratione iuſtificationis, non de æterna vita, ſed de vna tantum nec ea ita graui & magna quæſtione*, nimirum de Cœna: ideoque eos vt *verè Chriſtianos* & *amicos* quoque & *fratres noſtros* agnoſcimus, quemadmodū in Apologia Eccleſiæ noſtræ toti mundo profitemur. At à vobis quoad ipſa principia, & fundamenta religionis diuellimur, quando non tantùm nō Cœnam, ſed nec Baptiſmum, nec quod caput eſt, Chriſtum ipſum vobiſcum habeamus communem. Ideoq; velim te deinceps illam opinionem deponere, qua nos tecum, & cum tuis Mahumetanis ita propè copulas, ac ſi multò vobis quam Lutheranis eſſemus coniunctiores. Quod tamen Proteſtantium nomen tibi tuiſque aſſumis, non moleſtè fero, ſed ſeriò potiùs lætor & valdè triumpho. Vtinam, vtinam tu reliquique tui ordinis

Sleidan. li. 6. vide eundem libr. 7. & 8.

Apologia Anglica.

Digitized by Google

dinis omnes, qui ſub Turcæ Imperio degitis, Proteſtantes verè & ex animo efficeremini. Eſſet certe illud Euangelio admodum honorificum, quod ad tam amplas nationes penetraſſet, eaſque ſuaui iugo Chriſti ſubieciſſet. MICHAEAS. Siquidem relicta lege noſtra ad veſtros ritus nos immutemus; eſt ſanè quod gloriemini. Sin verò vos quemadmodum ſemel à fide Romana diſceſſiſtis ad Euangelicam ſed impuriorem, vt ſub Henrico 8. deinde varijs gradibus ad puriorem, vt ſub Edouardo 6. Et ea quæ modo dominatur Principe, ſic eam fidem poſtea indies magis magiſque corrigentes nunquam deſiſtatis, donec ad noſtram, vt omnium puriſſimam perueneritis; tum quidem non eſt religioni veſtræ honorificum (quanquam de eo nolim contendere) quod cõtinua mutatione huc deuoluta ſit; ſed eſt Alcorano glorioſum quod ſua ſu firmitate ſuſtinens, Euangelium veſtrum adeo incertum & mutabile, quum nuſquam conſiſtendi locum reperiret, tandem exceperit, eique conſtantiam ſuam impartiuerit. Non enim quando primis Eccleſiæ temporib. noſtri Britanni idololatriam priorem deſerentes, fidem Chriſti ſuſceperunt, dicere ſoletis illos gloriam attuliſſe Chriſto, ad quem ab erroribus Paganiſmi conuertebantur, ſed è contra Chriſtus eos honoraſſe dicendus eſt, quos ab impijs moribus & inſtitutis nefarijs auertens ſalutari ſua doctrina imbuebat. Ita non eſt propriè tam glorioſum laſciuo adoleſcenti, quod ſub egregio Præceptore homo doctus, nec imperito tyroni quod ſub præclaro duce miles bonus euaſerit; quam prædicandum & laudabile eſt Præceptori, qui diſcipulum antea diſſolutum melioribus literis moribuſque, & præclaro duci qui rudem tyronem militari diſciplina inſtruxit: eò quod diſcipuli & tyrones à ſuis Præceptoribus & ducibus, non contra hi ab illis perfectionem conſequantur. Veſtri autem Miniſtri ſi in illis tantum quæſtionibus à te commemoratis ſe exercent, nec ad altiorem Theologiam aſſurgunt, vt tu dicis, & ego facilè credo; non ſunt admodum conuertendis nationibus idonei, quin imò probabile eſt eos multò faciliùs ſuam fidem derelicturos, quàm eandem alijs perſuaſuros. Fuit ante paucos annos in clariſſima patriæ tuæ ciuitate Miniſter, magni propter crebras conciones nominis, & contra Ieſuitas ſcriptor acerrimus, qui quum in Papiſtico quodam libello legiſſet Mariam Virginem matrem Dei appellari, accenſus zelo Euangelico exclamauit ſingularem blaſphemiam, quaſi Deus æternus, & infinitus, & increatus à fœmina naſci potuerit, quod eſt Deo diuinitatem & æ-

Digitized by Google

ternitatem manifeſtè detrahere. Neruoſè quidem & Theologicè, ſiquidem ſana, hoc eſt, noſtra Turcica de Chriſto opinione fuiſſet imbutus. Quum enim certum ſit nobis, eum fuiſſe non Deum, ſed hominem, eius mater eum pariens non magis Deum peperit, quàm matres antiquorum Prophetarum dum eos conceperunt, totidem deos genuerunt. Vtinam verò tu Samuel idem ſentires. Ita ſiquidem grauiſſimus hoſtis integram noſtram cōiunctionem maximè impediens eſſet è medio ſublatus. Certè perpauca admodum ſupereſſent propter quæ deinceps litigaremus. SAMVEL. Mittamus iſta arguta Michæa, vtrum hoc vobis an nobis futurum ſit glorioſius, eſt etenim contentio puerilis, & de eo liberum alijs permittamus iudicium. Illud autem à te requiro, vt tandem ſimpliciter & dilucidè proponas ea ſiue grauiora, ſiue leuiora, quibus Turciſmus veſter ab Euangelio noſtro diſiungitur, & ſi quidē quo ad grauiora me in tuas partes pertraxeris, & quod ſuperiꝰ aſſeruiſti Mahumetiſmum cum Euangelio eadem prorſus docere, vel in quibus differat, meliora docere conuincas; tum ſanè ego de leuioribus negotium tibi nō faceſſam. Sequentur enim, vt ait Iuriſconſultus, *acceſſoria naturam principalis*. Sin verò neque leuiora deinceps obtinere poteris, ſed ſemper Euangelium à veſtro Alcorano, & quoad magna & quoad minima, longè lateque diſtare conſtiterit; etſi fortaſſe non es ad rectam rationem rediturus, quod ego in primis opto, illud ſaltem me à tua humanitate, & æquitate impetraturum confido, vt errorem tuum agnoſcas, & reuoces quo Euangelium noſtrum Alcorano tam contumelioſè exæquaſti. MICHAEAS, Quid ais Samuel? contumeliam inferri Euangelio veſtro, eò quod illud Alcorano contulerim? Immò iniuria potius facta eſt Alcorano, cui veſtrum Euangelium tanquam noctuam Aquilæ, & Hinnulum Leoni, vel certè Glauci aureis Diomedis ærea cōparaui. Quare ſi peccatum ſit, ab Alcorano venia petenda eſt, non ab Euangelio, quod vt Alcorano magna ex parte poteſt eſſe ſimile, ita clariſſimum eſt Alcorano nulla ex parte antecellere. Quare hic idem prorſus error eſt, qualem ſupra admiſeram, quum vos nobis magis quam Lutheranis fratres, & quoad religionem propiores eſſe dixi; quem tu errorem in me arguiſti, & fraternam vobis cum Lutheranis intercedere cognationem iactaſti, & in vna ſolum quæſtione nec ea admodum graui diſcordiam eſſe, quæ fundamenta religionis nō attingat, & id genus alia: quæ omnia adeo ſunt perſpicuè falſa, vt mihi graue admodum ſit, ad rerum tam euidentium refutationem

Digitized by Google

rationem impelli. Ante annos duodecim Principes quidã nationis veſtræ, pro communi ſalute fœdus cum Germanis Lutheranis contrahere cupientes, de religionum controuerſijs quibus animi veſtri valdè diſtrahebantur ſedandis prius agẽdum cenſuerunt: in eaque re Sturmius Argentoratenſis vir clariſſimus & Zuinglianæ fidei apprimè ſtudioſus, de quo prius, operam ſuam quam diligenter interpoſuit, & vt commodius de ijs tranſigeretur, lites veſtras in Epitomen quandam redegit hoc modo: *Inter Eccleſias* (inquit) *Euangelicas præcipuè controuerſiæ hæ ſunt, de Cœna Domini, de Prædeſtinatione ſeu prouidentia Dei, & de perſona Chriſti.* Non ergo de *vna quæſtione*, eaque leui diſſidetis, ſed de tribus, iiſque grauiſſimis. At hæ tres quæſtiones num ſimplices ſunt & ſteriles? & non potiùs admodum fœcundæ, & quæ alias multas ex ſe parturiunt? Reſpondet Sturmius: *Certum eſt cauſam Euchariſticam fontem eſſe & originem multarum aliarum pernicioſarum rixarum, videlicet de perſona Chriſti; de eius Aſcenſione ad Cœlos, deque ipſius ad dexteram Patris ſeſſione, déque quibuſdam alijs, quibus præcipui articuli fidei noſtræ labefactantur.* Vides itaque Samuel, & tu & tui quàm in manifeſto errore verſemini, qui hoc negatis quod adeo *eſt certum*, & vel infimę plebeculæ notum. Atque hæc veſtra diſſidia eiuſmodi ſunt, vt breui vos ad Turciſmum progreſſuros, idem vir multas ob cauſas ominetur. Sic eſt enim apud eundem: *Si Reges & Principes Euangelici, ſuam pro dirimendis his contentionibus non interponant authoritatem, dubium non eſt quin Eccleſia Chriſti multis hæreſibus inficiantur, & tandem maxima eius vaſtitas ſubſequatur, vt in Aſia, Africa & Græcia, propter ſimiles cauſas eueniſſe vidimus.* Et iterum. *His paradoxis opinionibus fundamenta religionis noſtræ conuelluntur, præcipui articuli in dubium vocantur, multa hæreſes in Eccleſias Chriſti inuehuntur, & plana ad Mahumetiſmum, & Atheiſmum paratur via.* Sic Sturmius. Cætera non malè; illud peſſimè quod veſtra ad Turciſmum acceſſione Eccleſias vaſtandas eſſe vaticinatur, quũ Eccleſiæ apud nos multò quam apud vos pręclarius floreant. Cuius rei teſtes appello omnes qui Eccleſias noſtras cum veſtris Scoticis, Anglicanis & Gallicanis vaſtationibus poterunt comparare. In illo verò altero de Lutheranorum nimirum fraterna vobiſcũ ſocietate, Deus bone! quàm turpiter tui Magiſtri, tua credulitate abuſi ſunt! Non eſt opus vt longius inquirã huius erroris confutandi argumẽta. Is.n. quẽ in manib. habemus, Sturmius

Ratio incunda concordiæ per Sturmium Ann. 1579. pag. 2.

 quum

Digitized by Google

quum fateatur Lutheranos clamare *vos minus Scythis, & Turcis ferendos eſſe*, vnà clariſſimè fatetur vos cum Turcis, quam cum Lutheranis eſſe arctiori neceſſitudine iunctos. Quin etiam Lutherani in celebri Germaniæ ſynodo, vno ore, & ſolemni decreto, omnem vobis amicitiam fraternam his ipſis verbis renunciant: *Quod ſcribunt Zuingliani ſe à nobis pro fratribus agnitos, id tam impudenter tantaq́; vanitate ab illis confictum eſt, vt illorum impudentiam mirari ſatis nequeamus. Nos verò vt locum illis in Eccleſia nullum concedimus, ita etiam pro fratribus minimè agnoſcimus, quos ſpiritu mendacij agitari deprehendimus, & in filium hominis contumelioſos eſſe.* Quare noli deinceps Samuel eos pro fratribus venditare, quos perſpicis tibi tuiſque, tanquam Scythis, & religionis proditoribus, Chriſtianæ Religionis eſſe infeſtiſſimos. Iniuſtè forſan, non nego, nec enim de eo diſputo; ita tamen vt manifeſtò fraternum nomen & amorē, hæc ſiue iuſta ſiue iniuſta veſtrûm execratio dirimat. Certè qui vos fratres appellauerit, etſi in Apologetico ignorantiæ poterat attribui, tamen deinceps grauiori verbo refellendus eſt, quando iſti fratres Lutherani *admirabilem impudentiam* appellent. Germanus quidem ille, *Superintendens Raceburgenſis, & coniunctarum Megapolenſium inſpector generalis*, hoc eſt, magnus Lutheranorum Patriarcha, qui ſuperiore anno emiſit contra Caluiniſtas, iuſtæ magnitudinis libros tres hoc titulo: *Theologia Caluiniſtarum libri tres: in quibus ceu in tabella quadam quaſi ad oculum pluſquam ex 223. Sacramentariorum publicis ſcriptis: pagellis, verbis proprijs; & authorum nominibus indicatis, demonſtratur eos de nullo ferè doctrinæ Chriſtianæ articulo rectè ſentire*: qui incipiens à *Deo, eiuſq́ue omnipotētia, & verbo* & reliquos ferè omnes percurrens, *de vnione duarum naturarum in Chriſto, de redemptione Chriſti, de Spiritu ſancto, de lapſu hominis, de libero arbitrio, de lege Dei, de Euangelio, de Prædeſtinatione, de Iuſtificationis articulo, de ſola fide iuſtificante, de bonis operibus, de Pœnitentia, de Sacramentis in genere, de Baptiſmo, de Cœna, &c de aſcenſione Chriſti ad Cœlum, de deſcenſu Chriſti ad inferos, de adoratione Chriſti*, & in his omnibus alijſque multis fidem Caluinianam damnat, vt planè hæreticam: qui vix nominat Caluiniſtas, quod facit ſæpiſſimè, quin aliquo inſigni epitheto eos ornet, vocans *infideles, impios, blaſphemos, præſtigiatores, hæreticos, incredulos, vertiginis et cæcitatis ſpiritu percuſſos, homines impudenti & perfrictæ fronte, turbulēta ſatanæ organa.* Et (quod eſt frequētiſſimum) atheos, hic certè Superintendens plurimum obſtu-

Epitome colloquij Maulbrunenſis anno 1564. pag. 82.

Impreſſi Francofurti anno 1592. Capita libri primi.

Vide præfationem.

Digitized by Google

obſtupuiſſet, ſi quem audiſſet aſſeuerantem Lutheranos, & Zuinglianos eſſe *amicos & fratres*, eoſque de *vna tantum, nec ea ita graui & magna quæſtione diſſidere*. Sed iſta libenter tranſilio, & venio ad deſcribenda ea, quæ poſtulas controuerſa inter nos capita: Et vt ſcias æquabilitatem meã, nullo hic præiudicio in meas ipſius partes propendentem, recenſebo ea ſuccinctè iiſdem omnino verbis, quibus ea veſtri Chriſtiani è noſtro Alcorano traducta deſcripſerunt. Sic itaque Theodorus Bibliander, Philippus Melanchthon, Lutherus & alij, quos illi Alcorano à ſe edito, ad eundem confutandum adiunxerunt, præcipua Alcorani capita colligunt.

ARGVMENTVM CAPITIS TERTII.

Michæas ſummam religionis Turcicæ quoad fidẽ de Deo, de Chriſto, de æterna vita, de precibus & ritibus Eccleſiaſticis, & breuiter & ſigillatim deſcribit.

CAPVT TERTIVM.

MICHÆAS.

TOTIVS doctrinæ Turcarum hæc eſt ſumma. *Primus & maximus error eſt quod Trinitatẽ in vnitate negent. Chriſtum licet ex diuino ſpiritu conceptum, Dei filium eſſe non credunt, nec Deum, ſed Prophetam; bonum, veraciſſimum, omnis mendacij atque peccati immunem, Mariæ filium, ſine Patre genitum, nunquam mortuum, quia morte nõ eſt dignus: Imò quum illum Iudæi interficere vellent, de manibus eorum elapſum aſcendiſſe ad Aſtra, ibique nunc in carne viuere in præſentia Dei vſque ad aduentum Antichriſti, quem Chriſtus gladio ſuæ virtutis interficiet, & Iudæos reliquos ad legem ſuam conuertet. Chriſtianos autem qui iam à longo tempore legem eius atque Euangelium perdiderunt, tum propter eius diſceſſum, tum etiam propter Apoſtolorum atque Diſcipulorum mortem, legem ſuam perfectè docebit.* Habes hic paucis comprehenſam primariam partem legis Mahumetanæ. Alius de Alcorano & eius promulgatore Mahumete ſcribit. *Quod nulli Prophetarum cõtradicit, ſed approbat libros à Deo fidelibus traditos, ſcilicet Le-*

Theodor. Bibliander *in præfat. Alcoran. pag. 3.*

Cuſanus in cribratione Alcoran. lib. 1. cap. 2 lib. 2. c. 14.

& libr.3. cap.1. Richardus ordinis Prædicatorũ. in confuta. legis Saracenæ. ca. 1.

gem Moyſi, Pſalterium Dauid, & Euangelium traditum Ieſu Chriſto filio Mariæ virginis, concludens omnes prædicta credentes & obſeruantes liberari à gehenna. Illud autem ſemper requirit vt quiſq; unum Deum adoret, & boni geſtor ſit, & credat reſurrectionem mortuorum Principalis autem intentio Mahumeti eſt perſuadere Chriſtum neque Deum, neque filium Dei eſſe, ſed ſanctum & ſapientem quendam hominem, & Prophetam maximum, abſq; patre ex virgine genitum. Iſta ego poſſem ſingulatim, & membratim, imò ferè & verbatim ex ipſo Alcorano deducere, & Azoaras (in quas tanquam capita Alcoranus tribuitur) deſignare in quibus ſingula continentur. Azoara enim prima poſt ſolemnem diuini nominis inuocationẽ, hoc quaſi caput Alcorani ſtatuitur, *Quod omnis rectè viuens, boniq́ue geſtor indubitanter diuinum amorem aſſequetur.* Azoara 2. *Creatoris, nec non & Angelorum in nubibus aduentum ſinguli ſimpliciter expectet, ad quem omnium fiet reditus.* Azoara quinta: *Deus pius & miſericors prius teſtamentum vetus* (legem Moyſis, & Pſalterium) *deinceps Euangelium, rectas vias hominibus tradidit. Poſtremo librum veraciſſimum Alfurcan vobis deſuper præbuit.* Azoara vndecima. *Iudæi* (inquit) *Mariæ blaſphemiam & immoderatam contumeliam inferunt dum eius filium Chriſtum Dei nuncium ſe interemiſſe perhibent. Eum enim nequaquam, ſed alterum ei ſimilem interfecerunt: quia Deus incomprehenſibilis & ſapiens eum ad ſe migrare fecit.* Azoara duodecima. *Increduli ſunt qui Ieſum Mariæ filium, Deũ dicunt eſſe, quum ipſe Chriſtus dicat, In dominum Deum meum ac veſtrum credite*: Quam ob rem paulò poſt: *Confundat* (inquit) *Deus Chriſtianos qui Mariæ filium loco Dei venerantur, quũ ipſis præceptum ſit, non niſi vnum Deum adorare,* &c. Sed quoniam nec Alcoranus tibi ſuppetit vt ſingula poſſis conferre, & huiuſmodi comparatio longior eſt & laborioſior, & aliquando propter ſententiarum obſcuritatem (quod in diuinis rebus & verbis neceſſe eſt accidere) ſenſus earum veri difficilius eruuntur, & tui Chriſtiani videntur in iſtis exponẽdis tibi æquiores, quàm ego qui Alcorano defendendo meipſum conſecraui; has ob cauſas malo vt tuos hæc tibi enarrantes quàm me eadem tibi colligentem audias. SAMVEL. Etiamſi ego tuæ hac in re fidelitati nequaquam diffido, tamen quando hanc ingreſſus es viam quæ mihi certè magis arridet, eam vt ad extremum perſequaris velim. MICHAEAS. Faciam perlibenter. Illud tamen à me non expectabis, vt ſi quæ ſint à tuis cõtra legem noſtram falsò, maledicè & contumelioſè prolata (vt ſunt permulta) à

Azoar.1. *Azoar.2.* *Azoar.5.* *Azoar.11.* *Azoar.12.* *Ioan.20.* *Azoar.19.*

me

Digitized by Google

me recenſeantur: quin illa vt potero omittã prorſus: eò quòd mihi religio ſit eiuſmodi blaſphemias audire, multò magis proferre: & lege inter nos mutuò dicta præcauimus contra omnes verborum aculeos & iniurias. Iniuria eſt enim & non ferenda quod Theodorus Bibliander ait, *Alcoranum ſatum eſſe per Apoſtatas Monachos, conſutum ex veteribus hæreſibus.* Qui ſi recordatus fuiſſet quis ipſius Euangelium *ſeuiſſet*, & cuiuſmodi articulos illud contineret; neque negaret opinor eius *ſatorem* Lutherum fuiſſe Monachum, eumque grauiorem *Apoſtatam* (quoniam ipſe tam agreſti vocabulo vtitur) quàm fuit Sergius qui ex monaſterio ſuo vi eiectus eſt, non ſua ſponte receſſit, & contra votum nunquam ſe matrimonio illigauit, idque ſanctimonialis virginitatem profeſſæ, vti fecit Lutherus, quòd certè plurimum auget Apoſtaſiæ grauitatem (ſi tamen ita cum Bibliandro loqui fas eſt) & ſi veteres recenteſque Papiſtas audiamus, quorum ille iudicia ſequitur in tam crudeli ſententia ferenda, auſim affirmare, & argumentis manifeſtis oſtendere eius Euangelium ex pluribus antiquis nouiſque hæreſibus eſſe conſutum quam eſt Alcoranus noſter. Sed redeo ad propoſitum, & pertexam quod exorſus ſum, vt vniuerſis ordine ſub aſpectum propoſitis, poſtea facilius ad memoriam reuocentur ſingula, quum orationis curſus nos ad ea carpenda & examinanda duxerit. Et quæ hactenus quidem narrauimus, ex ipſo Alcorano deſumpta ſunt omnia; quæ iam ſequuntur, pleraque ex Alcorano, permulta ex communibus noſtrorum hominum moribus & ritibus: ea verò à tuis hoc ordine commemorantur. *In Alcorano præcipitur circuncisio, quanquam non ob expiationem peccati originalis, quod nullum eſſe arbitrantur Mahumetani; tum abſtinentia carnis porcinæ & vini. Quo ab Hebræis Chriſtianiſq́ue ſua lex diſſentiret, ſtatuit diem veneris ſacrum. Ex eadem cauſa contra omnium aliarum gentium ritum, ſoli Turcæ erant conuerſi ad meridiem. Diuortia & multitudinem vxorum conceſſit quo facilius rudem populum ineſcaret, & docuit voluptates corporis futuræ fœlicitati minime officere. Legem tulit, Si quis de Alcorano diſputaturus concertaret, capitali pœna eſſe afficiendum, quum cuiuis myſterium tractare nefas ſit. Scripturas ſuas Mahumetes eleganti quadam concinnatione & ſub rhythmo carmineq; edidit, vt facilius traheret incautos. Euangelicam doctrinam quam alioqui laudabat, ab Apoſtolorum diſcipulis corruptam Alcorano ſuo ſe emendaturum promittebat. Vetus teſtamentum laudauit, & ſi quibuſdam in locis mendo-*

Bibliander in Apologia pro editione Alcorani. Vide apud Alcoran. part. 2. in cõfutatione Alcora. pag 13.

Cuſpinianus de religione Turcarũ. Septemcaſtrenſis.

Digitized by Google

editus à Luthero. de fide & religione Turcarum cap.13. Chriſtophorus Richerius lib.2.de moribus Turcarum ad Franciſcum Galliæ Regem.

mendoſum aſſerit. Chriſtum verum ſanctum fuiſſe & omni virtute præditum, ſupra omne humanitatis faſtigium prædicabat. Eum ex virgine natum & Spiritu ſancto conceptum, nunc verbum, nunc ſpiritum, nunc Dei animam, nunc Dei amiciſſimum vocabat, quem tamen Deum eſſe negabat. Cum Sabellianis Trinitatem negabat, cum Ario Chriſtũ Deum, cũ Macedonio creaturam dixit Spiritũ ſanctum. A Sergio baptiZatus eſt, & pro peccatorum expiatione crebras lotiones indixit. Circuncisionem in adultam protendit ætatem Multum vrget, ne quis matura ætate extra matrimonium degat. Magno rigore quinquies in die præcepit orandum horis & temporibus aſſignatis. Prima oratio fit oriẽte ſole, & continet quatuor Erket & duo Chalamat. Erket autem eſt geminata inclinatio cum totidem proſtrationibus. Chalamat eſt ſecreta oratio quæ cum certis cæremonijs perficitur poſt quamlibet proſtrationem. Secunda precatio fit circa meridiem, continet decem proſtrationes & quinque orationes ſecretas. Tertia fit veſpertino tempore, continens octo proſtrationes & quatuor orationes ſecretas. Quarta fit occidente ſole, habens quinq; proſtrationes & tres orationes ſecretas. Vltima cæteris prolixior, poſt cœnam tardiori fit hora, habens quindecim proſtrationes & octo orationes ſecretas Ad has orationes vnuſquiſq; tenetur cum Parochiano ſuo & in Eccleſia propria, niſi legitimè impediatur; tunc enim in omni loco, hoc licitè facere poteſt. Dies Veneris eſt apud eos, vt apud nos dies Solis, quo attentius orant, non tamen vacant ab vllo labore, Singulis ciuitatibus Turcæ habent quoddam principale templum quò omnes cõueniunt die Veneris, tam ipſe Rex quàm alij principes. Oratione meridiana perfecta, fit prædicatio & regalium eleemoſynarum largitio. Ieiunium ſimile Quadrageſimali habent in anno ſemel, per menſem integrum, qui aliquoties in hyeme, aliquoties in æſtate cõtingit. Die ieiunij abſtinent ab omni genere cibi & potus; nocte autem quibuſlibet liberaliter veſcuntur. In fine ieiunij Paſcha celebrant, in quo viſitant memorias mortuorum ſuorum, ibidem orantes, & quæ ſecum portauerunt comedentes, & inuicem oſculantes dicunt Baaran, hoc eſt, veniat tibi bonum Paſcha. Et hæc omnia obſeruant in ſecundo Paſchate, quod ſexageſimo die poſt primum celebrant, eò quòd tunc peregrini eorum ad Medinam, & Mecham peragunt ritum peregrinationis ſuæ Tum enim magna multitudo Turcarum, Arabum, Saracenorum, & Tartarorum annuatim viſitant memoriam & ſepulchrum Mahumetis. Et propter hos potiſſimum, duo ſunt hoſpitalium genera in omni loco; aliud in ciuitatibus, aliud in vijs publicis, vbi non inueniuntur ſufficientes habitatores ad recipien-

Digitized by Google

*recipiendum peregrinos. Ea quæ ſunt in ciuitatibus, ſunt capaciſ-
ſima, & plurimis poſſeſſionibus dotata, vnde alı poſſunt bis in die
non modo peregrini, ſed & Sacerdotes & ſtudentes nonnulli, qui
pro fundatoris anima quotidie precantur. Sacerdotes nullam ha-
bent occupationem circa curam animarum, confeſſiones, exhibi-
tionem ſacramentorum. Eorum Eccleſiæ nil differunt à domibus
communibus, vt nec Sacerdotes quoad veſtitum à communi po-
pulo: qui nec multum meditationibus nec ſtudijs literarum va-
cant, ſed vxori, liberis, familiæ. Iumenta enim curant, mercantur* *Septem-*
vſuram capiunt. Multi ſunt peculiares Turcis Sancti, quorum a- *caſtrenſ.*
lij à peregrinantibus, alij à maritis, alij à parentibus, alij à cala- *Ibid.*
mitoſis, alij à viatoribus inuocãtur, eorumq́; ſepulchra in magna *cap. 15.*
habentur veneratione. Sed præcipuus in Turcia tota habetur Se- *Tempore*
dichaſi quidã, hoc eſt, Sãctus Victor vel Victorioſus inter Sãctos, *huius ſcri-*
cuius ſepulchrũ eſt inter limites Caramannorũ & Othomãnorũ, *ptoris Ca-*
quem tam religioſè colunt, vt neminem qui illius opem implorat, *ramania*
deſiderio ſuo fraudari conſtantiſſimè credant, præcipuè ſi victoriæ *non erat in*
vota faciant: Vnde maxima donaria à Principibus quotannis ad *ditione Ot-*
huius ſepulchrum deferuntur. Et licet Othomanni & Caraman- *tomanno-*
ni frequenter inter ſe diſcordias habeant, & vnus inuadat terras *rum.*
*alterius, nemo tamẽ eſt auſus appropinquare ſepulchro illius, vel
terris ei propinquis aliquid mali inferre. Saraceni omnes & Tur-
cæ imprimis imagines omnes ſeu pictas, ſeu ſculptas ſic deteſtan-
tur, vt propterea Chriſtianos idololatras vocitent, quum illi nec
ſigillo vtantur in literis vllis, contenti nudis literis ſi nomen ad-
ſit mittentis aut ſyngrapha, cætera vana reputantes. Mahume-
tis ſepulchrum, eſt in Medina vrbe, & à Turcis totoq́; Oriente in-
uiſitur, vt à Chriſtianis Hieroſolyma ob ſepulchrum Chriſti.* His
paucis habes deſcriptam religionem noſtram ferè vniuerſam;
& quo minus ab authorum verbis deflecterem, quædam reli-
qui ſuſpicioſiùs, imò & iniquius & contumelioſius poſita quã
vel veritas ipſa vel profeſſio mea patitur; quæ certè nõ ita ſim
pliciter enunciaſſem, niſi poſtea attenderem commodiorem
ea examinandi locum. SAMVEL. Perpulchra ſanè ſunt quæ
percurriſti Michæa, quorum ego toto hoc itinere noſtro, aut
nulla prorſus, aut pauca admodum potui animaduertere. O-
mnia enim mihi liberius patuerũt quàm Templa & Moſqueæ
(vti vocatis) & cœtus hominum tuæ profeſſionis, tum cum ſa *Theuet.*
cra ſua acturi congregantur. Quare etiamſi maximum in lo- *Coſmogr.*
cis Imperij Turcici diligenter luſtrandis tempus, operamq́ue *lib. 6. ca. 8.*
poſui; tamen quid in ſuis templis agant Turcæ, minimè om-
nium intelligo, Semper enim ne curioſior eſſem, me valdè ter-

ruit

ruit luctuoſum illud exemplum Hiſpani Granatenſis, de quo primo noſtro in Iudæam acceſſu audiuimus, qui Hieroſolymis ex pactione facta cum quodam amico ſuo Mauro, ſimulata perſona, Mauriq; veſtibus indutus tẽplum cum reliquis promiſcuè circuncíſis vbi ſemel ingreſſus eſſet; vt eorum ritus, & cæremonias intueretur; Turcæ ex moribus geſtibuſq; precandi aduertentes eum de ſuo numero non fuiſſe; nihil quidem ſe mouerunt donec ſacra & cæremoniæ abſoluerentur. Tum autem in ipſo egreſſu, ad templi veſtibulum eum aggredientes, multis vulneribus confecerunt, & in partes varias diſſecuerunt. Imò ipſe paulò poſtquam illud accideret, primo ferè appulſu meo in illam terram quum Chriſtianorũ omnium varias Eccleſias liberè frequentarem, quod ſemel tantummodo præteriens leuiter in Turcarum Templũ quod ipſi Salomonis appellant, introſpexiſſem, ſubitò à Turcis comprehenſus, in imum carcerem arcis Hieroſolymitanæ ad aliquot dies coniectus ſum. Id quòd me perpetuò cautiorem fecit, vt in eorum ſacra nihil prorſus inquirerem. MICHAEAS. De Moſqueis noſtris opportunè admonuiſti, quod ego fortaſſe aliàs vel per obliuionem, vel data opera eram prætermiſſurus. Eſt enim illud religionis noſtræ, vt religionis ipſius myſteria non promiſcuè omnibus, ſed tantum fidelibus ijs qui iam dudum myſterijs noſtris initiati ſunt aperiamus: quod & antiquiſſimis Chriſtianis in more poſitum fuit. Quemadmodum tamen hactenus in alijs feci, ita & in hoc non grauabor ea repetere quæ à veſtris hominibus literarum monumentis tradita ſunt. De templis ergo noſtris ita ſcripſit Chriſtianus quidam aliquando circũciſus, & qui multos annos apud nos ſeruiuit, & ſacris noſtris cœtibus ſæpe interfuit, à quo hęc malim quàm à me enarrari. Sic autem ille: *Habent Turcæ templa ſatis ampla, in quibus nullas prorſus imagines vidi, ſed hæc tantùm verba inſcripta lingua Arabica: La illach, &c. hoc eſt, non eſt Deus niſi vnus. Mahumetes autem Propheta eius, vel non eſt fortis ſicut Deus. Deinde magna conſpicitur abundantia lampadum ardentium oleo. Totum templum dealbatum eſt. Pauimentum ſtoreis ſtratum & deſuper tapetis ornatum. Iuxta templum turris eſt miræ altitudinis, quam eorum Sacerdos tempore orationis aſcendens, voce alta digitis in aures inſertis hæc verba repetit, Allach, &c. Deus verus vnus, vel non eſt niſi vnus Deus, & Mahumetes eius nuncius: venite ad orationem faciendam in releuationem peccatorum noſtrorũ, poſtea addit: Non eſt alius victor niſi ſolus Deus. Et deniq;: Deus eſt omnipotens. Hoc clamore audito cõueniunt in templum Nobiles, & otioſi deuotioni dediti,*

Bartholomæus Georgen. peregrinus de moribus Turcarum cap. 1. Chriſto. Richar. de moribus Turcarũ. lib. 2.

Digitized by Google

Deinde prædictus Sacerdos deſcendens orat cum illis, idq́ ex officio facere debet quinquies inter diem & noctem. Fœminæ nunquam conueniunt cum viris, ſed ſeorſim certo in loco prorſus abſtruſo à virorum conſpectu & auditu, ipſæq́ templum rarius frequentant, vt tempore Paſchatis, & nonnunquam diebus veneris. Orant ab hora nona noctis vſq́ ad duodecimam. Viri inter orandum pileos ſuos non deponunt, ſed ſummis digitis attingunt quaſi eleuaturi, genibus incumbunt & terram ſæpe deoſculatur. Sacerdos ſuggeſtum aſcendit, & ad duas circiter horas concionatur. Finita concione aſcendunt duo pueri, qui cantãdo ſuas preces pronunciant. Peracto eorum cantu, incipit Sacerdos cum toto populo cantare ſubmiſſa voce, & certa corporis mouendi ceremonia nihil aliud præter hæc verba: La illach ilellach, hoc eſt, non eſt niſi vnus Deus, ſic media fere hora perſonat & mouetur. Huiuſmodi autem orationes, vt cantus & prædicatio, fiunt tantum tempore Quadrageſimali & die feſto veneris. Circuncidunt pueros omnes in templo inter ſeptimum & octauum annum. In Sacerdotibus nõ magna doctrina requiritur: ſatis eſt ſi Alcoranum legere & ſecundum literam interpretari poſſunt: quoniam non vulgari lingua Turcica, ſed Arabica à Mahumete eſt traditus, & nefas putant ſi vulgari lingua interpretatus deſcriberetur. Eliguntur iſti ſacerdotes à populo, ſtipendiũ autem accipiunt à Rege: vxores habent & habitum vt ſeculares. Si ſtipendiũ non ſufficit propter multitudinem librorũ, mechanica tractant. Immolant victimas, ſed plerumq́ votiuas, è quibus ſemper quarta pars præbetur Sacerdoti, altera pars pauperibus, alia vicinis, vltimam ipſi offerentes comedunt. Deniq́ mortuos efferunt extra vrbem in locum aliquẽ, nefas enim putant in templis ſepelire. Deferuntur cerei ardentes, ſequuntur Monachi & Sacerdotes cum cantu ad ſepulturæ locum cadauer deferentes. Sæpius amici cum luctu ad monumentum redeunt, & pro defuncti anima eleemoſynas pauperibus diſtribuũt. Septem-caſt. ca. 13.

Hæc ſunt præcipua & ferè omnia quæ iam mihi occurrunt: quòd ſi alia poſtea vel diſputationis vel narrationis ſeries ſuggeſſerit, ea ſuis locis apponam. Nam de Monachorum ordinibus iam ſupra quod ſatis viſum eſt admonui, nec opus arbitror quicquam præterea adijcere.

ARGVMENTVM CAPITIS QVARTI.

Samuel ex articulis Alcorani à Michæa enumeratis, quoſdam ſeligit & improbat, de iuſtificatione per opera, de numero precũ, de inuocatione Sanctorum, de Alcorano in aliam linguam

Digitized by Google

ex Arabica non transferendo, de oratione pro mortuis, propter quæ tanquam & Papiſtica & Turcica, dicit ſe deinceps futurum multò quàm prius ab Alcorano abhorrentiorem. Quorum primum de iuſtificatione per opera paucis defendit Michaas, vnà docens quam vanum ſit aliquid propterea reijcere, quia à Turcis, vel Iudæis, & Papiſtis recipitur. Deinde oſtendit quomodo Euangeliſmus & Alcoranus conueniunt, quoad longè plura & grauiora, tum particularia quæ numerantur, tum generalia, quorum primum eſt, commune vtriuſque religionis fundamentum, quod poſitum eſt in veteris Eccleſiæ Catholicæ ruina. Secundum, quod vtraq; religio & Alcorani & Euangelij à Monachis ſuæ profeſſionis deſertoribus promulgata ſit. Tertium quod vtriuſque duces & principes ſiue Eccleſiaſtici ſiue laici à ſuorum Regum obedientia diſceſſerunt, ſed Euangelici in eo ſe longè fœdius geſſerunt, tum in Flādria, tum in Francia, & Scotia, &c. quòd incredibili hypocriſi, periurio, & mendacijs vſi ſunt; in quo Sirgium & Mahumetem ab ijs flagitijs alieniſſimos longè ſuperarunt.

CAPVT QVARTVM.

SAMVEL.

EQVIDEM pro hac tam diligenti enumeratione articulorum quos habet vel Alcoranus veſter, vel publica Turcarum profeſſio, eſt quod gratias tibi agam Michæa. Primū quòd me iſta tam enucleatè docueris quæ ego antea penitus, vel maiori ſaltem ex parte ignorabam. Deinde quòd bona mihi argumenta ſuppeditaſti quibus & Papiſtas domeſticos & tuum etiam Alcoranum neruoſius quàm putaram poſſum refellere, vt iam in fide Euangelij multo ſim confirmatior quàm fueram prius. Ita enim in hac deſcriptione tua multa noto Papiſtica, multa ſuperſtitioſa, vt deinceps Deo fauente magis & Papiſtarum impietatem & veſtrum etiam Mahumetiſmum ſim declinaturus. MICHAEAS. Narra verò ſi placet iſta, quæ vocas Papiſtica & ſuperſtitioſa; & fortaſſe mihi meique ſimilibus viciſſim plurimum es profuturus, qui vt à ſuperſtitioſis, ita à Papiſticis quoque non minus quàm vos abhorremus. SAMVEL. Vt ab eo quod eſt grauiſſimum exordiar, ſola fide de Dei bonitate & miſericordia non contenti, operibus veſtris Dei amorem conciliare & hæ-

1\. (margin)

reditatem

Digitized by Google

reditatem cœleſtem adire vultis. Sic enim expreſsè loqueris ex Alcorano. *Omnis rectè viuens boniq́; geſtor indubitanter diuinum amorem aſſequetur* Quod ita funditus Euangelij ſummam corrumpit, & ex diametro diuinę Apoſtoli Pauli epiſtolæ ad Romanos contrauenit, vt propterea Papiſtas tanquam hoſtes Euãgelij iure damnemus: quos deinceps amplius execrari conuenit, quoniam à veſtro Alcorano hanc impiam doctrinam videntur mutuati. Deinde vt illud omittam, veſtras ſecretas orationes & proſtrationes, vtraſq; certo numero definitas, quas *Erket* & *Chalamat* vocas, tenuiter admodum diſcrepare à Papiſtarum Roſarijs, & Salutationibus Angelicis (quas illi Pater noſter, & Aue Maria quaſi *Erket* & *Chalamat* dicunt) ad pulſum campanæ præfinito numero dicendis. Hoc (inquam) vt ſilentio prætercam, fides veſtra in Sanctis honorandis, eorum templis & monumentis exornandis, ita proximè, ad Papiſmum accedit, vt nunquam inter geminos fratres maior quàm inter vos & Papiſtas intercedat ſimilitudo. Habetis vtrique lampades, habetis luminaria, curſitatis eodem modo hinc peregrinantes ad certa loca, & eodem modò vota facitis: quaſi Deus immenſus certis Templorum anguſtijs eſſet circumcluſus, aut niſi in præſcripto loco vota ſupplicantium audire non poſſet. Pulchrè. Ita prorſus noſtri Papiſtæ, alius Compoſtellam ad D. Iacobum, alius Romam ad D. Petrum vagatur: tertius reliquis, vt de ſe exiſtimat, religioſior, ſed verè ſuperſtitioſior, qui tamen maiora à Deo impetrare nititur, terra mariq; Hieroſolymam aduehitur, non aliter quam vos Sanctum illum adeuntes, qui eſt in Othomannorum & Caramannorum finibus, eum ad quæuis efficienda, reliquis longè potentiorem arbitramini. Quæ omnia ſi non ſint idololatrica, ego ſanè libenter me fateor ignorare, quam in rem idololatriæ nomen cõueniat. Poſtea Alcoranum veſtrum lingua Arabica deſcriptum, in alias linguas conuertere piaculum eſt. Ita prorſus quemadmodum Papiſtæ, verbum Dei lingua ignota inuolutum, & tanquam ſigillo obſignatum, reſignare & populis in manus tradere reformidant: Quod vel eorum impietatis argumentum eſt, qui populo cognitionem ſalutarem, & diuinæ voluntatis ſcientiam inuident; vel imbecillitatis, vt qui norunt religionem ſuam eſſe caducam & labantem quæ lucem refugiat, nec audeat libera hominum iudicia ſubite. Hoc eodem modo Romani Ethnici ſuos Sibyllinos libros obſeruabant, & bonæ Deæ ſacra virorũ oculis, vel aſpici, ſummum ſcelus arbitrabantur. Deniq; more etiam prorſus Papi-

Paulus ad Roma.

II.

III.

IIII.

Cicero de Aruſp. reſponſis.

V.

Digitized by Google

ſtico oratis pro mortuis, eoſque cum cantilenis Monachi & Sacerdotes veſtri ſepulturæ inferunt, & breuiter in monumēta mortuorum conſtruendo, eorumque manibus parentando veterum etiam Ethnicorum ritus imitamini, qui vt eſt apud Poëtam, magnum pietatis officium eſſe putabant.

tumulis animas placare paternas,
Paruaq; in extructos munera ferre rogos.

Quamquam ex eo quod ſequitur perſpicimus mortuorū conditionem poſt illa tempora valde eſſe mutatam. Scribit enim ille iuxta ſui ſæculi mores & conſuetudinem:

Ouidius Faſt. 25.

Parua petunt manes.
non ampla donaria expectant, ſed
pietas pro diuite grata eſt
Munere, non auidos Styx habet ima Deos.

Noſtra autem tempeſtate: *Magna petunt manes*, & Sacerdotum auaritia, dum illos placarē ſimulat, maximos quęſtus excogitauit: Nec vlla mundi plaga auidiores, quam *Styx habet ima Deos.* Si verò adiunxeris quod ibidem commemoratur; nō dubito quin ad ipſum huius moris, vt pro mortuis oretur, fundum & fundamentum penetraueris. Deſcribitur enim eodem in loco, quòd quum aliquando Romani bellis gerendis impediti, hoc parentandi officium intermiſiſſent, horrendum dictu

buſtis exiſſe feruntur,
Et tacita queſti tempore noctis aui.

Audis miram vim & agilitatem corporum iam ante multa ſecula in cineres reſolutorum? At quid deinceps factum eſt?

Perq; vias vrbis, latoſq; vlulaſſe per agros
Deformes animas, vulgus inane ferunt.

Rectè nimirum fabulam tribuit inanis vulgi rumuſculis. Ex hoc tamen inaniſſimo principio, extruxit Sacerdotum ſagacitas ſolennes ritus orandi & ſacrificandi pro mortuis, propter quos in noſtra patria tot olim ſumptuoſa monaſteria, magnificentiſſimis Regum palatijs nequaquam inferiora à maioribus noſtris miſerè hoc errore faſcinatis condita ſunt. Hic autem error à Paganis cœptus, fluxit poſtea ad Papiſtas, & à Papiſtis manauit ad vos. Quid quod præter hæc omnia & alia multa, libidines varias, polygamias, diuortia, quæ honoris veſtri gratia nō commemorabo, in fide de Chriſto video vos eſſe ipſos Arrios; de Trinitate, Samoſatenos, de Spiritu ſancto, de perſonis Deitatis meros Neſtorios, Aëtios, Aërios, Eunomios à primitiua Eccleſia toties grauiſſimis anathematis dānatos:

natos: Adeò vt niſi non tantùm Papiſta, ſed Arrianus quoq; & Samoſatenanus, & Neſtorianus, & Noetianus, &c. fieri velim, Mahumetanus eſſe non poſſim, quando planiſſimum eſt vos cum iſtis hæreſiarchis, multorum capitum arctiſſimo quaſi fœdere eſſe colligatos. MICHAEAS Paulò es vehemẽtior quàm vellem, & non nihil oblitus videris conuentionis, qua ſine his dentatis & mordacibus inuectiuis, mutuam vtriuſque doctrinam expendere viciſſim ſpopondimus. Sed illud ego facilè condonarem zelo tuo, niſi magis in rationum momentis, quàm in linguæ temperamento peccares. *Omnes bene honeſteq́ue viuens Dei amorem aſſequetur*, inquit legis noſtræ ſcriptor. Ecquis eſt mortalium humana mente, & ratione præditus, qui poſſit hanc propoſitionem carpere? Quod ſi *honeſtè ſanctèq́ue viuens* diuinum propterea amorem non aſſequitur; nunquid improbè, ſceleratèque viuens hoc honore perfruetur? Alterum enim neceſſe eſt ad diuinam beneuolentiam peruenire. Neque fieri poteſt vt improbitas abſit, bonitas autem nihil proſit, mala opera valeant ad interitum, bona autem nil conducant ad vitam. Hoc enim eſſet & contra Dei iuſtitiam, & multò magis contra miſericordiam, & contra omnem omnium Rerumpublicarum ſtatum, quæcunque vel ab ipſo ſunt ordinatæ, vt fuit olim Hebræorum; vel lumine naturali eius bonitate omnibus infuſo, ab hominibus ſunt conſtitutæ, quales erant Gentilium. Quum enim & Iudæorum & Gentium Reſpubl. hoc habuerint generale fundamentum, in quo ſine exceptione omnes conſentiunt, vt pœnam decernerent improbis, præmium bonis: ſi veſtra lex ſupplicium æternum infligat ſceleratis, præmium autem nullum proponat iuſtis & Sanctis; non eſt illa quidem appellanda lex æqua ratione fundata, ſed effrenata volũtas, rationis penitus expers; non prædicatur à vobis iuſtitia, ſed tyrannis; nec inſtituerũt magiſtri veſtri ſcholam virtutis, Eccleſiam fidelium pietatem profitentium, ſed impudẽtiæ & ſceleris ſynagogam, & vt olim Romulus, aſylum conuenarum & coitionem hominum perditorum, quando ſine iuſtitia nulla innumerabilium hominum multitudo Reſpub. vocanda ſit: iuſtitia autem non eſt, vbi pœna & præmium non tribuuntur æqualiter: hæc autem æqualiter nõ tribuuntur, vbi pœnis æternis adiudicantur impij, præmia autem nulla aſſequuntur pij. Quod vbi fit, neceſſe eſt homines in omnem peccandi licentiã ruere præcipites, à qua coërcentur, non ſolum ſuppliciorũ formidine, ſed etiã virtutis amore, & ſpe remunerationis benefactis debitæ,

Hebr. 6 v. 10. Hieronym. contra Iouinian. lib. 2. ca. 3.

Neque verò ſcio quemadmodum vulgus hominum ad virtutem amandam incitari poſſit, ſi eam credat nullum ſuis cultoribus fructum adferre. Atqui Paulus (inquis) ſola fide ſecluſis operibus iuſtitiam Chriſtianam definit, & ea iuſtificatos Chriſtianos in regno cælorum collocat. At longè ſecus
Matth.25. Pauli magiſter Chriſtus Ieſus, qui fidem cum operibus coniunxit, & ſui extremi iudicij formam nobis ob oculos proponens, credentes ſolùm & non operantes, cum diabolis pronunciat execrabiles, & in ignes æternos diabolo & angelis eius præparatos amandat. Cuius coram tribunali ſi Paulus ſola fide ſubnixus compareat; non eſt apud me dubium quin æ-
Actor.10. ver.34. quiſſimus iudex qui *non eſt perſonarum acceptor*, eãdem etiam in Paulum quam in reliquos omnes ſententiam eſt laturus. Et vbi dicit Paulus ſola fide regnum cæleſti obtineri? nuſquam. At ſenſus horum verborum in illa ad Roman. epiſtola occur-
2.Theſſ 1. 2.Corin. 4 Galat.5. Coloſſ.3. 1.& 2. Petr.1. Iacob.7. 1.Ioan.2. 3.4. Matth.7. rit ſæpenumero, nimirum ſi vobis interpretãtibus credamus. At cum aliâs etiã ſæpenumero dicat idem Paulus, ſi quis beatus eſſe velit, ille fidem cum operibus copulet, idem quum requirat Diuus Petrus, idem vrgeat Iacobus & Ioannes, idem Prophetæ veteres multis in locis flagitent, maximè autem Ieſus omniũ præcipuus & Princeps ſic inculcet, vt etiam ijs qui aliâs fide ad miraculum vſque excellenti, ipſos etiam dæmones eijciente præditi fuerint, interitum ſempiternum denunciet, quia fidem operum expertem habuerunt: cauendum ne Paulus & cum Chriſto, & cum Petro, & cum Iacobo, & cum ſeipſo optimè conſentiens, à vobis nequiter eum interpretantibus in falſum & præpoſterũ ſenſum rapiatur. Quare quemadmodum Muſculus diſcipulos ſuos inſtruit contra Apoſtolum Iacobum fidem cũ operibus requirentem: *Obijciunt* (inquit) *Papiſtæ epiſtolam Iacobi: At quiſquis ille fuit, etiam ſi à Paulo diuerſa dicat, veritati tamen præiudicare non poteſt*, ita mihi meliore iure licitum puto aſſerere, *Paulum iſtum quiſquis fuerit*, ſi tamen à Ioanne, & à Iacobo, & à Petro, & à Chriſto, & à Prophetis omnibus, & à ſeipſo demũ diuerſa doceat, non modò *veritati præiudicare non poſſe*, ſed vix dignum eſſe quem de veritate loquentem audiamus; quando ita vix mentis ſuæ compos videri poſſit, ſi & à reliquis omnibus, & à ſeipſo quoque inconſtantiſſimè diſſideat. Sed ego certè longè aliud de Apoſtolo illo arbitror; & in veſtris potiùs interpretibus errorem, quàm in illo viro impietatem hærere ſuſpicor. Reliqua vnico & eodem propè argumento refellis omnia, præter nudas enim aſſeuerationes, hæc eſt ferè omnium quæ dicis ſum-

Digitized by Google

eis ſumma. Non ſunt honorandi Sancti, non conſtruenda Templa, non accendendæ lampades, non orandum pro mortuis, non celebrandæ eorum memoriæ, nullæ dicendæ precationes ſecretæ, nullæ adhibendæ proſtrationes; quia videlicet hoc & illud eſt Papiſticũ, eſt Ethnicum; ita faciebant Græci, ita credebant Romani; ita Iudæi, Turcæ, & Papiſtæ præceperunt. Quod ſi putas eſſe firmum, quid ergo Chriſtum Prophetam ſanctiſſimum fuiſſe non negas, quare credis eum aſcendiſſe in cælum, in fine mundi venturum iudicem, futuram generalem omnium reſurrectionem? Quid probas Euangelium, quid admittis legem; quando hoc nõ minùs quàm Proteſtantes recipiunt Papiſtæ, & ante Proteſtantes receperunt Turcæ? Siccine Euangelium vos argumentari docuit? vt propterea hoc aut illud vt nefarium abiudicetis, quia ante vos veteribus, vel ætate veſtra ab alijs populis ſic eſt creditum? Quale hoc eſt argumenti genus, & à quo fonte manat? Quin ergo nouas ſinguli opiniones perpetuo comminiſcamini; & Germani nil commune habeant cum Heluetijs, nec illi cum Geneuenſibus, & Geneuenſes caueant ab Anglorum cõmunione, & Angli obſeruent vt omnes religionis ſuæ partes ſint à Germanis, ab Heluetijs, à Geneuenſibus & Scotis quam maximè diſcrepantes? Si enim turpe ſit aliquid admittere quod prius habuerunt antiqui; nõ video quin æquè dedecoroſum ſit id recipere quod nuper inuenerunt recentiores. Abſit verò à nobis longiſſimè (mi Samuel) abſit vt his ponderibus religiones noſtras libremus, vt ſemper illud tãquam peſtilens aufugiamus quod Priſci tradiderunt. Communis certè ratio, & prudentiſſimorum virorum authoritas, contrarium potius concludere debebat, quod ſemel atq; iterum ſuperius admonuimus. Scio quidem non omnia Romanorum eſſe probanda, vt neq; Iudæorum, ſed neq; Chriſtianorum. At qui neque Iudæorum, neque Genti..m, neque Chriſtianorum, neq; omnium ſimul conſentientium in vna re opinionẽ ſequitur; mirabor ſi ille homini alicui ſano perſuadere poſſit, vt ſuã vnius ſectam à reliquis diſſentientem, & ſibi ipſi nõ admodum conſentaneam, alijs omnibus derelictis ſequendã exiſtimet. Imò nihil non modo dici, ſed ne fingi poteſt abſurdius, quam ita ratiocinari: Hoc eſt in lege Mahumetis traditum; nos ergo auerſemur: Hoc erat in veteri Romanorum opinione, hoc probabant Græci, illud Iudæi; nos ergo ſolicitè caueamus ne eius fermẽto puritatem Euangelij noſtri inficiamus. Ita enim nec Deum vnum credetis, quod credunt Turcæ, nec ex lapi-

Digitized by Google

dibus templum vllum ei conſtruetis, ſic etenim conſtruxerũt Iudæi: & cælum, & infernum, & animarum immortalitatem ex veſtra fide delebitis quam Romani Græcique & libris & ſacrificijs ſuis demonſtrarunt. Imò nonnulla eorum quę vos reſpuitis, cum his certiſſimis articulis ita ſunt cõiuncta, vt dum illa tollitis, viris ſapientibus magnam certè iuſtiſſimamq; occaſionem præbeatis ſuſpicandi vos de cælo, & inferno, & animarum immortalitate peſſimè ſentire, & ipſis Gentibus infidelibus eſſe infideliores. Iſta celeriùs pertranſeo, quia ad grauiora feſtinat oratio, & hæc poſtea repetam ſi voles, vt accuratiùs diſcutiantur. Certè ſi hoc tuum argumentũ quicquam valeat, vide quantò grauiore vulnere cruentes Euangelium tuum, quod multò plura ex Alcorano noſtro mutuatur, & ea alterius generis atque conditionis quam hæc proximè à te enumerata. Vide enim huius generis quam multa tibi obijcere potero. Vt enim præterea idem eſſe Alcorani noſtri, & Euangelij veſtri principium, idem fundamentum. Deinde quod ſimiles habemus vtriuſque legis authores, & architectos, tum quòd ijſdem medijs vtrumque eſt propagatum; niſi quod veſtrum, hæc vt ſileam, & ea ſola repetam, quæ narratio religionis noſtræ proximè expoſita fidelitatis & humanitatis terminos nimium exceſſit, ſuppeditat. Primum materia Euangelij veſtri, & Alcorani noſtri quoad veteres hæreſes (vt veſtro more loquar) vtrinque renouatas eſt planè eadem. 2. De peccato originali, & Baptiſmo vos fidem habetis maiori ex parte planè Mahumetanam. 3. Sed magna ex parte deteriorem. 4. Libidines & voluptates corporis magis quàm nos conſectamini. 5. Diuortia habetis frequentiora. 6. Et doctrinã de Matrimonio longè ſordidiorem, à qua quã velis acutiſſimè examinanda, nolim te honoris noſtri cauſa abſtinere. Quod certè quandocunque aggredieris, comperies id eſſe multo magis Alcorano noſtro quàm Euangelio veſtro honorificum. 7. In Quadrageſima obſeruanda & more ieiunandi. 8. In orando verſus meridiem. 9. In communione Euchariſtica. 10. In ſcripturis rhythmo edendis. 11 Et hiſtoria Euangelica emendanda. 12. In Eccleſiaſtico miniſterio prorſus ferè nobiſcũ concordes eſtis; ita tamen vt in quibus differatis, in ijs nos ſumus ſuperiores, veſtri autem Euangelij infirmitas, & imbecillitas manifeſtò appareat. 13. Eccleſiaſtica vtriuſq; Liturgia eſt valdè quidẽ ſimilis, ſed noſtra religioſior. 14. Horremus vtriq; cruces Chriſti & imagines, ſed nos conſtantiùs. Hæc & nonnulla alia ex ſuperiori narratione mea colligere potuiſti, quæ ſi propterea reſpue-

Multa capita particularia in quibus conuenit Euangelio nouo cum Alcorano.

reſpueris quia in Alcorano noſtro docentur, ita quidem Euangelium tuum extenuabis, vt non dico corpus, ſed vix vmbram corporis ei ſis relicturus, vix certè vnus & alter articulus ei ſupererit, quo à ſuis ſectatoribus dignoſcatur. Et tamen hæc ſunt alterius naturæ, quàm quæ tu ſelegiſti, & magis arctè Alcoranum noſtrum tuumq; Euangelium conglutinant. Non ſunt enim vt illa priora, Turcis, Chriſtianis, Iudæis, Gentibus; non ſunt omnibus populis & nationibus communia; ſed nobis Turcis, vobiſq; Euangelicis ferè ſolis priuata & peculiaria, vt multò ſit ſuſpicioſiùs, ea non ex communis naturę principijs duci, ſed fluere ex ſimili quodam noſtrorum legiſlatorum inſtinctu, populos vtrinque ſuos ad eundem non generalem Dei colendi, ſed particularem hoc & illo modo colendi ritum informante. Colũt Deum omnes ferè per orbem nationes, ſed rationibus admodum diuerſis. Colunt Iudæi per ſuum Moſem, hoc eſt, ita colunt, vt & Moſi ſuus honos ſeruetur, & ex præceptis à Moſe vt legislatore præſtãtiſſimo traditis Deo ſuus cultus tribuatur. Sic etiam Deum per Lycurgũ Spartani, per Numam Romani, per Mahumetem Turcæ, & per Chriſtum colunt Chriſtiani. Quod Deum omnes colant, addo quod ſacrificijs & votis colant; dico eſſe inſitum homini & innatum. At quod hoc & illo ſacrificiorum genere colãt, quod diuerſis ritibus vota faciant & perſoluant, hoc pendet à varijs diuerſorum legislatorum inſtitutis, & in his medijs & cæremonijs ſinguli ſequuntur decreta maiorum ſuorũ. Quod ſi Iudæi negligentes ordinem formamq; ſacrificandi, circuncidendi, purificandi, obſeruandi Sabbatum, & cætera ex præſcripto legis Moſaicæ peragenda, Romana ſacra ſuſciperent, hecatombas mactarent, Regem ſacrificulum crearent, delubra in ſingulis vrbibus extruerent, & in illis Deo ſacrificarent. Etſi iſta omnia ad Dei cultum tenderent, Gentiles iam non Iudæi dicendi eſſent, quoniam his ſacrificiorum, & cæremoniarum ritibus Iudæi & Romani diſtinguuntur. Atque hac ratione Iudæi à lege Moſis auerſi probabantur, quando eos ad contemnenda Sabbata, & immolandam vel comedendam carnem ſuillam cogebat Rex Antiochus. Nec aliter ſi Chriſtiani media & cæremonias Chriſtianorum proprias, quibus DEVM honorare ſoliti ſunt, aſpernantur; & pedetentim ritus ſibi Mahumetanos aſſumant, quamquam optimè faciunt, & pro æreis eligunt aurea, ſemperque DEVM omnium conditorem agnoſcunt; tamen non deinceps Chriſtiani ſunt, ſed Mahumetani, quoniam à conſuetis Chri-

1. Macha. cap. 2.

tis Chriſtianorum iuſtitutis diſcedentes, illos ritus amplectuntur quos poſt CHRISTVM Mahumetes inuenit,& quibus tanquam notis,& ſignis proprijs ſuos ſectatores noſter ille legislator iuſſit. Et ex iſtiuſmodi proprijs,priuatis,& quaſi ſingularibus Alcorani ritibus,& dogmatibus permulta ſunt in Euangelium veſtrum traducta,id quod vbi voles perſpicuè demonſtrabitur. Quod ſi à priuatis vtriuſque religionis capitibus ad magis generalia magiſque neceſſaria vtriuſque fundamenta & fundatores diſceſſeris ; Hic etiam animaduerte quàm multa propria Mahumetano habeat Euangelium veſtrum & ita habeat vt ſine illis omnino non poſſit ſubſiſtere. Illud enim primum quod ante annos mille adeò deformata fuerit Eccleſia Chriſti, errores fœdos & idololatriam loco veri cultus amplexa, vt nouis architectis ad eam inſtaurandam opus fuerit, qui eſt Euangelij veſtri lapis angularis, & qui niſi primò ponatur,nunquam fugere poteſtis Schiſmaticorum & Hæreticorum & luporum notam,qui inuitis legitimis Paſtoribus in Eccleſiam irrupiſtis,& ibi munus Paſtorale & Epiſcopale inuiſiſtis; in hoc ita perfectè cum Mahumeto conſpiratis, vt de ipſo etiam temporis articulo & quaſi puncto vobis nobiſcum conueniat,adeò vt ex eodem penitus fundamento ſurgat,& Euangelij veſtri,& Alcorani noſtri conſtructio. Hoc autem vnum quantum valeat,quia ſuperius à te ipſo perſtrictum eſt,hic amplificare nolo,& ſatis ſit ad illum locum digitum intẽdere. Quod proximo loco ſequitur, an leue eſt vtroſque,& qui noſtrum Alcoranum, & qui veſtrum Euangelium condiderunt,fuiſſe primum quidem votarios,ſed tum profeſſionis deſertores? fuiſſe vtroſque Monachos, vtroſq; ſua monaſteria deſeruiſſe,& deinceps nouis his Alcoranicæ,& Euangelicæ legis ſanctionibus ſcribendis dediſſe operam? Etſi enim vt Principem veneramur Mahumetem,tamen quod omnes Hiſtorici narrant,nobis fateri non eſt moleſtum,legem & politiam noſtram, quamuis præcipuè opera,authoritate, & præſcriptione Mahumetis; conſilio tamen, induſtria, & ope Sergij aliquando Monachi fuiſſe compoſitam,vt olim in liberando è ſeruitute Ægyptiaca populo ſuo tradendaque illis lege Deus non ſolum Moſem adhibuit, ſed Moſi adiunxit Aaronem. Et hoc quidem loco,quoniam adeò libenter Sergij & Mahumetis nomina vſurpatis, quaſi alter ingenio ſuo religionem noſtram fabricauerit, alter gladio eandem defenderit,& alterum à Deo apoſtatam,alterum Imperatori rebellem Hiſtorici & Theologi veſtri Sleidanus, Melãchthon,Illyricus inſigni

Idem fundamẽtum, eadem ædificatio Alcorani & Euangeliſmi.

I.

II.

III.

inſigni cum maledicentia clamant; age vt perſpicias quam inaniter in hac re triumphetis, & quemadmodum iſta noſtris lateribus intenta tela, in veſtra ipſorum capita recidant; veſtros Sergios cum noſtris, & Mahumetos quoque cum Mahumetis, hoc eſt, Miniſtros cum Miniſtris quo ad ſpiritualia, & ciuiles duces cum ducibus conferamus, quoad externum Reipub. & temporale regimen. Conſideremus (inquam) nō tantùm quemadmodum ſpiritualis ſtatus vtrinq; quoad doctrinæ capita ſe habuerit, ſed etiam quemadmodum temporalis ſpiritualem promouerit, & vterq; ſimul increuerit. Poſtquam igitur ea doctrina quam dixi, mentes populorum imbuiſſent Sergius & Mahumetus, non inficiabor quin gladio ſtatim eādem doctrinam defenderint, & ad alias prouincias propagarint, idque tam fortiter & fœliciter, vt quanquam Imperator Romanorum Heraclius quibus poſſet viribus creſcenti veritati ſeſe opponeret, Mahumetus tamen excuſſo Imperatoris iugo, populos illos è ſeruitute Romana in poteſtatem ſuā redegit, & à Romano Imperio plurimas prouincias vi & armis auulſit, in quibus omnibus cœleſtem doctrinam ſuam plātauit. In quo facto quid eſt quod veſtrum aliquis poterit reprehēdere? Ita prorſus Lutherus vt primum Euangelica fide ſuos Germanos imbuiſſet, eos ſtatim ſeſe fœdere Smalcaldico cōtra Imperatorem Carolum communire docuit: quumq; Germani iureiūrādo ad Imperatoris obedientiam aſtricti, neſcio quas conſcientiæ formidines prætenderunt, Lutherus & cum Luthero reliqui omnes Lutherani Theologi ſcrupulos eos exemerunt, & ſolemni ſententia decreuerunt: *Quia Cæſar religioni* (quam ij nuper inuexerāt) *eiusq; libertati moliebatur exitium, cauſam præbebat cur ipſum oppugnarent conſcientia.* Ex quo ſequutum eſt luctuoſum illud inter Cæſarē & Proteſtantes bellum, quod vtramq; partem grauiſſimè afflixit, & ſemel reſtinctum poſtea furioſius exarſit, neque finitum eſt priuſquam pulcherrimæ Prouinciæ horrendam vaſtitatem attuliſſet. Nec aliud fuit Euangelij veſtri initium in Gallia, vbi etiam conſtitutum eſt inuitis Regibus, Regeſque ei obſiſtentes in extremum ſtatus & fortunarum, imò vitæ & capitis diſcrimē adduxit, & immiſſis in viſcera patrię per Euangelicos Gallos Germanorum fluminibus, & traditis noſtro militi Anglo antiquo Gallorum hoſti commodiſſimis oræ maritimæ portubus, ipſis etiam Regibus & in pace clandeſtinis proditionibus, & in bello aperta vi impugnantis in ipſa etiam vrbe primaria & regia ancipiti prælio laceſſitis, toti regno periculum

Cuſpianus in Mahumeto.

Sleidan. lib. 18.

Amboſia. Meldis.

Prælium S. Dionyſi.

Digitized by Google

maximum conflauit. Idem fides veſtra exordium habuit in Sabaudia, idem in Scotia, idem in Flandria. In hoc vltra Mahumetem noſtrum progreſſi eſtis, quod ille vt magnanimum Principem decuit, poſtquam ſemel ad religionem ſuam propagandam ſe dediſſet, Arabiamq; manibus Imperatoris Romani eripuiſſet; nunquam deinceps fraudibus, nunquam periurijs eum circumuenit: nunquam finxit ſe Chriſtianum, nūquam iurauit ſe Imperatoris ſubditum, vt credulo Principi maius damnum inferret. Iudicabat enim hoc eſſe vulpis, non leonis, artificis verſuti & veteratoris, non autem ducis animo celſo & heroico pręditi. Veſter autem in Belgio Euangelij dux & author Aurangius (vt ab eo incipiam) quoties, & quā turpiter ſimulauit & diſſimulauit, iurauit & peierauit, & quando maximè ſolennibus iuramentis fidelem ſe Regis ſubditum & Romanæ religionis defenſorem teſtabatur, tum demum & obedientiam Regis & religionem Romanam oppugnauit acerrimè. SAMVEL. Nę tu (vt ego ſentio) hic multum erras Michæa. Tantum enim abfuit Aurangius clariſſimus princeps ab obedientia Regi vel præſtanda vel proteſtanda, poſtquam de patria ſua è ſeruitute Hiſpanica in libertatem vindicanda ſemel cogitaſſet, vt contra potius in lucem editis libris admodum pungentibus & aculeatis Philippum Regem egregiè depinxerit, & tyrannum omnium ſuæ ætatis crudeliſſimum demonſtrauerit. MICHAEAS. Rem quidem turpiſſimam narras Samuel; quod exemplum ſi cæteri Regum ſubditi imitarentur, miſerè cum Regibus, & cum Rebuſpub. miſerius ageretur, quæ diu à ſeditionibus belliſque domeſticis non poſſent eſſe liberæ, ſi ſubditis in vitam Magiſtratuum & Principū impunita debacchandi daretur facultas. Nihil eſt enim ad perturbandum Reipubl. ſtatum, & ſubditos contra Regem ſuum commouendos procliuius, quàm ſi apud eos in contemptum veniat principis ſui exiſtimatio. Sed vt Philippi Regis defenſionem ſuis Philippicis relinquam, non minùs tu (Samuel) in tuis domi rebus domeſticis peregrinus es quàm hic in Turcicis, ſi ignoras Aurangium ſæpiſſimè votis & iuramentis ſe deuinxiſſe ad obedientiam regis, & religionem Catholicam defendendam; idque non tantùm quum olim prouincijs à Rege adminiſtrandis pręficeretur; nec tantum quum in ſocietatem aurei velleris cum alijs nobiliſſimis Principibus honoris gratia cooptaretur; neque tantum quum primò hoc diuturnum bellum inciperet exardeſcere: ſed poſtea in medijs ſeditionū Flādricarum tumultibus, vti ſcribunt qui rebus geſtis oculati te-

Principis Aurangij libelli contra Regem Philippū.

Vide quædam poſt lib. 6. c. 21.

ti teſtes interfuerunt. *Reuerſus enim ab expeditione Montenſi* (inquit quidam) *me etiam audiente profeſſus eſt Mechliniæ ſe non veniſſe in hanc patriam vt aliquid immutaret, aut Sacerdotes, Monachos, aut alios clericos de ſuo loco deturbaret; ſed tãtum vt liberaret patriam à ſeruitute Hiſpanica, quam religionis conſeruationem etiam quibuſdam Hollandiæ ciuitatibus iurauit.* A quibus vbi primum admiſſus eſt contra Ducem Albanum; ea cõditione admiſſus eſt, vt religionẽ Catholicam ſartam tectã ſeruaret, quam ille conditionem perlibenter accepit, & iureiurando ſanciuit. Admodum autem notabile eſt teſtimonium quod Atrebatenſes, Montenſes, Duacenſes, Artheſij, & aliæ quædam ciuitates populique vno omnium conſenſu his de rebus emiſerunt, qui licet cum Aurangio ſua arma prius conſociauerant, & in idem fœdus cum reliquis prouincijs & ciuitatibus iurauerant; hominis tamen illius pluſquam punica infidelitate moti, pactum reſciderunt, & Principi Parmenſi contra Aurangium ſeſe adiunxerunt. Sic autem illi conqueruntur: *Princeps Aurangius quum primum hic reciperetur, manifeſto ſolemniterquè iurauit, neque ſe, neque alium quemuis ex Hollandiæ Zelandiæquè prouincialibus aliquid moliturum contra publicam pacem; præcipuè contra religionem Catholicam Romanam: quinpotius & ipſe & ſui omnes auxilia collaturi erant ad expetendam vindictam de ijs quicunque contrarium attentarent. Idemquè Princeps rurſus illud ipſum promiſit, quando Archiducis Matthiæ generalis vicarius conſtituebatur. Quæ omnia magis ſunt ad omnium cognitionem peruulgata, quam vt iam poſſint diſſimulari; maximè quum 17. prouinciarum ſtatus generalis eadem ſingulis Belgij ciuitatibus proteſtati ſint, eademquè tranſmiſerint ad Regem Hiſpaniæ, & deinde ad Imperatorem, tũ ad Reges Franciæ, Portugalliæ, ad reginam Matrem Galliæ, & reginam Angliæ, & Duces Sabaudiæ, Lotharingiæ, Cliuiæ & Guiſiæ: breuiter ad omnes Principes & potentatus totius penè orbis Chriſtiani.* Vides itaque Aurangium iuraſſe, idque ſemel & iterum, & tertiò & quartò, atq; id etiam forma verborum maximè ſolenni. Si verò ſcire cupis quàm pulchrè hoc præſtiterit ad quod iuramentis iterum atq; iterum repetitis ſe aſtrinxit, aduerte quod ſequitur. Non multis annis, imò neque menſibus, ſed *paucis poſtea ſeptimanis multi ſeditioſi hæretici ab Aurãgio ſub miſſi, contra datam fidem, honorem, pactum & iuramentum ſeſe diſperſerunt per omnes ferè Belgij prouincias: & tanto furore aggreſſi ſunt ſanctam noſtram religionem, vt repente*

Epiſtola. Michael. Baij Cancellarij Louan. de vnione Statuum Anno 1578.

Le ban du Roy Reſpõce des eſtats des pays de Haynault à Monſieur Larchiduc ſur la religion vrede à eux enuoyée &c. Vide Recueil des lettres actes & faictes en la ville d'Aras imprimè à Douay par Iean Bogard. l'An. 1578.

Les eſtats d' Artoys, deputez du Pays de Haynault &c. Ibid.

vno

Digitized by Google

vno impetu fugatos cerneres religioſos & Eccleſiaſticos: eorũ plurimos trucidatos, ſacras virgines conſtupratas, prophanata & diſturbata templa atque altaria, conculcata pedibus Sacramenta, ipſum etiam Sacramentum pretioſi corporis & ſanguinis Domini noſtri: euerſa à fundamentis monaſteria, Eccleſias, Abbatias, direptis eorundem bonis & theſauris. Quibus horrendis & intolerandis facinorib. perſpicuè declararunt, quod omnino ſtatuerant funditus in æternum abolere ſanctam noſtram religionẽ, & fidem, totam etiam nobilitatem & legitimam Reipub. formã. Iidem enim præterea depoſuerunt Magiſtratus legitimè electos, quorum loco ſurrogarunt ſui ſimiles ſeditioſos & hæreticos, cõprehenderunt primariæ amplitudinis Barones, Prælatos, Conſiliarios viros, atque etiam fœminas nobiles, & eius generis alios, ex quibus multos varijs mortis generibus confecerunt, ſuſpenderunt alios, alios ſuffocauerunt, alijs amputarunt capita ſine vllo ordine aut forma iuſtitiæ: omnibus modis contendentes vt radicitus exterminarent omnes aliqua bonitate, virtute, & nobilitate conſpicuos, quem in finem armata manu paſſim graſſabantur, &c.
Eodemque prorſus modo ſe geſſit Iacobus ille Scotus, ſpurius poſt hominum memoriam ingratiſſimus, qui à regina ſorore ad maximas opes, ampliſſimoſque honores euectus, ad quam defendẽdam tot naturæ, iuris, honeſtatis, & humanitatis vinculis obligatus erat, vt plura nec cogitari poſſent, vel quia ſoror, vel quia regina, vel quia in eum maximè liberalis & benefica, vel quia promiſſis, votis, iuramentis id profeſſus erat, vel quia eius ſe fidei Regina totam crediderat: hæc tamẽ ille vincula neſcio quo inaniſſimo prætextu Euangelij veſtri per Scotiam ſtabiliendi perrumpens, contra hanc chariſſimam ſororem & Principem occultas pactiones fecit: eius maritum crudeliſſimè interfecit: eius occiſi infamiam, longè crudelius immenſa malitia in eam innocentem deriuauit: concitauit in eã ſuos ipſius ſubditos: ad quos rebelles pacificandi gratia inermis progreſſa ab ijſdem inaudita perfidia, impietate, & feritate comprehenſa eſt, deinde in carcerem tetrum incluſa, tũ intentata præſenti morte ad exuendam Regiam poteſtatem taliqúe monſtro tradendam compulſa. Denique hic idem ſpurius, vobis alterius Mahumetis inſtar, cauſa fuit, vt eadem ſua ſoror ampliſſima Galliæ Scotiæque Regina, ex eo carcere elapſa, poſt in alio ad nouemdecim annos captiua teneretur, & nuper ibidem immani crudelitate mactaretur. Neq; hic Miniſtros veſtros excuſare poſſum à fœdiſſimis periurijs, & intoleranda hypocriſi, qua illi ſuas quoque partes egerunt, & alios ſa-

Holinſ. in hiſtoria Scotica à pag. 500. ad 509.

lios ſatis quidem per ſe ad rebellionem accenſos magis magiſque inflammauerunt. Quum enim illi nihil initio prætenderent niſi conſcientiæ ſuę libertatem, aliâs omnem Regibus obedientiam & pollicerentur & iurarent; tamen illa conſciẽtiæ libertate quam flagitabant impetrata, eò magis ſategerũt factionẽ ſuam amplificare & ad iniquiores conditiones Principes adigere, & gradatim eos anguſtioribus finibus circumſcribere, donec tandem Reip. formam immutarent, & ciuile quoque regimen adimerent, & ipſam conſcientiæ libertatem illis regibus ſuis negarent. An huius rei luculentum exemplũ deſideras? Intuere eandem Scotiam vbi regina, cuius lenitas & authoritas miniſtros ad ſummam potentiam euexit, per eoſdem à throno ſuo miſerrimè deiecta eſt, nulla enim de cauſa ciuili, ſed ob ſolam conſcientiæ ſuæ perſuaſionem, propter ſolam religionis ſuæ praxim, propter vnicam dico Miſſam in priuato ſuo ſacello celebratam, miniſtri tum temporis apud populum & multos nobiles gratioſi, eos in reginam concitarunt, eamq́, ex regio throno exturbandam decreuerunt. Hoc ſi tibi incredibile videtur, audi rem totam ab ipſorum maximo fautore & fratre Georgio Buchanano explicatam: *Quum in feſto omnium Sanctorum regina Miſſam in ſacello ſuo ſolenniter more Papiſtico celebrari vellet, idq́ue Euangelij miniſtri tuliſſent ægerrimè, & in publicis cœtibus magnis querimonijs rem perſequuti fuiſſent, ac nobilitatem ſui offcij commonuiſſent; controuerſia in domo priuata inter paucos eſt agitata; poſſentne idololatriam compeſcere, & ſummum magiſtratum intra legum præſcriptum per vim reducere, Miniſtri conſenſerunt poſſe.* Hic ego obſeruari velim, nõ de regum diadematis à pauculis miniſtris in priuata domo, Principe reo non citato definiri: non ſupremũ magiſtratum ſiue, Regẽ, ſiue Imperatorem per vim cogi poſſe, vt legibus miniſtrorum obediat, non ſeditioſis concionib. miniſtrorum, & populo & nobilibus claſſicum cani ad Principem armis aggrediendum; ſed illud vnum annoto, eam conſcientiæ libertatem & religionis vſum reginæ Scotiæ à miniſtris interdici, quem ipſius reginæ permiſſu & largitione, vnuſquiſque in Scotia miniſter habebat & liberè fruebatur; & hæc omnia ab illis geri, quorum totæ conciones ante pauciſſimos annos nihil ſonabant aliud quam mirificam humilitatẽ, ſummam erga Principes ſubmiſſionem, omnia ſe relicturos illis libera & ſoluta, modo ipſi iuxta puritatem Euangelicam Deo poſſent ſeruire. Et hinc conſequuta eſt, tota illa Anglicana contra eam Tragœdia, adeo vt princeps illa non magis rebellium

Buchan. hiſtoria Scotica libr. 16. pag. 590.

lium armis & Anglorum gladijs,'quàm miniſtrorum ſuorum linguis & concionibus à regali ſolio eiecta & deinceps interfecta videatur. Quis hanc indignationem non horreat? Quis talium miniſtrorum hypocriſim, improbitatem, periuria, impudentiam non execretur? Quando Sergius, quando Mahumetes, quando Halis vel Homar tale aliquid molitus eſt? aut vbi vel Chriſtianæ hiſtoriæ tale quippiam eis affinxerunt? Iiſdem quoq; gradibus Beza & Miniſtri Gallici ad ſuam dictatoriam in Gallia potentiam licet minori cum ſucceſſu aſpirarunt. Poſtquam.n. inſignibus ſubmiſſionis ſuę præconijs Regẽ Carolum deliniuiſſent, & in maximo maximeq; ſolenni Poiſſiaci conuentu ſuam proteſtati eſſent regi & ſuperioribus obedientiam, incredibili cum hyproctiſi addiderunt: *Quod ſi acciderit, aut in poſterum accidat, vt quidam doctrina noſtra nomen ementientes, vel minimo officiariorum tuorum rebelles repeꝛiantur, teſtamur coram Deo & tua maieſtate (Rex Carole) huiuſmodi minime ex noſtris eſſe, nec acriores aduerſarios quàm nos habituros.* Hęc miniſtri Gallicani eorum nominibus perorante Beza, qui tamen poſt grauiſſimis ciuilibus contra regẽ bellis non interfuit ſolum, ſed immaniſſimè præfuit, cuius opera & miniſterio Hugonotti non *vni minimo regiorum* officiariorum rebelles, ſed maximis & potentiſſimis regiorum præfectorum & ipſi regi ſanguinis neceſſitudine coniunctiſſimis vitam eripuerunt. Eorum enim manibus & gladijs interfecti ceciderunt, Rex Nauarræ in obſidione Rotomagenſi. Dux Mompenſerius, Rochſorgonius, Princeps Daulpinenſis, Dux Memoroſius, Dux Mongavillanus, Duces Niuernenſes pater, filius, & gener. Comeſtablius Galliæ ſupremus, multi Galliæ Mareſchalli, Sanctamderæamus, Montmorancius, Matignonius, Danuillanus, Briſaccus, Tauannius, Bironius, Frãciſcus Dux Guiſius, Dux Daumalius: præter alios ferè innumeros cæſos in prælijs Drenſiorum, S. Dionyſij, Iarnacenſi & Monconturij, & in variorum oppidorum Rotomagi, Rochellæ, S. Angeli & ſimilium obſidionibus. Et qui has cædes perpetrauerunt, qui explicatis vexillis cõtra hos *non minimos*, ſed maximos regiarum copiarũ præfectos bella geſſerunt, qui ipſum regem in acie circunuenerunt, & in eius lateribus gladios ſuos defigere laborarunt, eos idem Beza non multis poſt habitam ſuperiorem orationem menſibus vt fortiſſimos Chriſti milites & martyres collaudauit, *qui prima reſtituenda in Gallijs Chriſtiana religionis fundamenta ſanguine ſuo fœliciter Deo conſecrarunt*, eos deniq; cœlo & immortalitate propterea dignos

Status religionis in Gallia. lib. 8. fol. 214. in oratione Beza ad Regem.

In præfatione noui Teſtamenti, ad Reginã Angliæ. Ann. 1564.

gnos cenſuit. Quàm eſt hæc immanis & portentoſa hypocriſis! quam horribilis mentiendi & peierandi libido! Hæc eſt miniſtrorum tuorum erga ſuos Reges & Principes ſubiectio, hæc iuramentorum religio, hæc dictorum & conuentorum conſtantia, etiam tum quum ſanctiſſimam Dei maieſtatem ſuæ fidelitatis teſtem aduocant. Quod ſi iam modum in his exequendis quæ deſignabant, barbarum & belluinum explicarem; ſi quanta feritate in ciues & Principes, in regum defunctorum corpora, in totas ciuitates, in Chriſti ſui, Deique optimi maximi ſanctiſſima templa graſſati ſunt, particulatim exprimere vellem; infinitè quidem (Samuel) Sergium & Mahumetem veſtris Lutheris, Bezis, & Admiralijs, & Aurangijs quo ad omnem clementiam & manſuetudinem præſtitiſſe, vel ipſe (opinor) concederes. Nimium nimium certè infra Prophetas noſtros, Euangeliſtas & Apoſtolos veſtros abijcerem, atq; idcirco iſtiuſmodi ſilentio præterire malo; quia nimirum & homines qui hæc geſſerunt amo; & hæc ab eis facta contra inimicos communes non prorſus improbo; & Rempub. Chriſtianam mutuis vulneribus concidentem videre lætor; & maximè Philippi Regis vires qui nimium creuerunt & noſtris jam ceruicibus imminent, fractas & acciſas cupio, ſed tamen modum formamque gerendi, iniuſtitiam, immanitates, fraudes, mendacia, periuria; vt Principum virorum excellenti virtuti, potiſſimum Imperatorum noſtrorum magnanimitati non ſatis conſentanea, approbare non poſſum. Quum enim regnante Carolo Cæſare Philippi patre, milites noſtri in Calabria oppidum nomine Caſtrum occupaſſent, ſed ea conditione ab incolis deditum, vt ab omni maleficio temperaretur; milites autem noſtri ad vltionem ſociorum quos prius in oppugnatione amiſerant, Ducibus inuitis oppidum diriperent, delectæq; ætatis captiuos claſſi impoſitos in ſeruitutem auexiſſent: Solymannus Imperator quamuis id oppidum non magno ſumptu communiri ita potuiſſet, vt ad alia regni Neapolitani oppida inuadenda magni fuiſſet momenti; etſi ad cõpenſanda mala quę paucis antea annis Carolus V. vaſta Peloponneſo; captiſq; patris & coronæ nobis intulerat, multũ idq; iure commoueretur, etſi de ipſo quaſi momento temporis à Cæſareanæ claſſis præfecto Andrea Doria, magna detrimẽta occiſis præclaris Ducibus &, demerſis, incenſiſq, multis triremib. ſuſtinuiſſet; & ſi non improbabiliter à ſe in duces vel milites potius ſuos culpam deriuare poſſet: hic tamen adeò quã noſti

Vide lib. de iuſta Reipub. Chriſtiana in Reges impios authoritate cap. 6

Iouius libr. 36.

Iouius libr. 31.

noſti infeſtus Chriſtianorum hoſtis, priuatæ iracundiæ publicam iuſtitiam anteponens, generoſo animo quos comperit eius periurij & iniuriæ authores ſupplicio affecit, & Caſtrenſes captiuos omnes diligentiſſimè perquiſitos impoſitoſq; naugijs ad penates ſuos reduci iuſſit. Honeſtis nimirum artibus bella gerenda; & virtute militari, non fallacijs & mendacijs cēſuit prouincias ſubiugandas; multò minus decet religionem talibus artificijs propagare. Sed his omiſſis ad alia progrediamur, quādo ex his paucis ſatis conſtat ſi Euangelij veſtri fundatores intueamini, eoſque cum noſtri Alcorani doctoribus cōponatis, non eſſe cur criſtas magnopere erigatis, aut veſtros Lutheros & Bezas noſtris Sergijs, aut Aurangios & Iacobos noſtris Mahumetis præferatis: qui quoad omnem honeſtatē, integritatem, fidem, nobiles & generoſos ſpiritus pone à tergo, immenſo planè interuallo noſtros duces ſequuntur.

ARGVMENTVM CAPITIS QVINTI.

Quia Samuel dixerat Alcoranum eſſe conflatum ex vetuſtis hæreſibus; Michaas recenſens hæreſes varias ante annos quadringentos tempore S. Bernardi. & deinceps ad VViclefi vſque ætatem exortas & damnatas, et tamen ab Euangelicis aſſumptas & probatas, inde cōcludit Euangeliſmum hodiernum non minùs quam Alcoranum ex hæreſibus eſſe compoſitum.

CAPVT QVINTVM.

Illyr. in Apoca. Melanch. li. 3. Chronic.

PROXIMVM eſt vt ad materiam ex qua vobis narrantibus Alcoranus noſter conficitur, oculos conuertamus. Hoc enim veſtri homines Melanchthon, Illyricus, Theodorus Bibliander & alij odioſè aliquando exaggerāt, dictitantes (vt tu modo & Theodorus veſter) Alcoranum *ex veteribus hæreſibus conſutum* eſſe. Quas autem appellatis hæreſes niſi opiniones quaſdā noſtra quidem ſententia veriſſimas, veterum tamen Papiſtarum Athanaſij, Auguſtini, Hieronymi, Gregorij, & recentis Eccleſiæ Romanæ ſententia damnatas? Hoc enim capitale illud & gran-

grandiſſimum ſcelus eſt quod Mahumeti à vobis intenditur, quia cum Sabellio negat Trinitatem, cum Ario & Eunomio Chriſtum ait eſſe creaturam, cum Carpocrate & Neſtorio eſſe nō Deum, ſed ſanctum & diuinum tantummodo Prophetam; cum Manichęis eundem crucifixum eſſe negat, cum Donatiſtis tollit multa quæ dicuntur Eccleſiæ Sacramēta: Hanc ob cauſam nos Sabellianos, Arrianos, Eunomianos, Carpocratianos, Neſtorianos, Manichæos. Donatiſtas; & Alcoranū ex iſtorum hæreſibus conſutum occlamatis. Cæterùm præterquàm quod vos nobiſcum in his pleriſque omnibus conſpirare veriſſimum eſt, & à me perſpicuè ſuo loco demonſtrabitur; præterquam quod conuentum eſt inter nos Patrum & Conciliorum veterum authoritatem nō poſſe nec debere aut nobis aut vobis in hoc colloquio præiudicare; præterquam quod hoc cū norma veſtra in priuatis veſtris Synodis pugnat, illud vnū à te quæro, quinam illi ſunt qui Sabellium, Arrium, Eunomium, Carpocratē, Manichæum & Donatum propter has ſentētias vocarunt hęreticos? Certè nullus Propheta, nullus Apoſtolus, nullus Euangeliſta, nullus Paulus, nullus Petrus; Sed Pontifices Romani cum certis hominibus ſibi fauētibus, Syluester, Iulius, Innocentius, Auguſtinus, & quædam Synodi iſtorum authoritate congregatæ. At ita decreuerunt ex verbo Dei. Aduerſarijs quidem iudicibus, Pontificib. Romanis, non nego? Arrius autem & Eunomius contra ſemper idque acerrimè ex eodem verbo Dei pugnarunt, & vni Concilio Nicæno ſua Concilia plurima, Syrmij, Seleuciæ, Antiochiæ, Ancyræ, Cōſtantinopolis, Cizici, Lantſaci, & etiam Nicææ oppoſuerunt. Cæterum hac eadem iam lance tuum Euangelium pende & conſidera vtrum non ſit ex longè pluribus quàm noſter Alcoranus hæreſibus cōſutum, vt à Phraſi veſtra non diſcedam. Ante annos quingentos vixit Berengarius, & à toto orbe Chriſtiano in tribus aut quatuor generalibus concilijs, Lutherani, Romæ, Vercellis, Turonis, pro hæretico dānatus eſt, eam ob fidem quàm vos vt purè & perfectè Euangelicam ſectamini, quia nimirum realem corporis & ſanguinis Chriſti præſentiam, ex Euchariſtia auferebat: tum etiam quia Eccleſiam *Romanam, Eccleſiam malignantium, concilium vanitatis, & ſedem Satanæ* vocabat, & Leonem nonum communi hominum opinione Pontificem bonum, immò ſanctitate & miraculis (vt fertur) perinſignem, *Pompificem* & *Pulpificem* dictitabat, eum nec appellatione Pontificis aut Epiſcopi dignatus. Non negabis opinor, quin horum vtrunque ſit Euan-

Prateolus in elenc. Alphab. Hæreſ libr. 11. ca. 3.

Poſtea li. 3. Supra li. 1. cap. 3.

Baſil. Epiſto. 8.

Guitmūd. libr. 1. con. Berengarium.

In vita S. Bernard. Abbatis lib. 3. cap. 5. Vide Pap. Maſſ niũ in Annal. Francorũ in Philippo Auguſto.

gelio tuo penitus inſitum & impreſſum. Paulo poſt ſurrexit in partib. Toloſanis *Henricus quidam, olim monachus, tunc Apoſtata vilis, peſſimæ vitæ & pernitioſæ doctrinæ* (ſic enim ab hiſtoricis eius ætatis deſcribitur) cuius prædicatio hunc habuit effectum ipſo Bernardo teſte, vt ibi illa inualuerat, *paſſim inuenirentur Eccleſiæ ſine plebibus, plebes ſine Sacerdotibus, Sacerdotes, ſine debita reuerentia, Chriſtiani denique ſine Chriſto*. An ſcire cupis particularia doctrinę quam iſte prædicabat capita; Ita nimirum recenſentur ibidem: *Paruulis Chriſtianorũ Chriſti vita intercludebatur dum baptiſmi gratia negabatur; ridebãtur orationes oblationesq́; pro mortuis. Sanctorum inuocationes. Sacerdotum excommunicationes, fidelium peregrinationes. Baſilicarum ædificationes, dierum ſolennium vacationes, Chriſmatis & olei conſecrationes, & omnes denique inſtitutiones Eccleſiaſticæ ſpernebantur*: Eodemque tempore Petrus Abailardus de Trinitate & perſona Chriſti quædam Alcorano noſtro, ſed multo plura, *de deſcenſu Chriſti ad inferos, de Sacramento altaris, de poteſtate ligandi atque ſoluendi, de originali peccato*, Euangelio veſtro, congruentia diſſeminabat. Et his vtriſque ſucceſſerunt Apoſtolici, qui ita ſeſe vocarunt, eò quod proximè ad Apoſtolicæ doctrinæ normam & vitæ puritatem accedere ſe iactarent. Iſti autem vt & priores illi *ſe dicebant Eccleſiam, iactabant ſe ſucceſſores Apoſtolorum, irridebant Catholicos quia baptizabant infantes, quia orabant & ſacrificabãt pro mortuis, quia Sanctorum ſuffragia poſtulabant*, omnibus hominum generibus iuxta Bernardi ſententiam iniurioſi; *adultis paruulis, viuis & mortuis*. Iidem *non credebant ignem purgatorium poſt mortem reſtare, ſed animam ſolutam à corpore ſtatim, vel ad requiem tranſire, vel damnationem. Iidem quia Eccleſiam non agnoſcebant, ordinibus Eccleſiæ detrahebant, ſacra eius inſtituta non recipiebant, Sacramenta contemnebant, mandatis non obediebant*. Atque in hac ſua fide adeo erant obfirmati & ſecuri, vt propterea *non modò patienter, ſed etiam læti* mortem ſubirent. Contra quos tamen Bernardus clariſſimus eius temporis Doctor, & veſtræ item Euangelicæ congregationi valdè honoratus, non modò libris & argumentis, ſed etiam miraculis pugnabat. Proxima ætate nati ſunt *VValdenſes* à pleriſque *pauperes de Lugduno* nuncupati, quos non multò poſt exceperunt *Albigenſes*, qui ita quoad plurima vobiſcum cõueniunt, vt Doctores veſtri illos inter præclara Eccleſiæ veſtræ lumina numerent, & Patres veroſque Chriſti martyres appellent: Illi *olei ſacri in Baptiſmo admiſſionem* vobiſcum improbarunt, *impro-*

Bernard. Epiſt. 188 & 190.

Idem in Cant. cantic. ſermo. 66.

Ibidem.

Bern. Pã-

improbarunt omnes Eccleſiæ benedictiones, & creaturarum conſecrationes, irriſerunt cantus Eccleſiaſticos & horas canonicas ſuſtulerunt, cõfeſſionem auricularem, Confirmationem, & Vnctionem extremam, Quadrageſimam & præſcriptos ieiuniorum dies, nihilo maius in exactiſſima ieiunij obſeruatione, quàm in moderata paſtione meritum collocantes. Horrebant Fratrum & Monachorum priuatas religiones, quas etiam malo dæmoni aſcribebant. Reijciebant Pontificem Romanum & Prælatos Eccleſiæ, quibus nullam obedientiam credebant eſſe debitam. Docebant ita à tempore Syluestri Pontificis Romani eam Eccleſiam fuiſſe ita contaminatam, vt qui eius fidem teneret, non potuerit ſaluari. Docebant Sanctorum feſta in Eccleſia non debere ferri, nec poſſe Sanctos ſine Dei iniuria coli aut inuocari. Docebant Miſſas, eleemoſynas, orationes & ſuffragia pro defunctis, iiſdem nihil omnino prodeſſe. Denique imagines ita auerſabantur, vt manifeſtam idololatriam clamarent, quod in Eccleſijs Chriſtianorum tolerantur. Hæc *Pauperes* iſti *Lugdunenſes*. *Albigenſes* verò (vt interiectum inter horum tempora hæreticum quendam Abbatis Ioachimi diſcipulum prætermittam, qui ſuis auditoribus inculcabat per *Babylonem meretricem illam magnã* in Apocalypſi, intelligi *vniuerſalem Eccleſiam Romanam*, quã item *carnalem*, & *beſtiam*, & *Synagogam Satanæ* appellabat, & Romanum Pontificem dicebat eſſe Antichriſtum) ita quoad ſummam doctrinæ cum Lugdunenſibus conueniebant, videlicet contra Sacramentum, & ſacrificium Euchariſtię, contra extremam Vnctionem, Confirmationem, Confeſſionem, Purgatorium, Orationes pro defunctis, contra poteſtatem Eccleſiaſticam, & ſtatum hominum Eccleſiaſticorum, vt tamen quædam de ſuo apponerent, Chriſtum non fuiſſe Deum, non paſſum, nec mortuum, nec reſurrexiſſe; quoad iſta nobis, quoad illa vobis gratificantes, vtraque verò armis obſtinatiſſimè defendebant: At ſimul ſcelera adeò fœda & horribilia perpetrabant, vt mihi ſanè quamquam veſtra abominanti, horrori ſit ea repetere. Eorum certè indignitas ita Catholicos tota Francia commouit, vt non libris & diſputationibus, ſed armis & ferro hos hæreticos damnandos cenſuerint, & non magis contra illos priores Concilio ampliſſimo Romæ coacto per Doctores & Epiſcopos; quàm contra hos poſteriores bello indicto, & exercitu contracto, per milites & Imperatores dimicatum eſt; qui comprehenſi adeò mordicus ſuis opinionibus adhæſerunt, vt plurimi in medijs

Pantaleõ. Criſpin. Paulus Æmilius de geſtis Franco. libr. 6. Vide Elenchum Alphabeticũ hæreſ. libr. 14. cap. 13. Antoni. in Summa Theolog. part. 4. tit. 2. cap. 7.

Bernard. Lutzen. 6.

Paulus Æmilius li. 6. Anto. hiſt. part. 3. tit. 19. ca. 1. Elench. Alphabet. hæreſ. libr. 1. cap. 23.

flammis vitam maluerint deponere, quam ſuſceptam fidem derelinquere. Longum opus ſuſciperem, & non minùs mihi narranti moleſtum, quàm tibi audienti iniucundum, ſi ſingula Hæreſiarcharum nomina & dogmata, qui à Berengario ad veſtram vſque ætatem in orbe Chriſtiano innotuerunt, velim percurrere, & quid Magiſtri veſtri è ſingulis delibarunt, ſingulatim annotare. Illud vniuersè conſtat, neminem fuiſſe reliquis Paulo celebriorem, ſiue Petrum Bruſium, ſiue Abailiardum, ſiue Catharos, Bogomilos, Fraticellos, Flagellantes, Almaricum, Huſſum; à quo plurimæ opiniones quaſi totidem emblemata, ad Euangelium veſtrum ornandum non ſunt traducta. Vnus autem Ioannes VViclefus ſemel atq; iterum Anglicanæ Eccleſiæ, & Regis ſententia primum, deinceps totius orbis Chriſtiani, atque Imperatoris iudicio in Concilio Cõſtantienſi damnatus, tam multa prædicauit Euangelij veſtri capita, vt is verius quàm Lutherus Euangelij eius, vel author, vel promulgator cenſeri poſſet. Ita vos multò propius ad VVicleſi quàm Lutheri, placita doctrinam Anglicanam reformaſtis Audi enim VViclefanæ fidei canones: *Subſtantia panis & vini materialis, manet in Sacramento altaris: in eoq; Sacramento Chriſtus non eſt identicè, & realiter propria præſentia corporali* Hoc Martinus Lutherus ter & amplius hæreticum execratur, à vobis autem vt ſummè Euangelicum creditur. Deinde *non eſt fundatum in Euangelio, quod Chriſtus Miſſam ordinauerit. Et hoc item apud vos certum eſt maximeq; exploratum. Non eſt de neceſſitate ſalutis, credere Romanam Eccleſiam eſſe aliarum ſupremam. Eccleſia illa eſt Synagoga Satanæ: Nec Papa eſt immediatus Vicarius Chriſti & Apoſtolorum.* Hoc adeò commune & generale eſt, veſtrarum concionum omniũ fundamentum, vt Miniſtri nomine ſit indignus, qui hoc continenter in populi auribus non inſonet. Henricus certè octauus & Edouardus ſextus, lege publica omnib. Miniſtris ſeueriſſimè edixerunt, vt ſinguli ſingulis anni partibus hoc diligẽter, & vehementer *quanta maxima poterant arte, & ingenio* ſuaderent, niſi grauiſſimas pœnas ab ipſis conſtitutas vellent incurrere. *Excommunicatio Papæ ſeu cuiuſcunque Prælati non eſt timenda, quia eſt cenſura Antichriſti.* Hoc ex ſuperiore eſt conſequens, & non tam in ſcriptis miniſtrorum, quàm in moribus populi, procerum, & Principis elucelcit, qui hac regula confirmati cenſuras & Anathemata primum Clementis Septimi, & poſtea Pauli Tertij, Pij Quarti & Quinti, totiuſque Concilij Tridentini ſecurè contempſerunt. Alia ſunt quædam

Bernard. Lutzem.

Apolog. Anglica.

Concil. Conſtantienſe. I. II. III. IIII. V.

Fox. act. & monument. pag. 685. To the vttermoſt of their povver.

VI.

dam VViclefi dogmata de Pœnitentia, Confeſſione, Confirmatione, & Sacramentis à vobis item recepta, ſed tamen quia à ſuperiorum hæreticorum decretis nihil diſcrepant, nolo in eis repetendis tempus fruſtra conſumere. Duo tamen nō poſſum prætermittere, quæ adeò videntur Eccleſiæ Anglicanæ propria, vt & Reges veſtri quando hodiernā Angliæ fidem elegerunt, & populus totaque Eccleſia veſtra, quando ſe huic fidei tradiderunt, in neminem magis quam VViclefum mentis ſuæ oculos intendiſſe videantur. Horum alterum eſt: *Prælatus excommunicans Clericum qui appellauit ad Regem, & ad Concilium regni, eo ipſo eſt proditor Regis & regni.* Quo verbo dum Epiſcopales excommunicationes Principis volūtati ſubijcit, non obſcurè viam facilem ſtrauit Regibus, qua ad ſpiritualem Epiſcoporum, & Eccleſiæ primatum aſcenderent, & qua illi deinceps ingreſſi ſunt. Alterum eſt: *Auguſtinus Benedictus, Bernardus, damnati ſunt niſi pœnituerunt, de hoc quia inſtituerunt: & intrauerunt religiones monaſticas, ſunt enim introducta à Diabolo. Peccatum eſt fundare monaſteria: Dominique temporales poſſunt ad ſuum arbitrium auferre bona temporalia ab Eccleſia.* Quæ doctrina incitauit (ſicut probabile eſt) Principes veſtros Henricum octauum, Edouardum & Eliſabethā, vt eam in rebus ſacris vaſtitatē facerent, quam nuſquam terrarum niſi in ſola Britannia vides. Illic enim nullum Monaſterium, nulla Eccleſiarum bona, ornamenta, Calices, Cruces, &c. eorum manus euaſerunt. Verum & apud Lutheranos in Germania, & apud noſtros Perſaſque qui Mahumetis Alcoranum tenent in Aſia; Chriſtianorum Eccleſia longè eſt ſplendidior, & locupletior, nec Monaſterijs caret, & Monachis floret, & Eccleſiaſticis vaſis, etiam argenteis ſatis eſt inſtructa. Hæc autem VViclefi dogmata omnia, quin ab Eccleſia Chriſtiana pro hæreſibus fuerint habita, dubitari non poteſt, quum Doctores libris editis ita aſſeruerint, Reges, Imperatores, Pontificeſque & pleniſſima Concilia ita confirmauerint, populuſque Chriſtianus vno impetu in iſtiuſmodi homines tanquam nefarios hæreticos & fidei Chriſtianæ peſtes inuectus ſit. Sic enim ſcribit Bernardus, populum nimirum ſua ſponte, *irruiſſe in iſtos hæreticos, & nouos ſua perfidia martyres feciſſe*, quod pius vir etſi *non ſuaſit factum, tamen approbauit zelum*. Hæreſes ergo fuerunt Chriſtiani orbis iudicio, contra quas omnia in orbe Chriſtiano hominū genera, vna mente pugnarunt. Eaſdem tamen hæreſes Euangelium veſtrum ſuſcipit & veneratur. Verum eſt igitur Euangelium veſtrum

Vbi ſupra VII.

VIII.

Vide poſt lib. 6.

Bernard. in Cant. ſerm. 6.

ex hæreſibus conſutum eſſe, quas ſi numerare volueris, comperies numero longè plures eſſe, quam quas in Alcorano noſtro, vel Theodorus Bibliander, vel Philippus Melanchthon, vel quiſquis fuit è veſtris illius ventilator & perueſtigator acerrimus, vnquam deprehendit, aut certè vnquam deprehenſurus eſt. Quare vel hoc non erat noſtro Alcorano obijciendum, vel Euangelium veſtrum eadem opera & argumento repudiandum, quod hac ex parte magis eſt quàm Alcoranus noſter debile & ruinoſum.

ARGVMENTVM
CAPITIS SEXTI.

Samuel refellit obiecta de hæreſibus duplici ratione. Primùm diſtinguit de ijs quæ pertinent ad fundamenta fidei Chriſtianæ, in quo numero ſunt hæreſes Arrij, quas ſecutus eſt Mahumetus; Et quæ non pertinent ad fundamenta, in quo numero ſunt hæreſes illorum hominum quos Michæas recenſuit. Secundò negat eſſe omnino hæreſes, & Proteſtantes non credere recentis ætatis Pontificum & Conciliorum decretis, à quibus illæ tanquam hæreſes damnatæ ſunt. Contra quæ Michæas oſtendit illam de fundamentis diſtinctionem eſſe inanem & incertam, nec valere quicquam quominus Proteſtantes damnatis hæreticis annumerentur. Tum Mahametum potuiſſe eadem ratione recuſare ſui temporis iudices, Concilia, & Pontifices, qua Lutherani Eccleſiæ poſt Berengarium authoritatem contemnunt. Demum ex eo concludit Alcoranum eſſe meliorem Euangeliſmo, quia multi Euangelici admiſerunt & probarunt fundamenta Alcorani, nullus autem vnquam Turca admiſit fundamenta Euangeliſmi.

CAPVT SEXTVM.
SAMVEL.

ATQVI infinita eſt Michæa, inter hæc duo diſcrepantia, quod etiam miror à te non fuiſſe animaduerſum. Primùm enim expendere te velim eam diſtinctionē, quę eſt à noſtris hominibus admodum prudenter inducta, de magnitudine earum rerum in quibus à commu-

communi Eccleſiæ conſenſu diſceditur. Eleganter enim Bullingerus contra Papiſtas, quod & tu Michæa tibi dictum putes: *Malè concludunt* (inquit ille) qui ſic arguunt, quia Euangelici vel cum vetuſtis hæreticis conſentiunt, vel inter ſe diſſentiunt, *ergo illorum fidem ex Deo non eſſe, nec Eccleſiam eorum eſſe veram, diſtinguendum erat inter ea capita quæ in doctrina et fide ad ſalutem ſunt neceſſaria, & inter ea quæ non ſunt. Conſtat autem in præcipuis fidei capitibus, pulchrè inter ſe omnes verè Euangelicos conſentire*, & diſſentire ab hæreticis. Quæ autem illa ſunt *præcipua fidei capita*, perbenè poſt alios aliquot explicauit VVolfgangus Muſculus, quæ ego tua gratia verbatim ex eo deſcribam. *Hæreſes aliæ* (inquit ille) *fides noſtræ fundamenta conuellunt, aliæ circa res ſecundarias morbidè languent: ad priorem partem pertinent Marcionitæ, Manichæi qui ſtatuerunt duo principia, hoc eſt, duos Deos; Noetiani, Plotiniani, Arriani & omnes illi qui diuinitatem Chriſti & Spiritus ſancti oppugnarunt, & Valentiniani qui Chriſtum nihil ex Maria ſumpſiſſe dixerunt, & Baſilidiani, qui Chriſtum crucifixum negarunt, & illi potiſſimum qui vel vnitatem diuinæ eſſentiæ ſic ſtatuerunt, vt cum Iudæis ſacram Triadem ſuſtulerint, vel ſic confeſſi ſunt, vt tres numero diſtinctos, & ſubordinatos Deos ſtatuentes vnitatem eſſentiæ diuinæ negarunt. Item Pelagiani gratiam Dei & remiſſionem peccatorum euertantes, & Hieracitæ carnis reſurrectionem reijcientes. Hi omnes circa fidei noſtræ fundamenta errarunt, tantò cæteris nocentiores, quantò pernicioſior eſt qui fundamenta domus euertere nititur, illis qui circa parerga illius conuellenda verſantur.* Hoc ergo qui conſiderat & vna examinat quæſtiones, propter quas maiores veſtri Eccleſiæ vnitatem ruperunt, perſpiciet eos ab Arrio & Samoſateno progenitos, Chriſtiani orbis communionem deſeruiſſe, in illis potiſſimum rebus quæ ad hæc fundamenta religionis, ipſam nimirum deitatem pertinerent. Vos ergo ad hanc primam & (vt ita dicam) fundamentalem hæreticorum claſſem referendi eſtis. *Poſterioris verò claſſis* (iuxta eundem virum) *illi ſunt qui & ipſi quidem hæretici fuerunt, verum ſeruatis fidei noſtræ fundamentis, circa res alias errarunt, vt Chiliaſtæ, mille annos vitam in corporeis voluptatibus poſt vltimum iudicium tranſigendam: item Elceſaitæ fidem in perſecutione negari ore, & ſeruari corde poſſe docentes: Tatiani, nuptias dānantes: Pepuziani id honoris mulierib. tribuētes, vt eas ad Sacerdotij quoque dignitatem extollerent. Adamiani nuditatem Adami in Paradiſo imitantes, & nuptias quoq; auerſantes: Valeſij ſe et ſuos*

Bulling. in firmamento firmo. par. 1. ca. 3.

Muſculus in locis cōmunibus cap. de hæreſi. nu. 2. pag. 554.

quaſi ſic Deo ſeruirent caſtrantes: Aquarij, & Apoſtolici, & Anabaptiſtæ pædobaptiſmum & iuramenti vſum impugnantes, & complures alij. Hactenus ille. Ex quibus patet hæreſes omnes quas ex poſteriorum ætatum ſcriptoribus ſelectas tu nobis obijcis (ſi omnino hæreſes dicendæ ſunt) ſaltem eſſe hæreſes huius poſterioris claſſis; non quę fundamentum attingant, nó quæ parietes demoliantur, ſed potius quæ vix regulas paucas deijciant & ingruenti pluuiæ tenuem rimulam aperiant. Atque hoc tibi iuſtè & ſolidè Michæa, reſponderi poſſet, ſi has hæreſes eſſe faterer. At nunc ſecundo loco in tua oratione iudicium & æquitatem requiro; quod ex corruptiſſimis horum ſeculorum ſcriptoribus aut Pontificibus, arbitraris nos alicuius hæreſis poſſe conuinci, qui harum ætatum Synodos, & Decreta omnia ita magnopere deſpicimus, vt nō dubitemus Pontifices iſtos, & eorum aſſeclas certiſſimis hæreſiarchis annumerare, qui ſub nomine, & prætextu hæreticorum ſanctiſſimos Dei famulos Berengarium, VViclefum, Huſſiū, vt nuper Lutherum, Zuinglium, & Caluinum, hæreſeos ipſi ſimul, & accuſatores & iudices arguerunt. Noſti ampliſſimum iſtorum Conciliorum omnium Lateranenſe, à noſtris nec inſcitè nec immeritò Latronenſe dici, quaſi ex ſolis latronib. conflatum. Noſti quemadmodum Caluinus contra VVeſtphalum excipiat illa Concilia, ſiue Romana, ſiue Gallica, quæ Berengarij ſententiam improbarunt. Noſti in noſtrorum hominum & ore & ſcriptis creberrimū eſſe, quod omnes Pontifices Romani poſt Gregorium I. totidem fuerint Antichriſti. Illud deniq, noſti (ingenuè enim ſupra profeſſus ſum) meam ſententiam ab hac communi noſtrorum fide non eſſe differentem. Quare aduerſarios nobis iudices ferre, & eorum iudicio fidem noſtram hæreticam pronunciare, quantæ eſt imprudentiæ & iniquitatis! Ex altera parte vos hæreticos, veſtraſque opiniones hæreticas primitiua illa Eccleſia ſanctiſſima & doctiſſima, & Apoſtolicis temporibus vicina, cum præclariſſimis Nicææ & Conſtantinopolis Epheſique Concilijs iudicauit. Id quod tam latè cauſam noſtram veſtramque, noſtrum dico Euangelium ab Alcorano diſcriminat, quam lux à tenebris, & aurum à ferro diſtinguitur. Ita nihil hactenus affertur quin rectè noſtri Alcoranum ex varijs hæreſibus conſutum eſſe tradant. Neque tamen tua recriminatio Euangelium ſimilis impuritatis vllo modo reum facit. MICHAEAS. Duobus ergo modis Euangelium Lutheri & Zvvinglij ab Alcorano Mahumetis & Sergij

Martyr cōtra Gerdinur. Caluinus contra VVeſtphalum in vltima admonitio. fœtida porcorū hara.

Sergij differre exiſtimas. Primùm,quia Alcoranus in ipſis fi-
dei Chriſtianæ fundamentis euertendis verſatur, Euãgelium
hęreſes fortaſſe quaſdam continet,ſed minus capitales & per-
nicioſas; tum quia illæ nec hæreſes propriè dici poſſunt, quia
veſtro iudicio ſunt Orthodoxæ veritates: populus autẽ Chri-
ſtianus,& Imperatores,Pontificeſque qui eas hæreſes eſſe cen
ſuerunt,& ob eas hæreſes Berengarios, VVicleſos,Lutheros,
& Zuinglios veſtros è Chriſtiana communione proiecerunt,
idonei non fuerunt harum controuerſiarum iudices,ſed me-
ri potius Antichriſti, atque in hoc iudicio turpiter fœdeq; er-
rarunt. Quorum vtrumque quam leue ſit & friuolum, imò
quanto arctiùs quam tu arbitraris Euangelium cũ Alcorano
copulet & conſtringat,te velim ſeriò cogitare. Iſta primum de
fundamentis diſtinctio quorſum ſit à veſtris hominibus indu
cta planè non concipio. Longam tantummodo & moleſtam
battalogiam parit, nullo cum fructu nec vlli quæſtioni expe-
diendæ commodam. Quid enim ex eo efficiunt? vos eſſe hæ-
reticos (ſi hæc diſtinctio vera ſit) Turcis minus quidem gra- *Matth.1*
ues & atroces, vtpotè circa minora fidei principia errantes. At
quin hæretici ſitis & ſempiternis inferorum cruciatibus digni
& hominum Chriſtianorum nomine indigni, & ad Ethnico-
rum numerum & cœtum aggregandi; hoc totum iſta diſtin-
ctione non negatur, ſed concluditur potius. Perinde igitur re-
ſpondetis, ac ſi latro quiſpiam in iudicium de furto & homici-
dio vocatus, hac ſe excuſatione defenderet; quod duas tãtum
treſque domos compilaſſet, & in illis vix totidem homines oc
cidiſſet, quum alius quiſpiam pluſquam 20. domibus direptis,
in illis ſingulis aliquam cædem deſignaſſet. Siquidem de ma-
gnitudine vel multitudine furtorum verteretur quæſtio; ali-
quid diceret qui ita reſponderet. At vbi de iuſtitia, de lege, de
pœna, latrocinio debita, de ſuſpendio hominis rei quæritur,
inanis & friuola eſt hæc tergiuerſatio. Qui vno ictu confoſſus
interijt, non minus dicitur mortuus, quam qui mille vulneri-
bus conciſus interficitur, & cui manus amputatur, ad ſcriben-
dum non magis habilis eſt, quam is cui cum manu totum ſi-
mul brachium præciditur, & hic ſi vſquam, veriſſimum eſt il-
lud Apoſtoli veſtri: *qui in vno peccat, factus eſt omnium reus,* *Iacob.2.*
hoc eſt, qui vnam manifeſtam hæreſim contra Eccleſiã Chri-
ſtianam obſtinatè tuetur, propterea quod extra Eccleſiæ ſo-
cietatem proiectus eſt, is cum Chriſto eiuſq; corpore non ma-
gis communicat, quã ſi multis hęreſibus eſſet notatus: Quem-
admodum ſi fingamus membrum à corpore auulſum, perin-

de eſt vtrum deinceps tribus, an mille paſſibus à corpore remoueatur. Tantundem enim vtrobique à vitali corporis ſpiritu & ſanguine percipit. Quare & è Doctoribus veſtris quidam primarius, diſputaturus de hæreticis non fundamenta fidei labefactantibus, ſed quædam alia longè minoris momen-

Hieronym. dialog. aduerſus Luciferianos cap. 1.

ti vocantibus in dubium. Hoc tanquam certum ponit *hæreticos quoſcunque Chriſtianos non eſſe*, ideoq; à colloquutore ſuo poſtulat, *vt hoc inter eos præfixum ſit, de hæretico ita loquẽdum eſſe vt de Gentili*. Quod ſi iam preſſius excutiamus hoc de fundamentis effugium, magis magiſq; elucebit eius inanitas, & Euangelij veſtri imbecillitas, & deniq; quo magis putatis voſmet iſta verborũ ſubtilitate è laqueis noſtris expedire, eo ma-

Beza epiſ. Theolog. 1. & 4. pag. 9. 18. 35 36. 38.

Bullinge. in Firmamento firmo.

Caluin. Inſtit lib. 2 cap. 16. §. 18.

Carlile li. quod Chriſtus non deſcendit ad inferos.

VVhitegift. contra Cart. tract. 2. cap. 1. §. 3.

Luther. ad Galat. cap 4.

Acontius libr. 3 Stratage-

gis conſtabit vos ijſdem teneri irretitos. Curioſè nimirũ Muſculus quem citas, quæſtiones in Eccleſia veſtra controuerſas à fundamentis fidei ſeparat; Quid ita? Nimirum quo Lutheranos & Anabaptiſtas quatenus fieri poteſt eodem Euangelicæ fraternitatis vinculo Zuinglianis Eccleſijs coniũgat; Aut certè quam proximè ſeparet & diſiungat. At Theodorus Beza, VVolfgango Muſculo, & ſcriptis, & rebus pro Euangelio geſtis, & nominis celebritate multò famoſior; hos eoſdem Anabaptiſtas contra ipſa fidei Chriſtianæ fundamenta pugnare affirmat, & qui *ſecus arbitratur non minus falli quam ſi cæcis viſum tribuat*. Lutheranos verò propter *vbiquitatis dogma* planè & *Neſtorianum & Eutychianum*, eadem fidei fundamẽta nimis apertè ſuffodere: qui & integrũ librum ſcripſit contra *Neſtorij & Eutychetis renouatos à Brentio & Lutheranis errores*. Longius autem progreſſus Bullingerus *ipſam Iudæorum & Gentium perfidiam* ab ijſdem Lutheranis introduci in Eccleſias Euangelicas, acerrimè conatur perſuadere, à qua opinione nequaquam abhorret Ioannes Sturmius, qui & ingenuè fatetur fundamenta *religionis Chriſtianæ conuelli à Lutheranis*, quod tamen non minus rotundè affirmant, & ſeriò probare contendunt Lutherani de Zuinglianis & Caluiniſtis. Quòd ſi iam ſingulatim perſequi vellem Theologorũ veſtrorum in his fundamentis ſtatuendis varietatem, labyrinthum quendam ingrederer, cuius nullum inuenirem exitum. Vnus enim vult Euangelij veſtri fundamentum eſſe Symbolum Apoſtolorum. Alij (qui nonnullos eius Symboli articulos tollendos iudicant) illud fundamentum malè collocari opinantur. Alius adeò dilatat fundamentum, vt qui liberum in homine arbitrium ſtatuit, neget fundamẽtum fidei, eò quòd arbitrium liberum contrarium ſit gratuitæ iuſtificationi, in quã

(iuxta

(iuxta Lutherum) fundatur Euangelium veſtrum; quam qui non tenet, *is nihil differt à Iudæo, Turca aut quouis Mahumetano* Alius autem fundamentum magis vult coanguſtari, vt illud tantũ ſit fundamentũ quod eloquutus eſt Petrus, Matth. 16. *Tu es Chriſtus filius Dei viui*: qui in hoc conueniunt, illos in fundamento cõcordare; quare omnes reliquas controuerſias leuiter eſſe ferendas, quia fundamento non nocent. Alij verò his anguſtijs non contenti, aliquanto latiorem ambitum tribui volunt fundamento, ſaltem quoad Lutheranos. Nam licet Papiſtas realem Chriſti præſentiam in Euchariſtia ſtatuentes fundamentum fidei ſubuertere dicunt, quia *tollunt humanam Chriſti naturam*, tamen (adeò eſt fundamentum hoc varium & multiforme) quum Lutherani realẽ Chriſti præſentiam non ſolum in Euchariſtia ponunt, ſed etiam omnibus in locis, naturamq; Chriſti humanã non minus quam diuinitatẽ vbiq; diffuſam nullis terminis contineri volũt; hoc in Lutheranis nullũ fundamenti lapidem mouet, ſed illorum Eccleſiæ ſunt veræ & Euangelicæ. quamuis *hac febricula* laborent. Deniq; alij ſunt qui aſſerant fundamentũ quidẽ eſſe vt quis credat Chriſtum in mundo verſatum & humana natura indutũ: vtrum vero eam è cælo ſecum tulerit, an è Virgine Maria ſumpſerit, *Hoc non eſſe fundamentum Chriſtianæ religionis, ſed ipſius fundamenti circunſtantiã quandam. Quare & qui Chriſtum ex muliere incarnatũ negat, is non negat fundamentũ, ſed vnam ex fundamenti circũſtantijs*: cuius ſentẽtię videtur eſſe tuus Muſculus, qui Anabaptiſtas hoc acriter vrgentes, *ſeruatis fidei fundamẽtis circa res alias*, leuiores videlicet & circunſtãtias *errare* definit. Deniq; alius fundamentum ponit Papatus negationẽ vt Vergerius; alij vt Caſtalio & tota Academicorũ natio controuerſias *de Cœna, de Baptiſmo, de Chriſti ſtatu & officio, quomodo ſit vnum cũ Patre, de Trinitate, de Prædeſtinatione, de libero arbitrio*, & ſimiles permultas *ad ſalutẽ per fidem non adeo neceſſarias aſſerunt*, hoc eſt, non pertinere ad fundamentũ fidei Euangelicæ vel proteſtanticæ. Hæc ego ex innumeris pauca delibo. Nam vt in pleriſq; alijs Euangelij veſtri articulis quot ſunt doctorũ capita, tot ſunt ſenſus; idipſum & hic quoque in fundamento vſu venit: nec quicquã apud vos minus ſtabile & fundatũ eſt quàm doctrina veſtra de fundamẽto ipſo quo reliquię Euangelici ædificij partes ſunt ſuſtinendæ, Neq; verò carere poteſtis infinita in fundamento collocãdo diſſenſione, niſi primò de ſcripturarũ & libris, & librorũ interpretatione, ex quibus lapides fundamẽti colligitis, melius inter vos conueniat:

matum Satanæ. vide poſt libr. 4. cap. 9.

Theſes Oxon. Io. Rayn. pag. 116.

Vide Lindan. dubitant. pag. 152.

Vide Bezam lib. de Hæreticis à Magiſtratu puniendis p. 87. & 91

niat:

niat: certumque eſt quot ſunt in prouincijs veſtris Euangelicorum Sectæ, tot eſſe & fidei quæ vnicuique Sectæ propria eſt, diſtincta fundamenta; iſtique Academici quorum eſt in Eccleſia veſtra & numerus magnus, & propter politiores literas nomen celebre, ipſam Trinitatem Chriſtique cum Patre naturæ vnitatem, quam tu cum Muſculo altè in imò fundamento ponis; à fundamento remouent, & vt rem indifferentem libero cuiuſque iudicio permittunt. Cæterùm quocunq; modo fundamenta interpreteris, ſuo loco demonſtrabitur, ſi nos fundamenta mouemus, veſtris quoque erroribus eadem fundamenta manifeſtè concuti & euerti; quod item Sturmij confeſſio perſpicuè largitur. Quare hæc de fundamentis diſtinctio vt futilis eſt & valde incerta, ita cauſam veſtram nihil omnino iuuat, ſed eius imbecillitatem & inconſtantiam magis magiſq; arguit. Adde quòd iſta à me enumerata, ſacrificiũ Miſſæ, oblationes & orationes pro defunctis, inuocatio Sanctorum, Peregrinationes, poteſtas ligandi & ſoluendi, Sacramenta Baptiſmi, Confirmationis, Pœnitentiæ, Vnctionis extremæ, Euchariſtię, Pontificatus Roma Primatus Regius, vota religioſorum, & reliqua quę tu nimis ieiuniè & tenuiter tegulis domus alicuius comparas; adeò ſunt in religione, ſiue Catholica ſiue Euangelica, & numero multa, & pondere grauia, & ex ipſa radice Religionis enaſcentia; vt qui ea ſuſtulerit, omnem vnà religionem extinxerit, & ipſa fundamenta tantummodo nomine tenus retinebit. Cæterùm veſtras his de quæſtionibus opiniones non eſſe hæreticas gloriaris, & nomen hæretici à te tuiſque præclarè depulſum ais, eò quòd hos Pontifices iudices veſtros non agnoſcitis, qui ipſi potius hęreſiarchæ fuerunt, & notiſſimi veritatis & Chriſtianę profeſſionis hoſtes: & hac ſaltem in parte admodum triumphas, & Euangelium veſtrum ab Alcorano longè lateq; diſtare autumas. Quaſi hæc ipſa defenſio nobis eadem prorſus ratione, & æque probabiliter non ſuppetat. Quum enim Mahumetus Alcoranum inchoaret, à quibus diſceſſit niſi ab illis Pontificibus & Concilijs quę vix ducentis aut tricentis annis eius ætatem antecellerant? Intra hoc enim temporis ſpatium vixerunt, Athanaſius, Sylueſter, Iulius, Ambroſius, Baſilius, Patres illi Nicæni, Conſtantinopolitani, & Epheſini, quos nobis in fide noſtra ſcimus fuiſſe maximos aduerſarios, & ſimul eiuſdem reprobandæ iudices. Quod ergo vos vobis licitum eſſe putatis de Concilijs, Lateranenſi, Romano, Verſcilenſi, Turonenſi & Conſtantienſi; id nobis concedite de duobus, aut tribus Ma-

Digitized by Google

humetum antegreſſis. Quod vobis eſt, Gregorius ſeptimus, Innocentius, Lanfrancus, Bernardus, id nobis eſt, Iulius, Damaſus, Athanaſius, Ambroſius: ſi vos Berengarium, VViclefum & Huſſum iſtis Pontificibus aduerſarijs veſtris præfertis; nolite nobis vitio vertere ſi Arrium, Photinum, Eunomium noſtris illis hoſtibus anteponimus. Vos iſtos Pontifices & Cõcilia, accuſatores & iudices recuſatis; & nobis de noſtris illis eadem eſt mens, idem ſenſus Si antiquitatem temporis reſpicitis, nihil eſt diſcriminis: ſi numerum & frequentiam Conciliorum; vos à pluribus condemnamini. Si doctrinam Epiſcoporum; quamquam veritas fidei à doctrinę præſtantia vel ingenij acumine non pendet; tamen Innocentius, Lanfrancus, Anſelmus, Bernardus, Iulio, Damaſo, Athanaſio, Ambroſio non ita multum concedunt Si ad conſenſum Regum, Imperatorum, totiuſque populi Chriſtiani attendis, multa Concilia, multi Epiſcopi, multi Imperatores & Imperatrices, multus Chriſti tui nominis populus, nobis & Arrianis patribus noſtris, trecentis illis annis qui inter Concilium Nicænum & Mahumetis ætatẽ fluxerunt ſuffragatus eſt, quum totis quingentis annis qui inter Berengarium & Caluinum venerunt, nullum Concilium, nullus Imperator, nulla natio, ſi paucos Bohemos excipias, nullus quod ſciam, Epiſcopus in orbe vniuerſo veſtra dogmata ſit amplexus. Nolo minutè perſcrutari ſingula, tu ipſe indifferentem te iudicem præbe, & tum demũ ſi aliquid in noſtris Mahumetis & Sergijs repereris cur iſti hęreſiarchæ vocentur, quod non pari iure in tuos Lutheros, Caluinos, & Zuinglios conueniat, dabo libenter manus, & Euangelium fatebor eſſe Alcorano diuinius. Interim vel hoc vnico argumento ab æquis auditoribus euincam, Euangelium veſtrum Alcorano multo magis eſſe hæreticum & execrabile. An tu aliquem ex noſtris primarijs doctoribus nominare potes qui Euangelij veſtri fundamentum quo modo id plerique ex veſtris definiunt, approbarit? neque vero hic fundamenti nomine intelligo remota illa, illa generalia negantia capita, Eccleſiæ nimirum *veteris ruinam* vel *Romani Pontificis reiectionem*, quod Vergerius *Euangelij* veſtri *fundamentum* vocat, in quo vtrique (fateor) conſpiramus; ſed articulos vel capita proxima, particularia, affirmantia, quibus præcipuis & tanquam fundamentalibus nititur Euangelium veſtrum. De his quęro an aliquis vnquam celebrioris nominis Mahumetanus ea comparauerit, neminem certè tam amplo Pontificum & Prophetarum noſtrorum choro vnquam expiſcabere, qui vobiſcum

biſcum

biſcum ſiue de morte filij Dei, ſiue de redemptione per eius ſanguinem, ſiue de perſona, ſiue de iuſtificatione per ſolam fidem conſenſerit. At contra ego plurimos Euangelij tui Principes citare non potero, quos ſuo etiam loco proferam, qui Alcorani noſtri fundamentum & ſummam religiosè acceperũt, acerrimè defenderunt, & ſtudiosè ſuis ſectatoribus perſuaſerunt. Quod eſt enim Alcorani noſtri caput? non eſſe in diuinis Trinitatem ſed vnitatem, Chriſtum non eſſe natura Deũ, nec in cruce mortuum, vt vos ſuſpicamini. At (vt alios prætercam) ſingularis ille vir Petrus Abaillardus, quem tu cum Berengario, & Ioanne VViclefo à Romanis Antichriſtis immerito damnatum fateris, inter reliqua Euangelij veſtri dogmata hoc item noſtrum perſpicuè & ſolidè propugnauit. Nam & de Trinitate, & de perſona Chriſti, eandem cum Arrio & Neſtorio fidem coluit; & Chriſtum à Deo morti non fuiſſe traditum multis argumentis concluſit. Caſtellioque & cum eo innumerabiles ijdemq; doctiſſimi proteſtantes, & ſi non planè nobiſcum fidem *de Trinitate, de Chriſti diuinitate, de eius cum patre conſubſtantialitate & mediationis officio* reijciunt, iſtos tamen articulos quos Muſculus & alij permulti, adeò ad ſalutem neceſſarios eſſe volunt indifferentes clamitant, æternamque vitam vera fide abſque his ſubtilibus quæſtiunculis poſſe comparari aſſerũt, *ſine quarum cognitione ſalui facti ſunt publicani & meretrices.* Id quod item acutus ille Acontius in eo libro quem *Diuæ Elizabethæ* Reginę veſtræ *dicat conſecratque*, copiosè diuini verbi teſtimonijs comprobat. *Euolue* (inquit ille) *diligẽter totum vetus & nouum teſtamentum, & perquire quibus teſtimonijs docere poſſis apices illos eſſe vſq; adeo ad ſalutem neceſſarios, vt ſeruare niſi qui eos aſſequutus fuerit non poſſit. Expende quàm potuerunt ex veteris teſtamenti libris Iſraëlitico populo eſſe cogniti, quos tamen eadem qua nos fide ſeruatos oportuit. Quin etiam expende quæ cognita habere potuerit vel latro ille quum ei dictum eſt: hodie mecum eris in paradiſo, vel Eunuchus quum à Philippo baptizatus, vel impudica mulier cui quum lachrymis domini pedes lauiſſet, dictum eſt: tua te fiducia ſeruauit, vel altera illa profluuio ſanguinis confecta, vel paralyticus, vel tot alij quibus ad ſolam nominis domini confeſſionẽ condonata ſunt peccata.* Hæc ille. Quod ſi ad fœlicitatem adipiſcendam nihil aliud de Chriſto credita neceſſarium requiratur, quam quod vulgus Iudæorum ſub Moyſe credidit; non dubium eſt iſtiuſmodi quæſtiones in Concilijs Chriſtianorũ, Nicæno & Epheſino primum definitas, à neceſſitate fidei & ſalutis

Bernard. Epiſt. 192 Ibidem. Epiſt. 188. Ibidem. Epiſt. 188.

Beza de hæreticis puniendis à ciuili Magiſtratu. pag. 14.

Acontius libr. 3. de Stratage. pag. 137. 138. pag. 1. 138.

ſalutis eſſe alieniſſimas, noſtroſq; Turcas eſſe plenè fideles qui de Chriſto credimus pluſquàm Iudæi veteres crediderūt, omniumque Prophetarum ſcripta amplectimur, ſine quibus tamen plurimi Iudæi ſeruati ſunt. Rurſus ſi nihil aliud ſit ad ſalutem neceſſarium quàm quod *impudica mulier, vel altera illa profluuio ſanguinis confecta* credidit; tum ſine quæſtione veriſſimum eſt fidem de morte Christi & naturali eius deitate nullo modo eſſe neceſſariam, quando nec mortem eo tempore ipſi Apoſtoli crediderunt, vt ex Euangelijs veſtris cōuincitur; & Petrum mirificis laudibus effectum propterea antiqui receteſq; Epiſcopi Chriſtiani interpretantur, quod ille omniū primus fidem de Chriſti Deitate cœlitus inſpiratam hauſerit, quam prius ipſi etiam Diſcipuli, multo magis imperitum vulgus, & Gentiles, vel Iudaicæ mulierculæ ignorarunt. Ex quo rurſus conſequens eſt, poſſe nos abſque horum articulorum fide ſaluari, ideoque Mahumetem noſtrum hac ex parte non eſſe culpandum, quod iſtiuſmodi ſpinoſas & non neceſſarias difficultates prætermiſerit, nec ad eas imbibendas ſuos diſcipulos voluerit alligare, ſine quibus optimè ſciebat eos potuiſſe æternam ſalutem conſequi. Quod egregium imprimis documentum eſt puriſſimæ veritatis Alcorani, quæ adeò efficaciter & ſplendidè veritatis ſuæ radios emittit, vt ipſos etiam Chriſtianorū oculos illuſtret, eoſq; habeat ſui approbatores.

Matth. 16. verſ. 28.
Ibid. Ver. 16. 17.

ARGVMENTVM
CAPITIS SEPTIMI.

Quoniam & Samuel & alij proteſtātes aliquid diſcriminis inter Alcoranū & Euangeliū nouū ſumunt ex eo quod primitiua Eccleſia damnauit Alcoranū, Michaas enumerans varias hæreſes ab ipſa Eccleſia primitiua damnatas, & tamen ab Euāgelicis in ſuum Euangeliſmum traductas, inde cōcludit hac quoq; ratione & Euangeliſmū eſſe hæreſim, & eius authores eſſe hæreſiarchas. Quā concluſionē vt nimis cōtumelioſam & Papiſticā, & ipſi quoq; Alcorano capitalem reprehendit Samuel, addens à primis illis Patribus Mahumetanos iuſtè, Proteſtantes autē iniuſtè & nō ex verbo Dei condemnatos. Quod paucis refellit Michaas, doces probabile eſſe quod Patres illi iuſtius cōdēnauerint Proteſtātes quā Mahumetanos. Sed quicquid illud ſit, negat ſe vocare Proteſtātes hæreſiarchas, aut habere Euāgeliſmū pro hæreſi: tantū ait ita iudicaſſe Eccleſiā primitiuā, & illud ſolum

ſolum concludere ſe voluiſſe non eos eſſe hæreticos, ſed ſi iudicio illius Eccleſiæ ſtetur, hac in parte (niſi quòd Euangelicorũ condemnatio clarior eſt & illuſtrior) nullam eſſe differentiam Euangeliſmi & Alcorani; quum vterque ab eadem Eccleſia, licet immeritò, vt impius reprobetur.

CAPVT SEPTIMVM.

CÆTERVM quoniam tibi admodum places, & nos odioſè premis primitiuæ illius Eccleſiæ authoritate quę Mahumetis ætatem antegreſſa eſt; vt omnes tuas euadendi rimas penitus obſtruam, non grauatè nec difficulter oſtendam, & illam etiam Eccleſiam vobis, veſtroque Euangelio non minus quam nobis & noſtro Alcorano anathema dixiſſe. Propone igitur tibi ob oculos paucos illius primitiuæ Eccleſię nouos magiſtros, quos illa nimirum Eccleſia propter falſa dogmata hęreſiarcharum numero aſcripſit. Nihil eruam abſtruſum aut reconditum: nihil dicam quod non eſt vulgarium ſcriptorum monumentis & plurimorum notitia teſtatum. Largitur Caluinus veſter Auguſtinum eſſe *optimum & fideliſſimum totius antiquitatis teſtem.* Non negabis ergo primitiuæ illius Eccleſiæ cenſura, eas hæreſes fuiſſe iudicatas, quas Auguſtinus *fideliſſimus* Eccleſiæ antiquæ *teſtis* in catalogo hæreſum recenſet. Numerat ille (fateor) inter hæreticos Arrium, & Eunomium, & Ebionem, & quoſdã alios qui Chriſtum Deum fuiſſe nobiſcum ſunt inficiati. Verum in eadem cum Arrio & reliquis noſtris fautoribus, collocat patronos veſtros Iouinianum, Vigilantium, Aërium, Pepuſianos, Pſeudapoſtolos, Eunomianos, Aquarios, Armenos, Nouatianos, Pelagianos, Donatiſtas. Qualis autem fuit Iouinianus iſte, qualis Vigilantius, quales reliqui? & quid docuerunt vt propterea ſint ab hoc *optimo, & fideliſſimo* Doctore hæreſiarcharum nomine & infamia notati. *Iouinianus* nimirum *Monachus prædicat: nihil prodeſſe ieiunia, vel à cibis aliquibus abſtinentiam. Virginitatem Mariæ deſtruebat, dicens eam pariendo fuiſſe corruptam: Virginitatem etiam ſanctimonialium, & cõtinentiam in Sanctis eligentibus cœlibem vitam, coniugiorum caſtorum atque fidelium meritis adæquabat.* quaſi altera vita præ altera, apud Deum nihilo magius præmium eſſet conſequutura, *ita vt quaſdam virgines ſacræ in vrbe Roma vbi hæc docebat, eo audito nupſiſſe dicantur.* Hoc à paucis quibuſdam virginibus factitatum, tanquam prodigij ſimile Diuus Auguſtinus narrat,

Caluin. Inſtitut. li. 4 cap. 14. §. 15.

Auguſtin. Tom 6. lib. de hæreſ. hæreſi 82.

Digitized by Google

quum in veſtra Eccleſia ad huiuſmodi prædicationem innumeræ virgines ſacræ virginitatis ſolemnia vota nuptijs contractis perfregerint. *Citò tamen* (inquit Auguſtinus) *iſta hæreſis extincta eſt; nec vſque ad direptionem aliquorum Sacerdotum potuit peruenire.* At apud vos millia Sacerdotum, multi quoque Epiſcopi & Archiepiſcopi hac hæreſi decepti & corrupti vxores duxerunt, & (quod vel dictu fœdum eſt, atq; flagitioſum, Monachi Monachas inceſtis, & vel populo Gentili abominandis nuptijs ſibi adiunxerunt, Vigilantius autem quidnam ſenſit? Quæ fuit illius hæreſis? Exclamat Auguſtini æqualis Hieronymus: *Vigilantium ea proferre quæ vel audire ſacrilegium eſt. Putorem enim ſpurciſſimũ contra Sanctorum Martyrum protulit reliquias: & nos qui cum Chriſtianis Imperatoribus Conſtantino & Arcadio, cum omnibus Epiſcopis, & omnium Eccleſiarum populis eas ſuſpicimus, appellat cinerarios et idololatras, quod mortuorũ hominũ oſſa veneremur.* Quid deinceps? Accuſatur nõ tantũ *immundo ſpiritu pugnaſſe cõtra Chriſti ſpiritũ, eò quod negarit Martyrũ ſepulchra eſſe veneranda, ſed etiã impugnaſſe virginitatem, odiſſe pudicitiam, in conuiuio ſecularium contra Sanctorũ ieiunia proclamare, vt quomodo Euphorbus in Pythagora renatus eſſe perhibetur, ſic in iſto Iouiniani mẽs praua ſurrexiſſe videatur.* Ecquid prętereà? Quod veſtro planè more contra morem, & conſuetudinẽ Eccleſiaſticã declamaret: *Propè ritum Gentilium videmus* (dicebat Vigilantius) *ſub prætextu religionis introductum in Eccleſias: Sole adhuc fulgente moles cereorum accendi, & vbique puluiſculum neſcio quod in modico vaſculo pretioſo linteamine circundatum oſculantes adorare.* Pergit adhuc Vigilantius Euangelium veſtrum ſpargere, & mutuas in hoc mundo viuentium orationes probat quidẽ, *Sanctorum verò & Martyrum poſt huius vitæ interitum orationes, nihil prodeſſe concionatur, nec aliquod ab eis ad viuentes manare ſubſidium. Denique contra virtutes & ſigna quæ in Martyrum baſilicis fiunt pugnat, & in morem Gentilium impiorumq́; Porphyrij & Eunomij eas præſtigias eſſe Dæmonũ* autumat. Quã multa vos ex vno Vigilantio hauſiſtis? Et Eccleſia primitiua quam multa Euangelij veſtri capita iugulauit, quum propter iſta Vigilantium iudicauit eſſe hæreticum? Sic enim à Sancto Auguſtino inducitur Eccleſia illa Vigilantium propter hæc anathemate deuouens: *Sanctorum corpora & præcipuè Beatorum Martyrum reliquias, tanquam Chriſti membra ſinceriſſimè honoranda, & Baſilicas eorum nominibus appellatas, velut loca ſancta diuino cultui mãcipata, affectu piiſſime & deuotione fide-*

Hieronym. aduerſus Vigilant. epiſtol. 1. & 2.

Ibidem epiſt. 2.

Ibidem.

Auguſt. de Eccleſiaſticis dogmatibus. c. 7.

liſſima adeunda credimus. Si quis contra hanc ſententiam venerit, non Chriſtianus, ſed Eunomianus, & Vigilantianus creditur. Aerius etiãſi in eo quod Arrianus fuit, à nobis recipitur, (hanc enim fidem à maioribus ad eum traductam fuiſſe conſtat) tamen quoad *propria dogmata* quæ ipſe Arrianiſmo addidit, veſtræ eſt ſocietati & Eccleſiæ copulandus. Propria autem eius dogmata fuerunt: *Orare vel oblationem pro mortuis offerre non oportere, nec ſtatuta ſolemniter celebranda eſſe ieiunia, ſed quum quiſq; voluerit eſſe ieiunandum ne videatur eſſe ſub lege, & Preſbyterum ab Epiſcopo nulla differentia diſcerni.* In quibus nemo eſt qui non agnoſcit expreſſam Euangelij veſtri formam & ideam. *Pepuzianos autem qui talem mulieribus concedunt principatum, vt eas Sacerdotio quoque honorent,* neceſſe eſt à vobis tanquam perfectiſſimè Euangelicos exiſtimari, qui mulierem caput Eccleſiæ Anglicanæ feciſtis, eique *ſupremum in omnibus rebus, & cauſis non minus ſpiritualibus quam temporalibus principatum* tribuiſtis, eumq; vti patriæ proditorem teterrima morte mactandum decreuiſtis quicunque ſecus crediderit. *Auguſtinus quoque libro de fide & oper. capite decimoquarto,* quum ſcribit Pſeudoapoſtolos, & falſos fratres *temporibus Apoſtolorum, non intellectis quibuſdam ſubobſcuris ſententijs Apoſtoli Pauli, putaſſe ſolam fidem ſufficere ad ſalutem obtinendam,* quum tradit *contra hanc opinionem tunc exortam, alias epiſtolas Apoſtolicas Petri, Pauli, Ioannes, Iudæ, intẽtionem maximè dirigere, vt vehementer aſtruant fidem ſine operibus nihil prodeſſe.* An non perſpicuè euertit culmen & coronã Euangelij *ſolam fidem,* tanquam Apoſtolicis epiſtolis directè aduerſantem? Neque tamen iſti tot Apoſtoli hanc hæreſim ita conficere & extinguere potuerunt, vt poſtea non reuiuiſceret. Nec enim tantũm Simon Magus docebat ſuos ſectatores, *non pertimeſcere legis minas, ſed tanquam liberos facere quæ vellent, quia non per bonas actiones, ſed per gratiam ſolam ſalutem erant cõſequuturi, vnde audacter ſe omni libidini & intemperantiæ dedebant:* Sed etiam Eunomius cuius tu nomen nobis exprobras, cum ea vnica veritate qua nobiſcum ſentit, hanc habuit impuriſſimam falſitatem qua vobis adhæſit *Fertur enim vſq; adeò fuiſſe bonis operibus inimicus, vt aſſeueraret quòd nihil cuiquam obeſſet quorumcunque perpetratio ac perſeuerantia peccatorum, ſi huius quæ ab illo docebatur fidei particeps eſſet.* Quod idem ipſum expreſſit Lutherus quum ſcripſit admirabundus: *Quàm diues homo Chriſtianus qui etiam volens non poteſt perdere ſalutem ſuam quantiſcunque peccatis, niſi nolit credere. Nulla enim*

Auguſtin. lib. de hæreſibus hæreſ. 53.

Ibidem hæreſ. 27.

Anno. 1. Eliſabeth Parla. c. 1.

Theodoretus hæreti fab. lib 1.

Auguſtin. de hæreſ. hæreſi. 54

Luther. Tom. 2. lib. de captiuitate

Digitized by Google

la enim peccata eũ poſſunt condemnare niſi ſola incredulitas. Cæ- *Babylo*
tera omnia ſi redeat, vel ſtet fides in promiſſionem diuinam ba-
ptizato factam, in momento abſorbentur per eandem fidem. Hoc *Confeſſ*
expreſſit Beza & tota Geneuenſis Eccleſia, quum in fidei ſuæ *fidei C*
confeſſione prædicant *eum qui veram fidem habeat, ſecurum* *ſtiana*
eſſe debere de ea non modò permanente, ſed etiam permanſura ad *neuenſi*
finem vſque; etiam tum quoque quum ea tempora inciderint, vt *cap. 4.*
propter vitæ impuritatem aut fidei defectum, *penitus abeſſe* *§. 20.*
videatur, ideoque nec vnquam de electione ſua ad vitam æ-
ternam poteſt dubitare, *quoniam vel minima fidei veræ ſcin-*
tilla nos de noſtra ſalute ſecuros reddit. Hoc idem docet copio- *Sleidan*
ſa Lutheranorum in Germania congregatio, quorum hæc eſt *lib. 22.*
certa perſuaſio & profeſſio, *quæcunque tandem ſit hominis vi-* *an. 1538*
ta, & quantumuis impura, iuſtificari tamen eum ſi modò pro-
miſſionibus Euangelij credat. Denique nulla poteſt eſſe alia o-
mnium Euangelicorum mens & opinio quicunque *ſola fide*
abſque operibus ſe credunt vitam æternam adepturos. Sed re-
deo ad Auguſtinum & alios primitiuæ Eccleſiæ hæreticos A-
quarios & Armenos, quorum illi idcirco hæretici habiti ſunt, *Auguſt.*
quia *ſobrietatis imagine decepti in poculo Sacramenti aquam* *hæreſ. 6.*
puram offerebant, non vinum aqua mixtum, vt omnis Eccleſia: *& de Ec-*
Iſti quia contrario planè modo *adhibebant vinum* ſolum a- *cleſiaſti*
qua non temperatum. Quod ſi iſti hæretici iudicati ſunt eo *dogm. c.*
quòd in circumſtantia quadam ſacrificij errabant, vos qui *Niceph*
nec vinum aqua temperatum, nec aquam ſolam, nec vinum
merum, nec tale quippiam ſacrificatis, ſed ſacrificij nomen &
ſpeciem omnem ex Eccleſijs veſtris exterminaſtis, quantò
magis & euidentius hæretici eſtis habendi? Nouatus cum
ſuis, homines qui grauiora quædam flagitia admiſerant, hor-
tabantur ad pœnitentiam, ſed remittendi facultatem Preſ- *Auguſt.*
byteris Eccleſiaſticis adimebant: *Hoc enim ius propter reue-* *hæreſ. So-*
rentiam relinqui volebant Deo, qui ſolus *poteſt & habet autho-* *crat. hiſt.*
ritatem peccata remittendi. At quid contra primitiui illi Pa- *lib. 4. c.*
tres? *Vtrumque Eccleſiæ licet, & remittere & ligare, hæreſi neu-* *Ambro.*
trum licet. Ius enim hoc ſolis permiſſum eſt Sacerdotibus Ioan 20. *pœniten.*
Rectè igitur Eccleſia vendicat, quæ veros Sacerdotes habet, hære- *lib. 1. ca.*
ſis vendicare non poteſt, quæ Sacerdotes Dei non habet. Non *Auguſti.*
vendicando autem ipſa de ſe pronunciat, quod cum Sacerdotes *homil. 5.*
non habeat, ius ſibi vendicare non debeat Sacerdotale. Et mox: *de neceſſ.*
Qui Spiritum ſanctum accipit, & ſoluendi peccati poteſtatem & *pœniten.*
ligandi accipit. Sic enim ſcriptum eſt: Accipite Spiritum ſan-
ctum: quorum peccata remiſeritis remittuntur eis. Ioan. 20. Ergo *Ioan. 20.*

qui ſoluere non poteſt peccatum, nõ habet Spiritum ſanctum. Munus enim Spiritus ſancti eſt, & officium Sacerdotis. Ita hæc aſſertio ſeipſam ſtrangulat. Quo argumento vos qui cum Nouatianis remiſſionis poteſtatem Sacerdotibus eripitis, vos ipſos (vt cum Ambroſio loquar) *ſtrangulatis*, dum eadem opera tacitè vos Sacerdotibus legitimis carere & Spiritum ſanctum à veſtra congregatione abeſſe fatemini, qui hoc munus Eccleſiæ ſuæ Sacerdotibus impertijt, ſi Ambroſium & Auguſtinum interpretes audiamus. Pelagiani *negabant eſſe in infantibus originale peccatum quod baptiſmo tolleretur.* Propterea *promittebant illis æternam vitam etiamſi abſque baptiſmo morerentur.* Quorum vtrumque veſtrum eſſe dogma eſt ſatis alioqui notum, & poſtea explicabitur. Donatiſtæ verò ita tum, quoad fidem, tum quoad mores & res geſtas vobiſcum arctiſſimè indiſſolubili quodam vinculo iuncti ſunt, vt nemo aliquando frater fratrem, aut filius parentem oris & corporis lineamentis propius expreſſerit. In quo enim articulo primario Euangelium veſtrum exorſi eſtis ? Ab eo quòd Eccleſia Catholica toto terrarum orbe ante Lutherum & Zuinglium interierat: dico quia *Eccleſia tota iam olim corruerat.* Quia Pontifices Romani *obturranãt omnes venas, fontes, & canales aquæ viuæ, omnemq́ ſcintillam lucis diuinæ penitus extinxerant*, vt lamentatur Apologeticus veſter, & vt deplorat Caluinus, *omnes Reges terræ & populos à ſummo vſque ad nouiſſimum ſic ſua falſa doctrina inebriauerant, ſic percuſſerant ſopore & vertigine, vt brutis ipſis redderentur ſtupidiores.* Quod malum ita vbique peruaſit, vt non modo Europa vel Africa ſola, aut ſola Aſia, ſed iſtæ pariter vniuerſæ, *totus* (inquam) *terrarum orbis denſiſſima ignorãtiæ huius caligine obuolueretur.* Primi ergo illi Patres qui Donatiſtas hæreticos multis & magnis voluminibus conciedunt, quod dicerent: *Eccleſiam de toto terrarum orbe periſſe, et in ſola Africa remanſiſſe*; qui verborum granditate & librorũ multitudine in vos erant fulminaturi, qui contenditis Eccleſiam neſcio quot centenarijs annorum ita in vniuerſo orbe funditus interijſſe; vt non cum Donatiſtis vnam mundi partem Africam latè patentem regionem, ſed nec vnum regnum, vnam ciuitatem aut pagum ab Oriente ad Occidentẽ in quo ea permanſerit, poteris aſſignare. Si illi fuerunt hæretici, vos ter & amplius, imò infinitè magis hoc nomen promeremini: infinita enim eſt differentia inter *Africam* & *nuſquam loci*; & infinitè abſurdius eſt Eccleſiã ex toto mundo expellere, quàm ſolis Africæ littoribus concludere. Et quàm multa alia credebant

Auguſt. de hæreſ. 88.

Apolog. Anglica. fol. 4. 5. 7.

Caluin. Inſtit. libr. 4. cap. 18. §. 1. 2. 18.

Ibidem. cap. 10. §. 5.

Auguſt. de hæreſ. 69.

Lib. de vnitate Eccleſiæ.

Lib contra literas Petiliani. &c.

bant & faciebant Donatiſtæ illi vobiſcum communia? *Baſilicas inuaſerunt*, ibique tam *cruentas operati ſunt cædes*, vt Iudices Imperatorij vndequaque ad eorum furorem comprimendum accerſerentur. At vos in Germania, Francia, & Flandria ita Eccleſias cum armata manu & tormentis militaribus occupaſtis, vt neceſſe fuerit colligere Regios & Imperatorios, nō Iudices, ſed exercitus, qui audaciæ veſtræ obſiſterent. Illi *Euchariſtiam canibus obiecerunt*, & *ampullam chriſmatis è feneſtra iactarunt*. At iſta non adeò magna ſunt ſi cum tragicis veſtrorum hominum in Gallia & Hollandia facinoribus comparentur. *Altaria, ſedes corporis & ſanguinis Chriſti in quibus* (iuxta illius ætatis opinionem) *corpus Chriſti ſanctè offerebatur, illi vel raſerunt, vel fregerunt, vel remouerunt*: At vos non ita otioſè tempus collocaſtis vt altare raderetis aut frangeretis; ſed magis compendiaria via vel ſuffoſſis fundamentis & iniecto tormentario puluere ampliſſimas templorum fabricas penitus diſieciſtis, vel immiſſis facibus redegiſtis in cineres. Atque hoc *immane facinus Donatiſtæ geminarunt, quum fregerunt etiam calices Chriſti ſanguinis portatores, quorum ſpecies in maſſas reuocarunt, mercem nefarijs nundinis procurantes, quàm forſitan in ſuos vſus emerunt ſordidæ mulieres*; id quod in Euangelio veſtro eſt vulgatiſſimum. In Anglia ſiquidem, & calices, & cruces, & pallæ altarium, & omnia ornamenta Eccleſiaſtica in iſtiuſmodi vſus fuerunt diſtracta: & in Frācia, Flandriaq; fratres veſtri ijſdem deterius ſunt abuſi, qui multarum Eccleſiarum theſauris & vaſis ſacris diſpoliatis, & in pecuniā conflatis, eadem milites conduxerunt, per quos reliquas Eccleſias euerterent. Multa ſunt alia iſtiuſmodi Donatiſtarum & dicta & facta vobis admodum familiaria; ſacræ virgines è clauſtris ad matrimonium eductæ, vexati Monachi, Sacerdotum capita raſa, ſedes Romana, ſedes peſtilentiæ dicta, &c. Quæ vt ſigillatim repetantur, non cenſeo magnopere neceſſarium quando hæc pauca inſtituto meo ſufficiunt. Atque iſtos hactenus hæreticos vnus ferè Auguſtinus nobis ſuppeditauit. Quod ſi alios primitiuæ Eccleſiæ patres & hiſtorias luſtrare velim, & vndequaque decerpere quod ad hoc argumentum ſpectat; perpaucæ (vt opinor) ſupererunt Euangelij veſtri particulæ, quæ non ab aliquo illius tempeſtatis hæreſiarcha primò ſint inuentæ, & deinceps per Martinum Lutherū, Zuinglium, & Caluinum Euangelio veſtro inſitæ. Quid enim eſt quod vobis arrogare poteſtis proprium & ſingul[illegible] ficium miſſæ ſuſtulit Martinus Lutherus, & realem [illegible]

Optatus lib. 2.
Optat. lib. 2.
Ibidem.
Ibidem lib. 6.
Aurelijs Optat. Ibidem.

Euchariſtia præſentiam reiecit Ioannes Caluinus & Zuinglius. At ante Aërium antiquiſſimis Eccleſiæ temporibus cum vixdum è viuis exceſſiſſent Apoſtoli, extiterunt hæretici (inquit Ignatius) qui *hoſtias & oblationes idcirco non admittebant, eò quod non confitebantur Euchariſtiam eſſe carnem Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti quæ pro peccatis noſtris paſſa eſt,* ſimul & Martino Luthero & Zuinglio in ſua fide præeuntes; cum iſta negantes realem præſentiam, & pariter (quod conſequens erat in veſtra lege) cum illo recuſantes ſacrificium. Traditiones Eccleſiæ omnes reſecuiſtis, ſolis ſcriptis Euangelij côtenti; vnde & Euangelicorum nomen aſſumpſiſtis: atqui plus quàm mille annis antequã Martinus Lutherus aut Zuinglius naſcerentur, Arrius & Arriani hanc tanquam firmiſſimã ſuæ religionis arcem Catholicis aduerſarijs obiecerunt. Hi enim quum Papiſtico more acclamarent, *hæreſes anathemate execremur, & quæ patrum ſunt teneamus,* quum ſupplicarent imperatori *ne ad contumeliam mortuorum aliquid induci permitteret, ſed eos ſineret in inſtitutis decretiſque maiorum permanere,* Arrius & Arriani Euangelico planè ſpiritu eos repulerunt: *vnde (inquiebant) hoc eſſentiæ nomen affertur? cur filius coeſſentialis patri dicitur? quæ ſcriptura dixit de coeſſentialitate? Quis ex Apoſtolis eſſentiam Dei dixit?* Hoc principio innixi in Synodo Seleuciæ decreuerunt, *vt ſubſtantiæ nomen tolleretur, & nulla eius deinceps mentio fieret, eo quod ſacra ſcriptura nuſquam meminerunt ſubſtantiæ Patris & Filij:* Hac fretus regula Eunomius à Baſilio *probationes è ſcriptura magno clamore exegit, Apoſtolicam traditionem abolens, & Patrum teſtimonia quæ ſcripto tradita nô ſunt, velut nullius momenti reijciens.* Eodemque clypeo contra Auguſtinum ſeſe defendit Maximus. Denique concluſio Arrianorum Epiſcoporum qui de religione deliberaturi iuſſu Imperatoris Conſtantij in Synodum conuenerant, perſpicuè demonſtrat, non tam Martinum Lutherum, & Huldericum Zuinglium quã Arrium & Arrianos vobis Euangelicis in hac parte fidei præluxiſſe, ſic enim ſtatuunt. *Nos qui hic conuenimus diuerſi Epiſcopi ad mandatum pientiſſimi Regis noſtri Conſtantij, omnem diligentiam adhibuimus, vt fidem firmiter diſtingueremus, vt præcepit nobis pientiſſimus Rex noſter Conſtantius iuxta propheticas voces: & nihil præter diuinas voces Eccleſiaſticæ fidei adhæremus: quapropter conſubſtantialis vocem reijcimus velut à ſcripturis alienam.* Quare in hoc quod traditiões reijcitis & ſolas ſcripturas admittitis, hoc ab Arrio & Eunomio & plurimis veteribus hæreſiarchis (vt tum putabantur) didiciſtis, qui propterea nô minus quàm vos Eu-

Theodoret. dial. g. 3. Impat.

Athan. pag 483. in exemplari Synodalis epiſtolæ ad Conſtant.

Epiphan. hære. 96

Hieronym. contra Luciferian. cap 7.

Athan. de Synodo Arimin. & Seleucia.

Baſil. lib. de Spiritu Sancto cap. 10.

Auguſtin. contra Maxim. lib. 1. in initio.

Epiphan hæreſ. 73.

Arrio putabantur.

hæretici

angelici dicendi ſunt. Negatis liberum arbitrium? idem negauit multis ante vos ſæculis Simon Magus: Negauit Valentin9, negauit Manichæus. Deum creditis authorē mali? idem credidit ante mille ducentos annos Florinus, idem docuit Simon Magus. Principem ciuilē eſſe ſupremū Eccleſię in rebus ſpiritualibus caput? Idem ferè ipſum ſibi aſſumpſit Cōſtātius: quē priuatum in eo homine tanquā quiddam *prodigioſum & Antichriſtianum, & ipſam abominatione deſolationis execratus eſt Athanaſius.* Scripturas nō ita eſſe integrè & plenè recipiendas quemadmodum à Catholicis legi conſueuerunt, ſed capita & libros quoſdam poſſe amputari qui vobis nō videntur puritati Euangelicę adeò conſentanei? Ad eundē modum Cerdon, & Marcion, & Fauſtus Manichæus, & alij eius tempeſtatis hęretici. *Quas recipiebant ſcripturas adiectionibus & detractionibus ad diſpoſitionem inſtituti ſui interuertebant.* Poſt baptiſmum prohibetis veſtros Chriſmate vngi quo confirmationis Sacramentum confertur? Et olim Nouatiani *iis quos baptizabant ſacrum chriſma non præbebant*: quod ita in Nouato ipſo huius hęreſis authore reprehenderant antiquiſſimi Patres, vt propterea eum Spiritus ſancti gratia penitus fuiſſe deſtitutum aſſeuerint. Nam qui poſt baptiſmum, cōfirmatione quod eſt *Domini ſigillum, ab Epiſcopo obſignatus non fuit, quomodo quæſo* (inquit Epiſcopus Romanus & Martyr Cornelius) *Spiritum ſanctum adeptus eſt?* Mitto reliqua. Neq; verò opus eſt plura perſequi. Ex his euidenter conſtat quod oſtendere volui; tum quod primitiua Eccleſia veſtras hęreſes non minus quàm noſtras anathematizauit; & vos ſi eius Eccleſiæ iudicio ſtetis ab hæreticorū nota liberiores non eſſe quàm nos: tum Euangelium veſtrum, ex pluribus hæreſibus (ſi ita loqui velitis) eſſe cōſutum quàm Alcoranum noſtrum. Quare deſiſte deinceps nobis hæreſes veteres obijcere, quādo iſte, vt vides, gladius altius in veſtra quā noſtra latera deſcendit. SAMVEL. Atqui non ſatis admirari poſſum Michæa, te hæreſes ad hunc modū ſine delectu coaceruātem: & toties tamq; odioſè hæreſes, & hęreticos, & hæreſiarchas ingeminantem: quando vt tu dicis hoc gladio noſtra latera nō minus quàm veſtra ſauciari, ſic ego viciſſim reſpōdeo hoc eodem argumento, tum Alcoranum non minus quam noſtrā fidem iugulari. Quid? An tu putas hæreticos vetuſtiſſimis illis temporibus habitos fuiſſe qui ſacrificium Miſſæ reſpuerent, realem Chriſti in Eucharistia præſentiam non admitterent, de Mariæ æterna virginitate dubitarent, Iudaicas ieiuniorum ceremonias contemnerent, Marty-

Clemens libr. 3. recognit.
Tertull. de præſcript.
Euſeb. lib. cap. 19.
Vincent. Lyrinenſ. cap. 34.
Athan. in epiſt. ad ſolitariam vitam agentes.
Tertull. de præſcript.
Theodor. li. 1. hæret. fabul.
Euſeb. lib. Hiſtor. 6. cap. 35.

rum mortuorum templa non colerent, eos non inuocarent, eorum cadauera non adorarent; coram illis cereos non accenderent, & reliqua illa partim falſa, partim ſuperſtitioſa, partim etiam idololatrica non ſuſciperent, quæ tibi probare & laudare vt pia & ſancta neceſſe eſt; ſi eorum oppugnatores quocunque nomine vocentur, vt impios & hæreticos inſectaris? Quin ergo à Mahumete rurſus ad Pontificem Romanum te cõferas, ſi has credis eſſe hæreſes. Sin quod ego de te mihi perſuadeo, eas fateris eſſe veritates orthodoxas: quid ergo vel viros qui eas tenuerunt hæreſiarchas, vel nos qui eos ſequimur hæreticos criminaris, qui veritatem quidem ab his expoſitam amplectimur, etſi qui eam tradiderunt alia quędam falſiſſima his veriſſimis permiſcuerunt. Diſtinguendum nimirum eſt diligenter inter ea quæ ab vno eodemque homine, modò falſa, modò vera proferuntur. Et quemadmodum in doctiſſimis hominibus verbi gratia, in Auguſtino & Ambroſio, inter multa vera quædam ſunt falſa, ſic in peſſimis hominibus, veluti Simone Mago & Arrio inter pleraque falſa, nonnulla poſſunt eſſe vera. Et vt illic propter multa vera non cogimur admittere falſa; ſic nec hoc loco propter pleraque falſa, par eſt quædã reſpuere vera. Quare vt pharmacopolæ ex venenatis herbis & beſtijs colligunt pharmacum; & operarij metallici ex obſcuris & lutulentis terrę ergaſtulis effodiunt aurum & argentum, ſic nos ſi vel honorum vel prudentium etiam hominum officio fungi velimus, ex ipſis hæreticorum placitis decerpamus bona & ſalutaria, abijciamus praua & peſtilentia. Arrius in eo quod Chriſtum creaturam dixit impiè loquutus eſt, & nos cõmunionem Arrij deteſtamur. At in eo quod ad vnicum Dei verbum adhæſit, & humanas traditiones repulit, non eſt cur Arrium refugiamus. Quod de Arrio exẽpli gratia dico, idem de alijs omnibus intelligo: qui ſi quid ex ſuo cerebro confinxerunt prophanum, impium, hęreticum, à ſcripturis alienum, libens id omne defugio & cum ipſis authoribus dico execrabile. At ſi quid habeat pium, ſanctum, orthodoxum, literis ſacris congruens, qualia ſunt plurima à te memorata; non magis propter hæreticos ea enunciantes improbabo, quàm Paulum inficiabor Dei ſummi fidelem fuiſſe ſeruum, quia dęmoniaci quidam ita ſucclamarunt. Breuiter ergo ne in ſingulis excutiendis nimis prolixus hæream; quod ſupra ex egregio quodam Eccleſiæ noſtræ doctore admonui, id ipſum hoc loco cauſæ noſtræ patrocinium aſſumere ſummè fas & ius exiſtimo. *Epiphanius* (inquit doctiſſimus vir) *Quartodecimanos*

Actor.16. 17.& 19.15.

in album

in album hæreticorum retulit. Quid mirum? quum ſimilem iniuriam non pauci ab ipſo tulerint illatam. Sibi ergo ſui Epiphanij teſtimonium reſeruēt aduerſarij noſtri, cui nos tantum credimus, quantum rationibus & argumentis fidei meretur. Idem de Auguſtino, idem de Hieronymo, idem de Optato, idem de reliquis omnibus dico; eatenus nimirum iſta Nouati, Donati, & aliorũ quos tu hæreſiarchas vocas hæretica eſſe fatebor, quatenus Auguſtinus, Hieronymus vel Optanus ea *hæretica* eſſe *rationibus & argumentis fidei oſtenderint.* Quoad cætera nihil omnino de Patribus addendum cenſeo ad ea quæ tu ipſe ſuperius poſuiſti, & quibus ego iam tum libenter aſſenſique eatenus videlicet Patrum antiquorum in decernendis hæreſib. ratam fore authoritatem, quatenus eorum cenſura cum diuinis literis concordauerit. Neque propterea tamen deſinet Alcoranus veſter ex multis hæreſibus eſſe compoſitus, neq; verum erit Alcoranum veſtrum & Euangelium noſtrum iiſdem fundamentis inſiſtere. Nam Euangelium noſtrum ea ſolum ex iſtis arripuit quæ clariſſimè ſunt vera, & à Chriſto eiuſque Apoſtolis conſtituta, & quæ propterea Patres falsò hæretica nuncuparunt: Veſter autem Alcoranus ad ſe talia iſtorũ hæreticorum inuenta traxit quæ perſpicuè ſunt falſa, & à Chriſto eiuſq; Apoſtolis manifeſtò refutata, & quæ propterea Patres verè legitimeq; vt hæretica damnarunt, quum in ea damnatione ſacrarum literarũ norma dirigerentur. MICHAEAS. Crambe bis poſita mors, vt eſt in veteri Prouerbio: & ego ſanè mihi permoleſtum eſſe non diffiteor, quod hac trita & ſæpius iam repetita cantilena aures meas obtundis, quàm ſi ego itidem recinerem (quod optimo iure poſſem) interminata eſſet battalogia noſtra, nec vllus appareret huius colloquij vel progreſſus vel exitus. Ea ſola veterum hæreſiarcharum dictata Euangelici aſciuerũt, quę ſunt certè & perſpicuè vera. Quis ita dicit? Euangelicus. Ea Mahumetes Turcis credenda propoſuit quæ ſunt certo & euidenter falſa. Quis ita definit? Euangelicus. Euangelici ſcripturæ ſacrę regula in illis admittendis dicuntur, Turcæ autem in ijs quæ ſuſceperunt cum ſacris literis hoſtiliter pugnant. Quis ita ſtatuit? Euangelicus. Ergo ſi Euangelicus & de ſuis, & de noſtris, & de Euangelio, & de Alcorano & de primitiua Eccleſia, de Patribus, de hæreſiarchis & hæreticis opinionibus, de literis ſacris, & earum germano ſenſu ſupremus ſit iudex, quis neget iam nunc debellatum eſſe. Et quorſum diſputamus, ſi ea de quibus vt ambiguis & cõtrouerſis quærimus, eadem vt certa & indubitata ponimus?

Et quàm eſt mihi facile vnico verbo iſta omnia deſtruere, illud ſolummodo dictitādo quod tu vſurpas, Mahumetem nimirum à ſpiritu inſtructum, ea hęreticorum paucorū dogmata in Alcoranum tranſtuliſſe quæ non erant hæreticorū propria, ſed omnium bonorum communia, & ab Apoſtolis tradita, & in literis ſacris comprehenſa, poſtea tamen hominum multorum improbitate & negligentia obliuioni mandata, à nonnullis tamen ad Mahumetem vſque continuata: Lutherum autem, & Zuinglium, & Caluinum ea potiſſimum arripuiſſe, quæ erant ſingularia vnius aut alterius hæretici inuenta, à pleriſque bonis improbata, Apoſtolis ignota, literis ſacris aduerſaria, & quæ propterea à Patribus antiquis damnata, in diuturnam poſtea, & fere perpetuam obliuionem abierunt, à nemine ad quingentos vel mille annos in lucem reuocata. Et vide vtrum hæc non multò probabilius à nobis quam à vobis aſſerantur. Non eſſe orandum pro mortuis prædicauit Aërius, refutauit Græca & Latina & Eccleſia. Mortuo Aërio quam pauci aut forte nulli ad ſeptingentos deinceps annos emerſerunt, qui dogma illud defenderent? Ieiunia irridebat Iouinianus, & matrimoniū virginitati exæquabat *adeo vt* (quod mirabile eſt) *virgines quædam ſacræ* hoc errore deceptæ *nuberēt.* Verum *illa hæreſis* (vt ex Auguſtino accepiſti) *cito oppreſſa & extincta eſt; nec ad deceptionem aliquorum ſacerdotum potuit*

Matth. 15. 13. *peruenire.* Nec mirum: *omnis* enim *plantatio quam non plantauit Pater cæleſtis eradicabitur,* & cœlum terraque citius peritura ſunt, quam aliquid eorum quæ à Deo credenda præſcribūtur.

Ibidem 13. 61. Noſtra verò de Chriſto non Deo, ſed homine diuino, de eo nō creatore, ſed creatura fides, an ad ſacerdotes nullos manauit? Num ſtatim oppreſſa atque extincta eſt? aut ab aliquo viro inchoata, caruit ſucceſſoribus qui eam ad cōſequentem poſteritatem propagarent? Atqui ipſis Apoſtolorum temporibus ita docuit Cerinthus, ita docuit Ebion; quibus ſucceſſerunt in eadem fide continuanda Hermogenes, Sabellius, Mōtanus. Idem contenderunt Theodotus, Artemon & Alogi; idem commēdarunt Photinus, Eunomius, Samoſatenus. Nec ab hac fidè abhorruit maximus & clariſſimus vir Origenes; quibus tam multis præſidijs inſtructus Arrius confidenter in eandem arenam deſcendit, & hanc fidem contra Papiſtas eius ſeculi propugnauit, qui licet omnibus viribus elaborarent ad hanc doctrinam profligandam, tamen & varia Concilia eā probarunt, & magni Imperatores ei adhæſerunt, & in tā multas regiones diſſeminata eſt, vt teſte Hieronymo, *orbis terrarū*

Hierony-

euade-

euaderet *Arrianus*. Quantò probabilius eſt hoc dogma fuiſſe diuinum ab ipſo Deo authore profectum? Maximè quũ quidam ex vetuſtiſſimis, dogmatis eiuſdem patronis, illius quidem quę tunc viguit Eccleſię iudicio hæreticus, noſtra autem fide vir ſanctus & Apoſtolicus Artemon, cum Arrio & nobis non tantùm aſſeruerit; *Chriſtum eſſe merum hominem ex virgine natum, & Prophetis quidem præſtantiorem, ſed adiecerit ita quoq; Apoſtolos docuiſſe, verum ſucceſſores eorum maximè Romanum Pōtificem Zephyrinum diuinitatem Chriſto tribuiſſe, quum antea Deus non fuerit.* Quod autem arguis ſi iſta à me enumerata ſint hæreſes, Alcoranũ noſtrum eſſe hæreticum qui Miſſę ſacrificium non agnoſcit, & realem Chriſti præſentiam vt abſurdiſſimam refellit; mihi ſanè permirum eſt te hominem eruditũ adeò ſimpliciter & (vt quod res eſt dicam) ruſticè verba mea accipere. Quàm enim facile erat aduertere iſta me nō ex mea ſentētia, ſed potius ex tuo, vel aduerſariorum noſtrorum Bibliandri & Melanchthonis ſenſu cōcludere: qui quum Alcoranum noſtrum ob eam cauſam hæreticum eſſe velint, quod quædam contineat veterum Patrum iudicio hæretica; dico hinc conſequens eſſe, vt Euangelium veſtrum totum fere ex vetuſtis hæreſibus ſit coagmentatum, quod nimirum refertum eſt iſtiuſmodi opinionibus quas veteres Patres vt maximè hæreticas, & ab hæreſiarchis in lucem editas abominati ſunt. Nihil ego quidem in alterutram partem definio vtrum iſtæ ſint hæreſes necne; ſed illud vnum dico, ſi ponatur noſtrũ Alcoranum hanc ob cauſam eſſe hęreticum, vos effugere non poſſe quin Euangelium veſtrum ex multo ſit pluribus hæreſibus conſtructum. Et tamen ſi meam vel potius ſi omnium qui noſtræ ſunt religionis ſententiam de permultis dogmatibus quæ à me commemorata ſunt inquiris, ingenuè reſpondeo ea nobis videri planè impia & hæretica, nos enim libenter cum antiquis illis Doctoribus hæreticos ducimus, & qui cum Iouiniano ieiunia contemnunt, vel Mariæ virginitatem deſtruunt, vel Monachorum continentiam non laudant. Hæreticos ducimus qui cum Vigilantio ſuos martyres non honorant, qui eorum templa non adeunt, qui eorum præſidia & opem non implorant. Hæreticos ducimus qui vel cum Arrio pro mortuis orādum negant, vel cum Pepuzianis, fœminis ſacerdotium aut principatum Eccleſiaſticum tribuunt, vel cum Pſeudoapoſtolis, Simone Mago, & Eunomio, ſolam fidem abſque operibus ad vitam æternam ſufficere volunt, neque tamen propterea ad Pontificem Romanum magis quam

mus Dialog. aduerſus Luciferianos c. 7. Niceph. li. 14. cap. 21. Vide Euſebium lib. 5. cap. 27.

Con-

Conſtantinopolitanum,aut etiam Perſiæ Sophum mihi concedere neceſſe erit, quando omnes ferè populi naturali ſapiētia imbuti,non minùs quam Romanus Pontifex iſta vera eſſe credunt. Sed de his poſtea. Illud vnum hoc loco quærimus,& in vnum ſcopum hæc omnia dirigimus,vt appareat non quid noſtrum alteruter de alterius fide ſentiat,tum enim & mea tibi,& tua mihi hæretica ſine dubio videtur: neque quid vterq; noſtrum de ſua fide exiſtimet; tum enim non minùs certū eſt tuam tibi & meam mihi eſſe chariſſimam: Sed vtrum aliqua ſit inter Euangelium veſtrum & Alcoranum diſtinctio Eccleſiæ primitiuæ iudicio,quoad veteres hæreſes in vtrumq; à ſuis authoribus introductas, in qua cōtrouerſia vtrumq; noſtrum non ſuo iudicio ſtare (ſic enim nullus erit litigandi finis) ſed eiuſdem primitiuæ Eccleſiæ,quæ hæreſes eas examinauit decretis acquieſcere par eſt. Hoc autem poſito quæſtionis cardine,dico euidens eſſe quod nihilo pauciores hæreſes in Euāgelium veſtrum quàm Alcoranum noſtrum ſint congeſtæ. Vtrum meritò hæreſes vocentur,nō hic diſputo:id alias eſt pertractandum;ſaltem hæreſes fuiſſe ea Eccleſia iudicauit, ideóque concludo hac ex parte nullum eſſe diſcrimen,nullam Euāgelio veſtro ſupra Alcoranum prærogatiuam. In hoc autem multò pręclarior & honorificētior eſt Turcarum cauſa quam veſtra, quod Turcæ quia Eccleſiam Chriſtianam olim multis hæreſibus infectam,& Mahumetem ad eam reformandam & nouis inſtitutis imbuendam diuinitus miſſum fuiſſe credunt, idcirco Eccleſiæ eius iudicium ingenuè repudiant, auctoritatem in ſe nullam agnoſcunt,nec ſe Chriſtiano nomine tegūt, qui Chriſtianæ Eccleſiæ decretis non obtemperant, neq; verò ſe illis teneri arbitrantur. Vos autem quum de Eccleſia collapſa idem nobiſcum ſentiatis; quum Lutherum & Zuingliū ad Eccleſiam nouam extruendam à Deo miſſum gloriemini; quum ad Eccleſias nouas eorum inſtitutis temperatas ſitis adiuncti, quum veteris Eccleſiæ Chriſtianæ iudicium libenter aſpernemini,& in ſuperioris ætatis Patres, Epiſcopos, Pontifices,populum denique vniuerſum vt impium,cæcum & idololatricum multò quam nos effuſius & atrocius inuehamini; tamen nimis craſſa hypocriſi, & ruſtica diſſimulandi libidine Chriſtiani dici vultis, & Eccleſiam Chriſtianam à vobis mirabiliter honorari fingitis, & maximè primitiuam, à cuius fide & canonibus vos nec latum vnguem (ſi Dijs placet) diſceditis. Ita quod vetuſtus quidam Eccleſiæ Græcæ Doctor de Ebione ſcripſit, idem in vos quam aptiſſimè quadrat: *Ebion* (inquit

(inquit ille) *quicquid horrendum eſt & perniciosum, informe, incredibile & odio plenum, id à ſingulis ſectis accepit. Samaritarum habet abominationem. Oſſaorum & Nazoraorum, & Naſareorum opinionem, Cerinthianorum formam, Carpocratianorum improbitatem, & Chriſtianorum habere vult appellationē, non enim actionem, mentem & ſcientiam:* Hoc (inquam) aptiſſimè in vos accommodari poſſe cēſeo; non quaſi verè ſint hæreſes omnes quas ſigillatim ex illis Patrib. decerptas enumeraui, ſed quod quum Chriſtianorū, & Eccleſiæ primitiuæ Patrum ſententia definitum ſit hæreſes eas fuiſſe, & quas illorum iudicio tanquam *horrendas hæreſes* & *pernicioſas, informesq́, & odio plenas* (vt inquit Epiphanius) Chriſtiani omnes cauere debuerint; vos eaſdem opiniones amplexamini, & tamen eius Eccleſiæ membra dici vultis, & Chriſtiani iuxta fidem ab ea traditam nuncupari. SAMVEL. Imò non iuxta fidem ab ea traditam, ſed potius iuxta fidem quam Chriſtus & Apoſtoli illi Eccleſiæ, noſtræq́; illis Doctoribus & noſtris ex æquo tradiderunt. MICHAEAS. Illud perinde eſt, neque enim vlterius progredior, quam vt oſtendam quoad Eccleſiæ primitiuæ cēſuram, noſtram cauſam vtrinq; eſſe parem, niſi quod nos per Legislatorem noſtrum Mahumetem ab eius obedientia, tanquam manumiſſi apertè iugum eius excuſſimus. Vos autem quamuis Luthero & Zuinglio vindicibus, eandem vobis libertatem aſſumpſiſtis, & eius proinde imperium apertiſſimè contemnitis, tamen eiuſdem Eccleſiæ filios vos dicitis, & in eius gremio ſiue ea velit, ſiue nolit contineri vultis, eamque vt matrem veſtram reuereri prætenditis. Ex quo fit vt tanto grauior, & flagitioſior ſit veſtra quam noſtra hereſum ab ea dānatarum approbatio, quanto nequior & ſceleratior eſt filiorum contra patrem, & ſubditorum contra ſuum Regem rebellio, quam exterorum hoſtium in illius domum, aut illius regnum inuaſio. SAMVEL. Mittamus, mittamus (Michæa) iſtam comparationem neutri parti honorificam, vtrique odioſam, & de qua ſuperius vtrinque conclusum eſt, quod vtrinq; tum videbatur æquum; Neque certè cauſam video cur modò eam rurſus quæſtionem verſare debeamus, quam tum moderatè pari conſenſu compoſuimus. Si enim neque tu me Patrū authoritate vis alligari, niſi quatenus literis ſacris, & rationi ijdē congruentia dixerunt, quam ego conditionem viciſſim tibi largior; quid ergo opus eſt incendium illud excitare quod iam reſtinximus. MICHAEAS. Mihi verò hoc idem inprimis arridet, neq; certè iam aliud à te de Patribus flagito, niſi quod

Epiphan. hæreſ.30.

fusè

Lib.1.ca.5. fusè & copiosè prius demonſtraui eſſe vtrique noſtrum commune. Sunt illi quidem ſæpè nobis vtriſque hoſtes infeſtiſſimi: Abſit tamen vt propterea de Euangelio, aut Alcorano quicquam mali ſuſpicemur. Imò niſi ad eorum verba aliqua ſublimior & grauior, vel ſcripturæ, vel rationis authoritas acceſſerit, Patres ego non aliter pendo quam homines ſimplices, qui & fallere poſſunt, & falli ſolent. Et eorum quæ hactenus à me dicta ſunt omnium hæc eſt concluſio. Alcoranum non idcirco eſſe *ex hæreſibus conſutum*, (quod veſtrûm quidam probrosè obiecerũt) quia Patres vetuſti opiniones quaſdam Alcorani notarunt hæreſeos, quando hoc argumento à Patrum authoritate ductum, veſtrum etiam Euangelium eodem damnationis genere inuoluat; quod quia eſt euidentius & firmius quam vt refelli poſſit, & quo magis in eo ſoluendo laboraueris, eo magis te ſenties implicatum & irretitum, æquis conditionibus litem hanc tranſmittamus, & ad reliqua quę ſuperſunt progrediamur. SAMVEL. Non impedio, quamquam ſemper aliquis animo meo inhæret ſcrupulus, longè aliam eſſe in Patribus Eccleſię primitiuæ vim & pondus, quum de Alcorano veſtro ſententiam ferunt, quam quum homines quoſdam certa Euangelij & fidei noſtræ capita profeſſos hæreſeos inſimulant. Illic enim non dubito quin rectè & ſincerè fecerint; hic non minus certum habeo eos à recta iudicij norma aberraſſe, & quod orthodoxum erat refutaſſe vt hæreticũ. MICHAEAS. Non mirum eſt quod ita ſentias; & longè eſſet admirabilius ſi aliter opinareris: quando vnuſquiſque ita erga religionem ſuam affectus eſt, vt illius inimicos non dubitet ſimul eſſe veritatis aduerſarios. Vnuſquiſque enim qui de Deo aliquam habet religionem, ſuam illam qualiſcunque eſt, ſine quæſtione putat eſſe omnium aliarum veriſſimam. Et tu non cenſes Lutheranos, Vbiquetarios, Trinitarios, & Tritheitas ſibi perſuadere Patres omnes craſſiſſimè hallucinari, quando aliqua ſcribunt eorum placitis repugnantia? Ego verò non modò certiſſimè credo, ſed etiam (quatenus cum fide ſcientia poteſt conſiſtere) exploratè ſcio Patres antiquos cum tota Eccleſia primitiua, in eo quod Arrium, Photinum, Samoſatenum, Eunomium, & reliquos illos Alcorani noſtri parentes damnarunt, ob ea quæ poſtea Mahumetus noſter ab illis hauſit, ſcelus in ſe coram Deo & hominibus grauiſſimum ſuſcepiſſe, & ipſiſſimam damnaſſe veritatem; quemadmodum ex altera parte quum illa quæ modo perſtrinxi particularia Euangelij veſtri capita, in Iouiniano, Vigilantio, Aërio, Pepuzianis, &

nis, & Simone Mago ijdem anathemati ſubiecerunt, perſuaſum habeo quòd incorruptè decreuerint, & probè integerrimorum iudicum officio ſunt functi. Sed hæc (vt dixi) eſt priuata ſingulorum opinatio, quo præiudicio neuter noſtrum in alterutram partem grauari poteſt. Quare his omiſſis reliqua Euangelij capita pertractamus, eaque vt cœpimus cum Alcorano conferamus.

ARGVMENTVM CAPITIS OCTAVI.

Breuiter deſcripta fide primitiuæ Eccleſiæ, & Papiſtarum, & Lutheranorum, & etiam Zuinglianorum de Baptiſmo (obiter ſatisfacit Michæas Samueli, conquerenti de inuidioſis nominibus Zuinglianorum & Lutheranorum) 1. Quæ eſſent am Baptiſmi, quæ poſita eſt in tollendo peccato originali, docet Turcas & Zuinglianos conuenire, qui vtrique peccatum illud originale eodem modo negant, & 2. ex conſequenti negant Baptiſmi & Circunciſionis neceſſitatem. Zuingliani enim & Caluiniſtæ perſpicuè fatentur liberos Chriſtianorum, & etiam Turcarum ſine Baptiſmo ſaluari, in eoque ſcripturæ loco ſalutem ſuorum liberorum fundant, qui multò fortius probat Turcas, & eorum liberos æternam ſalutem conſequi, & Circunciſionem etiam rectè vſurpare. Denique 3. ex eo concludit Michæas Turcas de Baptiſmo magis honorificè quã Zuinglianos ſentire, quod iſti nullam in eo gratiam agnoſcant. Turcæ verò ſe in ſuis Baptiſmis remiſſionem peccatorum accipere fateantur.

CAPVT OCTAVVM.

SEQVITVR autem proximè Baptiſmus, quod à pleriſq; apud vos tum Papiſtas, tum Lutheranos cenſetur principale Sacramentum, mirificam quandam animarum ablutionem continens. Duabus enim partibus illud conſtare dicunt, externa cęremonia, & interna animorum purificatione. Hanc eſſe doctrinam Papiſtarum notius eſt quam vt aliqua confirmatione egeat. Idem docent fusè copioſeq; Lutherani; nimirum quod hoc Sacramentum *applicat, donat & confirmat remiſſionem peccati cuiuſq.* maximè originalis, quod in infantibus ſolum reperitur.

Magdebur. Centu.1.libr.2. cap.1. Corpus doctrinæ in Confeſſio. Auguſt. art.9. pa.6. & Apolo.p.225. In repet.

doctrina & in locis Theolog. pag. 267. 559.560.

Hoc varijs ſcripturę locis confirmant Magdeburgenſes Ioa. 3. Mar. 1. & 16. Luc. 3. Et Germani Proteſtantes in doctrinæ ſu corpore *docent, quod Baptiſmus ſit neceſſarius ad ſalutem, quod Sacramentum pueri recipiuntur in gratiam Dei: & damnant Anabaptiſtas, qui affirmant pueros ſine Baptiſmo ſaluari.* Et ex verbis Chriſti, *Ioan. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, non poteſt intrare in regnum cœlorum,* concludunt *Baptiſmum eſſe infantibus neceſſarium, mandatum enim hoc eſſe vniuerſale ad Eccleſiam totam pertinens. Cumq; extra Eccleſiam nō ſit ſalus, & ad infantes pertineat promiſſio ſalutis, ergo eos neceſſe eſt inſeri Eccleſiæ per Baptiſmum in quo ſuper eos inuocetur nomen æterni Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Nequaquam enim affirmari poteſt pertinere ſalutem ad infantes extra eccleſiam vt ſine vllo teſtimonio ſcripturæ, furenter contendunt Anabaptiſtæ.* Hoc in Catechiſmo Germanis magna diligentia traditur & inculcatur. Vnum vt breuior ſim multorum loco proferā.

Vrbanus Regius in 1. part operum in Catechiſmo minore fol. 105.

DISCIPVLVS. *Nunc intelligo cur parentes tam feſtinanter infantes Eccleſiæ baptizandos offerunt. Perſuaſum enim habēt eos alioquin ratione non ſaluari, niſi per lauacrum regenerationis.* PAEDAGOGVS. *Sanè intelligis. Sic enim Auguſtinus ait de origine animæ ad Hieronymū. Cum paruulis baptizandis feſtinatur & curritur, quia ſine dubio creditur eos aliter in Chriſto omnino viuificari non poſſe. Qui autem non viuificantur in Chriſto, reſtat vt in ea damnatione maneant, de qua Apoſtolus Romanorum 5. Per vnius delictum propagatum eſt malum in omnes homines ad condemnationem. Item ſentiunt cæteri quoq; Orthodoxi: Cyprianus epiſtola octaua ad Fidum. Nazianzenus in oratione de Sancto Lauacro* Et mox: *Deus nec minatur omnibus, Ioan. 3. Amen, amen, dico vobis, niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei; quod veteres Orthodoxi de Sacramento Baptiſmatis intelligunt, quorum fidem tuto hic ſequimur. In Baptiſmate enim omnia peccata remittuntur, vt diximus. Chriſtus regni claues dedit Eccleſiæ, quare niſi Eccleſia infantibus ad Chriſtum adductis, peccatum originale in quo nati ſunt remiſerit, nemo eis remiſſum eſſe certò ſperare audebit.* DISCIPVLVS. *Credit igitur paruulos non baptizatos dānari?* PAEDAGOGVS. *Vt credā, Scriptura cogit & veteris Eccleſiæ authoritas. Nam Apoſtolus Rom. 5. quum peccatum originale tractaret. iudicium* (inquit) *ex vno peccato in condemnationem. Quod Diuus Auguſtinus de peccato originali interpretatur, à quo paruuli per regenerationē in Baptiſmo liberātur. Epiſtola 89. ad Sanctum Hilarium cōtra Pelagianos, & epiſtola 28. ad Diuum Hieronymum*

Ibidem fol. 107.

ronymum: Quiſquis dixerit quod in Chriſto viuificabũtur etiam paruuli qui ſine Sacramenti eius participatione è vita exeunt: Hic profectò & contra Apoſtolicam prædicationem venit, & totam condemnat Eccleſiam. Hunc ego locum idcirco fuſius deſcripſi, vt aduerteres & de peccato originali, & de neceſſitate Baptiſmi, quę ſit tum veterum, tum nouorum Chriſtianorum ſententia, & quid etiam Lutherani opinentur. Nunquid & ſecta (Samuel) Zuingliana eiuſdem eſt iudicij? SAMVEL. Inuidiosè admodum & Papiſtarum prorſus more loqueris (Michæa) quum mihi Sectam, & vel Lutherani, vel Zuingliani nomen attribuis. Neque enim Sectarius ſum, neque Lutheranus, neque Zuinglianus, ſed Chriſtianus & Euangelicus. Quare ab illis deinceps odioſis appellationibus abſtinere te velim, & conuentionis noſtræ cuius me ſemel atq; iterum admonuiſti, recordari. De re autem ipſa ita reſpondeo: Nos quidem qui Anglicanę ſumus religionis, Baptiſmi Sacramentum vt myſterium valdè diuinum honoramus, & in Eccleſijs noſtris retinemus, & in Anabaptiſtas debitis ſupplicijs animaduertimus. Ita tamen Sacramentum extollimus, vt interim Chriſti potentiæ, & maieſtati nihil detractum velimus, qui Sacramentis non ita ſe alligauit, quin extra Sacramenta gratiam ſuam interdum largiatur. MICHAEAS. Reſpondes tu quidem Samuel tuorum more, hoc eſt verbis elegantibus & in ſpeciem ſatis ornatis, ſed ad rem non ſatis propriè & aptè: neque ſatisfacis quæſtioni, ſed generali quadam verborum ambage inuoluis, quod ego maximè volui explicatum. Neq; enim ex reſponſo tuo colligo vtrum Baptiſmi neceſſitatem tuearis eoque originale in infantibus peccatum deleri: ſed tamen ex verbis tuis, & ex generali tuorum doctrina conijcio in eam te partem magis propendere, vt horum vtrumque neges. Negat enim Zuinglius, negat Caluinus, negant Geneuenſes, quorum tu inſtitutis noſti Eccleſiam veſtram Anglicanam eſſe potiſſimum temperatam; ex quo ſequitur vos à nobis Turcis in eo quod Baptiſmus primarium, & pręcipuum habet nequaquam diſſidere. Sed obiter tribus verbis de nominibus Sectarij, Zuingliani & Lutherani tibi ſatisfaciam, ne deinceps cogites hæc ex aliqua animi mei offenſione, aut inuidia manare. Veſtros homines Chriſti fidem profitentes, ego quidem vniuerſos ſoleo Chriſtianos appellare: & quum vos in duas tanquam partes diſtribuo, quæ à temporibus Martini Lutheri increbuerunt, vſitatis item nominibus hos Catholicos, vel Papiſtas, illos Euangelicos appello. Cæterum vbi noua rurſus

Caluin. inſtit. libr. 4. cap. 16.

partitio facienda eſt, & iſti Euangelici in ſua ſeparatim gener. diſtinguendi, quando dicere velim eos, qui Martinum Lutherum ſequuntur, hoc modo; illos qui Huldericum Zuinglium aut Ioannem Caluinum, longè diuerſo ſcripturas interpretari. Hanc animi mei notionem quemadmodum tãdem exprimere potero, niſi vt hos *Zuinglianos*, vel *Caluiniſtas*, illos *Lutheranos* appellem? Chriſtiani ſumus inquis, non nego; & eſtis quoque Euangelici, quod ego libenter concedo. At quum mihi ijs de rebus agendum ſit, in quibus Euangelici ab Euangelicis diſtinguamini, non iam Euangelicorum voce vtriſque communi, ſed alia magis ſpeciali vos inuicem quoad has differentias ſegregante mihi vtendum eſt, ſi velim ab alijs intelligi, quando aliter loquentem, & vtroſque fundentem vix ipſe meipſum intelligere poſſim. Quam enim abſurdum eſſet audire quempiam veſtras de cœna contentiones hoc modo enarrantem: *Euangelici* ſentiunt Chriſti corpus in cœna verè & reipſa adeſſe, *Euangelici* verò tenent corpus illud tam longè à cœna abeſſe, quam abeſt cœlum à terra. Niſi enim generale hoc Euangelicorum vocabulum aliqua additione reſtringã, vt dicam Euangelicos huius aut illius regionis, vel huius & illius Magiſtri doctrinã profeſſos, ita vel ſecus ſentire; illud certè quod dicere intendo à nemine auditore concipi poteſt, niſi forſitan aliunde hiſtoriam totam prænouerit. Id quod ex tua ipſius oratione facile conuinco. Cur enim ais tuos qui ſunt *Anglicanæ religionis* ita credere, niſi quia mens & lingua ſine monitore prorumpit in hanc neceſſariam adiunctionem, ſine qua quid velis communis audientium intelligentia non perciperet? Ita nimirum frequentiſſimum eſt in Sleidano, & ipſo quidem iuxta religionem Anglicanam Euangelico, vt alios vocet *Saxonicæ* vel *Auguſtanæ cõfeſſionis Euangelicos*, alios *Helueticæ*: quod idem penitus eſt, ac ſi via magis compẽdiaria vocaret *Lutheranos* & *Zuinglianos*; quomodo loquitur Henricus Pantaleon, & ipſe Zuinglianus nobilis: qui vt Proteſtantes omnes generali nomine vocat *Euangelicos*, ita ſuæ partis ſtudioſos vocat communi appellatione *Zuinglianos*, vt alios illos *Lutheranos*. Quæ item nomina in libris horum & aliorum ſcriptorum admodum ſunt trita & peruulgata, & iam ita in omnium nationum conſuetudinem abierunt, vt in noſtra facultate non ſit eadem abolere. Noſti autem, vt opinor, illud omnium ore decãtatum, *loqui nos debere cum vulgo, ſentire autem cum ſapientibus*. Neque vero meipſum tibi in exemplum verebor proponere: qui nomen Turcæ qui ſic Chriſtiani omnes loquun-

Pantaleon de viris illuſt. German. pa. 3. p. 103. 417. 439. &c. Sleidan. li. 5. fol. 75. 78. Libr. 8. fol. 128. 131. 133 Libr. 9. fol. 130. Li 20. fo. 308. li. 1. f. 582. 390 Poſtel. de la Repub des Turcs par. 40. 41. Leunclaius in pandect.

loquuntur,& ipſe tecũ agens vſurpo,& à te vſurpatum nõ moleſtè audio: etſi illud nomen noſtrum eſt (qui propriè Muſulmanni, id eſt, Orthodoxi & rectè ſentientes dicimur) ſed ab inimicis odiosè inuentum. Et tamen quia apud Chriſtianos omnes ita inoleuit, vt non tam contumelioſum aliquid contineat, quam populum Magno Domino ſubiectum ſignificet, de appellatione (quando à ſtomacho & malitia nõ proficiſcitur) inanè eſt cõtendere: Quare quemadmodum Papiſtarum religioſi, qui quoad viuendi normam ſequuntur, alij regulas præſcriptas ab Auguſtino, alij à Benedicto, alij à Dominico & Franciſco; non indignantur ſi audiant Auguſtiniani, Benedictini, Dominicani, Franciſcani: ita tu tuique qui quoad ſcripturarum ſenſus, & fidei articulos imitamini alij Lutherum, alij Caluinum, alij Zuinglium, alij alios: Moleſtè ferre non debetis, ſi Lutherani, Caluiniſtæ, Zuingliani vocemini, maximè quando in his vocibus non indulgetur affectioni aut maleuolentiæ, ſed perſpicuitati & breuitati, & illud ſimul promitto; vbi tu commodiorem loquendi rationem inueneris reliquis quibuſcunque reiectis eam ego perlibenter vſurpabo. Redeo iam ad tuorum fidem de Baptiſmo declarandam. Dixi autem quum duo in Baptiſmo inſint iuxta veteres Chriſtianos, recentéſque Papiſtas & Lutheranos; interior peccati originalis abſterſio, & exterior quę circa corpus verſatur cæremonia, tui Doctores in eo quod principale eſt nobiſcum Turcis conſpirant. Negamus enim eſſe peccatum aliquod originale quod Baptiſmo deleatur: Negatis itidem vos. Affirmatis Baptiſmũ non ita eſſe neceſſarium, quin abſque eo ſaluari poſſint infantes. Illud ipſum tum de Baptiſmo, tum de Circunciſione affirmamus, itidem & nos. Quod ſi iam Baptiſmos non minùs quam vos religiosè adhibeamus, ſi ijſdem maculas quamuis non originalis peccati, aliorum tamen peccatorum abſtergi doceamus, an non verum erit nos Turcas auguſtius de Sacramento Baptiſmi quam vos Zuinglianè & Caluinianè Euangelicos exiſtimare? Perſequamur autem ordine iſta tria, & tu interim contra ſi quid velis, obijcies. Ac primum quidem illud de peccato originali à vobis negato, valdè luculentum eſt & euidens, & ab Hulderico Zuinglo (*inſigni illo noſtris temporibus Chriſti Apoſtolo*, vti eum vocat Beza) varijs libris confirmatur. In libro de Baptiſmo. *Vt vt* (inquit) *fremant Pontificij, peccatum originale nihil aliud dicimus eſſe quam morbum illum qui hæreditario iure ab Adamo in nos omnes deriuatus eſt.* Et ne quis in nomine morbi erret, ſeipſum pro-

Margin notes: *hiſto. Turcica. c. 22. pag. 228.* — I. — II. — III. — *Beza de hæreticis puniendis pag. 175.* — I. — *Zuinglius*

Tom.2. Lib. de Baptiſ. tract. à fol 89. ximè quid eo ſignificari velit elegãter declarat: *Quid per morbum intelligimus hoc exemplo clarius fiet quod ſitimus, quod eſurimus, morbus eſt quem ipſa natura nobis indidit, & ob hunc nemo iure taxari, & reprehendi poteſt, heluonem eſſe & vino deditum culpa carere nequit. Peccatum è morbo illo originem trahit. Peccatum ergo originale defectus eſt diminutio, & vitium illius primæ naturæ quam Deus omnium creator homini primo inſiderat. Peccatum ergo originale damnationem non meretur, ſi modò quis fideles parentes nactus fuerit.* Et alibi ad Vrbanum Regiũ.

Zuing li.1. epiſt.fo.54. *Quid breuius aut clarius dici potuit quam originale peccatum, non eſſe peccatum, ſed morbum: & Chriſtianorum liberos propter iſtum morbum non addici æterno ſupplicio? Contra, quid imbecillius dici potuit, & à Canonica ſcriptura alienius quam Baptiſmi lauacro hãc calamitatem lauari?* Quæris itaq; fortaſſis quemadmodum ille locus Pauli omnibus & antiquorum & poſteriorum ſcriptorum commentarijs ad conſtituendum hoc originale peccatum accommodatus, quem & modò in Germanico Catechiſmo obiectum memorauimus, deinceps explicati debeat, ita nimirum:

Idem Tom 2. declarat. de peccato orig. fol. 90.91. *Locus ille Roman.5. verſu 12. vnde Theologi extruunt originale peccatum non ſignificat peccatum (propriè) ſed morbum hæreditarium à primo parẽte propagatum. Ita intellige Pſalm.50. Ecce in iniquitatibus conceptus ſum, ſcilicet in infirmitatibus corporalibus.* Inanis eſt labor in hoc confirmando maiorem operam ponere, quod & Zuinglius multis varijſque libellis, & plurimis ſcripturarum locis egregiè illuſtrauit, & ex proximi membri tractatione multò adhuc clarius eluceſcet. Si enim peccatum illud originale non ſit verè peccatum, ſed morbus vel infirmitas, vt eſuries, ſitis, ægritudo; certum eſt neminẽ propterea à Deo condemnari non magis quam ab eo condemnamur quod ægrotamus, quod dormimus, quod manducamus, quod corpora noſtra certis temporum ſpatijs magis magiſque deficientia interitu tandẽ diſſoluuntur, iſta enim omnia eodem planè modo ſunt peccata originalia, hoc eſt imbecillitates à patribus ad poſteros traductæ. Ex quo deinde conſequens eſt, quum peccatum originale non reuera, ſed impropria tantum nominis communione peccatum ſit, propterea non magis liberos illos qui à Turcis generantur, quàm qui à Chriſtianis parentibus naſcantur, dãnationi eſſe obnoxios. Vbi enim culpa abeſt, nec reatus eſt nec pœna, vbi peccatum nõ antecedit, nulla timetur damnatio, Deus enim iudex iuſtiſſimus neminem cœleſti ſuo regno priuat, niſi per peccatum ingreſſus illi occludatur. Atqui ſi origina-

riginale peccatum tollas, liberos noſtros omni alia labe care-
re manifeſtum eſt. Eſt ergo manifeſtum liberos omnium, nec
minus Turcarum quàm Chriſtianorum regni cœleſtis eſſe
participes. Neque verò hoc Magiſtri veſtri inficiantur. Etſi e-
nim quandoque videantur hęrere in nomine Chriſtianorum,
vel eorum qui in fœdere Dei ſunt comprehenſi, tamen quum
ſubtiliter rationes ſuas excutiunt, & accuratè quid ex eis effi-
ciatur conſiderant, tum demum concludunt hoc beneficium
ad omnes promiſcuè eſſe porrigēdum. Et de Chriſtianis quòd
illi nulla baptiſmi neceſſitate teneantur & ſine illo ſalui eſſe
poſſunt, nec ipſi opinor dubitas. Conſtanter enim Zuinglius, *Zuinglius*
Hoc eſt apud me indubitatum; quotquot ex his infantibus mori- *Tom.2. E-*
antur qui intra populum Dei ſunt, omnes electi ſunt. Cauſam meæ *lench. con-*
ſententiæ iſtam habeo, quia perfidiam eorum quum non deprehē- *tra Ana-*
do, nihil habeo cur ipſos damnem, ſed cōtra, indubitatum promiſ- *baptiſtas.*
ſionis verbum habeo. Perſpicuè item Caluinus: *At dicunt qui-* *fo.36. Cal-*
dam qui Baptiſmi neceſſitatem vrgent, periculum eſt ne infans *uin. Inſtit.*
qui ægrotat, ſi abſq; baptiſmo deceſſerit regenerationis gratia pri- *lib.4. c.15.*
uetur. Minimè verò infantes noſtros antequam naſcantur ſe ado- *§.20*
ptare in ſuos pronunciat Deus, quum ſe nobis in Deum fore permittit, ſeminiq; noſtro poſt nos. Hoc verbo continetur eorum ſa- *Geneſ.17.*
lus: neq; quiſquam in Deum tam contumelioſus eſſe debet, vt e-
ius promiſſionem effectui ſuo ſufficere per ſe neget. Et mox: *ſit non* *Ibid. §.22.*
leuis iniuria Dei fœderi, niſi in eo acquieſcimus, quum eius effe-
ctus neque à baptiſmo, neq; ab vllis acceſſionibus pendeat. Vnde
ſequitur non ideo Baptizari fidelium liberos vt filij Dei tunc pri-
mum fiant, qui antea alieni fuerant ab Eccleſia, ſed ſolenni potius
ſigno tunc recipi in Eccleſiā, quia promiſſionis beneficio iam ante
ad Chriſti corpus pertinebant: Hoc autē quum Theologi Pari- *Idem in an*
ſienſes vt hęreticum carperent, illos refellens Caluinus ſuum- *tidoto ar-*
que dogma neruoſius comprobans: *Baptiſmo* (inquit) *opus ha-* *ticul. Pari-*
bent infantes non tanquam adiumento ad ſalutem neceſſario, ſed *ſien. art.1.*
tanquam ſigillo ad obſignandam in illis adoptionis gratiam diui- *pagin.307.*
nitus ordinato, ſanctos enim fidelium liberos naſci tradit Paulus, *1. Cor. 7.*
& ſanè nequaquā illis conueniret baptiſmus, niſi iam in hac pro- *Gen.17.*
miſſione ſalus eorū incluſa eſſet, ero Deus tuus & ſeminis tui poſt
te. Non enim filij Dei per baptiſmum fiunt, ſed quia promiſſionis
beneficio hæredes ſunt adoptionis, ideo eos ad baptiſmum admit-
tit Eccleſia. Denique hanc eſſe Eccleſiæ Geneuenſis praxim &
fidem, & fortaſſis etiam Anglicanæ, vt infantes abſque bapti-
ſmo è vitā decedētes nihilo propterea cenſeant eſſe poſt mor-
tem conditione deteriore, ideoq; de ijs baptizandis non valdè

laborent; de altero mihi certò cõſtat, de altero penes te ſit iudicium. Euidens certè ratio facit vt idem de vtraque ſentiam: Nihil enim dici poteſt hac concluſione manifeſtius: Sancti ſunt omnes quum ex vteris matrum prodeunt, & naſcuntur filij Dei. Non ergo renaſcuntur, nec hanc ſanctitatem ex baptiſmi Sacramento obtinent. Tota eorum ſanctificatio ex antiquo Dei fœdere pendet, quæ in eos ab ipſo conceptu operatur, nec quicquam poſtea confert baptiſmus; non ergo delet peccatum originale quod nullum eſt, nec talem vllam ſecum maculam deferunt illi, qui ſancti, puri, & filij Dei ex maternis viſceribus effunduntur. Ecquid verò dubitas, an magiſtri tui noſtris etiam liberis, imò Tartarorum quoque & infidelium æquè ſint clementes & propitij? Quanquam vna ſit & eadem in omnibus ratio, quod omnes peccati illius originalis ſint expertes, eos tamen ipſos audi ſua ipſorum ſenſa expromentes:

Zuinglius Tom. 2. libr. de Baptiſmo. fol. 91.

Paruulos (inquit Zuinglius) *qui ex parentibus incredulis geniti ſunt, Dei omnipotentiæ permitto & iudicio iuſto; licet nullam in eis damnationis cauſam inuenire poſſim, dum quid ſit peccatum, quid denique lex non intelligunt.* Et alibi:

Ibid. in Elench. contra Catabaptiſtas. fol. 35.

Nos vehementer erramus in iudicandis tum Gentilium, tum Chriſtianorum liberis infantibus: Gentilium quia nulla eos lex damnat: non enim incidunt in iſtam ſententiam, qui non crediderit condemnabitur: quod eos tenet ad quos Euangelij mentio peruenit. Deinde quum electio Dei ſit libera; impium eſt ſi illos ab ea excludimus, quos iſtis ſignis fide, & perfidia, deprehendere non poſſumus ſint intra eam nec ne. Denique poſtquam hanc quæſtionem multum diligenterque in vtramque partem ventilaſſet, tandem in Dei fœdere omnes generaliter comprehendente conquieſcens ita concludit:

Ibidem fol. 36.

impiè ergo non modò Chriſtianorum, ſed Gentilium quoque infantes damnamus. Hic fortaſſe obiecturus es, promiſſionem illam Dei in qua hæc diſputatio omnis fundatur, ſemen tantum Abrahæ, hoc eſt fidelium liberos cõprehendere, maximè quod Paulus fidelium tãtum liberos,

1. Cor. 7.

hoc eſt qui vel ex patre, vel matre fideli naſcuntur, *ab vtero ſanctos* eſſe teſtatur, noſtros ergo excludi qui à vobis infidelium loco numeramur. At primum recogites velim hoc argumento non nos modò, ſed etiam Apoſtolum veſtrum Zuinglium perſtringi, qui pactum domini non anguſtis Chriſtianorum finibus coarctat, ſed per ampliſſima totius vniuerſitatis ſpatia dilatat. Deinde quæ vel ratio vel ſcriptura permittit, vt nos qui ipſis Abrahæ veſtigijs inſiſtimus, & eandem cum Abramo circunciſionem aſſumimus, eandemque tum Dei legem,

legem,

legem, tum Abrahæ circũciſionem ad poſteros noſtros tranſmittimus, ab eo fœdere cuius conditionem adeo ſol.citè obſeruamus, excludamur: Vos autem qui & legem reſpuitis, & circuncionem aſpernamini, & ab ea ſuſcipienda liberos veſtros arcetis, fœdus tamen vobis ſingulatim arrogetis. Quanta eſt hæc peruerſitas, vel potius (vt verè & ſine offenſione tua loquar) inſania? Vultis Dei fœdus & promiſſionem vobis aſciſcere? Quin ergo & circuncisionem ſumite, quæ cum pacto & promiſſione expreſſis domini verbis copulata eſt. Triumphum petitis, & tamen militare non vultis: rapitis mercedem, ſed abſque labore; coronam induitis, neque vultis aut in ſtadio currere, aut in paleſtra decertare: & quamuis hæreditatem Abrahæ inuaditis, filij tamen Abrahæ eſſe dedignamini, quum Deus clariſſimis verbis expreſſerit, nolle ſe eſſe ſeminis Abrahæ Deum, niſi Abraham eiuſque poſteri hanc fœderis appendicem ſtudioſè tuerentur. Nam & eam fœderi præmiſit, & eam rurſus fœderi ſubiunxit, & fœdus in medio poſitum conditione vtriaque repetita ita diuinxit, vt improbum plane ſit alterum ab altero diſtrahere. Admodum enim luculenter dominus: *Statuam* (inquit) *pactum meum inter me & te, & inter ſemen tuum poſt te in generationibus ſuis fœdere ſempiterno, vt ſim Deus tuus & ſeminis tui poſt te:* *Geneſ 17.* *An non vides antecedere pactum*, cõſequi deinceps permiſſionem? Tum *rurſus dixit Deus ad Abraham: Et tu ergo cuſtodies pactũ meum & ſemen tuum poſt te in generationibus ſuis. Hoc eſt pactũ meum quod obſeruabitis; circuncidetur ex vobis omne maſculinum.* An non aduertis poſito fœdere mox conditionem ingeminari iterum atque iterum, idq́; verbis clariſſimis, vt qui alterum ab altero ſeparet, ille animam diuellat à corpore, ille disiungat humana audacia, quæ creator omnium diuina ſapientia copulauit, quod ſi quis ſeriò mediteur, eſt impudentiæ & impietatis execrandæ? Sed ego de tuis Magiſtris aliter ſentio. Quemadmodum enim olim Philoſophi eruditi notarunt Epicurum ne in offenſionem Athenienſium caderet, *oratione reliquiſſe, re ſuſtuliſſe Deos*, quod eos otioſos, ceſſantes, nihil prorſus agentes, nullam gratiam, nullam hominum charitatem, nullam mundi prouidentiam habentes induceret: ita mihi planè perſuaſũ eſt, Magiſtros tuos, quod adhuc vererentur hominum offenſionem ſi planè circuncisionem noſtram approbaſſent, verbis quidem eam refelliſſe, facto autem conſtituiſſe: quum in his domini verbis ſalutem veſtram fundarent, quæ manifeſtè & neceſſario noſtram circuncisionem ſe-

Cicero. lib. 1 de natura Deorum.

cum traherent. Quin etiam ad hanc controuerſiam penitus terminandam, extat præclarum Ioannis Caluini teſtimonium. Diſputãs enim vtrum Papiſtarum filios hoc Dei fœdus complectatur, reſpondet, *eo contineri illos etiamſi neq; ex ſancto patre geniti, neq; ex ſancta matre nati fuerint. Non enim propterea ſanctorum filij propterea eſſe deſinunt (inquit ille) quum longius ducenda ſit originis ſeries. Neque enim in vno gradu conſiſtit Deus, ſed vitæ promiſſionem in mille generationes diffundit. Ita Paulus dum ex radice ſancta ramos eſſe ſanctos colligit, & conſperſionem in primitijs conſecrari docet, qualis vnicuiq; fuerit pater non reputat; ſed omnes agnoſcit ſanctos, qui ex Abraham & reliquis patribus fuerant progeniti.* Clarum eſt ergo & nos eſſe ſanctos, & filios noſtros eſſe filios ſanctorum, & ſanctificationem radicis noſtrę Abrahami, ſatis ſuperq; valere ad nos omnes conſecrandos, quando ea ad Papiſtas etiam dimanet, quos idololatras eſſe & infideles, & nobis longè deteſtabiliores, Chriſti Deique hoſtes in libris & concionibus vbiq; prædicatis. Quare quum iam conſenſus noſter pateat in tollendo peccato originali & Baptiſmi neceſſitate; tertium illud quod nos multò quam vos præclarius de Baptiſmo ſentiamus nullo negotio expedietur. Vobis enim Baptiſmus eſt nuda tantum cæremonia, nihil gratiæ ſalutaris, nihil prorſus commodi ſpiritalis afferens. Id quod hac egregia demõſtratione ex primis Theologiæ veſtrę principijs ducta confirmat Zuinglius: *Hebræorum 9. Chriſtus omnes res externas quæ in lege erant ſuſtulit, omnem externorum vſum ſuſtulit è medio, adeò vt nulla ſalutis & iuſtitiæ ſpes nobis in eis collocata eſſe poſthac poſſit. Vnde ſimul & hoc conijci poteſt, nec ab illis nos aliquam purificationem ſperare debere, quæ ipſe Chriſtus à nobis retineri & obſeruari voluit. Nam ſi in veteri teſtamento carnalia duntaxat, & externa fuerint, nec aliquam potuerunt puritatem & munditiam miſeris & pollutis hominum conſcientijs afferre: quantò minus hoc in Chriſto poterunt, in quo nos ſolus ſpiritus viuificat.* Rurſus eodem in libro: *Externus Baptiſmus qui aqua conſtat, ad peccatorum ablutionem nihil facit, quod planè docet Petrus Epiſtola prima ca. 3. Allegant aduerſarij verbum Dei aquæ elemento eſſe adiunctum, & eo ſacramentum effici, ſed vt hoc concedamus, adhuc tamen certò conſtat animæ ſordes nullo ſacramento tolli poſſe. Sacramẽta enim externæ res ſunt, quæ in animam non poſſunt operari, &c.* Ex quo argumento paulò poſt hanc concluſionem firmiſſimam deducit: *Certa, inconcuſſa, & infallibilis hæc mihi ſtat ſententia, quamſi vniuerſa mundi authoritas & potentia oppugnare ve-*

Caluin. in appendice ad libr. de vera Eccleſiæ reformandæ ratione inter opuſcula. pag. 485.

Rom. 11.

Zuing. lib. de Baptiſmo tract. 1. fol. 59.

Ibidem fol. 70.

fol. 71.

re velit, non tamen quicquam efficiet; nullum elementum extrinſecus adhibitum quicquam ad animorum purificationem conferre. Baptiſmus ergo veſter (Samuel) nihil eſt aliud quam ieiuna & otioſa cæremonia, vel vt Zuinglij verbis vtar, *res externa à quauis legis Moſaicæ ceremonia nihil differens, ſignum duntaxat externum, quo nihil in conſcientia efficitur: ſignum quidem rerum ſpiritualium, ſed ipſum minimè ſpirituale, nec quicquam ſpirituale in nobis perficiens.* At baptiſmus apud nos quum varius ſit ac multiplex, tum nullus eſt celebrior eo qui apud Mecham Arabiæ vrbem, noſtrorum hominum peregrinationibus nobilem ſuſcipitur, vbi confluentes ex Perſia, Æthiopia, Aſia, Africa, Græcia ſingulis innumeri Mahumetani, poſtquã Deum ſupplices orauerint vt ipſorum miſereatur, & peccata condonet, tum per miniſtros ad hoc opus deſtinatos aqua toti perfunduntur: tres enim lagenæ plenæ in ſingulos exhauriuntur, quo facto nemo eſt quin certiſſimò credat, plenam ſibi factam eſſe omnium criminum remiſſionem.

Zuingil. Epiſt lib. 1 fol. 61.

Theuet Coſmogr. lib. 6. ca. 1. Ludouici patritij Roman. nauigatio lib. 1. ca. 17.

ARGVMENTVM CAPITIS NONI.

In Alcorano circa Baptiſmum tria reprehendit Samuel, 1. quod eum repetant. 2. quia circunciſionem ei adiungant. 3. quia peccata eo expiari putent, quod eſt & Ethnicum & Papiſticum. Quorum primum ex Proteſtantium doctrina varijs & perſpicuis argumentis Michæas conuincit rectè fieri: & 2. quoq; & 3. facilè defendit. Vbi monet Euãgelicos dum baptiſmum quia rem externam, nihil ad animos purificandos valere contendunt, viam ſtruere ad externam Chriſti in cruce mortẽ abnegandam. Ex altera autem parte Euangelicorum de baptiſmo fidem examinans, probat eos in hoc ſacramento maximè blaſphemare, & Deum & homines qui in ſuis precum libris publicis & ritualibus aiunt, ſe per illud gratiam & adoptionem in filios Dei baptizatis quibuſcunque tribuere, qui tamen alias in ſcriptis & concionibus tradũt, nihil ex eo conferri, niſi prædeſtinatis, qui etiam ſine baptiſmo ſaluantur, quando reprobi etiam cum baptiſmo damnantur: Ex quo multa abſurda deducuntur. Quæ tamen vitari aliquo modo putat Samuel, ſi reiectis alijs, Zuinglij de baptiſmo doctrina reciperetur.

CAPVT NONVM.

QVOD diſputas de originali peccato & vi baptiſmi illud abolentis, vel nihil tale efficientis, quia vterq; locus lubricus & periculoſus eſt, & de quo ſcio noſtrorum hominum admodũ diuerſas eſſe opiniones, nolo ego alterutrum cõtrarijs argumentis impugnare, quonam etiamſi Lutherani pro baptiſmi gratia valde litigant, video tamen noſtros homines in alteram partem frequentiores inclinare. Quod verò addis de miſericordia Chriſti Turcarũ liberos nõ minus quã Chriſtianos cõprehẽdente, & vtriſq; parẽ æternę vitę gratiã offerẽte, etſi hoc etiã noui noſtrorũ aliquos nõ ſimpliciter admittere, ſed inter Turcas & Chriſtianos ipſos etiã Papiſtas aliquã diſtinctionem cõcipere; tamẽ quod nec ij clarè ſeipſos expediunt, neq; vt mihi videtur commodè expedire poſſunt; potiſſimũ quia totius huius ſalutis caput & radix eſt prædeſtinatio, quæ nõ modo baptiſmos, ſed ipſorum liberorũ natiuitatem, & mundum item conditũ antecedit, & ad baptiſmi cæremoniam nullo modo eſt alligata; nec de iſto quidẽ volo tibi moleſtus eſſe. Hoc tantummodo dicam, meritò debere vos tanto vehementius ad amplectendũ Euangelium noſtrũ commoueri, quanto magis perſpicitis magiſtros noſtros vos liberoſq; veſtros quoad fieri poteſt, perlibẽter intra ſacrum Dei fœdus includere, & æternã ſalutem vobis impartire. At quod extremum appoſuiſti de multiplici baptiſmo veſtro, multiplex in eo veſter eſt error, I. vel quod baptiſmum toties iteratis qui vnicus eſſe debet, II. vel quod & circuncisionem & baptiſmum etiam vſurpatis, quod Chriſtiano Iudæos quaſi Hermaphroditos aut Centauros vos declarat, quum alterutro deberetis eſſe cõtenti: vtrumq; certè adhibere admodum eſt abſurdũ. III. vel quod iſtiuſmodi ſuperſtitioſis lotionibus animorum veſtrorum ſordes credatis elui, quod eſt reliquis duobus peccatũ magis craſſium & ſtupidũ, & partim (vt auguror) à Papiſtarum luſtralibus aquis, partim idque multò magis à veterum Gentilium ſtultiſſimis ritibus deſumptum, qui grauiſſima quæq; facinora talibus nenijs purgari delirabant. Ex quo eſt ille apud Virgiliũ Ænęæ ſcrupulus, qui quod in excidio ciuitatis Troianę multis Gręcorum cædibus & ſanguine cõtaminatũ ſe credebat, idcirco putabat Deos penates

Attrectare nephas, donec ſe flumine viuo abluerat.

Qua itidem cæremonia expiabant ſe etiam alij qui parricidia longè

Beza epi. 10. pag. 90.

Bucer. in Mat. cap. 3

Virgil. Æneid. 2

Ouid. Faſt. 1.

Zuingl. Tom. 2.

longè tetriora admiſerant. Cæterùm vt contra eos ſumma cum ratione clamat Poëta.

O nimium faciles qui triſtia crimina cædis,
adulterij, latrocinij,
Fluminea tolli poſſe putatis aqua:

Sic & tu tibi tuiſq; non minori ratione dictum puta: ô nimiū cæcos qui extrinſecā aquarum aſperſionē ad intimos mentiū veſtrarū receſſus penetrare arbitramini, atq; illic latentes flagitiorū maculas detergere. MICHAEAS. Videris tu mihi Samuel eſſe ex Pithagoræ diſcipulis quorū omnis ratio ad rem quamq; probandā à ſola magiſtri ſic aſſerentis authoritate petebatur; Imò illis multò es iniquior, quando illi verba & authoritatem Magiſtri, tu nihil adfers præter verba & aſſeuerationem tuam, idq; in re etiam apud tuos Euāgelicos valde dubiā & ancipiti. An enim nulli apud vos ſunt Anabaptiſtæ qui hanc quā tu vrges vnitatem baptiſmi irrident? nonne ſunt illi & ſanctimonia valdè celebres, & numero plurimi, & conſtantia ad mortē vſq; ſubeundā vbiq; clariſſimi? Sed recollige maximorum in Eccleſia tua Euangeliſtarum doctrinam, & nunquam fidem noſtrā de baptiſmo iterando improbabis. An non enim eſt conſentiens tuorum ferè omnium ſententia, eundē penitus fuiſſe baptiſmū Chriſti & Ioannis Baptiſtæ? non negabis opinor, quod à Zuinglio, Caluino, Muſculo, Bucero, Brentio, Illirico, Centuriatorib⁹ & magiſtris tuis pene omnibus & ſingulis vna quaſi voce aſſeritur. At Batizabat rurſus Apoſtolus Paulus qui prius Ioannis baptiſma ſuſceperant, quod in Apoſtolorum actibus tā perſpicue deſcribitur vt nemo inficiari poſſit qui nō frontē penitus amiſerit: verba enim ſunt ipſo ſole clariora, *Baptizati prius erant in Ioannis baptiſmate*, & tamē poſt *baptizati ſunt à Paulo in nomine domini Ieſu.* Quare primus ille error omnino nō eſt, aut ſi ſit, non eſt Turcarū error proprius, ſed ſimul Zuinglij, Caluini, Muſculi, Buceri, Brentij, Illirici, Gualteri Tigurini, Archiepiſcopi veſtri Cantuarienſis, Heluetiorum, & Geneuenſiū, & Zuinglianorum, & Caluiniſtarum error generalis. Deinde recogita quod modo ex Zuinglio & Caluino oſtendimus Baptiſmum eſſe ſignum tantummodo & cæremoniā externā veteribus legis Moſaicæ cæremonijs nihilo præſtātiorem. Quid ergo prohibebit eā quoties voluerimus repetere, quando legales illas cæremonias ſingulis ſeptimanis atq; etiam diebus ſingulis repetitas fuiſſe conſtet; maximè quū ex hac frequentiſſima repetitione, nulla vel cæremoniæ ipſi, vel verbo Dei, vel religionis qualicunq; particulæ iniuria inferatur.

lib. de baptiſmo. tract. 1. fol. 68. 73.74.75.
Caluinus Inſtit. lib. 4. cap. 15. §. 7.18.
Muſculus in locis commun. cap. de Baptiſmo pag. 304.
Bucerus in Matt. 3.
Brentius homil. 25. & 29. in Lucam.
Centur. 1. cap. 4. pag. 156. & cap. 10. pag. 361.
Act. 19.
VVhitgift. contra Cart. tra. 12. diuiſ. 2. pag. 565.

tur. Neque hæc eſt mea ſolius concluſio, ſed eſt etiam magni apud Heluetios Doctoris VVolffgangi Muſculi: *Nonnulli* (inquit ille Zuinglium & Zuinglianos intelligens) *volunt Baptiſmum nihil eſſe aliud quam ſignum Christianæ profeſſionis, Cæterùm iterando renouari poſſet, ſi nihil aliud deſideraretur.* Verum autem eſt primum, verum eſt itaque & ſecundum. Sed neque apud vos plus valet Baptiſmus quàm apud Papiſtas luſtralis quam memoras aqua, qua tamen in ſingulos dies, idq; ſæpenumero illi ſe aſpergunt: imò multo minus valet. Illi ſiquidem ſua luſtrali aqua leuiora quædam crimina aboleri tradunt, vos autem nihil omnino tale baptiſmo veſtro conceditis. Huc adde quod à Doctoribus imò clariſſimis veſtris Apoſtolis & Euangeliſtis, ijs qui honorificentius quàm alij de Baptiſmo, & ſentire & ſcribere videntur, *Baptiſmus* definitur eſſe *Sacramentum, pœnitentiæ, quam ſubinde repeti non ſolum poſſe, ſed etiam deberi*, ecquis Chriſtianus, ecquis fidelis qui qualēcunque diuinæ maieſtatis & humanæ infirmitatis notitiā habet inficiabitur? Melanchthon in locis communibus (quem librum Lutherus non minus quam libros Propheticos & Apoſtolicos *eccleſiaſtico Canone* cenſuit *dignum. Vera* (inquit) *pœnitentia eſt, propriè quam ſignificat Baptiſmus, adeoque pœnitentiæ Sacramentum Baptiſmus eſt.* Deinceps agens de pœnitentia: *Pœnitentiam* (inquit) *non eſſe ſignum,* (id eſt Sacramētum) *nihil eſt obſcurum. Eſt enim pœnitentia, vetuſtatis noſtræ mortificatio, & renouatio ſpiritus. Sacramentum eius vel ſignū non aliud quam Baptiſmus eſt.* Sic etiam Caluinus ſtatuit *Baptiſmum eſſe proprium Sacramentum pœnitentiæ.* Quod Theodorus Beza paulò fuſius & diſtinctius exponens: *fructus* (inquit) *Baptiſmi eſt obſignatio adoptionis, ablutio à peccatis tum præteritis tum futuris, veteris hominis mortificatio, & noui reſurrectio.* Iſta autem omnia an non multis ijſque fortiſſimis argumentis à manifeſta ratione, à communi ſacramentorum, & particulari huius ſacramenti natura deductis comprobant iteratos baptiſmos? Si enim Baptiſmus *propriè Sacramentum ſit pœnitentiæ*; pœnitere autem ſæpius non ſolum conueniat, ſed etiam oporteat, huius pænitentiæ ſacramētum ſæpius ſuſcipere, cur non itidem oportebit? *Abluit nos à peccatis etiam futuris baptiſmus*: & futuris omnibus tēporibus aqua baptiſmatis perfundi *ad futura peccata abluenda* nobis, erit interdictum? Quid? an laudabile eſt pœnitentiam pro peccatis ſæpius agendam toto vitæ curriculo profiteri: & cæremoniam huic pœnitentiæ teſtificandæ diuina ordinatione accommodatam,

Muſcul. in locis communibus cap. de Baptiſmo. pag. 302.
Luther. Tom. 2. de ſeruo arbitrio fol. 424.
Melanc. in locis cōmunibus primis. Titulo de Baptiſ. 2. 3. Tit. de pœnitentia. 2. 6.
Calu. Inſt. lib. 4. ca. 15 §. 4. & in Antid. Synod. Triden. ſeſſion. 7. art. 10. pag. 416.
Beza Theolo. Epiſtol. 5. pag. 50.

datam, ſemel tantùm tota vita adhibebimus? an orthodoxũ eſt & Chriſtianum virtute huius ſacramenti *ablutionem à peccatis* tam *futuris* quam *præſentibus* & *præteritis* ſæpius recipere, ſæpius *veterem hominem mortificare*. Sæpius repetita quadam *reſurrectione* induere nouum; hoc eſt breuiter; ſæpius res hoc ſacramento ſignificatas & collatas participare: & externum horum omnium ſignum ſæpius vſurpare impium habebitur & hæreticum? Quam eſt hoc abſurdum? quam præpoſterum & peruerſum? vt cum peccata ſingulis annis, ſingulis menſibus & diebus pueri, adoleſcentes, iuuenes, viri, ſenes, cõtinenter admittamus; pœnitentiæ tamen ſacramentum his auferendis proprium & peculiare, ſemel tantum percipiamus, idque in infantia, quando omnino non peccamus, neq; quid peccatum ſit intelligimus. Quàm verò aptè hic locum habeat illud Ioannis Caluini contra Anabaptiſtas: *ſi rei ſignatæ pueri ſint participes* (inquit ille) *cur à ſigno arcebuntur? ſi veritatem obtinent, cur à figura depellentur? Cum ad infantes deſtinetur baptiſmi verbum? cur ſignum, hoc eſt verbi appendix ab illis prohibebitur? Hac vna ratio ſi nullæ aliæ ſuppeterent, abundè ſufficeret ad confutandos omnes qui reclamare voluerint.* Hoc ſi tu Samuel ad baptiſmos noſtros transferre volueris, quòd longè meliore iure & maiore probabilitate facere potes; iã prorſus de negotio hoc toto tranſactum erit. Nam quando negare non potes quod magiſtri tui tam ſeriò & pugnaciter defendunt *rem* hoc ſacramento *ſignatam*, ablutionẽ à peccatis quotidianis, mortificationem carnis, renouationem ſpiritus, non ſemel, ſed ſæpius in hac vita nobis eſſe neceſſariam, *cur à ſigno nos arcebis? ſi veritatem* baptiſmi *obtinemus; cur à figura depellemur? cum ad nos* iterum atque iterum multis nimirum vicibus quotieſcunque peccamus *deſtinetur baptiſmi* de pœnitentia agenda *verbum; cur ſignum, hoc eſt, verbi appendix à nobis prohibebitur? Hac vna* Samuel *ratio ſi nullæ aliæ ſuppeterent, abunde ſufficeret ad confutandos omnes qui* crebrioribus noſtris baptiſmis *reclamant.* Quanquam nos nõ ſumus adeo à bonis rationibus inopes, vt hac vna nitamur, quanquam *hac vna (Caluino iudice) ad confutandos omnes abundè ſufficiat:* Vrgemus enim præterea generalem ſacramenti definitionem vt eſt à Caluino, à Beza, Muſculo, à Luthero, & Melanchthone tradita, non minus potentem & efficacem ad hoc quod volumus concludendum: *Sacramentum eſt externum ſymbolum quo beneuolentia erga nos ſua promiſſiones conſcientijs noſtris Dominus obſignat ad ſuſtinẽdam fidei noſtræ imbecillitatem; & nos* viciſſim

Caluinus Inſtitut. libr. 4 cap. 16. §. 5.

Caluinus lib. 4. cap. 14. §. 1.

Beza de fenſ. 2. de

Sacramentis. *viciſſim pietatem erga eum noſtram, tam coram eo & Angelis, quam apud homines teſtamur.* Hæc eſt definitio vtriq; Sacramento à vobis recepto, tam *Baptiſmo* quam *Cœnæ* conueniēs, & quænam eſt eius pars quæ non æquè probet *Baptiſmi* atq; *Cœnæ* repetitionem? Si baptiſmus obſignet conſcientijs promiſſiones de peccatis remittendis vel remiſſis, & vt loquitur *Melanch. loc.com. Tit. de baptiſm.* Melanchthon *certificat de collata iam gratia*, cur quoties per baptiſmum *proprium pœnitentiæ Sacramentum* peccata remittātur, vos obſignationem hanc diuinitus ordinatam, promiſſionibus eius non apponitis? Quando Deus pro ſua infinita miſericordia diploma remiſſionis ſcribere dignatur, quam eſt immenſa impietas veſtra, qui *ſacrum Baptiſma, ſigillum*, vt inquit *Luther. Tom. 2. de captiui. Babylon. Tit. de ſacra. bapt.* Lutherus, *remiſſionis & gratiæ iam collatæ* ab ipſo Deo tali diplomati confirmando aſſignatū appendere recuſatis. Præterea ſi baptiſmus ſit *externum ſymbolum* inſtitutum ad *ſuſtinendam fidei infirmitatem*, cur non illud ſimiliter atque externum ſymbolum cœnæ ſæpè adhibetis, qui ſæpè infirmi eſtis, & per infirmitatem ſæpè caditis, ideoq; & ſępius indigetis hoc ſymbolo ad *ſuſtinendam fidei veſtræ infirmitatem?* quod certè ſymbolum multò magis viris cōgruit quam infantibus, quorum illi, qui à ſuam ad peccandum & diffidendum procliuitatem norunt, ideo vbi ſymboli inſtitutionem audiunt, verbiq; diuini vnà à vobis explicati ſenſum cōcipiunt, ſtatim ſymbolo tali fidei ſuæ infirmitatem ſuſtinere valent; quod ab iſtis abeſt longiſſimè, qui nec verba audiunt, nec ſymbolum curant, nec quorſum illud pertineat intelligunt; & fide carent, ideoq; ſymbolo illo *fidei ſuæ infirmitatē* nullo modo *poſſunt ſuſtinere.* Deniq; ſi ille ſit huius ſymboli finis & vſus, *vt pietatem erga Deum veſtram tam corā eo & Angelis quā apud homines teſtemini*, cur non hanc pietatem veſtram crebrius adhibēdo baptiſmo perindè atq; ſumenda cœna teſtemini? Itane pij ac religioſi eſtis, vt poſtquā ſemel tota vita, annis fortaſſe 70 aut amplius, huius *veſtræ erga Deum pietatis, coram eo, & Angelis & hominibus* teſtimoniū prębueritis; deinceps ſecuri in vtramq; aurem conquieſcatis, tanquā abundè Chriſtianorum & Euangelicorum officio defuncti? Tam breui temporibus puncto, tā leui momēto abſoluitur veſtræ erga Deum pietatis coram Angelis & hominibus teſtificatio? Ergo perexilis certè eſt veſtra erga Deū pietas, qui toto vitæ ſpatio ſemel tantummodo eam teſtari ſatis exiſtimatis: idq; in infantia, quando quid pietas ſit, quid Deus, quid Angeli, imò quid homines, quid illi qui vos in cunis vagientes ad baptiſmum deferūt, nullam prorſus notitiā,

nullam imaginationem habetis. Quãquam quid ego exilem veſtram pietatẽ improbo, qui potius horrendam impietatem debeo, & meritò execrari; qui non contenti ipſi in cultu Dei tepidi eſſe, vel potius frigidi; alijs etiam maiorem pietatis feruorẽ inuidetis, & nos reprehenditis quòd crebrius noſtrã erga Deum pietatem frequentiori baptiſmatũ ritu coram Angelis & apud homines profiteamur. Et hæc pro more Eccleſiæ noſtrę confirmando ſatis. Nam ſyluam quandam eamq; denſis vepribus ſpiniſq; obſitam ingrederer, ſi argumẽta ſuſciperem explicanda, & refellenda quibus veſtri cum Anabaptiſtis hos iteratos baptiſmos probantibus pugnant, vt ſuos infantũ vnicos baptiſmos defendant. Neq; verò illud eſt inſtituti mei, qui non tam veſtra refellere, quam noſtra confirmare propono. Hoc obiter tibi homini Euangelico (qui vt opinor meminiſti quid inter nos concluſum ſit de reijciendis omnibus argumentis, quę nõ fundantur in expreſſo Dei verbo, & expreſſè ſcripto) loco copioſæ refutationis eſſe debet, quod præſtantiſſimi fidei tuæ Apoſtoli, in hoc contra Anabaptiſtas duello coguntur, derelicto Dei verbo expreſſo, & ſcripto ad traditiones Apoſtolicas non ſcriptas, ad Patres, ad Eccleſię authoritatem Papiſticè confugere, & illa Papiſtica armatura quæ cõtra aduerſarios nihil valet, aduerſarios illã totam magnificè contemnentes aggredi. Sic Brentius poſtquã *Origenem* protuliſſet *ad Rom. c. 8. & Auguſt de baptiſmo contra Donatiſtas. lib. 4. ca. 24. qui traditionem vocant Apoſtolicam,* mox infert: *In ore duorũ aut trium ſtat omne teſtimoniũ. Quare firmiſſimè teneamus* noſtram fidem de vnico infantum baptiſmo. Et huic eidẽ Origenis & Auguſtini authoritati inſiſtit Zuinglius, inſiſtit Oecolampadius. Ad idem præſidium compellitur Petrus Martyr. Eadem deniq; eſt ſuprema anchora Muſculi & Lutheri, cuius quia talis & tanti Apoſtoli inprimis ponderanda eſt ſententia. Sic ille: *Sanctam Chriſtianorũ Eccleſiam ad ſeculi vſq; conſummationem non eſſe interituram fateri coguntur Catabaptiſtæ. Ea autem vnicum baptiſmum probauit* infantium, virorum iteratos baptiſmos improbauit. *Hæc ferè optima & firmiſſima eſt pro ſimplicibus & indoctis comprobatio. Neq; enim hunc articulum credo Eccleſiam Catholicam, communionem Sanctorum, nobis eripient aut ſubuertent vnquam,* quem tamen vno vel altero poſt hunc Catechiſmum editum anno, ipſe Lutherus è ſymbolo bona ex parte *eripuit* Sic illi Samuel diſputant, liberè quodammodo profitentes ſe expreſſo Deo verbo deſtitui, ad Anabaptiſmos noſtros damnandos, ideoq; hominum authoritatem

lib. 1. cap. 5.

Brentius in Lucã c. 18. Homel. 33.

Zuinglius Tom. 2. Elench. contra Catabap. fol. 7.

Oecolam. lib. 2. epiſt. Zuinglius & Oecolam. fol. 78.

Martyr comment. ad Rom. cap. 6. fol. 221.

Lutherus Tom. 5. in Catechiſ. maiore. fol. 638.

ritatem obijciunt, quæ certè nimis infirma eſt ad rem tantam à nobis extorquendam. Nunquid verò nos in has anguſtias cogimur? Nihil minus, ſed euidentibus ſcripturis iiſque iuxta cõmunem Doctorum veſtrorum interpretationem expoſitis morem noſtrum ſtabilimus. Quoniam enim Caluino teſte & aliis quos ſuperius enumeraui plurimis *certiſſimũ eſt eundem fuiſſe Ioannis & Chriſti Baptiſmum*, id quod tam firmiter

Caluinus Inſtitut. libr. 4. ca. 15. §. 7.

nobis perſuaſum eſſe debet vt *quauis Chryſoſtomus, Auguſtinus, & alij vetuſti Patres alterum ab altero diſcernere contendunt, eorum tamen* Caluino iudice *non tanti debet eſſe calculus vt ſcripturæ certitudinem quatefaciat*, quæ iuxta eum & reliquos veſtros interpretes eundem prorſus fuiſſe vtrumque baptiſmum demonſtrat: quoniam illud item certiſſimũ eſt eos qui prius Ioannis baptiſmo fuerant baptizati, rurſus ab Apoſtolo Paulo baptizatos fuiſſe baptiſmo Chriſti, quod adeo eſt euidens vt è præcipuis veſtris doctoribus quidam manifeſtè

Muſculus in locis commun. cap. de baptiſmo. numer 1. pag. 305.

concedant (*mea ſententia eſt* inquit Muſculus, *& præter veteres nonnulli ex recentioribus, hoſce Ioannis diſcipulos fuiſſe bis tinctos, & vt ſic ſentiam, mouet me perſpicuitas verborum*) quam clarum eſt nos in noſtro baptiſmi repetendi more expreſſum Dei verbum ſequi; quod vos (vt ex ſcriptoribus veſtris oſtendi) audetis nec prætendere! Nam ſi tu tuo marte tale quid indagare potes, & quod me feciſſe vides id ſi tu contra me præſtiteris, & expreſſo Dei verbo alterum baptiſma, vel lotionem prohiberi dixeris; illud expreſſum Dei verbum vbi oſtenderis & meas rationes dilueris; me facilem habebis ſententiæ tuæ

Caluinus Inſtitut. lib. 4. cap. 16.

approbatorem. Hoc quidem certè tibi affirmare auſim, Caluinum ipſum vbi maximè in loco huiuſcemodi perquirendo elaborat, locum tamen nullum non modo manifeſtum, ſed neque veriſimilem producere. Quare primus hic error qui videbatur eſſe maximus, apparet planè nullus. Eiuſdem ferè generis eſt ſecũdus error, quem obijcis nos hermaphroditos falsè dictitans, quod & circunciſionem & baptiſmum ſimul recipiamus, quaſi ita repugnarent lex & Euangelium, & Dei ritibus aduerſarentur inſtituta Chriſti, vt in eundem hominem

Philip. 3. ver. 5. Act. 9. ver. 18. Vide ſupra pag. 147. 148. 149. &c.

non poſſent cadere, neque conſideras dicacitate tua ipſum Chriſtum eiuſque Apoſtolos perſtringi. Nam Apoſtolos & baptizatos & circumciſos fuiſſe plus quàm probabile eſt, exemplo Pauli, de quo eorum vtrumq; certum & manifeſtũ eſt: & Chriſti Ieſu tum circumciſionem, tum baptiſmum Euangelicæ literæ clariſſimè teſtantur. Et quam multa ſunt in orbe Chriſtianorum millia, qui ad noſtra vſque tempora vtramq;

cæremo-

cæremoniã adhibent? Id quidem de Abiſſinis qui ſunt in ampliſſimo Prete-Iannis Imperio per immenſas Africæ regiones conſtat, quod tamen (fateor) ſeruant non ducti opinione neceſſitatis alicuius, ſed potius honoris & glorię, eò quod ab antiquiſſimis Iudæis ſe oriundos gloriantur, illudq́, retinent tanquam ſignum ſtirpis ſuæ ab illis maioribus deriuatæ: quomodo licitum eſſe ex Chriſtianis Theologis acutiſſimi quidam defendũt. Quin etiam alter quidam Chriſtianus inſignis, qui multas Aſię oras peragrauit, ſcribit *ſe vidiſſe varijs in locis Chriſtianos, qui & ſabbathum ſeruarint, & Dominicam diem, qui & baptizati fuerint & circunciſi*, vt hoc non ſit adeò portentoſum quam tu vaticinaris. Sed quid opus eſt in re non valde dubia argumentis non neceſſarijs? Videmus in literis diuinis à Deo præcipi circuncisionem: Dei præcepto obtemperamus. Videmus ibidem præſcribi ab excellenti eiuſdem Dei Propheta Christi baptiſmum, & huic item præſcripto obedimus, nec quicquam videmus repugnantiæ, quo minus vtriq; poſſimus obtemperare. Si expreſſum Dei verbum, quod vobis ſemper eſt in ore, alterum ita inducat, vt alterum neceſſe ſit ſtatim obſoleſcere; hoc expreſſum verbum vt proferatur iterum atque iterum flagito, ſi tale nullum appareat cõtra regulas à vobis ipſis præſtitutas facitis, qui inaniſſima cerebri veſtri commenta pro verbo Dei obtrudentes à clariſſimo Dei verbo nos auocatis. Et illud quidem Samuel ſæpiſſimè notaui, fuiſſe generale tuorum Doctorum tum in ſcribendo, tum in concionando peccatum. Quum primum in Euangelij ſui opus incumberent, nihil erat eis in ore crebrius, quàm conculcandas eſſe traditiones & Canones Patrum, Conciliorum, Eccleſiæ, neque quicquam prædicandum populo quod non expreſſo Dei verbo iuberetur; qua vna Machina diſiecit Lutherus totum Papiſtarum apparatum, *mille Auguſtinos, mille Cyprianos, innumera Concilia, æternam conſuetudinem*, imò verò ipſum Petrum & Paulum. Ad verò poſt ijdem, quando populari fauore eccleſias & cathedras fuiſſent adepti, quando iam illis ipſis cum hoc expreſſo Dei verbo in ſolem & puluerem prodendum erat, & cominus? manus cum hoſtibus conſerendæ: de verbo Dei, imo etiam de Concilijs, de Patribus, & quouis argumento firmiore magnum apud eos ſilentium, & nihil fere occlamarunt præter ſuæ ipſorum dictata propria, quibus etiam tu me iam frangere, meaſq; rationes ex euidenti Dei verbo ſum ptas reijcere arbitraris. At tertia pars reprehẽſionis tuę magis eſt communita. Nam & Papiſtarũ luſtrales aquas mihi op-

Genebrar. Chronol lib. 1. pa. 26
Franciſcus Aluares. apud Ortelium in Theatro.
Medina in 1. 2. q. 103. in fin. art. 4.
Poſtellus in compendio Coſmographiæ pag. 64.
Petrus Maffæus hiſtoria. Indicar. lib. 3. pag. 127.

hi opponis, & etiam Gentilium ſuperſtitionem. Cæterùm ſi omnem aquarum aſperſionem putas eſſe impiam & nefariā, imprimis Deus ipſe eſt redarguendus qui in veteri lege illius
Num.19. cæremoniæ primus fuit inſtitutor & author. Sin (quod fieri poteſt) circunſtantia aliqua vel impia, vel ſuperſtitioſa cæremoniam alioqui bonam & ſacroſanctam contaminet, illa circunſtantia erat apponenda, non nudum Papiſtarum nomen obijciendum, quorum permulti ſunt ritus admodum laudabiles. At quod prius deficit, poſtea reſarcire voluiſti, ideoque Ethnicorum impietatem commemoras, qui flumineis aquis ſua quamuis atrociſſima ſcelera expiari opinabantur. Siquidem externæ actioni tantum tribuebant, erat ſuperſtitio (fateor) & etiam impietas, & (ſi velis) ſtupiditas deteſtanda; ſin verò poſt acres doloris & reſipiſcentiæ ſtimulos, implorata Dei miſericordia, ita demum ad ritū talem ab eo præceptum confugiebant, quemadmodum ego de Turcis narraui, non erat hoc magis vitio vertendum vel illis, vel nobis, quam Chriſtianis veteribus, tuiſque etiam fratribus Lutheranis, quorum ea eſt ſtabilis, idque & ſcripturis ſacris (vt ipſi aiunt) tum Euangelicis, tum Apoſtolicis, Patrumq; doctiſſimorum cōmentarijs, totiuſq; veteris Eccleſiæ ſuffragio probata opinio. At iſta omnia externa ſunt & corporalia, nec ad intimos animorū receſſus & penetralia poſſunt peruadere, ideoq; nec latentem illic contagionem ſanare. Si quidem ipſam aquæ naturam expendimus, aſſentior: ſin verò Dei ordinationem aquæ adiunctam; quod in veteri teſtamento aquæ concedimus, in nouo quam tandem ob cauſam eidem detrahemus? Quot fuerunt olim opera mirabilia in aqua & per aquā facta, quæ ſi vt Philoſophi intuemur, falſa nobis videbūtur, quia contra naturalem aquæ vim & proprietatem: ſin vt fideles, non dubitamus quin ſunt veriſſima, quoniam ita nobis ſunt in ſacroſanctis literis tradita. Et hoc nobis Turcis inuicta eſt armatura, qua tecti veſtrum ratiuncularum impetū vt inanem & puerilem facilè repellimus. Et ſcripturæ Euangelij veſtri, vt item Alcorani
Actor. 2. ver. 38. noſtri aiunt *baptiſmo ablui peccata, baptiſmo percipi remiſſionem peccatorum.* Quid ergo vos veſtris ſophiſmatis contra ex-
Epheſ. 6. ver. 26. preſſum verbum adeò frigidè cauillamini? Si Luciani eſtis, ſi Gentiles, ſi Philoſophi, ſillogiſmos conficite, rationes excogitate, quibus ſcripturas vt falſas & abſurdè loquentes molliatis: ſin verò fideles; maiorem fidem oſtendite, neque tanta audacia ſermonibus diuinis tam inanes & friuolas captiones opponite. Ita nimirum de iſtis externis & carnalibus loquimi-

quimini, quaſi iam amplius homines non eſſetis, ſed à carne, ſenſibuſque corporeis abſtracti in cælo cum Angelis verſaremini, atque illinc à Dei maieſtate directè hauriretis, quæcunque ſunt neceſſaria vobis ſalutis adminicula. Quod ſi verè nihil externum vobis magnopere neceſſarium exiſtimatis, quoniam nihil eiuſmodi ad animum influere poteſt; ergo deinceps deſinite tam vehementer vrgere quod non tantum externum eſt, ſed etiam inter externa maximè craſſum, maximè etiam vobis ignominioſum, maximè etiam ad nos inuicem dirimendos importunum; intelligo mortem Chriſti, crucem eius, ſanguinem effuſum, illas ſanguinariæ paſſionis externas notas, illa flagella, illa vulnera, clauos, opprobria, & eius generis cætera, quæ non negabis eſſe & valde externa, & valde etiam craſſa, & (vt nos omnes certò opinamur) valde etiam falſa & commentitia, & deinceps Chriſtum nobiſcum in cælo intuere & reuerere vt chariſſimum Dei Prophetam, huius externæ & tragicæ crucifixionis ſemper expertem, contra quem cum talia molirentur Iudæi, diuina potentia ad regna cæleſtia raptum, ibique deinceps immenſis gaudijs perfuſum, cum Angelis triumphantem, & omni beatitudine perfruentem. Hæc enim magis ſunt interna, magis diuina, cæleſtia & ſpiritualia, quàm tua illa tota externa, tota ſanguinolenta, humana, craſſa, & carnalia, in quibus tamen religionis veſtræ proram & puppim videmini collocare. Verum ego ſanè non dubito magiſtros tuos aliter fuiſſe animatos. Nũquam enim contra externum illud crucis ſacrificium hæc argumẽtorum ſemina ſparſiſſent, niſi poſteritatem ſuam cum inde fructum collecturam putaſſent, quem vt nos maximè ſperamus, & iam in multis Europæ prouincijs apparet; vbi plurimos, imò innumerabiles Euangelicos eminere ſcio, & tibi poſt oſtendam, qui totam hanc Chriſti paſſionis tragœdiam vt à prophanis hominibus fictam reijciunt, & in ea fide ad mortem vſque conſtantiſſimè perſeuerant. Atque hoc totum tibi (vt opinor) videbitur probabilius, etiam ex eo quod iam mihi reſtat de baptiſmo declarandum, quod quum maximum ſit apud vos ſacramentum; ita tamen tui ſurſum deorſumque voluunt & verſant, & ad extremum confundunt & corrumpunt, vt non dubitem, quin tu quoque fatebere tandem noſtram de eo opinionem longe eſſe tolerabiliorem. Poſtquam enim magiſtri tui ſuſtulerunt omnem gratiam ſpiritualem, omnem vim ſanctificandi, aut remittendi peccata, illud tamen ei relinquunt, vt ſit ianua & in-

greſſus in Eccleſiam fidelium, & vt ſit ſigillum, quo hæreditas adoptionis diuinę obſignatur. Ex quo ſequitur, quotquot baptizantur, eſſe filios Dei, hæredes vitę æternæ & cœleſtis beatitatis participes. Et hoc quidem in veſtro Anglicano Eccleſiaſticarum precum libro & manifeſtò ponitur, & ſeriò inculcatur, & ex ijs quæ hactenus declarauimus efficitur. *Dicimus nos oportere in fœdere comprehendi* (inquit Beza) *ac proinde ad Chriſtum pertinere, priuſquam baptizemur, neq; gratiam adoptionis à baptiſmo inchoamus, ſed per eum potiùs dicimus illam in nobis obſignari. ſicut prius ſcribi oportet diploma, quàm ſigillum apponatur* Sic etiam Bullingerus: *Sancti & electi non tum primum gratia Dei, doniſq; cœleſtibus participant, quum percipiunt Sacramenta, ſed priùs rebus quàm ſignis participant. Id docet exemplum Abrahæ Geneſ. 17. & Eunuchi Act 8. Iuſtificantur ergo homines ante baptiſmũ, eaq; iuſtificatio baptiſmo obſignatur. Et cur baptizamus infantes, niſi quia promiſit Deus ſe Deum ſeminis noſtri futurum, eos etiam ex mera ſua gratia mundaſſe atque adoptaſſe, & hæredes vitæ æternæ conſcripſiſſe. Ex his cauſis baptizantes infantes abũdè teſtamur gratiam hanc eis non primũ conferri baptiſmo, ſed obſignari quod habuerũt prius* Cum hoc conferas ex altera parte generalem tuorum Magiſtrorum doctrinam de prædeſtinatione, qua confirmant multos baptizari, qui nihilominus reprobi ſunt, & propterea hæredes vitę æternæ nunquam fiunt, nunquam adoptantur in filios Dei. Sic enim Petrus Martyr: *Si quæris quid iudicandũ ſit de anima pueri nondum recepto Sacramento occiſi. Reſpondeo, nos de eius condemnatione nihil poſſe in alterutram partem affirmare. Nam ſi pertinebat ad numerum electorum, vt ad vitam æternam prædeſtinatus fuerit, nihil impedit, quin ſeruari poſſit: ſin autem erat vas à ſummo fictore ideo conditum, vt iram ſuam in eo declararet quid de eius ſeueritate poſſumus cõqueri?* Loquitur quidem paulò diffidentius, ac ſi nonnihil vacillaret, nec certã haberet ſententiam, cui adhæreſceret; ſed tamen eodem in loco poſt maturiorem deliberationem, quæſtionem hanc perſpicuè hoc modo determinat: *In baptiſmo infantum, ſi cum actione ſacramẽti electio & prædeſtinatio Dei concurrat, ratũ eſt quod agimus; ſin minus, irritum.* Quibus ex verbis perſpicimus, baptiſmum ſiue conferatur, ſiue non conferatur in alterutram partem ſalutis vel damnationis nihil omnino valere, ſed omnia pendere ex prædeſtinatione. Quod etſi ſæpius & repetatur in illis commentarijs, atque etiam amplificetur ab eo Martyre, tamen aliquanto diſtinctiùs & dilucidiùs mihi videtur tractari

Liber Communionis Anglicanæ cap. de baptiſmo.

Beza Theolog. tract. Tõ. 1. in abſterſione calumniarum Heſhuſij. pag. 132.

Bullinge. Decade 5. ſerm. 7.

Martyr in Comment. ad Roman. cap. 4.

Vide ibid. cap. 6.

ctari à Muſculo, cuius hæc ſunt verba. *Rectè definitur baptiſmus eſſe ſacramentũ regenerationis, purgationis, initiationis, ſanctificationis, obſignationis & incorporationis in Chriſtum. Hæc enim omnia per ſpiritum Chriſti fiunt in electis & fidelibus, quorum ſacramentum eſt baptiſmus. Perficiuntur autem iſta pro voluntate ſpiritus Chriſti, aut ante aut poſt baptiſmum, aut in ipſo baptizandi actu, ne quis putet ſpiritum ſic externo alligatum eſſe ſacramento, vt hanc gratiam vel in quorumuis baptizatorum cordibus, vel ſemper in ipſo actu baptiſmi ſpiritualiter & efficaciter operetur. Nemo opinor ita inſanit, vt etiam in reprobis dum baptizantur ſpiritum ſanctum opus gratiæ ſuæ electis ac credentibus deſtinatum operari credat. Deinde vehementer abſurdum fuerit, ſi operationem ſpiritus omnium liberrimam externo baptizandi actui alligauerimus* Hęc Muſculus. Deniq; Caluinus & Bullingerus cum reliquis Eccleſiæ Geneuenſis & Tigurinæ *Paſtoribus & Doctoribus*, inter reliqua *conſenſionis* ſuæ capita quæ magnis laboribus confecerunt: hæc ponunt tanquam certiſſima & omnium ſuffragijs comprobata: *ſedulò docemus Deum non promiſcuè vim ſuam exercere in omnibus qui Sacramenta recipiunt, ſed tantum in electis: Nam quemadmodum non alios in fidem illuminat quam quos præordinauit ad vitam: ita arcana ſpiritus ſui virtute efficit, vt percipiant electi quæ offerũt Sacramenta.* Proximè, *Tenendum eſt minime ſacramentis alligatam eſſe Dei gratiam, vt quiſquis ſignum habet re etiam potiatur. Nam reprobis peræquè vt electis ſigna adminiſtrantur: veritas autem ſignorum ad hos ſolos peruenit.* Ratio eſt; quia *in Sacramẽtis nihil niſi fide percipitur*, quia reprobi carẽt: Sic illi. Vnde Beza in colloquio Mompelgart. ait: *Multa millia infantiũ baptizari qui tamen in æternum pereant.* Conſidera iam in baptiſmo quemadmodum à vobis adminiſtratur, quam multa ſint teterrima & contra homines & contra Deum peccata. Baptizatis promiſcuè & ſine exceptione omnes quotquot ex Chriſtianis parentibus naſcũtur. Hoc ex Eccleſiarum veſtrarum moribus luculenter patet. At in ijs plurimos reprobos & à Deo maledictos eſſe inficiari non poteſtis. Hoc item conſtat euidentiſſimè. Et tamen in veſtris baptizandi formulis pronuntiatis eos eſſe omnes à Deo electos & hæredes vitæ æternæ. Quàm nefarium eſt hoc? quàm impium & iniurioſum in Dei maieſtatem? Vos eis cælum pollicemini, quibus ille deſtinauit infernum. Vos blaſphemè filios Dei vocatis, & gratia adoptionis donatos aſſeritis, quos Deus vt ſpurios repulit, nec eis vnquam gratiam ſuam impartire voluit. Vos in Chriſtum

Muſculus in locis commun. cap de Baptiſmo. pag 303.

Apud Caluin. inter tract pag. 1035. cap 16. cap. 17.

Multa abſurda ſequuntur ex Proteſ. doctrina de baptiſ.

incorporatos, & ſpiritu ſanctificatos prædicatis; quos Chriſtus à ſuo corpore præciſos, vt putrida membra reiecit, & qui ſpiritualis ſanctificationis non magis ſunt capaces, quam Sol tenebrarum, aut plumbum leuitatis. Rurſus in Deum iniurioſi eſtis, & (vt humano more loquar) proditores etiam & perduelles, qui baptiſmum regale eius ſigillũ pro veſtra libidine cuicunque chartulæ apponitis, quum tamen Deus diploma non ſcripſerit, nec à vobis ſcriptum approbauerit, quin potius lacerari voluit & abijci: quod perinde eſt, ac ſi quis ſigillum Principis adulterinis literis inuito Principe, & contra eius voluntatem appenderet. Deinde etiam miſeros parentes ludificatis, quibus hæc miranda chariſmata in liberos diuinitus effuſa eſſe teſtamini, quum nuſquam tale quippiam collatum fuerit. Præterea Sacramenti vſum nefariè corrumpitis, quod ex æquo cum bonis & impijs, prædeſtinatis & reprobis communicatis, quum hoc ſit *Sacramentum* (vt loquitur Muſculus) *electorum & fidelium, &* (vt ait Caluinus) *nulli alij per baptiſmum aggregandi ſunt in Eccleſiam, niſi qui ad corpus Chriſtum ante pertinebant quam in lucem ederentur: alienos enim ad baptiſmum qui admittit, ipſum profanat.* Et mox: *Baptiſmum ergo præcedat adoptionis gratia neceſſe eſt, quæ non dimidia tantum ſalutis cauſa eſt; ſed eam ipſam ſalutem in ſolidum affert, quæ baptiſmo deinde ſancitur.* Quid quod non modo Chriſtianis veſtris, ſed nobis etiam Turcis iuſtiſſimam præbetis cauſam de peruerſitate veſtra conquerendi? Chriſtianis, quod eorum permultos liberos etiam baptizatos, tamen quia nõ prædeſtinatos, à cæleſti regno excluditis, noſtros autem, quia prędeſtinatos, licet non baptizatos, ad ęternam gloriam euehitis. nobis autem Turcis, quia perſæpè nos odioſis ſermonibus à fœdere Dei tanquam infideles repellitis, quos veſtro etiam iudicio neceſſe eſt ad fœdus Dei pertinere, ſi infantes noſtros ſaluos eſſe conceditis, qui ſalui eſſe non poſſent, niſi ſanctorũ eſſent filij, & eorum qui in fœdere Dei comprehenderentur. Denique (ne longior ſim) hoc vnum dogma veſtrum talis eſt hydra, & flagitiorum tam fœcunda, vt verè affirmare poſſim, quot in Eccleſijs veſtris miniſtrantur baptiſmata, tot à vobis admitti horrenda & contra Deum ſacrilegia, & contra homines mendacia. Quemadmodum enim communi Theologorum ſententia hæreticus eſt, non tantũ is, qui pertinaciter religionis articulum aliquem negat, ſed etiam qui de eodem dubitat: ſic periurus eſt, & ſacrilegè Dei nomine abutitur, qui deliberatè iurat eſſe verum, quod ipſe intus in animo ſuo timet

Caluinus lib. de vera Eccleſiæ reformandæ ratione. pag. 454.

&ſuſp.

& ſuſpicatur eſſe falſum. Et de mendatio erga homines eadem prorſus eſt ratio. Mendax enim eſt quicunque confidenter aſſerit illud eſſe verum, de cuius tamen falſitate probabilem habet ſuſpicionem. Atque hoc ſemper vſu venit in veſtris baptiſmatis. Nam etiamſi ſæpenumero baptizantur electi & prędeſtinati, de quibus ſolis veſtra illa ſolennia attributa (*quod ſint hæredes regni, & filij adoptionis, &c.*) ſint vera; tamen quoniã multò crebrius baptizantur reprobi, quorum longe maior eſt numerus, & qui regenerationis diuinę iuxta veſtram Theologiam nullo modo ſunt capaces; vos non minus in vno quam in altero ſacrilegi eſtis & mendaces, quum alterum ab altero nõ poſſitis internoſcere, nec vnquam certò & definitè ſciatis, vtrum in aliquem eorum, cui Sacramentum applicatis, ea verè conueniant, quæ ex forma baptiſmi in eum cadere clarè & conſtanter aſſeritis. Quis credat in veſtro baptiſmo tantum mendaciorum & blaſphemiarum vim contineri, vt vno eodemq; opere atrociter offendatis & Deum, & Chriſtum, & ipſum Sacramentum, & parentes eorum qui infantes vobis baptizandos offerunt, & Chriſtianos & Turcas, vt quo in loco maximè vos pios, & religioſos, & veraces eſſe oportebat, in eo non ſemel aut ſæpius, ſed perpetuò ſine intermiſſione ſacrilegè mendaces eſſe conuincamini. Et tamen tu Samuel, tuam vel tuorum ſaltem de baptiſmo opinionẽ noſtræ audebis anteponere? hanc tam vagam, & errãtem, & improbabilem ſententiam noſtræ, quæ ſcripturis Propheticis & Apoſtolicis tam manifeſto dirigitur, anteferre? Quanto ſatius eſſet Turcicè de hoc Sacramento ſentire, quàm in hac fœdiſſima errorum tam horribilium voragine demergi? Etſi prima Euengeliſmi pars, quę debuit eſſe firma, conſtans, veritati & pietati maximè cõſona, probetur adeo eſſe mutabilis, varia, multiplici falſitate atque impietate redundans; quis noſtros homines reprehendere poterit, ſi illud idem de reliquis eius partibus multò magis ſuſpicentur? Ego ſanè non dubito, quin in altero quod vobis ſuper eſt ſacramento, & quæ reuera leuiſſima eſt cæremonia, multo vobis præſtemus, quando quod baptiſmum, quod *Teſtamenti noui præcipuum & principale ſignum dicitis*, fides noſtra opinatione veſtra tanto & diuinior & excellentior. Sed quo cœpi ordine pecurram reliqua, & quia in hoc de originali peccato & baptiſmo longior fui quam intendebam, hoc ego erratum aliorum breuitate, quoad potero, compenſabo, niſi tu primum aliquid mediteris, quod iſtis hactenus à me dictis velis opponere. SAMVEL. Meditor quidem,

Liber Communionis Anglicana.

Zuinglius Tom. 2. ſubſid. de Euchariſtia fo. 254

quidem,neque tamen reperio, quod ſit in oratione tua certo reprehendendum. Video exortum aliunde errorem, & video etiam fortaſſe quemadmodum eidem ſit medendum; & niſi plurimum fallor,illa magnifica baptiſmi elogia, quæ in Papiſtarum &Lutheranorum ſcriptis de hoc ſigno nimis ambitiosè iactantur,ſunt penitus remouenda, neque deinceps in baptiſmo conferendo regenerandi,purgandi, ſanctificandi, obſignandi electionem &adoptionem,& conferendi gratiam filiorum,aliqua facienda eſt mentio. Cum enim ex æterna Dei prædeſtinatione & reprobatione omnia ſimpliciter pendeant (quod video maximè generali noſtrorum omnium conſenſu ſtatui) & deinde cũ certum ſit,quod regenerationem, & ſanctificationem, & electionem, & adoptionem, & gratiam, & obſignationem quoq; prædeſtinati ſecum ex vtero materno deferant,nec à baptiſmo mutuẽtur: iſta autem omnia reprobi neque in vteris matrum,neque in baptiſmi fonte reperiant (hoc etenim plerique omnes ſcriptores Euangelici vrgent, & eſt à noſtris Anglicis Doctoribus in Turrẽſi contra Campianum Ieſuitam diſputatione definitũ, videlicet; *eos omnes, qui baptizantur,non eſſe filios Dei, quia non habent omnes ſpiritum adoptionis; & pueri baptizati,niſi ſint a Deo electi,baptiſmus eos non poteſt efficere illius filios*) hęc duo quãdo ita ſe habent; pręſtaret, vt mihi videtur omnem gratiæ & ſanctificationis memoriam à baptiſmo excludere, quia hoc etiam apud noſtros non minus firmum & indubitatum eſt, externa iſta ſigna ad internam gratiam conferendam nihil penitus valere. Quare mallem dici deinceps,baptiſmum eſſe ſignum, vel notam,vel teſſeram, qua quis in Eccleſiæ communionem, & publicum Chriſtianorum cætum recipitur; cætera autem occulta,adoptionem,& gratiam,& ſanctitatẽ, & reliqua eius generis,Dei abſconditæ voluntati & prædeſtinationi relinqui. Et hoc quidem video maximè probari Hulderico Zuinglio,cuius de baptiſmo doctrina mihi videtur reliquis facilior,cõſtãtior,&paucioribus difficultatibus implicata; ad quã proximè accedunt Caluinus,Beza & Geneuẽſes.Zuinglius aũt ita definit baptiſmum,vt de iſtis internis purgationibus, & gratijs, & ablutionibus ne verbum quidem: baptiſmi autem vim totam refert ad externum Chriſtianorum cætum,quibus baptiſmus eſt ſignum,hominem vel infantem baptizatum ad eorum iam ſocietatem aggregari, vel quo fit externa profeſſio Chriſtianæ religionis. Nunquam enim ferè apud eum reperias alias baptiſmi deſcriptiones,quam quod *Baptiſmus eſt ſignum,vel ce-*

Diſputatio in Turre Londinenſi die 2.

remonia

remonia initialis, quales ſunt quas Græci τελετὰς *vocare conſueuerunt. Cuius generis illud quoque dicere poſſumus, quod iuniores monaſteria ingreſſi cucullis primum amiciuntur.* Et rurſus. *Baptiſmus eſt initiale ſignum & cæremonia tantum externa, qua ſignificatur aliquem hominem Chriſto iam addictum & initiatum eum ſequi velle, perinde ac ſi miles aliquis Imperatori ſuo nomen dans, militiæ ſeſe obſtringit.* Iterum. *Quum ſingulis gentibus & politicis ciuium ſocietatibus ſua ſigna ſint, quibus & ſe cognoſcendos prabent, & ſui officij admonentur; Deus carnis noſtræ infirmitati nonnihil concedens & ſe accommodans, etiam populo ſuo peculiaria ſigna dare voluit, nulla alia de cauſa niſi tantum, vt eſſent externa ſigna. Quum interim, vt Paulus 1. Cor. 8. ait: Neq; ſi comedamus, aliquid nobis ſupereſt, neque ſi non comedamus, quicquam nobis deeſt, ſic etiam baptiſmus nos nihilo præſtātiores vel ſanctiores reddit.* Hoc autem modo ſi doctrina de baptiſmo traderetur, illa omnia quæ tu colligis abſurda, grauia quidem & Chriſtianis hominibus indigna, ſtatim euaneſcerent. Nihil enim eſt iſtorum quæ Zuinglius requirit, quod nō ex æquo & reprobis & electis conueniat. Omnes illis tanquā *monaſticis* baptiſmi *cucullis amiciūtur*: omnes *Imperatori* Chriſto *nomina dant*, & *militiæ* Chriſtianæ *ſeſe obſtringunt*. Hæc quidem manifeſta ſunt, & in promptu; illa verò alta & abſtruſa myſteria de adoptione & prædeſtinatione (ſi hanc Zuinglij doctrinam ſequeremur) in quæſtionem nunquam venirent.

Zuinglius Tom. 2. libr. de baptiſmo. tracta. 1 f 62. Ibid. f. 67. 70. 71. Ibi. tract. 3. fol. 84.

In concluſione libri Ibid fo. 98.

ARGVMENTVM
CAPITIS DECIMI.

Quoad res carnales & venereas obijcit Samuel Turcas, qui multas vxores ducunt, & crebra diuortia permittunt, omniaque ad libidinem referunt exemplo Mahumetis Prophetæ qui multas ſimul vxores habuit & cōcubinas, ab Euangelicorum moderatione longè ſuperari: & hic ſaltem putat Micheam ſine contradictione ceſſurum. De quibus agens Micheas poſt confutata quæ Samuel de baptiſmo commentus erat, in genere oſtēdit polygamiam non eſſe malam, ſed à Deo in veteribus Patriarchis probatam, & cum Euangelicorum doctrina & praxi valde cōgruentem: Deinde apud Turcas omnia ad caſtitatem magis referri, omniaque luxuriæ inſtrumenta, vinum, epulas, aliaq; huiuſmodi magis prohiberi, quam apud Euangelicos,

Deum enim hæc ſibi omnia conceſſiſſe audaciſſimè gloriabatur, omnia dico ſua adulteria, ſcortationes & libidines Deo aſcribebat magiſtro & auſpici: qui quo magis viriliter, vt vos dicitis, ſed beluinè, vt res ipſa loquitur, inſtar tauri alicui⁹, aut apri tam inſignis Propheta opus illud vxorium poſſet præſtare, ei vni decem aliorum Prophetarum in coëundo virtutem & fortitudinem tribuerat, quem in hac vxorum multitudine imitati ſunt eius ſucceſſores Eubocarg, Homar, & cæteri. A talibus autem præceptoribus & Apoſtolis qualem caſtitatem vniuerſa natio veſtra hauſerit, quid opus eſt curioſius narrare, quando toti mundo eſt apertiſſimum? Quis enim eſt ex ciuibus paulò ditioribus, qui non tres aut quatuor fœminas ſibi, vni more veſtro ad libidinem explendam iugatas habeat. Vt taceam multò plures ſeruas, quarum nullus lege veſtra ſtatuitur modus. Nam qui loco ſunt celſiore, vt Sangiacchi, Bellerbei, Baſſæ & ſimiles, ij quadraginta, aut quinquaginta vxores diſtinctis domib. concluſas, & ab Eunuchis attentiſſimè ſeruatas) incredibilis eſt enim veſtrorum zelotypia) poſſident, vt à veſtris etiam hominibus aliquando accepi. Quod ſi priuatorum hominum tanta ſit licentia, in ipſo Principe & Monarcha, cui omnia licent, & qui eſt abſolutus omnium non magis opum & bonorum, quam corporum & perſonarum dominus, quanto infinitior & effrenatior lege veſtra conceditur libidinandi facultas. Nam illud ego te Michæa notare velim (quo iam antea præoccupem multa, quæ tu fortaſſe alias dicturus eſſes) me non agere de certorum apud vos hominum vita & moribus flagitioſis à lege aberrantibus, ſed de eo quod inſtitutis Alcorani, id eſt, Euangelij veſtri æquum & licitum, imò honorabile quodammodo & laudabile habetur. Audiui aliquando à quodam viro bono & docto, qui magnam partem Africæ, nominatim regnum Feſſenſe luſtrauerat, Regem Feſſæ (qua in vrbe diligentiſſimè, ſi vſpiam, docetur Alcoranus, & feruet profeſſio Mahumetana, & quæ celebritate numeroque Moſquearum omnibus alijs Mahumetanæ religionis vrbibus præſtare dicitur) ducentas habuiſſe in vno palatio vxores. Quamquam illud non ita valde mirandum, ſi veſtrum in hac vrbe dominum intueamur, in cuius vnico hoc Serralio Conſtantinopolitano hodierno die plus quam trecentæ ad vnius libidinem ſatiandam aſſeruatæ feruntur, vel virgines, vel meretrices, vel vxores, nec .n. mihi liquet, quo ſint vocabulo nũcupandæ. Quod ſi vnicum hoc Serralium talium ſponſarũ tantum gregẽ subminiſtrat in Serralijs Adrianopolis, Pruſæ,

Azoar. 43 Tibi Propheta omnes mulieres fruẽdas conſtituimus, hocq; tibi permittitur.

Vide Clenard. in epiſtolis. & Bellon. lib. 3. cap. 8.

Poſtell. de la republ. des Turcs pag. 6.

Clenard. in epiſtolis peregrinationum.

Poſtell. vbi ſupra.

Magne-

Magneſiæ, & alijs mihi penitus ignotis quantam multitudinem credibile eſt eſſe congeſtam? Ita quod ſcriptura ſacra de Rege Salomone tanquam prodigiosè abominandum memo-
3. Regum cap. 11. rat, quod fuerunt ei *vxores quaſi reginæ ſeptingentæ, & concubinæ trecentæ*, id veſtris principibus cõſuetudine & inſigni humaniſſimi Prophetæ veſtri indulgentia tritum iam factum eſt & ordinarium. Et adhuc tamen multo longius prouehitur veſtra hoc in genere turpitudo & impuritas Illa ſiquidem veſtra diuortiorum leuiſſimis de cauſis crebritas, & vxorum mutatio facit, vt iure meritoque exiſtimem totum veſtrum Alcoranum, eiuſque authorem Mahometem eò ſpectare, non vt pietati, ſed ſpurcitię, non ſpiritui, ſed carni, non vni Deo cœli, ſed vt ventri & Veneri & Cupidini ſeruiatur, hominumque impotentium immoderatæ intemperantiæ quàm laxiſſimæ remittantur habenæ. Non is ego ſum, qui omnes coniugiorum dirimendorum cauſas in Alcorano, Suna, Aſear, reliquiſque traditionum veſtrarum libris poſitas ſingulatim perſequi & enumerare poſſim: ſed fidẽter dixero illas duas ſterilitates & morum improbitatis cuique notiſſimas, hominibus veſtris abundè ſufficere: ex eoque fieri, vt apud vos nõ magis firma ſint virorum & vxorum cõiugia, quàm impuri vulgò proſtitutarum
Azoar. 8. & ſcortatorum amores. Quanquam abundantius quiddam videtur Legislator ipſe vobis cõcedere, qui quo in capite gratiosè admodum præcipit, *vxores quotieſcunque placuerit, duas ſcilicet, tres aut quatuor ducite, niſi timueritis eas nullatenus pacificare poſſe, &c.* eodem in loco valdè benignè quidem & liberaliter adiungit: *Cùm contigerit vobis eas non diligere, vnam pro alia mutare licet.* Ex quibus illud effici video, æquè leuibus de cauſis apud vos matrimonia ſolemnia diſſolui, vxoreſque à viris ſuis reijci, quàm apud nos moroſi & imperioſi domini ſuos ex ædibus famulos famulaſque ſibi non ad nutum ſeruientes expellunt. An verò tu Michæa (quem ego hominẽ prudentem & æquum arbitror) ita Alcorani tui cæco amore corriperis, vt hanc tuorum diſſolutam licentiam noſtrorum coniugiorũ caſtitati & moderationi audeas comparare? Certè etiamſi reliqua omnia eſſent paria, vel hoc tamen vnum eiuſmodi eſt, vt apud hominem quemcunq; ſobria mente præditum Alcoranũ tuum præ Euangelio noſtro neceſſe ſit prorſus ſordeſcere. MICHAEAS. Quæ de baptiſmo congeris Samuel, à propoſito ſunt aliena. Neq; enim quæritur, quid nos duo nouum confingere & excogitare poſſimus, ſed quid ſit in diſciplina & fide Alcorani noſtri; vel Euangelij veſtri potiſſimum

Bellon. des ſingu. lib. 3. cap. 10.

mum iuxta Eccleſiæ Anglicanæ normam. Neq; tamen ſi admiſero fictionem tuam, quam putas eſſe maximè *Zuinglianam*, omnia ſtatim abſurda tolletur. Nam neq; vetabis, quin baptiſmum repetere liceat, neque quin nos de baptiſmo diuinitus quam vos ſentiamus, quæ duo ego imprimis mihi comprobanda propoſui. Si enim baptiſmus nihil ſit quàm *externa nota, externa*, vt *teſſera* militaris, vt *ſignũ* ciuis, vt *cucullus* monaſticus, nihil impediet, quin iterum atque iterum poſſit repeti. quod in his omnibus vſu venit. Atque hoc verbatim infert Muſculus: *Si* (inquit ille) *baptiſma nihil ſit aliud, tum poteſt toties iterari, quoties quis voluerit, ſicuti olim iterabantur legales Iudaeorum purificationes, inter quas & hunc baptiſmum* (*iuxta quorundam ſententiam*) *nihil eſt diſcriminis, ſicut item Monachorum cuculli renouantur, quos tanquam profeſſionis ſuæ ſimbola geſtant*. Deinde quin noſtra de baptiſmo fides ſit diuinior, non eſt obſcurum, quum noſtrum hunc ad peccata eluenda valere credamus: vobis autem veſter eſt tantum externa, & carnalis vel ciuilis ceremonia, quę neſcio an omnino religioſa dici poterit, ad animam certè purgandam, ſanctificandam, vt labecula vel minima liberandam prorſus eſt inutilis. Verum in eo quod ſequitur, valdè magno pręiudicio nos grauari putas. Libidini enim nimium frena laxam⁹, & ſic ſaltem veſtri Euangelij continentia Alcorani licentiam multis paraſangis ſuperat. Vtinam verò recordatus eſſes illius adagij, *Loripedem rectus*; non ita fortaſſis inſolenter de Euangelij caſtitate contra Alcoranum triumphares, quem ego manifeſtis argumẽtis demonſtrabo, multò magis hominum libidines frenare, quam Euangelium veſtrum. Primum enim illud ſimpliciter, & bona fide teſtari auſim, adulteria multò eſſe apud nos, quàm in veſtris prouincijs rariora: quod & veſtri ſcriptores fatentur. Cuius rei cauſa vna eſt in promptu, quia fœminæ noſtræ domi perpetuò ferè morãtur, rariſſimè prodeunt in publicum. Et ſi quãdo prodeunt, ita modeſtè incedunt ſimplici veſtitu, velataque facie, vt à nemine poſſint conſpici, nec quemquam prorſus alloquantur, ita vt hoc modo longè maxima fœminas ad adulteria & illicitos amores ſolicitandi prę̨cidatur occaſio. Huius rei non alium appello teſtem, quàm teipſum, qui quũ quotidie per huius vrbis plateas vageris, pauciſſimas tamen vllius generis, nullas certe Turcicas vnquam fœminas tibi obuias eſſe factas, ſi ut ſcio fateberis. Et hac quidem ex parte illuſtre & honorificum eſt teſtimonium, quod hiſtorici veſtri noſtris fœminis præbent, quas fatentur etiam

Muſculus in locis cõmunibus. cap. de baptiſmo. pa. 302.

Cuſpinianus de Turcarum religione & Septencaſtrenſis ca. 14. 15. Mũſter. Coſmograph. li. 4. pag. 975.

in de-

ipſam caſtitatem externam audebis dominorum veſtrorum ſiue ſpiritualium, ſiue temporalium vxoribus vendicare? nonnè ſi ab aula incipias, & per Comitum & Epiſcoporum vxores deſcendas, alios præter maritos cum veſtris magnis Heroinis & Epiſcoporum fœminis ſermocinari familiariter, & aliquid fortaſſe alius quam ſermocinari fateberis? An Superintendẽtium veſtrorum vxores præuaricari putas *impoſſibile*? Ipſi quidem mariti longè aliter ſentiunt, & publica fama longè aliud teſtatur. Sed hac in parte noſtræ vobiſcum comparationis nõ hærebo diutius, neque ſuffragia vlla vel noſtrorum, vel etiam veſtrorũ hiſtoricorum corrogabo, vnicũ illud ſi dixero quod eſt notiſſimum, Alcorani noſtri præſcripto diſertè caueri, ne vnquam fœmina in publicum prodeat aperta facie, idq; à noſtris tam ſtudiosè ſeruatur, vt ſi quando prodeant fœminæ, quod faciunt nonnunquam, ſemper comitatæ, nimirum cum vicinis commeantes ad Moſqueas, vel ad balnea, vel ad ſepulchra pro parentum animabus oraturæ, ita ſe diligenter obuelant & operiunt, vt non dico, proximi & familiares illis occurrentes, ſed nec ipſe maritus vxorem ſuam poſſit internoſcere. Et quamuis Imperator noſter habeat ſexcẽtas vel etiam plures fœminas, tanta tamen eſt earum vel ſua ſponte caſtitas, vel ſumma erga Dominum reuerentia, vel egregia Eunuchorum fidelitas, vel ſacroſancta legis obſeruantia, vt minus laboret Princeps noſter in tuenda ſexcẽtarum ſuarum pudicitia, quã veſter rex quicunque (exempli gratia Henricus 8. etiam tum, quum ſe ſupremum Eccleſiæ caput conſtituiſſet) in vna ſua vxore à vagis libidinibus, & amatoribus coërcenda. Quamquã hæc nulla ex parte ſimilia, inter ſe ineptè admodum & iniquè confero. Nunquam enim vel fando auditum eſt vlla hominum memoria, temporibus vel Baiazetis, aut Selymi 1. aut Solymanni, aut poſterioris Selymi tot annorum ſpatio ex tanto numero ſelectiſſimarum heroidum, quæ in Serralio ſplendidè & perhonorificè viuunt, vel vnam laſciuientem ſe præbuiſſe alteri viro corrumpendam, quum de veſtra Henrici regis vxore publica regni monumenta longè ſecus loquantur. At crebra apud nos permittuntur diuortia, & polygamia multiplex, quo nihil eſt fœdius. De diuortijs dicam poſtea, Polygamia autem ſi tam fœda eſſet, nunquam in lege non tantùm duro corde homines eam admiſiſſent, vti vos aliquando ſoletis reſpondere; ſed etiam homines optimi ſanctiſſimique, & electi ſecundum cor Dei ea fuiſſent

Azoar. 34 Poſtell. de la Republique des Turcs. pag. 13. 14. Bellon. lib. 2. cap. 35.

Parlam. Henrici 8. Anno 28. & ann. 33.

fuiſſent vſi. Neque enim ab ea abhorruit Dauid magnus & excellens propheta, non prudentiſſimi reges, non diuiniſſimi Pontifices, qui Dei ipſius iuſſu erant ſummi religionum & ſacrorum præſides, eiuſque voluntatis interpretes. Ecquis vero aliquando maior extitit Abrahamo, in cuius ſemine omnes terrarum orbis nationes erant benedicendæ? Ecquis admirabilior Iacobo, aut Patriarchis duodecim, qui & à veſtris quoque Apoſtolis tantopere commendantur, qui tamen polygamiam non ſunt dedignati? Neque verò ſcriptura ſacra Salomoni tam vitio vertit, quod tot vxores habuerit, quemadmodum tu Samuel perperam imaginaris, quàm quòd eas duxerit, quibus ei per expreſſam Dei legem interdictum erat. Sic enim ſcribitur, *quod amauit mulieres alienigenas, Ammonitidas, Moabitidas, Idumæas, & Sidonias, de gentibus, ſuper quibus dixit Dominus filijs Iſrael, non ingrediemini ad eas, certiſſimè enim auertent corda veſtra, vt ſequamini Deos earum.* Et mox: *Deprauatũ eſt cor eius per iſtas mulieres vt ſequeretur Deos alienos, Aſtrathen Deam Sidoniarum, & Camos Deum Moabitarum, & Moloch idolum Ammonitarum.* Hanc nimirum coniunctionem cum fœminis idololatricis, & quas Deus ipſe tam diſertè populo ſuo prohibuerat, hanc deprauationem cordis & auerſionem à Deo verò ad idolorum & dæmonum cultum damnat in Salomone ſcriptura, & non ſimplicẽ vxorum multitudinem, quod totum à principibus noſtris longiſſimè abeſt, in cuius palatio quantuſcunque ſit fœminarum numerus, illæ omnes ad vnius Dei cultum iuxta Alcorani ſententiã informantur, nec vnquam ad complexus Principis aſſumuntur, priuſquam apertam & voluntariam Alcorani profeſſionem fecerint, vt iam nec illæ ſint alterius quam Princeps religionis, nec quicquam omnino ſit timendum de corde Principis noſtri per eas ad alienam religionem auertendo. Nam alioqui quod ſocietas plurimarum Iudaicæ profeſſionis vxorum Deo non diſplicuerit, manifeſtum eſt ex patre Salomonis Dauide, cui dominus ipſe ſe plurimas eiuſmodi *in ſinũ* dediſſe per Nathanem Prophetam teſtatur. At (inquis) Chriſtus in Euangelio vxorum multitudini modum poſuit, & illam veterem Moſaicæ legis largitatem reſtrinxit. Si quidem clarum, euidens, & manifeſtum interdictum proferre poſſes, libenter Chriſtum loquentem attenderem. At quum meras coniecturas, & probabilitates conſectemini, potiſſimum verò inſiſtatis Eccleſiæ cõſuetudini, interpretationibus Patrum, & Conciliorum decretis, quæ nos iam antea communi conſenſu exploſimus, patere

1. Reg. 13. 14. *Geneſ. 15.* *Geneſ. 16. & 25.* *Heb. 11.* *3. Reg. 11.* *Poſtell. de la republique des Turcs.* *2. Regum 12. v. 8.*

Digitized by Google

tere nos perſpicuis omnipotentis Dei legibus, & clariſſimis Patriarcharum & Prophetarum exemplis dirigi, dum vos interea dubijs in ſuſpicionibus & verborum captionibus, quæ nec veſtris ſatisfaciunt Euangelicis, & Eccleſiæ Pontificumque, quos ipſi vos contemnitis, ſanctionibus contrarium ſuadere fruſtra laboratis. Non ignoro à vobis ſententiarum ſacræ ſcripturæ, præſertim Teſtamenti noui inciſa & membra quędam obſcuriora contra polygamiam vrgeri, ſed quæ egregius vir Bernardinus Ochinus in ſuis illis præclaris dialogis ita diſſoluit, vt apud indifferentem lectorem non multum ponderis ſint habitura. Contra quem propterea ſcripſit Beza, ſed ita friuolè & inaniter, vt iocularem potius præuaricatorem, quā ſerium & ſeuerum oppugnatorem agere videatur, & quod in initio libelli ipſe Ochino reddit teſtimonium, facilè declarat, quàm in eo opere excellenter Ochinus ſe geſſerit. *Poligamiam* (inquit Beza) *nemo vnquam callidius defendit quàm Bernardinus Ochinus quibuſdā dialogis à bono illo viro Sebaſtiano Caſtalione conuerſis.* Quod autem Beza vocat calliditatem, illud ego interpretor ingeniū, acumen, perſpicacitatem, prudentiā. Quos dialogos ſi conſideratè perlegeris, intelliges non adeo inuicta eſſe illa Euangelij loca, quibus tui ius polygamiæ conantur labefacere. Ad quam ſtabiliendam neſcio quid fortiùs vel tu ipſe requirere poteris, quàm quod à veſtris domi Euangelicis factitatum veſtri item ſcriptores tradiderunt. Celebratur nimirum vbique hiſtoria Monaſterienſis, in qua præclara VVeſtphaliæ vrbe egregius vir & Luthero valdè probatus, Bernardus Rotmannus *frequenti præſtantiorum ciuium auditorio & populo applaudente Euangelium docebat* tanto cum fructu & Euangelicorum hominum incremento, vt paucis poſt diebus vi à Pontificijs templa ad conciones ſuas extorſerit (nam antea in plateis & porticibus prædicare conſueuerat) & mox ipſos Pontificios vrbe tota expulerit. *Mittit deinceps in vicinam Haſſiam Lantgrauianæ ditionis, petens aliquot viros bonos atque doctos ad ſe mitti, qui vna ſecum Euangelij ſementem faciant.* Quod & impetratum eſt. Vbi iam aliquot ſeptimanas prædicaſſent, & tota ciuitas ad Euangelij doctrinam flagrante zelo incumberet, mox quidam ad maiorem Euangelicę veritatis perfectionem tendentes (quod perpetuò Euangelium veſtrum tanquam vmbra corpus conſequitur, vt ſupra ſemel atque iterum admonui, & in poſterum ſæpius dicendum eſt) aliquot etiam Alcorani noſtri articulos introducere laborarunt. Cuius negotij princeps vbi in concionem progreſſus

Ochinus lib. 2. dialogo. de polygamia. 21.

Beza de polygamia pag. 1.

Exemplū decidendi controuerſias proteſtanticè ex ſolo ſcripto verbo.

Sleidan. libr. 10. an. 31.

quidem, neque tamen reperio, quod ſit in oratione tua
reprehendendum. Video exortum aliunde errorem, &
etiam fortaſſe quemadmodum eidem ſit medendum; &
plurimum fallor, illa magnifica baptiſmi elogia, quæ in
ſtarum & Lutheranorum ſcriptis de hoc ſigno nimiſ amb
sè iactantur, ſunt penitus remouenda, neque deinceps in
ptiſmo conferendo regenerandi, purgandi, ſanctificandi
ſignandi electionem & adoptionem, & conferendi gratia
liorum, aliqua facienda eſt mentio. Cum enim ex æterna
prædeſtinatione & reprobatione omnia ſimpliciter pend
(quod video maximè generali noſtrorum omnium conſ
ſtatui) & deinde cũ certum ſit, quod regenerationem, &
ctificationem, & electionem, & adoptionem, & gratia
obſignationem quoq; prædeſtinati ſecum ex ytero mat
deferant, nec à baptiſmo mutuētur: iſta autem omnia re
bi neque in vteris matrum, neque in baptiſmi fonte reper
(hoc etenim pleri que omnes ſcriptores Euangelici vrgen
eſt à noſtris Anglicis Doctoribus in Turrẽſi contra Cam
num Ieſuitam diſputatione definitũ, videlicet; *eos omnes*
baptiZantur, non eſſe filios Dei, quia non habent omnes ſpir
adoptionis; & pueri baptizati, niſi ſint a Deo electi, baptiſm
non poteſt efficere illius filios) hęc duo quãdo ita ſe habent,
ſtaret, vt mihi videtur omnem gratiæ & ſanctificationis
moriam à baptiſmo excludere, quia hoc etiam apud no
non minus firmum & indubitatum eſt, externa iſta ſign
internam gratiam conferendam nihil penitus valere. Q
mallem dici deinceps, baptiſmum eſſe ſignum, vel notam
teſſeram, qua quis in Eccleſiæ communionem, & publi
Chriſtianorum cætum recipitur; cætera autem occulta, a
ptionem, & gratiam, & ſanctitatẽ, & reliqua eius generis,
abſconditæ voluntati & prædeſtinationi relinqui. Et hoc
dem video maximè probari Hulderico Zuinglio, cuius de
ptiſmo doctrina mihi videtur reliquis facilior, cõſtãtior, &
cioribus difficultatibus implicata; ad quã proximè acced
Caluinus, Beza & Geneuẽſes. Zuinglius aũt ita definit bap
mum, vt de iſtis internis purgationibus, & gratijs, & ablu
nibus ne verbum quidem: baptiſmi autem vim totam re
ad externum Chriſtianorum cætum, quibus baptiſmus e
gnum, hominem vel infantem baptizatum ad eorum iam
cietatem aggregari, vel quo fit externa profeſſio Chriſtia
religionis. Nunquam enim ferè apud eum reperias alias
ptiſmi deſcriptiones, quam quod *Baptiſmus eſt ſignum, vel*

Diſputatio in Turre Londinenſi die 2.

remo

remonia initialis, quales ſunt quas Græci τελετὰς *vocare conſueuerunt. Cuius generis illud quoque dicere poſſumus, quod iuniores monaſteria ingreſſi cucullis primum amiciuntur.* Et rurſus. *Baptiſmus eſt initiale ſignum & cæremonia tantum externa, qua ſignificatur aliquem hominem Chriſto iam addictum & initiatum eum ſequi velle, perinde ac ſi miles aliquis Imperatori ſuo nomen dans, militiæ ſeſe obſtringit.* Iterum. *Quum ſingulis gentibus & politicis ciuium ſocietatibus ſua ſigna ſint, quibus & ſe cognoſcendos præbent, & ſui officij admonentur; Deus carnis noſtræ infirmitati nonnihil concedens & ſe accommodans, etiam populo ſuo peculiaria ſigna dare voluit, nulla alia de cauſa niſi tantum, vt eſſent externa ſigna. Quum interim, vt Paulus 1. Cor. 8. ait: Neq; ſi comedamus, aliquid nobis ſupereſt, neque ſi non comedamus, quicquam nobis deeſt, ſic etiam baptiſmus nos nihilo præſtãtiores vel ſanctiores reddit.* Hoc autem modo ſi doctrina de baptiſmo traderetur, illa omnia quæ tu colligis abſurda, grauia quidem & Chriſtianis hominibus indigna, ſtatim euaneſcerent. Nihil enim eſt iſtorum quæ *Zuinglius* requirit, quod nõ ex æquo & reprobis & electis conueniat. Omnes illis tanquã *monaſticis* baptiſmi *cucullis amiciũtur:* omnes *Imperatori* Chriſto *nomina dant*, & *militiæ* Chriſtianæ *ſeſe obſtringunt.* Hæc quidem manifeſta ſunt, & in promptu; illa verò alta & abſtruſa myſteria de adoptione & prædeſtinatione (ſi hanc Zuinglij doctrinam ſequeremur) in quæſtionem nunquam venirent.

Zuinglius Tom. 2. libr. de baptiſmo. tracta. 1 f 62. Ibid. f. 67. 70. 71. Ibi. tract. 3. fol. 84.

In concluſione libri Ibid fo. 98.

ARGVMENTVM

CAPITIS DECIMI.

Quoad res carnales & venereas obijcit Samuel Turcas, qui multas vxores ducunt, & crebra diuortia permittunt, omniaq́ue ad libidinem referunt exemplo Mahumetis Prophetæ qui multas ſimul vxores habuit & cõcubinas, ab Euangelicorum moderatione longè ſuperari: & hic ſaltem putat Micheam ſine contradictione ceſſurum. De quibus agens Micheas poſt confutata quæ Samuel de baptiſmo commentus erat, in genere oſtẽdit polygamiam non eſſe malam, ſed à Deo in veteribus Patriarchis probatam, & cum Euangelicorum doctrina & praxi valde cõgruentem: Deinde apud Turcas omnia ad caſtitatem magis referri, omniaq́ue luxuriæ inſtrumenta, vinum, epulas, aliaq́; huiuſmodi magis prohiberi, quam apud Euangelicos,

 qui

Deum enim hæc ſibi omnia conceſſiſſe audaciſſimè gloriabatur, omnia dico ſua adulteria, ſcortationes & libidines Deo aſcribebat magiſtro & auſpici: qui quo magis viriliter, vt vos dicitis, ſed beluinè, vt res ipſa loquitur, inſtar tauri alicuiꝰ, aut apri tam inſignis Propheta opus illud vxorium poſſet præſtare, ei vni decem aliorum Prophetarum in coëundo virtutem & fortitudinem tribuerat, quem in hac vxorum multitudine imitati ſunt eius ſucceſſores Eubocarg, Homar, & cæteri. A talibus autem præceptoribus & Apoſtolis qualem caſtitatem vniuerſa natio veſtra hauſerit, quid opus eſt curioſius narrare, quando toti mundo eſt apertiſſimum? Quis enim eſt ex ciuibus paulò ditiori bus, qui non tres aut quatuor fœminas ſibi, vni more veſtro ad libidinem explendam iugatas habeat. Vt taceam multò plures ſeruas, quarum nullus lege veſtra ſtatuitur modus. Nam qui loco ſunt celſiore, vt Sangiacchi, Bellerbei, Baſſæ & ſimiles, ij quadraginta, aut quinquaginta vxores diſtinctis domib. concluſas, & ab Eunuchis attentiſſimè ſeruatas (incredibilis eſt enim veſtrorum zelotypia) poſſident, vt à veſtris etiam hominibus aliquando accepi. Quod ſi priuatorum hominum tanta ſit licentia, in ipſo Principe & Monarcha, cui omnia licent, & qui eſt abſolutus omnium non magis opum & bonorum, quam corporum & perſonarum dominus, quanto infinitior & effrenatior lege veſtra conceditur libidinandi facultas. Nam illud ego te Michæa notare velim (quo iam antea præoccupem multa, quæ tu fortaſſe alias dicturus eſſes) me non agere de certorum apud vos hominum vita & moribus flagitioſis à lege aberrantibus, ſed de eo quod inſtitutis Alcorani, id eſt, Euangelij veſtri æquum & licitum, imò honorabile quodammodo & laudabile habetur. Audiui aliquando à quodam viro bono & docto, qui magnam partem Africæ, nominatim regnum Feſſenſe luſtrauerat, Regem Feſſæ (qua in vrbe diligentiſſimè, ſi vſpiam, docetur Alcoranus, & feruet profeſſio Mahumetana, & quæ celebritate numeroque Moſquearum omnibus alijs Mahumetanæ religionis vrbibus præſtare dicitur) ducentas habuiſſe in vno palatio vxores. Quamquam illud non ita valde mirandum, ſi veſtrum in hac vrbe dominum intueamur, in cuius vnico hoc Serraijo Conſtantinopolitano hodierno die plus quam trecentæ ad vnius libidinem ſatiandam aſſeruatæ feruntur, vel virgines, vel meretrices, vel vxores, nec .n. mihi liquet, quo ſint vocabulo nũcupandæ. Quod ſi vnicum hoc Serralium talium ſponſarũ tantum gregẽ ſubminiſtrat in Serralijs Adrianopolis, Pruſæ,

Magne-

Azoar. 43 Tibi Propheta omnes mulieres fruendas conſtituimus, hocq; tibi permittitur.

Vide Clenard. in epiſtolis. & Bellon. lib. 3. cap. 8.

Poſtell. de la republ. des Turcs pag. 6.

Clenard. in epiſtolis peregrinationum.

Poſtell. vbi ſupra.

Magneſiæ, & alijs mihi penitus ignotis quantam mult
nem credibile eſt eſſe congeſtam? Ita quod ſcriptura ſa
Rege Salomone tanquam prodigioſè abominandum n
3. Regum cap. 11. rat, quod fuerunt ei *vxores quaſi reginæ ſeptingentæ*, *&*
binæ trecentæ, id veſtris principibus cõſuetudine & in lig
maniſſimi Prophetæ veſtri indulgentia tritum iam fact
& ordinarium. Et adhuc tamen multo longius prouehi
ſtra hoc in genere turpitudo & impuritas Illa ſiquidem
diuortiorum leuiſſimis de cauſis crebritas, & vxorum
tio facit, vt iure meritoque exiſtimem totum veſtrum A
num, eiuſque authorem Mahometem eò ſpectare, non
tati, ſed ſpurcitię, non ſpiritui, ſed carni, non vni Deo co
vt ventri & Veneri & Cupidini ſeruiatur, hominumque
tentium immoderatæ intemperantiæ quàm laxiſſimæ r
tantur habenæ. Non is ego ſum, qui omnes coniugioru
rimendorum cauſas in Alcorano, Suna, Aſear, reliquiſq
ditionum veſtrarum libris poſitas ſingulatim perſequi &
merare poſſim: ſed fidẽter dixero illas duas ſterilitates &
rum improbitatis cuique notiſſimas, hominibus veſtris a
dè ſufficere: ex eoque fieri, vt apud vos nõ magis firma ſi
rorum & vxorum cõiugia, quàm impuri vulgò proſtitut
Azoar. 8. & ſcortatorum amores. Quanquam abundantius quid
videtur Legislator ipſe vobis cõcedere, qui quo in capite
tioſè admodum præcipit, *vxores quotieſcunque placuerit*
ſcilicet, tres aut quatuor ducite, niſi timueritis eas nullatenus
Bellon. des ſingu. lib. 3. cap. 10. *cificare poſſe, &c.* eodem in loco valdè benignè quidem &
raliter adiungit: *Cùm contigerit vobis eas non diligere*, v
pro alia mutare licet. Ex quibus illud effici video, æquè
bus de cauſis apud vos matrimonia ſolemnia diſſolui, vx
que à viris ſuis reijci, quàm apud nos moroſi & imperioſ
mini ſuos ex ædibus famulos famulaſque ſibi non ad nu
ſeruientes expellunt. An verò tu Michæa (quem ego ho
prudentem & æquum arbitror) ita Alcorani tui cæco a
corriperis, vt hanc tuorum diſſolutam licentiam noſtr
coniugiorũ caſtitati & moderationi audeas comparare?
rè etiamſi reliqua omnia eſſent paria, vel hoc tamen vnu
iuſmodi eſt, vt apud hominem quemcunq; ſobria mente
ditum Alcoranũ tuum præ Euangelio noſtro neceſſe ſit
ſus ſordeſcere. MICHAEAS. Quæ de baptiſmo congeri
muel, à propoſito ſunt aliena. Neq; enim quæritur, quid
duo nouum confingere & excogitare poſſimus, ſed quid
diſciplina & fide Alcorani noſtri; vel Euangelij veſtri po

n

mum iuxta Eccleſiæ Anglicanæ normam. Neq; tamen ſi admiſero fictionem tuam, quam putas eſſe maximè Zuinglianam, omnia ſtatim abſurda tollêtur. Nam neq; vetabis, quin baptiſmum repetere liceat, neque quin nos de baptiſmo diuinitus quam vos ſentiamus, quæ duo ego imprimis mihi comprobanda propoſui. Si enim baptiſmus nihil ſit quàm *externa nota, externa*, vt *teſſera* militaris, vt *ſignũ* ciuis, vt *cucullus* monaſticus, nihil impediet, quin iterum atque iterum poſſit repeti, quod in his omnibus vſu venit. Atque hoc verbatim infert Muſculus: *Si (inquit ille) baptiſma nihil ſit aliud, tum poteſt toties iterari, quoties quis voluerit, ſicuti olim iterabantur legales Iudæorum purificationes, inter quas & hunc baptiſmum (iuxta quorundam ſententiam) nihil eſt diſcriminis, ſicut item Monachorum cuculli renouantur, quos tanquam profeſſionis ſuæ ſimbola geſtant.* Deinde quin noſtra de baptiſmo fides ſit diuinior, non eſt obſcurum, quum noſtrum hunc ad peccata eluenda valere credamus: vobis autem veſter eſt tantum externa, & carnalis vel ciuilis ceremonia, quę neſcio an omnino religioſa dici poterit, ad animam certè purgandam, ſanctificandam, vt labecula vel minima liberandam prorſus eſt inutilis.

Verum in eo quod ſequitur, valdè magno præiudicio nos grauari putas. Libidini enim nimium fræna laxamꝰ, & ſic ſaltem veſtri Euangelij continentia Alcorani licentiam multis paraſangis ſuperat. Vtinam verò recordatus eſſes illius adagij, *Loripidem rectus*; non ita fortaſſis inſolenter de Euangelij caſtitate contra Alcoranum triumphares, quem ego manifeſtis argumẽtis demonſtrabo, multò magis hominum libidines frenare, quam Euangelium veſtrum. Primum enim illud ſimpliciter, & bona fide teſtari auſim, adulteria multò eſſe apud nos, quàm in veſtris prouincijs rariora: quod & veſtri ſcriptores fatentur. Cuius rei cauſa vna eſt in promptu, quia fœminæ noſtræ domi perpetuò ferè morãtur, rariſſimè prodeunt in pubblicum. Et ſi quando prodeunt, ita modeſtè incedunt ſimplici veſtitu, velataque facie, vt à nemine poſſint conſpici, nec quemquam prorſus alloquantur, ita vt hoc modo longè maxima fœminas ad adulteria & illicitos amores ſolicitandi pręcidatur occaſio. Huius rei non alium appello teſtem, quàm teipſum, qui quũ quotidie per huius vrbis plateas vageris, pauciſſimas tamen vllius generis, nullas certe Turcicas vnquam fœminas tibi obuias eſſe factas, ſicut ſcio fateberis. Et hac quidem ex parte illuſtre & honorificum eſt teſtimonium, quod hiſtorici veſtri noſtris fœminis præbent, quas fatentur etiam

Muſculus in locis cõmunibus. cap. de baptiſmo. pa. 302.

Cuſpinianus de Turcarum religione & Septencaſtrenſis ca. 14. 15. Mũſter. Coſmograph. li. 4. pag. 975.

in de-

ipſam caſtitatem externam audebis dominorum veſtrorum ſiue ſpiritualium, ſiue temporalium vxoribus vendicare? nonnè ſi ab aula incipias, & per Comitum & Epiſcoporum vxores deſcendas, alios præter maritos cum veſtris magnis Heroinis & Epiſcoporum fœminis ſermocinari familiariter, & aliquid fortaſſe alius quam ſermocinari fateberis? An Superintendẽtium veſtrorum vxores præuaricari putas *impoſſibile*? Ipſi quidem mariti longè aliter ſentiunt, & publica fama longè aliud teſtatur. Sed hac in parte noſtræ vobiſcum comparationis nõ hærebo diutius, neque ſuffragia vlla vel noſtrorum, vel etiam veſtrorũ hiſtoricorum corrogabo, vnicũ illud ſi dixero quod eſt notiſſimum, Alcorani noſtri præſcripto diſertè caueri, ne vnquam fœmina in publicum prodeat aperta facie, idq; à noſtris tam ſtudioſè ſeruatur, vt ſi quando prodeant fœminæ, quod faciunt nonnunquam, ſemper comitatæ, nimirum cum vicinis commeantes ad Moſqueas, vel ad balnea, vel ad ſepulchra pro parentum animabus oraturæ, ita ſe diligenter obuelant & operiunt, vt non dico, proximi & familiares illis occurrentes, ſed nec ipſe maritus vxorem ſuam poſſit internoſcere. Et quamuis Imperator noſter habeat ſexcẽtas vel etiam plures fœminas, tanta tamen eſt earum vel ſua ſponte caſtitas, vel ſumma erga Dominum reuerentia, vel egregia Eunuchorum fidelitas, vel ſacroſancta legis obſeruantia, vt minus laboret Princeps noſter in tuenda ſexcẽtarum ſuarum pudicitia, quã veſter rex quicunque (exempli gratia Henricus 8. etiam tum, quum ſe ſupremum Eccleſiæ caput conſtituiſſet) in vna ſua vxore à vagis libidinibus, & amatoribus coërcenda. Quamquã hæc nulla ex parte ſimilia, inter ſe ineptè admodum & iniquè confero. Nunquam enim vel fando auditum eſt vlla hominum memoria, temporibus vel Baiazetis, aut Selymi 1. aut Solymanni, aut poſterioris Selymi tot annorum ſpatio ex tanto numero ſelectiſſimarum heroidum, quæ in Serralio ſplendidè & perhonorificè viuunt, vel vnam laſciuientem ſe præbuiſſe alteri viro corrumpendam, quum de veſtra Henrici regis vxore publica regni monumenta longè ſecus loquantur. At crebra apud nos permittuntur diuortia, & polygamia multiplex, quo nihil eſt fœdius. De diuortijs dicam poſtea. Polygamia autem ſi tam fœda eſſet, nunquam in lege non tantùm duro corde homines eam admiſiſſent, vti vos aliquando ſoletis reſpondere; ſed etiam homines optimi ſanctiſſimique, & electi ſecundum cor Dei ea

fuiſſent

Azoar. 34

Poſtell. de la Republique des Turcs. pag. 13. 14.

Bellon. lib. 2. cap. 35.

Parlam. Henrici 8. Anno 28. & ann. 33.

tere nos perſpicuis omnipotentis Dei legibus, & clariſſimis Patriarcharum & Prophetarum exemplis dirigi, dum vos interea dubijs in ſuſpicionibus & verborum captionibus, quæ nec veſtris ſatisfaciunt Euangelicis, & Eccleſiæ Pontificumque, quos ipſi vos contemnitis, ſanctionibus contrarium ſuadere fruſtra laboratis. Non ignoro à vobis ſententiarum ſacræ ſcripturæ, præſertim Teſtamenti noui inciſa & membra quędam obſcuriora contra polygamiam vrgeri, ſed quæ egregius vir Bernardinus Ochinus in ſuis illis præclaris dialogis ita diſſoluit, vt apud indifferentem lectorem non multum ponderis ſint habitura. Contra quem propterea ſcripſit Beza, ſed ita friuolè & inaniter, vt iocularem potius præuaricatorem, quã ſerium & ſeuerum oppugnatorem agere videatur, & quod in initio libelli ipſe Ochino reddit teſtimonium, facilè declarat, quàm in eo opere excellenter Ochinus ſe geſſerit. *Poligamiam* (inquit Beza) *nemo vnquam callidius defendit quàm Bernardinus Ochinus quibuſdã dialogis à bono illo viro Sebaſtiano Caſtalione conuerſis.* Quod autem Beza vocat calliditatem, illud ego interpretor ingeniũ, acumen, perſpicacitatem, prudentiã. Quos dialogos ſi conſideratè perlegeris, intelliges non adeo inuicta eſſe illa Euangelij loca, quibus tui ius polygamiæ conantur labefacere. Ad quam ſtabiliendam neſcio quid fortiùs vel tu ipſe requirere poteris, quàm quod à veſtris domi Euangelicis factitatum veſtri item ſcriptores tradiderunt. Celebratur nimirum vbique hiſtoria Monaſterienſis, in qua præclara VVeſtphaliæ vrbe egregius vir & Luthero valdè probatus, Bernardus Rotmannus *frequenti præſtantiorum ciuium auditorio & populo applaudente Euangelium docebat* tanto cum fructu & Euangelicorum hominum incremento, vt paucis poſt diebus vi à Pontificijs templa ad conciones ſuas extorſerit (nam antea in plateis & porticibus prædicare conſueuerat) & mox ipſos Pontificios vrbe tota expulerit. *Mittit deinceps in vicinam Haſſiam Lantgrauianæ ditionis, petens aliquot viros bonos atque doctos ad ſe mitti, qui vna ſecum Euangelij ſementem faciant.* Quod & impetratum eſt. Vbi iam aliquot ſeptimanas prædicaſſent, & tota ciuitas ad Euangelij doctrinam flagranre zelo incumberet, mox quidam ad maiorem Euangelicę veritatis perfectionem tendentes (quod perpetuò Euangelium veſtrum tanquam vmbra corpus conſequitur, vt ſupra ſemel atque iterum admonui, & in poſterum ſæpius dicendum eſt) aliquot etiam Alcorani noſtri articulos introducere laborarunt. Cuius negotij princeps vbi in concionem progreſſus

Ochinus lib. 2. dialogo. de polygamia. 21.

Beza de polygamia pag. 1.

Exemplũ decidendi controuerſias proteſtanticè ex ſolo ſcripto verbo.

Sleidan. libr. 10. an. 31.

illud Euangeliſtis reliquis ſignificaſſet, & inter reliqua aſſe-
Sleidan. vbi ſupra. uiſſet, *virum nō eſſe deuinctum vni coniugi, ſed licere quantum-uis multas in matrimonium ducere*; & ſimul requireret, hoc falſum eſſet, *ſcripturarum teſtimonio refutari* id ſi fieri non poſſet, vt omnes eam fidem tanquam ſcripturis diuinis congruentem ſuis calculis approbarent, poſtquam contra hoc prædicatores illi viri doctiſſimi aliquandiu acriter depugnaſſent, ad extremum victi ſuccubuerunt, & in eandem cum reliquis illis ſententiam vnanimes abierunt, & præcipuè Rotmannus quātus vir? alter nimirum eius ciuitatis Apoſtolus, eam fidem vt longè optimam & ſanctiſſimam varijs ſcripturæ locis ſuadebat.

Hortēſius Montfort. de tumultibus Anabaptiſtarū. Sleidan. vbi ſupra. Quare *vnuſquiſque ferè è vulgo quinas duxit vxores, multi ſenas, nonnulli ſeptem aut octo, ea lege præſcripta, vt maritus cum ſingulis cōſueſſeret, donec vterum geſtaret, deinde aliam quam vellet deligeret: Rex verò decem iuuenculas in vxores aſciuit, easq; quatuor ante ductis adiunxit.* In hac ergo fide ciuitas illa maximè Euangelica perſtitit, quamdiu perſtitit in Euangelio, & hanc fidem vnà cum Euangelio Papiſtæ ex ea profligarunt. Pro hac fide illi nobiles & inſignes Apoſtoli multos præclaros libros ediderunt: & quod magis eſt pro hac fide eorum multi medijs in ignibus animas ſuas Papiſtarum crudelitate reliquerunt. Et tu Samuel conſiſtorium aliquod huic quæſtioni decidendæ aptius deſiderabis, quàm hoc, vbi ea diuinis literis diu examinata, & libera Euangelicorum hominum diſputatione diligenter excuſſa eum habuit exitum, vt eius hoſtes argumentorum à ſacris literis petitorum perſpicuitate conuicti eam deſeruerint, & aduerſariam ſententiam, cui prius infeſti erant, mutata voluntate approbauerint? Relinquamus Monaſterium & Monaſterienſes, &

Beza. Martyr. Calu. &c. intueamur communes tuorum magiſtrorum Caluini, Bezæ, Martyris & ſimilium in Epiſtolas Pauli commētarios. Quando Apoſtolus requirit vt Epiſcopus ſit vnius vxoris vir, ecquid Papiſtarum ſenſu excludit ab eo officio, qui prima defuncta ſecundam, & ea elatā tertiam, vel etiam quartam & quintam vxorem habuerint? Nihil minus. Nam ita Epiſcopos veſtros digamos & trigamos eſſe honorificum eſt, & præclarum libertatis Euangelicæ ſpecimen. Quid ergo vult Apoſtolus? vt ille arceatur ab Epiſcopali onere, qui ſimul eodem tempore plures vxores habeat? Ex hoc Euangeliſtæ perfectiores illi, qui proficiunt in Euangeliſmi medulla intrinſeca eruenda,

Ochin. dialog. libr. 2. quid concludunt? Quod dum *Paulus Epiſcopis & diaconis plures vxores interdicit, cæteris tacitè concedit.* Accipe paulò clarius

Digitized by Google

rius concluſionem ex ea veſtra communi interpretatione nec improbabiliter deductam: *Pauli mens eſt hæc, vt Chriſtianis plures vxores habere liceat, at Epiſcopis nonniſi ſingulas, ne multitudo vxorum eos à populi ſalute prouocanda auocaret. Dum enim de Epiſcopis nominatim dicit ſe velle, vt vnam habeant, non plures, ne ſi plures habeant, nimium diſtrahantur mundanis negotijs, facile plures concedit cæteris.* Hoc quidem propoſito meo ſatis eſt, quia in nouo Teſtamento, non veteri tantùm iuxta tuos Præceptores animaduertis polygamiam noſtram comprobari. Sed progrediamur paulò vlterius, ne ſaltem vni hominum ordini, Miniſtris nimirum veſtris & Superintendentib. eam putemus interdictam. Quod ſi iure Euangelico multas ſimul vxores habere poterunt, quis ambigat de cæteris, multò plenius, facilius & ſecurius illud idem conſequi. Sic igitur iſti diſputare pergunt. *Fuit quidem in nouo fœdere Epiſcopis interdictum, ne plures vxores haberent, ſicut in antiquis Regibus ne multas haberent. non quia plures habere nefas eſſet, ſed ne ab vxoribus diſtracti corrumperentur. Quanquam illud credo* (nota egregiam & ſingularem commentationem) *quemadmodũ antiquitus interdictum eſt, ne Reges haberent multos equos, hoc eſt, multitudinem nimiam, videlicet ne equis confiſi Dei confidẽtia exciderent (nam aliqui plures equos habere concedebatur) ita quoque interdictum illud alterum non de pluribus vxoribus, ſed de immodica vxorum multitudine eſt intelligendum.* Ex qua concluſione conſtat non modò militibus, mercatoribus, proceribus, Principibus fas eſſe, vt multas ſimul vxores habeant, ſed ne Superintendentibus quidem veſtris hoc eſſe illicitum, modo ne *multudinem* earum *nimiam* coaceruent, modò ne tot fœminas quot equos, 50. nimirum aut 60. congregent, ſed minori numero quinario aut ſenario ſint contenti. Certè Lutherus Euangelij veſtri Princeps, hanc ipſam quæſtionem tractans de *Epiſcoporum bigamia*, diſertè ſtatuit polygamiam Iudaicam, vt nimirum quis hoc tempore veterum Iudæorum more multas ſimul vxores habeat, *non eſſe magis abrogatam quàm reliqua Moyſaica, hoc eſt eſſe liberam, nec præceptam, nec prohibitam.* Alibi quoque eandem quæſtionem diſputans, eodem prorſus modo reſpondet, vt quis plures ducat vxores, nec eſſe prohibitum, neque præceptum, & ſe quidem nolle hanc nouam conſuetudinem introducere, ſed nec reprobare poſſe. Quod ſi ego vel ex illa diſputatione Monaſterienſi, vel ex Ochini dialogis, vel ex tot accuratiſſimè ſcriptis Anabaptiſtarũ libris, vel etiã ex frigidis Theodori Bezæ contra

Dialog. 21. pag. 200. & 204.

Vbi ſupra pag. 204. 205.

Luther. de Bigam. Epiſcop. propoſit. 62. An. 28.

Luther. in Gen. ca. 16. Ienenſi.

Ochinum cauillationibus argumenta particularia huic noſtræ polygamiæ confirmandæ idonea, eaq; non humanis Patrum, aut Conciliorum, aut Pontificum Canonibus, ſed ſacris tantummodo literis innixa colligere velim, non dubito Samuel, quin tu quoq; aduerteres hanc noſtrorum Mahumetanorum polygamiam etiam tuis præſtantiſſimis Euangeliſtis egregiè probari. Cæterum quia hic non eſt locus punctis ſententiarum & verborum ſcripturæ cõcertandi, ſed fuſiore quadam & vberiore dicendi copia, illud ego me tibi, & omnibus demonſtraturum euidenter ſuſcipio, veſtrum Euangelium Alcorano noſtro ad incitandam Venerem, & inflãmandas libidines tanto præcurrere, quanto lentis Arcadiæ iumentis equi ex vento in Luſitania concepti pernicitate pedum ſunt velociores. Vide enim quemadmodum legibus & diſciplina tum Alcorani, tum Reipublicæ noſtræ nos ad virilem caſtitatem conformemur: vos autem ad ignauiam, ad licentiam, ad diſſolutos mores, & omnem nequitiam ruitis. Primum ecquid magis luxuriam fouet, quam frequens generoſi vini vſus? Noſti illud; *Sine Cerere & Libero frigere prorſus Venerem.* Et illud, *Inuitumq; ſenem latas agitare Choreas, Iudicioq; orbat ſapientem copia Bacchi*, & quod alter canit, *Vina parant animos Veneri*, & rurſus, *Vina parant animos, faciuntq; caloribus aptos.* Quod ſi vino adiunxeris inſtructas epulas, & ciborum delicatorum vſum, illiſque condiendis (quod multum valet ad irritandam gulam & luxum) exquiſita, longeque in vltimo Oriente aducta aromata, certum nimirum imperium Veneri collocaſti, & patentem planiſſimamque viam libidini conſtrauiſti. Hac enim multarum ciuitatum, multorum Principum & Ducum exemplis conſtat, ipſaque rei natura manifeſto perſpicitur, quando non aliter atque lignum ignis, arma belli, dieta ſanitatis, & crapula morborum, ſic iſta luxuriæ & petulantiæ propria ſunt materia, pabulum & fomentum. Superfluum eſt hoc ſingulis exemplis monſtrare, quando vniuersè in tota Romana & Græca hiſtoria nihil eſt vel magis frequens, vel magis euidens. *Aſiatica victoria* (inquiunt ſcriptores) *in Romam induxit lectos aratos, veſtem ſtragulam pretioſam. Tunc primum oblectamenta addita epulis, epula quoque ipſa, & cura, & ſumptu maiore apparari cœpta. Tum coquus viliſſimum antiquis mancipium & æſtimatione & vſu in pretio eſſe, & quod miniſterium fuerat, ars haberi cœpta.* Quid tum poſtea? *hæc erant ſemina futura luxuriæ.* Eodem tempore ingraueſcebat in vrbe Romana turpiſſima ſacrorum Bacchanalium

Plini. natural. hiſtoria li. 5. ca. 22. & li. 8. cap. 22.

Terentius

Atheneus.

Ouidius.

Liuius Decade 4. lib. 9.

Liuius Ibidem.

lium fœditas: *quibus nocturno tempore de more celebratis, & nox, & miſti fœminis mares, ætatis teneræ maioribus diſcrimen omne pudoris extinguebant, vbi corruptelæ omnis generis fiebant, vbi ſtupra promiſcua erant.* Cæterùm hæc ſacra adeo infanda à quibus initijs ducebantur, & quas habebant cauſas efficientes? *Religionem vini & epularum, quo plurium animi illicerentur.* Hæc nimirum indiuiduo nexu ſibi perpetuo cohærent & conſequuntur, vinum, epulæ, & libido; & vbi priora duo cõceſſeris, illic de tertio reſecando fruſtra & inaniter laborabis. Et Romani vt primum relicta maiorum parcimonia & frugalitate Aſiaticis illis potandi & commeſſandi moribus ſe tradiderunt, mox vna caſtitatem & continentiam cum inſatiabili Veneris appetitione permutarunt. Nec *enim vllum crimen abeſt facinusq́; libidinis* (vt ait quidam perbonus morum Romani populi cenſor) *ex quo paupertas Romana*, & antiquis illis Romanis vſitata victus tenuitas ſimplicitasq́ue *periit*, quæ veriſſima eſt caſtitatis & prudens mater. Vnde etiam qui priſcos illos antiqui ſæculi heroas tanquam ſpeculum probitatis, continentiæ, virtutis & moderationis deſcribunt, eos inducunt ſimplicibus & naturalibus cibis famem pellentes, & conuiuiorum curioſum apparatum omnem quàm diligentiſſimè fugientes. Quum igitur conſtet vino & cibis delicatis homines fieri maximè luxurioſos, contrarijs autem, hoc eſt, frugalitate victus & vini abſtinentia luxuriã minui, & quaſi frangi, repete quæ de noſtris moribus vbique decantata ſunt, & in veſtris etiam libris perſcripta. Et vini quidem vſus lege nobis eſt interdictus. Caremus ergo maximo ad venerem incitamento. Immò nec magnus noſter Orientis & occidentis Imperator vinum aliquando guſtat, ſed pro eo veſtri Principes quum alicubi proficiſcuntur, magno authoritatis viro *præfecto lagenarum* curioſè ſtipantur, qui omnis generis poculenta, vinum Creticum, vinum Salernum, vinum Hiſpanicũ, Francicum & ceruiſiam Anglicanam cum varijs bellarijs ad irritandam gulam aptiſſimis habeat in promptu, ne quid Principis & primorum curialium palato deſit: noſter tantus Monarcha ſolenni more perpetuo ſequentem habet adoleſcentulum quendam nobilem, deferentem vaſculum plenum aquæ potabilis, partim vt quum velit Imperator, bibat, partim vt ſuis omnibus ſubditis eo exemplo ſobrietatem denunciet. Narrat egregius quidam hiſtoricus Chriſtianus, Baſſas quatuor qui ſunt Imperatori noſtro à concilijs, ſupremæ dignitatis Principes, quatuor diebus per ſingulas ſeptimanas in Palatio Im-

Iuuenal. Saty. 6.

Plutarch. lib. de Homero. fol. 61.

Azo. ar. 3. & 13.

Gentelman of thebottels.

Sarapta. Poſtel. l. des Orien.

hiſtoires. pag. 4. Paulus Iouius lib. 4. Idem lib. 40.

tio Imperatorio cunctas controuerſias quærelaſque popul[i] audire & dirimere. *Quibus confectis Baſſæ illi prandent, vniuerſoq́ populo qui coierit, publice epulum datur, ſed frugi ſane exoriza & veruecina carne, paneq́; & aqua limpada paratum.* Narrat idem alibi Ferdinandum Regem Germaniæ miſiſſe legatos ad Solymannum, tum cum exercitu Conſtantinopoli in Hungariā profectum & legati Ferdinandi à Purpuratis prandio excepti ſunt. At quibus ferculis? *Epulæ eorum ex danubi iuxta eos profluente potantium vna oriza, vniuq́; omnino veruecinis carnibus cœptæ finitæq́; ſunt, adeo ſimplici aſtrictoqúe apparatu, vt non obſcurè nimiam luxuriam noſtris exprobrare viderentur.* Iſta etſi narrantur paulò aggreſtius, & inurbanius, ſaltem ſi vulgatam noſtrorum conſuetudinem attendas, tamen certum eſt ſemper lautiſſima tum Baſſarum, tum Imperatoris ipſius cōuiuia longè abeſſe à communibus ditiorum apud vos mercatorum & nobilium virorum cœuis. Aderat hic non ita pridem Imperatoris Germaniæ legatus, & iuxta morem valedicturus Domino, hoſpitali & prolixo conuiuio à Baſſis in palatio Imperatoris exceptus eſt. Quænam ei dapes ſunt appoſitæ? non ſola oriza & caro veruecina cum aqua fluuiali (quod in caſtris pro more militari fieri potuit) ſed poſtquam ille cū quatuor Baſſis (quorum vnus erat Rex Algerij in Africa, & claſſis noſtræ Admiralius) & primario interprete ſuper periſtromate ſumptuoſo ſextus diſcubuerat, illatum eſt ingens vas argenteum quadrupla ad minimum proportione veſtras pelues vel polubra quę lauādis manib. adhibetis ſuperās, in quo deferebantur ſex patinæ (ſingulis ſingulæ) ex materia non valdè pretioſa, eleganter fabricatæ, continentes ſingulæ varia obſoniorum genera, orizan, carnem ouinam, caponum vel potius gallinarum partes, perdices & alias quaſdam auiculas, omnia quidem ſimul & ſemel. Nullæ hic ſecundæ menſæ, nulla bellaria, quibus adiuncta aqua mulſa vel ſaccharata conuiuium abſoluit. Sed iſtæ tot carnium varietates, fateor, non ſunt quotidianæ, & pertinent potius ad conuiuia ſolennia, qualia fiunt Regum Legatis, vel in nuptijs, in Circumciſionibus, in feſtis Paſchalibus, in Imperatorum noſtrorum triumphis & ſimilibus. Nam alias multo parcius & frugalius cœnæ etiam magnatum noſtrorum peraguntur. Quemadmodum ipſe expertus es, quādo cum Francis quibuſdam adibas inſulam Lemnum, vbi quia literas à Baſſo habebatis commendatitias, propterea ab inſulæ gubernatore hoſpitaliter inuitati eſtis, in qua tamen cœna præter cucumeres crudos,

Poſtell. de la republ. des Turcs pag. 22.

Pourceſlain.

quos

quos cum ſale, ſine oleo aut vllo condimento Vaiuoda ille a-nidè comedebat, & cepas & lactucas quaſdam, ſed hæc quoque cruda omnia. & deinceps ius quoddam frumenti cocti, mel atque panem nil omnino in menſa cernebatur, niſi quod fortè fortuito Græci Chriſtiani qui vnà aderant & vinum apportarant, idem vobiſcum communicantes, aquæ quam alias bibituri fueratis, moleſtia vos liberarunt. Quum autem hæc in ipſa aula Imperatoris & magnorum Principum menſis immineat frugalitas, non difficulter æſtimare poteris, quænam communibus promiſcuæ multitudinis cœnis adhibeantur lautitiæ. Nam quemadmodum à Solis fulgore lumen omne deriuant ſydera; ita à Regum ſuorum moribus hauriunt populi, & maximè ij qui ſunt in Imperio Turcico Mahumetani vitæ ſuæ cōfirmandæ exemplum & rationem, iuxta illud vulgatum.

Bellon. li. 1. cap. 27.

Claudianus.

Componitur orbis
Reges ad exemplum, nec ſic inflectere ſenſus
Humanos edicta valent quam vita regentis.

Huc adijce, quod antea à me commemoratum eſt, multa eſſe in prouincijs noſtris Monachorum millia, qui amore Dei & cœleſtium rerum deſiderio omnes etiam licitas voluptates aſpernantur, nullis vel vnius vxoris amplexibus vacant (tantum abeſt, vt omnes promiſcuè ad matrimonium cogamus) ſed in continua rerum diuinarum contemplatione defixi, in ſiluis aut tugurijs, aut monaſterijs ſuis agentes, ſemoti ab omni hominum commercio & fœminarum aſpectu, admodum ſeueram & mirabiliter caſtam traducunt vitam. Quum igitur apud nos cauſæ omnes luxuriæ & libidinis amputentur, nulla ſint irritamenta gulæ, nullæ epularū lautitiæ, nullæ vini compotationes, quum tanta ſit in eſculentis & poculentis ſimplicitas, tot hominum millia etiam licitas corporis voluptates auerſentur, ſemperq; à rebus vxorijs abſtinentes caſtiſſimè viuant, an quiſquam probabiliter nobis luxuriam & libidinem exprobrare poterit, vbi omnes tolluntur libidinis cauſæ, vbi nulla ſunt luxuriæ inſtrumenta, vbi tam illuſtria, & præclara ſplendent exempla caſtitatis? At probamus vxorum multitudinem? Probamus quidem, ſed ad procurandos liberos, non ad ſatiandam libidinem, quod in tot olim ſanctiſſimis viris DEVS omnium creator probauit. Quod veſtrum quoque Euangelium ſi ſibi conſtaret, & non eſſet Lunæ inſtar mutabile, maximè in nobis debuerat commenda-

Vide les voyages de Nicholas de Nicholay. liure. 3. cap. 16. 17.

mendare. Comparemus iam ex altera parte luxum & libidinem tuorum Euangelicorum, & deinceps penes teipſum eſto iudicium, vtri ſint hoc nomine magis infames. Neque tamen hic perſequi multa volo, quæ mihi ampliſſimam declamandi materiam præbeant, Principum veſtrorum voluptuarias domos, Nobilium virorum menſas, etiam infimæ plebis ad veſtes nitidas, ad epulas, ad delicias parandas immoderatam ſupra ſuas facultates profuſionem, omnium ferè mentes de optimis cocis parandis, de venatu, de aucupio, de ſaginādis beſtijs, quæ ventri, luxui, & libidini ſeruiant, curioſas & ſolicitas. Nec Miniſtrorum aut Concionatorum veſtrorum (qui cæteris prælucere debent) in crebritate diuortiorum, in varietate vxorum, in fouenda Venere, in conſectandis epulis & conuiuijs, mirificas Hiſtorias & Tragedias narrabo particulatim. Ea tantummodo ſi recordari velis, quæ cuiuis communium ſcriptorum, eorumque fratrum tuorum libros vulgares peruoluenti neceſſe eſt occurrere, & quæ cōmunis hucuſque ad nos quoque fama pertulit, fateberis certè Samuel, ſtudia conuiuiorum, crapulæ, explendi abdominis, excitandæ Veneris, nuſquam terrarum perinde atque in veſtris Eccleſijs vigere. Si quales in vicina Scotia ſint verbi Miniſtri ſcire cupis, audies *Miniſtros illos nouas quotidie artes excogitare quibus carnem irritent atque incendant*: exemplaque tibi afferentur, alios *ad macerandas carnes bubulas pipere pro ſale vti*, alios alijs artificijs ſeipſos ad Veneris opera fortiter peragenda extimulare. Si quales ſint Geneuenſes & Heluetij Miniſtri (non quidem omnes, ſed plurimi) ignoras, alius & is fide digniſſimus tibi confirmabit eos eſſe *ignauos ventres, qui vt omni moleſtia valere iuſſa otio delitijſq́ue ſuis conſulant, cœlum paſſuri ſint terra miſceri.* Ioannem Caluinum verò ipſum religionis veſtræ primarium, Architectum & Apoſtolum, magna cura & diligentia prouidiſſe ſibi, vt nihil haberet in menſa niſi egregium & ſingulare, *panem ex optimo frumento, admiſto ſacchcharo, cinamomo & aqua roſacea confectum, qui* per Antonomaſiam *Caluinianus panis* dicebatur: *Vinum item maximè ſelectum & nobile, carnes lautiſſimas*, quocunque pretio emebantur, præter ſalgama quædam & compoſitiones exquiſitas ex Aromatariorum officinis depromptas, ad quæ perſpicuè deſcribenda mihi verba deficiunt. Quid Germani, & populus & Miniſtri, qui à Papiſmo ad veſtrum Euangelium tranſierunt? Etſi quoad Euangelij articulos multos diſſentiant, quoad hunc tamē Veneris &

Hamilton. de confuſione ſectæ Caluin. fol. 76.

Calui. lib. de ſcandalis. pag. 131.

La vie de Caluin. acp. 14.

Le pain de Monſieur.

ris & Bacchi, mirificè cum reliquis Euangelij cultoribus conſpirant. Sic enim illos affatur amicus quidam, & Germanicæ hac in re conſuetudinis certiſſimus teſtis. *Feſtos dies penè omnes abieciſtis, retinuiſtis Bacchanalia, quæ etiamſi certis de cauſis, quum Ethnica fuerint, retenta ſint in Chriſtianiſmo, ſuo tamen & idoneo tempore. Quid autem vos Germani: loco mouiſtis, & quod vna ſeptimana propter infirmitatem Chriſtianis concedebatur, vos per integrum annum ſparſiſtis, vt quæuis ſeptimana quæuis dies, quoduis anni tempus ſint Bacchanalia. Quoties nos cum magno dolore vidimus in ipſa magna hebdomada (ante Paſcha) laruis indutos diſcurrere, & crapula atque libidine in ipſa ſacra Paraſceue ludibundos diffluere in omni genere obſcænitatis & laſciuiæ?* Sic ille. Smidelinus etiam optimè Germanicæ diſciplinæ conſcius, ſic ſuos Germanos, potiſſimum autem Saxones Euangelicos, primitijs Lutherani ſpiritus imbutos deſcribit. *Vt totus mundus agnoſcat eos non eſſe Papiſtas, nec bonis operibus quicquam fidere, illorum operum nullum exercent penitus. Ieiunij loco comeſſationibus & perpotationibus nocte dieq́ue vacant: vbi pauperibus benignè facere oportebat, eos deglutiunt & excoriant: Precationes vertunt in iuramenta, blaſphemias, & diuini nominis execrationes, idq́ tam perditè, vt Chriſtus ne ab ipſis quidem Turcis hodie tantopere blaſphemetur. Demum pro humilitate regnat paſſim ſuperbia, faſtus, elatio: atque hoc vniuerſum vitæ genus ab illis Euangelicũ dicitur inſtitutum.* Veſtri quoque Anglicani Superintendentes & Prælati, etſi erga hoſpites & pauperes ſint auariſſimi, maximeque reſtricti, & famulos quoque domeſticos perparcè alant, tamen ſeſe cum vxoribus ſuis lautè & largè paſcunt, vt quidam eorum Comminiſter quotidiana Superintendentium prandia ſcribat *eſſe totidem luculenta conuiuia.* Quin etiam hæc priuata ſeipſos ſaginandi cura, vſque adeò probroſè ad exterorum notitiam emanauit, vt fratres veſtri Hollandici multis eam contumelijs exagitauerint, & primarius Principis Aurangij Miniſter Taffinius Epiſcopos veſtros hanc ob cauſam apertè coram innumeris *porcos Anglicanos* dixerit. Sed in mare fundo aquas, quando hæc tibi narro, qui quoniam multò recentior ex Anglia veniſti, multò plura huius generis poteris repetere. Quare & reliqua iſtiuſmodi libens prætermitto. Iſtiuſmodi autem nuſquam certè in toto Turcarum Imperio vel cernuntur, vel audiuntur. Etſi Sacerdotes Mahumetani huiuſmodi quippiam admitterent, ab vniuerſa multitudine non tantum contumelijs & clamoribus, ſed etiam lapidibus obruerentur.

Paulus.

Czecanouius de corruptis moribus vtriuſque partis; Pontificiorum & Euangelicorum.

Cartvvrightus contra VVhitgift

Launoyen la republique Chreſtienne, liure 1. ca. 4. fol. 24. Porceaux d' Angleterre.

Smid. concio. 4. in capit. 21. Luc. vide Miniſtromachiam, pag. 69.

Bellefo-reſt. Coſmograph vniuerſelle lib. 2. ca. 9. fol. 594.

Qui quanta ſeueritate legibus noſtris ab alia manifeſta nequitia & improbitate frenentur, ex eo tu Samuel ipſe iudicare poteris, quod multorum annorum ſpatio, vel ſemel guſtaſſe vinum illis in maximam vertitur ignominiam & infamiã, vſque eo, vt ſi aliquis Sacerdotum vel Iudicum noſtrorum teſtis etiam contra Iudæum, qui nobis ſunt odioſiſſimi, in re grauiſſimà producatur, ſi Iudæus ille probare poterit hunc ſuum Sacerdotem vel Iudicem toto duodecim annorum tractu accuſationem hanc antecedente, vnum vini hauſtum bibiſſe, Sacerdos & Iudex quantuſcunque, eo ipſo tanquam *infamis*, & *inteſtabilis* à teſtimonio dicendo repellitur. Quare vt huic argumento finem imponam, contrahe Samuel in certa capita, quæ de nobis, vobiſque iuxta religionem Mahumetanam & Euangelicam verè dici poſſint, & facilè perſpicies, quanto Euangelium veſtrum quam Alcoranus ſit ad fouendam intemperantiam, & libidinem inſtructiùs: imò quanto propius Alcoranus noſter quàm Euangelium veſtrum hac ex parte vel ad Chriſtianæ Eccleſiæ hodierno die formam, vel ad primitiuæ Chriſtianorum Eccleſiæ puritatem accedat; atque ita quanto probabilius Mahumetani quam Euangelici verorum Chriſtianorum nomen ſibi poſſunt aſſumere. Primò ex iſtis antea poſitis conſequitur, populum veſtrũ quando videt ſuos Primarios Superintendentes, Doctores & Apoſtolos iſtis delitiarum & voluptatum generibus perſequendis tam ſtudioſè incumbere, eorum exemplis tanquam aculeis ad ſimilia committenda extimulari: quando ex altera parte populus noſter contrarijs Principum & Sacerdotum noſtrorum moribus efficaciter ad mirificam ſobrietatem & continentiam informatur. Deinde quum nos lege noſtra ipſo Alcorani præſcripto vinum magnum luxuriæ inſtrumentum, non modo Principibus & Sacerdotibus, ſed vniuerſis etiam Mahumetanis omni tempore ſine vlla exceptione prohibemus: vos autem è contra veſtris vniuerſis tum vini tum epularum omnis generis licentiam, omni tempore ſine vlla exceptione conceſſam ſtatuatis, idque ex ipſa Euangelij veſtri regula & norma, adeo vt iſta aliquando prohibere, vobis ſit *ſuperſtitio, Manichaiſmus & doctrina dæmoniorum*; hinc etiam magna fit acceſſio, magnum adiumentum ad noſtros in honeſtate, veſtros autem in omni laſciuia & petulantia obfirmandos. Proximè, cum contra omnia Chriſtianorum genera, quæ hodierno die viuunt, Græcos, Armenos, Abyſſinos, Neſtorianos, Syros & reliquos vniuerſos, qui certis anni temporibus, ſaltem Quadrageſima tota

Digitized by Google

rota quam rigidè obſeruant, harum delitiarum vſum per Eccleſiarum ſuarum Canones ſeueriùs etiam quam Latini populis ſuis interdicunt: Vos contra clamatis hoc impiè & ſuperſtitiosè fieri, quia hæc eſt *Euangelij* libertas à nemine mortalium impedienda, hoſtes eſſe *Chriſtianæ* libertatis & Euangelij qui id moliuntur, an non à Chriſtianis omnibus per orbem terrarum hoc obſeruantibus longiùs diſceditis, quam nos, qui hanc Chriſtianorum abſtinentiam valdè probamus, & ipſi quoque more noſtro aliquando ſingulis annis imitamur. Quod ſi ab his Chriſtianis, quos fortaſſe omnes faſtidiosè contemnitis, ad antiquiores illos primitiuæ Eccleſiæ prouocatis, quos dicere ſoletis vobis imprimis fauere, aduerte ſi non eorum quoque iudicio nos vobis veriores Chriſtiani meritò habeamur, & eorum itidem iudicum ſententia vos præ nobis (quæ eſt hoc loco concluſionis meæ ſumma) tanquam ſerui libidinis, & impudicitiæ condemnemini. Hiſtorici quidam veſtri laborioſi ſanè & antiquitatis valdè periti ſcribunt ab Epiphanio perantiquo Patre Græco, reprehendi quoſdam hœreticos Aërianos, eò quod in diebus Quadrageſimalibus Paſchæ proximis, *quando apud Chriſtianos fiunt humidormitiones, caſtitates, afflictiones, ſiccorum eſus, preces, vigiliæ & cætera; tum ipſi à ſummo manè obſonantur, carneque ac vino venas ſuas explentes cachinnantur, ridentes ac ſubſannantes eos, qui ſanctum hunc cultum ieiunij perficiunt.* Hiſtorici autem illi iſtorum hæreticorum patrocinium ſuſcipientes viciſſim taxant Epiphanium, tanquam nimium iſta exaggerentem, & directè concludunt *magis eſſe hæreticum, & ſcripturæ ſanctæ contrarium, ſuperſtitiosè iſtos ritus, id eſt, neceſſariò & cum opinione cultus obſeruare, quam pro libertate ipſis vti.* Quorſum iſti non laceſſiti in doctiſſimum & antiquiſſimum virum, imò in totam eius temporis Eccleſiam, hæreticos illos helluones meritò reprehednentem incurrunt, niſi quia ſentiunt ſe Aërianæ gulæ & in temperantiæ eſſe reos, ideoque hæc tela directè in hæreticos illos coniecta, obliquè in ipſos deferri. Ex quo item efficitur nos qui primitiuam illam Chriſtianorum Eccleſiam hac in re probamus, contra Euangelicos tuos qui damnant eſſe primitiuis illis Chriſtianis ſimiliores. Ego quidem Samuel qui nihil ferè noui eorum quæ ab iſtis geruntur, multos tamen nominare poſſem, eoſque tibi non ignotos Cathedralium apud vos in Anglia Eccleſiarum Prælatos & Canonicos (ſic enim vocantur) qui quum toto reliquo anni tempore in ſuis domeſticis ſumptibus ſatis parci eſſent & reſtricti,

Vide caput 12.

Magdeburgenſes Centur. 4. cap. 5. pag. 401.

ſtricti, illa tamen ſeptimana, & potiſſimum illo die, quo Chriſti crucifixi memoriam agitis, quo omnia illa Chriſtianorum genera quę Hieroſolymis vidimus, longiſſimis precibus, vigilijs, & ieiunijs incredibiliter ſe conficiunt, tum demum iſti tui lautiſſima conuiuia inſtruebant, inuitabant fratres & ſorores, indulgebant genio & crapulæ, tum (inquam) quam ſtudioſiſſimè cibi viniq; generoſi copia ſeſe ſaturabant. Quod item in Scotia, Germaniaq; maximè receptum eſſe, Scoti ipſi, Germanique teſtificantur. Dices hęc fieri ad redarguendam Papiſtarum ſuperſtitionem. Et iſtud quidem obijciunt Epiphanio Theologi Germanici. Sed noſti, quid Velleio glorianti, quod Magiſter ſuus Epicurus homines inani Deorum ſuperſtitione liberaſſet, reſponderit Cotta Pontifex: *Superſtitione* (inquit) *facile fuit liberare, quum ſuſtulerit omnem vim naturamq; Deorum*, & ad eum modum *Diagoras* & *Theodorus* Atheus nō minus liberarunt homines quam Epicurus, qui Deum omnino nullum crediderunt, & proinde nec vlla eum religione coluerunt. Illi autem ſuperſtitionem habere non poſſunt, in qua eſt Deorum timor inanis, qui omninò religionem non habent, quæ Deorum pio cultu continetur. Sic itidem vobis facilè eſt ſuperſtitionem ieiuniorum antiquare, qui penitus omnia ieiunia, omnes in precibus pernoctationes, omnem dierum obſeruationem, omnem ciborum detractionem, qua affligitur & attenuatur corpus, omnem denique à vino & epulis abſtinentiam vt impiam & nefariam, vt Iudaicam, vt libertati Euangelicæ contrariam profligaſtis. Sed illud non diſputo, vtrū iſta licentia ſit Euangelica, & ab Euangelio præſcripta. Eſto, non ero difficilis. Illud certè conſequetur, veſtrum hoc Euangelium multò copioſiorem Veneri ſubminiſtrare materiam, quam Alcoranum noſtrum. Verum hoc omiſſo perſequamur reliqua. Verum quidem agnoſco, quod ait iſte veſter, *Mahumetem ſuos multum vrgere*, non (vt tu ais, cogere) *ne quis matura ætate extra matrimonium degat*. Vrget quidem, at eos tantum qui ſunt matura ætate, qui procreandis liberis ſunt idonei. Non vrget Religioſos, non Monachos, non alios Septuagenarios & Octuagenarios, quales ego noui Miniſtros & Superintendentes à vobis ad matrimonium ineūdum coactos, & quales decrepitos Miniſtri vel inuitos ad vxores ſibi copulandas adigunt. Deniq; non ita vrget, ac ſi magna fœlicitatis, & vitæ beatæ portio in rebus vxorijs eſſet poſita, qualis eſt veſtra de rebus vxorijs fides. Vide enim quale epithalamium Sacerdoti Papiſtico vxorem ducenti canit ſcriptor quidam Euangelicus,

Hamilton in Calum. confuſio. demonſt. lib 2. c. 48. fol. 207.

Czecanonius vbi ſupra.

Cicero de natura Deorum lib. 1.

Fricius Modrenius Secretarius Regis Polon. lib. 2. de Eccleſia tractat. 7. in præfat one ad

Digitized by Google

uangelicus, quo neſcio an aliquis fuerit in tota Eccleſia veſtra nobilior & grauior, & omni literarum genere inſtructior. *Duxiſti* (inquit) *Sacerdos Romani ritus vxorem. Multi laudant hunc animum excelſum tuum, ac in cælum tollunt. Multis tu quidem operibus ingenium & animum tuum in Rempub. & in ſtudia literarum præclarum nobis declaraſti, ſed haud ſcio, an quid ad immortalitatem tui nominis maius vnquam effeceris, quam quum vitæ hoc genus inieris.* Perinde ac ſi Sacerdotem Romanum, hoc eſt, voto caſtitatis iuxta conſuetudinem peruetuſtã Romanæ Eccleſiæ alligatum, contra huius voti religionem in complexus vxorias ruiſſe, facinus eſſet planè heroicum, quod non modo coram hominibus, ſed etiam coram Deo optimo maximo æternam gloriam mereretur. Venio iam ad diuortia quæ tanquam mirabilem quandam incontinentiæ vel illecebram, vel indicium mihi obiectas, quaſi ea non ſint apud vos multa crebriora, quam in his regionibus. Vbi cum nullũ matrimonium dirimitur niſi magna cum deliberatione & ſolenni Cadi, id eſt, Iudicis ſententia interpoſita, qui ad indifferentem cauſæ audientiam, ac dijudicationem tum ſacroſancto iuramento, tum alijs etiam vinculis aſtringitur, multò rariores ſunt tales ſeparationes, quam tu auguraris: qui ſi recolligerem morem Eccleſiæ Geneuenſis vel Germanicæ propter improbos mores, propter varia morborum genera, propter longiorem mariti abſentiam diuortia concedentis, idque ita, eoque modo, vt lege Euangelica & neceſſitate quadam naturæ coniugibus ita ſeparatis nouarum nuptiarum poteſtatem faciant, vnde fit, vt ſinguli nullo Magiſtratu iubente ad noua vel matrimonia, vel adulteria conuolent, æquior fortaſſe nobis futurus eſſes, quorum hoc in genere multo maior eſt temperantia & moderatio: Mihi quidem facilè non eſt multiplicem diuortiorum veſtrorum licentiam comprehendere, pauca tamen genera percenſebo, quorum iam mihi ſuccurrit recordatio, in quibus veſtri Principes Euangeliſtæ, altero coniugi ſuperſtite, nouorum matrimoniorum alteri faciunt copiam. Horum autem generum nonnulla adeò latè patent, vt in particulares formas plurimas poſſint deduci. Narrabo autem illis ipſis verbis & ſententijs, quibus veſtri ea deſcribunt. ne tu ſuſpiceris iniquius aut odioſius aliquid à me apponi. Primum itaque, *ſi quis vxorem ducat, quam poſtea reſciſcat compreſſam ab alio, in tali caſu fieri poteſt diuortium. Idem ſeruatur de perſona iniuſtè deſerta. Quia Paulus inquit 1. Corint. 7. Si infidelis diſcedit, diſcedat. Nõ eſt ſubiectus ſeruituti frater aut ſoror in tali-*

Paulum Orichouium.

Poſtell. de la republ. des Turcs pag. 8.

Corpus doctrinæ Chriſtianæ Germanica, &c. in examine ordinandorũ, capit. de Coniugio. pag. 853.

in talibus. Vbi expreſsè pronunciat Apoſtolus Paulus, perſonam iniuſtè deſertam liberam eſſe, id eſt, non cogendam, vt vagabundum deſertorem ſequatur. Etſi autem aliqui reſtringunt hoc dictum ad caſum de religione, tamen verè accommodatur in genere ad quamcunq; iniuſtam deſertionem, quum non ſit ratio diſſimilitudinis. Hoc vnum Samuel tam eſt fœcundum, vt in ſe variam diuortiorum ſegetem contineat. Quamuis enim ſcriptor iſte *deſertorē* definit *eum qui diſcedit à coniuge, aut diutiùs abeſt nulla honeſta cauſa coactus, ſed vel leuitate, vel iniuſta impotentia freni coniugalis, vel alijs non neceſſarijs cauſis*, tamē abſente diutius iuſtis de cauſis marito, ſi exclamet contra eum vxor, quod diutius abſit quam pollicebatur. quod cauſas non neceſſarias confingat, quod freni coniugalis odio peregrinetur, quod ipſa vratur & continere non poſſit, niſi legitimo ad reſtingendum ardorem carnis ſuæ vtatur remedio, his temporibus cum Paulus aſſeratur nouas nuptias concedere, certum eſt ex hoc latiſſimam diuortijs aperiri feneſtram. Cuius rei experimentum accipies ex eo, quod ante aliquod annos in Germania accidit, quum ego illic peregrinus agerem. In vicino nobis oppido quidam in expeditionem neſcio quam profectus eſt liberis aliquot domi cum vxore relictis, nec ita citò quam illa volebat, domum reuertit. Interea mulier amore nouo flagrans conſulit quendam Euangelij Preconem, *quoniam maritus abſit, meliusq; ſit nubere quam vri, an non licitè poſſit priori marito dare libellum repudij, cùm non adſit ad ſuæ libidinis ardorem reſtingendum, & ſic deinceps ad nouas nuptias tranſire, nouumq; comparare maritum, ne vratur amplius.* Vrgebat expreſſum Dei verbum: *Melius eſt nubere quam vri*, ſe autem *vri* deſiderio viri fatebatur. Quare cum prior abeſſet, ſe Apoſtolica authoritate moueri, vt alterius cōiunctionem expetat. Euangeliſta ille poſt breuem deliberationem, *communis experientiæ non ignarus, quæ cum abundè ſatis docebat, quid hoc in genere caſuū matrimonialium apud Germanos fieri ſolet*, *reſpondit* magna cum grauitate, *multò eſſe præſtabilius vetera cōiugia reſcindere & permittere noua, quàm aliquid ſtatuere quod carnem vrat, nubere impediat, & quaſi noua gaudia inuideat humano ſexui, ac velut ſtabilire doctrinam dæmoniorū quæ vetet nubere.* An non arbitraris Samuel hanc eſſe ſentētiam grauem, & Euangelica libertate Doctoreque Euangelico dignam? Sed pergamus in diuortiorum generibus enumerandis. Præterea *diuortium etiā propter ſæuitiam mariti concedi poſſe videtur, ſi de vita alterius ſit periculū.* Quid verò ſi non vſq; eò increuerint coniu-

Hoc ita definitum eſt in Eccleſia Geneuenſi. Ann. 1560.

Czecanorius de corruptis moribus vtriuſque partis.

Melanchthon vbi

coniugium odia, vt mortis periculum timeatur, & tamen certas ob cauſas alter ita ſit animatus, vt coniugi reconciliari nolis? Hanc quæſtionem Martinus Lutherus Princeps Eccleſiæ veſtræ Apoſtolus ita proponit, & diſſoluit. *Si alter cum altero in gratiam redire nolit, ſed ſimpliciter ſeparatus eſſe velit, et alter continere non valens comparem habere coniugẽ cogatur, quid illi faciendum? poteritne cum alio contrahere? Reſpondeo. proculdubio poterit. Nam quum illi præceptum non ſit vt caſtè viuat, neq; caſtitatis donum habeat, neq; deſponſus ſibi ſecum in gratiarum redire dignatur, ac ſibi corpus ita ſurripit cuius expers eſſe non poteſt, non compellit eum Deus ad id quod vires ſuas ſuperat ab alterius temeritatẽ faciendũ. Hinc perinde eſt ac ſi deſponſus ſibi obijſſet:* Quid ais Samuel de hac lege? An ſi aliquando vel vxorẽ veteris mariti, vel maritũ veteris vxoris pœniteat, aut ſi alterũ alterius cœperit ſatietas, vel hoc vno poſito vnquã defuturum putas diuortij cauſam? Sed progrediamur. Apoſtolus Paulus fideli largitur, vt ſi cum infideli coniuge habitare non poterit ſine detrimento fidei aut periculo ſalutis, *hic relinquere poteſt fidelis corporeũ ſponſum, aliumq; ſibi deligere. ſic & hodie conſieri par eſt, & ſicubi maritus vxorem ad futurũ adulteriũ, vel quodcunq; flagitium aduerſum Deum inſtruere & cõpellere velit, eadẽ cum hac diuortij ratio adeſt, vt ni reconcilientur, alteri matrimonium porrò contrahẽdi ius ſit. Ex hoc fonte promat etiam, vt adulterium diuortium perficiat.* Et hinc etiam noua ſuccreſſit eaque valde copioſa diuortiorum ſeges. Si enim alter coniugum in quocunq; peccata obſtinatior alterum ad eiuſdem ſceleris cõmunionẽ moueat atq; inſtiget, hic propterea ad nouas nuptias ſtatim poteſt tranſire; ex hoc nonne ſatis Samuel tibi excecrere & propagari videtur hæc diuortiorum arbor? Sed tamen Doctores tui hanc Pauli permiſſionem, *vt fidelis ab infideli* diſcedat, multò adhuc acutiùs rimantur, & ex ea mirabiles nouorum matrimoniorum cõcluſiones eliciunt Sic enim eodem in loco ſequitur. *Quod hic D. Paulus de Ethnico compare dicit, idem & de Pſeudochriſtiano intelligendum eſt, vt ſi alter coniugum alterum ad impietatem adigeret, neque illi permitteret Chriſtum vita imitari, tum liber ſit, ſit & ſolutus, vt quicum libuerit, ſe deſpondeat. Quod ſi hoc Chriſtiano iure non liceret, cogeretur fidelis ſuam infidelem comparem ſequi; vel inuitus repugnante natura & viribus ſuis permanere cælebs.* SAMVEL. Atqui hoc loco (Michæa) videris mihi non eius perſonam ſuſtinere, quam ego ſemper ſperabam, hoc eſt, hominis boni, ſinceri, ingenui, ſed potius, Sophiſtici, Vafri & Verſuti,

Lutherus Tom 5. in 1. Corin. ca. 7. v. 11. fol. 111.

1. Corin. 7.

Ibidem. pag. 112.

Ibidem.

ſuti,qui quum argumentorum copia deficit, audacia frontis & multitudine verborum auditorem decipit,aut etiam luxurioſi illius Paganorum Dei Iouis, cuius mihi iam memoriam tua hæc de amoribus narratio refricauit. Quemadmodum enim ille varias formas induebat tauri, vt Europam oloris; vt Ledam, Amphitrionis; vt Alcumenam, paſtoris; ſerpentis,& imbris aurei,vt alias virgines circumueniret,quum tamen interea vnus atque idem ſemper Iupiter reuera exiſteret: non aliter tu,vt mihi ſuadeas Lutherum tāquam Iouis illius pagani ſacerdotem,ſuis ſequacibus poteſtatem feciſſe variarū mulierum amoribus indulgendi prius dicebas eum,*probare diuortia quæ fiebant propter improbitatem furtorum, adulteriorum, & talium ſcelerum*; ex quo (inquis) *magna germinabat diuortiorum* copia: iam addis eum probare etiam diuortia *ob impietatem quando alter coniugum alteri non permittit Chriſtum vita imitari.* Qui ita planè differunt,vt Iupiter in ſpecie tauri fallens Europam,ab eodem Ioue in forma imbris aurei corrumpente Danaem,hoc eſt penitus nihil,ſed quum res ſubiecta ſit penitus eadem,tu alijs atque alijs verbis ita effers,ac ſi admodum diuerſa eſſet ac multiplex. MICHAEAS. Ludis tu quidem Samuel nō ineleganter ſed illudis tibi ipſi,& fruſtra coagmentare vis ea, quæ verè non minus differunt quam Iupiter ipſe, qualiſcunq; fuerit à veris beſtijs, quarum imaginem effingebat. Idque ſtatim vidiſſes, ſi me paſſus fuiſſes abſoluere quem ex Martino Luthero citare volebam locum. Sed tamen vt hunc tibi primo ſcrupulum eripiam, aduertere debes in priore loco agere Martinum Lutherum de homine ſcelerato, hic de *Pſeudo-chriſtiano*, illic de moribus,hic de fide. Quanquam autem de Chriſto vita imitando loquitur, illud tamen ignorare non potes Chriſti imitationem apud Martinum Lutherum in fide potiſſimum eſſe poſitam, quem ſola fide placari, hominemq́ue ſola fide iuſtificari contendit,ita penitus excluſis omnibus operibus tanquam fœdis ſordidiſq́;,& inſtar panni menſtruatæ contaminatis,vt qui Martino Luthero ſe Chriſtum operibus imitari velle diceret, eum Martinus Lutherus vt capitalem Chriſti hoſtem,à Chriſti communione alienum, ad Papiſtas & infideles amandaret. Hoc igitur loco de fide agit,&quemadmodum proximè cauit contra nefariam vitam, quoad mores;ita hic ſuum auditorem inſtruit contra Pſeudochriſtianam vitam,quoad falſæ & corruptæ doctrinæ profeſſionem: & euidens ratio ſuadet, ſi propter ſceleratos mores cōiugium diſſoluatur,multò magis diſſolui poſſe propter impiam

Vide poſt, vbi de ſola fide agitur.

piam & Antichriſtianam fidem. Et illud hoc in loco molitur Martinus Lutherus. Erant enim eius temporibus plurimę in Germania ſectæ, quæ ita poſtea ſunt multiplicatæ, vt viri diligentes, non ſolùm Catholici, Hoſius, Lindanus, Prateolus, verumetiam Euangelici, Pantaleon, Functius, Lauatherus, Lipſenſes pluſquam ducentas numerent. Hoc itaque præcipit Martinus Lutherus, ſi fœmina Lutherane Euangelica virum Zuinglianum nacta ſit, quia Zuingliana fides Luthero eſt terra infidelitas, vxor iſta deſerere poteſt hunc virum, & alium ſibi parare, quem credit eſſe germana Lutheri fide præditum. At quid ſi ſecundo loco, quid ſi tertio, quid ſi quarto in alium hæreticum incidat Flaccianum, Anabaptiſtam, Seruetanum, Brentianum, vel Trinitarium? ſemper iure Euangelico licebit vxori virum ſuum permutare, & veteri hæretico derelicto nouum maritum ambire, donec fœlicibus auſpicijs contingat coniux puræ & Euangelicæ iuxta fœminæ ſuæ ſententiam religionis. Idemque ius eſt viro, ſi vxorem hæreticam voluerit deſerere, & aliò ſe conferre. Et hoc manifeſtè Lutherus ſibi ipſe obiecit & reſpondit. *Quid* (inquit) *ſi ſecundũ coniugium non oportunè caderet, ſed rurſus maritus vxorem vel impiè viuere cogeret, vel alter ab altero fugeret, an liceret viro toties vxorem ducere, vnde forſan decem vel plures* (*vxores*) *adhuc viuentes haberet? Rurſus licebitne vxori decem vel plures, qui iam omnes profugerunt, habere maritos?* Difficillimus nodus, & cui ſoluẽdo Oedipum aliquem adhibere opus eſt. Neque enim ſi totum Turcarũ Imperium percurreris, & totum Alcoranum perluſtraueris, & omnia Turcarum coniugia poſt Mahumetem natum indagaueris, nunquam tamen reperies hoc cecidiſſe, vt vnica fœmina decem ſimul maritos haberet ſuperſtites. Diligenter ergo attende Apollinis iſtius oraculum, quo hoc ęnigma expeditur. *Reſpondeo* (inquit Lutherus) *Diuo Paulo non poſſumus os obſtruere, neque cum illis luctari, qui eius doctrina, quoties neceſſe fuerit, vti volunt. Verba eius aperta ſunt, fratrem vel ſororem liberos eſſe a lege coniugij, ſi alter diſceſſerit, vel cum hoc habitare non conſenſerit. Neque ſemel tantum vt hoc fiat, dicit, ſed liberum relinquit, vt quoties res poſtulat, vel pergat, vel conſiſtat. Neminem enim in incontinentia crimen coniectum vult, vt eo captus teneatur alienæ temeritatis vel malitiæ cauſa, &c.* Ex quibus multiſque alijs hoc ipſum de repetendo matrimonio *contra miſerabiles Pontificum leges, quæ cogerunt alterum coniugatorum alterius obitum vel reditum expectare* vehementer inculcantibus manifeſtũ eſt, & hanc cauſam à

Genebrardus Chronologia lib. 4. pag. 299.

Vbi ſupra.

Digitized by Google

ſam à proximè antegreſſa eſſe toto cælo differentem, eamq́ue præterea adeo eſſe feracem, vt poſſit non tantum decem diuerſos viros vni mulieri, & totidem vxores vni marito (vti fatetur Martinus Lutherus) ſed etiam centum vxores mariroſque, rot nimirum, quot ſunt in regione aliqua ſectæ & hæreſes, vni viciſſim marito vel vxori producere. Neque tamen hic eſt veſtrorum diuortiorum finis; Nam vel propter ſolam mulieris peruicaciam, ſi aliquando neſcio qua melancholica animi inductione mota, marito poſtulanti ſui copiam neget, maritus eà dimiſſa, poteſt alterũ in thalamum nuptialem inducere. *Reperiuntur enim* (inquit egregius iſte doctor) *interdum vxores adeo pertinaces, vt ſi decies in libidinem prolaberetur maritus pro ſua duritia, non curarent. Hic oportunum eſt, vt maritus dicat, ſi tu nolueris, alia volet. Si domina nolit, adueniat ancilla; ita tamen vt antea iterum, & tertio vxorem admoneat maritus, & coram alijs pertinaciam eius detegat, & ante conſpectum Eccleſiæ duritia eius, & agnoſcatur, & reprehendatur. Si tum renuat repudia eam, & in vicem Vaſthi, ſurroga Eſther Aſſueri Regis exemplo. Hic tu D. Pauli verbis initiaris Vxor proprij corporis poteſtatem non habet, ſed vir, & è diuerſo, ergo vbi alter alteri corpus ſuum negat, hoc diſſipat coniugium.* Hoc autem poſtremum quanquam occurrit fortaſſe rarius, eſt tamen eiuſmodi, vt vel viro, vel vxori, quoties voluerit, faciat poteſtatem nouas nuptias contrahendi. An verò tu exiſtimas vſpiam terrarum plures approbari repudiorum cauſas? Neq; tamen adhuc numeraui morbos quoſdam contagioſos, vt lepram &c. propter quos Bucerus & Eccleſiæ Germanitæ diuortium permittunt: non parentes, in quorum arbitratu liberorum ſuorum matrimonia vt ſoluant, quę illis inſcijs contracta ſunt relinquunt, tum Lutherani, tum Zuingliani: non ipſum adulterium, quod communi non tantum Germanicarum, ſed (vt ego arbitror) omnium Eccleſiarum Euangelicarum conſenſu matrimonium dirimit, tantummodo breuiter apponam ea, quæ Geneuenſes vel vt nouas diuortiorum & matrimonij cauſas, vel vt his antegreſſis lucem & ſtabilitatem afferentia ſuis in conſiſtorijs decreuerunt. 1. Si Monachus contraxerit cum ſorore Euangelica matrimonium, & illa poſtea relicto Monacho alium ſibi virum aſciuerit, ſi frater omnia expertus vt eam ad ſe reuocet nec obtinere poteſt, & frater hic aliam quoque vxorem ducere poteſt. 2. Si quæ fœmina propter improbitatem vitæ, aut malam affectionem à viro ſuo diſceſſerit, maritus eam diligenter inquirat. Deinde petat à mini-

Lutherus tom. 5. in ſermone de Matrimonio. fol. 122. 123.

Eſther. 1.

Corpus doctrinæ Chriſtianæ German in Repe.it. Confeſſio. Auguſtan. cap. de coniugio. pag. 280.

Vrbanus Regius in locis communibus, ca. de matrimonio.

Muſculus in locis communibus cap. de decalogo, pt 5.

miniſtro literas (quas vocant) prouiſionis, & eam publicè proclamari faciat in Eccleſia tribus Dominicis. Quam inuenire non poteſt, nec ea ſpatio ſex hebdomadarum comparuerit, maritus poteſt aliam ſumere. 3. Si fœmina ſit iuuencula, & maritus diu abſuerit longa aliqua infirmitate detentus, illa eum faciat proclamari: & ſi non compareat, mulier ſiſtat ſe miniſtro, qui illi facultatem ſeparationis dabit propter abſentiam mariti. Qui ſi poſt nouas vxoris nuptias aduenerit, is nihilominus hac vxore priuabitur. 4. Si quis longum ſuſceperit iter aut nauigationem, eius vxor vnum tantummodo annum contineat, Domino ſeſe commendans: ſi ille poſt annum elapſum non reuenerit, & illa iudicetur opus habere maritali coniunctione; fiat ei poteſtas noui coniugij. iſti ſunt canones Conſiſtorij Geneuenſis, quibus ſi addere volueris doctrinam Buceri, vnius ex primis & tanquam Apoſtolicis huius Euangelij in Anglia ſatoribus (quem Caluinus inter reliquos ſuæ tempeſtatis Euangeliſtas ſingulari ſemper honore proſequutus, præceptorem ſuum appellauit) nihil opinor licentiæ deprehendes in Mahumeticis polygamijs vel diuortijs, quæ inter tuos Euangelicos cumulatiore cum menſura non reperiatur. Bucerus enim vna breui pericope complexus plurima, nihilominus in diuortijs nouiſque nuptijs Chriſtianis indulgendum cenſet ſub Euangelio, quàm olim Iudæis permiſſum fuit ſub lege Moyſis. Sic nimirum ille. *Iudæis permiſſum erat ob duritiam cordis dimittere vxores & alias ducere: ergo idem licere debet Chriſtianis, quando eadem inuenitur in illis cordis duritia, vt ſimul commodè habitare nequeant.* Hoc Bucerus tanquam certum & ſummè Euangelicum longa diſputatione vrget, hoc ille magna vehementia, & ſcripturę textuum citatione, & rationum momentis roborat, quas ego breuitatis ſtudio omitto. Hoc tantum obſeruo, & obſeruari à te Samuel deſidero: Si vos Euangelici vobis aſſumitis Iudaicam vxores repudiandi licentiam, qui vt ex hodierna eorum praxi, & antiquis hiſtorijs, & hoc ipſo Euangelij capite patet, *quacunque ex cauſa ſolebant vxores ſuas dimittere*, non ſatis verecundè nobis criminis loco obijcitis illud in quo nobis eſtis ſi non ſuperiores, ſaltem pares. Quare in hac materia non eſt quod caſtitatem veſtram prædicetis, & nobis libidinem exprobretis, vos, inquam, qui (niſi ego plurimum fallor) in hoc genere non Turcis modò, ſed omnibus planè mortalibus, apud quos nomen matrimonij aliquo in honore eſt, magis eſtis ſoluti & effrenati. SAMVEL. Durum

Beza Epiſt. 10. pag 84. Martyr in 1. Corin. cap. 7. Beza epiſtol. 17. pag. 115. Canones Geneuenſes anno 1500. Vide D Vigor. ſermone quadrag. ſermone ſabbati poſt. 3. Dominica. fol. 204.

Bucerus in Matth. cap 19.

admodum dictum,& eò fortaſſe durius, quo tu iniquius noſtrorum dicta interpretaris. Non enim quoties diuortia concedimus,toties nouas etiam nuptias permittimus. Ipſi enim Papiſtæ qui maximè ſunt rigidi in matrimonijs non diſſoluendis,tamen aliquādo quibuſdam diuortia concedunt, nec in illis tamen vllo modo tolerant noua matrimonia. Deinde quod de matrimonijs repetendis apud nos ſæpenumero ſtatuitur, id ſemper de parte innocente, non rea quæ diuortio cauſam præbuit,intelligitur. Quæ duo ſi rectè animaduertas, valde reſtringunt illam ſecundarum & tertiarum nuptiarum multitudinem,quam aliàs in noſtris Eccleſijs vigere ex tua oratione incautus Lector poſſet ſuſpicari. MICHAEAS. Imò non durius me ſed multo mollius & parcius eſſe loquutum, vel hæc duo,quę tu attingis,abundanter cōfirmabunt. Quod enim primò dicis de diuortijs,& ſi in Papiſtarum Eccleſijs verum eſt,in veſtris tamen Eccleſijs locum nō habet, & niſi melius eſſes mihi cognitus,putare poſſem hoc ſaltem in loco cōtentionis gratia id à te negari, quod eſt alioqui clariſſimum. Illud enim primum quod tu dicis *diuortium* à Papiſtis vſurpatum, tui fratres pro *diuortio* non habent, niſi admodum impropriè,qui ipſo nomine *diuortij* ſtatuunt comprehendi legitimam ad ſecundas nuptias tranſeundi poteſtatem. Sic enim definiunt Eccleſiæ Germanicæ in *doctrinæ ſuæ corpore. Diuortium nomine eſt,non re,quando ita diſſoluitur matrimonium, vt parti innocenti non concedatur facultas noui matrimonij cōtrahendi. Diuortium re eſt,quando perſona innocens liberè poteſt cōtrahere. Idque hoc modo ſeruatur in noſtris Conſiſtorijs.* Ac Martinus Luther⁹,ſi rectè aduertiſti,perpetuò adiūgit,*poſſe rurſus cōtrahere,habere ius cōtrahendi, perinde ac ſi marit⁹ obijſſet* &c. Adeo luculenter, vt nimis ſit pugnax & contentioſus, qui de eius ſententia velit dubitare,quam etiam *vniuerſitatis VVitenbergenſis ordinatione* fuiſſe cōfirmatam eodem in loco gloriatur. Alterum quod dicis,eſt paulò verius,neque tamen vos à nobis multū diſcriminat,quando neq; nos fœminis adulterantibus nouas nuptias indulgemus. At vos,quanquam cum aliqua difficultate indulgetis tamen, idque non minus fœminis quam viris. Quod in illis æſtum libidinis ſupra modum accendit,quas ſatius fuiſſet alijs melioribus vijs comprimere, exemplo legis Moſaicæ,quæ illum ſexum magis frenauit: & quum multas fœminas vni largiretur viro, nunquam autem multos viros vni largita eſt fœminæ. Vos autem de adulterāte audi quid decernatis. *Commiſſo adulterio innocens perſona* (inquit)

Corpus doctrinæ Chriſtianæ &c. in examine ordinandorum ca. de coniugio pag. 852. 853 & in Repetit. Confeſſionis Augu. pag 280. In 1. Con. 7. fol. 118.

Lutherus vbi ſupra

quit Martinus Lutherus) *poteſt rurſus contrahere. Sed quæris, vbi manebit altera perſona, ſi forſan ipſa calebs eſſe non poterit? Reſpondeo, debuit quidem à magiſtratu interfici, quod ſi eum non interimat magiſtratus, in aliã profugere terram mœchus poteſt, ibique ſi continere nequeat, vxorem ducere rurſum. Si quis obijciat, ſic latus campus dabitur quibuſuis maritis & vxoribus diſcedendi, & exteras petendi terras, vt illic rurſus nubant. Reſpondeo, quid ego aduerſus hæc poſſum? Nam omninò inter duo mala alterum potius eſt, ſcilicet propter vitandam ſcortationem in exteris terris matrimonio copulari permittere. Arbitror enim eum vel coram Deo tutum eſſe, quum vita ei concedatur (à magiſtratu) nec continere queat.* Hæc tu Samuel decem quaſi ſumma diuortiorum faciendorum genera, 1. fornicationem alterius partis matrimonium antegreſſam, 2 aut adulterium poſtea commiſſum, 3. alterius fugam, & coniugis derelictionem, 4. vel etiam diuturniorem à domo abſentiã, 5. mariti ſæuitiam, 6. alienationem animorum tantam, vt vnus alteri nolit recõciliari, 7. ſi alter alterum ad peccatum inſtiget aut ad hæreſim, 8. ſi alter alteri copiam ſui corporis obſtinatè neget, 9. ſi morbo contagioſo laboret, 10. ſi parentes matrimonium improbent; hæc tu genera ſi rectè expenderis, & in ſuas ſpecies parteſque acutè tribueris, & exemplo Lutheri de ſimilibus ſimiliter iudicans, ad hunc modum alia huius ordinis & proportionis aggregaueris, videbis tuos Euangelicos in diuortijs permittendis nobis non eſſe reſtrictiores, laxiores multò, qui cauſas diuortiorum ita multiplicant, vt eodem tempore vni fœminæ decem maritos contingere poſſe fatentur, quod in Turcia nunquam fando auditum eſt. Neque tamen velim arbitrere me exactè cauſas diuortiorum omnes in veſtris conſiſtorijs & congregationibus tritas, & à Theologis approbatas hic collegiſſe. Perdiu enim eſt, quod a veſtris libris & negotijs me penitus abſtraxi, quanquam iſtarum cauſarum matrimonialium nunquam vel leuem aliquem ſcientiam habui, nec illis intelligendis vnquam animum adieci. Tantum (vt vides) communia quædam noto, ante annos fere triginta, aut etiam quadraginta, in duobus aut tribus libris paulò pòſt Euangelij exortum peruulgata. Quod ſi aliquis nuper è Germania aut Geneua huc profectus, huius generis ſingula enumeraret, quantum ille & qualem catalogum (vti probabile eſt) contexeret.

In ſermone de Matrimonio. fol 122. 123.

ARGVMENTVM CAPITIS VNDECIMI.

Proſequitur Michæas & oſtendit Turcicam polygamiam ex Lutheri & Proteſtantium doctrina de Matrimonio directè ſequi: tum quia illi tollunt Sacramentum, & tantummodo relinquunt officium naturæ, quod polygamia non aduerſatur: Deinde quia prædicant hominem non poſſe carere vſu fœminæ. Vnde planum eſt eos qui in Imperio Turcico longè abſunt à ſuis vxoribus, non poſſe cauere adulterium, niſi diuerſis in locis diuerſas ſibi vxores comparent. Euangelicos autem qui neceſſitatem Veneris vbique docent, vxorem autem vno in loco concedunt, infinitis & adulterijs, & cædibus præbere cauſam adeo vt hæc Euangelicorum prædicatio directè inducat polygamiam Turcarum, quæ ſi ab Euangelicis publicè admitteretur, eorum redderet Euangeliſmum multò perfectiorem & honeſtiorem. Notat deinceps ex eadem Euangelicorum doctrina de neceſſario Veneris vſu conſequi, tum ſingularem impudentiam & petulantiam in fœminis, tum magnum Reipublicæ detrimentum propter immatura puerorum matrimonia. Deniq; comparat Mahumetem & ſuos cum Luthero, Zuinglio, & reliquis nouis Apoſtolis, probans hos quoad turpes libidines Mahumete longè fuiſſe impuriores. Samuel excuſat vt poteſt Lutheri in prædicãdo Matrimonio hyperbolas, eiuſq; vt viri excellentis verba nec à ſe, nec à Michæa rigidè & odioſè vrgenda monet.

CAPVT VNDECIMVM.

ET vide adhuc longè alia, imò infinitis partibus longè vehementiora apud vos luxurię & libidinis irritamẽta. Si enim (quod eſt communis prudentiæ, ſemperq; in quauis materia imprimis attendẽdum) ab his effectis & moribus, & tanquam fructibus ad eorũ cauſas & origines, radiceſq; intuendas aſcendere volumus, cauſa quæ vos ad hæc diuortia impellit, ita neceſſariò polygamiam noſtram inducit, vt abſq; ea omnem inuehat turpitudinem, honeſtatis & continentiæ omnia prorſus effringat repagula. Quare enim iſta fœminis viriſque repetita condonatis coniugia? Rationes vobis ſuppetunt in ſpeciem permultæ, principalis autem & maximè efficax, & quam vides in locis proximis

Fundamẽtum Polygamiæ Turcicæ.

mis citatis crebro inculcari, ea eſt quia fœmina *non poteſt continere, non poteſt carere viro; vir non habet donum caſtitatis, repugnat naturæ, vt quis ſit cælebs*: neceſſitatis eſt non voluntatis, vt quis cum fœmina copuletur. Non agnoſcis libros, pulpita, conciones, & conſiſtoria tuorum his vocibus circumſonare. Ex quibus vt vos diuortia veſtra licita eſſe contenditis, ita & ex eis ego polygamiam noſtram inuictè confirmabo. Sunt præterea quædam ſubtiliora à vobis omnibus poſita, nec minus firmiter huius concluſionis neceſſitatem ſtabilientia. Eſt enim vniuerſalis (vti opinor) veſtrum omnium opinio, matrimonium non eſſe ſacramentum, ſed tantum officium naturę, ad generis humani conſeruationem ordinatum, quemadmodum olim apud Iudæos. Ex hoc autem quid efficitur? vt diuortia eſſe licita, ita & polygamiam eſſe legitimam. Theologi enim Papiſtæ ſuperſtitioſè quidem, ſed ſuæ tamen fidei, quam animo conceptam habebant, ſatis congruenter, quia hoc Chriſti & Eccleſiæ Sacramentum eſſe volebant, quo ſignificaretur vnius Eccleſię ad Chriſtum relatio, & Chriſti cum Eccleſia vna ſempiterna & indiuidua coniunctio, idcirco contra vera diuortia illam matrimonij inſeparabilitatem docebant, & contra vxorum multitudinem vnitatem ſuam vrgebant. Vos autem qui primam partem reijcitis, & ſeparationem probatis, alteram partem eadem nitētem radice ſterilem illam vnitatem cur non itidem abrumpitis? cur vt nobiſcum & Iudæis Sacramentum negatis, ita nobiſcū & Iudæis duram illam conditionem, ex ſacramenti opinione manantem non vna à vobis depellitis? Reiecto enim Sacramento, & mentis acie ad ſolum naturæ bonum conuerſa, neſcio quid in noſtris matrimonijs poteſtis requirere. Conſeruationem generis humani? At hoc modo ſoboles eſt copioſior. Eiuſdem ſobolis educationem? At patres cum ſuis vxoribus in eam curam incumbunt, neque vt beſtiæ vel adulteri poſt generationem liberos ſolis matribus relinquunt educandos. An vt vxores rectè tractentur, earumque ſtatui honeſtè conſulatur? Eſt hoc quidem minus principale matrimonij bonum & finis (vt dicunt Theologi) ſecundarius, ideoq; non tam ſolicitè quam alia attendendus, quem tamen nos non negligimus: Quin etiam propter pacem vxorum & tāquillitatem domus, diuerſas vxores diuerſis in locis ſeruamus, nec plures ducimus, quam facultatibus noſtris largè & liberaliter poſſumus ſuſtinere. Sed reuenio vnde digreſſus ſum, ad tuos Doctores ex ineuitabili concūbendi neceſſitate hanc

Digitized by Google

diuortiorum licentiam, & (quod ego ſequi contendo) polygamiam noſtram approbantes. Pro multis audies vnum teſtimonium illius hominis, quem *cum Zuinglio* tua Anglicana Eccleſia publico ſuffragio *à Deo miſſum ad illuſtrandum terrarum orbem* confitetur. *Quam non eſt* (inquit ille) *in meis viribus ſitum, vt vir non ſim, tam non eſt mei iuris, vt abſque muliere ſim. Rurſus vt in manu tua non eſt, vt fœmina non ſis, ſic nec in te eſt, vt abſq; viro degas, non enim libera eſt electio aut conſilium, ſed res eſt neceſſaria, vt marem fœmina, fœminam mari ſociari oporteat. Verbum enim hoc, quo Deus ait: Creſcite et multiplicamini, non eſt præceptum, ſed pluſquam præceptum diuinũ puta opus, quod non eſt noſtrarum virium vel vt impediatur, vel omittatur, ſed tam eſt neceſſarium, quã vt maſculus ſim, magiſq; neceſſarium, quam edere, bibere, purgare, nares emungere, dormire, & vigilare. Eſt implantata natura, haud ſecus ac membra ad eam rem pertinetia. Idcirco ſicut Deus nemini præcipit, vt ſit mas aut fœmina, ſed creat vt ita eſſe oporteat, ita nec præcipit creſcere & multiplicari, ſed creat vt neceſſe ſit eos multiplicari, et ſi quando volumus prohiberi, ipſum prohiberi non vult, ſed tranſit nihilominus viam ſuam per fornicationem, adulterium, ſodomiã &c.* Sic Lutherus, ſic ſuos inſtituunt Lutherani, ſic cõcionantur Miniſtri Germani. Quam candem eſſe Miniſtrorũ in vicina vobis Scotia peruulgatã concionandi materiam, videlicet *non eſſe noſtrarum virium, diuinum opus vel impedire, vel omittere, ſed tam eſſe neceſſariũ Veneris vſum, quam eſt neceſſe vt mares ſimus, & magis neceſſarium, quam edere, bibere, purgare aluum &c.* Ab aurito & oculato teſte eſt memoriæ mandatum, eamq; ob cauſam *præſcribunt, vt ſui ordinis quiſq; etiamſi Octogenarius ſit, fœminã ſibi deligant, id boni exẽpli loco fieri erga populum interpretantes*: Id quod (nimirum, vt Septuagenarij & Octogenarij iuuenculas ſibi copulent) in Anglia factitatum noui à clariſſimis Concionatoribus, à Miniſtris, à Sacerdotibus, à primi nominis Epiſcopis. Alio autem loco Martinus Lutherus addit, *hanc vim genitalem & feruentis naturæ inclinationem in mulierem in corpore maſculo ſic creari & conſeruari, vt nullis votis eradi poſſit, ideoq; qui ſine muliere manere ſtatuit, ille* (inquit hic Euangeliſta) *nomen hominis à ſe deponit, planum faciens ſe Angelum eſſe aut ſpiritum. Homini enim à Deo nullo modo conceditur, ita vt ſupra vires ſit ab hac tẽperare poſſe & hoc cogente verbo Dei volentis & iubentis.* Hæc & alia multa Martinus Lutherus, quę ſilentio ſepelire malo, ne nimium videar Euangelij veſtri nuditatem detegere, cuius ego certè quidem

Apologia Anglicana d.3.
Lutherus Tom.5. Sermon. de Matrimonio. fol.119.
Doctrina pluſquam Epicurea.
Archibal. Hamilton. demõſtra. Caluin. Confuſio. lib.2. c.29. fol.230.
Idem Tom.7. in epiſt. ad VVolfgangum, &c fo.505.

Digitized by Google

quidem honori maximè conſultum cupio, quatenus per Alcorani noſtri defenſionem licet, cui vt Euangelium veſtrum cedat, id ſolum poſtulo, Euangelium autem penitus non contemnere, nec condemnare intendo. Hæc verò eiuſmodi ſunt, vt non dubitemus eum qui iſta ſcripſit, & ſuis hominib. prædicauit, inuictis rationibus eos ad polygamiam noſtram inducere voluiſſe, noſtram certè conſuetudinem ita luculenter confirmat, vt pro ea nihil vberius Mahumetanus aliquis Sacerdos poſſit excogitare. Habemus multas quidem vxores, fateor; at non eodem in loco; ſed vnam, verbi gratia, Conſtantinopoli, alteram in Caramania, tertiam fortaſsè, & ſi voles quartã, Rhodi vel Cypri, aut in aliqua Ionij maris inſula. Hoc tu nobis vitio vertere audebis? quibus oculis? qua fronte? quũ nobis ſæpenumero negociorum cauſa has Prouincias & Inſulas peragrare neceſſe ſit, & negare non poſſis concubitum cum muliere magis eſſe neceſſarium, quam edere vel bibere, à quibus ſine interitu nec paucos dies abſtineri poteſt. Deinde diuinum eſt, non præceptum, ſed opus, vel potius & præceptũ & opus, vt creſcam & multiplicem. At quinam hoc præſtare potero in extremis Aſiæ finibus agens, quum conſors mea ſit Conſtantinopoli, niſi aliam in Cilicia conſortem aſciuero? immò niſi aliquando in Conſtantinopoli, vel ſaltem in ſuburbijs aut confinijs diuerſæ vxores mihi ſint in prõptu, quando lege noſtra mulierem grauidam attingere grande piaculũ ducitur; & ego tot menſibus quot vxor vna grauidata à complexu meo arcetur, vxoria ſocietate carere non potero. Et quis diuino multiplicandi præcepto paret fructuoſius, ego qui in varijs locis ſobolem propago, an tu qui in omnibus alijs locis ſterilis, vni tantum affixus, illic fœcunditatem tuam experiris? Si in Republica Neapolitana Princeps imperaret, vt omnes ſubditi vitibus propagandis operam nauarent, quem tu putares Principi magis obedientem & Reipublicæ commodiorem, eum qui domi in horto ſuo vineam plantaret, quę fortaſſe propter telluris naturam ſterileſceret, an qui & domi operam eam non contemneret, prætereaque & Falernum agrum, & Surrentinum, & montes Maſſicos, & oram Calabrenſem vitibus conſereret, & quoad poſſet pluribus poſſeſſionis ſuæ locis diligentiam hanc impenderet, & fortunam tentaret? Quid? an in ſola vrbe Conſtantinopolitani viri ſumus? an non vbique humanam naturam circumferimus? Aut vero in omnibus alijs Prouincijs ſumus Angeli & ſpiritus? Nunquid in vna ſola ciuitate nos cogit ad mulierem *verbum*

Poſtell. de la republ. des Turcs pag. 5.

Digitized by Google

Dei volentis & iubentis, in alijs parcit, ſuamque voluntatem & iuſſum coërcet? Certè quum Martinus Lutherus ſuo adultero (cuius vxor vult eum repellere, & alium aſſumere) conſulit, vt in aliam Rempublicam proficiſcatur, quum non poſſit continere, ibi aliam ſibi vxorem comparet (huiuſmodi autem Reſpublicæ in Germania, vbi quælibet ferè ciuitas Reipublica eſt diuerſis legibus gubernata, multò ſunt viciniores, quam illæ quas modo percenſui Imperij noſtri Inſulæ vel Prouinciæ (quum hoc etiam coram Deo tutum eſſe fateatur, quum in illo adultero tale matrimonium commendet ad ſcortationem vitandam, niſi hoc ipſum nobis non quidem adulterantibus, ſed varias vxores cõtra adulterium prouidentibus largiatur, & abſurdiſſimus eſſet, omniſque planè rationis expers; & ſua ipſius argumenta refelleret, & multiplicationi à Deo præſtitutæ aduerſarius, & communis naturæ inimicus, & turpiſſimis adulterijs, quam honoratiſſimis matrimonijs eſſet indulgentior. Quod abſit, vt ego vnquam de tam excellenti viro velim ominari. Potius quod ſupra de Muſculo & Ioanne Caluino, id etiam hic de Martino Luthero verè ſentio, quod quemadmodum aues nonnullæ oua pariunt, quę poſtea alijs auibus ſupponunt, vt pullos excludant: ita Martinus Lutherus, & ſui Coëuangeliſtæ voluerunt noſtram quidem doctrinam de diuortijs & matrimonijs tradere, ſed rudem & informem, quam poſt ſui ſucceſſores perficerent & polirent. Adhuc enim quemadmodum apud Lutheranos eſt in vſu tu ipſe conſidera, an non valdè ſit ſordida, & non magis noſtræ perfectioni, quam ferrum auro comparanda. Quid enim turpius dici aut fingi poteſt, quam perpetuum afferre morbum, & vno tantum loco vel tempore præbere medicinam? fornacem ignis ardentem ſemper, ſemperque vrentem viſceribus noſtris immittere, & negare aquam qua refrigeretur? Dico ſemper omnibuſque in locis affingere homini malum libidinis neceſſarium, & ineuitabile, nec tamen permittere honeſtam vxorum varietatem, qua ſola adulteriorum turpitudo declinatur; hoc certè quamdiu docetis, quemadmodum ſupra concluſum eſt, vos inducto æterno ſchiſmatum, hæreſum, & contentionum ſeminario, nec vllo eadem pacificandi inuento remedio, Eccleſiam fidemque Chriſtianis perpetuis bellis & dimicationibus reddidiſſe obnoxiam: ita nunc inuecta in Euangelicorum veſtrorum vitam hoc neceſſario ad Venereas copulationes impetu, & vnam tantummodo vno in loco illi ſedando vxorem permittentes

Supr. lib. 1.

Digitized by Google

rentes, Euangelicos veſtros maxima vitæ ſuæ parte, in pleriſque regni veſtri locis & vrbibus, quũ ab illa vnica ſua vxore lõgius abſunt, planè adulteros, ſcortatores, aut (quod nequius) molles & cynedos efficitis. Niſi fortè vno tantummodo in loco, Londini, verbi gratia, mercatores, & Miniſtri homines ſint, quibus, *edere, bibere, purgare* neceſſe eſt, ijdem autem propter multas cauſas Eboraci & Nouicaſtri agentes homines non ſunt, quibus edendi, & bibendi, & purgandi nulla neceſſitas incumbit. Hoc ergo primum idemque potiſſimum eſt argumentum, ex quo concluditur Magiſtros veſtros ſua doctrina Mahumetis noſtri doctrinam de vxorum multitudine ſtatuere, aut veſtros homines vi quadam & neceſſitate in vaſtum quoddam adulterandi pelagus præcipites dare. Atque hoc argumentum ex principijs Euangelij veſtri perſpicuè manans diſcipulorum praxis multò vberius cõfirmat. Quam enim multi ſunt è Miniſtris veſtris, qui hoc principio edocti, alij duas, alij tres, alij quatuor fœminas ſibi tanquam vxores ſumunt, prout nimirum in diuerſis regni Anglicani partibus diuerſa Eccleſiaſtica quæ venantur beneficia ſunt conſecuti? hæ ſi per leges veſtras municipales liceret, legitimæ eſſent vxores; id quia non licet, quid aliud ex eo ſequitur, quam & illas eſſe ſpurcas meretrices, & hos adulteros impuriſſimos. Deinde ex hoc interdicto quis explicare poterit, quantum horribilium ſcelerum flumen in Eccleſiam veſtram inundet, non enim adulteria modò, ſed veneficia quoque & cædes fœminarum multis in locis admodum ſunt frequentes. Memini me legere in Chronicis veſtris, neſcio quem Epiſcopum, vt alij volunt Romanum, vt alij Germanum votarijs Sacerdotibus conceſſiſſe facultatem ducendi vxores, eò quod in quadam domus ſuę piſcina repererat neſcio quot capita, quæ ille teneris infantibus abſciſſa, & illuc proiecta augurabatur. Ex quo aiunt illum valdè commendaſſe illud Apoſtolicum: *Melius eſt nubere quam vri*, & deinde ſuo adiecisse; *melius eſt nubere quam occaſionem inferendæ necis præbere*. Quod dictum ſi vos ſeriò meditaremini, & quonam referatur expenderetis, & quam multis Miniſtrorum vxoribus hæc veſtra iniquiſſima de vnitate vxoris lex mortem importaret, & ipſi opinor cum illo, quiſquis fuit, occineretis; *Melius eſt verbi Miniſtris quot volunt legitimas vxores concedere*, quam earum tam multis alijs miſerrimam cum ſuis maritis vitam, alijs certiſſimam à maritis mortẽ hac veſtra iniuſtiſſima lege afferre. *Quum eſſem*

Fox in Act. & Monument. pag. 386.

Sylu. Cza.

Neobur-

Digitized by Google

anouius de corruptis moribus.

Neoburgi in Germania, antequam Euangeliſmum veſtrum eiuraſſem, *incidi in quoſdam veſtrarum Eccleſiarum viſitatores, in quorũ tabulis, Deus bone, quam incredibilia vidi* à Lutheranis Miniſtris, coniugatis quidem, ſed cum vna tantum, tum ſtupra, tum cædes perpetratas! *Vnus eorum (is toxico vxorem ſuam interfecerat, vt alijs mulieribus vteretur) rogatus, cur tãtum admiſiſſet ſcelus*, ingenuè reſpondit & liberè: *Coniugium* (ſimplex) *in Lutheranis Sacerdotibus non reſtinguere vagas libidines*, plures vxores iuxta legem Dei eſſe tribuendas, ſi quis eos velit, vt Miniſtros decet, caſtè & honeſtè viuere. An ignoras multa huiuſcemodi in Anglia veſtra fieri? aut negare poteris Scotiæ Miniſtros hac erga vxores immanitate nimium eſſe infames? Quidni ergo imitamini Paulum Apoſtolum, & cũ eo dicitis; *Melius eſt nubere quam vri*, & huic à vobis tam decantato Epiphonemati apponitis illud alterius Epiſcopi; Melius eſt dare *nubendi libertatem, quam inferendæ necis occaſionem*: & prohibere nuptias, quæ eſt (vt à vobis ipſis ſemper hactenus vſurpatum eſt) ipſiſſima doctrina dæmoniorum. Cur (ſi adhuc vlterius progredi vereamini) ſaltem Lutheri & Melanchthonis moderationem non admittitis, qui & conſilijs, & literis, & exemplis toti Germaniæ notiſſimis approbarunt, vel *vt quis priore vxore ſuperſtite, duceret ſecundam*, quod ter fecit Henricus veſter; vel vt ſimul ſi nõ plures, *duas ſaltem legitimas habere poſſet vxores*; quod etiam laudauit Bucerus. Certè dũ hoc modo ancipites Semiturcæ & Semichriſtiani inter ſacrum & ſaxum hæretis, horret animus cogitare, quam infandis peſtibus ſitis obnoxij. Illud modò velim te ad tuos Anglos transferre (eadem enim prorſus ratio eſt) quod vir quidã Chriſtianus ex conſiderata valdè diligenter Eccleſiæ Liuonicæ Germanicæque Eccleſia, fatetur *tantum illic mali partim iam ortum eſſe, partim certò oriturum ex illa peruerſa Paulinæ legis interpretatione, vt fœdiora multa nobis Chriſtianis* (inquit ille) *expectanda ſint, quam Turcis ex ſua polygamia, quibus tot licet quot libet vxores ducere.* Et hactenus ita de veritate hac diſputaui, vt oſtenderem perfectionem Euangelij veſtri in eo conſiſtere, vt excluſa Papiſtica illa Monogamia polygamiam noſtram à Mahumeto traditam recipiat. Nunc vt vnà videas excellentiam Alcorani noſtri, paucis oſtendam conſequentiã doctrinæ veſtræ tam eſſe abſurdam, vt Rempublicam omnẽ, in qua admittitur, planè corrumpat & diſſipet, omnemque ex ea pudorem & verecundiam profliget, partim muliebrem ſexum ad omnem vitæ diſſolutionem & impudentiam prouocando,

Archibal. Hamilt. Confeſsio. Caluin. lib. 2. c. 29.

Vide Prateolum in Elencho Alphabetico lib. 11. ca. 3. p. 306.

Czecanouius vbi ſupra.

Digitized by Google

cando, partim iuuentutem nōdum robore & viribus firmam, atque idcirco nec ad matrimonium ſuſcipiendum, & virilem prolem generandum idoneam, fœdis tamen amoribus implicando ad quos hæc ætas non tam naturæ impetu, quam veſtræ doctrinæ impulſu ruit, priuſquam ætate confirmata domum, & vxorem regere, & ſobolem fortem, qualem Reipubl. ſalus requirit, poſſet procreare. Deinde veniam ad particularem comparationem noſtri Mahumeti cum veſtris Apoſtolis, & videbimus veris hoc incontinentię crimen, quod tu Mahumeto obijcis, altius & profundius inſideat. Et primum illud coram homine moderato, & indifferēti neſcio an aliquid deſideret præter ea quæ iam proximè à Luthero, & ſuis pro earū neceſſario concubitu dicta ſunt. Quæ eſt enim fœmina Euangelica, cui hæc Euangelij doctrina nō omnem excutiat pudorem & honeſtatem, quando hanc Veneris neceſſitatem videt à tantis Apoſtolis prædicari? Quæ eſt (inquam) fœmina verè Euangelica adeò caſta, vt à vobis Miniſtris edocta, nolit hanc Lutheri cantilenam canere: maritus meus abſens eſt, & diutius mihi corpus ſuum ſubtraxit, quā eſt pollicitus, vel eſt morboſus, & ego ſentio ſtimulos carnis, nec poſſum continere, ergo mihi alius vir eſt neceſſarius. Altera viri ſui pertæſa, & noui ſponſi deſiderans amplexus, reijciet culpam in parētum voluntatem, dicet maritum eſſe Zuinglianū, Brentianum, Adiaphoriſtam, aut Suenckfeldianum. Obijciet, quod ab eo prohibeatur Chriſtum imitari; denique quæ reliquis minus eſt verecunda, & magis procax, cauillabitur maritum ſuo officio non ſatisfacere; ſæpenumero pertinaciter negare ei corporis ſui copiam, ideoque quemadmodum maritus ſibi aliquādo comminatus eſt, ***Si tu nolueris, alia volet, ſi domina nolit, adueniat ancilla***; ſic quando in coniugio par eſt vtriuſq; ratio, ſe etiam velle par pari repēdere, & ſimili modo denunciare viro; ***ſi tu nolueris alius volet, ſi vir non vult adueniat famulus***; vel potius non iſta dicent aut denunciabunt, ſed abſq; dicto aut denunciatione talibus concionibus obtemperabunt, & quamuis reliqua omnia Miniſtrorum ſuorum monita obliuiſcantur, hæc tamen non ſolùm memoriæ mandabunt, ſed opere etiam quam diligentiſſimè præſtabunt. Non dubium eſt (inquam) hæc & dicturas & facturas, ſi eas ſola Miniſtrorum ſuorum ad hanc libertatem moueret authoritas. At nūc quum audierint præterea hoc Euangelicum eſſe, hoc Apoſtolicum, ſic ſtatuiſſe Apoſtolum Paulum, ***cui os obſtruere*** nō poſſimus, ***cuius verba aperta***, ſunt quæ ***fratrem vel ſororem liberāt***

à lege

Digitized by Google

à lege coniugij,& *non ſemel tantum*,ſed iterum atque iterum ſorori Chriſtianę permittunt,vt *quoties res poſtulat*,progrediantur ad nouum ſibi virum comparandum, & *doctrinam eſſe dæmoniorum*, eumque propterea non Chriſti, ſed Satanæ Apoſtolum eſſe qui aliter tradit: certum eſt Samuel nunquam veterem à Poëtis decantatam Io Iunonis æſtro vexatam, per omnes terras ad alleuiationem doloris ſui quærendam tam furioſè curſitaſſe, quam iſtæ nouæ ſorores Euangelicæ Veneris & cupidinis œſtro cõfixæ,adiunctis etiam diuini verbi ſtimulis,omnes angulos ſtudioſiſſimè circũſpicient, omnes vel veras,vel veriſimiles cauſas arripient, vt viros ſuos decipiant,ſimulque prurientis carnis deſiderio,& præcipientis Euangelij, Paulique imperio ſatisfaciant, adeo vt nemo vſpiam maritus vel foris,ſi pauculos dies ſit abſens, vel domi etiam perpetuò præſens,niſi intemperantis fœminæ explendæ libidini (quam ſcriptura teſtatur planè inſatiabilem) ſtrenuam imprimis nauet operam,nunquam de vxoris honeſtate poſſit eſſe ſecurus. Quale eſt hoc,& quam immenſum Chaos libidinum,adulteriorum,impudicitiæ,procacitatis? Quare Samuel qui Alcorani noſtri,& Euangelij veſtri ſtatum rectè pernoſcens (te enim vulgaribus deceptum rumuſculis Turcicæ religionis imperitum video) quoad caſtitatem matrimoniorũ,vel ſeueriorẽ illam ab omni Venere continentiam Euangelium veſtrum noſtro Alcorano anteponit, ille ſe hominem communis iudicij, rationis & ſenſus expertem oſtendit. Hoc certè ipſum, quod iam dico, eiuſmodi eſt,vt quemadmodũ ſuperius ob alias rationes viros in Eccleſijs veſtris pleroſq; omnes demonſtratum eſt eſſe adulteros: ita ob hanc indulgentiã erga fœminas pluſquam probabile eſt,eaſdem Eccleſias veſtras gregibus adulterarum redundare. Alterum verò illud de Reip. euerſione ex eodem fonte manat. Cum enim certum ſit pueros 13. aut etiam 12. annorum, puellas ætate minores ad libidinem multum commoueri,& *vri* ſicuti vos Apoſtolicè (ſi Dijs placet) vocatis, ſit autem Reip. valdè incommodum tales fieri coniuges, niſi Nanis & Pygmæis,eiſq; infirmis & morboſis Remp. complere volumus (ex iſtiuſmodi enim coniugijs quos alios fructus poſſumus attẽdere?) perſpicuum eſt quemadmodum hæc veſtra doctrina certã Reip. peſtem & ruinam afferet. Quare nolo hoc pluribus argumentis proſequi,veſtrorum hac de re cõfeſſionem & querimoniam ſatis ſit aſcribere, qui grauiter ſanè deplorant Germaniæ ſtatum,in qua affirmant *nullo vnquã ſeculo antea, libidines adeo frequentes, adeoq; varias in omni genere*

Prouerb. c. 3. v. 15. 16.

Silu. Czeganouius, vbi ſupra.

Digitized by Google

nere ſexus ætatiſq́; exarſiſſe, quã hoc ſeculo noſtro Quæ verò huius talis incendij fax eſt & nutrimentũ, audi. *Nã hoc vnicũ decretũ Lutheri, quaſi lex diuina nunc paſſim habetur, neminẽ poſſe continere, non magis quã non expuere ſaliuam; nec magis virum muliere, vel mulierẽ viro carere poſſe, quã vllũ hominẽ cibo & potu. Et hoc vbiq́; decantatur, impoſſibile eſſe, vt aut adoleſcens aut puella, ſi modo Veneri apti ſunt à Venere poſſit abſtinere.* Lequid verò pueri & puellæ hanc legẽ ſuis flagitioſis cupiditatib. prætexunt? nihil eſt clarius aut crebrius. *An non enim videmus adoleſcentulos hoc tempore palam ſcortari, et ſi ab hoc vitio retrahuntur, ſibi dari vxores flagitare contumaciter? puellas quoque ſi aut libidine lapſæ ſint, aut alias impudicè laſciuiant, tam has quã illos proteruè hanc Lutheri legem obtendere, neminem caſtè continenter*; *poſſe viuere, cũ Venus æquè neceſſaria ſit ac potus cibuſque? Ex his nouis nuptiarũ ritibus pueri nubunt, puellulæ nubunt, & ſic naſcẽtur viri illi tam ſtrenui heroes qui bello Turcas vltra Caucaſum montem ſubmouebunt, &c.* Hæc eſt Euangelij veſtri prædicatio caſta (Samuel) & prudens, qualis nimirũ ipſos Veneris & Bacchi antiſtites decebat; ex eaq́; hæc fluit & ad Rempub. totam vaſtitas, & ad ſingulorum hominum mores contagio & procacitas. In noſtro autem Alcorano & noſtrorum moribus planè contrarium elucescit. Nam ſi Alcoranum totum à prima Azoara ad vltimam percurreris, nihil iſtiuſmodi reperies, & in Republica noſtra ante 21. aut 22. ætatis annũ neminem videbis quocunque loco, aut nobilitate de matrimonio loqui. Illi certè qui sũt in Serralijs, & Principis noſtri ſumptibus nobiliſſimè educantur, ex omnibus vel Imperij noſtri, vel vicinarum gentium regionibus ſingulari cura conquiſiti magno numero (ſolum enim Conſtantinopolitanum Serralium continet ſeptingentos) adoleſcentes fortiſſimi pulcherrimiq́;, ad quos tandem totius huius Imperij ſub Principe gubernatio defertur, etiamſi omnib. vel naturæ vel fortunæ bonis ſint ornati ante illud tamen tempus quod dixi, mariti non fiunt, qui vel maturrimè coniugia ſortiuntur. Interea temporis ita inſtruuntur, & exercentur ſub præceptoribus grauiſſimis, ita oẽs laſciuiendi cauſæ ab eorum oculis & aurib. remouentur, nihilq́; huius obſcœnitatis Euangelio veſtro propriæ, de neceſſario Veneris vſu ad eos deprauandos circumſonat, vt verè credam noſtros illos generoſiſſimos caſtius accedere ad vxores, cùm viri maturæ ætatis 26. aut 27. annorum coniugãtur, quã veſtros infirmos & teneros puellos, cũ 15. aut 16. annos nati matrimonia cõtrahunt. Venio iã ad Mahumetẽ Prophetã noſtrum,

Vide hoc item apud VVrancum de bonis & malis Germania

Poſtell. de la republ. des Turcs pag. 7. 37.

noſtrum, quem tu acerbè admodum perſtringis, eoque multum putas ſubleuari cauſam tuam & deprimi noſtram, quod quum veſtri Apoſtoli vnis ſinguli fœminis contenti fuerint, noſtri Eubocara, Homar, & reliqui, imprimis verò Archipropheta Mahumetus tredecim aut etiam ſeptemdecim habuerint. Quod quamuis probabiliter inficiari poſſem, idque veſtrorum Hiſtoricorum authoritate, quorum vnus doctus ille quidem, & rerum noſtrarum valde intelligens, vndecim tantum, alter longè doctiſſimus hiſtoriarum cuiuſque generis & Reipublicæ perueſtigator octo tantum ei eodem tempore attribuit: tamen quia fieri poteſt, vt ſeptendecim aut etiam plures ei ſimul affuerint, ego nō horum aliquod contentioſè negabo. Quum enim (vt ſupra declaratum eſt) polygamia exemplo Patriarcharum licita ſit, non eſt magis determinanda numero ternario, quàm ſeptenario, aut duodenario. Et ſi verum eſt, quod ſcribit Lutherus veſter, *matrimonium optimo omnium iure ſpiritualem ſtatum vocari debere, eſſe verè cœleſtem, ſpiritualem, diuinum, eiusq; naturam eſſe eiuſmodi, vt hominem agat, vrgeat, impellat, ad ſummum, internum, ſpiritualiſſimū opus, nempe fidem* (quæ ille multis explicat & fusè proſequitur) non video, quin ille qui pluribus matrimonijs illigatur, plures habeat ſanctimoniæ gradus, eiuſque ſtatus tanto ſit cœleſtior, diuinior, & (vt ita dicam) ſpiritualior, tantoque magis ad *ſummum & ſpiritualiſſimum opus, fidem* vrgeatur, ideoque ad ſanctitatem & fidem magis magiſque augendam, valde laudabile ſit pluribus vxoribus copulari. Quemadmodum apud Papiſtas, qui Religioſorum ſuorum ordines vocant *ſtatus ſpirituales*, ab ordine laxiori & liberiori ad ſtrictiorem & ſeueriorem, vbi magis in ſpirituali perfectione arbitrantur ſe proficere; ſemper fas eſt tranſire. Sed ſiue hoc ita ſit, ſiue ſecus, id certè quod de Mahumeto memoras, nihil omnino impedit, quin vt Alcoranus noſter veſtro Euangelio, ſic Mahumetus noſter Apoſtolis veſtris, etiam quoad caſtitatem, ſit commendatior. Recogita enim non quid alij de Luthero & Zuinglio ſcribunt, ſed quid Zuinglius ipſe ſcribat, idque illis in literis, quas & *ſuo, & aliorum Euangelicæ doctrinæ Miniſtrorum nomine* miſit ad communem Heluetiorum ciuitatem: *Apud Paulum* (inquiunt iſti) *nō aliam matrimoniorum cauſam, quam carnis ad libidinem æſtum reperire licet, quem in nobis feruere negare non poſſumus, quum huius opera nos coram Eccleſijs infames reddiderint. Æſtum verò libidinis eas carnis cupiditates & affectus intelligimus, quibus homo tantum non accenſus*

Bellon. lib. 3. cap. 10.

Belleforeſt Coſmographia li. 1. li. 3. c. 33. col. 1202.

Lutherus to. 5. comment. in 1. Cor. c. 7. fo. 106. 107.

Zuinglius aliję Euangeliſtæ to. 1. col. 115.

ſenſus carnis libidinoſa ſtudia animo ſuo verſat, in his ſolis omnes cogitationes ſuas inſumit, hæc meditatur, totusq́; in hoc eſt, vt carnis furori ſatisfaciat. Hęc Zuinglij verba iterum atque iterum expendenda ſunt Samuel. Is quoque in alia ſupplicatione, *Vbi ſupra* quam *nomine quorundam Tiguri Euangeliſtarum* mittit ad E- *fol. 123.* piſcopum Conſtantienſem, & cui præter Huldericum Zuinglium Leo Iudæ, Eraſmus, Fabricius, & Balthaſar Tracſelius ſubſcribunt, fatētur *ſe tam valdè arſiſſe, vt mul.ą indecorè geſſerint homines quadragenarij.* Et hi primi fuerunt apud Heluetios Apoſtoli, vel (vt ipſi ſe vocant) *Euangeliſtæ.* Vtque mittam vnum ex primis Anabaptiſtarum Apoſtolis Ludouicum Hetzerum, quem *vigintiquatuor fœminas maritatas* (præter virgines) *conſtupraſſe* teſtis eſt Martinus Lutherus: & Libertinorum Principem Quintinum, qui *vt emiſſarij equi quamuis ſenio cō-* *Luther. in* *fecti, ad equas, ſic ille ad fœminas* etiam ſenex, & ætate confe- *colloq mē-* ctus *hinniebat*, quemadmodum de eo ſcribit Ioannes Calui- *ſal. fol. 415.* nus: Martinus Lutherus Apoſtolus & Euangeliſta Saxoniæ, *Caluinus* cum de ſeipſo teſtetur, quod ſub initium ſui Euangelici Apo- *contra Li-* ſtolatus (antequam Catharinam Boram ſibi copulaſſet) *pro-* *bertin. in* *pter libidinis vehementiam, & amorem mulierum ad inſaniam* *fine p. 654.* *penè redactus fuerit*: cum ſuis commentarijs ſacras ſcripturas *Luther. in* illuſtrans, ad Textum Salomonis, matronam bonam cōmen- *colloq mē-* dātis, hanc marginalem notam (quam ſe ab hoſpita ſua Iſen- *ſal. fo. 516.* naci didiciſſe, ſuoque experimento comprobaſſe ſignificat) *Ibid. f. 400.* tanquam inſigne epiphonema quod omnes verè Euangelici *Annotat.* altiſſimè ſuis iā mentibus defigerent. *Nihil amabilius vel ſuauius eſt in terra quam amor mulierum, ſi cui is poteſt contingere*; *Lutheri in c. Prou. 31.* cum ſe proteſtatur non magis à muliere potuiſſe abſtinere, quàm à cibo & potu, quum coniugalem copulationem adeo *diuinam, ſpiritualem, & cæleſtem* dicit, quid aliud ſignificat, quam eius mentem & ſpiritum totum in eo *diuino, & ſpirituali, & cœleſti* opere fuiſſe occupatum? Qualis autem fuit Martinus Lutherus? qualis Huldericus Zuinglius? alter Sacerdos, alter Monachus, vterque ſolenni voto ad perpetuam continentiam obligatus. Qualis autem fuit Mahumetus? vir nobilis & militum dux, iſtiuſmodi caſtitatis vinculis nūquam aliquando aſtrictus, quemadmodum neque Eubocara, Homar, Oſmenus, Alis, Muanias, & qui deinceps ordine ſucceſſerunt Califæ. Fac iam comparationem, & conſidera, an non multò vberior ſuppetat cauſa, vt te tui Lutheri, Zuinglijque, & eius quod illi ſeminarunt Euangelij, quam vt me Mahumetis, eiuſque Alcorani pudeat. Mahumetes vir nobilis habuit

Digitized by Google

plures vxores. Ita nimirum habuerunt olim Abrahamus,Iacobus,Dauid,Salomon,alijque Patriarchæ,Prophetę,Reges. At Martinus Lutherus,& Huldericus Zuinglius, & cęteri,qui

La vie de Calu. ca 5. Lannoy en la repli que Chriſtianne. libr. 2. ca.18. pag. 276.

tui Euangelij fuerunt Principes, etſi ſolenni voto & iuramento perpetuam continentiam deuouiſſent, eò tamen diſſoluto operibus carnis perpetuam dederunt operam. Profer mihi ex omni iniquitate apud Chriſtianos aut Iudęos,aliquem Dauidem, aliquem Abrahamum, aliquem virum bonum qui tale quid patrauerit. At neminem vnquam nominare poteris, quum Gentiles ipſo naturæ lumine ducti flagitia talia incredibili mortis acerbitate vindicauerint. Taceo Theodorum Bezam,& Ioannem Caluinum(quales & quantos Apoſtolos! non polygamiæ,non fornicationum,non adulteriorum, non ſtuprorum, ſed ſceleris longè horribilioris reos, qui tamen in Eccleſijs veſtris tanquā clariſſima ſydera longè & latè reſplen-

Conrad. Schluſſel. Caluiniſt. Theolog. li.2.fol.72.

dent. Mitto quæ Lutherani fratres obijciunt *de Caluini ἀσελγία varijs flagitijs, & Sodomiticis libidinibus,ob quas ſtigma Ioannis Caluini dorſo impreſſum fuit à Magiſtratu ſub quo vixit.* Et quanquam Theodorus Beza aliter de vita moribuſq; Caluini ſcribat,tamen contra Theodorū Bezam iſti arguunt hæc eſſe veriſſima,nec vnquam *luculenter,& ſolidè à Caluiniſtis re-*

Ibid.

futata. Nam quod ad Bezæ teſtimonium attinet,*quum Theodorus Beza*(inquiunt)*eadem hæreſi,& eodem ferme peccato nobilitatus ſit, vt hiſtoria de Candida meretricula (& Andeberto) teſtatur: nemo ipſi hac in parte fidem habere poteſt.* Nihil certè apud hominem moderatum & æquum valere poteſt eius quæcunque vehementiſſima licet conteſtatio, ſi verum eſt

Idem.lib.1. fol.92.

quod iuxta iſtos, *Certò conſtat Theodorum Bezam à pueritia imbibiſſe vatum impudicitiam,& impudentiam,totamq; ætatem explendis ſuis libidinibus & cupiditatibus,ac deſcribendis ſuis amoribus , & vlciſcendis ſuis riualibus exercuiſſe,atque in*

fol.93.

meretricem lenam,& cynedum trāsformatum eſſe. De quo item conſtat & hoc,quod obſcœniſſimos verſus ſcripſit ad Germanum Andebertum Aurelia, & eundem tanquam Adonidem à Theodoro Beza factum eſſe. Quanquam aliquod honeſtatis,& emendationis ſignum eſt, quod ipſe *Theodorus Beza de ſeipſo confitetur* ingenuè in præfatione Epigrammatum ſuorum , ſe quidē *in Papiſtarum luſtris verſatum eſſe*: ſed ex illis ad Euangelium cum Ioanne Caluino Geneuenſibus annunciandum

Vide Epigrammata Bezæ.

exceſſiſſe. Tales ergo erant parentes,& ſatores Euangelij veſtri. Quales autem ipſi erant,tales Apoſtolos in exteras nationes amandarunt. Erat Villegagno Caſparis Collignij Franciç Admira-

Admirallij notiſſimi in mari Britannico Legatus. Is qui rum tandem cum Admirallio religionem profitebatur, Euangelij ad Galliam Antarticam proferendi cupidus accipit à Ioanne Caluinō, & Theodoro Beza, & Magiſtratu Geneuenſi Miniſtros quoſdam, quorum Princeps erat Richerus quondā Monachus. Hij poſtquam in Ameica ad Arcem Collıgniam, ab Admirallij familia ſic nominatam appuliſſent, in cōtinentem egreſſi pro vno Euangelio multa, eaque hoſtiliter diſſidentia cœperunt ſpargere, ſed id non eſt huius loci. Caſtitas eorum multò erat magis admirabilis, vel (vt verius loquar) portentoſa Sic enim omnem verecundiam & pudorem naturalem excuſſerant, vt ipſi *infideles, & Barbari eos horrerent. Alij qui vxores ſuas Geneuæ, vel in Francia reliquerāt, puellas quaſdam in claſſe aduectas vt neceſſariam Galliæ Coloniæ illic propagandæ operā nauarent, vxores ſibi iunxerūt: alij cum Americanis fœminis infidelib. copulabantur.* Quid adulteria & incœſtus dicā, quū *eſſent qui turpiſſimo cōtra naturam peccato ſe polluerent*, imò ex hoc numero vnus per *vim nepoti proprio ſuæ ſororis filio ſtuprum intulit*, qui tamen cū reliquis Richero *excuſante & infirmitatis humanæ rationem habendam eſſe dicente, illuſiones. n. gratiarum eſſe, &c.* ſupplicium euaſit, vt ipſe ſaltem Villagagnō præſens, qui reb. geſtis interfuit, aſſeuerat, licet Beza abſens nimio fratrū & coapoſtolorum ſuorum amore accenſus paulò aliter ſcribat, mortiſq; cauſa diſſimulata luget iſtorum *aliquos* à Villagagnone *peſſimè* (vt ait) *mulctatos, quoſdam etiam ſubmerſos qui Euangelio trophæum ad vltimas mundi regiones poſuerunt*. Quid Apoſtolus Scotiæ Ioannes Knoxus? Mihi quidē pudori eſſet memorare, niſi à viris grauiſſimis Scotis publicis literarum monumentis fuiſſet mandatū. Is enim etiamſi Sacerdos, hoc eſt voto cōtinentię aſtrictus, tamen cū nouerca ſua patris vxore (quale flagitium nec inter gentes auditum eſt) conſuetudinem habuit, proptereaq; è patria eiectus, cum varijs meretricibus volutatus, tres ſimul ex Anglia quo profugerat, in Scotiam iam Euangelizantem ſecum abduxit. Quibus non contentus quartam puellam, eamq; nobiliſſimo loco natam, vix dum viro maturam deperijt, & magicis præſtigijs ad coniugalem thalamum allexit. Nunquid verò Germania hic primꝰ Euangelij veſtri flos omnia habuit matrimonia caſta, nullam nouit polygamiam, nulla diuortia? Ego (inquit Eraſmus vir vobis non iniquus) *Monachum noui, qui pro vna duxit tres. Noui ſacrificum virum alioqui probum qui duxit vxorem, quā poſt comperit alteri nupſiſſe. Similia permulta de monacho-*

Launoy en la Replique Chreſtienne, &c. lib. 2 cap. 10. fol. 231.

Villagagnō aduerſus Articulos Richeri li. 1. cap 90.

Status religionis in Gallia, par tot. libr. 1. fol. 24. Vide vitam Caluini

Knoxi fol. 113. 114. 115

Hamilton vbi ſupra li. 2. ca 35. fol. 236.

1. Cor. 5. 1.

Nicola. Burne. Scot. diſputat. &c. cap. 29. fol. 143.

Digitized by Google

Eraſmus in Epiſtola ad fratres inferioris Germaniæ. pag. 82.

rum & monacharũ coniugijs referuntur, qui ductas repudiarunt eodem iure quo duxerant. Si mihi narrare liceret hiſtorias veriſſimas de Anglis Sacerdotibus & Monachis, quorum nonnulli aliorum vxores ſibi copularunt, alij vxores ſuas multis annis in matrimonio habitas famulis deinceps in matrimonium tradiderunt, & poſtea repetitas in ſuum iterum thorum coniugalem vendicarunt, ſi polygamiam valde frequentem, facilè euincerem Mahumetis noſtri polygamiam veſtrûm Apoſtolorum inceſtis, impijs & iniquiſſimis nuptijs ter & amplius tolerabiliorem fuiſſe, ſiue eam ad Leges Dei ſub Moyſe, ſiue ſub Chriſto, ſiue ſub Mahumete latas, ſiue ad leges Græcorum aut Romanorum, aut omnium Mahumetanæ Chriſtianæque Reipubl. populorum conſenſum examines. Poſtquam hanc vxorum multitudinem obieceris, deinceps de Mahumete obmuteſcas opus eſt. Nihil enim in moribus turpe, nihil in vita nefarium potes obijcere. At tui magiſtri, præter coniugia qualiacunq; omnibus ſe libidinibus ita cõtaminauerunt, vt *coram eccleſijs ſuis infames euaſerint*, vt ſordibus illis funditius immergerentur, *vt toti in hoc eſſent, quo carnis operibus ſatisfacerent.* Quæ verba adeò ſunt abominanda, vt niſi ipſi eadem memoriæ literarum ſuarum mandaſſent, tam flagitiosè de eis nemo opinor cogitaſſet. Ego certè à repetendo temperaſſem, niſi tua adeo inſolens contra Mahumetem vendit tio hanc mihi neceſſitatem quodammodo impoſuiſſet. Diſciplinæ autem ab his traditæ eadem planè eſt ratio. Fœdiſſimè enim totam matrimonij naturam corrumpunt, & (ſi ſine offenſione tua verum loqui fas eſt) ipſam beſtiarum immanitatem ſuperant. Iſti enim magiſtri tui clamant nullam eſſe aliam matrimoniorum cauſam, quam *vt carnis ad libidinem æſtui* ſatisfiat, at ipſe immanes beſtiæ longè aliud loquuntur. Nemo certè homo vnquam fuit ſi ſcintillam humanæ indolis haberet, qui non huic fœditati contradiceret. qui non aſſereret primam matrimoniorum cauſam eſſe liberorum procreationem, alteram, mutuum vtriuſque partis ſolatium, deinde verò libidinis comprimendæ in ea ſocietate eum eſſe vſum, vt quo minùs libidines appareant, eò coniugia ſint honoratiora: & ſi prorſus ſine libidine peragi poſſet matrimonium, tanto fœliciùs cum coniugatis ageretur. Ita nimirum pulcherrimè nos inſtituit homo gentilis. *Si quis eſt ad voluptates paulò propenſior, modo ne ſit ex pecudum genere (ſunt enim quidam homines non re, ſed nomine) quamuis voluptate capitur, tamen occultat & diſſimulat appetitum voluptatis pro-*

Cicero officiorum lib. 1.

Digitized by Google

ꝓter verecundiam. Ex quo intelligitur corporis voluptatem non ſatis eſſe dignam hominis praſtantia, eamq; contemni & reijci oportere. Quum tamen tui Doctores ſtatuant nihil aliud in matrimonio eſſe perſequendum. Et hoc vno abſurdo à vobis poſito, nihil poſtea humanè, nihil moderatè dicitis, ideoque nobiſcum nullo modo eſtis comparandi. Vos enim ſolam carnis voluptatem, ſolam libidinem ſpectatis, quod vix eſt pecudū, nos procreationem, quod eſt virorum. Vos eandem Veneris neceſſitatem eſſe ſtatuitis, quæ eſt edendi & bibendi: nos illud vt turpiſſimum adulteriorū ſeminarium horremus, ex eo fit, vt vos vni aliquando mulieri decem aut viginti diuerſos maritos concedatis, quale exemplum aut hypotheſis nunquam in Turcia audita eſt. Vos quum inuictam concūbendi neceſſitatem inducatis, ex qua & par adulterandi neceſſitas conſequitur, niſi vxorum numerum permittatis, quo ſolo adulterijs talibus occurratur, prius tamen conſtituitis, & poſterius eripitis, hoc eſt (vt ſuperius annotaui) accenditis flammam, & ei reſtinguendæ negatis aquam; ſpargitis peſtem, nec ei ſanandæ adhibetis medicinam. Cui rurſus abſurdo nihil ſimile in toto Alcorano reperietis. Hac perſuaſione imbuti vos & veſtri, vt ipſi vix caſtè viuitis, ita nullos caſtitate illuſtres monachos habetis, nec qui caſtitatē profitētur in Eccleſijs veſtris tolleratis: nos & in coniugijs noſtris caſtius viuimus, & ſingulari illi caſtitati ſtudentes, Monachos vt pios ſummi Dei cultores & amicos, huiuſque imperij conſeruatores veneramur: ergo vos & caſtos homines & ipſam caſtitatem ex prouinciis veſtris profligatis, quod neſcio an vlla vnquam vel maximè barbara natio fecit: apud nos & homines eiuſmodi, & illa virtus magno ſunt in honore. Vbi (quæſo) in vlla parte inſtitutionum Eccleſiæ vel Lutheranæ, vel Zuinglianæ, vel Caluinianæ, vel Anglicanæ præcipitur, vt *mulieres* Euangelicę *viſus ſuos quantum licet tegant, omnemq; ſuam pulchritudinem, niſi quantum neceſſitas cogit, celent omnibus niſi maritis, parentibus & ſi ijs?* quod tamen ſolicitè lege Alcorani, & regulis Eccleſiæ Mahumetanæ inculcatur. Quando vel Martinus Lutherus, vel Huldericus Zuinglius, vel Cranmerus, aut Henricus, aut quiſquis fuit Eccleſiæ Anglicanæ author, mandauit, *ne mulieres annoſa & nuptijs deſperata ſe poliant vel ornent?* quod apud nos tam curioſè obſeruatur; at apud vos vetulæ non minùs quàm iuuenculæ ſe poliunt, comunt, pingunt, oſtentant, viros ambiunt, & ex Euangelio veſtro edoctæ, *melius eſſe nubere quam vri,* perpetuo nupturiūt, & vel moribundæ ad Veneris opera pruri-

Azoa. 34.

Ibidem.

pruriunt, nullum ſalacitati ſuæ modum ſtatuentes. Quare vt ab iſta Camerina mouenda manum tollam, & hoc totũ concludam, hoc quoque in loco vbi tu maximè Euangelij tui dignitatem venditas, tanta eſt Alcorani noſtri ſupra Euangeliũ veſtrum excellẽtia, vt niſi vos quaſdam eius fœdiſſimas labes prius abſtergatis, niſi multis in rebus Euangelium veſtrum Alcorano noſtro corrigendum præbeatis, niſi vina illa luxurioſa, & ciborum lautitias abijciatis, niſi diuortiorum cauſas nimis multas multum imminuatis, niſi fœminas ad maiorẽ honeſtatem inornetis, eaſq; à multorum ſimul maritorum conſortio cohibeatis, niſi prędicationem illam pluſquam brutam & barbaram de neceſſitate Veneris reſeceritis, niſi Monaſticæ caſtitatis aliqua exempla in Eccleſijs veſtris feratis & cõmendetis, & generaliter veſtros omnes maximè iuuenes ad maiorem cõtinentiam & temperantiam horteminí, nunquam poteſtis ad altitudinem Mahumetanæ fidei & communionis aſpirare. Nam Euangelium veſtrum quemadmodum hacten' ſonuit, & adhuc apud veſtros homines è ſuggeſtis perſtrepit in hac materia de rebus vxorijs, & reliquis eius generis, tale eſt, vt non tam hominibus ſanis, & ſobrijs, quàm furioſis & ebriis, aut potius beſtijs ratione carentib. ſcriptum eſſe videatur. SAMVEL. Bona verba Michęa. Aliquid in hac parte a noſtris peccatum eſſe fortaſſis tibi aſſentiar, ſed tu ita emungis, vt elicias ſanguinem. Id autem (opinor) noſtris in hoc argumento contigit, quod ijs qui inter Scyllam & Charibdim nauigantes, quia Charibdis voraginem valde horrent, vt eam declinẽt, de Scyllæ ſcopulis vitandis minus ſunt ſolliciti. Sic enim noſtri partim odio Papatus, in quo virginitatis & votorũ nimis magna eſt æſtimatio, partim zelo coniugij, cuius nimio ardebant amore, dum id ſolum attẽdunt, quemadmodum aduerſariorum doctrinam de votis & caſtitate labefacerent, ſtatum & opus coniugale nimis magnis extulerunt laudibus, & in hoc illud maximè prædicarunt, quod Papiſtis maximè erat aduerſarium. Quod manifeſtè colligo ex eodem, quẽ tu citas Martino Luthero, viro quidem pręſtantiſſimo, qui in illum locum Eſaiæ; *Dabo Eunuchis nomen melius. Stulti* (inquit) *Papiſtæ hoc loco abuſi ſunt ad laudem caſtitatis. Sed caſtæ ſunt, non ſolùm viduæ & virgines, ſed habent ſuam caſtitatem etiam cõiuges.* Hoc quidem verè & ſanctè. Quod autem hoc præconio non contentus, addit, *ſed habent ſuam caſtitatem, & eam quoque puriſſimam coniuges*, clariſſimè perſpicitur eum non tam certa rei veritate, quam perpetuo quodam quo laborabat Papiſticæ

Luther. tomo 4. in Eſai. c. 56.

Religio-

Religionis obterendæ odio ſupra viduas & virgines *caſtitatem*, & eam quoque *puriſſimam* coniugibus tribuiſſe. Alias enim ſi quis rigidè verba eius accipiat, & abſurdiſſimè, & contra ipſam rerum naturam loquitur. Quum enim caſtitas propriè verſatur in abſtinentia à rebus venereis, coniux autem temperantiam quidem certam adhibeat, & illicitas à ſe voluptates corporis repellat, delectatione tamen Venerea in opere coniugali fruatur, vera autem virginitas perpetuam carnis integritatem ſeruans, nullas prorſus Veneris illecebras, vel corpore percipit, vel mente. Quiſquis *caſtitatem*, & eam *puriſſimam* coniugi ſupra virginem largitur, ſi quis verba ſeuerè ponderat, non minùs ſtultè loquitur, quàm ſi quis eum qui ſingulis diebus moderatè vino vtitur, magis abſtemium aſſeuerat, quam qui tota vita vinum minimè guſtauit. Sed iſta verborum immoderatio, vt nonnullis alijs, ſic Martino Luthero imprimis condonanda eſt, quem vt eleganter ex ſui temporis viris, maximus quidam vocat *Papatus fulmen terrificum, & inuictum malleum*, ſic ſæpè contra eoſdem aduerſarios tam præcipiti fulminis aut torrentis inſtar ferebatur impetu, vt ab aurea mediocritate nonnihil recederet. Sed talia eius errata immodicè exaggerare, Papiſtarum eſt Michæa, non tuum nec meum, quum nec tu negare poteris, quin per eum aliquando profeceris, & eum ego licet aberrare aliquando ſciam, tamen præſtantiſſimis ætatis noſtræ heroibus annumerandum optimo iure confiteor.

Martin. lib. de votis. pag. 245.

ARGVMENTVM
CAPITIS DVODECIMI.

Michæas etſi Lutherum valdè honoret, vt Turcis valde vtilem, tamen ait negari non poſſe, quin libidini nimium laxarit frana, in cuius gratiam videtur Quadrageſimale ieiunium ſuſtuliſſe, quod Michæas incerta Anglorum opinione reſecta probat manaſſe ab Apoſtolis ex Proteſtantiū cõfeſſione. Rationes Samuelis quare illud Euangelici multi non admittunt, refutat, & quantò religioſius Turca quàm Euangelici Quadrageſimam obſeruant, declarat.

CAPVT DVODECIMVM.

MICHÆAS.

MALE Interpretatis verba mea Samuel, ſi me putes quicquam de iuſtis Lutheri laudibus minuere, cui & Solymannum Imperatorem noſtrum fauiſſe cognoſco, qui Lutherum & legi noſtrę & Imperio quoque multùm profuiſſe non raro dictitabat. Vt enim erat Princeps ſiquis alius eius ætatis, omnibus & virtutis & doctrinæ numeris abſolutus, & qui huius temporis controuerſias à Lutheranis excitatas probè intelligebat: ita ſolebat quoque Lutheranam doctrinam nō leuiter commēdare, quam videbat & fatebatur cum noſtro Alcorano in pleriſq; congruere. Neque verò vel primùm tam facilè de Hungaria triumphaſſet, cæſo in acie rege Ludouico, vel poſtea tam paruo labore Albā regalem, Strigonium, & alias regni eius munitiſſimas vrbes Ferdinando Regi eripuiſſet, niſi Germani Principes Lutheri Euangelio vnicè intenti vicinos ſuos neglexiſſent, immò niſi eoſdem Principes idem Lutherus edocuiſſet non multum referre, vtrum illæ ciuitates eſſent in Imperio Turcarū, ſiue Papiſtarum, quum etiam ſæpe numero prædicabat Euangelio fore pernicioſius, vt Papiſtarum quam vt Turcarum vires augerentur, eò quòd Papiſtæ vetere ſuo inſtituto ſolam ſuam Catholicam religionem in prouincijs ſibi ſubiectis tolerent: Turcæ verò religiones omnes æqualiter permittunt. Neq; quum idem Imperator noſter innumerabili inſtructus exercitu Germaniam ipſam inuaſurus ferebatur, Proteſtantes Principes Carolo Cæſari vndiquaque auxilia colligenti vt noſtris obſiſteret, ſubſidium vllum tribuere voluerunt, priuſquam ipſis de Euangelij & Euangelicorum ſecuritate Carolus, valde liberaliter cauiſſet. Et ego quidem nō adeò ſum ingratus, quin me per Lutherum profeciſſe concedam. Vel enim in Papiſtarum ſuperſtitionibus demerſus iacuiſſem, vel ſaltem ad hanc perfectionem nunquam emerſiſſem, niſi ille mihi viam indicaſſet. Et quæcunque dico, non dico ad damnandum Euangelium, vel Euangeliſtas tuos, ſed ad præferendum Mahumetem & Alcoranum noſtrum. Neque verò mirari debes, quum tu Mahumetis gloriam iniuſtè obfuſcare conatus ſis, ſi ego in æquiſſima cauſa ita laceſſitus Euangeliſtas tuos voluerim leuiter repungere. Quanquam nihil à me dictum

eſt, quod

Belleforeſt Coſmogra. lib. 2. ca. 7. col. 579.

Iouius lib. 30. Sleidan. libr. 8. anno 32.

eſt, quod non veriſſimè dictum eſſe res ipſa loquitur; tantumque abeſt, vt minora Lutheri errata verbis Papiſtarum more amplificauerim, vt craſſa peccata vix leuiter perſtrinxerim. Nam quod libidini nimium fauerit, infinita ſcriptorum eius loca, quæ ego de induſtria prætermiſi, probant: & nonnulla ex his quæ ordine iam tractanda ſunt, nimis vti vereor apertè declarabunt. Quam enim ob cauſam Quadrageſimam ſuſtulit? aut cur vos eius in eo errorem non emendaſtis, niſi quod nimiam ventris carniſq; curam, & ille verbo factoque præ ſe tulit, & vos quod ille prior laxauit, poſtea reſtringere contra Euangelij libertatem ducitis. SAMVEL. Imò nos Quadrageſimæ non ſumus adeo capitales hoſtes, vt eam ſublatam velimus, quam in Eccleſia Anglicana iuxta veterem conſuetudinē obſeruari non ignoras, & ferè ſingulis annis in initio Quadrageſimæ in maioribus ciuitatibus, publico Principis edicto, omnibus ſubditis grauiter ſerioque mandatur, adiecta etiam mulcta pecuniaria, ne quis toto eo quadraginta dierum ſpatio carnibus veſcatur. Et tamen ingenuè fatendum eſt, illud Quadrageſimæ ieiunium in verbo Dei nō eſſe fundatum, ſed potius ab inepta & inſulſa ſuperſtitione profectum, quum homines temerario quodam zelo permoti, Chriſtum imitari cuperent in eo, in quo Chriſtus Chriſtianis ſui imitationem nequaquam commendauit. MICHAEAS. Vtinam (Samuel) aliorum potius ora quam meum his nugis oblineres, parum enim callidè mihi has tuorū de accurata Quadrageſimæ obſeruatione leges vel edicta Regia occinis, quum neque tu neſcias, eos ipſos qui huiuſmodi edicta promulgant, illo eodem tempore eadem edicta violare, alijſq; ad eadem contemnenda exemplo ſuo præire, quin tum maximè, vt ſe genuinos Euangelicos demonſtrent, carnibus & lautè, & copioſè paſci: & tu quoque dum tuorum ſententiam recenſes, ita tuorum hominum ſolenne obtines, vt clarè oſtendas nec tibi quidem illud Quadrageſimale ieiunium placere. Si enim obſeruari illud cupis iuxta Principis iuſſum & præceptum, cur ſuperſtitioſum vocas? cur dicis illud omni authoritate verbi Dei carere? cur hominum eſſe inuentum, qui temerè & inſulsè Chriſtum imitari voluerunt? Num Princeps veſter ſuam confert authoritatem ad iſtiuſmodi inepta, inſulſa, ſuperſtitioſa populo ſuo obſeruanda? aut num Miniſtri rectiùs eam necdum edocere potuerunt? aut tu arbitraris me adeò eſſe ſtolidum, vel potius de Anglis Euangelicis tam abiectè & tenuiter ſentire, vt credam eos Principis mandato vellē parere quoad ea,

Caluin. Inſtit. lib. 4. cap. 12. §. 20.

in quibus Dei mandatum Principis voluntati eſt contrarium? Hæc eſt (Samuel) non tam tua quidem, quam tuorum mobilitas & inconſtantia, vt nihil vnquam certò, nihil definitè pronuncietis, ſed ancipites inter diuerſa vacilletis, nec expedire poteſtis quæ vobis ſit omnino tuenda ſententia, quum ad alteram inclinet generalis fratrum Euangelicorum prædicatio, ad alteram trahat Principis poteſtas, & externa Reipublicæ veſtrę forma. Et tamen partim agnoſco tuorum Anglorum cum reliquis Euangelicis conſenſionem. Quod enim neminem vultis ad ieiunandum aſtringi, quod Euangelij libertatem non putatis ferre, vt vinum, vt caro, vt aliquæ terræ mariſue lautitiæ corporibus veſtris ſubtrahantur, quia Euangelium indifferentem omnium vſum quouis tempore donauit, in hoc certè prę̀clarè cum reliquis Euangelicis conſpiratis. At quod nihilo ſecius vmbram quandam Quadrageſimæ retinetis, quod ſolennibus quidem verbis Regiæ maieſtatis authoritate munitis, illud à vobis coli egregiè fingitis, quod tamen magnoperè reuera negligitis, & à reliquis contemni non moleſtè fertis: Hæc eſt veſtra propria (vt opinor) hypocriſis, quam in nulla alia Euangelicorum Republica comperietis. A Geneuenſi certè, Tigurina, Scotica, & Gallicanis congregationibus, vt corruptelam Papiſticam longe repelli ſcio. Ieiunium Quadrageſimæ (inquit Theodorus Beza) ſacrũ Chriſma, conſecrata Altera, adoratio Crucis, non niſi euerſa verbi authoritate in Eccleſia ſanciri potuerunt. Caluinus quoque etſi fatetur temporibus Diui Auguſtini inualuiſſe Quadrageſimam, vocat tamen *meram κακοζηλίαν & ſuperſtitionis plenã.* Sed longè aliter alij, ijq́ue Proteſtantes doctiſſimi, quorum ego te fidem conſiderare velim; & deinceps cum noſtra componere; vt vna quantum nos Turcæ vobis Euangelicis præſtemus aduertas. Quære igitur vnde fluxit iſta conſuetudo, quam antiquiſſimam eſſe nemo inficiatur; imò quam in ipſo primordio primitiuæ Eccleſiæ inualuiſſe fatentur omnes? Reſpondet quidam ſingularis vir *Eccleſiarum Chriſti Ducatus Luneburgenſis* in Germania *Euangeliſta*, vt à ſuis dicitur, eiuſque *Ducatus in ſpiritualibus Superintendens generalis: Ego exiſtimo Quadrageſimale ieiunium, hac de cauſa tamen in libertate Chriſtiana olim fuiſſe ſeruatum in Eccleſia primitiua, vt populus ieiunio præpararetur ad ardentius, & attentius orandum, & gratias agendum in Cœna Domini tempore Paſcha. Certè Sanctus Ignatius Ioannis Euãgeliſtæ diſcipulus in Aſia, martyr Chriſti, in Epiſtola ad Philippenſes ſic ait: Nolite Quadrageſimã pro nihilo*

Beza in præfatio. noui Teſtamenti.
Caluin. Inſtitut. lib. 4. c. 12. ſect. 20.
Vrbanus Regius operũ part. 3. fol. 78.
Erneſtus Regius filius in vita patris.
Vrbanus ... parte

Digitized by Google

nihilo habere. Imitationẽ enim continet Dominicæ cõuerſationis. Verum non onerauit vir ſanctus conſcientias his oneribus, quibus Papa moleſtauit. Diuus etiam Hieronymus contra Montanum hæreticum ait: Nos Quadrageſimam ſecundum traditionem Apoſtolorum ieiunamus & huius Ieiunij ſæpè meminit Diuus Ambroſius. Alibi idẽ Euangeliſta addit, *huius Quadrageſimæ mentionem fieri à Diuo Hieronymo contra Iouinianum, dicente quod Dominus quadraginta dies ieiuniorum Chriſtianorum ſanctificauit: ab Ambroſio Sermone trigeſimoquarto de Quadrageſima, qui ait peccatum eſſe non ieiunare in Quadrageſima. Item à Teleſphoro Pontifice nono poſt D. Petrum. Item à Ioanne Chryſoſtomo Tom. 4. & à Baſilio in regulis Monachorum cap. 50.* Deinde & Ioannes Brentius in Ducatu VVirtembergenſi Superintendens primus, in Confeſſionis VVirtẽbergenſis Apologia confitetur clariſſimè; *Non eſſe dubium, quin Moyſes, Elias, & Christus ieiunarunt quadraginta diebus; nec poteſt negari, quin nonnulli è veteribus Scriptoribus ſentiant Quadrageſimam habere authoritatẽ, tam ex veteri quam ex nouo Teſtamento.* Hoc ergo ieiunium tam Sanctum, tam Propheticũ, tam Apoſtolicũ, tam Chriſtianum, vtriuſq; Teſtamenti, & veteris & noui, & Moyſis, & Chriſti, & Prophetarum, & Apoſtolorũ authoritate roboratum, quid eſt quod vos ſoli aſpernamini? SAMVEL. Vel quia ſuperſtitioſum; vel quia non is fuit aut Chriſti, aut Prophetarum, aut Apoſtolorum animus, vt hoc nobis ieiunium proponerent imitandũ; vel quia ad maiora nos informat Euangelium, quam iſtiuſmodi leues externarum rerum ceremonias. Perpetuam enim totius vitę à peccatis omnibus, nõ hanc paucarum ſeptimanarum à certis cibis abſtinentiam requirit. MICHAEAS. Ita nimirum, quem proximè nominaui, Ioannes Brentius: *Conciliũ Agathenſe, & Laodicenum probant Quadrageſimale ieiunium. At reijcienda ſunt decreta horum Conciliorum ad ſuos authores. Nos ſequamur quæ de vero ieiunio, id eſt perpetua abſtinẽtia à vitijs & ſobrietate ſcriptura Prophetica, & Apoſtolica tradiderũt.* Miror illud à te omitti, quod tui vt præcipuũ attendunt, *libertatem* videlicet *Chriſtianam*, quam Vrbanus notauit, & quod hoc ieiunio *onerarunt conſcientias* Papiſtæ, quum liberũ eſſe voluerunt Patres vetuſtiſſimi. Sed tamen ipſe à ſeipſo refellitur, quoniã ipſo referente & Ambroſius diſertè *peccari* ſtatuit, ab eo qui hoc tempore non ieiunat; & quum ſcribit Hieronymum hoc repoſuiſſe inter *Apoſtolicas traditiones*, tacitè cõcedit Patres nõ reliquiſſe in libero cuiuſq; arbitratu, vt ſi vellẽt ieiunare, poſſent, quod omnibus temporibus

1. operum fol. 84.

Idem in locis Theologicis cap. 57. de ieiunio.

Brent. in Apologia Confeſſio. VVirteber. ca. de Ieiunio. pa. 797

Brentius vbi ſupra pag. 808.

Digitized by Google

ribus licuit & licet, ſin minus, curando corpori vacarent. Magis enim rigidi Apoſtolicarum traditionum cuſtodes erãt antiquiſſimi illi Patres, quam vt ita earum neglectum ſuſque deque haberent, neque tale quicquam ſignificat Ignatius. Et quamdiu ita contenditis, vt preces, ieiunia, vota, &c. omnia ſint ſoluta & laxa, ego ſanè non intelligo, quin omnis prorſus religionis ſitis inanes, qui tamen ſupra reliquos mortales tam puram vobis religionem arrogatis. Si enim religio à religando dicta ſit (vt doctiſſimi quidam autumant, & ratio ſanè cõuincit) quando ad Dei immortalis cultum multò arctius nos religari & aſtringi par eſt, quam ad omnia Regum & Imperatorum mandata, vos qui exleges eſſe cupitis, qui religari non vultis, ſed omnia permitti cuiuſque voluntati libera, quam religionis vmbram poteſtis veſtris inuentis prætexere? At ieiunium illud ſuperſtitioſum eſt. Quid? an ita quemadmodum ſeruarunt Moyſes, Elias, Chriſtus, Apoſtoli, & primi Chriſtiani? aut potius quemadmodum illud corruperunt poſteriores Papiſtæ? Si primum, omnium eſtis mortalium impuriſſimi, qui nec Moyſi, nec Eliæ, nec Apoſtolis, nec Saluatori veſtro, veſtra opinione homini ſimul & Deo, parcitis. Si ſecundum, reſecate ſuperſtitiones, auferte abuſus, corrigite quod deprauatum eſt, & deinceps ad purè pieque ieiunandum populum veſtrum inſtruite. Et qui eſtis vos, qui cõtra omnem antiquitatem vobis ſolis ſine vlla manifeſta verbi diuini authoritate, ſine vllo probabili argumento de Chriſti, Apoſtolorum, & totius Eccleſiæ primitiuæ praxi iudicium ſumitis? Ieiunarunt illi, conceditis: at non vt vos illud ieiunium imitaremini. In verbo Dei vbinam hoc reperiſtis? Agnoſcitis longè ſecus indicaſſe Ignatios, Ambroſios, Auguſtinos, Hieronymos, Baſilios, Chryſoſtomos, integra quoque Epiſcoporum in Oriente & Occidente Concilia. Si firmam aliquam rationem, ſi maieſtatem verbi diuini contrà oſtenderitis, illud ego omnibus Patribus & Concilijs libens anteponerem. At quum nihil eiuſmodi appareat, videte ne non ratio, ſed concupiſcentia, nõ ſpiritus, ſed caro, non Dei verbum, ſed Veneris & Cupidinis imperium vos ad ſanctiſſimum hoc ieiunium reijciẽdum impulerit. At maiora à vobis & diuiniora, perpetuam à peccatis abſtinentiam, & ſobrietatem requirit Euangelium. Quaſi verò illis maioribus hæc minora ſint impedimẽto? Imò certum eſt his medijs ad illa ſuprema omnes multò effici aptiores. Quemadmodum enim Imperator, cuius extremus ſcopus eſt hoſtem profligare priuſquam vniuerſi belli aleam periclitatur, mi-

Lactant. lib. 4. Auguſtin. de vera religione, in fine. Retract. lib. 1. cap. 5. Vide Tho. 2. 2. q 81. art. 1.

tur,milites ſuos in caſtris ad ſubitos excurſus faciendos,ad ſuſtinendas eruptiones,ad velitationes, ad faciliora quædā certamina & caſtrenſis diſciplinæ opera ludicra quadam præparatione exercet,vnde ad veram belli molem ſuſtinendam deinceps fiunt paratiores; non aliter nos his moderatis ieiunijs ad comprimenda vitia,præſtandamque perpetuam ſobrietatem reddimur magis exercitati. Nec eſt credibile eos toto vitæ decurſu cum peccato ſerium bellum geſturos, qui ad aliquot dies eius fomenta & illecebras à ſe nolunt remouere. Et tamen quemadmodum vos perpetuam à peccatis abſtinentiam prædicare poſſitis, non concipio, qui omnes hominum vel optimorum actiones peccata eſſe defenditis,nec quicquā ab aliquo geri poſſe,quod non ſit coram Deo nefarium & capitale,æternamque mereatur damnationem. Sic enim vbiq; Beza,vbique Caluinus,vbique Lutherus, adeo vt niſi auditores veſtros è mūdo exterminare conemini, non video quemadmodū perpetuam à peccatis magis quam à cibis, potibuſq; abſtinentiam poſſitis flagitare. Cæterùm vt ad propoſitum noſtrum redeamus,cùm ex his omnibus varia colligere poſſimus; Primum, Quadrageſimā eſſe inſtitutionis diuinæ,ideoque obſeruandam (quorum alterum veſtri Doctores,ipſa veritatis euidentia conuicti fatentur, & ampliſſimis antiquitatis incorruptæ teſtimonijs probant: alterum, vobis huc illuc Euripi inſtar ambiguè fluctuantibus, quia expedire vos non poteſtis,antiquitatis eiuſdem authoritas planè, & veſtra Anglicana Eccleſia aliquo modo confirmat.) Deinde ita tamen obſeruandam,vt omnis ſuperſtitio remoueatur: vide quantò vobis præcellamus,vt hic quoque veſtrum Euangelium Alcorano noſtro & poſſit,& debeat ſe tradere corrigendum. Nos quia ſcimus Apoſtolos ieiunaſſe, & Apoſtolorum diſcipulos, primoſque Chriſtianos ſic illud accepiſſe tanquam ieiunij exemplum quod nos ſequeremur,neque tam ſumus ſcelerati & impij,vt exemplum reſpuamus; neque tam ambitioſè ſuperbi, vt nobis ſolis oculos ineſſe, veteres autē cæcos nihil quicquam vidiſſe arbitremur. Ergo ieiunium Quadrageſimale nobis Mahumetes noſter præcepit. Cæterùm quoniam apud Papiſtas ſuperſtitione peccatur. Ea autem duplex eſt,vel in cibis,vel in tempore. In cibis,quia certos cibos prohibent: in tempore, quia vnum tantum tempus ex neſcio qua hyemalis æquinoctij menſura præſtituunt,vide quemadmodum Legislator noſter vtrique huic malo occurrerit,non quidē Quadrageſimam prorſus auferendo,ſed hæc duo vitia, quæ ſancti

illius

illius ieiunij puritatem nonnihil videbantur inquinare, corrigendo Contra Chriſtianorum Quadrageſimā eodem ſemper tempore certam & ſtatam, voluit vt noſtra ſemper in orbē curreret, ita vt hoc anno, verbi gratia, inchoaretur à menſe Ianuario, anno ſequenti à Februario, tum à Martio, & ita ordinatè donec omnes mēſes peragraret Contra ciborum præſcriptionem ſanciuit, vt tempore huius Quadrageſimę per totum diem nihil penitus guſtaretur, noctu autem veſci liceret cibis quibuſcunq;. SAMVEL Hoc quidem vltimum contra ſuperſtitioſum ciborum delectū perbenè. Video enim illum ieiunandi morem noſtris imprimis placere vt non magis à piſcibus quam carnibus abſtineatur, quoniam non minus piſcibus quam carnibus ſaturari poſſumus; & multi piſces non minus ſunt delicati, palatoq; grati, & nobis nutriēdis apti, quam quædam carnes, & vt ſcribit præſtātiſſimus vir: *Iniuria fit Deo cùm ſimpliciter etiā ad certos dies eſus carnium interdicitur. Carnes enim non minus quam olera, & piſces, & poma Deus in vſum noſtrum deſtinauit, hac creauit omnia nobis, liberum (inquam) omnium vſum modò ſobrius ſit, & frugalis, promiſcuè nobis permiſit.* Hanc itaq; partē non improbo, ſed eſt aliud quod valdè admiror, de quo poſtea, nolo enim interrūpere narrationem tuam. MICHAEAS. Qua autē pietate & grauitate à noſtris hoc ieiunium celebretur, quia tu mihi narranti fidem non es fortaſſis habiturus, illud tibi recenſebit Chriſtianus quidam, qui eo tempore Conſtantinopoli affuit, & diligēter mores noſtrorum hominum edidicit. *Tempore Quadrageſimali (inquit ille) quicunq; apud Turcas deprehenduntur bibentes vinum, grauiter puniuntur. Orationes & Salutationes tunc non minori diligentia frequentantur quam die Veneris*; qui dies eſt apud nos ſolennis, vt apud vos Dominicus. *Ego cum eſſem Conſtantinopoli eo tempore, aduerti Baſſas & Sangiacos* (illi ſunt Imperatoris Conſiliarij, iſti Præfecti militares) *domos ſuas omnibus hoſpitibus patefeciſſe, vbi quicunq; veniebant, admodū liberaliter tractabantur. Qui ſunt viri ætate prouectiori, credūt eum qui hac Quadrageſima non ieiunarit, paradiſo nunquam potiturum, quin potiùs Diabolum* (*quem Seitam appellāt*) *rectà eum delaturum ad inferos Ieiunant à primo mane vſq; ad noctē, donec ſtellæ appareant & tum ſine diſcrimine carnibus veſcuntur & piſcibus Poſtea celebrant magnum feſtum Paſchatis Durante Quadrageſima diſtribuunt magnas eleemoſynas, ſed ſecretò, ne gloriā ab hominibus conſequantur. Singuli mittunt certam ſummam pecuniæ Mechā & Medinam Taluab: ad ſepulchrum Mahumetis, vti olim mittebant*

Caluin. de vera Eccleſiæ reformandæ ratione pag. 475.

Theuet Coſmogr. lib. 8. ca. 8.

à tous allans & venans.

à fin de n'en auoir gloire entre les hommes.

tebant Chriſtiani ad illos qui cuſtodiebant ſepulchrum Chriſti. Hactenus ille, verè quidem & ſincerè, ſed aliquãto magis breuiter & conciſè, quam vt quiuis peregrinus ex his paucis religionem noſtrã in ieiunando rectè poſſit cõcipere, quam propterea ego tibi paulò clarius, & vberius explicabo. Cum ergo nobis conſtet perfectionem ieiunij conſiſtere non in ſola à cibis abſtinentia, ſed vna adiungendam eſſe ſolitò maiorem in precibus zelum, & in eleemoſynis largitatem, de primo ſatis ſit admonuiſſe, de quo nulla eſt controuerſia, noſtros omnes ſtudioſè cauere, ne cibum potumue attingant, quamdiu Solis lumen aliquod in Orizonte noſtro conſpicitur, nihil (inquã) vlla ratione guſtant, priuſquã certa nox aduenerit. De orandi verò crebritate, & lõgitudine id ſcias velim, ſingulos dies Quadrageſimæ perinde coli à nobis, atq; ipſum diem Veneris, qui eſt nobis Dominicus, totidemq, peraguntur ſingulis his dieb[9] orationes, quot ſolent illo ſolenni ſeptimanę cuiuslibet feſto, hoc eſt, quinquies diuerſis diei temporibus ſtatas quaſdã preces dicunt ſinguli, idq; publicis in Moſqueis pleriq; quarum meridiana reliquis eſt prolixior, duarũ circiter horarum. Ne verò per homines impios, & prophanos fraus aliqua fiat vel ieiunio, vel orationi, conſtituuntur Cenſores, qui diligenter aduertunt & examinant, ſi qui hanc orandi, & ieiunandi legem violant, quos varijs caſtigant pœnis, aliquando in corpore, aliquando in ęre mulctas pecuniarias exigendo, quę in pios vſus Eccleſiaſticos potiſſimum impenduntur. Tertium eſt eleemoſyna, de qua antea nonnihil dictum eſt, & quam illi qui ſunt ditiores, ſedulò ſanè & liberaliter exhibent omnibus ſine exceptione perſonarum, quemadmodũ eſt à veſtris hominibus fideliter notatum. Neq; hæc aguntur à paucis, aut leuiter, vel perfunctoriè, vel ex metu, vel oſtẽtatione, ſed ab omnib[9], idq; ex ſimplici Dei amore, & fraterna beneuolentia. Illud ſiquidẽ nobis & ex Alcorano, & ex alijs Prophetarum noſtrorũ libris diligenter inculcatur, fidelem hominem potiſſimũ agnoſci ex ieiunio, oratione, & eleemoſyna, quorum tamen vltimũ reliquis duob[9] pręſtat, & apud nos Alzache dicitur vocabulo maius aliquid quã apud vos (eleemoſyna) ſignificãte. Continet enim duo, & vt debita iuſtè grateq; perſoluas, & indigentibus neceſſaria ſubminiſtres. Id quod tam altè in noſtrorũ pectoribus inſidet, vt reperias ſępenumerò tenuiores, qui cibũ potũq; alijs nõ poſſunt largiri, tẽpus quod habent à neceſſarijs occupationibus vacuũ, cõſumere in vijs publicis ſternendis, in cõportando lignũ, lapides, arenã ad explẽdos hiatus hominibus

Poſtell de la republ. des Turcs pagin. 51. 52. 53.

Poſtell. vbi ſupra pag. 56. 57.

vel

vel equis periculoſos, in fontibus effodiendis, vel fontanis aquis ad ciſternas vel cellulas vijs publicis vicinas deferendis tanta quidem alacritate & charitate, vt non ego qui ob alias cauſas in eam opinionē faciliùs poſſim induci, ſed veſtri quoque Chriſtiani exiſtiment, ſi vinum lege noſtra biberetur, futurum, vt plena dolia à peregrinantibus cuiuſque ſectæ liberè gratiſque haurienda vbique proſtituerentur. Hæc autem pietatis officia etſi toto anno fiunt, tamen in Quadrageſima augentur, multoque fiunt & frequentiùs, & flagrantius. Mitto, quia tu fortaſſis vt ſuperſtitioſum irridebis, nos autem tanquam & Deo honorificum, in cuius honorem exhibetur, & populo fructuoſum, quem ad maiorem ieiunandi orandique feruorem excitat, ſedulò curamus, quod toto huius ieiunij magni tempore nocturno, non ſolum intus Moſqueas innumeræ lampades ardentes illuſtrant, ſed foris etiam Moſquearum faſtigia tam incredibili horum luminariorum numero & varietate collucent, vt ſpeciem quandam cæli nocte pruinoſa ſuis ſyderibus radiantis referat, & homo peregrinus paulò lōgiùs aſpiciens vrbem totam incendio conflagrare ſuſpicetur: quod etiam ſignificat hilari, prompto, & liberali animo hæc nos ieiunia Deo perſoluere. Quæ ita breuiter à me percurſa ſi rectè expēdas, viuis quaſi coloribus deſcriptum habes verum ieiunium, illudque non in verbis & inani oſtentatione poſitum, quale in veſtrorum hominum libris ſępè prædicatur, ſed in praxi, in hominum moribus & conſuetudine. Hic abeſt ſuperſtitio temporum, abeſt ſuperſtitio ciborum, & tamen in ieiunando tanta eſt religio, vt nemo poſitos à Legislatore, & noſtro, & veſtro terminos tranſgredi audeat, idque quia Dei maieſtatem ſuſpiciunt & reuerentur, ad cuius contumeliam nouimus redundare, ſi ſcientes Prophetarum eius mandata violamus. Hic vides cum ieiunio vero & religioſo coniungi ſerias orationes, largiſque eleemoſynas, quas Prophetæ, Chriſtus, & Mahumetes coniungi poſtolant, & in quibus ſinguli docent perfectæ religionis vim totam conſiſtere. Vos autem qui Papiſtarum ſuperſtitioſam Quadrageſimam horretis, cur non hanc noſtram adeò ſanctam Quadrageſimam in eius locum ſufficiſtis? Atque hic omni comparationis labore me à vobis leuari facilè agnoſcis. Nec enim quicquam eſt, in quo nobiſcum contendatis, niſi fortè quis velit opponere veſtram licentiam noſtræ religioni, veſtram diſſolutam in edendo & bibendo ingluuiem, noſtrę in ieiunando temperantię & ſobrietati, veſtras nullas preces, noſtris longis & frequentibus, veſtram

Ibi pag. 56. Bellon. lib. 2. c. 75.

ſtram auaram parſimoniam alios ſpoliantem, vt vobis ipſis omnia corradatis, noſtræ in alios charitati, liberalitati & beneficentiæ per tot milliaria ad extremam vſque Arabiam ſeſe porrigenti, qua & Deus colitur, cuius Miniſtris propter eius honorem ea eleemoſyna tribuitur, & proximi etiam noſtri beneficium percipiunt, quib. iuuandis ea pecunia diſpenſatur. SAMVEL. Hæc quæ narras omnia, in ſpeciem quidē Michæa pulchrè à te & magnificè diſſeruntur, ſed tamen vide, an non ea pleraque, ſaltem vno ferè verbo poſſim refellere. Siquidem ſi verum eſt quod de vobis ſcribitur, ita quidem toto die abſtineri, vt ſequenti nocte cibis vos potibuſq; copioſius ingurgitetis, vide ne hoc non ſit ieiunium verum ad purgandam animam & placandum Deum, ſed artificium quoddam ad ſaturandum corpus & ſacrificandum Baccho. Deinde hoc ieiunium qualecunq; demiror quemadmodū Quadrageſimam appellas: & Quadrageſimam à Turcis obſeruari nunc primū audio, nec adhuc credo. Nō ignoro quidem ieiunium quoddam apud vos eſſe in vſu, idque ſingulis annis certa quidem mobilitate ab vno menſe tranſire ad alium, ſed Quadrageſimam abſurdè appellas, quū nec Quadraginta diebus conſtet, ſed triginta vel circiter (hoc enim ferè dierum numero abſoluitis ſemper ieiunium veſtrum) & Quadrageſima non Turcarum ſit, ſed Chriſtianorū, qui vt tu ex ſcriptoribus quibuſdam noſtris annotaſti, antiquitus falſa Chriſti imitatione decepti, illud eius exemplum ad ſe traducere voluerunt. Quid autem Mahumeti cum Chriſto, aut cum Chriſtianorum primitiuæ Eccleſię, vel factis vel exemplis? MICHAEAS. In his omnibus vehemēter erras, vel quod nobis nocturnas has cōmeſſationes obijcis; vel quod ieiunium noſtrum, Quadrageſimam non vocandum cenſeas, quia quadraginta plenè dies non contineat; vel quod Mahumetem ex Chriſti doctrina & Eccleſiæ primitiuæ inſtitutis in ſuum Alcoranum nihil putes traduxiſſe. Nam ſi Chriſtianæ Eccleſiæ hiſtoricos, vel veteres, vel nouos conſuluiſſes, longè aliter de iſtis omnibus iudicaſſes. Illud enim primum, ſi verum eſt quod Scriptores veſtri, quibus tu fidē habes, affirmant, non Turcas attingit, ſed Mauros & Afros alios; quorum illi in eo potius offendere putantur, quod nimis ſtrictè & rigidè his ieiunij legibus parent, iſti autem ea in re multò ſe gerunt laxius & remiſſius. Sed non eſt æquum Samuel nos aliorum peccatis onerare, neq; ego Mauros, quorum mores non ſatis noui, ſed Turcas vobiſcum confero, & anteponendos contendo. Deinde nec illud honeſtum

Poſtell. vbi ſupra pag. 55.

 eſt cer-

eſt certorum hominum ſcelera ad totam nationem traducere, nec etiam hominum quorumcunque mores, malos quidem & improbandos transferre ad legem, quæ magis quàm tui omnes eiuſmodi commeſſationes & ebrietates improbat & condemnat,& ſi apud nos admittantur,grauibus ſupplicijs vindicat. In ſecundo verò quod carpis,aliud habes argumentum libertatis noſtræ, & quàm ſimus à ſuperſtitione dierum abhorrentes. Memini me legere annotatum à multis Scriptoribus veſtris, quod in Eccleſiæ initio, ante annos ſaltem mille ducentos de Ieiunij Quadrageſimalis longitudine & breuitate varia fuerit Chriſtianorum opinio & conſuetudo. Alij ieiunio huic *hebdomadas ſeptem tribuebant vt Conſtantinopolitani & nationes adiacentes vſque ad Phœniciam: alij ſex, vt Illyrij & Occidentales reliqui, vniuerſa item Lybia, Ægyptus & Paleſtina: alij tres tantum, alij duas*; & tamen quod ijdem ſcriptores teſtantur, licet ita multum de *dierum numero diſſentirent*, alij deficientes, alij redundantes, *omnes tamen tempus illud vocabant Quadrageſimam.* Noſter legiſlator factus harum differentiarum arbiter inter iſtos ita diſſentientes auream mediocritatem eligens, hunc dierum numerum quem tenemus præſtituit,nec alterum extremum 40. nimium excedens, nec item alterum à 40. nimium deficiens, ſed medium quoddam amplexus. Quod ſi & illi qui ſeptem, & qui ſex,& qui tres, & qui duas tantùm ſeptimanas ieiunabant,ieiunium hoc ſuum vocabant Quadrageſimam, quanto maiore probabilitate nobis noſtrum ita fas eſt appellare, quod quinque ſeptimanas ferè complet, & à dierum quadraginta numero perpaululum abeſt. Vltimus autem error tuus minore negotio refellitur. Neque enim venit Mahumetes noſter,vt euerteret Eccleſiam Chriſti, ſed vt firmaret labentem & ſtabiliret, & plurima ſanè ex Euangelio Chriſti in ſuum Alcoranum tranſtulit, imò nihil prorſus reiecit, quod certò & exploratè à Chriſto profectum fuiſſe illi conſtabat, nec hodie nos vllam Euangeliorum partem reſpuimus, niſi quàm vel à perfidioſis Iudæis ſuppoſitam,vel à falſis Chriſtianis corruptam eſſe credimus: & (vt hactenus patuit, & deinceps patebit copioſius) multò ſunt plura capita Alcorani noſtri,quam Euangelij veſtri, quæ Chriſti pietatem ſapiunt, & ex eius doctrina fluunt.

Socrates libr 5. cap.21. Sozom. lib.7.cap. 19. Nicephor. lib. 12.cap.34.

ARGV-

Digitized by Google

ARGVMENTVM CAPITIS DECIMI TERTII.

Demõſtrat Michaas Paſchalem cœnam Turcicam, quoad omnes partes, ſiue eſſentiales, ſiue accidentales cœna & communione Zuinglianorum eſſe vel parem, vel diuiniorem, & Zuinglianos quo ſunt puriores, eo propius ad communionem Turcicam accedere. Angli quoque Euangelici à Turcis ſumpſiſſe videntur ritum illum, quòd ſtatuunt communionem ſuam celebrandam à Miniſtro vultu ad Meridiem obuerſo.

CAPVT XIII.

SED vt in his vltimis de Baptiſmo, Matrimonio, & Quadrageſima, perſpicuè nobis eſtis inferiores; ſic in quatuor proximis, cœna Eucharistica, ritu orandi, ſcripturarum rithmica editione, & earum correctione ferè nobis eſtis pares, niſi quòd hic quoq; ſupra Euangelium veſtrum paulò aliquanto illuſtrior eſt forma Alcorani noſtri. Et de Euchariſtia quidem non eſt difficilè iudiciũ, ſi pręſtigias verborum, & inanes phaleras, multoque hypocriſis & iactantię fuco coloratas, ſophiſtarum more declamationes atque elogia ſeponamus Solent enim hic veſtrorum quidam admodum inaniter oſtentare ornatum eloquentiæ, quo ſuis cœnis tale quid attribuant, quale Papiſtæ vendicant ſuis Miſſis, quod quam indecorum ſit, & contra omnem veritatis ſpeciem ab illis elaboratum res ipſa loquitur, & veſtrarum Eccleſiarũ praxis clamat. Quid enim ſacrificio cum cœna, quid pani & vino cum carne & ſanguine, quid creaturæ cum creatore, quid (inquam) communioni quæ facili ſimpliciqúe ritu peragitur, & tota pertinet ad coniungendos charitate homines, cum Miſſa, quę operoſo & ſacrificali ritu celebratur, totaq́ue refertur ad propitiãdum Deum, & hominum peccata redimenda? Omiſſis ergo Sophiſticis Rhetorũ ampullis, cœnas Euchariſticas, quales in Anglia & Heluetia Paſchali tempore frequentari ſolẽt, nobis ob oculos proponamus. Poſt concionem Miniſter hiſtoriam cœnæ Euchariſticæ narrat, ſimulq́ue infertur panis & vinum in lagenis, & mox vicinus quiſque vicino porrigit panem & poculum vini, & ſedentes taciteq; auſcultan-

ſcu'tantes, cuidam legenti 13. Ca. Ioannis, ſic edunt & bibunt cœnam Euchariſticam. Hæc eſt forma cœnæ Zuinglianæ, quemadmodum ab ipſo Zuinglio narratur: à qua perpaulum diſtat cœna Geneuenſis, quam ita deſcribit Caluinus. *Vbi finem dicendi Concionator fecit, abſque hiſtoria cœnæ Euchariſticæ ſtatim panem verbi Miniſtri, calicē vero ſeniores Eccleſiæ qui morum cenſuræ præſunt, populo diſtribuunt, prius commonitione facta vt honeſtè & decenter eo quiſq; adeat, interea canitur Pſalmus aliquis, aut locus ſcripturæ, rei quæ Sacramento deſignatur congruens atque conueniens, clara & magna voce recitatur.* Ita Caluinus. Si magna ſit communicantium multitudo, circunfertur panis in calathis & multæ lagenæ vini, & ſedulo cauetur, ne cui fruſtulum panis & hauſtus vini deſit, ita tamen vt ſemel idque parcè admodum bibat. Hæc eſt Zuinglianorum cœna, quam ego ante multos annos valde ruſtice, imò ſordidè vidi in præclaris Angliæ Eccleſijs adminiſtrari. Dabatur enim ſingulis miniſtrum menſæ aſſiſtentem fixo obtutu circūſtantibus (ne genu flectentes aliquam exhiberent religionis vel adorationis ſpeciem) & certatim manus extendentibus morſiuncula panis cibarij, è cupa vulgari vinum marcidū ſingulis offerebatur, ſed eiuſdem Miniſtri manu, quæ quo pluribus ſufficeret, & ipſe ſibi, cuius ſumptu parabatur, melius conſuleret, vix eam ſingulorum labris admouit; atque ita imprecatus illis fœlicitatem, dimiſſa eſt concio, & finita communio. Hæc eſt integra materia & forma cœnæ veſtræ. Quæ ſi quem ad finem referatur, quærimus, alij volunt, vt communicantes mortis Dominicæ recordentur: alij vt ſit mutuum charitatis & amicitiæ Symbolum. Sic enim definit Zuinglius. *Cœnam non eſſe aliud, quam ſolenne charitatis & amicitiæ ſignum vel ſymbolum.* Si quis fructus ſpiritualis hac cœna vobis conferatur interrogas, reſpondet idem: *Si in veteri Teſtamento ſacramenta carnalia duntaxat & externa fuerunt, quæ nihil conſciētijs profuerunt, multò minus in nouo Teſtamento proſunt. Cœna ergo eſt ſignum quidem ſpiritualium, ſed ipſum minimè Spirituale, nec quicquam ſpiritnale in nobis perficit.* Quod enim ille de ſacramentis Teſtamenti noui dixit vniuersè, dabis mihi veniam, vt ego ad hoc particulare Sacramentum transferam, ne nouis vel Euangelicorum aliorum, vel ipſius Zuinglij locis accumulandis in re non ardua, nec obſcura magis tibi ſim quam velim eſſe moleſtus. Multi quidem è grege Chriſtianorū, maximè Papiſtæ & Lutherani, neſcio quid diuinum & admirabile huic Sacramento ineſſe autumant, quod verba Chriſti ad hanc

Zuinglius tom. 2. in expoſitione fidei Chriſtianæ fol. 563.

Calu. ratio celebrandæ cœnæ. pag. 60.

Ibid. in epiſtola ad quandam Germaniæ ciuitatem. fol. 296.

Bullinge. decade 5. ſermo 6.

Digitized by Google

hanc ceremoniam adhibeantur. Sed hoc eleganter refellit Bullingerus, & *perperam atque ſuperſtitioſè eos verbis Chriſti vim ſanctificandi aſcribere docet. Non enim verba, ſed fides baptizati efficit, vt baptiſmus ſit efficax; & in Euangelio dum cœnam inſtituit Chriſtus, nihil iubet recitare aut pronunciare, nec in recitatione verborum vlla virtus eſt, tantummodo inſtitutione diuina, quum ad vſum ſanctum applicantur, tum conſecrantur panis & vinum.* Et ipſe Zuinglius: *Controuerſia quæ nobis eſt cum Luthero, in hoc verſatur, quod videlicet nunquam admittere poſſumus Chriſti verba in hunc finem dum cœna celebratur pronunciari debere, vt horum virtute quicquam his efficiatur.* Sunt quidem ex fratribus qui hoc improbant, quorum vnus eſt ille, quem antea ſemel atque iterum citauimus, Ducatus Luneburgenſis Euangeliſta, qui vt Papiſtas ita vos quoq; tanquam veritatem huius Sacramenti nondum aſſecutos reprehendit his verbis: *Sicut è cœna domini ſacrificium pro peccatis ſuperiora ſecula fecerunt, ita hoc noſtrum ſeculum dum in cœna panem tantum & vinum vacua ſigna conſtituit, verbis domini interim vice narrationis vtcunque adhibitis, rem vulgo contemptam, & quaſi quoſdam panes propoſitionis, vt olim in lege erant, è cœna Domini facit, vt nihil aliud ſit quam ſignum rerum abſentium.* Sed quoniam hic Lutheranus eſt, & tantummodo quòd ita credatis ſuggillat, non autem fidem hanc veſtram firmo aliquo argumento è literis ſacris petito refutat, veſtræ ego cœnæ dignitatem non tam huius verbis quam veſtra doctrina & rei ipſius natura & definitione pōderabo. Sit ergo cœna Zuingliana ſymbolum charitatis, ſit nota vel teſſera Chriſtiani hominis, ſit ſignum rerum abſentium, repræſentet vobis mortem Chriſti; quicquid iuxta veſtram doctrinam in Sacramentum noui Teſtamenti cadere poteſt, ei attribuatur; & denique cœnam hanc, quo tanto magis in ea eniteſcat charitatis & beneuolentiæ ſymbolum, iungamus Paſchali feſtiuitate à frequentiſſima multitudine celebrari: quamdiu tamen gratiam & effectum omnem ſpiritualem ei detrahatis, quamdiu cæremonijs Iudaicis exæquatis, quæ eſt conſtans omnium ferè Zuinglianorum ſententia, noſtra Paſchalia feſta & Communiones veſtris cœnis longè erunt præſtantiores. Poſtquam enim Quadrageſimam quinque ſeptimanis ea quam dixi pietate, & corporis per ieiunium caſtigatione tranſegimus, tum demum Paſchale feſtum auſpicamur, ſed animis ita ab odio & maleuolentia purificatis, vt veſtris congregationibus egregio charitatis & humilitatis exemplo mirificè præluceamus.

Zuinglius Tom. 2. reſponſ. ad Confeſſio Lutheri fol. 431.

Vrbanus Regius prima parte operum in materia cogitandi de Miſſa. in præfatione.

Caluin. Inſtitut. lib. 4. cap. 14 nu. 17.

Beza Summa rei ſacrament. q. 2.

Conſenſio mutua Eccleſiæ Geneuenſ. & Tygur. apud Caluin in opuſc. pag. 1037.

Caluin. in 1. Cor. cap. 10 & in Inſtit. lib. 4. cap 14. num. 23.

Martyr. & Beza

Digitized by Google

in 1. Corin. cap. 10. ver. 1. 2. Muſcul. in locis commun. cap. de ſignis ſacra. pag. 298. Munſter. Coſmogr. lib. 4. pag. 973. Theuet. Coſmogr. vniuerſelle. lib. 8. cap. 2.

Imponitur nimirum omnibus Haran, hoc eſt, excommunicatio & Anathema ſupremi Pontificis authoritate, quod omnes vehementer pertimeſcimus, ſi quis hoc tempore vel læſus iniurias non condonauerit; vel lędens nequitiæ & criminis ſui veniam ab eo quem læſit ſuppliciter non poſtulauerit. Quòd ſi fortaſſe aliquis hanc diſciplinam negligens polluta conſcientia feſtum celebrare præſumpſerit, vel offenſæ quam remiſit, poſtea ſe memorem aliquo verbo aut facto oſtendat, accedit ad Pontificalem cenſuram ſeueritas Imperatoris & Magiſtratus, qui pœnas flagitio dignas abſque indulgentia à quouis delinquente exigit. Quo in genere memorabilis eſt hiſtoria quam ipſe in Colchide non ita pridem vidiſti, vbi ſeruulus quidam comitiali morbo laborans, Sangiacchi, (hoc eſt Præfecti militaris, qui ſub ſe aliquot equitum millia habet, & poſt Bellerbeios primum in exercitu Turcico locum tenet) Oeconomum, virum vtique nobilem & totius familiæ moderatorem baculo ſemel atq; iterum percuſſit, idem vero paulò poſt ad ſe reuerſus, factumq; intelligens, ad nobilem illum accedit & veniam petijt, qui non modo non condonauit, ſed etiā ſupplici alapam inflixit, quod quū Bellerbeius, qui omnibus Sangiacchis præeſt, reſciuiſſet, Oeconomū corripi iubet, & in vincula mitti. Et quamuis ad miſerabilem ſeruulū collatus princeps quidam videretur, tamen præter aliquot dierum carceres, eum hac pœna mulctauit, vt fuſte (quod eſt, ſi meminiſti, vſitatum apud nos ſupplicij genus) quadragies cæderetur, & deinceps tum officium Oeconomi, tum annuum Imperatoris ſtipendium plurimorum aureorum amitteret. Qua vna hiſtoria facile intelligitur, quanta deuotione Turcæ ad celebritatem Paſchalem ſeſe compar ēt. Deinceps vero & templa diligenter adeunt, & multis precibus diuinam miſericordiam implorāt, dumq; in Moſqueis meridianis precibus interſunt, vt primum miniſter poſt alia Alcorani capita ad illud prælegendū accedit, quod El-meide, id eſt, cœna dicitur (vnde fortaſſe Euangelici veſtri Tigurini ſuū illud ſolenne de certo capite prælegendo El meide ſuæ vel cœnæ Zuinglianæ ſunt mutuati) incipiunt ſtatim oēs Muſulmanni, Turcę, Perſæ, Tartari, &c. alij manus, pleriq; primitiuæ Eccleſiæ more genas mutuo deoſculari, & ſinguli ſingulis fauſtum præcari Paſcha, ita tamē vt mira ſolicitudine caueatur, ne quis inimicus alterius manū vel genam priùs attingat, quàm perfecta inter eos fuerit reconciliatio. Deinceps precibus abſolutis in domos ſuas digreſſi, tū ditiores largiſſimè ſuppeditant neceſſaria vitæ tenuiori-

Poſtell. de la religion des Turcs. pag. 64. 65.

Digitized by Google

nuioribus, tum amiciſſima conuiuia inſtruunt & (quod proximè annotatum eſt), non ſuos ſolum, ſed aduenas quoq; & peregrinos ex quacunq; orbis regione, Chriſtianos, Iudæos, Tartaros, Afros ad domos ſuas inuitant, & eis perabundè cibum potumq; largiuntur. Nec iſta charitas vno die terminatur, ſed totis ſeptem diebus cõſequentibus eodem modo hoc feſtum celebrant, infinitas eleemoſynas erogant, multas oues mactant, & vicinis quos norunt pauperiores ſignificant, vt ad ſe veniant, ſuum behitam, vel Paſcha aut Euchariſticum munus accepturi, hoc eſt, panem, carnẽ & pecunias aliquas. Hoc tempore diligentiſſimè inuiſunt ægrotos, ſuccurunt orphanis & vt vera ſe charitate præditos demonſtrent, quæ omne hominum genus tam viuentes quàm vita functos complectitur, horum ſepulchra frequentes adeunt, ibi quoq; pauperibus in gratiam & ſubſidium animarum honeſta conuiuia apparantes, faciunt hæc quidem in Quadrageſima, tumq; indigentes ſua beneficentia multum reficiunt & conſolantur; tamen in Paſchalibus diebus hæc pietas atque hoſpitalitas multò crebrius & liberalius exercetur. SAMVEL. Quale tandem hoc veſtrum Paſcha eſt? & in cuius rei memoriam inſtitutũ? Neque enim arbitror vos ob Iudæos ex Ægypto liberatos hanc feſtiuitatem colere, multò minus ob redemptionem Chriſti morte comparatam. Præter hæc autem duo paſchata Chriſtianorum & Iudæorum, nunquam hactenus accepi aliud Paſcha cuiquam populo fuiſſe ſolenne. MICHAEAS. Iam ergo didiciſti quod prius ignoraueras. Noſtrum autem Paſcha nec eſt ob Chriſti mortem quam nõ credimus, nec ob Iudæos è Pharaonis tyrannide ereptos, quorum liberatio ad nos nequaquam pertinet; ſed ob Patriarchas noſtros Abrahamum & Iſaacum, in quorum ſemine omnes nationes erant benedicendæ, & quæ benedictio nos potiſſimum comprehendit. Quum enim Deo iubente Abraham filiũ ſuum Iſaac immolare vellet, & mox poſtquam innotuiſſet Abrahami obediẽtia, Deus filij loco arietem ſuppoſuiſſet, eamq; victimam accepiſſet, nos ad huius egregij facti & obedientię memoriam, tantis Patriarchis quaſi gratulãtes, alteri quod filium ſuũ tanquam ex mortis faucibus ereptum ſanũ atq; incolumen recepit; alteri quod gladiũ ceruicibus ſuis iam nunc imminentem euaſit, hoc feſtum magno cum gaudio & alacritate agimus. Tunc ergo omnes quauis iniuria offenſi, offenſas eas voluntaria obliuione delent, tunc omnes locupletes à ſummo Imperatore. Baſſiſq; eius & Sangiaccis ad infimũ vſq; militiæ præfectum,

Munſter. vbi ſupra Geneſ. 15.

Digitized by Google

& mercatorem, & ciuem amicis lautiſque cœnis ad honorem Dei & ſanctorum Patriarcharum quoſcunque hoſpites, ſiue Aſianos, ſiue Europæos iucundè accipiunt & humaniter: tum veram (Samuel) formam videre potes earum cœnarum, quas Chriſtiani antiquitus ἀγάπας, id eſt, Charitatis feſta vocabāt, & quæ hodierno die veſtri nonnulli, quaſi poſtliminio reducere conantur, ſed ſuperiorum temporum tenebris & ſuperſtitionibus impediti non poſſunt aſſequi ad quod aſpirant: hę verè ſunt communiones, præ quibus veſtræ cœnæ aridæ & ieiunæ Euclionis auariſſimi menſæ dici merentur. Qualis eſt enim ſi cum hoc conferatur veſtra illa compotiuncula, vbi vnius pagi incolæ exilem panis bucceliam ſumitis & paululū vini deguſtatis. SAMVEL. Atqui non ex materiæ quantitate, ſed ex diuina inſtitutione ducitur ſacramenti noſtri exiſtimatio. Quum enim diuinitus ſit ordinatum, & ad diuiniſſimum quiddam ſignificandum, vel ob hanc ſolam cauſam omnia mundi & Imperatorum lautiſſima atque inſtructiſſima conuiuia infinitis gradibus exuperat. MICHAEAS. Siquidem alterum ſit præſcriptum diuinum, alterum inuentum humanū, aliquid eſt quod dicis: ſin verò vtrumque ſit diuinum, vel tuum humanum, noſtrum diuinum, tum iniqua & impia eſt comparatio. Neque tamen vtar eo præiudicio, quo multi etiam Euangelici cœnam veſtram grauant, qui nullo modo concedunt eius originem eſſe diuinam, ſed tantummodò humanam à Zuinglio, vel Caluino authore atque opifice profectam, qua ratione Lutherus ipſe tantus Euangeliſta, eam non cœnam Domini, ſed *vulgare quoddam amicorum conuiuium*, imò *ruſticam compotationem* dixit, alibi non niſi *communem quandam & quotidianam comineſſationem*, qualibus cœnis totus mundus plenus eſt. Hoc ego non obijciam, nec tam odioſè communionem veſtram deprimam, patior eam vt noſtrā item diuinæ præſcriptioni attribui. Illud requiro, vt vtriuſque virtus & efficacitas per ſe iuxta populi vtriuſque fidem conſideretur, & ita demum quæro, quid diuinum aut inſigne in veſtra cœna deprehenditis, quod non in communionibus & conuiuijs noſtris longè abundantius reperiatur. Panis veſter & vinum nulla alia conſecratione ſanctificantur, niſi quia ad religioſos vſus applicantur: at eadem religioſa applicatio conſecrat & ſanctificat cœnas noſtras. Veſtra cœna eſt externa teſſera ſocietatis & beneuolentiæ: at quantò magis noſtra eiuſdem beneuolentiæ teſſera eſt, quam etiam conficit, & animos hominum mira charitate diuincit. Veſtra cœna nec eſt ſpiritua-

Vide Orthodox. confeſſ. Eccleſiæ Tigurinæ, tractat. 2 fol. 66. & tractat. 3. fol. 111.

ſpiritualis,nec quicquam ſpiritu ale efficit,vt inquit primarius eius reſtaurator Zuinglius: at noſtra,& ſpiritualis eſt, & ſpiritualem gratiam in nobis operatur, quia excitat amorem, delet odia,obliterat iniurias,reconciliat hoſtes,& locupletes incendit ad fratrum inopum miſeriam ſua liberalitate ſubleuãdam. SAMVEL. Imò Michęa,tua ipſius hæc tam ſubtilis & elaborata comparatio aliquid mihi iam ſuggerit, ita egregium & excellens,vt in ęternum veſtra vel conuiuia,vel cœnas à noſtris ſit ſeparaturum tanto interuallo, quanto abeſt Auſter à Septentrione, & probabit nihil prorſus ſimilitudinis inter veſtras noſtraſque cœnas intercedere. Si enim dixero,quod illi, qui ſunt inter nos maximè ſpirituales, dicunt & verè dicunt, *edere*, in cœna,ſi præcipuam cœnæ vim conſideres,nihil eſſe aliud quam *credere*,tum certè veſtri,qui nihil ferè nobiſcum commune de Chriſto credunt, cœnam noſtram habere non poſſunt,qui fidei noſtrę vix aliquam partem ſunt aſſecuti. Deinde cùm cœna noſtra eò pertineat,vt mortem Chriſti in memoriam nobis reuocet,quid hoc ad vos qui eum mortuũ fuiſſe pertinaciter negatis. MICHAEAS. Atqui Samuel prius illud quod tam egregium & excellens autumas, friuolum mihi & leuiſſimum videtur. Primò quia ſumis pro vero,quod mihi eſt maximè falſum, vterque autem in medio relinquere debemus tanquam ambiguum,quia de eo hic litigatur vter noſtrũ rectiùs credat in Chriſtum. Si enim quod ego verè ſentio, & ante Colloquij noſtri exitum clariſſimè (vti ſpero) probaturus ſum,nos rectius in Chriſtum credimus,ergo rectius etiam edimus, & ſic cœnæ noſtræ ratione melioris fidei erunt cœnis veſtris perfectiores. Deinde credere non eſt actio cœnæ propria,ſed omnium temporum communis, ideoque ab hoc loco,vbi propria cœnæ attributa quærimus,ſegreganda. Deniq́ue ponamus duos è fratribus tuis,alterum domi manẽtem, & de communione veſtra nihil cogitantem,piè quidẽ in Chriſtum credere; alterum in Eccleſia cum fratrib. iuxta formam Communionis veſtræ panem Euchariſticum & vinum participantem,ſed interim nihil de Chriſto in hanc vel illam partẽ cogitare, ſed rebus ſuis domeſticis & agrarijs totum eſſe intentum, an tu dices illum cœnam Euchariſticam percepiſſe, hunc verò minime? Non opinor. Neque enim iam de ſanctimonia,de pietate,de virtute hominum,ſed de cœnę ipſius natura,ſubſtantia & efficientia diſſero. Poſterius vero quod obijcis,non minori facilitate diluitur. Cœna (inquis) refertur ad excitandam memoriam, & mortem Chriſti ſignificãdam.

Ergo ſi Chriſtus mortuus non eſt (vt eſt fides noſtra) cœna veſtra ſignificat mendacium, non veritatem, & noſtra cœna quũ repręſentat Iſaac immolatum, quem veſtri Theologi illuſtriſſimam Chriſti ſacrificati figuram dicunt, conſequenter etiam Chriſtum repreſentet, & imago vel ficta, vel picta elegantius exprimit Chriſtum crucifixum, nec tamen vel ſcitiſſimè deſcriptam imaginem ita valde commendatis, & agnus Paſchalis Iudæorum, idipſum iuxta veſtros Theologos deſignabat, ecquis tamen veſtrum Paſchalem agnum adeo mirificis elogijs extollit? Et habebant Iudæi in omnibus cœnis Paſchalibus ſacramenta panis & vini, quibus etiam plurima noui Teſtamenti myſteria prænunciari putabant: imò quæ ſcriptores veſtri doctiſſimi illinc in Eccleſiam veſtrã à Chriſto tranſlata autumant, & veſtras hodiernas cœnas eaſdem prorſus eſſe, quas antiquitus Iudęi in ſuis Synagogis ante Chriſtum natum vſurpabant, quemadmodum & alij eas à *panibus propoſitionis* nihil differre pronunciant; Et Petrus Martyr & VVolfgangus Muſculus poſt longam diſputationem de Sacramentis noui & veteris Teſtamenti acutè factam concludunt Apoſtoli Pauli ſententia *Iudæos eſſe Chriſtianis quoad Sacramenta pares, nec vllam eſſe Chriſtianorũ Sacramentorum ſupra Iudaicã* efficaciam. Hactenus ergo nihil attuliſti, nec deinceps afferre potes, cur cœna veſtra ſit Iudaicis cœnis præſtãtior, quas tamen noſtris nec ipſi Iudæi audent præponere, ergo nec veſtræ noſtris erunt meliores, niſi fortè imagines, niſi cruces, niſi picturas, niſi agnos Paſchales, niſi vulgares Iudæorum cœnas, niſi eorum panem & vinum velis in contumeliam noſtrã extollere atque amplificare. Denique poſtquam omnia & ſingula excuſſeris, & quicquid de veſtra Communione vel dici, vel fingi poteſt, in vnum contraxeris, ſemper ob multas circunſtantias noſtræ & *Communiones Euchariſticæ* & *cœnæ* manebunt eo nomine digniores, & magis cum Chriſti inſtituto congruentes, quam illæ quæ in veſtris congregationibus vſurpantur. Nam & nocturno tempore plerumque fiunt, ideóque rectius vocantur *cœnæ* quam veſtræ, quæ peraguntur mane, vt ientacula verius ſint quam cœnæ, & magis *communiones* ſunt, quia hic alij alijs indigentibus ob Dei amorem magis de ſuis bonis communicant atque impartiunt; & magis *Euchariſticæ ſunt*, ſiue Euchariſtiam & gratitudinem hanc ad Deum referri velis, ſiue ad homines. Si ad homines, hic certè hoſpites ad eandem menſam liberaliter habiti magis ad mutuum amorem & gratias agendas excitantur, quam apud vos, vbi ſin-

Biblianđer lib. 1. de Paſchate Iſraëlis pa. 8. Martyr. Comment. in 1. Cor. c. 10. v. 1. 2. Muſculus in locis cõmun. ca. de ſignis ſacrament. pag. 299.

vbi ſinguli edentes buccellam panis,& pitiſſantes palululum vini idque magis ex annua ceremonia, quam ex vero amore; atque id etiam aliquando admodum charè emptum, dimittuntur inanes; magis ſæpenumerò inſectantes auaritiam Miniſtri, & tenuitatem vini aqua diluti, quàm de amore mutuo aut gratijs referendis quicquam cogitantes. Si ad Deum,& hic item honeſtus ciborum apparatus magis conuiuas impellit ad diuinas laudes & beneficentiam erga mortales recolendam, quàm cœna veſtra vnum aut alterum panem cum poculo vini oculis aſtantium exhibens. Si ad definitionem cœnę te conuertis,qua cœna dicitur *ſolenne charitatis & concordiæ Symbolum vel ſignum*, tale Symbolum vel ſignum noſtra cœna eſt veſtra longè fortius & efficacius. Si alias circunſtantias cœnæ examines, vt ſi de numero cõmunicantium inquiras, quem in Papiſtarum Miſſis priuatis veſtri adeo mordicus vrgent,in eo nobis concedatis neceſſe eſt. Vterq;enim vidimus ſæpenumero nobilium iſtorum domos talib.cõuiuis refertas. Nec quiſquam dubitare põt maximam eſſe illic multitudinẽ, vbi oẽs promiſcuè nemine excluſo admittuntur. Si ad habitũ & geſtum communicantium attendas,noſtri ſedentes vel diſcũbentes potius, vt Chriſtus & Apoſtoli,recipiunt;quod Hoperus martyr veſter imprimis flagitat,quod Eccleſia Geneuẽſis probat,quod Eccleſia Tigurina vſurpat,quod Eccleſia Scotica obſeruat;imò *quod pleriq; ex ſacramentarijs,de eſſentia Sacramẽti ſui eſſe autumant. Vnde* (inquit ſuperintendens quidã Lutheranè Euangelicus,) *velut ebrioſi ruſtici in publicis tabernis,menſis aſſidere ſolẽt,ſicut ipſe aliquoties in ipſorũ Eccleſia malignantium non ſine horrore inſpexi,*deniq; quod puriſſimi proteſtantes ex Chriſti inſtituto requirunt, quũ in veſtris cõgregationib.aliquãto ſtantes vt plurimũ genib.flexis panẽ Euchariſticũ capiãt,quod ijdẽ illi vt Papiſticũ & idololatricũ horrẽt. Si obijcias cõciones veſtras, reſpondeo nec omnib.cœnis adiunctas eſſe cõciones,& illę non rarò continẽt vanã potius imperiti Miniſtri,garrulitatẽ,quã ſalutarem ex verbo Dei hortationẽ;& noſtræ cœnæ pijs quoq; ſermonib.condiuntur:& deniq; tũ veſtrę cõciones,tũ noſtri ſermones alieni ſunt à natura cœnarũ,quę ſuis eſculẽtis & poculẽtis ſine tũ concionũ,tũ ſermonũ admiſtione cõſiſtũt. At ſemper occinitis veſtras cœnas eſſe religioſas,noſtras prophanas? Sed quęro quo id argumẽto docetis?quo ſigno,quo diſcrimine alterã ab altera internoſcitis? An quia veſtrę in Eccleſijs fiũt,noſtrę in prophanis domib. At abſurdũ eſt vos à parietib. religionẽ cœnæ veſtræ mutuari,q' æ

Iuel contra Harding. art. 1.

Conrad. Theo. Calnin. libr. 3. fol. 63.

Digitized by Google

ri,quæ etiam nō rarò in priuatis domibus celebratur. An quia à Zuinglio & Caluino ad Eccleſiæ primitiuæ, (quāquam Luthero & Lutheranis è cōtra ad rauim clamantibus) ſunt conſtitutæ,& noſtræ cœnæ,potiſſimum quę tempore huius Quadrageſimæ fiunt à Sergio & Mahumetę,veſtros illos lo gè exuperantibus vti demonſtrauimus,& ad Paſchalis feſti religionem , & ad diuinorum beneficiorum memoriam referuntur, & ad primitiuæ Eccleſiæ agapas & cœnas exactius & religioſius quam veſtræ ordinantur? Vtinam aliquid recordari poſſem, quòd à veſtris ad ornandam cœnæ dignitatē ſolet in medium afferri. Nequaquam ſanè ſilentio prætermitterem. Certò enim noui cœnas noſtras veſtris ſi non in multis præſtantiores, in vniuerſis pares ſaltem futuras. Tigurini in Eccleſiæ ſuæ confeſſione Orthodoxa teſtantur Lutherum , qui omnes Zuinglianæ cœnæ fibras & articulos (vt ex multis eius libris patet) acerrimè rimatus fuerat,ſic eam exhorruiſſe, vt magna vehementia aſſeruerit, *Chriſtum eximiè ſtultum fuiſſe* (ipſius verba ſyllabatim recenſeo) *ſi huiuſmodi peculiarem cœnam inſtituere voluerit,quum cœnarunt huiuſmodi totus mundus alioqui plenus ſit, &c.* Si ex veſtra cœna tale quiddam ſequitur, vt diuinum illum Prophetā ſtultitiæ coarguat, veſtram ego cœnam vt peſtifero plenam veneno, illam ego vt Atrei Thieſtiſque cœna funeſtiorem deteſtarer,nec inficiari poſſem grauiſſimam à me iniuriam Alcorano illatam , qui menſas veſtras diras & execrabiles noſtris ſacroſanctis conuiuijs cōtuliſſem. Sed de eo iudicium mihi non ſumo, nec vſq; eo in abdita cœnæ veſtræ myſteria penetro,ſed ea tantum vera eſſe pono, quę de ea illius inſtauratores ſcripſerunt , & hoc ſolum colligo nihil vel ab illis cœnæ veſtræ attribui,quod non in noſtris plenè cumulateque inueniatur, atque idcirco candidè & peramicè facio, quum has illis , Turcicas Zuinglianis tantummodo æquales eſſe aſſero. Quod verum eſſe,ſiue formam intuearis,ſiue materiam , ſiue effectus & gratias ſpirituales , ſiue circumſtantias, ſiue aliud quodcunque vel internum vel externum cœnæ propriè & per ſe adiunctum res ipſa loquitur. Id quod pluribus in Anglia ſectæ purioris Euangelicis , iam olim ante meum ex Anglia diſceſſum innotuit,qui propterea veſtræ cōmunionis pertæſi noſtrām inducere, eamque crebris cætibus ſecreto frequentare cœperunt. Quod loquor, certa experientia edoctus loquor. Neque verò dubium eſt,quin illæ clandeſtinę congregationes ab eo tempore admodum ſint multiplicatę. Solet autem & natura & ars ab imperfectis ad perfectiora ten-

In Confeſſio. orthodoxa Eccleſia Tigurina , Vbi ſupra.

ra tendere, & communio veſtra quę à Miſſa ad cœnam Lutheranã, inde ad Zuinglianam & Caluinianam proiecit, nunc ad noſtram Mahumetanam varijs ferculis inſtructam pergendo, probat ſe, & naturæ, & artis ordine progredi. SAMVEL. Noui *Stow in Elizabetha.* quas dicis occultas in Anglis communiones, ſed earum au- *pag. 1214.* thores noſtri vocandi non ſunt, ſed vel Puritani, vel Familiani, quos Eccleſia noſtra ſeriò improbat, & ſereniſſima Princeps comprimere & excindere conata eſt, & Epiſcopos contra vtramque ſectam armauit. MICHALAS. Miror quòd Puritanos veſtros non agnoſcis, qua ſecta & permagna Eccleſiæ veſtræ pars continetur, & Eccleſia Scotica & Geneuenſis item cum Theodoro Beza, qui literis publicè ad Epiſcopos veſtros *Beza epiſt 8.* datis eorum opiniones defendit cum peracerba cõtrariarum deteſtatione, adeo vt Epiſcopos veſtros Puritanorum aduerſarios tantum non Antichriſtianis pſeudoepiſcopis annumeret. Sed non eſt huius loci, nec operæpretium hanc quæſtionẽ curioſius diſcutere. Illud tantum notari velim, Euangelicos ſiue veſtros, ſiue noſtros, qui primo à Pontificiã doctrina ad Lutheranam, & inde ad Zuinglianam & Caluinianam delapſi ſunt, nec in illa conſtitiſſe, ſed deinceps quaſi naturali curſu ad noſtram de Communione fidem tanquam omnium perfectiſſimam eſſe deuolutos. De ritu autem Orandi (quod proximum eſt, & quia non ita magnum eſt, ſtatim expediam) ita ſcribit author ille controuerſia veſter, *ſolos Turcas contra omnium aliarum gentium ritum orare conuerſos ad Meridiem.* Et cur ita non ſit orandum, nec ab illo, nec ab alio quoquam firmam aliquam rationem reddi poſſe exiſtimo, quando & Pro- *Malach. 3.* phetæ, & Chriſtus veros Dei cultores, non ad montem Gari- *Ioan. 5.* zim, aut templum Salomonis Hieroſolymitanum alligent, ſed vbique locis omnibus orare poſſe & debere doceant. Non ignoro veteres Chriſtianos in Eccleſia primitiua magis approbaſſe Orientem, & habebant ſuas fortaſſe rationes, quamobrem orantes eò ſe potiſſimum conuerterent. Scribit enim Euangelicus quidam Anglicanus non indoctus *morem ieiunij* *Carter. in* *Quadrageſimalis & precãdi verſus Orientem iudicio Baſilij lib.* *2. repli. cõ-* *de Spiritu ſancto, & Auguſtini epiſtola 119. Apoſtolis authoribus* *tra VVhit* *tribui.* Sed non arbitror illos eo errore fuiſſe imbutos, vt reli- *gift. pa. 89.* quas mundi plagas tanquam precibus minùs idoneas dam- *Liber com* narent. Libertas Euangelica locorum diſcrimina neſcit, om- *munionis.* neſque ad Precandum habet indifferentes; ex quibus Mahu- *Cœnã ad-* metes noſter pro ſua diuina ſapientia ſelegit Meridiem, quo *miniſtrans* nos orantes voluit reſpicere. Quod autem veſter iſte ſcriptor *Sacerdos*

adijcit

Digitized by Google

ſtabit ad menſæ partem Septẽtrionalem.

adijcit hocà nobis fieri *contra omnium aliarum gentium ritũ*, quantum fortaſſis eo quo ille vixit tempore verum fuit, hodierno tamen die tu Samuel teſtari potes falſum eſſe. Veſtri enim Miniſtri quoties Communionem Anglicanam vel ſine communicantibus *ſiccam* quam vocant, vel cum communicantibus *humidam* celebrant, ſemper obuerſa ad Meridiem vti nos facie eo funguntur munere. Et eſt illud in ipſo Communionis libro Parlamentari authoritate edito ita ſpeciatim mandatum, vt non poſſit pro ſua voluntate Miniſter, nec etiam Epiſcopus vel Archiepiſcopus eum in precando ritum commutare. Quare hic error etiamſi non in eo homine qui ſuperiore ſeculo vixit, tamen in noſtræ ætatis ſcriptoribus Chriſtianis, vt in Sebaſtiano Munſtero & alijs corrigẽdus eſt, qui ſemper errantib priorũ veſtigijs inſiſtentes tradunt Turcas *orare verſus Meridiẽ, quod eſt cõtra morem aliorum omniũ*, quando nunc Euangelici Angli in hac ceremonia cum Turcis coniungendi ſunt, quibus duobus hic orandi modus proprius eſt & peculiaris. Non eſt illud quidem graue, ſed tamen quantulumcunq; eſt, nobis & Alcorano noſtro honorificum eſt, à quo Communionis veſtræ compoſitores ritum illum ſumpſerunt, quem à nemine mortalium præterquam à nobis potuerunt ediſcere. Vt autem Iuriſconſulti aiunt *acceſſorium ſequi debere naturam principalis:* ſic quoniam Communio veſtra Communionem noſtram tam propè imitatur, æquum erat, vt & eius celebrandi modus, qui eſt appendix, & (vt illi loquuntur) *acceſſorium*, noſtris item ritibus quàm ſimillimus præſcriberetur.

Munſter. Coſmogr. lib. 5. pag. 1039.

Regula Iuris.

ARGVMENTVM

CAPITIS DECIMIQVARTI.

In libris Bibliorum, & ſpeciatim in Pſalmis Dauidis rithmicè vertendis Euangelici ſe geſſerunt aliquanto nequius & licentioſius quam Mahumetes. In vtroque autem Teſtamento & veteri & nouo corrigendo, & ex vtriſque vel capita, vel libros ſibi non probatos auferendo, & deinde quæ ſuperſunt tanquam verum Teſtamentum Deiq; verbum admittendo, eadem prorſus ratio, mos & ingenium eſt Turcarum atque Proteſtantium.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT XIIII.

IN hoc igitur vt Mahumetem magiſtrum agnoſcere debetis, ſic idem Mahumetes noſter exemplo ſuo Euangeliſtas veſtros inſtruxiſſe videtur, vt ſcripturas rithmo artificioſè variatas in vulgus ederent. Huiuſmodi enim rithmi in Eccleſijs veſtris, maximè frequentes ſunt, ab ijſdem incipiunt conciones, in ijſdem deſinunt, ijſdem Eccleſiaſticæ preces magna ex parte peraguntur, in eoſdem Oratio Dominica, Symbolum fidei Chriſtianæ & Præcepta Decalogi translata, populari conſuetudine decantantur. Quod tamen idem author addit Mahumetem quoſdam ſcripturæ libros *eleganti quadam concinnatione, & ſub rithmo carmineq́ edidiſſe, vt facilius traheret incautos*, ſuo more quod optime factum eſt, peruersè & peſſimè interpretatur, Nihil enim aliud voluit illis ſuis laboribus Mahumetes, quàm vt ſimplicem puriſſimamque veritatem ſuis auditoribus inſtillaret. Quod item & fratres tuos ſuis rithmis fuiſſe molitos nec ipſe ſcio inficiabere. Sleidanus de Maroto Gallo Pſalmorum Dauidis interprete apud Gallos Euangelicos laudatiſſimo, vide, an non hoc potiſſimum in eius laudibus poſuerit: *Clemens* (inquit) *Marotus Latina lingua non ita magnum habebat vſum, ſed Doctorum hominum conſuetudine multum profecit, nec erat quicquam ferè in Poëtarum libris quod ipſum fugeret, ex Tibullo, Propertio, Naſone quadam tranſtulit in ſuas Elegias. Ex Catullo Epithalamium ſcripſit Herculis Ferrariæ Ducis, & Renata Ludouici 12. Galliarum Regis filia. Vertit primum librum Metamorphoſis Ouidij elegantiſſimè. Eius conſilij fuit rithmo Gallico omne Pſalterium Dauidis exprimere, ſed 50. tantum Pſalmos abſoluit morte ſublatus.* Quorſum iſta tam ſolēnis præfatio, & de Tibulli, Propertij, Ouidij & Catulli venereis floſculis in ſuos verſus traductis tam inſigne præconium, & demum iſta omnia ad eius Dauidicorum Pſalmorum rithmicā verſionem accommodata, niſi quia idem interpres etſi alias *Latinæ linguæ ignarus*, ſatis tamen ſcitè nouerat Catulli & Tibulli lepores in eos Pſalmos inducere, & Propertianis, Ouidianiſque delirijs opus illud alioqui graue & ſeuerum aſpergere, quo ſic auidius à promiſcua multitudine ſimul omnia mandarentur memoriæ? Et veſtri Angli quum eodem Euangelico ſpiritu eoſdē Pſalmos Dauidicos, & alia quædam in rithmos

Sleidan. libr. 15. anno 1543.

Angli-

Anglicanos verterent, quid aliud ſpectarunt, niſi vt Pſalmos illos eo facilius vulgus ediſceret? Nam quòd in illis contra Papiſtarum doctrinam, cõtra Pontificem Romanum, contra neceſſitatem operum pro ſola fide, cõtra inuocationem ſanctorum quædam artificioſè poſita ſunt, quod alicubi quibuſdam voculis ad ornamentum & concentum carminis, vel ad permulcendas aures adiectis leuiuſculæ mutationes in gratiam Euangelicę fidei factę ſint, cuius etiam officioſi erroris eos qui ſimilem rithmo verſionem Germanicè ediderunt, in ſimulat Eraſmus, varijs exemplis poſſem oſtendere; cuiuſmodi pertarò, aut fortaſsè nuſquam in Translationibus Mahumetanis reperias. Quòd ſi Mahumetus eiuſmodi feciſſet digreſſiones, eaſq́; cum re quę tractatur nullo penè modo cohærentes, quibus Eobanus Heſſus, vel potius Theodorus Beza, non iam adoleſcens, ſed ſenex & canus, & alterum ferè pedem in Cymba Charontis habens ſuam Pſalterij translationem refercit, rectiùs forſitan dici potuiſſet, voluiſſe *in errorem*, & improbitatem traxiſſe incautos. Ecce enim quàm laſciuè & petulanter quinquageſimum Pſalmum grauiſſimum, nihil niſi acerbam pœnitentiam lachrymaſque, doloreſque ex turpiſſimi ſceleris recordatione complectentem Beza veſter transferat.

Eraſmus in Epiſt. ad fratres inferioris Germaniæ.

David (inquit) Rex amore,

Correptus, vertit Berſabæ ad limina vultus,
Berſaba, qua non formoſior altera cunctas
Iſacidum populos inter numerata puellas,
Sed coniuncta viro, & mater iam digna videri.
Et mox tam raras mortali in corpore dotes
Miratus, patula radiantem frontis honorem,
Purpureaſq́; genas, pulchri & diſcrimina naſi,
Os roſeum, & flauos per eburnea colla capillos,
Marmoreumq́; ſinum, porrectaq́; brachia longe,
Et teretes digitos, me verò ludere in iſtis
Fas oculis inquit, &c.

Et paulò poſt:

Berſabe.

Omnibus arridet pulchra ſibi conſcia forma:
Nunc ſinit extrema criſpantes fronte capillos
Ludere, nunc varia diſcriminat arte vagantes:
Iam cœlare ſinum ſimulat, mammaſq́; coërcet,
Et ſuper obiectat tenuis velamina tela.
Iam cunctas oſtentat opes, colloq́; ſuperba

Nudato,

Digitized by Google

Nudato, pulchra mentitur imagine diuam.
Interdum excultis illi qui ſtabat in hortis
Marmoreo inſignis laboratá; perennibus vndis
Fonte lauat, celeresq́; oculis iaculatur amores, &c.

Ecquis verò eſt in toto quinquageſimo Pſalmo verſiculus, qui iſti Catullianæ deſcriptioni reſpondeat? Atque hic videre potes, quare tui adeò ſtudioſè euoluant Ouidium, Catullum, Propertium, Tibullum, & quemadmodum eorum libidinoſas venuſtates ad ſacras literas applicent, & tali condimento eas ſectarijs ſuis efficiāt ſuauiores. Illud autem tibi aſſeuerare auſim, in omnibus Mahumetis noſtri metricis verſionibus huiuſmodi exemplum nullum occurrere. Quin ex hoc etiam ad memoriam reuocare poteris illud quòd ſuperius annotaui, tuos omnia ferè ad luxuriam & libidinem referre. Quid enim non ſunt illi eò applicaturi, qui ex illo mœſtiſſimo, grauiſſimoque, & maximè lamentabili Pſalmo hæc non lamenta & lacrymas, ſed libidinis illecebras & lenocinia potuerūt exprimere. Sed iſta attigiſſe cōtentus pluribus huius generis exemplis cōgerendis libenter ſuperſedeo: id tantummodo ſtrictim admonebo, fratres tuos dum ſinguli iſtiuſmodi rithmis ſcripturarum ſenſus ad ſuarum ſectarum patrocinium inflectūt, non quidem ingenuam Mahumetis ſimplicitatem imitari, ne quid præterea addam, quod tamē ipſa rei indignitas ferè à me extorquet. Quod aūt adijcitur *de correcto Euangelio*, quanquā ambiguè dicitur & poteſt eſſe verum, calumniæ tamen magis videtur affine. Sed hoc verum ſit, ſiue falſum, eodē plenè modo nobis vtriſque commune eſt, ideoque communem defenſionē poſtulat. Si enim is ſit ſenſus, quod vel Mahumetes noſter, vel Euangeliſtæ veſtri verum Chriſti Euangelium voluerint corrigere, mendacium eſt, & calumnia, quam vtriq; execramur. Sin verò id intelligatur temporis loginquitate, quod omnia corrumpit & inficit, in libros etiā Euangeliorū quoſdam errores irrepſiſſe, quædā falſa capita, vel adulterina ſcripta hominum negligētia & cæcitate cum illo diuino libro fuiſſe commixta, quæ noſtri Prophetæ vel emendarunt vel ſuſtulerunt, hoc facto Euangelium ſuo nitori reſtituimus, & hoc à nobis factum vtrique profitemur, & de eo gloriamur. In Teſtamento Matthæi Latino innumera penè, in Græco etiā plurima errata correxiſſe teſtatur Theodorus Beza. In quo nos quidem labores eius approbamus. Hiſtoria illa mulieris adulteræ in Euangelium D. Ioannis ab aliquo impoſtore intru-

Vide Niceph. lib. 9. cap. 48.

Bez. in præfat. Teſta. & in Anno.

Digitized by Google

ſa eſt. Non negamus, quemadmodum & hiſtoriam eiuſdem Euangeliſtæ, & aliorum item aſſuta à ſimilibus impoſtoribus infanda illa Chriſti crucifixione vitiatam eſſe aſſerimus. Epiſtolæ quædam Ioannis, Iudæ, Iacobi, & Paulo falsò illis aſcriptæ, ab illis tamen nunquam profectæ ſub eorum ementitis nominibus obtinuerũt apud Chriſtianos authoritatem, quas propterea vos ad analogiam fidei exigentes, iam vti Canonica celſitate indignas repudiaſtis, & à ſcripturæ corpore reſecuiſtis. Ita nimirum quemadmodum nos alias quaſdam eiuſdem Pauli epiſtolas ijſdem quibus vos argumentis ad analogiam fidei examinantes fictas eſſe deprehendimus, eamque ob cauſam vt vos illis prioribus epiſtolis Euangeliſmum veſtrum limari non ſuſtinetis: ita neque nos his poſterioribus Alcoranum noſtrum corrigi patiemur. Vtriq; enim illas dum regulis & gnomonibus fidei noſtræ metimur, vtrique pariter Apoſtolico nomine ſpirituque indignas inuenimus. His autem ita correctis & amputatis reliquas ſcripturas, & ipſum imprimis Euangelium tanquam ſacroſanctum Dei verbum vtrique recipimus & veneramur vſque eò, vt vtrique, ſaltem nos a *Chriſtum à Deo miſſum cum Euangelio defendimus* b illudque *datum non ob aliam cauſam, niſi vt per ipſum Dei dilectionem & gratiam homines aſſequantur*, c *nec de Dei promiſſionibus in lege, Euangelio, & Alcorano propoſitis dubitandum eſſe*, & d *Euangelij doctrinam perfectam eſſe, ſicut & ipſius Alcorani*, & Mahumetes nos docuit, & nos conſtantiſſimè credimus. Quod ſubinde repeto, vt tu certò ſcias nos vna vobiſcum Euangelium recipere, nec vllam ei iuſtam authoritatem adimere. SAMVEL Perpulchrè quidem recipitis, & ſanctè veneramini, qui mortem Chriſti primò tollitis, & tum demum reliqua Euangeliorũ capita admittitis, hoc eſt, qui Euangelij tãquam medullam & intrinſecum nucleum triticique florem aufertis, & deinceps cortice, & nuce, & tanquam ſiliquis ſectarios veſtros paſcitis. MICHAEAS. Non ſatis Euangelicè (Samuel) aliquam Euangeliorum partem nuci, & cortici, & inanibus ſiliquis comparas, cum omnes particulæ lectiſſimo frumento & medulla puriſſima ſint diſtentæ. Hæc contumelioſa Scripturæ vel reiectio, vel extenuatio nõ decet Chriſtianum, multò minus Euangelicum, qui ſe fingit habere omnes ſacrarum literarum apices pro rebus diuinis & ſacroſanctis. Quòd ſi ideo te excuſabis, quia aliæ ſcripturarũ partes alijs ſunt excellentiores, & vos mortem Chriſti, caput & ſummam Euangelij conſtituitis, tamen ne ſic quidem magnum videtur eſſe iudi-

a *Azoar. 67.*
b *Ibid.*
c *Azoar. 19.*
d *Azoar. 12.*

iudicium & acumen veſtrum, qui mortem crudeliſſimè inflictam vitæ, hoc eſt, ignominiam, & dedecus, & infamiam gloriæ & honori, & (quod omnium eſt præclariſſimum) mirabili illius in cœlos exaltationi anteponitis. Sed de eo in præſentiarum nihil ampliùs dico, nec eſt enim huius loci, & iam ſuperius de eo pauca, & poſt multò dicenda ſunt plura. Illud mihi reſpondeas velim, qui vni Euangeliſtarum de Chriſti morte narrationi fidem abrogat, an non reliquorum etiam hiſtorias incertas reddit & dubias? SAMVEL. Opinor, in iſtis enim diuinis rebus quæ à Dei pendent teſtimonio, quemadmodum non minùs firmum eſt, quod ab vno ſeparatim ſcriptore aſſeritur, quam quod ab vniuerſis, ita qui falſum iudicat quod eſt ab vno Euangeliſta traditum, neceſſe etiam falſum arbitrabitur illud ipſum, etiamſi à reliquis affirmetur, quia hoc in genere non à numero vel multitudine hiſtoricorum pendet narrationis veritas, ſed à Spiritus ſancti gratia, quam ſingulis adeo efficaciter aſpiraſſe credimus, vt nullus alicubi in ſcribendo à veritate aberrauerit. MICHAEAS. Rectè. Quid verò ſi quiſpiam integrum aliquod Euangelium, vt Matthæi vel Lucæ inter apocryphos & incertæ fidei libros numerauerit, an non conſequens eſt eum, illa capita quæ Chriſti mortem deſcribunt, vt dubia & apocrypha contemnere; & deinceps reliquorum etiam Euangeliſtarum de eadem crucifixione hiſtorias infirmare, quæ omnes eodem prorſus filo & authoritate nituntur? SAMVEL. Non probo has Socraticas captiones, quæ homini ſæpè inuito extorquent eius rei confeſſionem, quam tamen ex animo maximè abominatur. Ergo rotunde & volubiliter tibi confirmo, vobis nihil omnino prodeſſe, quod reliquas Euangelij partes amplectamini, quamdiu quædam capita, eaſque maximas res ipſum cor & animum Euangelij comprehendentia præcidatis. Id tu ſi defendere intendis, ingenuè & apertè agas velim, non ſophiſticè & captioſè. MICHAEAS. Certè nihil minus cogito quam fraudes & inſidias. Sed quemadmodum antea præfatus ſum hanc cauſam eſſe nobis vtriſque, & Turcis & Euangelicis communem, ita ego te perſpicuis argumentis ad eius rei confeſſionem eram deducturus. Sed ſumma concluſionis meæ hæc futura erat, quum veſtri poteſtatem ſibi cenſoriam arripiant de toto aliquo Euangelij libro iudicandi, illumque configendi, & è Canonica authoritate ſubmouendi, nobis crimini non eſt vertendum, ſi cōtra eiuſdem Euangeliſtæ vnum aut alterum caput tantum-

Digitized by Google

dem vendicemus. SAMVEL. Siquidem ita faceremus, aliquod haberes cauſæ tuæ patrocinium. At quum nos à tanta impietate longè abhorreamus, non nimis prudenter hanc fictionem tuæ defenſioni obtendis. Quis autem omnium mortalium Euangelicas hiſtorias à quocunque Euangeliſta ſcriptas, earumque ſingulas partes & apices magis quam nos honorat & reueretur? MICHAEAS. Non nunc primum (Samuel) in hunc lapidem impingis, vt de incognitis nimium confidēter pronuncies. Etſi quidem ex Anglia deceſſeras ante doctorum quorundam virorum cum Campiano Ieſuita in Turre Londinenſi conflictum, venia danda eſt errori tuo: Sin verò tum temporis in Anglia fuiſti, grauiori nomine notanda eſt hæc tua adeo temeraria & pertinax in aſſeuerando audacia. In illa enim Turrenſi diſputatione, quam Reginæ Conſiliariorum iuſſu Doctores quidam inierunt, & quam ijdem Doctores & ſcriptores in Eccleſia Anglicana admodum celebres, poſtea typis impreſſam in lucem emiſerunt, euidenter & verbatim Euangelium Lucæ apocryphis incertæ fidei libris annumeratur. Si non recordaris, eorum ego tibi verba ex Anglicana lingua in Latinum traducta, & verborum item rationes fideliter repetam. Sic itaque illi Dialecticè ratiocinantur: *Illos libros quos vetuſti Patres non receperunt tanquam Canonicos, quibus fides noſtra inniteretur, eos noui homines, nec Tridentini Concilij Patres efficere poſſunt Canonicos.* Hac poſita propoſitione, quæ eſt in Proteſtantium Theologia firmum & altè fundatum *axioma, ita deinceps progrediuntur. Auguſtinus libro ſecũdo capite octauo de doctrina Chriſtiana omittit (ex Canone) Baruch, Et duos poſteriores libros Eſdræ. Hieronymus in præfatione libri Regum, dicit Sapientiam Salomonis, Ieſum filium Syrach, Iudith, & Tobiam non eſſe in Canone. Euſebius libro ſexto, & capite 18. omittit tertium & quartũ Eſdra, Tobiam, Iudit, Baruch, Sapientiam, Eccleſiaſticum, & libros Machabæorũ. Et quanquam ipſe aſſerat illam ad Hebræos eſſe genuinam epiſtolam Pauli, tamen fatetur multos de ea dubitaſſe. Ita quoque ait multos dubitaſſe de ſecunda Petri, & nonnullos de duabus vltimis epiſtolis Ioannis. Apud Euſebium libro quarto, capite vigeſimo ſexto, Melito Epiſcopus Sardenſis enumerans volumina Teſtamẽti veteris, omittit Eſdrã, Tobiam, Heſter, Iudith, Baruch, Sapientiam, Syrach, & libros Machabæorum. Concilium Laodicenum omittit Euangelium Lucæ, et Apocalypſim. Vides ergo Campiane, hos vetuſtos Patres non habuiſſe iſtos libros pro Canonicis, neque tamen vel hæretici vel blaſphemi vocabantur.* Hæc illi.

Diſputatio quarta diei.

Paulò

Paulò poſt definiunt eos libros eſſe non Canonicos, *ſed apo cryphos,quos(antiquus) Canon non admiſit; nec approbabit tã- quam indubitatò profectos à Spiritu ſancto. Et huiuſmodi apo- cryphi libri prohibentur legi,aut quanquam legi poſſint, propter præcepta morum,non tamen propter capita religionis.* Deinceps idem argumentum rurſus arripitur,& illud potiſſimum vrgetur,quòd *Concilium Laodicenum omittit ex veteri Teſtamento Tobiam,Iudith, Sapientiam,Eccleſiaſticum, ex nouo, Lucæ Euãgelium,& Apocalypſim.* Campiano autem reſpondente,Concicilium illud Laodicenũ, cuius ſolius authoritate Euangelium Lucæ premebatur,fuiſſe vnius regionis particulare, ideoque decretum minoris eſſe momenti: illi alteri è contra fortius & neruoſius inſtant, *fuiſſe quidem illud Concilium Prouinciale,& præterea confirmatum à ſexto generali Concilio,quod in Trullo Conſtantinopolis coactum eſt, vbi Conſtantinus Imperator præſidebat teſte Bartholomæo Caranza. fol.71.* Ex quibus omnibus concludunt valde luculenter: *Et nos ergo è Canone expungere poſſumus Tobiam,Iudith,&c. quos veſtrum Concilium Tridentinum intruſit tanquam authenticos.* Hactenus doctores tui Anglicani, magis vt ego exiſtimo tum clarè,tum ſolidè, quam vt tu iſtorum vel argumentorum momentis, vel verborum perſpicuitati quacunq; diſtinctione tenebras poſſis offundere. Euangelium certè Lucæ firma ratione probant magis eſſe dubium, quàm multos Teſtamenti veteris libros, quos tamen Miniſtri quiuis pro arbitratu ſuo rident & contẽnunt. Iacent enim libri Machabæorum & Baruch, duorum tantum hominum Hieronymi & Melitonis teſtimonijs confixi. In eodem Turrenſi colloquio ad epiſtolam Iacobi refellendam ſolius Euſebij teſtimonium producitur. Machabæorum libri apud vos quam ſunt leues, omniumque contemptioni expoſiti? Caluinus eorum *ſomnia* præfidenter reijcit. Zuinglio *non plus probatur ſecundus Machabæorum liber, quã Ioannis de Monteuilla,* hoc eſt,quàm Æſopi fabulæ,qui etiam Papiſtis ex Baruch neſcio quæ pro ſanctorum inuocatione obijcientibus: *Non eſt*(inquit)*quod multa reſpondeã. Nihil.n. verbis Baruch contra nos probabunt.Reſponſione nulla dignabor apocrypha.* Iacobi autem epiſtola veſtrum ferè omnium calculis damnatur tanquam *ſtraminea*, impura, nihil continens Apoſtolicæ puritatis, Euangelicis & Paulinis literis aduerſaria.Et tamen (vt dico) iſti à certis tantum hominibus refutantur. Quantò magis ergo neceſſe eſt Lucæ Euangelium apud ſobrios homines nullius eſſe ponderis, nullis æſtimationis, cui à

Though they may be read for moral leſſons, yet not for matters of religion.

Diſputatio primi Dei.

Zuinglius to.1.ar.57. fol.100.

Ibid.in explicat articul.20. fol.53.

cui à totis Concilijs non tantùm Prouincialibus, ſed etiam generalibus, & vtriſque perantiquis,& alterius præſide Chriſtianorum Imperatore, eoque iuxta Anglicanam Theologiam Eccleſię capite ſupremo Canonica authoritas detrahitur? Quis ſe Lucæ authoritate & teſtimonio magis aſtringi patietur quàm *Ioannes de Monteuilla*, quãdo vos eum cum Baruch & Machabæis,& alijs libris apocryphis copulatis,quorum vel lectioni penitus nobis interdicitis, aut ſi permittitis, ſollicitè admonetis, tantum ad mores inſtruendos legi poſſe, non autem ad formandam fidem. Eſt etiam alter è Prælatis veſtris, ijſq; primarijs in palatinatu Rhenenſi, cui cùm ex eo ipſo capite, vbi incipit hiſtoria paſſionis Chriſti aliquid obijceretur, quod is non probabat, ideoque quia credere nollet, reſponſionem aliquam debebat meditari, eò confugit, vt fateretur quidem Lucam ita quemadmodum aduerſarius vrgebat, aſſerere,ſe tamen Lucæ credere nolle, quia (vt ille arguit) *Matthæus & Marcus tradunt contrarium*, ex eoque concludit valde iuridicè; *Ergo duobus teſtibus Matthæo & Marco plus fidei adhiberi debet quam vni Lucæ*. Addit deinceps: *Lucas quoque Synaxi* (de cuius hiſtoricæ narrationis veritate contendebatur) *non interfuit ſicut Matthæus*. Quo tanquam ariete inuicto putat planè euerti & proſterni authoritatem Lucæ. Quod tamen argumentũ ſi ita valeat, iacent antiquæ dignitatis gradu eiecti nõ tantùm Lucas & Marcus, ſed bona quoq; ex parte Matthæus,qui multa in Euangelio ſuo narrat,quorum ipſe geſtioni pręſens non interfuit. Quanquam autem hoc fortaſſe nimium & planè intolerãdum eſt,vt ita temerè integri ſcripturarum libri excidantur, quæ via directa & planiſſima ad vniuerſum Bibliorum corpus deſtruendum, tamen quamdiu eò vſque non procurritis, ſed in quadam moderatione conſiſtitis,& vti feciſtis hactenus vetus & nouum Teſtamentum libellis tantum & Epiſtolis quibuſdam,& capitibus, & ſententijs quaſi putridis ramis abſciſſis,& in ignem abiectis purgandum vobis ſumitis,non reprehendo. In eo autem vos iniquiſſimos iudices aſſero,ſi vos authoritatem totos libros conuellendi inuaditis, nobis autem contra librorum particulas eandem poteſtatem non conceditis,& quum vobis fas ſit integrũ Euangelium vt apocryphum repellere, nobis nefas ſit vnum & alterum caput dignitate canonica exuere. Sed neque hic quicquam exaggerabo, vt nos vobis eſſe moderatiores probem. Illud tantum concludo,ſi in Euangelio corrigendo crimen aliquod fuerit admiſſum, & illud cuiuſcunque ſit modi, in no-

VV. Clebitius in victoria veritatis & ruina Papatus Saxonici. Argumento. 5.

Act.1.ad 9.

Luther. & ita alij quoque ſectarij ſuas ſinguli particulares opinio-

Digitized by Google

di, in nobis vtriſque eſſe par & æquale, vt nec hoc loco quicquam Mahumeti & Mahumetanis obijci poſſit, quod Luthero & Euangelicis non minùs directè pleneque conueniat. SAMVEL. Equidem quid noſtri intenderint, quum ita Lucæ Euangelium libris prophanis & apocryphis annecterent, non poſſum diuinare, niſi quod eum ſcio alicubi à Luthero carpi tanquam nimis ſedulum charitatis & bonorum operum prædicatorem. Ea enim lance Lutherus Euangeliſtas & Apoſtolos omnes pendit atq; examinat. Vnde & vniuersè eos *qui potiſſimum & maiori præ cæteris ſtudio docent, quod ſola in Chriſtum fides abſque noſtris operibus nos iuſtos & ſaluos faciat, ij omnium optimi ſunt Euangeliſtæ. Hinc* (inquit ille) *Pauli Epiſtolas rectius Euangelium dixeris, quam quæ ſcripſit Matthæus, Marcus, Lucas.* Et Magdeburgenſes reliquique omnes Proteſtantes ſtatuunt Iacobum *idcirco Apoſtolorum doctrinæ aduerſari, quia capite ſecundo, contendit Abraham non ex fide tantum, ſed ex factis iuſtificatum eſſe.* Quæ accuſatio Lucam quoque attingit manifeſtò, qui Euangelij ſui capite ſeptimo in fœmina peccatrice peccatorum remiſſionem non ſoli fidei, ſed etiam charitati attribuit. Audiui nonnullos in Luca illud quoque reprehendere, quod Euangelij ſui capite vigeſimoſecundo, paulò apertius abſurdum Papiſtarum de reali præſentia errorem putetur aſtruere. Cuius ea de re authoritatem planè contemnere, & deſpicatui habere videtur Iuellus noſter, & exemplo huius Clebitij Matthæum & Marcum ei prorſus opponere, quorum verba quæ verbis Lucæ apparent contraria, ita premit, vrget, & commendat, vt de Luca tuendo nihil prorſus laboret. Quod ſanè ego valde cuperem, & res ipſa inprimis poſtulabat. Anabaptiſtæ quidem vna cum Cerdone & Marcione alijs argumentis huius Euangeliſtæ authoritatem oppugnant. At non dubito, quin illi noſtri diſputatores nec leuiſſima iſtarum hæreſum contagione fuerint aſſlati. Cæterum quoniam ego augurari non poſſim, quæ eos ratio in has ſalebras impulerit, eorum defenſionem non ſuſcipiam, teque propterea velim ab hoc vlcere amplius tangendo manum amouere. MICHAEAS. Faciam non grauatè, ſi tamen primo ſenſum meum ex communibus tuorum ſcriptis & opinionibus collectum iudicauero, quare tui Euangelium Lucæ ita incipiunt carpere. An non ipſe aduertis ſcriptores Euangelicos cuiuſcunque ordinis, ex opinionibus quas prius animo conceperunt de Patribus, Concilijs & ipſis ſcri-

nes faciunt normã iudicandi de literis ſacris. Luth. to. 5. præfatio in epiſtolam Petri. fol. 439. Magdeburgenſes Centur. 2. ca. 4. pag. 201. Luc. 7. ver. 27. Beza in Annotationibus in 22. Luc. Iuell. defenſio. Apolog. Anglica. part. 2. ca. 13. pag. 261. 262. Vide Bibliothecã ſanctam lib. 7. hæreſi. 4.

ſcripturis plerumq; ſententiam ferre! Hoc eſt fundamentum Martini Lutheri in examinādis Euangelijs antiquis. Hic Ioannis Caluini, hic Zuinglij & aliorum gnomon, in alijs libris dijudicandis. Nam & ille Baruch cum Apocalypſi, & hic Machabæos idcirco potiſſimum reijcit, quia illi libri inuocationem Sanctorum, hic orationem pro mortuis confirmant. Papiſtæ (inquit Ioannes Caluinus) *Ex ſecundo Machabæorum purgatorium probabunt, & Sanctorum interceſſionem: Ex Tobia ſatisfactiones, exorciſmos, & quid non? ab Eccleſiaſtico non pauca mutuabuntur*, quapropter fidem iſtis libris non habendam concludit. Hoc exemplo inſtructus egregius Caluini diſcipulus & Doctor Academicus. *Illum (inquit) Tobiæ Raphaëlem minime moramur; nec illos ſeptem Angelos agnoſcimus quorum ille meminit. Hoc totum à ſcripturis Canonicis alienum eſt quod ab illo Raphaële commemoratur, & ſuperſtitionem neſcio quam redolet. De loco Eccleſiaſtici parum laboro, nec arbitrij libertatem credam quantumuis hic centies affirmet, &c.* Denique ne longior ſim (quia ex antedictis hoc totum facile potes animaduertere) hoc præſidio innixus Martinus Lutherus pronunciat Epiſtolam Iudæ *inutilem, & propter ſolum Papam eſſe ſcriptam*, quia nimis apertè neceſſitatem bonorum operum propugnat, & ſoli fidei Euangelicæque libertati perſpicuè aduerſatur. Hoc laudat Ioannes Caluinus: hoc vocat *argumentis ex re ipſa ſumptis* libros iſtos ſcripturarios diſcutere. Hoc modo, dico iſtiuſmodi *argumentis ex re ipſa* & Anglicana religione *ſumptis*, credibile eſt Doctores veſtros Lucæ Euangelium perſcrutatos: & quia nonnulla repeꝛiebant Papiſtica & ſuperſtitioſa, cum religionis Anglicanæ fidei placitis pugnantia, idcirco contentos fuiſſe antiquam Lucæ authoritatem aliquantulum labefacere. Et hoc ipſum præterea nonnihil conducat ad leuiuſculum quendam errorem eximendum, qui forſan animo tuo poterit inſidere ex verbis authoris huius vel imperfectè, vel ſuperſtitioſè poſitis. Quando enim ait à Mahumeto *laudari quidem Teſtamentum vetus, quod tamen quibuſdam in locis dixit eſſe mendoſum*, id ita intelligendum eſt, non quaſi putauerit, vel in lege aliquod eſſe mendum, vel à Moſe mendacium aliquod in lege ſcriptum, ſed quemadmodum vos Chriſtiani pleriſque legis etſi à Deo profectæ mandatis vos nequaquam teneri creditis; ſic & nos etſi legem ſtudioſius quam vos colimus (nam circumciſionem, quod eſt legis primarium caput, & à vobis neglectum, accuratè obſeruamus) tamen à permultis eius

Zuinglius vbi ſupra.

Calu. Antidot. contra Concilij Triden. ſeſſ. 4. pag. 371.

Vhitaker contra Campianū pag 17.

Luther. Tom. 2. reſponſ. ad Amb. Cathar.

Caluinus vbi ſupra pag. 372.

Digitized by Google

eius mādatis nos liberos eſſe aſſerimus: quare nec ad iudicialia & politica, nec ad ceremonialia quæuis præſtanda nos obligari putamus. Deinceps verò eodem penitus quo vos modo poſtquam libellos quoſdam immeritò ſanctiſſimę Dei omnipotentis legi perperā adiunctos ſuſtulimus, & ea quæ ex margine in textum irrepſerunt exemplo veſtro reſecuimus, quæ deinde ſuperſunt vera legis & Prophetarum oracula, omni cū veneratione & honore ſuſcipimus.

ARGVMENTVM CAPITIS DECIMI QVINTI.

In Anglicano & Turcico miniſterio ſumma eſt cōuenientia. Templa vtrinque ſunt ſimilia, ſed Turcis ornatiora & magnificentiora Vtrinque Miniſtri habitu vtuntur vulgari, ſunt valdè ignari, præſertim, Angli. Vtrique tractant artes mechanicas vel ruſticanas. Neutri abſtinent ab vſuris. Quoad ipſam miniſterij naturam internam cum vtrinque conueniat illud poſſe inſtar officij ciuilis dari, & adimi, tum electionem popularem quam Euangelici vrgent eſſe maximè neceſſariam & Apoſtolicam, Turcæ iam habent, Angli adhuc non poſſunt obtinere, in quo eorum miniſterium eſt Turcico imperfectius. Item in eo, quod Sacerdotium ſiue miniſterium ſuum tum quoad internam vim, tum quoad externam praxim Euangelici fœminis non minus quàm viris communem faciunt.

CAPVT XV.

QVIBVS ita explicatis, pari quoad potero breuitate reliqua expediam de Miniſtrorū ordine, Eccleſiaſtica liturgia, & Imaginib⁹. Et in priore quidem nihil eſt omnino difficultatis. Miniſtri enim veſtri Miniſtris Mahumetanis tam ſunt ſimiles, vt eodem quaſi ouo videantur prognati, nec quidquam aduerto diſcriminis quod me retardet, quo minus poſt tria verba de Miniſtris dicta ad Eccleſiaſticam vtriuſque liturgiam conferendam progrediar. SAMVEL. Ergo oblitus es eorum quæ antea de Sacerdotibus non Miniſtris Turcicis recenſuiſti, quæ ſi repetere volueris, & magnam & multiplicem ſtatim perſpicies inter

hos duos ordines diſſimilitudinem. MICHAEAS. Verba quidem optimè recordor, tantam autem rerum diſcrepantiam non poſſum intelligere. Quamobrem te velim ex verbis meis illa tam multa & magna diſcrimina annotare. SAMVEL. Verba quidem in promptu ſunt, vt item res vtroſque magno interuallo ſeparantes. Dixiſti enim Turcarum *Sacerdotes nonnulles pro anima fundatorum ſuorum quotidie precari*, quod eſſe potius Papiſticum quam Euangelicum, & quoad nomen Sacerdotum, & ipſum ſic orandi officium tu non ignoras. Miniſtri certè tali functione non deſtinentur. Tum adiunxiſti, *Sacerdotes nullam habere occupationem circa curam animarũ, confeſſiones, exhibitionem Sacramentorum*, quum noſtri & animas populi ſibi commiſſas curent, eiſque Sacramenta adminiſtrent. Sequitur, *Eccleſias nibil differre à domibus communibus, vt nec Sacerdotes à communi populo, qui nec meditationibus nec ſtudijs literarum vacant, ſed vxori, liberis, familia.* Ad extremum addebas eos *iumenta curare, mercari, vſuram capere, tractare machanica*; quorum omnium in Eccleſia Anglicana quid tandem ſimile? Eccleſiæ certè noſtræ *à communibus domibus* non minus differunt, quam ampliſſima Regum palatia à miſeris ruſticorum gurguſtijs: veſtræ autem Moſqueæ pleræque neſcio quo modo in rotunditatem cõfirmatæ, columbarijs ſimiliores ſunt quàm Eccleſijs. Miniſtros à populo vel ipſe habitus diſcriminat: qui etiam nõ vni rei vxoriæ, ſed ſtudijs etiam literarum, in primis ſacrarum vacant. Ad iumentorum verò curationem tanquam nimis abiectam & ſordidam vt non deſcendunt, ſic mercari illis fas non eſt, & vſuram tum in ſe, tum in alijs execrantur, quam ſciunt verbo Dei eſſe illicitam & nefariam. Quare noſtrorum Miniſtrorum à Turcicis Sacerdotibus non minor ſanè eſt differentia, quàm Orientis ab Occidente, aut Septentrionis ab Auſtro. MICHAEAS. Equidem per mihi moleſtum eſt (Samuel) quod te video eadem ſemper chorda aberrare, ita magnifico ſpiritu Septentrionem, & Auſtrum, reliquaſque mundi plagas grandi oratione crepas, quando interim nihil affers ferè niſi meras nugas, ipſa vanitate vaniores. At non eſt tibi ſuccenſendum, ſed potius Euangelio tuo, cuius hic eſt peculiaris genius, & cuius ſectatores hoc ſemper ſpiritu afflantur. Vide enim hæc omnia quam facilè eſt refellere. Illud vnum de Sacerdotibus pro anima fundatoris orantibus, quia paucorum eſt, proprio reſeruemus loco. Reliqua quæ ad veſtros noſtroſque Parochos, vel Miniſtros Parochiales pertinent, ordine & ſingulatim

Digitized by Google

tim percurramus. Primùm de nomine Sacerdotum & miniſtrorum litigare, quid eſt aliud quàm de lana caprina rixam mouere. Certè ſi veſtri illi Sacerdotes non ſunt, vt tu ſubindicas, periniuſtè officia & commoda ſolis Sacerdotibus iure regni Anglicani attributa vſurpant. Sed ſi probè verſatus es (quod officium tuum poſtulat) in parlamentari communionis Anglicanæ libro, præſertim ante viginti annos edito (nam poſteriora tempora fortaſsè, vt in rebus, ſic etiam multo magis in appellationibus aliquid mutauerunt) illic perſpicies nomen *Miniſtri*, vel *Sacerdotis* pro eodem prorſus adhiberi, veſtroſque illos modò *Sacerdotes*, mox *Miniſtros* appellari. Quas voces ita promiſcuè confundit Latinus eius libri interpres, vt non rarò quos vel parlamentum, vel liber ille Anglicana lingua vocat *Sacerdotes*, ille Latina transferat *Miniſtros*: quam indifferentem appellationem & populus regni vniuerſus vulgari idiomate ſequitur. Quare de hoc tempus ne teramus. Illos verò dicis *& animas populi curare, & Sacramenta adminiſtrare, fateor.* At non magis quàm Sacerdotes Turcici, qui & ſacramenta plura quàm vos, eaque laborioſiùs adminiſtrant. Nam & Circumciſionis ritus veſtro baptiſmo eſt operoſior, & in prędicatione, qua ſola vos populi veſtri curatis animas, noſtri quoque non minùs quàm Miniſtri veſtri, ſunt & frequentes, & diligentes, & prolixi. Hæc autem officia noſtris author ille negauit, comparatione nimirum facta cum ſacerdotibus Eccleſiæ Romanæ, quibus tot Sacramentorum varietates, Vnctiones, Confeſſiones, Abſolutiones, Euchariſticæ communicationes, tam crebra ſacrificia, tam longum Pſalmorum & Orationum penſum, idque in dies ſingulos eſt impoſitum, vt nolim inficiari noſtros cum illis collatos, Sacramentis & animarum cura non multum impediri, quando illi confeſſionibus ſuis (vt reliqua mittam) plus impendunt temporis quàm nos in omnibus Eccleſiarum noſtrarum ritibus, & ceremonijs, & Sacramentis. Singulorum enim animas quaſi pertractant & explorant ſingulatim, quibus nos vnica concione ſimul medemur vniuerſis. Illis ergo vtrique concedamus opus eſt, qui ſi mutuo inter nos contendamus, noſtrorum officium veſtrorum Miniſtrorum functione non minus laborioſum eſſe facilè poteſt oſtendi, quum noſtri & ſacrificia ſæpè procurent, & Circumciſiones miniſtrent, & longas conciones habeant, & longiores orationes, & Alcoranum ſtudioſè diligenterque euoluant, & ſinguli gregis ſui ſaluti & ſanitati litibuſque componendis, & vero boni paſtoris

Prieſts. Miniſters.

Digitized by Google

ſtoris muneri exequendo magna ſolicitudine incumbant. Inconſideratè autem facis; qui Eccleſias veſtras Regalium palatiorum magnificentiæ comparas. Sunt quidem à maioribus relicta templa quædā magnifica & verè regalia, ſed ea quemadmodum à vobis non ſunt extructa, ita veſtræ liturgiæ nihilò magis aptè inſeruiunt quàm Herculis cothurnus infanti. Ideoque alijs in locis ea ſinitis collabi, vt in Anglia; alibi ea à fundamentis ſubruitis & diſturbatis, vt in varijs Galliæ Prouincijs, & in Scotia: plerimque vnam aliquam veteris Eccleſiæ partem Eccleſiaſticis cætibus aſſignantes, reliquam deſtinatis prophanis vſibus, artificibus, mercatoribus, apparatui bellico, bombardis & tormentario pulueri, quòd & in ſuperiori Germania, & in inferiori mecum plurimi viderunt. Quas autem Eccleſias veſtri ædificauerunt (ædificarunt enim nonnullas, quamuis perpaucas, vt ante aliquot annos Antuerpiæ, & in quibuſdam ciuitatibus Germaniæ ſuperioris) eę prorſus à domibus communibus nihil diſcreparunt, cum noſtris autem Eccleſijs collatæ, licet quoad ædificandi formā aut nulla, aut perexilis eſt diſſimilitudo, quoad magnificentiam tamen & ornatum atque nitorem, noſtrorum infinita eſt excellētia. Parietes quidem imaginibus neutri complemus, quos pura calce dealbaſſe vtrique contenti ſumus; eoſque deinde ſelectis quibuſdam ſententijs ad Dei gloriam ſpectantibus vtrique decoramus. Cæterùm templa noſtra egregio lampadum & luminum ſplendore collucent, quorum veſtra ſunt inania: ipſa etiā pauimenta inferius ſtoreis, ſupra tapetibus ſunt conſtrata, cùm veſtra vndequaque luto & ſordibus fœdiſſima nihil habeant elegans, nihil decorum, nihil ornatum, multò minus aliquid ſumptuoſum. Sed de hoc aliàs fortaſſe cōmodiùs.

Munſter. Coſmogr. lib. 4. pag. 972.

In templorum autem ipſorum conſtructione ampla magnificaque, quiſquis comparat parſimoniam veſtram cum Turcarum ſplendore & largitate, is opponat eadem quoque ratione crepuſculum nocturnum ſoli Meridiano. Ecquid enim ſi omnes veſtros Euangelicos Principes Anglos, Scotos, Germanos, Danos, Bernenſes & reliquos, eorumque opera omnia quoad ædificatas Eccleſias in vnum cōtuleris, an eorum omnium templa, templa dico proprijs ipſorum ſumptibus excitata aliquod opus conficient ſimile Moſqueę noſtræ Feſſenſi? Quæ vna (vt reliquas in eadem vrbe pluſquam ſexcentas prętercam, è quibus quinquaginta ſunt peramplæ & pulcherrimæ, marmoreis fontibus & columnis inſignes) ſuo ambitu continet ſeſquimiliarium Italicū, mille ſcilicet & 500. paſſus, in quam

Sanſouino del gouerno de i regni lib. 8. fol. 53. 54. Belle-for. Coſmogr. tom. 2. lib. 6 cap. 6.

in quam 31. perpulchris præaltiſq; portis patet ingreſſus, habetque mirandæ planè ſtructuræ fornices in latitudine 20. in longitudine 38. & perpetuo nocte dieq; accenſas lampades vt minimum 900. ſæpenumero infinitè plures? hijſq; & Miniſtris, Sacerdotibuſq; alendis aſſignatos diebus ſingulis aureos 200. anno toto 73000. An aliquid tale à veſtris Regib. & Principibus Euangelicis fabricatum noſti? At hoc (inquies) monumentum nō eſt largitatis Turcicæ: Concedo. At eſt tamen pietatis Mahumetanæ à noſtræ religionis Rege Africano poſitum. Quòd ſi noſtra propria requiris, non ego te extra hanc ipſam ciuitatem amandabo. Intuere vel Moſqueā illam Mahumetis, qui ciuitatem hanc expugnauit, vel quam nepos eius Selymus in memoriam patris Baiazetis extruxit, vel quam nuper Solymannus erexit. His ſingulis nihil grandius, nihil magis auguſtum & Imperiale vnquam ſcio vidiſti. Mirabiliter profectò totoq; cælo erras Samuel, ſi hoc in genere putas tuorum Euangelicorum humilia (ſi quæ extant) fana paria eſſe excelſis & heroicis noſtrorum Principum monumētis. Etſi enim forſan quæ in agris & pagis minoribuſque oppidis ſunt Moſqueæ, nihil habent adeò præſtabile & gloriandum (quāquam earum permultæ admodum ſunt egregiæ & bellæ) tamen quæ à Monarchis aliquando & à Baſſis ædificantur, ita eminent & excellunt, vt neſcio an tota Europa aliquid poſſit oſtendere magis ſuſpiciendum. Notaſti aliquando ſi non interius (quod vobis Chriſtianis perdifficile eſt) exterius ſaltē Eccleſiam S Sophiæ propè Saralium Principis noſtri, fabricatam olim à Iuſtiniano Imperatore, nunc iure belli occupatam à noſtris, & Mahumetano cultui conſecratam, propter ipſius amplitudinem, fornicis magnitudinem & raritatem (eſt enim vnica tantum concameratio) coloris varij marmoreas & porphireticas columnas totius operis artificioſam & exquiſitam ſubtilitatem (quam mihi explicare non eſt facilè) toto orbe celeberrimam. Cui collatum veſtrum Romæ *Pantheon*, vel *Omnium Sanctorum* templum, quod propter fabricę ſimilitudinem multi valde prædicant & Sanctæ Sophiæ opponere ſolēt, eſt verè (vt cū Romano illo loquar) *rudis indigeſtaq; moles*, & tamen multis partibus minor. Hæc Sophia verum eſt exemplar, vera Idæa omnium Moſquearum, quæcunq; multis iam annis Principum noſtrorum pietate conſtruuntur, è quibus viſuntur ſex vel ſeptem prorſus obſtupendæ, & illę quæ in hac ſunt ciuitate Mahumetis, Baiazetis & Solymanni ad huius imaginem ſunt excellenter elaboratæ. Mitto quæ poſſem in hunc

Belle for. tbi. lib. 1. cap. 40. col. 391.

Bellon lib. 1. cap 76. Augerij Busbeq. iter Conſtantinopo. pag. 58. Nichola. de Nicho. des nauigations lib. 2. cap. 20. Poſtell. de

Digitized by Google

la religion. des Turcs. pag.62. hunc locum planè innumera afferre, ſi velim omnia quæ ſunt ſingulari artificio & immenſo ſumptu impenſa in Moſqueis Iconij, Aleppi, Damaſci, Hieroſolymorum, præſertim Mechæ & Medinæ diſtinctè commemorare. Hoc vnum breuiter à me accipiam Samuel, & tuis Euangelicis impartias, quod eſt veriſſimum, ſi quid apud nos eſt eligans, ſi quid ſplendidum, ſi quid magnificum, id totum publica monumenta occupant præſertim Eccleſiæ noſtræ, quibus collatæ ædes magnatum & Baſſarum, etiamſi ſint alioqui honeſtæ & honorificæ, humiles tamen caſæ vel tuguria cenſeantur. Nam in Moſqueis nullis parcimus ſumptibus, nullis laboribus, omnia rara, curioſa, ſplendida & magnifica ſtudioſè conquirimus. Apud veſtros Euangelicos longè ſecus eſt; Eccleſiæ plerunque turpes, ſordidæ & immundæ iacent. At hominum nobilium, mercatorum, iuridicorum, Baronum, Comitumque domibus nihil ornatius, nihil operoſius, & in his poliendis homines priuati regias aliquando gazas conſumunt. Quare noli deinceps Samuel veſtra fana, veſtra dico Euangelicorum propria noſtris Moſqueis, quemadmodum nec tuos Euãgelicos noſtris Turcis quoad templa vel fabricanda vel ornanda componere. Quanquam veſtrum plerique, & hij qui ſe maximè ſpirituales perfectoſque putant, eius ſunt ſententiæ, vt templa planè omnia, tanquam Papiſticæ ſuperſtitionis monumenta deſtruantur, & ſub aperto cœlo ad comedendam cœnam & prædicandum verbum conueniatur: & ita quidem in Scotiæ, Germaniæque plurimis locis fit. Qua de re agens quidam ex Euangeliſtis veſtris nobiliſſimus & comparans tempora & Eccleſias Patriarcharum antiquorum cum noſtris: *Quando* (inquit) *de illorum Eccleſijs loquimur, non oportet te reſpicere ad templa noſtra ampla & magnificè ex lapidibus ſectis conſtructa. Templum ſeu Eccleſia Adæ fuit arbor aliqua aut colliculus quidam ſub diuo, ad quem conueniebant, vbi habebant excitata altaria. Sic aliæ quoque Hiſtoriæ teſtantur ſub dio fuiſſe altaria, & ibi ſacrificatum eſſe. Sicut propter multas cauſas vtile eſſet adhuc fieri, vt ſub diuo conueniremus, ibi flexis genibus oraremus, doceremus, ageremus gratias, benediceremus mutuo, &c* In quam item opinionem alij multi doctiſſimi propendent, quæ ſi valeret, ecqua ſuppeteret inter noſtros & tuos, noſtros multa templa extruentes, & tuos omnia diſturbantes comparatio? Cæterùm quoniam hoc breuius eſt à te perſtrictum, & ego leuiter prætereibo, in Miniſtrorum autem dignitate tuenda multò es diligentior, quos à vulgo diſtingui ais ipſo externo corpo-

Bellon. lib 2.c.99. 113. Auger. Busbe. iter Conſtantinopo. pag.22.

Lutherus in Geneſ. cap.4.fol. 69.

corporis habitu & veſtitu, eiſque tribuis non tantum rei domeſticæ, vxoris & liberorum, ſed etiam literarum, præſertim ſacrarum ſtudium; adimis autem iumentorum curam, quod eſt Miniſtrorum vocatione indignum, & mercaturam, quod eſt eis illicitum, maximè vero viuram, quod eſt illis infandum & execrabile. Admodum profectò curioſè & accuratè eorum cauſam agis, quam vtinam leuius prætérijſſes, neque mihi occaſiones præbuiſſes, diutiùs quàm vellem in hoc argumento commorandi. Nam vel tua cauſa, vel mea, vel ipſius Miniſterij, quod cùm Mahumetano miniſterio coniunctiùs eſt quam tu ſimulas, miniſterium veſtrum magni æſtimo, ideoque perinuitus adducor, non tantùm vt miniſterium ipſum extenuem, ſed vt vel de miniſtris aliquid ignominioſiùs dicam. Sed tamen more meo attingam quantum hic locus deſiderat, & modeſtiſſimè & breuiſſimè, atque id potiùs vt vtriuſque ſimilitudinem & æqualitatem ſtabiliam, quàm vt veſtrũ immodicè deijciam, & præ noſtro deprimam. Quare prius illud de veſtitu vix commemoratione dignum cenſeo, de quo vt priuata quædam Epiſcoporum & Archiepiſcopi decreta facta eſſe non nego, ita quam ea generaliter & à populo damnentur tanquam Papiſtica, & à Miniſtris contemnantur tanquam ſuperſtitioſa, & à Geneuenſi Eccleſia refutentur tanquam *Baalis Sacerdotum inſignia*, non tibi ſoli, tuiſque domeſticis, ſed ipſis etiam peregrinis, qui nunquam Angliam viderunt, eſt notiſſimum; quum illæ controuerſiæ in Germaniam vſque & Heluetiam delatæ ſint, & ab harum Eccleſiarum Doctoribus ita diſcuſſæ, vt à Beza, Bullingero, Geneuenſibus, Tigurinis, Germaniſque Euangelicis pro Miniſtris contra Epiſcopos ſententia dicta ſit. Quæ etiam ſententia multis apud vos libris Miniſtrorum à promiſcua plebe in externo habitu differentiam refellentibus confirmata eſt. Neque verò nos Samuel in hac diſceptatione inquirimus quid pauci Miniſtri ignari, indigentes, famelici, vt Epiſcopis quibuſdam gratificētur, in hoc aut illo pago faciunt, ſed quid à Miniſtrorum veſtrorum ordine pleriſque in locis fiat, quid pleræque Eccleſiæ ſentiant, quid communi omnium doctrinæ & prædicationi ſit conſentaneum. Hoc modo ſi quæſtionem illam examines, comperies Eccleſiarum earum quas numeraui, generali conſenſione diſcrimen hoc Miniſtrorum & laicorum vt friuolum, inane, inſulſum, imò vt impium, ſuperſtitioſum, Papiſticum, & Baalaticum repudiari. Reliqua tua hoc eodem reſponſo ſatis abundanter refuta-

Beza epiſtola 8.

Cart. Contra VVhitgift in fine.

Digitized by Google

refutari ſcio, ſi de promiſcua Miniſtrorum multitudine agas. Sunt ſanè quidam apud vos docti, fateor, & ſunt item apud nos. At generalem Miniſtrorum turbam noſtris Sacerdotibus eſſe indoctiorem, manifeſtis argumentis facilè demonſtrabo, in eoque non tantum populum eorum quæ dico teſtem, ſed tuam etiam conſcientiam compello. Primum enim accipe ingenuam doctiſſimi in Eccleſia Anglicani Miniſtri confeſſionem. *Vnde fit* (inquit iſte) *quòd tam multa millia, nō dico virorum & mulierum, ſed ciuitatum & oppidorū tam craſſa officij ſui erga Deum & proximum ignoratione laboret, vt vel boues eorum ipſis millies ſint fœliciores? Nonne hoc ex eo prouenit quòd eorum duces (Miniſtri) cæci ſunt, & officij ſui maximè inſcientes? Vnde fit, quòd Ariani, Valentiniani & Anabaptiſtæ diuerſorum generum cū alijs infandis hæreticis tam frequētes, ſunt in varijs huius regni partibus? An non ea eſt cauſa, quia nullus eſt paſtor, qui nouit eos ſolidis rationibus conuincere? nulla authoritas quæ controuerſias poteſt decidere? Ex eodem fonte manant tam horribiles diuini nominis blaſphemiæ, contentiones, pugnæ, tam multiplex ebrioſitas, obſcœnitas verborum, fornicatio, adulterium, maledicentia, & reliqua eiuſmodi, quæ per omnia ferè loca peruagantur.* Eodem in libro non veretur multis etiam Epiſcopis Anglicanis ignorantiam exprobrare, qui tamen in toto regno plures (opinor) viginti duobus non ſunt, ideoque niſi mirifica eſſet doctorū hominum raritas, viri omnibus diſciplinis diuinis, humaniſque inſtructi, in eo ſublimi dignitatis faſtigio poterant collocari. Inferiores verò Miniſtri tā ſunt Alphabetarij, & vel in primis fidei ſuæ principijs ignari tyrones (quod iſte meritò exagitat) vt neceſſe fuerit aliquando eis *Catechiſmum ediſcendum* iniungere. Quumq; communi multorum æſtimatione in Anglia ferantur Eccleſiæ Parochiales ſupra viginti millia, iſte vir Anglicarum rerum ſatis intelligēs, arbitratur in tot Eccleſijs nō eſſe ſexcentos Miniſtros ſuo muneri fungendo habiles & idoneos. Alij & ij quoque Miniſtri Anglicani conqueruntur *pueros & communis ſenſus expertes aſinos*, maxima ex parte ad miniſteriū aſſumi, quem totum ordinem, adulterinum, mutuum, & ex totidem ferè idolis conflatum aiunt. Hoc autem vel vnicum ad noſtros Miniſtros veſtris anteferendos ſatis ſuperque eſt, quòd Chriſtianorū tuorum confeſſione noſtri generaliter omnes intelligunt Arabicum ſermonem, quo ſcriptus eſt Alcoranus noſter, at veſtrum pauciſſimi intelligunt vel Græcum, vel Latinum, quo ſcriptū eſt Euangelium veſtrum. Sed vel à teipſo hoc totum, facilè eſt mani-

Car. 2. replic. contra VVhitgift. in epiſ. ad Eccleſiam Anglicanam.

Idem in prima replica contra VVhitgift pag. 38. Et apud VVhitgift pag. 153 & in 2. repl. pag. 365. Idem in 2. replic. pag. 153. & apud VVhitgift 104 Lamoni.

manifeſtis rationibus euincere. Illud ergo inprimis te rogo, an *2. ad Par-*
non plerique Miniſtri ex mæchanicis opificibus, & illis non *lam. pag.*
rarò ſordidiſſimis, quos nominare pudor eſt, ad eam miniſte- *20. Senſ-*
rij dignitatem aſſumuntur? Res ipſa loquitur, populus expro- *les aſſes.*
brat, & Miniſtri veſtri conqueruntur. *Ad commendationē* (in- *Admoni.*
quiunt) *alicuius viri nobilis Miniſtri ſtatim fiunt ſine diſcrimi-* *1 ad Par-*
ne, docti & indocti, fungi & fatui, de extremis populi, vt fecit Ie- *lam. apud*
roboam 3. Reg. 12. ver. 31. ad contumeliam Euangelij: vnico ſaltu *VVhitgift*
deferuntur ab officina in Eccleſiam, mutãtes de repente tunicam *pag. 132.*
ſerui in pallium Miniſtri, quum aliter viuere non poſſunt, ad mi- *tag and*
niſterium tanquam ad vltimum perfugium, & extremam an- *rag.*
choram decurrentes. Id proximè requiro, an non illi vel nobi- *Cartevvr*
les, vel mercatores, in quibus iure patronatus eſt beneficia *rep. 1. con-*
(quæ vocatis) Eccleſiaſtica conferendi poteſtas, ea plerumq; *tra VVhit*
circumcidunt, agros quos poſſunt auferunt, magnam fructu- *giſt. pa. 26.*
um partem auertunt, & ſimoniacis deinde pactionibus quod
reſtat addicunt ei, quem minimo pretio poſſunt conducere,
vt Miniſtri perſonam gerat. Nec hoc ſaluo pudore inficiari
potes, quum publicis libris teſtatum ſit, ipſos Epiſcopos qui
contra hanc nefariam largitionē maximè debebant inuigila-
re, eadem tamen nō minus eſſe infames quam reliquos. Nam
& hanc quoq; tum laicorum, tum Epiſcoporum rapacitatem
tum alij, tum cōminiſtri veſtri publicis libris toti Parlamēto,
atq; adeo toti mundo expoſuerunt. Certè diligens quidam &
doctus Hiſtoricus, qui ad poſteritatem tranſmittit mores &
Reipub. & Eccleſiæ veſtræ, poſtquam conqueſtus eſt, quòd il-
li penes quos eſt ea quam dixi in beneficijs cōferendis autho-
ritas, *illa tribuunt ſuis piſtoribus, coquis, & agaſonibus in longi et* *Hollinſ-*
laborioſi ſeruitij compenſationem, adſcribit. *Hæc vera eſt cauſa,* *hed deſcri-*
quod textores circunforanei, chirothecarij, euaſerunt Miniſtri, *ptio Bri-*
quia nimirum viri doctiores recuſarũt eiuſmodi nundinationes. *tanniæ.*
Sartor autem vel chirothecarius præclarè ſecum agi putat, ſi octo *lib. 2. cap.*
vel decem librarum incremento ſtatum ſuum emendare poteſt, *5 fol 76.*
libenterq; patrono reliquum (quod Parocho iure debetur) cedit,
modo ipſe de hac tali penſione poſſit eſſe certus. De Epiſcopis ve- *Admoni.*
rò Miniſtri, & ij permulti teſtantur, quod illi (Epiſcopi) ma- *2. ad par-*
ximum in eo ſtudium ponunt, *quemadmodum clerum ſubie-* *lament.*
ctum prædentur & exhauriant, quemadmodum beneficia Eccle- *pag 23.*
ſiaſtica elocent, vel agros vel domũ Parochi alienant ob ſatis ma-
gnam pecuniæ ſummam ſuis ciſtis inferendam, vel ob munera v-
xoribus ſuis, aut liberis, aut officiarijs, aut famulis perſoluenda,
quorum tamen portio ad ipſos reueniat. Hæc illi ſcribunt, & hu-

Digitized by Google

ius generis alia, quæ mihi vel tua tuorumq́; gratia moleſtum eſt repetere. Illud extremum quæro, vtrum Miniſtri ſint coniugati, & plerunq; copioſa ſobole abũdantes? Iſta omnia quũ ſint euidentiſſima, tu iam rationes ſubducito, quantũ illi temporis literis poſſunt impendere, qui ab infantia alijs artificijs ſunt aſſuefacti, qui literas nunquam niſi primoribus labris guſtarunt, deinde quorum ita acciſæ ſunt facultates, vt ſe ſuoſq́; difficillimè poſſint ſuſtinere, & deniq; quibus præter paſtoralem animarum curam obſtrepit vxor, occlamant liberi, familia ſtipem poſcit & alimẽtum: vt taceam exactores Principis, Collectores Epiſcopi, Apparitores archidiaconi, à quibus miſerabiles Miniſtri ita expilantur, vt vel infeſtos hoſtes eorum ſæpenumero capiat commiſeratio. Et tamen ais Miniſtros altiores habere ſpiritus, quam vt ad curãda iumẽta velint ſe demittere. Equidem quam ſint animo magno & heroico prædi ti neſcio, hoc vnum liberè dico, multò fore eorum ſtatui & honeſtius, & honoratius, vt ad ſua iumẽta curanda deſcenderẽt, quam vt latrocinando aliorum iumenta auferrent, & à viatoribus per vim boues eriperent, propter quæ facinora non dubitem aſſeuerare plures ex illo ordine in vnico Comitatu Anglicano infra paucos dies publicis Iudicũ ſententijs in furcas fuiſſe ſublatos quàm veſtrum aliquis multis annis obſeruare poterit in tota Aſia minore, imò in toto Turcarum Imperio. Quod euidens eſt argumentum eorum vel ſummæ impietatis, vel extremæ neceſſitatis & indigentiæ. Et tamen nõ rectè (vt opinor) verba mea interpretaris, quũ eis iſta humilia officia aſſigno. Nam ſiquidem eis hoc attribuerem, quaſi aliorum paſcerent iumenta, equos, oues, & tempeſtiuos ex his fructus ad herorum ſuorum commoditatem caperent, eſſet fortaſſis quod in meis verbis reprehenderes. Quum verò hæc ab eis fieri dico ſuæ familię tuendę cauſa, quomodo à noſtris Miniſtris fit, nihil dico quod cum eorũ honore pugnat, nihil dico quod non & communis ratio, & Reipubl ſtatus, & ipſorum Miniſtrorum neceſſariũ officium & honor quoq; poſtulat. Quàm enim præpoſterum eſt, imò quàm eſt contra naturam, vt cui fas & penè neceſſarium eſt vxorem habere, liberos, familiam, & nullæ ſuppetant vxorem, liberos, familiam, tuendi legitimę rationes? Aut quænam rationes cogitari poſſunt iſtis magis legitimæ, magis ingenuæ & liberales? Noſti illud prudentiſſimi Philoſophi;

Anglia in 39. Comitatus quaſi prouinciolas diuiditur.

Primum ædes, vxorq́;, & bos habeatur arator.

Ariſt polit. lib. 1.

Vbi vides iumenta, tanquam alteram partem domeſticæ fa-

milia

miliæ annumerari. Quid verò parens Romanæ eloquentiæ
Marcus Tullius? Quum exactè cōpararet inter ſe omnia ar-
tificia,omneſq; quæſitus,quinam ſordidi,qui liberales haben-
di,ad extremum concluſit: *Omnium rerum ex quibus aliquid* *Cicero de*
exquiritur,nihil eſt agricultura melius,nihil vberius,nihil homi *officijs li. 1.*
ne libero dignius. Eius autem præcipuum munus in pecudibus
paſcēdis verſatur.Et quàm multi libri à clariſſimis viris in hu-
ius laudem conſcripti ſunt à Catone, à Xenophonte,à Colu- *Liuius li-*
mella,ab Heſiodo,à Virgilio? Quàm multi Reges & Conſu- *bro 1.*
les,Pompilij,Numæ,Tullij,Hoſtilij, Cincinnati, Curij,ab a-
ratro ad ſellam Curulem ſunt euecti? Quid? Veteres illi ma- *Geneſ. 4.18*
ximè illuſtres Patriarchæ,Abel, Abraham, Iſaac, Iacob, Mo- *31.46.*
ſes,Dauid,an non erant paſtores ouium? an non iumenta cu- *Exod.3.*
rabāt? Aut tu putas Miniſtris veſtris illud eſſe dedecori,quod *1.Reg.16.*
Scriptura de iſtis præſtantiſſimis viris commemorat tāquam
honeſtū & prædicabile? Certè quod Lutherus veſter ſcripſit *Lutherus*
ad honorem operum coniugalium; *Cæci ſunt,qui non obſeruāt* *tom.5.ſer-*
quicquid cum vxore viuentis agunt, Deo gratum eſſe. In matri- *mo.de Ma-*
monio enim omnia opera,res & afflictiones ſancta, pretioſa, diui- *tri.fol.125.*
naq́; ſunt,vt ſi maritus faſcias lauet,incunabula mouet,&c. Hæc
omnia ſunt planè præclara.& planè aurea opera. Hoc certum eſt
pari ratione ad iſta opera ruſticana trāsferri poſſe. Nihil enim
impediet,*quin ſi aureum ſit opus lauare faſcias infantis,*ſit item
opus non minùs aureum,vaccas & oues curare,ex quo lac cō-
ſequeris,quo infantem tuum nutrias. Si mouere incunabula
ſit *ſanctum,pretioſum* & *diuinum,*ſi reliqua omnia coniugalia,
quid ni in Miniſtro tenue admodum & parcum ſtipendium ha-
bente *ſanctum* etiam erit,& *diuinum,*& *pretioſum,*colere agrū,
conſerere vitem, colligere meſſem, arare, fodere, ſine quibus
& ſeipſum,& vxorem,& infantem neceſſe eſt faſcijs indigere,
& alijs vitæ ſubſidijs. Id autem te ſcire velim (Samuel) nec o-
mnes Miniſtros noſtros mechanicis vel manuarijs negocijs
implicari,nec qui ea tractāt,in quibuslibet, ſeſe exercere. His *Munſter.*
enim tantummodo, quibus *propter multitudinem liberorum* *Coſmogr.*
Imperatoris ſtipendium non ſufficit, hoc permittitur. Et ij *lib.4.*
quoque in ea ſola opera vel artificia poſſunt incumbere, *quæ* *pag.974.*
ſunt homine libero digna. Nullæ verò artes,nullæ victus com-
parandi rationes cogitari poſſunt honeſtiores,quàm iſtę,quas
iam percenſuimus. Quare ſi Miniſtris vxores largiamini,
quod rectè quidem facitis; & deinde ſtipendinm exile & per-
exiguum præbetis, & id quoque Miniſtri ipſius morte finien-
dum, vt eſt in patriæ noſtræ moribus, & tamen non modo

artificijs vilioribus, ſed etiam honeſtiſſimis modis, agricultura, re pecuaria &c. facultates ſuas augere prohibetis, illud quidem euenire neceſſe eſt, vt vel peſſimis artibus, furtis, latrocinijs, alea, teſtamentorum ſubiectionibus, & alijs huius generis vxori liberiſque prouideant, aut ſaltem vt gregibus oberrantium mendicorũ Reipublicæ veſtræ angulos omnes compleant, quod breui tempore Reipublicæ ſtatui futurũ eſt perniciosius, quàm tu fortaſſe augurraris. Et iam vix puto operæpretium aliquid de mercatura addere, eam enim ſi intelligas magnam illam, & copioſam varijs nauibus maria tranſmittẽtem, & ex lõginquis regionibus Reipublicæ neceſſaria apportantem, concedo Miniſtros veſtros non eſſe mercatores. Neque enim præ inopia & mendicitate talium ſumptuum magnitudini pares ſunt: ſin verò intelligas humiliorẽ illam quæ in rebus minutis, in agellis, in prædiolis, in beſtijs vendendis, emendis, locandis, conducendis, permutandis vertitur, animaduertis eos hoc genere non poſſe carere, niſi velis eos operibus longè ſordidioribus occupari. At vſura eſt illis horrori & & deteſtationi. Atqui illud alijs canas velim potius quàm mihi, qui etiamſi Miniſtros plurimos hoc crimine liberem, qui propter ſummas anguſtias rei familiaris vſuras exercere non poſſunt, Epiſcopos certè quoſdam noui, & nouerunt mecum permulti, nimium hoc crimine notatos. Eorum ego nominibus parcam, quia cum quadam Euangelij ignominia coniunctum eſt, & ex ijs alij iamdudum ſunt mortui, quorum ego ſopitos cineres, & monumenta nolo violare. Illud vt breuiter abſoluam (ægrè enim & inuitus in his rebus immoror, quas præteruolaſſe ſtatueram, niſi tu me retinuiſſes) à te quæro, vtrum eadem fides, idem ſpiritus, idem Euangelium & veſtros, & Scotos, & Tigurinos Miniſtros dirigat? hoc ſi verum ſit, de quo vos in concionibus non ſine cauſa gloriamini, & illud ſimul verum eſt, vſuram non eſſe Euangelio veſtro tam exoſam quam tu comminiſceris. Tigurinæ aliquando Eccleſiæ princeps vſuram omnem nobiſcum docet diuinis legibus non improbari, ſed eam tantum quæ immoderata eſt, & quæ mutuantes exhaurit, & nimijs exactionibus conficit, quam & nos etiam abominamur; Sic namque vir ille: *Si quis alteri det pecuniam, quo prædium, aut villam, aut agros ea pecunia comparet, negocietur denique & lucretur, non video cur vir bonus fructum æquum (vltra ſortem) de pecunia elocata velut ex fundo non poſſit accipere.* Hoc vir ille poſtquam doctè comprobaſſet, idque ex ſcripturis ſacris ita demum infert: *vſura ergo prohibetur in verbo*

Bullinge. decade 5. ſermon. 1.

verbo domini, quatenus proximum mordet (vt ſcriptura verbo vtar) quatenus ei nocet, & ipſum perdit, atque illud eſt Sancti Magiſtratus coërcere vſurarios aquis legibus, conſtituere quæ pro temporum & locorum, perſonarum & rerum qualitate quod æquum, iuſtum, & ſanctum fuerit, ne in mutuando & elocando vſurarij miſerum populum opprimant. Hæc eſt illius Eccleſiæ doctrina, à qua ad vos Euangelium manauit. Cuius Euangelij capita reliqua quum hauſeritis penè vniuerſa vix credibile eſt hoc vnum tam vehementer damnari, quod vir nobilis, & eruditus, & ipſorum aliquando Comminiſter conſtanter aſſerat, ***inter omnes eius regni Miniſtros vix vnum eſſe qui non negotiandi ſimul & fœnerandi artibus incumbat.*** Quare iſta ſingula non ita quidem magna, eiuſmodi tamen quæ tu admodum auidè arripuiſti, vt tuos Miniſtros à noſtris disiungeres, aduertis iam vtroſq; multò magis deuincere, & arctiore quodam neceſſitudinis vinculo aſtringere. Et tamen ego iſta externa non ita multum attendebam, quum Miniſtrorum veſtrorum cum noſtris cognationem adeo claram eſſe contenderem, ſed alia quædam ſpectabam magis intrinſecam miniſterij ipſius naturam attingentia, vt quod vtriuſque officium in legendo potiſſimum verſatur & concionando, quod à poteſtate ciuili vtrique inſtituuntur, & vtriq; miniſterium ſuum exercent, non tanquam ſacrum & diuinum, ſed tanquam officium ciuile & politicum. S A M V E L. Atqui in hoc poſtremo erras longiſſimè, ſi non quoad Sacerdotes veſtros, ſaltem quoad Miniſtros noſtros, quorum functio non eſt politica aut humana, ſed planè diuina atq; cæleſtis, vtpote quæ circa res verſatur maximè diuinas & ſalutares, prędicationem verbi diuini, & ſacramentorum eius adminiſtrationem. M I C H A E A S. Iſto quidem modo ſi miniſterium metiaris, & ex rebus quas tractat æſtimes, ita quidem tam de veſtro quam de noſtro miniſterio aſſentior quod aſſumis. Nam abſq; vlla fere differentia (vt poſt oſtendam) verſatur vtrumq; circa eadem obiecta, ſcilicet Sacramentum, & verbum Dei, quemadmodum item & cõmunes veſtri Euangelici, qui laici vocantur ipſa nominis ſui profeſſione illud præſeferunt, quod diuino Ieſu Chriſti Euangelio ſtudioſè incumbant, in quo à Miniſtris veſtris nõn multũ diſtinguuntur. Sed nõ à materia ſola, in qua laborat, ſed multò magis ab inſtitutione, à cauſa efficiente, ab ordine & modo tractandi, natura & eſſentia miniſterij iudicanda eſt. Et ego quum hoc de miniſterio noſtro veſtroque prædicarem, maximè Papiſtarum ſuperſtitionem conſideraui, cõtra quam à noſtris vtrin-

Idem ſentit Bucerus in Matth. & Melancthon de eo quod intereſt.

Archibal. Hamilton. in Caluiniana Confuſionis demonſtrat. lib. 2 cap. 48. fol. 308.

Digitized by Google

ſtris vtrinque legislatoribus Mahumete & Luthero miniſte-rium noſtrum videtur eſſe conſtitutum. Illi enim ſuum Sacerdotium Sacramentum eſſe voluerunt: nos vtrique negamus. Illi gratiam Sacramentalem cum eodem conferri delirabant: nos nihilo magis de hoc quam de alijs politicis officijs ita arbitramur. Illi characterem quendã indelebilem ſomniabant, hoc eſt, vim certam & proprietatem ſuis Sacerdotibus ipſa talis ordinis ſuſceptione ita impreſſam & inuſtam opinabantur vt qui ſemel efficeretur Sacerdos, is Sacerdotalem poteſtatem nunquam deinceps poſſet amittere, quod nos non magis de Sacerdotio noſtro quã de alijs quibuſcunq; functionibus ciuilibus exiſtimamus. Vt enim qui à Rege ciuitati regẽdę, prouinciæ gubernandæ, arci alicui tuendæ, præficitur, quum videtur Imperatori, ea præfectura exuitur, & deinceps priuatus vt antea viuit, nec vllum habet ius ad ea munera exercenda: nõ aliter inter nos Miniſter, qui hodie miniſtrandi partes obit, vbi vel Principis, vel populi voluntate miniſteriale officium adimitur, & in alterum transfertur, prior ille Miniſter ad veterem ſuum ordinem ſtatim reuocatur, nec à quouis laico quicquam prorſus diſcrepat. Sic enim clariſſimè Martinus Lutherus: *Deponi miniſter poteſt, ſi fidelis eſſe deſignat, rurſus ferri in miniſterio, donec vel meruerit, vel vniuerſitati placuerit, ſicut quiuis alius rerum ciuilium inter fratres adminiſtrator; imo hic miniſter ſpiritualis multò nobilior eſt quàm vllus ciuilis.* Et alibi. *Conſtat omnes Chriſtianos æqualiter eſſe Sacerdotes, hoc eſt, eandem in verbo & Sacramento quoque habere poteſtatem. Ac per hoc ordinis Sacramentum ſi quicquam eſt, nihil eſt aliud quã ritus quidam vocandi alicuius in miniſterium Eccleſiaſticum. Quod enim omnium eſt communiter, nullus poteſt ſingulariter ſibi arrogare, donec vocetur. Eſt enim ſacerdotium non niſi miniſterium, miniſterium (inquam) verbi. Nec video Sacerdos qua ratione non poſſit laicus rurſus fieri, quum à laico nihil differat niſi miniſterio, A miniſterio autẽ deponi facilè eſt. Nam commentum illud characteris indelebilis friuolum eſt.* Denique in alio libello: *hæc eſt* (inquit) *irrefragabilis ſententia, Sacerdotes viſibiles & à laicis diuerſos in nouo Teſtamento nullos eſſe. ex 1. Pet 2. Apocal 5. & 20. vbi omnes Chriſtiani Sacerdotes vocantur, ex Roman. 12. & 1. Petr. 2. vbi omnibus hoſtiarum oblatio tribuitur; ex Pſalm. 4. 50. 116. Hebr. 13. vbi ſacrificium cordis contriti cuiuis aſſignatur; ex miniſterio verbi, quod inuictis rationibus firmabo commune eſſe omnibus Chriſtianis &c.* Non eſt opus pluribus hoc oſtendere, quod iſte Euangeliſta vt item Zuinglius multis li-

Luther. tom 2. lib. de Miniſtris Eccleſiæ inſtituendis fol. 662.

Ibi item lib. de captiuitate Babylonica. cap. de ordine.

Ibid. de abroganda miſſa priuata.

Zuing tom 2. de vera

tis libris demonſtrauit. Qui etiam abſolutè definit *Sacerdotem vel Presbyterum* in nouo Teſtamento *nihil aliud eſſe quàm honeſtum & venerandum prædicatorem & annũciatorem verbi diuini, nec alios* (inquit) *Sacerdotes vel Presbyteros ſcriptura nouit, &c. vtque alius aliquis ciuilis Magiſtratus, ita & Presbyter ab officio deponi poteſt, nec amplius Presbyter eſt.* Et quis *eſt ex toto numero ſcriptorum veſtrorum, qui locos communes Theologicos emiſit*, qui non item vno capite externum & viſibile Sacerdotium oppugnauit, & docuit inter Chriſtianos nullum ſupereſſe præter illud, quo omnes etiam laici ſunt præditi. Vt confuſio autem vitetur, ad miniſterium verbi & Sacramentorum ex tota multitudine ſelegi oportere certum aliquem, non qui tanquam Angelus quiſpiam, votis, & cælibatu, & inuſitato veſtium apparatu, & Sacramento ordinis, & charactere mirabili à reliquis laicis diſtinguatur, ſed qui quoad cætera cuiuis è multudine par & ſimilis, multitudinis ipſius conſenſu ad verbi miniſterium ſelectus, multitudinis authoritate quoad ei placuerit, eo perfungatur, atque hactenus quum vtrique conueniamus in eo nos excellimus, quod apud nos Miniſter è populo eiuſdem populi publicis ſuffragijs eligitur, quod vos Angli quum contendatis eſſe maximè Apoſtolicum, populoque ita debitum, vt eam electionem ducatis certam eius libertatis particulam, quam Chriſtus ſuo ſanguine vobis comparauit; quum vrgeatis reliquas veſtri Euangelij Eccleſias, Scoticas, Geneuenſes, Gallicas &c. eam electionem vt maximè Euangelicam obtinere, illam tamen vos miſerrimi adhuc aſſequi non poteſtis, ideóque hac ex parte nobis longè minus eſtis Apoſtolici. *Eſt fœdiſſimum exemplum, eſt impia Eccleſiæ ſpoliatio* (inquit Caluinus) *quod ex aula mittuntur Epiſcopi ad occupandas Eccleſias.* Atqui hoc *fœdiſſimum exemplum, hæc impia Eccleſiæ ſpoliatio* in Turcia nuſquam apparet, vbi Imperator nunquam alicui Eccleſiæ vel Mahumetanæ, vel Chriſtianæ præficit Epiſcopum: in Anglia verò hæc *fœditas & ſpoliatio* perpetuo exercetur, imò ita Principis ſupremæ in rebus ſpiritualibus iuriſdictioni affixa eſt, vt patriæ proditor ſit, qui hanc eius prærogatiuam negauerit. *Ad vocationem legitimam Miniſtri non ſufficit ſola Epiſcopi authoritas, vt in Anglia fit, ſiue expreſſum Dei verbum, ſiue Canones puriores ſpectemus*, inquit Beza, *ſed ea ex verbo Dei*, iudice Caluino & Beza, *legitima eſt vocatio, vbi ex populi conſenſu & approbatione creantur qui viſi fuerint idonei.* Anglicani ergo Miniſtri legitimi non ſunt, Turcici verò, vbi

& falſa religio. cap de clauibus. Idem com. 1. artic. 01. Muſculus in locis cõmunibus. cap de Miniſtris verbi pag. 213.

Carter. in replic. à pag. 121. ad 103. Calui. Inſtitu. lib. 4. cap. 3. §. 15. & cap. 5. §. 3.

Beza Epiſtola 12.

Calui. vbi ſupra. cap. 3. §. 15.

Digitized by Google

vbi nullæ ſunt Epiſcopi partes, ſed ex populi conſenſu & approbatione Miniſtri omnes creantur. Miniſtri magis ſunt legitimi, *ſiue expreſſum Dei verbum, ſiue canones puriores reſpicias.* Hæc igitur vna eſt, eaq; magna prærogatiua, qua veſtrum miniſterium à noſtro ſuperatur. Illa altera, quod veſtra etiam cum fœminis communicatur, quod vt per ſe abſurdiſſimum eſt, ita nunquam à mundo condito apud aliquos verè fideles auditum eſt, neque ante diluuium in lege naturæ, neque poſt ſub lege Moſis, neque ſub Propheta magno Ieſu, eiuſq; Euangelio, neque ſub Mahumete noſtro, neque hodie opinor vſpiã toto terrarum orbe: vos autem infinitæ neſcio cuius mulieroſitatis damnat, qui omnia ad mulieres honorandas & placandas confertis. Hoc autem vt illius ſexus inſolentiam & procacitatem admodum amplificat, ita miniſterij veſtri dignitatem non minus abijcit, vtpotè quod nihil tam excelſum aut cæleſte continet, cui adminiſtrando etiã mulierculæ non ſint idoneæ, quas tamen vel à rerum politicarum tractatione multarum Rerumpub. iura repellunt.

ARGVMENTVM
CAPITIS DECIMI SEXTI.

Illud vltimum de fœminarum Eccleſiaſtico miniſterio quoniam à Samuele negatur, à Michaa clarius demonſtratur. Euidentiſſimè autem in Anglia apparet, vbi ſuprema rerum Eccleſiaſticarum poteſtas eſt in fœmina, & ab ea deriuatur ad Epiſcopos. In Turcia longè ſecus eſt, vbi Eccleſia primatus eſt in Pontifice, cui etiam magnus Turca paret. Ille autem Pontifex ſemper aſſiſtit concilio Imperatoris, vt videat ne quid ſtatuatur quod eſt contra Alcoranum: quale quid quia non fit in cõcilio Anglicano: Primò religio contemnitur & corrumpitur. Secũdò, deinde religio facile ab aulicis aſſentatoribus in omnes formas mutatur, vt factum eſt ſub Henrico 8. & ſemper cum nouo Rege noua religio expectatur. Tertiò, præterea parlamentum Principi omnem poteſtatem Eccleſiaſticam attribuit, vt facilè poſſit eam totam extinguere, id quod ita quoque futurum admodum probabile eſt. Quartò, tum Angli parlamentari ſtatuto tenentur profiteri ſe credere quicquid in poſterum illis credendum imperabitur, quod eſt reliquis antegreſſis abſurdius. Quoad iſta autem omnia, in quibus ipſa natura & eſſentia

Digitized by Google

eſſentia religionis vertitur, nominatim quoad certitudinem fidei, & Pontificem Eccleſiaſticis rebus præſidentem concludit Michæas religionem Turciæ quàm Angliæ eſſe multò diuinius & rectius conſtitutam, & contra Samuelem excuſantem ſuos Magiſtros de collato Regibus ſupremo Eccleſiæ Pontificatu & regimine, docet illos in Anglia, veros fuiſſe huius abſurdæ opinionis authores.

CAPVT XVI.

SAMVEL.

ATQVI hæc mera eſt Papiſtarum calumnia (Michæa) eo quem tu iam ſæpè pollicit' es, & magna ex parte præſtitiſti, cãdore & æquitate prorſus indigna. Quis enim aliquando in noſtris Eccleſijs vidit fœminam ſuggeſtũ cõſcendere, apud populum verba facere, diſpenſare Sacramenta, aut in cœtu Eccleſiaſtico huiuſmodi quidpiam ſibi aſſumere. Quin potiùs hanc confuſionem & impietatem tam vehementer improbamus, vt Papiſtas ipſos veteris Pepuſianorum hæreſis damnemus, quòd in caſu neceſſitatis (quem vocant) fœminis poteſtatem faciant vel vnicum baptiſmi Sacramentum conferendi. MICHAEAS. Quid in veſtris (Samuel) Eccleſijs vbiq; fiat, ego qui à veſtris Eccleſijs tam longè abſum, particulatim ſcire non poſſum, neque ſanè ſcire laboro, neque tanti refert vtrum aliquando viderim fœminas iſta omnia peragentes, quæ tu nominatim recenſes. Sin vero id à me quæras, quid iure Euangelico fœminæ in veſtris cœtibus facere poſſunt, quid eis doctrina veſtra, quid Euangeliſtę, quid Euangelium veſtrum largiatur, quid ex doctrinæ veſtræ principijs & regulis neceſſario ſequatur, tum dico fas eſſe mulieribus hæc quę tu enumeras omnia, & ſi quę ſunt in Eccleſijs veſtris grauiora, & ſublimiora adminiſtrare. Martinus Lutherus enim quum de Chriſtiano Sacerdotio vnico, eoque omnibus qui baptizantur, non minùs fœminis quam viris communi ea poſuiſſet, quorum ſuperius à me facta eſt mentio, deinceps ne Papiſta quiſpiam in nominis ambiguitate luderet, cauillando eſſe quoddam genus ſpiritualis Sacerdotij, quod per baptiſmũ cum Chriſtianis omnibus ex æquo communicatur, ad hanc rimam obſtruendam ille per omnes Sacerdotalis officij partes & functiones ſeparatim peragrans,

Vhitaker in fine libr. de Antichriſto.

Digitized by Google

illas vniuerſas & ſingulas oſtendit mulieribus conuenire, idque manifeſto & expreſſo Dei verbo. Sic enim diſputat: *Probemus* (inquit) *ex officijs Sacerdotalibus, omnes Chriſtianos eſſe ex æquo Sacerdotes. Primum & ſummum omnium, ex quo omnia pendent alia, eſt docere verbum. Sed hoc idem eſt in omnibus. Dicit enim Iſaias & ipſe Saluator, erunt omnes docti à Deo Eſai 54. Ioan. 6. v. 45 Omnibus dicitur, hoc facite in meam commemorationem, vt ex Luca & Paulo patet. Quare his locis robuſtiſsimè & clariſſimè firmatum ſit miniſterium verbi, ſummum in Eccleſia officium, eſſe prorſus vnicum, & omnibus commune qui Chriſtiani ſunt, non modò iure, ſed & præcepto, &c. Secundum officium eſt baptizare, ſed hoc poſſunt omnes etiam mulieres, & mulieres dum baptizant, legitimo funguntur Sacerdotio, idq́ non priuato opere, ſed publico & Eccleſiaſtico miniſterio, quod ad ſolum Sacerdotem pertinet. Tertium eſt conſecrare panem & vinum, ſed dicimus hoc officium eſſe omnibus commune, perinde atque Sacerdotibus, idq́ non noſtra ſed Chriſti aſſerimus authoritate dicentis in Euangelio, hoc facite in meam commemorationem. Hoc verbum dixit Chriſtus omnibus præſentibus & futuris, qui panem illum ederent, & vinum biberent: quicquid ergo ibi collatum eſt, omnibus collatum eſt, his teſtis eſt Paulus, qui primo Corinthiorum vndecimo, hæc repetẽs omnes alloquitur Chriſtianos, omnes faciens tales, qualis ipſe fuit, id eſt, conſecratores & cæt. Et ſi quod maius eſt, collatum eſt omnibus, etiam mulieribus, nempè verbum & baptiſmus, rectè dicitur & quod minus eſt, id eſt, conſecrare, etiam conferri. Quartum officium clauium, omnes qui Chriſtiani ſumus habemus commune, id quod libellus contra Papam toties probaui. Illud enim Chriſti Matthæi decimooctauo, non Apoſtolis tantũ, ſed omnibus prorſus fratribus, cuilibet Chriſtiano dictum eſt. Claues enim ſunt totius Eccleſiæ & cuiuslibet membri eius, tam iure quam vſu & omnibus modis. Chriſtus enim abſolutè & omnib. dixit, ſit tibi tanquã Ethnicus & Publicanus,* & cæt. Hæc exempli gratia ſatis & multa & clara ſunt, ex quibus patet vos ad quæuis Sacerdotij vel miniſterij veſtri officia peragenda, etiam mulieres extollere. Nam & reliqua omnia quæcunque in Sacerdotem cadere poſſunt, vir ille ſingulatim perſequitur, & ex ſcripturis demonſtrat ſingula à fœminis poſſe tractari, & in hoc Argumento non modò hunc librum totum, ſed etiam aliquos alios conſumit, quod item facit Huldericus Zuinglius. Et vix ſatis mirari poſſum, vnde tibi hoc adeò incredibile viſum ſit, niſi quod video tui ordinis plerifque ipſa religionis veſtra principia eſſe ignota. Quod enim

Luther. to. 2. lib. de miniſtris Eccleſiæ inſtituendis fo. 862.

Vide eundem. to. 2. libr. de abroganda miſſa pri-

nim aliud eſt Euangelij veſtri fundamentum, niſi hoc Sacerdotium, quod per baptiſmum omnes ſuſceperunt. *In nouo teſtamento* (inquit vir ille, quem proximè citaui) *Sacerdos non fit, ſed naſcitur, non ordinatur, ſed creatur. Naſcitur autem ex aqua & Spiritu ſancto in lauacro regenerationis, ſuntq. prorſus omnes Chriſtiani Sacerdotes, & omnes Sacerdotes Chriſtiani, & anathema ſit Sacerdotem alium aſſerere.* Sic ille. Si vnuſquiſque in baptiſmo naſcitur Sacerdos, ſi cum baptiſmo Sacerdotium vnà cõferatur, mulieribus Sacerdotium qua ſpecie, qua ſimilitudine veri detraxeris? Si omnes Chriſtiani ſunt Sacerdotes, & *anathema dicatur illi* qui hoc negauerit, tu vide, ne execrationem tibi acceſſas, dum contra verbum Deumq; ipſum pugnas, vt illud mulieribus eripias, quod Deus illis in baptiſmo donauit. Aut aliquam mihi circunſtantiam nota, aliqua ſcripturæ verba repete, aliquam profer differentiam, quo intelligã virorum baptiſmũ eo qui fœminis impẽditur eſſe diuiniorem. Et quo alio iure creauit vel Martinus Lutherus ille in Saxonia, vel Huldericus Zuinglius in Heluetia, vel Regius in Pomerania & ducatu Luneburgenſi Sacerdotes, niſi quod eos quos natura in baptiſmo Sacerdotes à Deo factos eſſe docebant, ipſi poſtea electione ſua ad hanc vel illam Eccleſiam deſtinabant, vbi authoritatem Sacerdotalem à Deo prius in baptiſmo traditam exercerent. Ex quibus omnibus manifeſtum eſt naturam & eſſentiam Sacerdotij eandem eſſe in mulieribus, quæ eſt in viris, eandem in vxoribus quæ eſt in maritis, quod idem ſit in vtriſque baptiſmus. Neque ſanè video, quid obſtet, quo minus Miniſter aliquis morbo, inualitudine, aut grauioribus quibuſcunque negotijs impeditus, ſi vxorem habeat facundam, & diſertam, & in Euangelio literiſque ſacris exercitam (quales in Anglia ſunt permultæ) quin eam ſuo loco ſufficere poſſit, vt in Eccleſia concionetur, diſpenſet Sacramenta, & mariti abſentiam ſua præſentia compenſet. Quod enim de natura aiunt Philoſophi, id de Deo multò eſt verius, eum *nihil agere fruſtra & otioſè*, neque habitum rei alicuius tribuere, cuius actum & operationem non aliquando etiam concedit. Quorſum enim oculi, ſi nunquam fas eſt aſpicere? quorſum aures, ſi illicitum ſit audire? quorſum guſtandi ſenſus, & facultas ſi guſtare prohiberis? Eodem modo in mulieribus Baptiſmi gratia, hoc eſt baptiſmus ipſe mutus eſt & inanis, ſi Sacerdotij actiones, concionari, ligare, ſoluere, conſecrare cum ipſo baptiſmo intrinſecè copulatas & cohærentes, illis ſemper interdixeris. Quare non

uata. Item de instituendis Ecclesiæ Ministris. Ibidem.

Digitized by Google

non eſt hęc mera calumnia, vt tu valde imprudenter loqueris, ſed clariſſima veritas, quòd in Euangelio veſtro mulieres viris quoad Sacerdotium ſint pares, quod tamen nõ tam de Sacerdotalibus actionibus, quàm de ipſa Sacerdotij natura, & (vt Philoſophicè loquar) de actu potiùs primo quàm ſecundo, de radice arboris potius quam de fructu inde efflore ſcente intellexi. Hoc enim multò abſurdius iudico, quàm ſi mulieres apud vos ſingulis diebus concionarentur, aut communionem miniſtrarent. Quemadmodum enim ciuitas illa multò flagitioſius eſt inſtituta, vbi publicis moribus licitæ ducuntur cœdes & adulteria, quàm vbi fortè fortuito contra leges adulteria aliquando fiunt, & cædes perpetrantur, non aliter illa Eccleſia multò nequior, multò improbior, multò eſt ſceleſtior & effœminatior, vbi mulieribus ius faſque eſt concionari, docere viros, tractare ſacra, quàm vbi contra Eccleſiaſticam diſciplinam illæ ſuopte ſpiritu, inſolentia, & temeritate aliquando ſuggeſtum conſcendunt, & concionandi munus inuerecundè inuadunt. Et tamen ne nimium tibi de mulierum veſtrarum temperantia placeas, audi quid de vicina Scotia Scotus quidã bonæ fidei ſcribit, & ſcribit Miniſtris qui earum rerum quas ſcribit, maximè erant ſcientes: *Cur* (inquit iſte) *non laicis modo, ſed mulieribus etiam dicendi, docendi, Sacramenta adminiſtrandi poteſtatem facitis? Vultis & hic quoq; nomina referam? An verò quum ea non vobis tantum, ſed omnibus nota ſint, rectè iſta fieri defendetis?* Et mox vbi quandam particulatim deſignaſſet, quæ ſceleratiſſimè ſe Virgini Mariæ Ieſu Chriſti Matri æquauiſſet, addit: *Quanam illa ſit, quæ verba blaſphemiæ & impietatis pleniſſima eructauerit, optimè nouiſtis, & non tantùm ad publicam veſtram pœnitentiam, eam non adigitis, ſed in ſummo etiam honore & pretio habetis, eius ſententiam in publicis & priuatis, ſacris & prophanis rebus, longè magis quàm Epiſcopi cuiuſquam authoritatem ſequentes.* Quæ omnia arguunt fœminas veſtras in publicis cœtibus nõ eſſe adeo taciturnas quam tu aſſeueras. Poſſem fortaſſe permultas & Germanarũ & Anglarum hiſtorias narrare, quæ hoc totum multò locupletius demonſtrent; ſed quorſum verba proferam, quum facta videam? Quum veſtra doctrina tota earum linguas relaxet, & Sacerdotali poteſtate inſtruat, ecquis adeò ſtipes eſt, qui putet eas omnes de hoc ſuo iure ſemper ita velle decedere, vt nunquam eo fruantur: Et tamen vos Angli omnium Euangelicorum iniquiſſimè, & minima cum probabilitate de hoc cauillare poteſtis. Vbi enim niſi in Anglia ſanctiſſimo iuramento adiun-

Hamilton. Calu. Confuſ demonſtrat. li. 2. c. 3. fol. 151.
Ibidem fol. 152.

adiunguntur ſubditi *ad teſtificandum & declarandum in conſcientia ſua Reginam eſſe ſolam ſupremam gubernatricem regni Anglicani non minus in omnibus ſpiritualibus atque Eccleſiaſticis rebus, vel cauſis, quam temporalibus?* Vbinam in alia quauis ſub cœlo regione Parlamenti authoritate, hoc eſt, generali & populi, & cleri, & procerum, & Principis conſenſu decernitur *omnia priuilegia, prærogatiuas & iuriſdictionem ſpiritualem vel Eccleſiaſticam, quæ aliqua poteſtate Eccleſiaſtica, vel ſpirituali iuri exerceri iam olim poterant, ad reformandum, ordinandum & corrigendum, vel homines Eccleſiaſticos, vel quoſcunque errores, hæreſes, ſchiſmata, abuſus & corruptelas, deinceps in æternum eſſe Anglicano diademati,* ſiue vir, ſiue mulier, ſiue trium dierũ aut etiam horarum infantulus id poſſederit, *vniẽda?* Vbinam niſi penes veſtros Miniſtros, Epiſcopos, Archiepiſcopos, Eccleſiam totã Sacerdotalis poteſtas vlla, quæ non omnis quanta quanta eſt, à fœmina deriuetur? Quodnam eſt enim Eccleſiæ veſtræ caput? Vnde mutuantur Archiepiſcopi, & Epiſcopi iuriſdictionem quamcunque? An non ea tota à fonte Regiæ Maieſtatis ad eos traduntur? An non ita Parlamentis veſtris ſancitum eſt? Recogita illud omnium ordinum Reipub. Anglicanæ decretum, quo dicitur *omnem authoritatem & iuriſdictionem ſpiritualem, & temporalem deriuari, & deduci à Regia Maieſtate tanquam ſupremo Eccleſiarum Anglicanarum capite.* Recogita, quemadmodum huic Canoni innixus puerulus ille miſſus ad Archiepiſcopum Cantuarienſem Angliæ totius primatem literis Regijs, *ad ordinandum quoſcunque intra diocœſim ſuã Cantuarienſem, ac ad omnes etiam ſacros, & Preſbyteratus ordines promouẽdum per præſentes ad noſtrum (inquit) duntaxat beneplacitum duraturas tibi damus poteſtatem.* Aut verò oblitus es legis illius, quæ primo Reginæ anno cõſtabilita eſt, qua expreſsè ſtatuitur, quod *Regina deinceps cum ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus habebit plenam authoritatem, & poteſtatem virtute huius decreti Parlamentaris per literas ſuas patentes aſſignandi, & conſtituendi quando, quoties, & quamdiu ipſi Reginæ videbitur certas perſonas Anglas quæ ſub illa exerceãt, vtantur, fruantur, & exequantur omnia genera Iuriſdictionum & Priuilegiorum, ad quamcunque Iuriſdictionem ſpiritualem, vel Eccleſiaſticam ſpectantium infra regna Angliæ & Hyberniæ, vt viſitent, reforment, emendent, & corrigant omnes errores, hæreſes, ſchiſmata quæcunque, &c. Omneſq; perſonæ Angliæ ſic aſſignatæ & conſtitutæ, à Regina plenam habebunt poteſtatem exequendi omnia præmiſſa virtute huius ſtatuti, & literarum Regina pa-*

Anno 1. Elizabethæ. 4. c. 1.

Vide Reſpõſionem ad Iuſtit. Britannicam cap. 1. pag. 10. anno 1. Elizabethæ cap. 1.

Anno 1. cap. 2. Edvvardi 6.

Vide Reſponſionem Iuſtitia Britannica c. 8. pag. 248.

Anno 1. ca. 1. Elizabethæ.

Digitized by Google

na patentium; Et qui contra docuerit, prædicauerit, affirmauerit, vti læſa Maieſtatis reus pœnam capitalem ſubibit? Hoc quum ſit caput & arx miniſterij totius Anglicani, quum tu & tui Cōminiſtri omnes ſolemni iuramento ſanctiſſimè promiſeritis ſtatutum hoc inuiolatum obſeruare, quum pœna crudeliſſima decernatur in eum qui hoc violauerit, aut contrarium docuerit, quum is ibidem prorũcietur *reus læſa Maieſtatis* (quod crimen reliqua omnia magnitudinē ſua vincit) admodum ſanè vereor, Samuel, ne tibi nō modò inhoneſtum ſit quoad famam & doctrinam, ſed etiam periculoſum quoad vitam & ſalutem, qui poſt tot tamque ſeueras leges, tot ſtatuta, tot iuramenta iterum atque iterum renouata, fœminam à rebus ſacris tractandis prorſus remoues, cui tot vinculis illigatus primas tribuere teneris, quando apud vos in viris nulla penitus huius generis eſt facultas, quæ non à fœmina precario ſumitur, non aliter quam ſydera lucem ſuam omnem mutuantur à ſole, & (vt ante multos annos ſcripſit Archiepiſcopus veſter Cantuarienſis) quum in Regina duplex ſit quaſi fons omnis in regno Anglicano authoritatis; alter, è quo fluit illa quæ eſt ciuilis & politica; alter, è quo manat ſpiritualis & Eccleſiaſtica, illam Regina exercet per Cancellarium & alios inferiores Iudices, hanc exequitur per Archiepiſcopos & alios regni Epiſcopos. Atqui vel ex hoc vno ſi noſtrarum Eccleſiarum morem inſpexeris, & cum veſtro contuleris, tam multiplex, tamque inſignis exurgit prærogatiua, vt nec ipſe Sol quem modo nominaui tam infinitè minorib. ſtellis præluceat, quàm Turcicæ Eccleſiæ veſtras conſtantia, grauitate, & mirabili gubernationis prudentia exuperent. In primis quidem Mahumetanæ Eccleſiæ temporibus, Pontifices ſiue Caliphæ noſtri (ſic enim vocabantur) ijdem erant Imperatores, & ſede in Babylone poſita longè lateque dominabantur. Poſt quum variorum bellorum tumultibus Imperium illud laceratum collaberetur, parteſq; eius à diuerſis Regibus eſſent occupatæ, nemo tamen erat principum Mahumetani nominis, qui non Pontificibus ſummam rerum Eccleſiaſticarum præfecturam relinqueret. Apud nos quanquam reliqui Miniſtri ſunt æquales, Mophtij tamen (ſic enim Patriarcham, qui reliquorum eſt Princeps vocamus) vt in alios omnes ſui ordinis ſummam poteſtatem habet, ſic Eccleſiaſtica ipſe ſolus gubernat, non hic ſeſe interponit Imperator, muti ſunt Baſſæ, ſilent Purpurati & Conſiliarij quicunque, & huius Pontificis Imperio non minùs ipſe potentiſſimus Imperator, quam reliqui vniuerſi obtempe-

VVhitgiſt cōtra Cartvvurigh tract. 8. ca. 3. §. 33. & tract. 20. diuiſ. 2. pa. 679. Cali° Curio hiſt. Saracenica lib. 1. Haithonus de Tartaris cap. 15. Melancton. in præfat. Alcoran. Cuſpin. in tractat. de Mahamete. Theuet. Coſmogra. li. 17. c 7. Leunclaui in pandect. hiſtor. Tur. cap. 84 pag. 245.

temperāt. Qui quo plenius & fructuoſius ſuo fungatur munere, perpetuoque obſeruet, ne quicquam in Conſilio Principis contra Mahumetis leges à Baſſis ſtatuatur, quanquam illi qui numero vt plurimum 4. ſunt, pro arbitratu Imperatoris vel omnes, vel ſinguli, vel ſemper, vel ad tempus mutari, ablegari, excludi à Conſilio poſſunt, Mophtij tamen nequaquam excluditur, nunquam ab ingreſſu arcetur: quia nimirum ſemper inuigilare debet tanquam verus Superintendens, vt Mahumetis lex perpetuo ſarta tecta cuſtodiatur. Quam alioqui politici homines etiamſi ex induſtria nunquam, ex negligentia tamen aliquando fortaſſe perfringerent, dum ad humana & ciuilia commoda nimis acriter mentis oculos intendunt, niſi aſſiſtens iſtiuſmodi grauiſſimus Pontifex eos errantes in viam reuocaret, & doctrinæ Mahumetis ſubinde commonefaceret. Hanc ob cauſam Patriarcha noſter quatuor baſſis Imperatoris Conſiliarijs quaſi quintus extraordinarius perpetuò adiungitur, eiuſque tanta eſt authoritas, vt quamuis ſiue in caſtris, ſiue in curia lex à Principe ſuprema ſententia omnes ſubditos comprehendente feratur nunquam deinceps reuocanda, eadem tamen ſtatim irrita ſit & nulla, ſi ab hoc Pontifice pronuncietur Alcorano & legibus Mahumetis contraria. In alijs autem quæſtionibus de lege noſtra & difficilibus & valde obſcuris, hic ſolus exemplo Pontificis ſummi in lege Moſaica controuerſias omnes determinat, ſupremum ijs finem imponens, funditus adempta deinceps appellatione & cauillatione omni. Et huic præcipuè ex omnibus Imperij noſtri Magiſtratibus propter imaginem quandam Dei & Mahumetis, cuius in hoc religionis officio perſonam gerit, eum honorem exhibet Monarcha noſter quem nulli mortalium, nec potentiſſimo in terra Monarchæ defert, vt quotieſcunque ad eum accedit hic Pontifex, Princeps è ſolio ſuo exurgat, admotaque pectori manu, & demiſſo in terram capite eum veneretur. Hic autem Pontifex ne cauſarum multitudine nimium diſtrahatur, eoque facilius in hoc ſuo munere labatur, duos habet ſub ſe Cadileſqueros tanquam Metropolitanos maturrimæ ætatis, ſenes & legis Alcorani peritiſſimos, qui ſinguli peramplos annuatim ex ærario percipiunt reditus (ſeptem aut octo ducatorum millia, præter alia priuata emolumenta) è quibus ille Miniſtrorum omnium in Romania vel Europa, hic eorum qui ſunt in Natolia, Aſia nimirum vel Ægypto, generalis eſt quaſi ſpeculator & Superintendens, eoſque quoad Eccleſiaſtica monet, dirigit,

Deut. 17.

Poſtel de la inſtit. des Turcs pag. 117. 118. Poſt. ſer. & integr. par. 2. lib. 2. cap. 9. pag. 393. 394. Nicolas de Nicol. es nauigatiõs lib. 3. c. 14.

dirigit, corrigit, inſtituit, deſtituit, & omnino quæ sũt in ſacris agenda præſcribit. Et licet quoad iuſtitiam ciuilem ipſi quoq; Miniſtri ſubijciãtur poteſtati ciuili, quoad Eccleſiaſtica tamẽ ciuilis Magiſtratus nihil ſe interponit, ſed è contra Eccleſiaſticæ poteſtati & imperio ſubeſt, eique præcipienti obtemperat. Ex quo præclaro & diuinis legibus apprimè conſentaneo Reipub. noſtræ more, vide quàm multa exiſtunt religionem Turcarum Euangelio veſtro præferentia. Primum, quum illud proprium ſit religionis, quia proximè & directè ad Deum refertur, vt alijs virtutibus vniuerſis præſit, & politicis rationibus multò magis imperet, eaſq; ſua quaſi regula & gnomone ſic exequet & metiatur, vt cum diuinis legibus conſpirẽt, hoc (vt vides) in Turcico Imperio obſeruatur admodum accuratè. Apud vos autem longè ſecus, vbi à Concilio Reginæ, Epiſcopi, vel Miniſtri longè remouentur, & tanquam cum ſacro miniſterio pugnaret aliqua de rebus ciuilibus conſultatio, vel tanquam in quæſtionibus de quibus deliberant Conſiliarij veſtri, nulla habenda eſſet religionis cura, aut illis nulla immiſceretur religionis particula, ita annos pluſquam viginti totos, immò triginta propè à Concilijs Reginæ excluſi ſunt Epiſcopi. Quum autem religio tota tanquam in manus & poteſtatem Reginę iampridem fuiſſet tradita, & deinde ad hunc modum Epiſcopi procul ab eius cõſilijs eſſent ablegati, quid aliud attendendum erat, niſi vt religio à laicis Reginæ adminiſtris, à cubicularijs, à nobilibus, à gynecæo, à quibuſcunque aulicis Reginæ gratioſis ad ipſorum volũtatem inflecteretur.

Religionis Anglicanæ corruptio & contemptio.

Eſt enim religio eius naturæ, vt niſi ei conſeruandæ ſolicitè ſtudeatur, niſi vndiquaq; magna ſuorum diligentia fulciatur, ſtatim amittet ſplendorem & puritatem natiuam, & inuectis vndique corruptelis inquinetur. Qua de re memorabile eſt exemplum quod audiui de Epiſcopis Hungaricis & Ferdinãdo Cæſare. Nullus erat memoria noſtra Chriſtianorum Princeps illo religioſior, nec vlla in Europa Epiſcopi Hungaris ad religionem tuendam aptiores, quorum & doctrina erat magna & experientia inſignis (fuerũt enim omnes *exacta*, & propè *decurſa ætate*) & in Repub. gerenda ſumma authoritas (regnum enim illud Epiſcopalibus concilijs magna ex parte regitur) & aliàs potentia & amplitudo non mediocris (ampliſſimos enim reditus, & caſtra atq; arces luculentas obtinent) & hæretici qui illic fidem antiquam labefactare conabantur, adeò erant [illegible], & ſibi viciſſim contrarij, Trinitarij, Eunomiani, Neſtoriani, Stancariani, Athei (præter Lutheranos

& Zuin-

& Zuinglianos, quos hæreticis non annumero) vt videretur non magni eſſe laboris fidem illic illęſam ſeruare, vbi populus eſt ſimplex & ſincerus, & Epiſcopi perboni, & Princeps valdè prudens & religioſus; & tamen Epiſcopi eius regni per ſuum in Concilio Chriſtianorũ Tridenti Oratorem liquido teſtantur; *Niſi maiorum noſtrorum ſapiẽtium virorum virtute ac prudentia ita nobis prouiſum fuiſſet, vt qui apud nos Epiſcopi eſſent, ijdem etiam Regibus noſtris ad conſilia adhiberentur, nullum in Hungaria iampridem pietatis veſtigium reliquum eſſet.* Nihil illi dubitabant de bonitate, & pietate, & prouidentia Ferdinandi Regis ſui, imò libenter concedebant eum *vnum omnes Reges pietate ac ſapientia ſuperare*, ſed tamen is *maxima populorum & regnorum ſuorum procuratione diſtractus, ac grauiſſimis continuiſq; occupationibus impeditus, qui poteſt cognoſcere quid in hac vel illa Hungariæ parte fieri oporteat, niſi Epiſcoporũ admoneatur diligentia?* Ad generalem nimirum Reip. ſtatum reſpiciunt Monarchæ, particularia omnia non poſſunt rimari, magna curant, minuta prætermittunt: & tamen à minutis ad maxima corrumpenda proceditur, & minima contempta magnas breui edunt ruinas; Et in religione ſuffodienda, multò quàm in alia re quacunq; inſidioſior eſt improborum calliditas, ad quæ præcauenda, & auertenda quis eſt Epiſcopo aptior? quis acutior? Ideoque nullam in Rege eo deſidiam, vel in Epiſcopis culpam, ſed religionis ipſius conditionem, & perditorum hominum nequitiam iudicat, quod ibidem egregiè aſſeritur, *niſi aut ipſe Archiepiſcopus Strigonenſis quum per muneris ſui Paſtoralis rationẽ licebat, aut alius ex Epiſcopis aliquis ad Principis latus aſſiſteret, qui contra perpetuam hæreticorum audaciam & inſolentiam eius opem auxiliumq; imploraret*, iamdudum religio omnis in Hungaria fuiſſet extincta. Vnde factum eſt, vt nulla fuerit Chriſtiana Prouincia, quæ non perpetuò aliquos Epiſcopos Regibus adiunxerit Conſiliarios, quia ſemper in omni conſultatione primum videndum, quid religio fieri permittat, & in omnibus negotijs cauendum, ne aliquod religioni damnum afferatur. Solum apud Anglos non antiquitùs (nihil enim arduum maiores veſtri ſine Epiſcoporum conſilio & aſſenſu tranſigebant) ſed nuper poſtquam Euangelium illic immigrauit, omnia ad Reipub. ſtatum & honorem, ad pacem & bellum pertinẽtia à Politicis quibuſdam deciduntur, viris quamuis Euangelicis, non tamen ita Euangelij ſtudioſis, quin contra Euangelij puritatem multa ſæpè cõcludant. Ideoq; quemadmodum à ſuis domi Miniſtris odio-

Conc Trident. anno 1562. fol. 235.

Admonitio 2. ad Parlamentum. Vide [illegible] Britannica pag. 219.

ſiſſimè vexantur & lacerantur, tanquam aperti *Machiauelliani: Dei Chriſtiq; hoſtes apertiſſimi, quibus propterea dies iudicij magis intolerabilis futurus eſt, quam Sodoma & Gomorrha, &c.* Sic exteri omnes non minùs eorum actiones, & deliberationes carpunt; vt quod fœdera cum omnis generis proditoribus & rebellis ineunt, quod ſine legitima cauſa bella inteſtina in omnibus vicinis prouincijs alunt, quod in mari piraticam exerceant, aut exerceri permittant, quod & domi, & foris ad varia religionum genera propaganda vires regni conferant, in Germania tueantur Lutheraniſmum, in Anglia Puritaniſmũ, in Gallia Caluiniſmum, in Hollandia Anabaptiſmum, vel potiùs neſcio qualem Chimeram ex plurimis diuerſiſque formis mixtam. Alij alia multa, eaque his atrociora contra eos aſſerunt, vtrum vera neſcio, probabilia certè ſcio, quæ ego honoris gratia reticere malo; ad quæ illi omnia non dubito magnis rationibus inducuntur. Sed tamen ſi religio in eorum Concilijs eum obtineret locum quem meretur, ſi adeſſent Superintendentes, qui ex Euangelio certam Dei voluntatem illis denunciarent, ſæpenumerò (vt opinor) ab huiuſmodi molitionibus deſiſterent, quibus certum eſt & ipſis ignominiam, & religioni damnum, & Reginæ odium, & Reipublicæ periculum longè maximum creari. Et hoc quidem vnicum tale eſt, vt nos Turcas religioſos, vos Euangelicos ferè Atheos cõuincat. Quum enim fides & religio in ſecundum locum reijcitur, ciuilis & politica ratio primum locum obtinet, religioque non pręeſt ſed ſubeſt, non imperat ſed paret, manifeſto eſt argumento illic primum honorem hominibus tribui, ſecundum Deo, priores corpori, poſteriores animæ, & terrena illic præponderare cœleſtibus. Alterum iam ex eodem fonte manans, illudque admodum grande diſcrimen animaduerte. Noſtri maiores Pontificibus vtrumque principatum, & Ciuilem, & Eccleſiaſticum commiſerunt. Poſtquam interiecto tempore bellorum tempeſtates alterum (qui quidem iuris diuini non eſt) euertiſſent, ſemper tamen principatus ſpiritualis permanſit integer & inuiolatus. At vos vtrumque Pontificibus eripuiſtis, & principibus primatum ſpiritualem nefariè, & maxima cum religionis iniuria, immò peſte, & pernicie tradidiſtis. Hinc enim conſequutum eſt, vt religio veſtra ridicula ſit, incerta, inconſtans, & vertumno puteoque mutabilior. Quid enim turpiùs, quid dedecoroſius dici ſingique poteſt, quam quod Foxus noſter de Henrico octauo teſtatur, poſtquam in primatum Eccleſiaſticum inuaſiſſet. *Quamdiu* (inquit

inquit ille) *Anna Bolenia, Cromvvellius, Cranmerus, Dennius, Butſius Medicus, & ſimiles Regi aſſuerunt, eumq́; dirigebant, quis vnquam Eccleſiæ Chriſti magis præfuit quam Rex ille. Cæterum quum peruerſis aliorum conſilijs regeretur, quantum religio ante creſcebat & promouebatur, tantum iam ſtatim cœpit decreſcere, & retro ſublapſa referri.* Et alibi: *Doctor Baruzius probè curabatur & honorabatur, quouſque viueret Regina Anna, & Gardinerus in Gallia morabatur. In Gardineri enim abſentia, egregia Regina Anna, & Cromvvellius cum Doctore Baruzio, & alijs Proteſtantibus, pulchros in religione Chriſti faciebant progreſſus. Poſtquam autem ille redijt, nec religio deinceps quicquam profecit, nec Reginea Maieſtas, nec Cromvvellus, nec alij Concionatoris.* O religionem egregiè conſtitutam, quam & mulierculæ, & Medici, & Cubicularij, & adulatores, & omne genus aulicorum potuerunt adeò facilè ſurſum deorſum iactare, & in quam volebant partem impellere. Sic nimirum factum eſt, vt toto tempore Regis illius, religio inſtar marini æſtus creſceret & decreſceret, flueret & reflueret. Hodie ad Germanam Lutheri ſectam inciperet formari, cras ad veterem Papiſtarum fidem reuocaretur. Sæpenumerò enim præter domeſticas fœminarum, & aulicorum turbines, etiam externis procellis mirum in modum iactabatur. Nam quemadmodum Legati eius apud externos Principes ſignificabant, hoc vel illud fore vtile fœderibus quæ cum talibus Principibus erat initurus, ita ad eorum vel Principum vel Legatorum voluntatem, religionem ſui regni temperabat. Modò quum authore Cromvvello Germanorum Proteſtantium fœderi Smalcaldico faueret, Philippum Melanchthonem de Euangelio monentem audiebat, & Germanicam Theologiam ſibi non diſplicere præſeferebat. Modò quum Carolo Cæſari reconciliari vellet, Papiſtarum fidem ſeueriſſimis decretis ſanciebat, & igne ferroque Lutheranè Euangelicos perſequebatur. Et quoniam iſtius Cromvvelli tam crebra fit mentio, cōſidera an non illa ſit æterna Euangelij veſtri macula; quod in eius flore & origine hunc habuerit hominem prophanum, laicum, nulla vel maiorum, vel ſingularis virtutis, vel literarum humanarum aut diuinarum gloria commendatum, Epiſcoporum tamen omnium præſidem, & in controuerſijs Eccleſiaſticis moderatorem. Hunc enim ignobilem, & obſcuriſſimo loco natum, ſed Regi gratioſum, Rex non ſolùm ad ampliſſimas facultates extulit, verum etiam noua honoris acceſſione Vicarium ſub ſe caput Anglicanæ Eccleſiæ cōſtituit. Ex quo

Foxus in Act. & Monumen. pagin. 05.

Ibid. in hiſtoria Baruzij.

Fox. in Henric. 8.

Apud Foxum in hiſtoria Crōvvelli.

Digitized by Google

Ex quo factum eſt, vt in Synodis Epiſcoporum ille vir laicus præſideret, ille eorũ de ſola fide & Sacramentis diſputationes moderaretur, ille Epiſcopis & Archiepiſcopis ſilentium imperaret, ille vicaria qua fungebatur Regis authoritate Epiſcopis & Archiepiſcopis, totiq́ue Eccleſiæ Anglicanæ Eccleſiaſticas leges & Canones præſcriberet. Et quis miretur, ſi Eccleſia Anglicana non ſolùm in Europa, ſed in Aſia quoque & Africa ſit communis vulgi fabula, tanquam multò fallacior quam fuit olim fides Græca vel Punica? Quis miretur, ſi Henrici patris fidem filius immutauerit, patriſque & fratris filia, & ſoror in aliam ſpeciem inflexerit, quum ea nullis fundamentis ſolidis ſuſtineatur, ſed ex incertiſſima aulicorum voluntate pendeat. In diuerſorum autem Principum mutuo ſuccedentium imperijs illud quaſi ſemper vſu venit, vt qui patri fuerunt Conſiliarij gratiſſimi, eos filius ſuſpectos habeat, & qui filio ſunt intimi, in eorum potiſſimum actiones inquirunt, eaſq; carpunt & inſectantur, quo ſeſe magis in noui Principis gratiam inſinuent. Illud ſiquidem apud vos Anglos eueniſſe temporibus Henrici ſeptimi & octaui norunt omnes, quando Dudleius & Empſonius, quos pater Conſiliarios duxit fideliſſimos, filius tanquam homines nefarios è medio ſuſtulit. Idem in Gallia cecidiſſe ſub Carolo octauo, & Ludouico duodecimo, ſub Franciſco primo, & Henrico ſecundo teſtantur Hiſtorici, & in huius Imperij ſucceſſione crebertimè vſu venit. Ex quo fit, vt vna cum nouis Regibus nouæ ſtatim leges, edicta noua abrogatis veteribus promulgentur. Vos autem Angli omnibus ſub cœlo nationibus in hoc eſtis deteriores, quod in veſtra Republica vt primum Rex nouus creatur, ſtatim cum nouo Rege, & noui aulici, nouum Conſilium, & nouæ fortaſſis leges politicæ; ſic etiam noua fides, noua religio, nouum Euangelium; noua Dei colendi ratio expectanda eſt. Sic enim mundus vniuerſus vidit & obſtupuit in Henrico 8. Eduardo 6. Maria, & Elizabetha, qui intra triginta annorum curriculum in regno Angliæ ſibi inuicem ſuccedentes, fidem Anglicanam totam ſurſum deorſum verſarunt. Quam enim fidem nouauit Henricus, eam de integro renouauit Edouardus. Quam Edouardus ſtatuto parlamentari conſtabiliuit, eam primo regni ſui anno noua parlamentari lege à fundamentis euertit Maria, & quam magna cum ſolicitudine & cura propagauit Maria, eã extra regni ſui terminos non minùs ſolicitè profligauit Elizabetha. Nunquid verò vlli vnquam Græci, Carthaginenſes, Tartari, Scythæ, nunquid vllæ nationes vel perfidia maximè infames,

Philippus Comineus. Martin. Bellay es memoires.

Digitized by Google

infames, vel immanitate maximè agreſtes adeo caducam, & mobilem, & ventoſam religionem habuerunt? Iniuriam enim facerem nomini Turcico, ſi cum ea noſtram fidem compararem. Certò enim certius eſt, poſtquam Ottomanorum nomen & potentia cœpit, nunquam vel auditione acceptum eſſe, quod in religione Turcica alicuius dogmatis articuli vel Sacramenti facta ſit mutatio. Et tamen vix minimam partem vides eorum vulnerum, quibus confecta & exanimata Eccleſia & religio Anglicana extremum iam nunc ſpiritum magna cum difficultate ducit. Ita enim à ſuis Magiſtris fabricata eſt, vt quo penitus intereat, non opus ſit noui Principis voluntatem attendere, ſed in præſentis voluntate poſitum eſt, vtrum hoc ipſo die eam velit penitus interire nec ne. Aduerte enim Michæa & pondera diligenter quod dicturus ſum. An non in Anglia Eccleſiaſtica poteſtas in Reginia poteſtate primum, deinde in Epiſcoporum, & poſtea Miniſtrorum & Diaconorum ordine concluditur? Negare non potes, quum apud vos nullum ſit aliud Eccleſiaſticæ poteſtatis veſtigium. Expende deinde, an non hæc poteſtas à Regina tanquam ſummo capite & fonte cum ſuis Epiſcopis communicata, per eos ſolos deinceps Miniſtrorum & Diaconorum ordini impartiatur. Et hoc quoque publici veſtri rituum Eccleſiaſticorum libri, mores, & inſtituta Eccleſiæ teſtantur. Tolle iam Epiſcopos, ſimul deficere Miniſtros neceſſe eſt. Succide truncum arboris, à radice ad ramos humor vitalis qui poteſt manare? Si obſtruxeris canalem, per quem à fonte in aquæ ductum deducitur aqua, aquæ ductum exareſcere neceſſe eſt. Euolue iam ſtatutum illud, quo Eccleſiaſticus Reginæ primatus ſancitur. In eo diſertè perſcribitur penes eam eſſe, vt deſignet Epiſcopos *quoties, quando, & quamdiu l buerit, qui ſub ea iuriſdictionem Eccleſiaſticam exerceant*. Quibus verbis vt libera & abſoluta ei tribuatur poteſtas nullos Eccleſijs præficiendi Epiſcopos, niſi *quando* ei videbitur, ita penes ipſam eſt eos conſtitutos ab Epiſcopali functione quum placuerit, remouere, & eorum Epiſcopalem iuriſdictionem duorum ſi velit dierum ſpatio definire. *Tam diu* enim ſunt Epiſcopi, *quamdiu* ipſa permiſerit. Vnde & paulò antea notaui Edouardum Regem (decem annorum puerulum) Archiepiſcopo Cantuarienſi ad ordinandos Sacerdotes & Diaconos dediſſe facultatem per ſuas literas *ad ſuum duntaxat placitum duraturas*. Illud itaque oſtendi cupio, quemadmodum Epiſcopalis ſtatus, in Anglia vllam ſibi vel in paucos menſes firmi-

3. Religio Angli. poteſt facillimè tota deſtrui.

Parlamen. 1. cap. 1.

tatē poſſit polliceri, qui totus ex vnius fœminæ volūtate maximè mutabili pendet. Tu mihi fortaſſe reſpondebis (quemadmodum quum eſſem in Anglia, & huiuſmodi de rebus diſſererem, oppoſuit mihi Eques quidam Auratus & aulicus) Reginam eſſe Principem valde religioſam, & Euangelij maximè amantem, quæ propterea nunquam vel cogitabit de Epiſcopis in vniuerſum tollendis. Vt hoc verum ſit, dico tamen Epiſcopalis ordinis, hoc eſt, religionis & fidei Anglicanæ nullum eſſe firmamentum, quæ talis eſt, vt licet fortaſſe non mutabitur, quia Regina conſtanter Epiſcopos fouebit, fortaſſe tamen mutabitur, & quia Regina eſt fœmina, ideoque in eodem propoſito non eſt ſemper conſtantiſſima; & quia multæ aliæ ſunt rationes quæ eam ad hanc Epiſcoporum reiectionē poſſint inducere. Quòd ſiue euenerit, ſiue non euenerit, quia tamen faciliimè & multis de cauſis euenire poteſt, infirmiſſima eſt religio Anglicana, quæ ſolidiori fundamento non innititur. Et ne tu cauilleris me fictiones & hypotheſes mathematicas conſectari, quæ actu futuræ ſunt nunquam, vide an non permagnā habeat probabilitatem hæc coniectura. Henricus Octauus paucis poſt annis, quam ſe Eccleſiæ Anglicanæ caput effeciſſet, quam multa monaſteria & Eccleſias cathedralibus his quę modo ſuperſunt, & numero longè plures, & ſpecie atque magnificentia neutiquam inferiores, funditus diſturbauit, & plus quam centum religioſorum millia (parcè loquor & infra numerum à fidelibus eius ætatis hominibus annotatum) extruſit & diſpoliauit bonis, quæ optimo iure plurimis Regum, Pontificum, totiuſque illius regni & orbis Chriſtiani diplomatis permulta ſæcula continuatis poſſidebant. Hæcque fecit eo tempore, quo religioſorum nomen apud eius regni pleroſque in magno erat amore, & ipſe eorum vota vt ſancta & diuina ſuſpexit. Ad impediendam enim monaſteriorum euerſionem maxima hominum multitudo in parte boreali contra Regem ſæpius arma ſumpſit; Rex ipſe (quod eſt mirabilius) adhuc vota religioſorum tanquam Euangelio Chriſti literiſque Apoſtolicis manifeſto congruentia ſua quoq; authoritate firmauit, & grauiſſimis ſupplicijs, immò etiam ſuſpendio in eos animaduertit, qui quum Monachi aut Presbyteri eſſent, matrimonium auderent contrahere. Tu iam reputa, quanto veriſimilius eſt idem effectum iri contra veſtros Epiſcopos numero pauciſſimos, nullo à maioribus iure ducto fundos & bona Epiſcopalia poſſidentes, eo honore ad Reginæ duntaxat beneplacitum fruentes, magna

Parlamen. 6. art. anno 1540. Vide Foxum in Actor. pag. 581.

parte

parte veterum reddituum iampridem exutos, aulicis (niſi quos largitione deliniant) moleſtos, vniuerſo ferè regno admodum odioſos, à ſuis ipſorum Miniſtris & Fratribus contemptos, & varijs libellis impugnatos quos in publico ſcripto Reginæ & parlamento toti dedicato nefariorum criminum accuſant, & vocant Pſeudoepiſcopos Antichriſtianos: quos Eccleſiæ omnes verè Euangelicæ, Zuinglianæ, Tigurinæ, Geneuenſes, Gallicæ, Scoticæ, ad quarum fidem proximè accedit Regina veſtra, penitus ſuppreſſerunt, & quos idcirco Regina veſtra propter religionem & conſcientiam non poteſt tueri: horum (inquam) quanto eſt ruina probabilior, facilior, & ſi occaſio quæcunque offeratur) magis indies ſingulos attendenda. Prætermitto multa, eaque abſurdiſſima ex hac breui vnius legis particula germinantia, quæ ſi ſingula velim perſequi, nullum reperiam orationis exitum Et tamen ſilentio præterire non poſſum, quod animaduerti in lege quadam parlamentari ante non multos annos edita, & mox (vt videtur) in linguam Italicam tranſlata, quam mihi pridem Mercator quidam Venetus oſtendit. Illic enim inter alia quædam media, quibus tranquillitati Reipubl. veſtræ prouidetis, illud vnum eſt, vt qui Presbyteri vel Eccleſiaſtici inſulam eam ingreſſuri ſunt, primo ſtatim aditu coram certis Magiſtratibus iuramento ſuo approbent Reginæ primatum Eccleſiaſticum, eamque religionem, quæ hactenus toto Reginæ tempore in Republ. Anglicana inualuit. Hoc quidem non peſſimè, iuramentum enim illud de Reginæ primatu eſt in manibus omnium, vt item liber communionis veſtræ ideoque non eſt laborioſum vnicuique concipere quid in eo iuramento contineatur, & ita in portus veſtros traijcere, ſiquidem Anglicana religio & Reginæ Pontificatus ei placuerit. Cæterum additur eundem hominem ſimili ratione teneri, non tantùm vt coram Archiepiſcopo, Epiſcopo vel alio certo Magiſtratu iuſiurandum illud de Reginæ primatu ſuſcipiat, verum etiam vt *manus ſuæ ſubſcriptione teſtificetur & polliceatur obedientiam Reginæ maieſtatis legibus, ſtatutis & ordinationibus tum quæ hactenus factæ & ſancitæ ſunt, tum quæ in poſterum de cauſis & controuerſijs religionis fient & inſtituentur.* Hæc pars quam ſit inſulſa & impia, & planè communis ſenſus atq; rationis expers quis non aduertit? Tu à me poſtulas, vt legibus de religione in poſterum ferendis ſine exceptione obtemperem, quæ vtrum futuræ ſint piæ, an impiæ, Euangelicæ, Catholicæ, Arianę, Lutheranę, Puritanę an Anabaptiſtę,

Admonit. 2. ad parlament. pag. 34. 35.

4 Anglica fides tibi nulla.

Parlament. anno 27. cap. 2.

Digitized by Google

ego prorſus ignoro, & tu mihi præſtare non potes? Nam & noſtro ſeculo varij Principes his opinionibus imbuti fuerunt, & Regina Anglicana nullo Dei verbo teſtimonium habet ſe fore ab earum contagione liberam. Quid hoc decreto inſanius? quid prodigioſius? Narratur in hiſtorijs Italicis Venetos poſt diuturnam multorum annorum contentionem, ingenti tandem prælio nauali in ſinu Adriatico ſic à Genuenſibus fuiſſe fractos & debilitatos, vt communi conſenſu Reipub. ſuæ ſigillum chartæ vacuæ & inani appenderint, & ad Genuenſes tranſmiſerint, vt ij quas vellent pacis conditiones in ea præſcriberent, illas ſe libenter accepturas. Erat hæc miſerrima quidem conditio, & extremum deſperationis ſignum, nobilem populum ſeſe demittere ad eas omnes cõditiones ſimpliciter amplectendas, quaſcunque irati victoris inſolentia illis obtruderet. Et tamen quia de vrbibus & agris vel ad ſummum de libertate agebatur, quæ damna temporis ſpatio poterant reſarciri, non erat adeo horribile Italos Italorum voluntati, quanquam incertæ, in illis difficillimis temporibus omnia committere. At verò in rebus ad animę ſalutem, ad religionem, ad Dei honorem & gloriam ſpectantibus, vbi ſi erratur, error eſt irreparabilis, & cum ſempiterno corporis atq; animæ diſpendio coniunctus, vbi cum hominibus agitur natura fallacibus, & de ſua religione incertis, quique contrarijs Doctorum ſuorum ſermonibus in varias quotidie ſententias diſtrahuntur, quorum plena parlamenta recenti memoria paucorum annorum interuallo oppoſitas religiones ſtabiliuerũt, hoc loco quià me flagitat, vt ſigillum meum apponam inani chartæ, in qua iſti poſtea pro ſuo arbitratu fidei canones conſcribant, qui requirit vt iurato promittam me fidem adiuncturum eorum de religione decretis quibuſcunque, ille, (vt leuiſſimè dicam) quid fides ſit neſcit, quid religio valet, ignorat: ipſe fidem nullam, religionem nullam habet, ſed quocunque homine qui ſub cœlo fidem aliquam profitetur, ſiue Iudæo, ſiue Gentili, magis eſt infidelis. Nunquam enim fidem voluiſſet ita proſtituere incertæ hominum vacillantium libidini, nunquam poſtulaſſet religionem, quæ rebus notiſſimis, & vel ſub oculorum aſpectum cadentibus debet eſſe certior, ita variam & mutabilem relinqui niſi ipſe omni prorſus ſenſu fidei & religionis careret. Quare ne longius progrediar in hoc argumento, iſta tu pauca ſi probè examines Samuel, quod nos Pontificem ſummum agnoſcimus, quod is Eccleſiaſtica procuret, quod ei Imperator noſter in Eccleſiaſticis pareat, quod

Sabellicus Fra. Leandro.

Digitized by Google

quod religioni leges Imperatoriæ inſeruiant, quod religio apud nos omnibus ætatibus ſit conſtans, eadem, & immutabilis, quum apud vos poteſtas ciuilis ſpiritualem regat, aulici Epiſcopis dominentur, Epiſcopi ad Reginæ nutum deſinant eſſe Epiſcopi, penes eam Eccleſię ſummum ſit Imperium, pro eius & eorum arbitratu religio mutetur, conſtituatur, abrogetur, & noua ſubinde fidei capita populo credenda imponãtur, fatebere ſinę dubio hęc pauca talia eſſe, quæ demonſtrant non modo religionem veſtram eſſe vagam, incertam, mutabilem, totam in opinione dubia & caſu poſitam (hoc enim eſt Sole meridiano clarius) nec modo religionem Turcicam eſſe veſtra firmiorem, ſtabiliorem, præſtantiorem, ſed potius quæ conuincant veſtram religionem eſſe nullam, eſſe ſomnium, eſſe fabulam, eſſe vmbram & ſimulachrum religionis, quando in tali voluntate fidei & religionis conſtantiſſimè nomen ponere nimis ſit inſulſum, quod dico verum eſſe, etiamſi Regi hanc tam infinitam poteſtatem traderetis. At quum eam fœminæ quoq; vendicetis, quum fœminam Euangelij & Eccleſiæ veſtræ caput faciatis, hoc prætere a tale portentum & prodigium eſt, quale ego nec cogitatione quidẽ poſſum aſſequi. Romani crearunt olim Iulium Cæſarem Pontificem maximum, & deinde Octauianum adoleſcentem, virum tamen. At vt quis mulierem conſecrauerit Pontificem maximam, hoc nunc primum temporibus noſtris, & in Anglicana ſolum regione auditum eſt, quod meritò Proteſtantes reliqui omnes execrantur, eſtque hoc multo impudentiùs, quam quod vos Papiſtis de Papa Ioanna ſoletis obijcere. Illi enim permagna contentione negant tale quippiam extitiſſe, & hiſtorias omnes, argumẽta & coniecturas laborioſè & auctiſſimè perſcrutãtur, è quibus eam ab Eccleſia ſua maculam & ignominiam abſtergant. At vos fœminam verè & reipſa Pontificem conſtituitis, & iuramẽtis omnes veſtrates ad huius Pontificatus profeſſionem cogitis, & legibus latis lęſæ maieſtatis eum damnatis, qui contra hanc Pontificalem potentiam quicquam dixerit, & ita Eccleſiam veſtram ordinaſtis, vt perpetuo fœminas Pontifices habere poſſit, quia legi parlamentari hæc authoritas ad regni hæredem qualemcunque deuoluatur, quæ vt natura & generationis ordine poteſt eſſe filia, ita ſucceſſionis ordine vt multi putant verè eſt fœmina. Et quis præſtabit ne in eodem ſexu ſucceſſio ad futuras ætates cõtinuetur. SAMVEL. Hoc quod ais de Regina Eccleſiæ noſtræ capite, quamquam ea fœmina ſit multis naturæ & ingenij dotibus perinſignis, eſt

tamen (fateor) labes quædā Eccleſiæ noſtræ pulchritudinem aliquantulū decolorans, in qua tollēda noui multos viros eruditos nō parū elaboraſſe. Neq; enim primatus iſte vel à nobis, vel à patribus noſtris tam fuit Regi donatus, quàm à Rege nobis inuitus arreptus, & ab Henrico quidē, magis odio in Pontificem Romanum, quam ex iudicio & certa deliberatione, à filio autem & filia potius aliorum ſuaſu quam ſua voluntate, & tamen Principes rarò ſolent deponere honorum titulos quocunque iure vel iniuria ſibi à maioribus relictos. MICHAEAS. Concedo quod dicis aliqua ex parte eſſe verum. Sic enim memini eſſe apud Foxum in Eccleſiæ veſtræ monumentis, quod *vbi propter diuortium cum vxore Catharina factum, Pontifex Romanus Regem excommunicaſſet, Rex hoc eius factum ita ſtomachatus eſt, vt paulò poſt conuocato parlamento curauerit Pontificiam authoritatem ex Anglia exterminari, & ſeipſum conſtitui ſupremum Eccleſiæ Anglicanæ caput.* Sed vt præteream hoc fuiſſe Foxo diſſimulandum, ſi vel Euangelij ſui, vel Regis honori conſuluiſſet, ne Papiſtæ exciperent dignum fuiſſe patella operculum, dignum tali Euangelio principium, ex odio nimirum, ſtomacho, iracundia & vindictæ cupiditate profectum: vt præteream tuum tuique ſimilium Miniſtrorum & Epiſcoporum officium poſtulaſſe; vt è pulpitis veſtris contra hanc hæreſim fulminaretis nec veterem errorem nouis parlamenti veſtri ſtatutis in tanta Euangelij luce confirmari pateremini: præter hæc, dico nec maioribus veſtris planè inuitus hanc primatū Henrico Octauo obtigiſſe. Quis enim erat ea tempeſtate verus Euangelicus, qui non hanc prærogatiuam Pontifici Romano ereptam iure diuino Regi competere prædicaret? percurre in monumentis veſtris Eccleſiaſticis hiſtorias Martyrum eorum, qui ſub eo mortem Euangelij cauſa perpeſſi ſunt. Exordium cape ab eo anno, quo Rex Cathedram hanc Pontificiam aſcendit, & aduerte ſi vel vnum aliquem Martyrem Euangelicum hanc ob cauſam morti adiudicatum legeris, quod Regis primatum improbauerit. Neminem Samuel, neminem prorſus expiſcaberis, at ſi qui huius Eccleſiaſtici principatus ſuaſores fuerint, permultos nimirum reperies: & vt vnum exempli loco proferam, valdè memorabilis & lamentabilis eſt hiſtoria Doctoris Baruzij, qui viuente Regina Anna Bolenia, magnæ erat in aula & apud Regem authoritatis, & poſt Boleniam interfectam, pro altera Anna Cleuenſi vxore Regi obtinenda, idem Baruzius Regius erat apud Ducem Cleuenſem Orator. Is ad palum cum alijs duobus

Fox in hiſtoria pag. 512. editionis primæ.

Fox in hiſtoria Baruzij pag. 611.

duobus alligatus vt combureretur, quum à circunſtantibus mortis inferendæ cauſam rogaſſet, nec quiſquam ei explicare poſſet, paucis rei indignitatem deplorãs, ſic multitudinem affatus eſt. *Rex iam plenus & integer Rex effectus eſt, omnemq́; in regno ſuo obedientiam adeptus, quod nec Pater, nec Auus, nec vllus ex maioribus eius vnquam hactenus obtinuit, hocque totum eſt conſecutus prædicatione mea, meorumq́; hic ſociorum, & aliorum miſerorum hominum noſtri ſimilium, qui ſtudia noſtra contulimus noſq́; totos impendimus huic eius prærogatiuæ prædicandæ, & ecce hanc iam mercedem reportamus.* Non ergo Rex nobis inuitis hunc honorem inuaſit, ſed veſtri opem ei ſuam præbuerunt, imò *ſtudia ſua quam diligentiſſimè ſeque totos in illud opus impenderunt*, vt Rex eiecto Pontifice, omnem obedientiam tum quoad res politicas & ciuiles, tum quoad Eccleſiaſticas & diuinas ſibi vni aſſumeret. Poſtea mortuo Henrico patre, quum filius Edouardus ſuccedens Euangelium veſtrum pleniùs eo in regno promulgaſſet, ideoque permulti ex omnibus vicinis regionibus Zuingliani in eam inſulam confluerent, ibique tandem Eccleſiam peregrinorum conſtituere vellent; pro gratia Epiſcopali & Sacerdotali, pro Superintendentibus (inquam) & Miniſtris ad quos confugerunt? Num ad Archiepiſcopum aut Epiſcopos? non, ſed ad Regem & Conſiliarios. Extatq́ue in publicis eorum monumentis *Eccleſiarum peregrinarum Londini inſtitutio* facta à Rege illo per diploma Regium ſub hac verborum forma: *Edouardus Sextus Dei gratia Angliæ, Franciæ, & Hiberniæ Rex, fidei defenſor, & in terra Anglicanæ & Hibernicæ Eccleſiæ ſupremum ſub Christo caput. &cæt. Volumus quòd Ioannes à Laſco natione Polonus, homo propter innocentiam & integritatem vitæ ac morum & ſingularem eruditionem valde celebris, ſit primus & modernus Superintendens dictæ Eccleſiæ, & quod tales quatuor G. M. F. R. ſint primi & moderni Miniſtri. Damus præterea & concedimus præfatis, Superintendenti & Miniſtris & Succeſſoribus ſuis poſt mortem vel vacationem alicuius Miniſtri prædictorum, facultatem, authoritatem & licẽtiam de tempore in tempus eligendi, nominandi & ſurrogandi alium, perſonam habilem & idoneum in locum ſuum, ita tamen quod perſona ſic nominatus & electus præſentetur & ſiſtatur coram nobis hæredibus vel ſucceſſoribus noſtris, & per nos hæredes vel ſucceſſores noſtros inſtituatur in miniſterium prædictum.* Et mox ordinans quid debeat fieri, quando ipſe Superintendens obierit: *Concedimus* (inquit) *facultatem & authoritatẽ Miniſtris nominandi & ſurrogandi*

Simplex & fidelis narratio de Belgarum &c. Eccleſia in Anglia per Vtenhouium. pag. 17.

gandi

gandi alium, perſonam doctum & grauem in locum ſuum, ita tamen quod perſona ſic nominatus & electus præſentetur & ſiſtatur coram nobis, &c. Et per nos hæredes vel ſucceſſores noſtros inſtituatur in officium Superintendentis prædictum. Vnde vides (Samuel) Euangelicos non ſolum noſtros domi Anglos, qui vel amore Regum, vel terrore legum ad hanc diuiniorem de Regibus opinionem induci poterant, ſed peregrinos quoque Flandros, Gallos, Germanos, Polonos (ex his enim potiſſimũ nationibus hæc peregrinorum Londini Eccleſia coaluit Regium in Eccleſia Pontificatum agnouiſſe. Sed ne diutiùs hæream in hoc grauiſſimo vlcere Eccleſiæ veſtræ quod vix attigiſſem, niſi tua illa de calumnia criminatio hanc à me neceſſariam defenſionem expreſſiſſet, his omiſſis ad alia progrediamur.

ARGVMENTVM
CAPITIS DECIMI SEPTIMI.

Aliæ recenſentur perfectiones & prærogatiuæ Cleri Turcici ſuper Anglicanum, vt 1. quod Turcæ alienos à ſua religione patiuntur nec templa ſua ingredi, nec ſacra videre, multò minus ea miniſtrare. vbi quædam narrantur de monte Synai. Euangelici autem Sacerdotes Papiſticos ſola Põtificis Romani, (quem Antichriſtum putant) ordinatione creatos ſatis dignos arbitrantur, qui ſua ſacra adminiſtrent: imo iuxta eorum doctrinam multi Turcæ multis Miniſtris aptiores ſunt ad eorum miniſterium obeundum. 2. Turcici Sacerdotes alligantur ad preces pro ſe populoq́; faciẽdas multò magis quàm Anglici. 3. Sunt magis immunes à tributis, magiſq́; ab omnibus honorantur. 4. Coniugati in Anglia Sacerdotes legibus regni eius ſunt adulteri, & eorum filij ſpurij. 5. Angli habent ordinem Epiſcoporum quem vt prorſus Antichriſtianum Euangelici perfectiores reſpuunt, & quo ordine Turcæ carent.

CAPVT XVII.

ABSOLVAMVS ſi placet illud, quod iã prius inchoauimus, & à quo digreſſa oratio ad Eccleſiæ capita & Pontifices ſummos aſcendit. Reueniamus (inquam) ad miniſterium, cuius ego comparationem cũ noſtro Turcico exorſus, &

ſus,& hactenus interruptum nunc continuabo. Quare ad reliqua antepoſita hanc deinceps adiunge non mediocrem Eccleſiæ Cleriqúe veſtri labem,& noſtræ prærogatiuam. Noſti Samuel, (expertus es enim) eam eſſe Turcarum erga ſacra & ceremonias ſuas reuerentiam,vt Chriſtianos,Iudæos,& alios Prophanos homines ab ingreſſu Eccleſiarum ſuarum ſeuerè repellant, tantum abeſt,vt ſuſtineamus ſacra noſtra tractari, Alcoranum nobis in templo prælegi & explicari, & alia munera Eccleſiaſtica geri ab Chriſtiano, Schiſmatico, ambiguo Turca, aut aliquo qui non eſt ab infantia in ſtudio religionis noſtræ educatus in eaq; conſtanter perſeuerauerit. Recordaris (opinor) Hiſpanum illum Hieroſolymis conciſum in partes à noſtris,propterea quod diſſimulato habitu,templum noſtrum tempore orationis ſit ingreſſus. Hoc enim cuicunque homini nefas eſſe ducimus,niſi primum per Circunciſionis ſacramentum ad noſtrum ſe numerum adiunxerit. SAMVEL. Non eſt quod multis exponas tuorum in hoc genere curam & prouidentiam,quam ego tantam eſſe expertus ſum, vt mihi nec ſine cauſa crudelis, & peracerba viſa ſit; neque tu ipſe (niſi admodum fallor) tuos hoc loco ſuperſtitione,eaque valde craſſa poteris liberare. Ego certè in toto hoc itinere nihil mihi tam moleſtum aut aduerſarium ſenſi, nec quū Reipubl. veſtræ ſtatum indagarem,quam quum ceremonias religionis vel leuiſſimè offenderem. Talis enim error meus Hieroſolymis multas mihi plagas peperit, eò quod in templum illud oculos prætericns curioſiùs conijcerem. Similis error in Arabia, ſi rectè meminiſti, idem me ſupplicij genus ſubire fecit. Multa quidem illic vidimus pulchra & ſingularia, & quorum recordatio etiam adhuc nō parua me voluptate afficit,ita eorum monitu permultas ad memoriam reuoco Teſtamenti veteris hiſtorias & miracula. In radice enim montis, vbi monaſterium eſt ordinis D. Baſilij, non qualia in Europa ſunt opibus Regijs, & redditibus annuis in immenſum locupletata, ſed potiùs fructibus hortorum ab ipſis Monachis cōlitorum, & accedētium peregrinorum,tum Turcarum pietate mediocriter ſuſtētatum. Nobis oſtendebatur rupes,ad quam Moyſes è monte deſcendens primas legis tabulas confregit. Nec procul aderat in medijs arenis altera rupes, quæ à Moyſe percuſſa vim illam aquarum ad populum potandum effudit. Illinc aſcendentes infra ſummitatem Oreb (eſt enim mons Synai,non aliter quam Parnaſſus in duo diuiſus cacumina,quorum inferius dicitur ab incolis Oreb, ſuperius Synai) inuiſimus mo-

Theuet Coſmogr. vniuerſelle li. 6. c. 8.

Theuet Coſmogr. lib. 6. ca. 1.

Deut. 10.

Digitized by Google

mus monaſterium S. Catharinæ, in cuius Eccleſia ad dexteram Chori partem monſtrabatur ſepulchrum D Catharinæ virginis & martyris, vbi obſtupendo mihi ſpectaculo cernebam orationis cauſa in terram proſtratos nõ ſolum Chriſtianos, ſed etiam Arabes & Mahumetanos plurimos. Ex eo deinceps Choro in alterũ ſacellum deducebamur, quod illi vocant *ſacellum Rubi ardentis*, vbi narrabant Deum in rubo ardente apparuiſſe Moyſi. In hoc eodẽ monte ijdem referebant Eliam ſuam quaſi Quadrageſimã, hoc eſt, dies noctesq; quadraginta ſine cibo potuq; tranſegiſſe. In eiuſdem montis ſummo faſtigio vnum, in pede duo ſunt conſtructa ſacella, primũ D. Catharinæ, alterum Eliſeo, tertium Eliæ. Et non Monachi ſolum, ſed Mahumetani quoque aſſirmabant Eliam poſt 450. falſorum Prophetarum occiſionem, quum à Iezabele ad necẽ quæreretur, illuc confugiſſe. Inde ad ſupremum Synai montis ad verticem difficili & laborioſo admodum circuitu contendimus: per gradus enim quinquies mille & ſexcentos aſcenſu continuo, ſed in gyrum commeauimus: In extremo autem cacumine conſtituti deſpeximus ſubiectũ mare rubrum, variaſq; naues plenis velis ab Arabia in Ægyptum vel contra tranſmittentes, totamque circumiacentem regionem magna cum iucunditate perluſtrauimus. Poſtquàm autẽ vnde egreſſi ſumus ad ſacellum Eliæ reueneramus, à duce noſtro moniti ingrediebamur ſpeluncam quandam, in qua Moyſes antequã legẽ acciperet, dicitur 40. dies & noctes ieiunaſſe, ſupra quam quidam ex poſterioribus Sultanis Campſon (vt opinor) pulcherrimum fanum (quod illi Moſqueam vocant) ædificauit, quò frequentes maxima multitudine confluunt Mahumetani. Ita plurimum ſanè voluptatis capiebã ex iſtius montis cõſpectu, qui tam multis Teſtamenti veteris hiſtorijs, & maximorum Prophetarum Eliæ, Eliſei & Moyſis, ipſiuſq; Dei conſpicua præſentia, & legis veteris latiõe adeo erat memorabilis. Sed vt hæc mea voluptas aliquo dolore temperaretur, quum partim ad ſitim depellendam, quam multo labore contraxeram, partim propter ſocietatem Chriſtianorũ, quibus (te cum alijs Turcis in illa Moſquea veſtra derelicto) me adiunxeram, ad limpidum quendam fontem non procul illinc è ſaxo emanantem (quem Moyſis fontem appellant) bibiturus properarem, immanes illi Arabes magnis clamoribus nos adorti, & barbaris conuitijs inſectati vnicuiq; noſtrum quindecim plagas ſuis illis incuruis fuſtibus inflixerunt. Ita nefas planè ducunt, vt nos Chriſtiani vel templa eorum ſubeamus, vel ſacris adſimus,

Exod. 3.

Bellon des ſingularit. lib. 2. cap. 63. 64.

Baſtonades.

adſimus, vel fontes attingamus maiorum religione eorum vſibus conſecratos. Quare non eſt opus vt mihi probes tuorum hac in re diligentiam, quam ego ſemel atque iterum magno meo malo expertus ſum. Audiui etiam quũ eſſem Hieroſolymis Solymannum ad Franciſci Primi Galliarum Regis poſtulatum, aſſignaſſe Monachis Chriſtianis vetus quoddam ſacellum in monte Syonis eo in loco vbi Chriſtus dicitur vltimam cœnam cum ſuis celebraſſe, at poſt eiuſdem Regis mortem ſacellũ illud Chriſtianis eripuit, & ſuis Mahumetanis tradidit. *Theuet li. 6. cap. 10.* Qui autem hoc mihi narrabant, ijdem referebât id fuiſſe impetratum eo minore cũ difficultate, quia ſacellum illud olim à veteribus Chriſtianis fuit extructum, quod ſi Mahumetani ædificaſſent, tum verò vt nobis concederet, nullis maximorum Regum precibus paſſus fuiſſet ſeſe exorari. Putabat enim ſine infando & inexpiabili ſcelere nõ potuiſſe ſe intra ſua templa Chriſtianum cultum admittere. Quam nimiam eſſe religionem, vel veriùs manifeſtã ſuperſtitionem, neq; tu ipſe (vt opinor) negaueris. MICHAEAS. Quin potiùs impietatem eſſe ſentio, ſi quis cõtra opinetur. Si enim ego tuam fidem nefariam & idololatriam eſſe credo, quonam modo ſine impietatis tum participatione potero tibi templũ fabricare, vbi tu idololatriam committas? Quid hoc eſt aliud, quàm furioſo facem aut gladium in manus tradere, quo occurrentem confodiat, & ædes vicini incendat? Sed vt templa mittamus, & ad ea quæ in templis aguntur, & per quos aguntur veniamus, quemadmodum diligẽter cauemus, ne Chriſtianus quiſp am templa noſtra ingrediatur, interſit ceremonijs, libros ſacros inſpiciat, aut iſta minora nobiſcum participet: ita multò ſtudioſiùs obſeruamus, vt nemo nuper è Chriſtiano factus Turca, nemo neophitus ad miniſteriũ Eccleſiaſticum aſſumatur. Ad procuranda ſiquidem ſacra, & verbum prædicãdum apud nos portentum habetur, ſi quiſpiam aſpiret, qui nõ Mahumetano patre natus, à prima ætate cõſtans, & aſſiduus fuerit Mahumetanæ legis cultor: quanquã nos modò adhibem9 in hoc genere curam & diligentiã, eandem à primis Apoſtolicis Patribus in Eccleſia fuiſſe adhibitam, vt eorum myſterijs nemo Gentilis adeſſet, à multis video annotatum. Idq; præter priſcos Eccleſiæ Hiſtoricos Theodorus Beza quanquam nõ probet, fatetur tamen *pleroſq; ex vetuſtiſſimis illis Patribus Chriſtianorum ſacra nõ aliter quàm Cereris myſteria occultãda cenſuiſſe, adeò vt ne cathecumenos quidem ad ſpectandũ admiſerint.* *Beza epiſtola Theologica 8. pag. 73. 74.* Qui tã ſolicitè aduigilauerunt, ne quis vel cathecumenus eorum

rum myſteria aſpiceret, quanta credibile eſt eos ſolicitudine cauiſſe, ne quis prophan⁹ eadē myſteria attrectaret, aut administraret alijs. Vt enim Chriſtus præcipit margaritas ante porcos non proijcere, nec ſancta dare canibus; ſic Moſes multas & varias purificationes præſcripſit Sacerdotibus illis, qui antiquitus Deo erant immolaturi ſacrificia, à quibus etiam omnem vel leuiſſimum corporis vitium aut næuum voluit abeſſe. Vnde & Rabbini in præceptum illud Leuitici de Sacerdote delegendo numerant pluſquam centum viginti maculas *in* varijs corporis partibus, quibus omnib⁹ carere debebat, quiſquis Sacerdos ſanguinarijs illis hoſtijs & ſacris in templo Salomonis erat daturus operam. quorſum hæc? niſi vt oſtenderetur maximam curam ſtudiumque poni debere in Sacerdote eligendo, qui diuinis myſterijs præeſſet. Quid autem vos? Myſteria religionis veſtræ tanquam contempta & ſordida etiam viliſſimæ hominum fęci proſtituitis, nec modo his qui veſtræ ſunt fidei, ſed etiam qui fidei veſtræ capitales ſunt aduerſarij. Reuoca ad memoriam (id enim per ætatem potes) primo Reginæ ad regnum Anglicanum acceſſu, quinam maximè Eccleſiam Anglicanam regebant, quinam erant Epiſcopi, qui Miniſtri? Noſti pleroſque omnes fuiſſe Monachos aut Sacerdotes Papiſticos, à Romano Pontifice vnctos & conſecratos. Quis autem eſt Romanus Pontifex? Si Magiſtris tuis fidem habes, veriſſimus Antichriſtus. Sic enim de generali Eccleſiæ Euangelicæ ſententia teſtatur Theodorus Bibliander. *Hæc* (inquit) *Apodixis perfectiſſima eſt in prima figura & Baroco. Quiſquis ille hominum eſt, cui ſoli definitio & ea omnia conueniunt, quæcunq; Vates prædixère de Antichriſto, ille ſine dubio eſt Antichriſtus. Cæterùm Papæ Romano poſt obitum Gregorij Magni ſanctiſſimi Patris & optimi Paſtoris, ſoli & omni omnia quadrant, quæcunque prædixère Patres de Antichriſto; Papa igitur omnis ab eo tempore eſt Antichriſtus.* Quam apodixim ſicuti & alia argumenta multa in ſuam Academicam orationem tranſtulit Regineus veſter in Academia Cantabrigienſi Theologiæ Profeſſor, adeo vt nullus apud vos articulus Symboli Chriſtiani videatur eſſe confirmatior, quam eſt hic de Antichriſto Romano. Et tamen iſtius Antichriſti Romani Sacerdotes nullis nouis ritibus à vobis deſecrati, nulla ordinatione à vobis inſtituti, ſed ſola vnctione Pontificis Romani, hoc eſt, Antichriſti, & religionis veſtræ hoſtis ſempiterni, qui vos omnes anathemate confixerat, ijdemque clandeſtini (vt probabile eſt) eiuſdem religionis veſtræ inſidiatores, populi veſtri

Matth. ca. 7. ver. 6.

Leuit. 21. v. 17. Vide Munſterũ in eum locum.

Bibliander in Orat. ad Principes Germaniæ. pa. 72. Errat in Baroco, & in toto ſyllogiſmo VVitake. in fin. lib. de Antichriſto.

Paſtores

Paſtores agebant, Euangelium veſtrum illis explicabant, Sacramenta veſtra illis miniſtrabant; ſed tanta cum eorum contemptione & deſpicientia, quantam pudor eſt commemorare. Illud vnum liberè dixero, veſtros homines hoc nunquam fuiſſe admiſſuros, ſi vel Euangelij, vel Sacramentorum ſuorum reuerẽtia vlla eorum animos occupaſſet. Certè apud nos longè ſecus fit, ad quos etſi ſæpenumero confugiant abiectis cucullis, & religione Catholica Religioſi ex ordine D. Baſilij, Franciſci &c. Potiſſimum verò Miniſtri Hungari, Germani, Tranſyluani, Poloni, quorum multi annuis penſionibus peramplis à Principe noſtro honorantur, eorum tamen nullus vnquam ad honorẽ Eccleſiaſtici noſtri miniſterij aſpirauit. Neque ſi multos annos in Turcia egeris, vnquam tale aliquid factitatum audies. Quanquam non eſt, quod in vobis hoc erratum valde reprehẽdam, quum ita ex hac parte confirmata ſit religio veſtra, vt Maurus aliquis, aut Indus, aut Tartarus magis fortaſsè ſit idoneus ſacris veſtris peragendis, quàm ex ipſis Miniſtris plerique. Quum enim miniſterij eſſentia & vis tota à baptiſmo hauſta ſit, baptiſmus autem nullam omninò conferat ſanctificationem, ſed antegreſſam à ventre matris ſanctificationem obſignet, iſque in prædeſtinatis quidem verum atque efficax ſit ſigillum, in reprobis autem, vbi nulla antecedit ſanctificatio, falſum & mendax, quumq; vos ipſi fateamini ex Iudæis & Mahumetanis multos prædeſtinatos eſſe, ex veſtris baptizatis pleroſque reprobos, conſequens eſt Mahumetanos multos miniſterio veſtro eſſe aptiores, quã eos, qui apud vos de Miniſtrorum nomine gloriantur. Illi enim humanam tantum vocationem deſiderãt, quum habeant diuinam, iſti autem humanam habent aliquo modo, ſed tamen & eam valdè dubiam atque incertam: diuinam verò quæ caput eſt, nullo modo prorſus, ideoque laruæ ſunt Miniſtrorum potiùs quam veri Miniſtri, quum Dei gratia ipſiſſima miniſterij medulla, & quaſi ſpiritu & vita deſtituatur. Sed propiùs adhuc intuere Samuel miniſterij veſtri ſtatum, & vide quantò plura tibi perpetuò occurrunt, propter quæ niſi valdè in nos iniquus ſis, Clerum Turcicum Anglicano cenſeas anteferendum. Miniſtri officium poſtulat præter conciones, & quæ ſuperiùs attigimus, vt etiam crebro Deum pro populo ſibi commiſſo deprecetur, & hanc ob cauſam is tãquam ſequeſter inter Deum & populum inſtitutus eſt, populique laboribus alitur, vt pro populo apud Deum intercedat. Recordare quemadmodum *Hebr. 5.* Paulus iuxta ipſius Dei doctrinam in libris Moſaicis & Propheticis

Digitized by Google

pheticis traditam Sacerdotem deſiniat, nimirum, *vt ex hominibus aſſumpt⁹ pro hominib⁹ conſtituatur in ijs quæ ſunt ad Deū, vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis, qui propterea debet, quēadmodum pro populo, ita etiam pro ſemetipſo offerre pro peccatis.* Hæc definitio in noſtros plenè perfectéq; congruit omni modo, in veſtros autem aut nullo prorſus modo aut admodum imperfectè. Nam nec *aſſumptionem* vel electionem legitimam habent (vt iam explicauimus) & *ea quæ ſunt ad Deum* perpaululum curant, in ijs quæ ſunt ad homines, ad victum, ad veſtitum, ad cibum ſibi ſuiſque comparandum, propter rei domeſticæ tenuitatem & inopiam toti occupati: & (quod præcipuum eſt) vt *offerant dona & ſacrificia pro peccatis*, quod Turcæ iuxta Apoſtoli Canonem diligenter obeunt, id illi contra Apoſtoli præſcriptum putant à ſuo officio alieniſſimum. Saltem metaphoricè iuxta communem ipſorum interpretationem iſta præſtare debent, *dona & ſacrificia orationis* Deo crebriùs offerendo At tota hebdomada nec tale quid ab eis exigitur, nec ipſi putant hæc ſacrificiorum genera ab ipſis magis quàm à promiſcua multitudine requiri. Ideoque poſtquam diebus Dominicis orationes quaſdam, & Pſalmos coram populo recitauerint (conciones enim quas dixi rariores ſunt, & à paucioribus Miniſtris adhibentur, nec ad eas quiſquam Miniſter ordinaria Principis lege, niſi quater in anno aſtringitur, & licet nec ſemel toto anno concionetur, leui tamen pecuniæ mulcta legis tranſgreſſionem poteſt redimere, vnde & alicubi in oppidis propè ipſas Academias ſitis, vbi probabile eſt redundare Concionatores, totis quatuor annis nec vnica talis concio audita eſt, &c. in reliquam totam hebdomadam præclarè ſe officio defunctos exiſtimant: & à Pſalmis, à concionibus, ab orationibus, à ſacrificijs pro ſua populiq; ſalute offerendis ſiue veris, ſiue metaphoricis liberi ſunt & ſoluti. At in Turcico miniſterio longè eſt ſecus, vbi & Sacerdos quum opportunū eſt, vera ſacrificia Deo immolat, & orationibus crebrimè factis Deum ſibi populoque placare laborat. Nullo ſiquidem toto anno dies elabitur, quo non his ſacrificijs Dei miſericordiam ſibi ſuiſque implorat. Sacerdos enim primò ex altiſſima turri tempus orandi populo quinquies denunciare, & ipſe *inter diem & noctem tenetur toties diuerſis temporibus orare*, idque *in templo*, vt & locus cum magis commonefaciat officij, & propter loci reuerentiam Sacerdos religioſiùs ſuo muneri incumbat, & ſi quis è populo religioni ſit addictior, ad templum cum Sacerdote comprecaturus accedat.

Cartvvr in 2. replic. pag. 304.

Bellon des ſingular. lib. 3. ca. 31. Munſter. Coſmogr. lib. 4. pagin. 972. Poſtell. de la religion. des Turcs pa. 47. 48.

Atque

Atque hoc adeo exactè & ſolicitè obſeruatur per vniuerſum Imperium Turcicum, vt verè arbiter nec vnum eſſe Sacerdotem, qui hac in re officium ſuum negligat. Nec enim tam lege coguntur, quàm ratione mouentur, nec tãtum reuerentia hominum, ſed multò magis timore Dei, magis pietate quam vtilitate, conſcientia quàm conſuetudine ad hoc præſtãdum impelluntur, quum apud vos vt nulla lex tale quippiã Miniſtris imponit, ita nulla hominum reuerentia, nullus timor Dei, nulla pietas, nulla conſcientia, nulla conſuetudo eos ad ſimilem Dei cultum vlla ex parte promouet. Atq; ex hoc & aliud conſequens eſt, quod mihi videtur egregium cleri noſtri decus & ornamentum Sacerdotes enim ob magnam quam dixi pietatem, *& quia ſciunt ceremonias legis, & ordinarias Eccleſiæ preces, præſidentq; Eccleſiis, & poſſunt docere alios, has ob cauſas liberi ſunt à ſeruitute, & omnibus exactionibus, tributis & aliis oneribus, & valde honorantur ab omnibus.* Quod vnum vix dici poteſt quam inſignem contineat Cleri huius dignitatem & præſtantiam, & ipſius etiam Alcorani honorem & laudem. Sacerdotum enim ſplendor & exiſtimatio, ſine dubio ad ipſius religionis gloriam redundat. Nec fieri poteſt, quin religio illa ſordeat & negligatur, cuius Miniſtros populus contemnit & deſpicit. Singulari ergo legis noſtræ prouidentia, & Imperatorum voluntate, & pietate populorum fit, vt Sacerdotes noſtri *honorentur ab omnibus.* Quumq; omnis vniuersè populus vectigalia perſoluat fiſco Imperatoris, ſoli Sacerdotes ab eo recipiunt ſtipendium, nec pendunt teruncium. Et quamuis ampliſſimi Principes, ipſi etiam Baſſæ, & qui ductis Imperatoris filiabus eius euadunt generi, proptereaque neceſſariò illi ſunt chariſſimi, nec hucirco deſinunt & vocari, & reuera eſſe Imperatoris ſerui, Sacerdotes tamen nec vocantur ſerui, & reuera ſunt liberrimi. Denique etiamſi populus & Principes vniuerſi mirificè reuereãtur Imperatorẽ, in cuius manu ſunt eorũm facultates omnes cum ipſa etiam vita, Sacerdos tamen, quia propter officium, quod diuina & cæleſtia tractat Imperatore ipſo ſublimior eſt, idcirco & à reliquis omnibus, & ab ipſo etiam Imperatore colitur. Conuerte iam oculos ad contemplandum Anglicani Cleri ſtatum, & c. quid iſtiuſmodi animaduertis? an nõ omnia ſunt penitus inuerſa? Nunquid enim Miniſtri veſtri à Principe & aulicis honorãtur? imò à plebeis hominibus deſpiciuntur, & continuis probris & contumeliis proſcinduntur. Nunquid ab *exactionibus, tributis & aliis oneribus* omnibus ſunt ſoluti? imò exactionibus, tributis & aliis

Miniſterium ſibi pagina 47.

oneribus plus quã reliqui plebei perpetuò ſunt oppreſſi. Quoties enim Parlamenta veſtra pecunias Reginæ perſoluendas imperant: à plebe, à mercatoribus, à ruſticis ſeptimam annui prouẽtus partem, à nobilibus quintam, at à Miniſtris tertiam ſemper partem mathematicè requirunt, adeò vt qui ſexaginta aureos annuatim percipit, eius ſummæ primò decimã partem (quæ nullo anno prætermittitur) & deinceps eius quæ ſupereſt, tertiam item partem numerare compellitur. Vt interim ſileam alias penſiones, quibus eos Patroni, Epiſcopi, Archiepiſcopi, Officiales & paritores exhauriunt, adeò vt ſi quis veſtrorum Miniſtrorum conditionem iuſtè expenderit eamque deinde cum Clero noſtro contulerit, verè iudicare poterit in Turcia omnes alios eſſe ſeruos, ſolos Miniſtros liberos: in Anglia contra etiamſi fortaſsè alij omnes non ſunt liberi, tamen Miniſtros maximè omnium eſſe ſeruos. Et quum hic Miniſtri etiam maximis Principibus ſunt reuerendi, illic Miniſtri etiam infimis è vulgo ſunt contemptiſſimi. Et quis hoc admiretur, quãdo nec dum Epiſcopi veſtri vllis laboribus impetrare potuerunt, vt virorum honeſtorum numero habeantur. Noſti enim antiquiſſimis Reipublicæ veſtræ legibus definitum eſſe, quod Sacerdotum coniugia ſunt inceſtuoſa, vxores ſint adulteræ, filij ſpurij, nec in vlla partem, vel bonorum, vel hæreditatis paternæ poſſint ſuccedere. Hæc lex vt abrogaretur, multis apud Principem & Parlamentum ſupplicationibus egerunt Epiſcopi, multis precibus ſolicitarunt Conſiliarios, nec quicquam hactenus potuerunt impetrare: Ergo adhuc remanent publicis Reipublicæ veſtræ legibus adulteri, in eorumque filios vt ſpurios plebis & ora laxantur, & digiti intenduntur. Neque deſunt ex acerrimis Euangelicis tũ Concionatoribus, tum ſcriptoribus qui editis in vulgus libellis hoc eis probroſè obijciunt. Et quemadmodum poſſibile eſt iſtos homines vllo eſſe loco, vel ęſtimatione apud aliquem virum bonum, qui ex fæce vulgi, Simoniacis ferè pactionibus, & propter inopiam in miniſterium irrepunt, nullis virtutibus ſunt commendati, nulla doctrina inſignes, qui rebus diuinis magis quam ruſticani homines non vacant, qui denique ſordidiſſimo è plebe, & viliſſimo quouis homuncione tantò ſunt impuriores, quantò in inceſtis libidinibus contra leges diuinas, & humanas magis quam alij volutantur, ſpurijſq; & meretricibus Rempub. complent, atque hac nefaria turpitudine omnium aures & oculos offendunt, adeò vt ipſorum baiulorum, & remigum ſtatus talium Epiſcoporum & Sacerdotum gradu

Parlamẽt. Anglic.

Hollinſ. deſcriptio Britan. lib. 2. ca. 5.

2. Admon. ad parlã. pag. 24.

gradu ſit præclarior multoque honeſtior. SAMVEL. Eſt ſanè fateor hæc aliqua Cleri Anglicani labes & contumelia, ſed tamen nec eam ad omnes Miniſtros extendere debes, quæ ſolum paucos comprehendit, & qualiſcunque eſt, magis à laicorum inuidentia quam rei veritate proficiſcitur. Eos enim tantummodo Miniſtros attingit, qui olim Sacerdotes Papiſtici fuerunt, ideoq; ſolennibus continentiæ votis aſtricti, qui iam magna ex parte interierunt. Et quod eorum quoque matrimonia quæ verbo Dei ſunt licita, legibus quoq; regni nō fiant legitima, neſcio cui cauſæ tribuere debeam, quam Nobilium malitiæ & arrogantiæ, qui hoc tanquam freno & capiſtro Prælatos ſuos voluerunt coërcere. Tempore certè Eduardi 6. Parlamentum omnes veterum Patrum & Conciliorum Canones contra huiuſmodi matrimonia fecit irritos, & deinceps decreuit Sacerdotum, & vxores, & liberos fore non minus quam aliorum legitimos, eodemq; planè modo in bonis paternis eos permiſit ſuccedere. Quod Parlamentum quum abrogauerit poſtea Maria, & veteres illos Conciliorum Canones ſuo reſtituerit vigori, criminoſum certè eſt in ijs qui hodie Euangelici ſunt, & ad Reipub. noſtræ gubernacula ſedēt, quod & ipſi Parlamentum hoc non rurſus abolent priori reſtituto, nec tam ſunt ad Epiſcoporum Euangelicorum honorem tuendum ſeduli, quam Papiſtæ fuerunt de ſuorum Conciliorum dignitate ſoliciti, & ad inurendam Epiſcopis noſtris tantam turpitudinis notam intenti. MICHAEAS. An Miniſtrorum veſtrorum cōiugia ſint legibus licita, ſcio à Iuriſperitis diſputari, qui dicunt eos publico regni iure & moribus à Sacerdotibus non differre, ideoque ſi ſunt Sacerdotes, eidem legis reprehenſioni cum Sacerdotibus eſſe obnoxios, vel ſi Sacerdotes non ſunt, fures eſſe & latrones, qui ſub Sacerdotum nominibus Sacerdotia & Eccleſiaſticas dignitates inuadunt ſolis Sacerdotibus deſtinatas. Cæterùm de hoc ego non admodum laboro. Valeat lex contra eos ſolum, qui quondam Sacerdotes & voto alligati fuerunt, quos autem habuiſtis in initio Euangelij, quum Regina primo regnare inciperet Epiſcopos alios, quam qui prius fuerant Sacerdotes? percurre animo oēs Epiſcopales & Archiepiſcopales Cathedras, Cantuarienſem, Eboracenſem, Londinenſem, VVintoniēſem, Herefordiēſem, Exonienſem, & reliquas vniuerſas. Vix vnam nominabis, cui talis Sacerdos nō inſederit. Perluſtra Parochialium Eccleſiarum Miniſtros: pauci quidem venerunt è Geneua, ex officinis ſuis prodierunt nonnulli, ſed plerique omnes fuerunt Papiſtici vel Monachi,

Edvvar. 6 An. 2. cap. 21. & an. 5. c. 12.

vel Sacerdotes, quorum etiam adhuc in congregationibus veſtris ſuperſunt aliqui. Ex quo ſequitur, principia Euangelij, primitiuam Eccleſiam veſtram fuiſſe in inceſtuoſis Epiſcopis, in adulteris Sacerdotibus fundatam. At matrimonia (inquis) fuerunt iuxta verbum Dei? At adulteria fuerunt iuxta leges veſtras, quæ ſi in hoc tam nefariè verbo Dei aduerſatæ fuerũt, caue, ne quoad alia cum legibus diuinis pugnent. Vetera certè Concilia & Patres (vt ipſe noſti) aliter iudicarunt, & talia matrimonia vna cum Papiſtis & doctiſſimis ante Chriſtum natum Romanis Græciſque damnarunt, quod ſi & veterum conciliorum decretis, & Romanorum atque Græcorum iudicio, & Papiſtarum fidei veſtra quoque parlamenta aſſentiantur probabile eſt nec verbum Dei tam clarè matrimonijs talibus ſuffragari quam vos ſuſpicamini. Sed hæc quæſtio eſt aliena, nec ego concludere velim veſtros Epiſcopos & Sacerdotes eſſe lege diuina adulteros (abſit enim) ſed clero Turcico longè miſeriorem eſſe clerum Anglicanum, cuius ordinis præcipui Miniſtri, plurimi Archidiaconi, Diaconi, Epiſcopi, Archiepiſcopi legibus regni cenſentur adulteri. Et vide quemadmodum inſtar hydræ ex vno dedecore pullulat aliud, & vnius mali commemoratio aliud parit: ita male coagmẽtatum eſt miniſterium veſtrum. Dixi quædam de moribus & officio cleri veſtri, at de ordine & vocatione ipſa quãto plura dici poſſunt. Qui præcipua ſunt hierarchiæ Anglicanæ membra (poſt ſupremum caput) Epiſcopi & Archiepiſcopi, Deus bone, quam multis libellis inuectiuis fratrum veſtrorũ exagitantur! *Iſtud mi Cnoxe te cæteroſque fratres meminiſſe velim* (inquit Theodorus Beza) *iſtos Pſeudoepiſcopos Papatus reliquias Epicureiſmum terris inuecturos. Hanc peſtem caueant, qui ſaluam Eccleſiam cupiunt; & quum illam è Scotia in tempore profligaris, ne quaſo illam vnquam admittas, quantumuis vnitatis ſpecie quæ veteres etiam optimos multos refellit, blandiatur.* Veſtri domeſtici Miniſtri inflammato ſpiritu contra eos inuehuntur, tanquam *Antichriſtiani ſeminis reliquias, & qui bellum inferunt Chriſto & Eccleſiæ eius, & contra quos propterea pijs omnibus dimicandum eſt tanquam contra iuratos hoſtes Eccleſiæ Chriſti.* Alter prolixo volumine innumera teſtimonia & argumenta ex omnibus Eccleſiæ veſtræ Apoſtolis, Euangeliſtis, Doctoribus, Martyribus VVicleuo, Luthero, Baruzio, Hopero, Buccero, Muſculo, Caluino, Beza, Bullingero &c. coaceruat, quibus docet eos credidiſſe hunc Epiſcoporum ordinem eſſe *inuentum Antichriſti, venenum libertatis Eccleſiaſticæ, odioſum Chri-*

Beza epiſt. 79.

Admonit. 2. ad Parlament. pag. 35.

Cart in 2. replic. contra VVhitgift pag. 414. & 612.

ſto, dam-

ſto, damnatum ab Euangelio exoſum omnibus nuper reformatis Eccleſijs, plantam quam cæleſtis pater nunquam conſeuit, ideoq; radicitùs extrahendam Hæc ergo alia eſt prærogatiua Eccleſiæ noſtræ, quæ iſtos *Pſeudoepiſcopos*, quibus Anglicana Eccleſia vaſtatur, iſtos *Papatus & ſeminis Antichriſtiani reliquias, iſtos Epicuræos, iſtam peſtem Eccleſiæ, hoſtes Chriſti* nullos habet, ſed præter vnicum Pontificem. & duos vel tres eius coadiutores Cadileſqueros, de quibus ſuperius diximus, ſolis Sacerdotibus & Miniſtris regitur. Epiſcoporum vel Archiepiſcoporum ordinem prorſus ignorat. Sed abrumpendus eſt mihi hic ſermo, & ſilentio ſepelienda quę hic ſeſe offerunt, ne non tam miniſterium veſtrum præ noſtro extenuare videar, & imperfectionis coarguere, quam ſimpliciter reprobare, & demonſtrare omnino non eſſe clerum. Si enim Epiſcopi iſtiuſmodi ſunt plantaria Satanæ, & Antichriſti ab omnibus Euangelicis extra Angliam Eccleſijs damnata: & ſi deinceps Miniſtri veſtri legitimi Miniſtri non ſunt, vel quia legitimè vocati non ſunt, vel quia vix vllam functionem miniſterij legitimi obeunt, quę poteſt eſſe contentio Anglicani cleri cũ Mahumetano, quando illic an clerus vllus exiſtat, valdè eſt dubium, hic autem clerum eſſe, cumque valdè ordinatũ & à Pontifice ſummo, non Rege vel Regina (quo quid monſtroſius?) ſed Sacerdote gubernatum, & officijs Sacerdotalibus orandi, ſacrificãdi & prędicandi diligenter incumbentem, nemo mortalium poterit negare. Sed nihil minus cogito, quàm ex antegreſſis talem deducere concluſionem. Do libenter veſtros eſſe & Epiſcopos & Sacerdotes vel Miniſtros, nec cleri nomen eis detraho, ſed quam longè noſtri illis præferantur, quam nihil habeant mediocre vel tolerabile, quare clero Mahumetano comparentur, id ex iſtis paucis, quæ iam pręſenſui, meo iudicio valdè eſt manifeſtum. Quamobrem ab eo à miniſterio ad Eccleſiaſticam liturgiam, & imagines, quę ſola (ni malè memini) ſuperſunt diſputationis huius membra, quæ tam breuiter abſoluam, quam in hoc poſteriore fui paulò quam volebam prolixior. Neque enim puto velle te quippiam ex iſtis confutare. Qui enim in notandis ſacellis montis Synai, & locis præſentia excellentiam virorum ſanctificatis adeo fuiſti præter tuorum morem religioſus, nõ potes (niſi plurimum fallor) hanc tuorum impietatem defendere, quæ quoad plæraque à me annotata nimis craſſa eſt, & totius religionis cardines & firmamenta conuellit.

ARGVMENTVM CAPITIS DECIMI OCTAVI.

Liturgia Anglicana quoad ſubſtantiam eſt corruptior Turcica, quoad formam, magna ex parte cum ea conuenit, niſi quod Turcica eſt multò religioſior, quoad externas autem ceremonias lampadum, luminarium, genuflexionis &c. Anglicana eſt longè magis profana, multumq; Turcica concedit. Quoad Imagines Angli & Turcæ in eo concordant, quod Dei lege omnes prohiberi tradunt. In executione autem legis Anglorum longè maior eſt peruerſitas, qui ſolas pias Chriſti & Sanctorum imagines abolent, imagines principum ſuorum ſeruiliter colunt, turpes autem omnes, ipſa quoq; Ethnicorum Deorum idola libenter ferunt, cum Turcæ ſimulachra omnia ex æquo deteſtentur. Ex quibus omnibus hactenus diſputatis concludit Michæas Anglicanam religionem vix tenue veſtigium veræ religionis habere, ideoque Samuelem hortatur, vt ab ea ad Turcicam tranſeat, in qua nō minus quam nunc eſt, verè Euangelicus permanebit.

CAPVT XVIII.

SAMVEL.

HORVM multa vt defendere nolim Michæa, ita hominum magis quam rerum prauitati aſcribenda manifeſtum eſt. Vnde enim niſi à patronorum immani auaritia prouenit, quod Miniſtri adeo ſunt indocti & indigentes, vnde niſi ex paucorum rapacitate, quod ijdem continuis tributis & pēſionibus expilantur? Vnde niſi ab hominum malitia, quod ſcandalo ex cōiugijs Sacerdotum adulterinis concepto non occurritur? Vnde niſi ex eorundem improbitate, quod Miniſtri non magis honorantur? Mitto alia. Illud enim de multitudine orationum, neſcio vtrum ſuperſtitioſum dixerim, an pium. Certamen quoque de Epiſcoporum ordine valdè ambiguū eſt, & ancipiti doctiſſimorum hominum diſputatione iactatur, nec adhuc lis eſt terminata. Quod autem maximum eſt de primatu regineo, etiamſi ſcio legum noſtrarum acerbitatem, tamen antea præmonui quid exiſtimarem: quem video à noſtris hominibus, & nominatim ab

Cart. in 2. replica à pag. 411. ad 420.

tim ab eo quem tu proximè ſignificaſti, tam denſis, tamq; inuictis argumentis ab omni antiquitate, omniumque authorum varietate ductis, tum Eccleſiæ veteris Patribus, tum recẽtis doctoribus, ſcripturis etiam ſacris adeo abundanter copioſeque refelli, vt qualeſcunq; ſint leges noſtræ, qualiſcunq; ſenſus & mens eorum, qui leges illas tulerunt, ego tam manifeſtæ veritati nolim me opponere. MICHAEAS. Quod pleraque de quibus diſputatum eſt, vitia ſint hominum, minimè omnium dubito, atque idcirco ea in medium protuli, vt veſtrorum hominum vitia in ordinando miniſterio patefacerẽ. Vitium enim erat Regum, quod primatum ſibi in Sacerdotes arrogarent, vitium Epiſcoporum, quod tales Miniſtros inſtituerent, vitium parlamentorum quod ordinem Epiſcoporum ſi ita ſit, capitalis Chriſti & Eccleſiæ hoſtis admitterent: vitiũ & Regum, & Epiſcoporum & parlamentorum, quod miniſtros ex illis hominum ſordibus paterentur effici, quod eos in tantas victus corradendi neceſſitates conijcerent: quod eos ab orationibus & omni pietate adeo ſupra modum laxarent: & reliqua denique omnia veſtrorum hominum vitia & peccata ſint. Quemadmodum ex altera parte noſtrorum hominum eæ ſunt virtutes immenſis laudibus dignæ, quod miniſtrorum ſtatui & honori tam piè ſapienterque prouiderunt. Cæterum miſſa hæc faciamus, & abſoluamus ea quæ ſuperſunt, è quibus Eccleſiaſtica liturgia veſtra noſtræ adeo eſt ſimilis, vt admodum credibile ſit illius primos fabricatores noſtram tanquam Idæam animis ſuis prius concepiſſe, ad quam poſtea ſuam conformarent. Soli inter omnes Caluiniſtas Angli initio adhibuiſtis formam quandam orationum, quam ex miſſali Romano Epiſcopi veſtri, ipſi antea Sacerdotes Romani tranſtulerunt, ſed quæ paucis poſt annis apud omnes Miniſtros obſoleuit, & iam planè reiecta eſt. Quam liturgiæ formam Miniſtri doctiores per contumeliam *Miſſale Anglicanũ* vocant, & de quo ante annos viginti à politioribus miniſtris tum Oxonienſibus, tum Cantabrigienſibus audiui in familiari de his rebus colloquio, hanc ſeueram pronunciari ſentẽtiam, fieri nõ poſſe vt cum religione Anglicana vnquam rectè agatur, quoad illa Anglicana miſſalia ad vnum omnia flammis abſumantur. Quin & Proteſtantes veſtri domeſtici illa abrogata, nouam in eius loco ſubſtitui in dies deſiderãt & expectant, ſcriptoreſque veſtri & Miniſtri, illi nimirum, qui ordinibus Papiſticis nunquam initiati fuerunt, multis libellis cõtra liturgiam illam inuecti ſunt, tanquam *ex Papiſtico Miſ-*

ARGVMENTVM CAPITIS DECIMI OCTAVI.

Liturgia Anglicana quoad ſubſtantiam eſt corruptior Turcica, quoad formam, magna ex parte cum ea conuenit, niſi quod Turcica eſt multò religioſior, quoad externas autem ceremonias lampadum, luminarium, genuflexionis &c. Anglicana eſt longè magis profana, multumq; Turcica concedit. Quoad Imagines Angli & Turca in eo concordant, quod Dei lege omnes prohiberi tradunt. In executione autem legis Anglorum longè maior eſt peruerſitas, qui ſolas pias Chriſti & Sanctorum imagines abolent, imagines principum ſuorum ſeruiliter colunt, turpes autem omnes, ipſa quoq; Ethnicorum Deorum idola libenter ferunt, cum Turca ſimulachra omnia ex æquo deteſtentur. Ex quibus omnibus hactenus diſputatis concludit Michæas Anglicanam religionem vix tenue veſtigium veræ religionis habere, ideoque Samuelem hortatur, vt ab ea ad Turcicam tranſeat, in qua nō minus quam nunc eſt, verè Euangelicus permanebit.

CAPVT XVIII.

SAMVEL.

HORVM multa vt defendere nolim Michæa, ita hominum magis quam rerum prauitati aſcribenda manifeſtum eſt. Vnde enim niſi à patronorum immani auaritia prouenit, quod Miniſtri adeo ſunt indocti & indigentes, vnde niſi ex paucorum rapacitate, quod ijdem continuis tributis & pēſionibus expilantur? Vnde niſi ab hominum malitia, quod ſcandalo ex cōiugijs Sacerdotum adulterinis concepto non occurritur? Vnde niſi ex eorundem improbitate, quod Miniſtri non magis honorantur? Mitto alia. Illud enim de multitudine orationum, neſcio vtrum ſuperſtitioſum dixerim, an pium. Certamen quoque de Epiſcoporum ordine valdè ambiguū eſt, & ancipiti doctiſſimorum hominum diſputatione iactatur, nec adhuc lis eſt terminata. Quod autem maximum eſt de primatu regineo, etiamſi ſcio legum noſtrarum acerbitatem, tamen antea præmonui quid exiſtimarem: quem video à noſtris hominibus, & nominatim ab

Cart. in 2. replica à pag. 411. ad 420.

tim ab eo quem tu proximè ſignificaſti, tam denſis, tamq; inuictis argumentis ab omni antiquitate, omniumque authorum varietate ductis, tum Eccleſiæ veteris Patribus, tum recẽtis doctoribus, ſcripturis etiam ſacris adeo abundanter copioſeque refelli, vt qualeſcunq; ſint leges noſtræ, qualiſcunq; ſenſus & mens eorum, qui leges illas tulerunt, ego tam manifeſtæ veritati nolim me opponere. MICHAEAS. Quod pleraque de quibus diſputatum eſt, vitia ſint hominum, minimè omnium dubito, atque idcirco ea in medium protuli, vt veſtrorum hominum vitia in ordinando miniſterio pateſacerẽ. Vitium enim erat Regum, quod primatum ſibi in Sacerdotes arrogarent, vitium Epiſcoporum, quod tales Miniſtros inſtituerent, vitium parlamentorum, quod ordinem Epiſcoporum ſi ita ſit, capitalis Chriſti & Eccleſiæ hoſtis admitterent: vitiũ & Regum, & Epiſcoporum & parlamentorum, quod miniſtros ex illis hominum ſordibus paterentur effici, quod eos in tantas victus corradendi neceſſitates conijcerent: quod eos ab orationibus & omni pietate adeo ſupra modum laxarent: & reliqua denique omnia veſtrorum hominum vitia & peccata ſint. Quemadmodum ex altera parte noſtrorum hominum eæ ſunt virtutes immenſis laudibus dignæ, quod miniſtrorum ſtatui & honori tam piè ſapienterque prouiderunt. Cæterum miſſa hæc faciamus, & abſoluamus ea quæ ſuperſunt, è quibus Eccleſiaſtica liturgia veſtra noſtræ adeo eſt ſimilis, vt admodum credibile ſit illius primos fabricatores noſtram tanquam Idæam animis ſuis prius concepiſſe, ad quam poſtea ſuam conformarent. Soli inter omnes Caluiniſtas Angli initio adhibuiſtis formam quandam orationum, quam ex miſſali Romano Epiſcopi veſtri, ipſi antea Sacerdotes Romani tranſtulerunt, ſed quæ paucis poſt annis apud omnes Miniſtros obſoleuit, & iam planè reiecta eſt. Quam liturgiæ formam Miniſtri doctiores per contumeliam *Miſſale Anglicanũ* vocant, & de quo ante annos viginti à politioribus miniſtris tum Oxonienſibus, tum Cantabrigienſibus audiui in familiari de his rebus colloquio, hanc ſeueram pronunciari ſentẽtiam, fieri nõ poſſe vt cum religione Anglicana vnquam rectè agatur, quoad illa Anglicana miſſalia ad vnum omnia flammis abſumantur. Quin & Proteſtantes veſtri domeſtici illa abrogata, nouam in eius loco ſubſtitui in dies deſiderãt & expectant, ſcriptoreſque veſtri & Miniſtri, illi nimirum, qui ordinibus Papiſticis nunquam initiati fuerunt, multis libellis cõtra liturgiam illam inuecti ſunt, tanquam *ex Papiſtico Miſ-*

ſal. & Breuiario conſarcinatā manifeſta mendacia, impias battologias Iudaicas ceremonias continente, quo verbum Dei phantaſticè, prophanè & ethnicè tractatur, Sacramenta cœna & baptiſmi impiè miniſtrantur, preces fiunt partim falſa, partim ſtulta, partim ſuperſtitioſa, quæ deniq; tam multis errotibus & hæreſibus redundat, vt illi maluerint carceres, vincula, & extremum mortis periculum ſubire, quàm ſuo miniſterio talem liturgiam probare. Quare cum hac adeò turpi & deformi liturgia noſtram Turcicam non comparabo, ne tu obijcias me Euangelij veſtri infirmiora quæque ſeligere, cum quibus noſtra optima componam. Sed hac liturgia vt magis corrupta, ad puriorem illam, quam Eccleſiæ Geneuēſis, Tigurina, Gallicana, Scotica, & qui inter vos ſunt Proteſtantes magis reformati amplectuntur, tranſeamus, & eius ad noſtram comparatione, quæ ſit vtrinque ſimilitudo vel diſſimilitudo iudicemus. Iſtæ igitur liturgiam ſuam generaliter definiunt prædicatione verbi, quæ ad ſeſquihoram vt maximè durat, quã antecedit cuiuſdam Pſalmi Dauidici cantio, determinat precatio quædam à Concionatore concepta & accommodata ad præſentium temporum neceſſitatem. Nam de Euchariſtica diſtributione panis & vini antea, quantum ſatis videbatur, diximus. Conſtat ergo maximam partem veſtræ liturgię in prędicatione conſiſtere. Repete iam ex altera parte, quæ tui ſcriptores de noſtra liturgia commemorant. *Sacerdos ſuggeſtum aſcendit, & ad duas circiter horas concionatur. Peracta concione aſcendunt duo pueri, qui cantando ſuas preces pronunciant, peracto eorum cantu incipit Sacerdos cum toto populo cantare ad ſemihoram laudes vnius Dei.* In concione nihil vides quod non ſit æquale, niſi fortaſſe longitudo noſtra veſtra breuitate ſit paulò religioſior. Semihoram quam pueri conſumunt in precibus diſtinctæ recitandis, quibus populi mens & erudiatur & excitetur, periniquus es iudex, niſi ſaltem æquare velis vni aut etiam alteri Pſalmo Dauidis, quē apud vos promiſcuè & confuſè viri, mulieres pueri, puellæq; canunt Precationi Miniſtri veſtri optimo iure oppono alteram ſemihoram (ad tres enim fere horas liturgia noſtra continuatur, quum veſtra communiter ſit dimidiato contractior) quam mira cum humilitate & pietate proſtrati in terram eamque deoſculantes, Sacerdos populuſq; ſimul precantes tranſigunt. Non attingo quæ ſunt in precibus noſtris abſtruſa & recondita, quæ mirificam ſanctitatem olent. Hæc quæ commemoraui, omnibus nota, à veſtris hominibus ſcripta, & in omnium oculis poſita, probant litur-

[illegible] ſal. [illegible] pag. 41. 43.

VVhiteg. in defen. Admonit. Tractat 9. ca. 1. diuiſ. 14. pag. 482.

liturgiā noſtrā optimè cū veſtra poſſe contendere. SAMVEL.
Sanè vt non video, quid in ea admodū reprehendam, ita neq;
concipio, quin aliqua cum ſuperſtitione coniuncta ſit multi-
plex illa battologia vnius Dei nomen ter ties inculcans, quod
ſemel atq; iterum, aut ad ſummū tertiò repetitum, in mentib.
auditorum, niſi admodum eſſent hebetes & tardi, ſatis altè in-
ſideret: ſin verò ad aliquid à Deo poſtulandū pertineat, ſemel
duntaxat voluntatem noſtram expoſuiſſe abundè ſufficiſſet.
Quare non intelligo quemadmodum hoc diſtet à Papiſtarum
more ſalutationem quam vocant Angelicam centies aliquā-
do infra ſemihoram iterantium. MICHAEAS. Hęc eſt Samuel
Magiſtrorum tuorum in oratione definienda ignorantia, qui
nullam norunt orationem, niſi qua aliquid à Deo petimus,
quum oratio ſit quæcunq; eleuatio mentis ad Deum, etiamſi
nihil poſtulemus, vt quando eius magnitudinem, bonitatem,
miſericordiam, omnipotentiam, & diuinitatem intimis ani-
mis contemplamur. An tu tres illos pueros in fornace Baby- *Daniel. 3.*
lonia non putas oraſſe Deum, quum cogitatione omnia crea-
turarum genera à ſummis cœlis ad infimam vſq; terram per-
luſtrantes, omnia excitarent ad Dei laudes celebrandas? Ma- *Luc. 6.*
gnus ille Propheta Chriſtus quum integras aliquando noctes *v. 12.*
in oratione poneret, an eum arbitraris nihil niſi vota & poſtu-
lata emiſiſſe? Veteres illos Monachos, qui ab hominum fre-
quentia ſegregati in ſyluis, in montib. in deſertis, vitam tradu-
cebant, cuiuſmodi millia aliquot in ſolo monte Athos vidiſti,
qui ad trium illorum puerorum imitationē in ſolis creaturis
Dei gloriam cū Propheta regio ſuſpiciebant, quis niſi mentis
inops negauerit Deum puriſſimè ſanctiſſimeq; orauiſſe? Quid *Pſalm. 18.*
verò de gratiarum actione ſentis, an non ea veriſſima eſt ora-
tio, etiamſi non ſit poſtulatio? Ego ſanè huiuſmodi orationes
longè anteponēdas cenſeo illis vel concionibus vel precibus,
quæ ſolæ in Eccleſijs veſtris vſurpantur. Quum enim oratio-
nis ille ſit proprius finis, vt volūtas & affectus noſter Deo vnia-
tur, vt perfecta mēte eius maieſtatem honoremus & reuerea-
mur, mihi hoc videtur ab eo plenius & perfectius pręſtari, qui
in ſola Dei bonitate contuenda defixus hæret totus ſine vlla
ſuæ vtilitatis ratione, quàm ab eo qui mentem ſuam quaſi di-
uiſam habet, vt alteram partem tribuat Deo, alteram ſuis ne-
ceſſitatibus accommodet. Hoc modo qui precatur, pre-
catur quidē bene, at niſi ego plurimum fallor, qui priore mo-
do precatur, precatur purius, diuinius, & excellētius, & Ange-
licā quodammodo perfectionē ſuis in orationib. repręſentat.
Atque

Digitized by Google

Atque huc pertinet illa quam tu vocas battologia noſtra, quæ eò ſolùm refertur, vt crebra vnius Dei cõmemoratione mens noſtra ad eum vnum vnicè colendum excitetur, gratiaſq́ue ei perſoluendas, qui nos ab horribili Gentium impietate cœlũ, aſtra, beſtias, innumerabiles Deos colentium liberauit, & ſua vnius veri Dei cognitione imbuit. Etſi Papiſtæ in illa quam ita frequentant ſalutatione, eò intelligentiam ſuam conferant, vt crebra repetitione mentem aſſuefaciant maximo illi beneficio ponderando, quo Deus admirabilem Prophetam ex caſtiſſima virgine, quam nos quoque honoramus & precamur, naſci voluit. ego nihil in eo Papiſtarum more video quod ſit vituperabile, imò nihil video quod non ſit ſummopere laude & commendatione dignum. Quare vt hæc quæ eſſentiam liturgiæ noſtræ continent, magna ex parte veſtris concionibus ſunt æqualia, bona ex parte excellentiora, ita externæ ceremoniæ, quæ vobis ſunt nullæ, nobis perpaucæ, ſed ex valde egregiæ, & diuino cultui admodum conuenientes, oſtendunt nos iſta facere ex vera pietate ad honorem Dei, vos autẽ veſtra peragere ex conſuetudine potius vel metu, ne mulctam pecuniariam Principi ſoluatis, quàm quod pietatem vel Dei honorẽ quicquam æſtimetis. Noſtra enim templa orationis temporibus lampadum & luminum multitudine ita colluſtrantur, vt ipſius cœli ſtellulis diſtincti figuram quandam repræſentent. Quæ ceremonia vt olim in templo Hebræorum ex ipſius Dei præſcriptione fuit in vſu, ſic in primo item Eccleſiæ primitiuæ flore, in medio perſecutionum cruentiſſimarũ æſtu diligenter obſeruabatur, quemadmodum Hiſtorici quidam Proteſtantes ex hiſtoria Laurentij Martyris annotarunt, deſcribentes enim ornatum Eccleſiæ, inter alia & hæc ex antiquis monumentis afferunt.

In Anglia qui Zuinglianas Eccleſias adire recusãt, ſingulis mẽſib. ſoluunt Principi coronatos 66. Exod. 25. v. 31. Magdeburgen. Centur. 4. cap. 6. pag. 449.

Pendent mobilibus lumina funibus,
Quæ ſuffixa micant per laquearia.

idq́ue tanta multitudine & copia, vt

Credas ſtelligeram deſuper aream,
Ornatam geminis ſtare trionibus,
Et qua Phoſphoreum temo regit iugum,
Paſſim purpureos ſpargier Heſperos.

Tempore autem Conſtantini Imperatoris per totam Eccleſiam Orientalem & Occidẽtalem ita hæc inſignis ceremonia increbuit, vt Vigilantius hæreticus ſit habitus, quod in cereos, lampades & luminaria rutulante ſole prophano ſpiritu iocaretur. A primis autem Iudæis Chriſtianiſque ducta con-

Hieronymus cõtra Vigilantium.

ſuetudo hęc ita deinceps per omnes orbis nationes permanauit, vt quæ aliquam præ ſe ferunt religionis ſpeciem, diligenter hunc ritum obſeruent. Arabes vix credibile eſt, quam ſint in hoc genere ſplendidi & profuſi. Extremi apud Indos Calecutij delubra ſua exornant *ardētibus lucernis & lichnis penſilibus, & id genus luminaribus propè innumeris.* In Africa quis vnquam templū aliquod in aliqua ciuitate celebriore ingreſſus eſt, in quo vim quandam iſtorum luminarium non aſpexit? Mitto ciuitatem Feſſanam Mauritaniæ, de qua dixi ſuperius. Mitto alias orbis nationes omnes in hoc ritu conſentiētes. Deus nimirum, qui primus per Prophetam ſuum Moyſen huius fuit ceremoniæ inſtitutor, optimè nouerat illam multū valere ad mentes ſuorum exſuſcitandas, & accēdendam in eis pietatem. Quam propterea ceremoniam poſt Iudæos primi Chriſtiani optimi martyres & patres, & ab illis poſteriores Chriſtiani, Mahumetani, Turcæ, & gentiles receperunt. Soli vos Euangelici Zuingliani (nam Lutherani multi in hoc à vobis diſſentiunt) neſcio qua perſuaſione moti, vel vt pecuniæ parcatis, vel vt Eccleſiaſticos veſtros conuentus à communibus ad conuiuandum coitionibus nulla nota diſcriminetis, hunc morem reſpuitis. Idem dicendum eſt de thure adolendo, quod item à Deo olim ad honorem cultus, nominiſq; ſui iniunctum, omnes (vti opinor) per terrarum orbem nationes ad ſe traduxerunt. Nec enim illud noſtri ſolummodo Turcæ adhibent, ſed omnes quoque Mauri, Arabes, Tartari, Perſæ, omnes Abiſſini, qui viuūt ſub ampliſſimo Prete-Ioannis imperio, populi denique de quibus vnquam mihi audire contigit (ſolis Euangelicis exceptis) vniuerſi per Aſiam, Africam vel Europam. Sed vt hæc & alia quædam huius generis omittam, illud mihi videtur magni momenti, quod noſtri liturgiam ſuam peragunt flexis genibus, & proſtrato in terram corpore, quæ eſt verè religioſa, ſancta & ab omnibus Patriarchis & Prophetis vſitata ceremonia, & egregium ſignum hominis ſeſe coram diuina maieſtate humiliantis, quum veſtri ipſam etiam communionem (quæ eſt liturgiæ caput) percipiunt ſedentes vel ambulantes. Hunc enim ritū, nimirum vt ambulantes panem Euchariſticum percipiant, vidi in Eccleſijs Caluinianè Euangelicis Palatinatus Rhenenſis, & audio in quibuſdam Eccleſijs Anglicanis eſſe receptum, quanquam Epiſcopus & Martyr Hoperus, & Puritani, magis probent accubitum, tanquam Chriſti facto & exemplo magis conſentaneum; Omni autem modo reſpuunt *genuflexionem, quæ eſt Antichri-*

Ludouic. Patritius nauigat. libr. 1. c. 12. Ibid. libr. 3. cap. 25.

Leuit. 2. Exod. 30. Thenet Coſmogr. lib. 2. c. 14. Paulus Venetus lib. 1. cap. 67.

2. admon. ad Parla. Muſculus in locis cōmunib. de cœna Domini pag. 97.

Digitized by Google

tichriſtiana, & à Romano Antichriſto introducta. Quam rationem & alij multi præmunt, & præcipuè VVolfgangus Muſculus, & propter quam ait *nonnullis Eccleſijs Heluetìcis placere (Tigurina & Geneuenſi) vt ad menſam promiſcuè viri & mulieres* (veteri Græcorum conuiuantium more) *accumbentes ita cõmunicent.* Quæ vel ambulatio vel accubatio promiſcua, potiſſimum illa virorum cum mulieribus, non eſt habitus religioſius hominis Deum creatorem ſuum adorantis, ſed potius prophanus eſt geſtus hominis, cum homine ſodali ſuo compotantis, aut familiariter colloquentis, aut etiam proci ſponſam ſuam ambientis & ſolicitantis ad nuptias. Quod nos ita cauemus & fugimus, vt in Eccleſiaſticis virorum cœtibus nulla occaſione fœminam aliquam feramus, ſed eis precaturis locum à viris ſeiunctum & ſeparatum lex noſtra deſignat. Mitto alia multa, quæ in hoc loco commodè dici poſſent, nullas vnquam eſſe in Moſqueis deambulationes, nullas confabulationes, nullos riſus, iocos, ſermones nullos de mercatura, de vendendo, emendo & reliquis eiuſmodi, ſed perpetuam reuerentiam, modeſtiam & ſilentium. Quale quid ſi quis expectet in veſtris templis, ille pari probabilitate in ſyluis expectet piſces, & in fluminibus apros. Sed hæc ego tranſilio, quæ alius magis fortaſſe exaggeraret ad Eccleſiæ veſtræ liturgicam formam, & religionem multò magis abijciendam. Sed ea quin in multis ſit bona & ſancta, non nego, quoniam vero in permultis item manca eſt & mutila, hæc poſteriora cupio vt Eccleſia veſtra corrigat, & in dies ad perfectionem progrediendo compleat. Quemadmodum autem in hoc quod iam dixi, nimis prophana & populari rerum diuinarum tractatione offenditis, ita & in Imaginibus peccatis non minùs leuitate & inconſtantia. Præcepto Dei in Decalogo dicitis omnes imagines rerum, ſiue cœleſtium, ſiue terreſtrium, ſiue infernarum prohiberi. Illud quidem non malè, Papiſtas eò quod imaginibus Eccleſias ſuas decorare ſolent, & coram imaginibus Deum Sanctoſque precari, idololatras appellatis. Optimè, idque vobiſcum nos inprimis probamus. Quum Papiſtarum Eccleſias occupatis, eas ad Euangelij veſtri vſus & conciones componitis, inprimis confringendo imagines, & demoliendo altaria ſumma cum ratione. Sic enim & nos eaſdem Eccleſias Mahumetanis ritibus conformamus. Id quod ex communibus Chriſtianorum Hiſtoricis potes aduertere, qui ſcribunt Imperatorem Solymannum Budam Hungariæ à ſe ſubiugatam noluiſſe ingredi, priuſquam *Sacerdotes noſtri*

Poſtel de la religion des Turcs pag. 54.

Exod. 20.

Iouius hiſtor. lib. 40.

cele-

celebrius ciuitatis eius templum ſuo ritu expiantes, ſublatis nimirum Diuorum imaginib. & altarib. Deo optimo maximo conſecrarant. Idemque in Strigonio, Alba Regali & alijs eius regni ciuitatib. factum fuiſſe Chriſtiani magno cum dolore recordantur. Sed tamen in hac de Imaginibus fide quanto tota inter nos diſtet, imò quam ſit inſignis in vobis peruerſitas, & valdè præpoſtera imagines certas oppugnandi cupiditas, ex his paucis quæ iam dicam, mecum conſidera. Tritum eſt & vſitatum in pleriſq; omnibus maioribus Europæ ciuitatib. potiſſimum verò Romæ, in charta & ſerico imagines depingere Chriſti, Mariæ virginis, Petri, Pauli & aliorum Apoſtolorum, quas Papiſtæ veteri ſuo more ſtudioſè circumferunt. Vos ne eiuſmodi in inſulam veſtram deferãtur, grauiſſimis pœnis interdixiſtis. Quiſquis enim *picturam talem importauerit, quiſquis item talem picturam receperit, eo animo vt ſecum deferat, aut quocunq; modo vtatur, vterque omnibus bonis expoliandis decernitur, & prætereà perpetuis carceribus adiudicatur.* Magna pœna, & fortaſſe grauitate criminis, cui caſtigando apponitur, multò longeque atrocior: & tamen ſi ad legem Dei exactius cuſtodiendam hac veſtra lege vteremini, multò eſſet tolerabilior. Cæterum praxim Eccleſiæ veſtræ mecum expendito, & deinde de æquitate legis iſtius exiſtima. Huius quidem ſtatuti errore ſit, vt Chriſti, vt Mariæ virginis, vt Petri, Paulique picturam aut nemo, aut pauciſſimi in priuatis domibus habere audeant. At imagines Iouis, Mercurij, Cõdenſis, & Aurangij Principis, vel aliorum Regum nemo reformidat. Lutheri, Zuinglij, Caluini, Melanchthonis ſimulachra in eruditorum muſæis, & cubiculis vbique conſpiciuntur, in librariorum officinis publicè proſtant, nec quiſquam eas circumferre vereatur: qui ſi de imagine Chriſti tale quippiam tentaret, bonorũ omnium & libertatis quoq; diſcrimen incurreret. Sic ipſe iſtis oculis vidi è Cathedralis regni veſtri Eccleſiæ loco maximè conſpicuo & illuſtri, ſublatam Chriſti crucifixi (quem vos vt Deum veſtrũ colitis) imaginem, & eius loco reponi Regalium armorum inſignia, canes videlicet, Leones, & Dracones, coram quib. homines oraturi ſe proſternerent. Si verum eſt (vti ego verè credo) quod veſtri Doctores tradunt, *Præceptum Decalogi contra ſimulachra nequaquã ceremoniale eſſe, ſed æternũ, nec minus nos obſtringere, quam illud quo prohibetur homicidium,* omnia promiſcuè ſimulachra tollere. Sin verò in Chriſtum eiuſque ſanctos Euangeliſtas hanc ſeueritatem oſtenditis, interim verò Bacchũ, Iouem, Iunonem, Venerem, Lutherum, Caluinum, Melanch-

Parlamentum Elizabet. anno 13. cap. 1. an. 1571.

Zuinglius Tom. 2. in actis diſputatio. Tiguri. f. 632.

Icones Bezæ.

Melanchthonem (quorum ſimulachris Theodorus Beza ſacrarium ſuum (vti vocat) referſit, eademq; typis impreſſa Euangelicorum Eccleſiæ commendauit) vbiq; probetis & amplectamini, cauete ne iuſtam omnibus præbeatis cauſam ſuſpicandi, vos nō tam idololatriam omnem abolere, quam vetere ſummota nouam, eamque magis execrabilem idololatriam introducere, dum veſtras & Magiſtrorum veſtrorum imagines, loco veterum Apoſtolorum populo ſimpliciter obtruditis. Sic Caluinus Geneuæ quum Chriſti Sanctorumque eius imagines vel pictas, vel fictas omnibus ex locis ſuſtuliſſet, ſuam poſtea permiſit è plurimorū collis ſuſpenſam publicè geſtari, multiſque cum tantæ abſurditatis admonentibus, qui putarant ipſo inſciente, à ſimplici populo Caluini nimio amore inconſideratius flagrante hoc factitatum, ſtōmachosè reſpondit; Si quis hoc ſpectaculo offendatur, ne deinceps aſpiciat, oculos ſibi eruat, vel abeat citò & ſuſpendat ſe. Vos autem Angli vt in alijs permultis, ita & in hoc dum Scyllam nimis auidè declinatis, in Charibdim effrenato impetu præcipites ruitis. Nam quum & idololatri & obiecto periculo, & legum quoque minis ab honore omni iſtis ſacrarum rerum memorijs attribuendo omnes deterreatis, interim Reginæ veſtræ effigiem aperto capite ſalutatis, vacuum eius ſedile, vbi ſolę Leonum vel Draconum ſimilitudines efficte proſtant, in aula Regia prætereuntes etiam flexis genibus reueremini, & ſpecies quædam læſæ Maieſtatis habetur, ſi quis hoc neglexerit, imò ſi equum Reginæ vacuum, eius tamen ſella inſtratum propè vos duci aduertitis, omnes ſtatim honoris gratia caput aperitis; qui ſi huius reuerentiæ minimam partem Chriſti, & Apoſtolorum picturis tribueretis, ſtatim Papiſtæ & proditores audiretis, & in iudicium vel capitis, vel fortunarum arceſſeremini. Quid de honore impartiendo loquor, quum ipſæ picturæ legibus veſtris ſuperſtitioſæ, nefariæ & à bono ſubdito nuſquam tolerandæ cenſeantur? Eadem peruerſitate natales Reginæ, & diem annuum, quo primum ad regni gubernacula aſſumpta eſt, ingentibus pyris, & læto publicoque campanarum ſonitu per omnes regiones, ciuitates & pagos feſtiuè celebratis. At ſi quis tale quippiam in diebus feſtis, Chriſti Matriſque natiuitatem, eiuſque ad cœlos aſcenſionem, aut huius aſſumptionem recolentibus moliretur, tanquam Papiſta, ſuperſtitioſus, & malè erga Reginam animatus, & Euangelicæ puritatis hoſtis, nec carceres, nec mulctā præterea pecuniariam effugeret. Quàm præpoſterè ſunt hæc apud vos

La vie de Caluin. cap.12.

Qui en aura deſpit, en puiſſe creuer.

compa-

comparata? Quis non videt hanc non eſſe religionem, ſed ſtolidam & ridiculam adulationē, ad veterem Paganiſmum cultores ſuos recta ducentem? Clariſſimum eſt enim illam antiquorum idololatriam ortum inde habuiſſe, quod ſubditi Regibus ſuis Ioui, Marti, Herculi, à quibus beneficia quædã perceperant, huiuſmodi honores inſtituerunt, qui tamē mortuis quam viuis, & maiori cum iudicio, & minori cum aſſentationis ſpecie poterant exhiberi. *Sapient. 14. v 14. 15.16.17.* Sed vt ad doctrinæ veſtræ inconſtantiam in hoc genere reuertar, quum præceptum Dei contra omnia ſimulachra obtenditis, & interim hominum multorum ſimulachra vbiq́ue approbatis, quum in publicis concionibus Miniſtri veſtri idololatras vocant, qui imaginibus honorem aliquem deferunt, & tamen ipſi vos Principis imaginibus honorem impendatis; quum legibus veſtris Romanas Chriſti, Mariæ virginis & Apoſtolorum picturas prohibeatis, & ſi vel in ſinu cuiuſquam reperitis acerrimè vindicatis, & interim Anglicanas & Flandricas, & vndecunque etiam Roma aduectas Veneris, Martis, Iouis, Ducum, Regum quorumcũque picturas libēter & liberè coëmatis; quum de poſteriorum Euangelicorum, & Doctorum ſimulachris gloriemini, eaq́ue quo latius ſpargantur, & ad plurimorum manus perueniant, nouis typis imprimatis, vos qui veterum Euangeliſtarũ, Martyrum, & Doctorum imagines ſupprimitis, & vt omnium è manibus oculiſq́ue ſubmoueantur contenditis: Deniq; quum Dei legem contra ſacras tantum imagines vrgeatis, prophanas autem & impias, & impudicas à legis generali comprehēſione ſegregetis, mihi ſanè perſpicuum videtur vos nō modò verbo Dei abuti, tanquam cereo naſo, aut Cothurno vtriq́ue pedi apto (quemadmodum Proteſtantes Angli Puritanis exprobrant) ſed etiam inſigni quadam Barbarie & Iudaica planè maleuolentia magis quam conſcientia ad Chriſtianas tantum imagines abolendas commoueri, non autem duci lege diuina, quæ omnes ex æquo decernit reſpuendas. *Apud Cartvvr. replic 2. pag. 114. Luth. to 4. in Michæã ca. 1. fo. 69.* Recteq́ue arguit vos Lutherus, quum & hominum & beſtiarum imagines toleretis, *magnam barbariem, & inſignem ignorantiam eſſe, quod Chriſti & Apoſtolorum imagines ſine diſcrimine è templis eieceritis.* Et ſi tibi probatur Theodorus Bibliander, & quidam nuper in Anglia ſcriptor, qui hanc Mahumetis legem Papiſtis imitandã proponunt, eoſq; acriter inſectantur, quod imagines vſurpent, *quas tamen Mahumetus cauendas & fugiendas eſſe ſolidis rationibus euincit.* *Bibliander in Apolog. p editione Alcorani. Calfhil. in præfat. cōtra crucē. Cuſpinia. in Leone Iſauro. & Functius Chrono-* Hæc eadem reprehenſio vos certè multò magis perſtringit, qui tam *ſolidis* Mahumetis

noſtri *rationibus* neglectis, multò magis quam Papiſtæ eas imagines retinetis, quas ſolidæ Mahumetis rationes maximè reijciendas eſſe euincunt. Scribitur de Leone Iſauro huius quondam ciuitatis Imperatore, quod ei adhuc puero, nec vllam de Imperio adipiſcendo ſpem habenti, duo Iudæi Imperij adeptionem prædixerint, in tam fauſti augurij mercedem exiguum quiddam poſtulantes, quod poſtea ſuo tempore ei erant explicaturi. Ille tantæ fœlicitatis ſpe ebrius iurat *ſe facturum*. Quum poſtea ad Imperij maieſtatem fuiſſet euectus, promiſſi eum & iuramenti admonent, illumque requirunt, vt ex omnibus Imperij locis, *Nazareni, & Genitricis, Sanctorumque eius imagines deleat*: Quod Imperator maximo cum tumultu, & Imperij totius conturbatione præſtitit. Si vel Imperator ille, vel Iudæi religione, conſcientia, amore legis diuinæ ad opus hoc aggrediendum fuiſſent permoti, nunquam odioſa & impia diſtinctione, *Chriſti, Genitricis eius, & Sanctorum imagines* ad flammam & vaſtitatem vocaſſent, reliquas quaſcunque integras, & intactas reliquiſſent. Ad eundem planè ſcopum ſi rectè aduertis, tendit Eccleſiæ veſtræ & doctrina, & praxis, vt cuius eam diligentius intuenti eſt apertiſſimum. Quum ciuitas Antuerpienſis ab Euangelicis occupata fuiſſet ante annos viginti, & Eccleſiæ ſolito vobis more ſua ſuppellectile, & apparatu veteri expurgarentur, audiui in primaria Eccleſia (quæ virgini Matri dedicata erat) pulcherrimo artificio fabrifactam Chriſti crucifixi imaginem (quæ in Papiſtarum Eccleſijs ad ingreſſum Chori altè prominere ſolet) fuiſſe deiectam & comminutam: idem quoq; accidiſſe imagini boni latronis, qui à dextro Chriſti latere deſcribi ſolet; denique in omnes per Eccleſiam totam Sanctorum & Sanctarum imagines pari grauitate fuiſſe ſæuitum, ſola improbi latronis, qui Chriſtum blaſphemaſſe in hiſtorijs veſtris narratur, imago quaſi extraordinario iſtorum iudicum fauore à communi lege excepta eſt, & Chriſto damnato, Sanctiſque omnibus de loco deturbatis latro iſte abſolutus, tanquã Terminus Deus nulli cedens, priſtinum ſuum locum obtinuit. Non aliter Latamerus Epiſcopus & Martyr, & Balæi iudicio Eccleſiæ Anglicanæ Apoſtolus rogatus ab aduerſarijs Theologis Oxonij paulò ante mortem, an rectè factum putaret, quod tempore Edouardi Regis ex Eccleſijs *Anglicanis tollerẽtur cruces Chriſti, immota autem relinquerentur pictura furcarum, è quibus ſuſpenduntur latrones*, reſpõdit id ſibi *optimè videri factum, illud enim eſſe monumentum idololatriæ, hoc iuſtitiæ*: quo reſponſo

...rab lib. 8. anno 726. Vide Vrbanum Regiũ in locis cõmunibus, ca. de Imaginibus.

Balæus de ſcriptor. Britanniæ Centur. 8. pag. 678. Fox. in actis & monumentis, in hiſto. Latameri, fol. 934. edit. 1.

oſtendit

oſtendit vos propriè nullis imaginibus, niſi tantum Chriſti & Sanctorum bellum indicere; & ratio quam Apoſtolus hic adeicit, probat quęcunque ſimulachra vobis eſſe gratiora quam Crucem Chriſti, quum enim hanc metiatur ex eo quod aliquãdo fieri poteſt errore hominum, & eſt peſſimum, illud vero ex eo quod fieri debet recto iudicio, & eſt optimum, ſequitur Chriſti, Beatę Virginis, Angelorum, & Apoſtolorum imaginibus picturas, Martis colligati cum venere, Iouis in varias formas mutati, ad varios fœtus ex fœminis amatis procreandos, Bacchi compotantis, & ſimiarum ſaltantium longè eſſe ſanctiores, & Euangelicorum congregationibus aptiores; eo quod illæ monumenta ſint idololatriæ, hæ naturalis officij hominibus ad genus ſuum multiplicandum inſiti, vel libertatis Euangelicæ rebus omnibus promiſcuè vtentis, aut etiam ludicræ Mimorum actionis ad animos à grauibus curis relaxandos neceſſariæ. Hæc eſt doctrina veſtra (Samuel) quam inſulſa, quam impia, quàm vana & ridicula, tu videris. Noſtra autem quanto eſt grauior, quantò ſanctior, quanto ſtabilior & moderatior? Nos lege Dei imagines omnes prohiberi credimus, ergo & imagines eodem modo ſimpliciter vniuerſas abominamur. Neque tantum ex templis, ſed etiam ex domibus priuatis, locíſque omnibus profligamus. Tu iam totum penè Imperium Ottomannicum peragraſti, & ſtudioſè obſeruaſti omnia. Vbinam in tam multis regionibus aliquam vel Dei, vel Sancti, vel Imperatoris, vel Baſſæ, vel hominis cuiuſcunque imaginem aſpexiſti? In pleriſque huius Imperij vrbibus, maximè in tota Caramania & Armenia, pulcherrima fiunt aulea, tapetia, periſtromata, quæ per omnes Europæ prouincias diſtrahuntur. Nunquam in illis imaginem vidiſti, nunquam viſurus es. Eſt fortaſſe Princeps noſter ſolus in orbe terrarum Imperator, & veriſſimus lege omni ſolutus Monarcha, quíque ampliſſimam habet in ſuos ſubditos vitæ neciſque poteſtatem. Horremus tamen omnes eam ſeruilem adulationem, quam vos Principis veſtræ nomini, ſedili, inſignibus, imagini, ipſi equo cui illa inſidet, exhiberis. Certè ſi alicuius imaginem licitam putaremus, inprimis hunc honorem Abrahæ, Dauid, Prophetis, Chriſto, virgini Mariæ, Mahumeti & ſimilibus viris excellentiſſimis tribueremus, quorum nomina amamus, & memoriam ſuſpicimus, & monumenta veneramur. At quia & lege Moyſis, & Prophetarum oraculis ſecus perſuaſi ſumus,

Theuet. Coſmogra. lib. 9. ca. 9. Bellon des ſingularit. li. 2. c. 112. & libr. 3. cap. 42.

Aa 2 non

Digitized by Google

non audemus ita cauillari, & in verbo Dei grauiſſimo ſanctiſſimoque ludere, vt generale Dei interdictum pro noſtra libidine contrahamus, dilatemus, huc illucque verſemus, & contra ea tantum vſurpemus, quæ (ſi aliquid excipiendum erat) maximè probabile eſt ipſum Legiſlatorem voluiſſe excipere, quando fœdas illas imagines nuſquam in lege apparuiſſe conſtat: at ipſius iuſſu & mandato Moyſis in tabernaculo fœderis quædam Angelorum figuræ fuerunt depictæ. Quod de nobis Turcis quoad iſtas imagines dico, idem intellige de Mauris, idem de Arabibus, idem de reliquis qui Mahumetis diſciplinam ſequuntur. Ducimur enim conſcientia non opinione. Nouimus agi de lege Dei, cuius voluntas cœlo ipſo eſt immutabilior, non de ſtatutis hominum, quæ pro temporum varietate, & rerum circunſtantia poſſunt antiquari, vel ad aliorum hominum nutum inuerti. Principes noſtros etſi honoramus, tamen nec ipſi ea ſunt mentis elatione, vt contra verbum Dei quicquã ſibi arrogẽt, nec Miniſtri ea improbitate, vt ad Principum libidinẽ verbum Dei exponant, nec ſubditi adeo abiecto animo & ſeruili, vt contra verbum Dei per aſſentationem quicquam Principibus largiantur. Alia habent Imperatores noſtri, in quibus magnitudinem demonſtrent, quibus ſuam venditent potentiam, & magnificentiã oſtendant, Regibuſq; omnibus gloria, honore & amplitudine antecellant: at ſacra non attingunt, diuinos honores non inuadunt, ſimulachris ſuis thura incendi, capita aperiri, reuerentiã genibus flexis deferri non requirunt. Caſtra & exercitus diſponunt, Rempub. curãt, ſubditorum ſuorum vtilitatibus conſulunt, fidem non preſcribunt, de Alcorano nõ iudicant, religionis articulos pro ſuo, vel ſuorum Baſſarũ arbitrio non inuertunt, non mutant, non interpretantur. Hanc omnem authoritatem iuxta antiquiſſimum Mahumetanæ legis inſtitutum Sacerdotib. relinquunt, quorum iſtiuſmodi in rebus iudicio ipſi ſiue dubitatione iudicia ſua ſubmittunt. Hæc (Samuel) fides eſt certa & immobilis, hæc religionis nomen meretur, hæc continet veram ſacrorum formam, & pium omnipotentis Dei cultum. Veſtrũ autem Euangelium ita vacillat & fluctuat, ita ventoſum eſt & mobile, ita præpoſterè debitos honores negat Deo, & diuinos honores tribuit homini, ita eſt effœminatum, & (vt ita dicam) mulieroſum, vel quod voluptates corporis nimis auidè cõſectatur, vel quod mulieris imperio ſubijcitur, & ad mulieris voluntatem ſemel atque iterum memoria noſtra commutatum eſt, ita ab omni grauitate deſtituitur, expers omnis authoritatis in

Exod. 25. verſ. 18. & 37. verſ. 7. Theuet vbi ſupra li. 8. cap. 16.

tis in

tis in Miniſtris, nec minus carens omni obedientia in populo, vt neſcio an non ſit ipſi nomini religionis turpe & iniurioſum eam religionem vocare. Veræ quidem religionis nihil penitus habere videtur, quod nō eſt ab Alcorano noſtro mutuata, vel ſaltem quod non in Alcorano noſtro multò plenius perfectiuſque ſit comprehenſum. Quod ego per omnia capita ita diſtinctè & manifeſtò oſtendi, vt in pleriſque tu ipſe veritatis euidentia coactus mihi liberè aſſenſeris. Recordare vtriuſque eadem fundamenta, & vtriuſque condendæ eoſdem authores. Fundamenta vtriuſq; in veteris Eccleſiæ ruinis iacta ſunt. Authores vtriuſque Monachi fuerunt, neque quicquam eſt, in quo Sergius noſter Luthero veſtro concedit, multa autem propter quæ Sergio noſtro Lutherus veſter ſe ſubmittat. Si te offendit Mahumetes contra Imperatorem armis, & militaribus copijs legem ſuam defendens, cogita idem fuiſſe factum à Iacobo cōtra Reginam Scotiæ, ab Aurangio contra Regem Hiſpaniæ, à Colignio contra Reges Gallorum, à Lantgrauio & Saxone contra Imperatorem Germaniæ. Si hæreſes antiquas (vt aduerſarij vocant) à nobis aſſumptas dixeris, perpende quanto & pluribus, & grauiorib. Euangelium veſtrum abundet. Recordare particularia capita de peccato Originali, de Baptiſmo, de Matrimonijs, de diuortijs, de Quadrageſima, de tota miniſterij ratione, & reliquis quæ commemorare ſuperfluum eſt. In quibus quanta ſit noſtra coniunctio quoad multa, quantò maior noſtra excellentia quoad pleraque, tu velim pro tua prudentia proque rei magnitudine ſtudioſè conſideres. Hic certè habes permulta ſingularia, & admodum diuina, quorum veſtrum Euangelium nec leuem continet adumbrationem. Quare ſi omnia vides apud nos eſſe ſæpè paria, vt plurimum præſtantiora, quid dubitas ærea aureis commutare? quid hæres magis ab Euangeliſmo ad Mahumetiſmum, quā à Papiſmo ad Euangeliſmum procedere, quando hæc duo admodum ſunt diſiuncta & remota, illa valde vicina & finitima; & hic exiguum tanquam riuulum tranſiturus es, quum illic profundum, & immane pelagus tranſmiſeris. An reformidas notam inconſtantiæ & leuitatis? At Euangelium tuum docet errori cognito, quibuſcunque coloribus honeſtato renunciare; impietatem eſſe humana gloriola à veritatis profeſſione abduci, nec quenquam ita debere ſe certis ſententijs addicere, vt quum clariſſima veritas ſe offerat, eam propter præiudicatas opiniones reſpuat. Quid quòd hoc modò Euangelicus conſtanter permanſurus es. Nos enim vobiſcum ſcripturas

 Prophe-

Propheticas,& verè Apoſtolicas amplectimur,& Euangelium honoramus,& vetus nouumque Teſtamentum minus quam vos circuncidimus, paucioreſque ex vtroque libros tollimus: denique (quod caput eſt) eandem vobiſcum in ſcripturis exponendis regulam, & analogiam ſequimur. Nam eas inter ſe quam diligentiſſimè conferimus, & ex hac collatione genuinum ſenſum elicimus,& primitiuæ Eccleſiæ authoritatem cũ verbo Dei noſtro iudicio cõſentientem nunquam reijcimus, ſed omni honore ſuſcipimus, vti multis iam exemplis demõſtratum eſt. Certè in Monachis & Monachorum votis,in baptiſmo,in Quadrageſima,in Eccleſiaſtico regimine,in Purgatorio,in orãdo pro defunctis,in operum mercede, in alijs permultis primitiuam Eccleſiam nobis perſpicuè ſuffragantem habemus,quæ in ijs omnibus veſtrę doctrinę ex diametro aduerſatur. Quamobrem inutilem pudorem excute, & ad fratrum tuorum cætum, qui quotidiè ex Polonia, Germaniaq; , nec rarò ex Gallia,& Italia magno numero ad nos confluunt, te adiunge. Imitare Ochinos, Blandratas, Statorios, Gentiles, Seruetos, quorum alij ſcriptis,alij exemplis, alij ſanguine & martyrio doctrinam Alcorani noſtri ſanciuerunt. Quod ſi feceris, hoc tibi promitto, non tam vt tuæ beneuolentiæ parem gratiam reddam, quam vt æternæ tuæ ſaluti conſulam, quas habeo facultates, tibi in hac ciuitate commoranti non defuturas. Quanquam tanta eſt noſtrorum hominum erga eos, qui ſponte circunciſionem ſuſcipiunt, liberalitas & munificentia,vt vel ex ea ſola homini frugaliter,& moderatè more noſtro viuenti ſatis ſuppetat, vnde longo tempore ſe poſſit ſuſtinere.

Bartholomeus Geergeuiz de moribus Turc. c. de Circunciſione.

ARGVMENTVM
CAPITIS DECIMINONI.

Ludouici de colloquio ſuperiore ſententia Quemadmodum Caluiniſtæ dum ſacris literis perfectam omnium ad fidem & ſalutem neceſſariorum complexionem attribuunt, callidè ſuos à fide Chriſtiana ad iudaicam & Mahumeticam abducunt. Eorũ de baptiſmo doctrina eſt euidens probatio multiplicis Anabaptiſmi Turcarum. De circunciſione quemadmodum alicubiſit in vſu, Polygamia Turcica, quæ ex proteſtantium doctri-

na iuxta

na iuxta analogiam fidei ſua ſcripturas exponente manifeſtè concluditur, quemadmodum ex Catholica doctrina eaſdem ſcripturas interpretante manifeſtè refellitur; & vna prodigioſum illorum Paradoxum de re venerea omnibus Chriſtianis neceſſaria Proteſtantium Patriarcha clariſſimis exemplis monſtrarunt ſe fuiſſe ſacrarum literarum improbos corruptores: verbigratia, Lutherus, dum ex illis probare voluit fœminarum in Eccleſia conciones & miniſterium: Caluinus dum ex eiſdem frenare voluit Magiſtratuum authoritatem, ne ſuis ſubditis ad aliquod tempus certos cibos prohiberent: alij, dum ex iiſdem poteſtatem in Eccleſia ſupra Prophetas, Pontifices, Apoſtolos, ipſum Deum, diuinaq; omnia vendicant ſuis Regibus. Quæ peruerſitas per ſe ſufficit ad homines Chriſtianos inſtruendos, ne talibus magiſtris in quacunque re Theologica fidem habeant. Qua occaſione Ludouicus hortatur Samuelem, vt relicto tam Luthero quàm Mahumeto, & eorum ſynagogis, ad vnicam Chriſti ſponſam Eccleſiam Catholicam ſe recipiat.

CAPVT IX.

VRGENTE iam in crepuſculum die, pacti vti pridie de continuando perendie colloquio, diſcedunt vtrinque, Michæas ad domum ſuam, Samuel item cum Ludouico transfretum in commune hoſpitium: vbi poſtquam varia de perſonis primorum Euangelij & Alcorani authorũ, maximè de Mahumete & Zuinglio Lutheri collega diſſeruiſſent, quem Ludouicus dicebat vtramque perſonam & Mahumetis & Sergij ſuſtinuiſſe, quod & in Eccleſia eſſet dux verbi, & in caſtris ſi non dux militum, ſaltem miles animoſus & audax, qui etiam in pugna pro Euangelio ſuo fortiter dimicans interfectus eſt: de quo eſt illud celebre inter Germanos carmen.

Occubuit patrio bellator Zuinglius enſe.

De iſtis particularibus poſtquam aliquandiu ſermocinati fuerant, Ludouicus ad magis ampla & generalia dilapſus, quoniam Samuelem videbat non moleſtè ferre quæ dicebat, ita de totius huius diei colloquio quid ſibi videbatur expoſuit. LVDOVICVS. Equidem conſideraui Samuel non indiligen-

Propheticas,& verè Apoſtolicas amplectimur,&Euangelium honoramus,& vetus nouumque Teſtamentum minus quam vos circuncidimus, paucioreſque ex vtroque libros tollimus: denique (quod caput eſt) eandem vobiſcum in ſcripturis exponendis regulam, & analogiam ſequimur. Nam eas inter ſe quam diligentiſſimè conferimus, & ex hac collatione genuinum ſenſum elicimus,& primitiuæ Eccleſiæ authoritatem cũ verbo Dei noſtro iudicio cõſentientem nunquam reijcimus, ſed omni honore ſuſcipimus, vti multis iam exemplis demõſtratum eſt. Certè in Monachis & Monachorum votis,in baptiſmo,in Quadrageſima,in Eccleſiaſtico regimine,in Purgatorio,in orãdo pro defunctis,in operum mercede,in alijs permultis primitiuam Eccleſiam nobis perſpicuè ſuffragantem habemus,quæ in ijs omnibus veſtrę doctrinę ex diametro aduerſatur. Quamobrem inutilem pudorem excute, & ad fratrum tuorum cætum, qui quotidiè ex Polonia, Germaniaq;, nec rarò ex Gallia,& Italia magno numero ad nos confluunt, te adiunge. Imitare Ochinos, Blandratas, Statorios, Gentiles, Seruetos, quorum alij ſcriptis,alij exemplis, alij ſanguine & martyrio doctrinam Alcorani noſtri ſanciuerunt. Quod ſi feceris, hoc tibi promitto, non tam vt tuæ beneuolentiæ parem gratiam reddam, quam vt æternæ tuæ ſaluti conſulam, quas habeo facultates, tibi in hac ciuitate commoranti non defuturas. Quanquam tanta eſt noſtrorum hominum erga eos, qui ſponte circunciſionem ſuſcipiunt, liberalitas & munificentia,vt vel ex ea ſola homini frugaliter,&moderatè more noſtro viuenti ſatis ſuppetat, vnde longo tempore ſe poſſit ſuſtinere.

Bartholomeus Georgeuiz de moribus Turc. c. de Circunciſione.

ARGVMENTVM

CAPITIS DECIMINONI.

Ludouici de colloquio ſuperiore ſententia. Quemadmodum Caluiniſtæ dum ſacris literis perfectam omnium ad fidem & ſalutem neceſſariorum complexionem attribuunt, callidè ſuos à fide Chriſtiana ad iudaicam & Mahumeticam abducunt. Eorũ de baptiſmo doctrina eſt euidens probatio multiplicis Anabaptiſmi Turcarum. De circunciſione quemadmodum alicubi ſit in vſu, Polygamia Turcica,quæ ex proteſtantium doctrinæ iuxta

na iuxta analogiam fidei ſua ſcripturas exponente manifeſtè concluditur, quemadmodum ex Catholica doctrina eaſdem ſcripturas interpretante manifeſtè refellitur; & vna prodigioſum illorum Paradoxum de re venerea omnibus Chriſtianis neceſſaria Proteſtantium Patriarchæ clariſſimis exemplis monſtrarunt ſe fuiſſe ſacrarum literarum improbos corruptores: verbi gratia, Lutherus, dum ex illis probare voluit fœminarum in Eccleſia conciones & miniſterium: Caluinus dum ex eiſdem frenare voluit Magiſtratuum authoritatem, ne ſuis ſubditis ad aliquod tempus certos cibos prohiberent: alij, dum ex iiſdem poteſtatem in Eccleſia ſupra Prophetas, Pontifices, Apoſtolos, ipſum Deum, diuinaq; omnia vendicant ſuis Regibus. Quæ peruerſitas per ſe ſufficit ad homines Chriſtianos inſtruendos, ne talibus magiſtris in quacunque re Theologica fidem habeant. Qua occaſione Ludouicus hortatur Samuelem, vt relicto tam Luthero quàm Mahumeto, & eorum ſynagogis, ad vnicam Chriſti ſponſam Eccleſiam Catholicam ſe recipiat.

CAPVT IX.

VRGENTE iam in crepuſculum die, pacti vti pridie de continuando perendie colloquio, diſcedunt vtrinque, Michæas ad domum ſuam, Samuel item cum Ludouico transfretum in commune hoſpitium: vbi poſtquam varia de perſonis primorum Euangelij & Alcorani authorũ, maximè de Mahumete & Zuinglio Lutheri collega diſſeruiſſent, quem Ludouicus dicebat vtramque perſonam & Mahumetis & Sergij ſuſtinuiſſe, quod & in Eccleſia eſſet dux verbi, & in caſtris ſi non dux militum, ſaltem miles animoſus & audax, qui etiam in pugna pro Euangelio ſuo fortiter dimicans interfectus eſt: de quo eſt illud celebre inter Germanos carmen.

Occubuit patrio bellator Zuinglius enſe.

De iſtis particularibus poſtquam aliquandiu ſermocinati fuerant, Ludouicus ad magis ampla & generalia dilapſus, quoniam Samuelem videbat non moleſtè ferre quæ dicebat, ita de totius huius diei colloquio quid ſibi videbatur expoſuit. LVDOVICVS. Equidem conſideraui Samuel non indiligen-

Digitized by Google

diligenter ſingulare veſtrum diei huius duellum, quemadmodum tu eum petiueris, quemadmodum ille tuas petitiones declinauerit: viciſſim quemadmodum ille te oppugnauerit, & quid tu ad tui defenſionem contra eum molitus es. Et quo diligentius pleraque notaui ab eo tibi obiecta, eò minus reperi, quid probabiliter ad ea diſſoluenda poſſet à te tuiſque afferri. Vt enim percurram ea breuiter quæ mihi videntur eſſe grauiora (mitto hæreſes ab Eccleſia primitiua omniumque ætatum damnatas, à vobis autem vtriſque tam Mahumetanis, quam Proteſtantibus admiſſas, tum etiam principia vtriuſque, tum Alcorani, tum Euangeliſmi in ſeditionibus, in periurijs, in rebellionibus cōtra legitimos principes iacta, in quibus ſanè iudico vos eſſe pares, nec quicquam Lutherum & Zuinglium Mahumete & Sergio eſſe commēdatiorem, quod tui permulti fidem de Beata Trinitate, Chriſtique Deitate & morte negligunt, vel (quod eodem recidit, immò verò latius multò patet) à Chriſtiano poſt Euangelij prædicationem, ad ſalutem æternam conſequendam nihil amplius, quam à Iudæo ante Chriſti mortem aut natiuitatem (aut ſi mauis) ante legem datam requirunt: mihi ſanè non videtur dubium, quin idcirco ea ſcripſerunt, vt Euangelio Chriſti ſepulto, homines ad meram infidelitatem & Atheiſmum Turciſmo (qui multa Euangelica & legalia probat) deteriorem inducerent. Certè quin hoc ex veſtrorum doctrina directè ſequatur, negari non poteſt id quod ita ſtatuo, non tam quia vnus & alter ſcriptor, aut hæc vel illa ſecta ita doceat, ſed quia communis Euangelij huius noui character, & publica ſcribendi forma hanc inſaniam parit, alit, confirmat & roborat. Et tu tuique mordicus tenetis nihil eſſe creditu neceſſarium, quod ex literis Canonicis euidenter clareque deduci non poſſit. Nunquid verò Scripturas aliquas habetis huic furori patrocinantes? Quid ni? Sed ex omnibus nulla eſt firmior, nulla in concionibus calamiſque veſtris crebrior illa Paulina ad Timotheum, quia tra-
2 Timoth. 3. 16. dit Apoſtolus *Scripturam omnem diuinitus inſpiratam vtilem eſſe ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia, vt perfectus ſit homo Dei, ad omne opus bonum inſtructus*. Quod vt de *omni Scripturæ*, ſinguliſque diuinę Scripturæ libris, partibuſque verum eſt (nec enim vllum eſt caput quod non valdè conducat ad hæc efficienda) ita ab eo probando ad quod vos pertrahitis, eſt ſanè remotiſſimum. Si tamen recenſere velim Apologias, Confeſſiones, Commentarios & libros, qui hoc loco abuſi ſunt ad exterminandas traditiones

ditiones Apoſtolicas, omnemque doctrinam in ſcripturis veſtro iudicio Canonicis, clarè non comprehenſam, longiſſimũ ſanè eorum Catalogum poſſem conficere: ita nemo eſt, opinor, celebriorum Euangelicorum, Martinus Lutherus, Philippus Melãchthon, Theodorus Beza, Martyr, Huldericus Zuinglius, Illyricus, Bullingerus, Gualterus, Iuellus, & quis non? qui hoc loco non impugnet traditiones, etiamſi eas ad Apoſtolos authores antiquiſſimi Patres, Martyreſque Apoſtolorum Diſcipuli, & Oecumenica totius orbis Concilia referant, Vide tamen quid ex eodem loco ſic expoſito veriùs cum alijs quibuſdam Euangelicis à Michæa citatis Euangeliſta veſter Ochinus deducat. Sumit primò hoc totum dici de Teſtamẽto veteri, non nouo, quod quando iſta ſcribebat Apoſtolus, necdum maiori ſaltem ex parte ſcriptum erat, multò minùs credentium manibus terebatur. Sic ille: *Quia nondum erat ſcriptum nouum fœdus, fatendum eſt velis nolis, ibi Apoſtolum Paulum loqui de veteri.* Quod ante eũ perſpicuè oſtendit Huldericus Zuinglius: *Apoſtolorum temporibus non erat aliquod noui Teſtamenti ſcriptum, ſed viua voce adhuc docebant Apoſtoli Epiſtolæ autem vltrò citroquè mittebantur non tam docendi, quam confirmandi gratia, quo conſtantiùs homines fidem, quam iam ante ſine ſcriptis didicerant, retinerent.* Sic Huldericus Zuinglius. Qui item generaliter quæcunque ab Apoſtolis de Scripturæ ſacræ perfectione, & plenitudine dicuntur, probat reſtringi debere ad Teſtamẽtum vetus. Cuidam enim Anabaptiſtæ ab eo expreſſum Dei verbum pro infantum baptiſmo poſtulanti, & de Euangelijs omnia neceſſaria continentibus, more Proteſtantium reliquorum concionanti, idq; ex certo Apoſtoli loco confirmanti reſpondet: *Hæc* (inquit) *eſt ignorantia veſtra, quòd putatis cùm Paulus iſta ſcriberet, Euangeliſtarum Commentarios, aut Epiſtolas Apoſtolorum iam in authoritate fuiſſe. Quaſi verò Paulus Epiſtolis ſuis iam tum tribuerit, vt quicquid in eis contineretur, ſacroſanctum eſſet: quod eſt Apoſtolis imputare immoderatam arrogantiam Sed quotieſcunque ad ſcripturam relegant auditores, ſiue Christus, ſiue ipſi, intelligunt nõ ſuas Epiſtolas, aut Euangeliſtarum commentarios, qui aut nondum erant ſcripti, aut ſub incude ſudabant pro temporum ratione, ſed legis aut Prophetarum.* &c. Ex hoc autem quid infertur? Omnia creditu neceſſaria plenè perfecteque contineri in lege Moyſis. Quid tum poſtea: nimirum cum doctrina legis fuerit perfecta non minus quam Euangelij, *perfectã quoque & eandem fuiſſe Eccleſiam vt Christi, ita Moyſis, & omniũ*

Ochinus lib. 2 Dialog 21. pagin. 198.

Zuinglius Tom. 2. li. Eccleſiaſtes fol. 43.

Zuinglius Tom. 2. Elenchus cõtra Anabaptiſtas. fol. 10.

Ochinus vbi ſupra

pag. 288. 289. qui illos anteceſſerunt. perge porro. *Cum autem ſemper ea dem fuerit Eccleſia, fatēdum eſt & ſemper ſanctos eadem credidiſſe de rebus ad ſalutem neceſſarijs.* Nihil adhuc ſentis veneni in illa tuorum Paulini loci explicatione deliteſcere? Accipe ergo Ibid. pag. 154. 155. 156. 157. claram & dilucidam Mahumetiſmi concluſionē. *Cum ſit una Eccleſia & una fides, proinde non debemus plura credere, quam crediderunt ſancti fœderis antiqui: alioqui eſſemus deteriore quā ipſi conditione, qui ad plura quam illi credenda obſtringeremur. Illos autem non credidiſſe Trinitatem, non perſonas coæquales, conſubſtantiales, coæternas, &c.* ijſdem probat alijſque eius generis locis, quibus Acontius in egregio illo libro, quem *Diuæ Elizabethæ* ſupremo Eccleſiæ Anglicanæ capiti *dicat, conſecratque.* Quam concluſionem ſi deteſtaris, quidni magiſtros tuos, vt ſacrarum literarum corruptores perditos deteſtaris quoque, qui ex eis tam peſtilentes fœtus excludunt. Certè niſi punica fraude dum Chriſtianiſmum ſimulant, ſeriò ſtudioſeque Iudaiſmum, Turciſmum vel Athæiſmum promouerent, procliue erat homini Chriſtianam aliquando fidem habenti, & adhuc aliquas eius reliquias retinenti, aduertiſſe, eam fidem à fide primorum fidelium, vel ante legem, vel ſub lege quoad perfectionem, accretionem, amplitudinem tantum differre, quantum vir perfectus robuſtuſque miles ab infante in ſinu matris vagiente diſcernitur. Nam cum vera fides nitatur tota reuelatione diuinitùs facta, facta inquam à Deo vel immediatè, vt primum; vel per Prophetas, vt poſtea, ad extremum verò & potiſſimum per Chriſtum & Apoſtolos Spiritu ſancto illuminatos: Deus autem non vno tempore reuelauit om-
Exod. 3. 6. nia, ſed ante legem perpauca (etſi enim apparuit *Deus omnipotens* Abrahæ, Iſaac & Iacob, *nomen tamen ſuum Adonai non*
Hebr. 1. *manifeſtauit eis*, ſed diſtulit ad tempus ferendæ legis) nonnul-
Epheſ. 4. la per Moyſen & Prophetas, omnia autem per Chriſtum eiuſ-
Actor. 2. que Apoſtolos, & quos vna cum Apoſtolis ad ædificationem corporis Chriſti, Eccleſiæ nimirum Catholicæ, diuinus ille ſpiritus afflauit, ab his Chriſtianis poſteriorum temporum fidelibus non requirere maiorem & pleniorem fidem quam ab illis primis, quid eſt aliud quam viros exæquare infantibus
Eſai. 11. 9. & flumen modicum comparare immenſo mari, quam totam Teſtamenti noui gratiam ſterilem & inanem reddere, quam
Epheſ. 3. 5. conculcare penitus *myſterium Chriſti, quod alijs generationibus non eſt agnitum filijs hominum, ſicut nunc reuelatum eſt:*
Ibidem. Denique quam penitus abnegare verum Deum trinum & v-
Mat. 28. 19 num, quod *Sacramentum abſconditum à ſæculis nunc innotuit*

per

Digitized by Google

per Eccleſiam ſecundum præfinitionem ſæculorum, quam fecit in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Neque verò ego aliter quam ad occultam Alcorani in repetendis baptiſmis approbationem referre poſſim veſtram de baptiſmo doctrinam. Poſt reiectam enim à vobis hac de re Catholicæ Eccleſiæ fidem & authoritatem, quæ conſuetudine à primis ætatis Apoſtolicæ initijs ducta, propter Characterem animæ per hoc ſacramentum impreſſum, nullaque deinceps ratione delebilem baptiſmos iterari non poſſe docet: hoc firmamento à vobis omnibus contempto & irriſo ſi quis deinceps omnes Caluini, Zuinglij, Oecolampadij, Muſculi, Bulingeri, Bezæ aut cuiuſcunque Zuingliani commentarios, inſtitutioneſque verſet & euoluat, nullam prorſus inueniet rationem Euangelicam, hoc eſt, firmam, claram, euidentem, ex ſolis ſcriptis Euangelicis ſumptam, quæ repetitos baptiſmos improbet. At verò vt crebriùs baptizare liceat, non aliter quam Catholicè crebriùs pœnitentiæ ſacramentum adire licet, id verò mihi videtur ſolidè à Michæa iuxta Magiſtrorum veſtrorum placita demonſtratum. Neque certe video quemadmodum refelli poſſit illud à Ioanne Caluino ſuppeditatum argumentum ſi baptiſmus ſit proprium pœnitentiæ ſacramentum (quod ille Concilio Tridentino ſecus definienti tanquam ſummè Euangelicum opponit) impiè & hæreticè negari pœnitentibus, ſacramentum pœnitentiæ proprium, quorum peccatis abolendis illud eſt remedium diuinitùs, propriè aptiſſimeque inſtitutum: Si (inquam) quod Ioannes Caluinus iterum atque iterum ſtatuit, baptiſmus *propriè aptiſſimequé ſit pœnitentiæ ſacramentum, quia in confirmationem gratiæ, & fiduciæ ſigillum ijs datur qui pœnitentiam meditantur*: ſi verum eſt, quod multò eſt manifeſtiùs, quibus *ſpem miſericordiæ non præcidit Deus, imò certam facit, ijs ſignum re ipſa multo inferiùs non eſſe præripiendum*, qua ſpecie probabilitatis viris ſæpenumero ſignum hoc negabitis, quibus rem ſignificatam miſericordiam Dei, & peccatorum remiſſionem ſingulis diebus largimini? *ſigillum fiduciæ, confirmationem gratiæ, ſacramentum pœnitentiæ* verè pœnitentibus, & ad miſericordiam Dei confugientibus, qua fronte præripietis? Diſputat Ioannes Caluinus pro pædobaptiſmo, *paruuli peccatorum remiſſione donantur: ergo ſigno priuandi non ſunt.* Hoc eodem argumento an non Anabaptiſmos cõfirmat? Viri ſæpenumero peccatorum remiſſione donantur, ergo neque prohi-

Caluin. Inſtitut. lib. 4 cap. 19. §. 17.

Ibid. cap. 16. §. 22.

Ibidem.

prohibendi ſunt à ſigno ſæpe repetendo. Quod ſigillum fiduciæ, & Sacramentum Pœnitentiæ Chriſtiano pœnitenti quotieſcunque poſtulauerit non concedere, vos videritis, an non ſit prorſus Nouatianum, perinde ac ſi peccata in Eccleſia pœnitentibus non poſſent remitti, quibus ne ſignum quidem remiſſionis rurſus impertire fas eſt. Et hoc abſurdũ pleniùs con firmat Muſculus, dum rationem conatur reddere, quare baptiſmus non poſſet iterari. Definiens enim hoc eſſe *Sacramentum regenerationis, initiationis & incorporationis in Chriſtum & Eccleſiam eius: qui autem ſemel regeneratus eſt è ſupernis, ac Sacramento regenerationis in gratiam Chriſti & Eccleſiæ incorporatus, ſi ab hac rurſus gratia prorſus exciderit, fieri non poteſt, vt denuò regeneretur, initietur, & incorporetur.* Ex hoc concludit: *Quare cum ipſum Sacramenti myſterium*, nimirum quod hoc Sacramento myſticè deſignatur, *iterari nequeat, rectè ſentiunt qui Sacramentum illius iterari poſſe negant.* Atqui hoc vltimum impium eſt, Nouatianum eſt, & recta ad deſperationem via eſt: ergo illud, ex quo hoc infertur, non poteſt eſſe pium & Chriſtianum. Quid enim? Si quis per peccatum à gratia Chriſti prorſus exciderit, aut (vt dubitatio omnis amputetur) ſi quis in hæreſim, blaſphemiam, apoſtaſiam (vt hic veſtet Michæas) labatur, fieri non poteſt vt denuò in *gratiam Chriſti & Eccleſiæ incorporetur?* vt denuo regeneretur, & Sacramenti Chriſtiani, & miſericordiæ diuinæ fiat particeps? *A Baptiſmo excidunt*, omnes (inquit Ioannes Caluinus) *qui excommunicari ab Eccleſia merentur:* Excommunicationem autem merentur, iuxta diſciplinam Eccleſiæ Geneuenſis, & praxim Ioannis Caluini, non tantum peccata grauiora & mortalia, ſed etiam leuiora & venialia, vt feſtiuæ in priuatis ędibus choreæ, ſi tamen vel zeloſis fratribus, vel Miniſtris verbi offenſionem pariant. Ergone iſti omnes miſericordia diuina in æternum priuantur? Ergo horum nulli, nulli hæretici, ſchiſmatici, blaſphemi, apoſtatæ, ebrioſi, vſurarij, adulteri, adeoque & ſaltatores Deo & Eccleſiæ *aliquando poſſunt* reconciliari? Quid eſt Nouatianum, ſi hoc non eſt? imo quid eſt Antichriſtianum ſi hoc ſit Euangelicum? Perinde enim eſt, ac ſi diceretis ſanguinem Chriſti in Eccleſia exaruiſſe, & obſtructum eſſe penitus fontem miſericordiæ diuinæ, qui per Sacramentum pœnitentiæ ad hominum in peccatis mortuorum animas viuificandas perpetuò manare debebat. Certè quamuis carnalis generatio amplius quàm ſemel fieri non poteſt, quemadmodum neque mors còrporis plus quam ſemel poteſt

Muſcul. in loc. com. cap. de baptiſ. nu. 1. pag. 303.

Calui. Inſtit. lib. 4. ca. 19. § 17.

Caluin. Epiſt. 71.

Epheſ. 2. a.

Digitized by Google

poteſt contingere, tamen ſi quis mortem animæ ſpiritualem, quam peccatum affert, & vitam eiuſdem animæ ſpiritualem, quam reſtituit gratia, ſemel tantum vnicuique euenire defendit, ille prorſus cæcus in Chriſtianæ religionis initijs, humanæque ſalutis hoſtis peſtilentiſſimus iudicandus eſt: quia non *ſepties, ſed ſeptuageſies ſepties*, millieſque (ſi opus ſit) *Ex ſemine incorruptibile per verbum Dei viui, & permanentes in æternum renaſci* poſſumus, ſi toties à Dei gratia excidendo moriamur. Et ſi tu apoſtatas Chriſti & Eccleſiæ non poſſe rurſus incorporari exiſtimas, quid ergo fruſtra in conuertendo Michea laborem irritum ſumis? Breuiter niſi has peruerſiſſimas Caluini & Caluiniſtarum nugas abieceris, & ad Eccleſiæ Catholicę fidem doctrinamque adhæſeris, nunquam ſolidè iſtos Turcarum Anabaptiſmos & circuncisiones refutabis, quos magiſtri tui ſpecie, vultu, ſimulatione, verbo, improbant, re, facto, argumento, opere fortiſſimè confirmant, in primis Caluinus & Zuinglius: iſte, dum baptiſmum Chriſtianorum Iudaicis aſpergendi lauandique ceremonijs quotidie repetitis, nihilo putat meliorem, ille dum baptiſmi virtutem & fundamentum demõſtraturus, flagitioſè diſſimulans tot locos Teſtamenti noui, decurrit ad illam ordinationem veteris vbi circuncisio inſtituitur, vbi Deus ſe pollicitus fore Deum Abrahę & ſeminis eius, conditionem circuncisionis illi fœderi tanquam pignus & ſigillum apponit, perpetuoque ſeruari præcipit. *Statuam* (inquit) *pactum meum circuncisionis inter me & te, & inter ſemen tuum poſt te in generationibus ſuis fœdere ſempiterno, vt ſim Deus tuus & ſeminis tui poſt te.* Quem locum iſte bonus Euangeliſta tuus dum toties vrget, repetit, & inculcat, eadem quaſi fidelitate duos Turcarũ parietes dealbans, & circuncisionem vafrè hoc loco toties tam confidenter obiecto inſinuat: & Turcarum liberos ad contemptionem baptiſmi per hanc Dei promiſſionem ſolam in cæleſti regno collocat, quod tamen præceptum non eſſe nos aſtringere magis quam vt Sabato feriemur, quam vt oues & boues immolemus, idque Hieroſolymis in templo Salomonis, Apoſtolicæ fidei regula declarauit, & à nobis ſuperius declaratum eſt. Quem circuncidendi ritum ſi populi quidam obſcuriores à noſtra Eccleſia remotiſſimi obſeruant, eorum mos præiudicare non debet ſinceritati fidei in Eccleſia Latina, Græcaque à temporibus Apoſtolorum per totam Europam, Aſiam, & Aphricam quoque longè maxima ex parte receptę, quæ ſemper illam Iudaiſmi & Chriſtianiſmi copulationẽ auerſata eſt.

Matth. 18. 22.
1. Pet. 1. 23.
Geneſ. 17. 7
P. Maffæus hiſt. Indica lib. 3.

Certè

Certè præter Abyſſinos, qui circuncidantur & baptizantur perpauci ſunt, & illi perpauci quoad multa fidei capita hæretici ſunt, & totius ferè religionis Chriſtianæ imperitiſſimi. Nam Abyſſinorum alia eſt ratio, qui Chriſtianè quidem & cum vera Chriſtianorum fide infantes baptizant, *circuncidũt* autem prorſus ad honorem, non ad religionem, ad ſignum nobilitatis antiquiſſimæ, *nullo meriti aut Iudaicæ fiduciæ reſpectu.* Quo poſito nolim eos propter circunciſionem magis damnare, quam ſi propter medicinam aliquam rationem abſtinerent à carne porcina, quam tamen lex Moſaica prohibebat, & à qua propter obedientiam legis ſi quis abſtineat, quin peccet contra Euangelium nulla eſt quæſtio. Non diſſimili ferè ratione ijdem Æthiopiæ Chriſtiani, & ſi eandem cum Catholicis efficientiam baptiſmo tribuant, & in ſenſu Turcico aut Anabaptiſtico nullas rebaptizationes admittant, ſingulis tamen annis ſpeciem quandam Anabaptiſmi, quoad externam formam exhibent. Vniuerſus enim populus quotannis, certo tempore ipſo Epiphaniæ ſolenni feſto, in baptiſmi ſemel ſuſcepti memoriam, & ad honorem Chriſti eo die baptizati, magna cum celebritate fidem ſuam de integro profitetur, & deinceps aquis luſtralib⁹ aſpergitur, id quod ſi externam ſpeciem rei geſtæ reſpicias, anabaptiſmus eſt: ſi cauſam, voluntatem, intentionem ſuſcipientium, longè aliud eſt. In longa illa diſputatione de rebus matrimonialibus & polygamia, quanquam homini Chriſtiano difficilè non eſt argumenta Micheæ, vti non valdè acuta leui brachio repellere, tibi tamen antegreſſa fontium & Magiſtrorum tuorum axiomata ſuſtinere volenti, arduum erit opus, niſi ego admodum fallor. Ecquid enim coram promiſcua multitudine per Miniſtros ex ſolis ſcripturæ textibus vis quæſtionem hanc definiri? habes ergo diſputationis talis concluſionem in hiſtoria Monaſterienſi. An probabis illud vulgatiſſimum horum tuorum pronunciatum, ſcripturam Teſtamenti veteris per ſe ſumpti continere omnem perfectionem & fidei, & morum, neque *nos aſtringi ad plura quam veteris ſub Moyſe Iudæi? alioqui eſſemus deteriore quam ipſi conditione?* Nec ita laborioſum eſt polygamiam inferre, quam lex probabat, & quam à primis Patriarcharum temporibus vſque ad Chriſti ætatem ſcimus fuiſſe in vſu & praxi: & ei à Chriſti quoque temporibus ſtabiliendæ efficaciter inſeruiunt (vti Michæas notauit) communes tuorum expoſitiones, qui Paulinum locum de Epiſcopo vnius vxoris viro à Chriſtianis eligendo, aiunt intelligi de

Damian. à Goez.⁹ legatio. Iudæorum artic. 17.

Damian. vbi ſupra artic. 18.

pag. 284. 285.

Deut. 21. 15.

1. Timoth. 3. 2.

gi de eo qui eodem tempore niſi vnam habeat vxorem etiamſi ſucceſſiue ſex habuerit aut ſeptem. Denique ſi ex tuorum more ſolenni nihil recipiendum contendas, quod non in aliquo noui aut veteris Teſtamenti capite apertè euidenterque tradatur, ijdem Euangelici canora voce clamant: *Atqui vt vniuerſa Biblia perlegas* à Geneſi ad Apocalypſim, etiam additis libris illis, quos Papiſtæ pro Canonicis venerantur, *nuſquã inuenies tamen* alicubi clarè maniſeſteque *vetuiſſe Deum, ne quis plures vxores haberet.* Id quod nec ego ſanè illis negare potero, ſi iuxta Proteſtantium fidem tuumque cum Michæa conuentum de ſecludenda Eccleſiæ primitiuæ, & Apoſtolicæ authoritate, Biblicas ſyllabas, vocabula, ſententiasque perſcruteris. SAMVEL. At mihi polygamia directè planeque improbari videtur ex illa vnica ſententia Chriſti, qua reſpondens Phariſæorum de diuortijs quæſtioni, primamque hominis creationem narrans. *Erunt* (inquit) *duo in carne vna.* Et rurſus: *Itaque non ſunt iam duo, ſed vna caro.* Vbi ſatis maniſeſtè coniugium verum, duorum, vnius maris & vnius fœminæ ſocietate maritali definit. LVDOVICVS. An verò putas hunc locum in Synodo illa Monaſterienſi tot oculatos Euangeliſtas effugiſſe? qui nihil eo impediti, multitudinem vxorum verbo Deo licitam fuiſſe ſtatuerunt. Quid ſi alius reſpondeat illud (*duo*) in qua voce magna vis argumenti poſita eſt, in nullis Biblijs Euangelicis ad Hebraicam puritatem limatis extare? *Non enim dixiſſe Adamum, fiet ex duobus vna caro, ſed fiet ex eis vna caro.* Ego certè in nulla editione Proteſtantium, ſiue Lutheranica, ſiue Zuingliana, ſiue Anabaptiſtica, Gallica, Anglica, Germanica, aut alia quauis vocem illam reperire hactenus potui, niſi tantummodo in editione vulgata Eccleſiæ Catholicæ. Sed pergunt tui concedentes ſic Deum per Adamum fuiſſe locutum. Addunt tamen Euangeliſtam illa Adami verba repetentem dixiſſe: *Erunt duo; non erunt tantùm duo:* Ideoq; nec *prohibere quin poſſint eſſe tres vel quatuor. Quemadmodum enim non valet hoc argumentum: Dixit Chriſtus: Si duo veſtrum conſenſerint in terra, obtinebunt quod petent. Ergo ſi tres aut quatuor conſenſerint, nõ obtinebũt. Ita nõ valet: Dixit Deus, Erũt duo vna caro, verumq; matrimonium; ergo ſi tres erunt, non erit verum matrimonium.* Hæc & alia plura illi congerunt collatis Scripturarum locis valdè Euangelicè, vt huius teſtimonij pondus labefaciant. Quæ ſi ego ſingulatim velim deſcribere, multum ſanè tibi Samuel negotij faceſſerem: & ſi ſpiritu Euangelico, hoc eſt, contentionis & philautiæ eſſem prædi-

Ochinus lib. 2. Dialog. pa. 193.

Matt. 19. a

Ochinus vbi ſupra pag. 191.

Geneſ. 2.

Ochinus vbi ſupra.

Matth. 18.

tus, nec

Digitized by Google

tus,nec ex hoc loco,nec ex alio aliquo (quanquam iſto alium clariorem difficilè reperies) monogamiam Chriſtianam conſtitueres. Si enim locos rebus controuerſis definiendis triplo manifeſtiores,verbi gratia illud Euangeliſtarum omnium de reali præſentia, Ioannis & Lucæ de neceſſitate baptiſmi, differentiaque inter baptiſmum Ioannis & Chriſti ſuis ambagibus & interminata loquacitate eludere poſſunt: quid hic non ſint facturi,vbi minora ſunt verborum pondera, & pauciores circunſtantiæ,quibus alligentur; & vbi omnes intendent ingeniorum ſuorum neruos ob amorem Veneris, ad multiplicandas ſibi fœminas, & propagandam Euangelij ſui libertatem Neque tamen mihi dubium eſt hoc ipſo loco Iudaicam & Turcicam polygamiam à tempore Chriſti ſic prædicantis diſertè improbari. Illud autem euincerem non ex ſolis verbis aut illis ad alia in ſpeciem ſimilia veſtro more comparatis,ſed partim ex verbis ipſis, partim ex circunſtantia loci, adiuncto tenore prædicationis Apoſtolicæ, & fide Eccleſiæ primitiuæ. Saluator enim cum ait eam eſſe matrimonij vim, vt eius gratia *relinquat homo patrem & matrem, & adhæreat vxori*, vxorem vnam cũ vno marito in vero matrimonio copula . Cùm addit, *Erunt duo in carnem vnam*, plures duobus ab vnitate matrimoniali excludit, quæ propriè inter plures duobus non poteſt coaleſcere. Cùm deinceps infert, *Itaque iam non ſunt duo, ſed vna caro*, longè magis multitudinem vxorum excludit,quæ apertiſſimè viri carnem in varias partes diuidit. Quæ partitio cum hac vnitate non poteſt magis conſiſtere, quàm viri cum pluribus ſimul fœminis coniunctio poteſt ad vnam prolem (de qua hanc vnitatem carnis exponunt aliqui) generandam concurrere. Illa autem prima matrimonij inſtitutio, ad quam Chriſtus Phariſæos reuocat,multò fortiùs hunc verborum Chriſti ſenſum corroborat. Ecquid enim clariùs aut notiùs eſt, quàm Deum qui ab initio humanam naturam fabricauit, vnum virum & vnam fœminam creaſſe,& coniugali vinculo alligaſſe, vt veram matrimonij naturam eo numero definitam oſtenderet? quando tamen ſi neceſſitas multiplicandi generis humani ſufficiens cauſa eſſet ad plures vxores vni viro copulandas, tum potiſſimum ea ratio valere debuiſſet, quando tota natura humana in duabus illis perſonis includebatur. Neque verò minus notum & euidens eſt hanc monogamiam, hoc eſt, vnius viri & vnius mulieris indiuiduã in coniugio ſocietatem ab Adamo & Eua cœptam, deinceps in tota eorum poſteritate duraſſe ad annos mille trecentos,ad

Matth.19.

Vide D. Thomam in Catena. Geneſ.1.

Gen.4.19.

vſque

vſque Lamechum patrem Noë, hominem impium, *ſanguinarium, & homicidam, qui primus* legem illam veterìs matrimonij à maioribus acceptam immutauit, & duas eodem tempore vxores ſibi aſciuit. Neque verò parum momenti ad nodum hunc fortiùs adhuc ſtringendum accedit ex Apoſtolo Paulo, qui verba ab Adamo ſpiritu prophetico dicta, à Saluatore ad hunc modum explicata, pręterea accommodat ad ſignificandum maximum illud myſterium Chriſti incarnationis, & Eccleſiæ eius Catholicæ, cuius *corporis Chriſtus eſt caput, vt vir vxoris:* & illa viciſſim vxor eſt Chriſti viri ſui corpus, non aliter quam Eua Adami; quæ item ex latere Chriſti in Cruce dormientis fabricata eſt, non aliter quam Eua ex latere Adami ſui, cui vxori vnicæ, ſoli, Chriſtus in æternum adhæſurus eſt, perinde vt vir bonus toto vitæ ſuæ decurſu, etiamſi annos Mathuſalem viueret, vnicam & ſolam vxorem ſuam fouere, & diligere abſque conſorte riuali tenetur. Neque verò vir fidelis vxori fideli poteſt alteram magis ſuperducere, quam Chriſtus poteſt Eccleſiæ ſuæ Catholicæ alteram Eccleſiam ſuperaddere, quam poteſt rurſus incarnari, rurſus mori, nouum Euangelium rurſus in mundum inuehere, eóque modo nouam ſibi rurſus Eccleſiam conſtruere & ædificare; id quod & toto Chriſtiana Theologia reſpuit & abominatur, & ipſum matrimonium quoque vt olim Adami & Euæ, ſic poſtea omnium Chriſtianorum, quod à Chriſto ad illam primitiuam inſtitutionem, & vnitatem eſt reuocatum, & à Spiritu ſancto per Apoſtolum Paulum vnius Chriſti cum vna Eccleſia perpetuæ coniunctionis Sacramentum eſt promulgatum, fortiſſimè refellit & reprobat. Huc adde characterem perpetuum Apoſtolicæ ſcriptionis & prædicationis, vbi nunquam plurium vxorum habetur mentio, ſed ſemper vir vnus ad vnius vxoris fidem, amoremque aſtringitur, quoad mors eum à lege illa liberauerit, vbi *vnaquæque mulier ſuum virum, & vnuſquiſque vir ſuam vxorem habere iubetur*: vbi *vir non maiorem ſui corporis poteſtatem* habere dicitur, quam mulier ſui: id quod virum manifeſtè arcet à polygamia, vbi *vir vxoris caput* aſſeritur, & *Chriſtus Eccleſiæ*: vbi vtrique ſuadetur ex mutuo conſenſu ad tempus ab operibus coniugalibus abſtinere, quo vacent liberius ieiunio & orationi: vbi etiam in hoc Chriſtiano coniugij genere conſulitur, vt non ſemper licitis coniugij voluptatibus indulgeant, ſed magno temperamento vtantur, vt *qui habent vxores, ſint tanquam non habentes*, quia *tempus breue eſt, & figura*

Hieronym. contra Iouinian. lib. 1. cap 8.

Epheſ. 1.

Rom. 7. a.

1. Cor. 7. a.

Epheſ. 5. e.

1. Cor. 7. a.

Ibid. e.

Digitized by Google

mundi præterit, eiuſque finis appropinquat, quando omnes ad ſupremi Iudicis tribunal ſumus ſiſtendi, vbi pro ratione ope-
2.Cor.5.b. rum æterna abſque vxorum amoribus, vel præmia cum Sanctis, vel ſupplicia cum Dæmonibus ſumus recepturi. Et iſti noſtri Apoſtoli vni Chriſtiano multas vxores largirentur, qui tam religioſè conſulunt Chriſtianis, vt ab vna, orationis nomine abſtineant? vt ſemper auribus circumſonare putent extremi iudicij tubam? Et formidabile illud tribunal interiùs mentium ſuarum oculis contueantur: quando ſi honeſtè, pieque & ſobriè vixerint, ab hac mortalitate ad immortalitatem, & æterna paradiſi gaudia ſunt aſſumendi, vbi nec fœminæ nubent, nec viri vxores ducent (ſecus quam eſt in Turcarum polygamorum fide) ſed *erunt ſicut Angeli Dei*: Quod ſi
Matth.22 30. quis contra hæc cauillari velit, ſyllabas aucupando, & venando voculas quaſdam, phraſeſque, quibus vnam vxorem in viginti, aut quotquot voluerit multiplicet pro numero equo-
Iuellus. rum (quod vt vides nonnulli facetè quidem quanquam impiè faciunt: in quo artificio quoad alia religionis myſteria peruertenda excellunt vnus ex veſtris domi Superintendentibus) illius os obſtruendum eſt illo Paulino oraculo, *Eccleſia*
1.Corin.14 *Dei talem conſuetudinem non habet*, Eccleſia Dei Apoſtolica & primitiua, quæ proximè Apoſtolis ſucceſſit, nunquam talem conſuetudinem, talem fidem, talem Canonem agnouit, vt Chriſtianus honeſtè poſſet ſimul plures vxores ducere, eumque ab Epiſcopali munere prohibuit, non modo ſi quis ali-
1.Tim.3.2 quando plures ſimul vxores haberet (quod exemplum inter
1.Timoth. 5.10. primos illos Chriſtianos plenos zelo, & Spiritu ſancto, & caſtitatis ſtudioſiſſimos, non dubito quin albo coruo fuerit rariùs
Ignatius epiſto.9.ad Philadelphen. vt non opus fuerit Apoſtolum de illis tam curioſè præcauere (non magis quam de viduis, ne plures ſimul viros habuerint) ſed directè ſi quis priore vxore decedente, cum alia contraxiſſet denuò. Valdè quidem cupiebant Apoſtoli omnes Eccle-
1.Corin.7. 7.8. ſijs Epiſcopos & Presbyteros, cælibes præficere, *vt Timotheũ, vt Titum, vt Euodium, vt Clementem, qui in puritate, & vir-*
2 Timoth. 2.4. *ginitate exegerunt hanc vitam.* Et Diuus Paulus qui omnes Chriſtianos cupiebat eſſe, qualis ipſe erat, cælibes & à nego-
1.Cori.7.f. tijs, moleſtijſque ſæculi liberos, id multò magis deſiderabat
Tit.1.c. in Epiſcopis, curam animarum numeroſi populi gerentibus,
Tertulli. de monogam cap.7 quos idcirco prorſus *continentes* ἐγκρατεῖς & ἀγάμυς ſi fieri poſſet eligendos cenſuit. Hoc autem quia illis temporibus fieri non potuit, illud ſaltem volebat, vt electio ex illis fieret, qui
Concil. ſimul tantum coniugati, vel morte intercedente à vinculis v-

xorijs

Digitized by Google

xorijs facti erant liberi, vel ex conſenſu mutuo poſt in perfectiori caſtitate erant victuri. Quam fuiſſe mentem Apoſtolicam, & illius loci de *Epiſcopo vnius vxoris viro*, genuinum ſenſum omnes antiquiſſimi Epiſcopi, Scriptores, Concilia vna voce teſtificantur, adeo vt nec hęretici quidem quamuis alias caſtitatis inimiciſſimi, Ariani & Iouinianiſtę hoc negarēt. *Confiteris* (inquit D. Hieronymus ad Iouinianum) *non poſſe eſſe Epiſcopum qui in Epiſcopatu filios faciat. Alioqui ſi deprehenſus fuerit, non quaſi vir tenebitur, ſed quaſi adulter damnabitur. Ita Apoſtoli docuerunt, & ipſa ſeruauit antiquitas*, inquiunt Patres in ſecundo Concilio Carthaginenſi. Nec aliter Epiphanius: *Sanctum Sacerdotium vt plurimum quidem ex virginibus procedit: ſi non ex virginibus, at ex ſolitariam vitam agentibus. Si verò nec ij ſuffecerint, de ijs qui continent à proprijs vxoribus, aut ab vnis nuptijs viduitatem ſeruarunt*: quos ſolos (excluſis bigamis) etiam Arriani Sacerdotes ſuos admiſerūt. Ita factum eſt in Africa, ita in Italia, ita in Gallia & Hiſpania, ita in Græcia & Aſia, ita deniq; in Ægypto & Oriente toto, v*bi qui eligebantur clerici, aut virgines erant, aut continentes, aut ſi vxores habebant, mariti eſſe deſinebant*: Idque iuxta regulas Eccleſiaſticas ab Apoſtolis acceptas, & toto Chriſtiano orbe per legitima Epiſcoporum Concilia ſtabilitas. Nam ſi aliquando vno vel altero loco de Presbyterorum cum vxoribus coniugali conſuetudine ſecus commemoratur, illud diſſimulatum eſt propter mollitiem hominum & temporum iniquitatem, quod contra Canones Eccleſiæ, & primitiuæ Eccleſiæ mores perpetratum fuiſſe, eadem Eccleſia teſtis eſt clariſſima. Sic enim teſtatur Epiphanius: *Vbi ſinceri ſunt Canones Eccleſiaſtici, nullus Presbyter, nullus Diaconus aut Hypodiaconus liberos gignit, ſed à propria vxore continet. Quod ſi alicubi ſecus fiat, hoc non eſt iuxta Canonem, ſed iuxta hominum mentem, quæ per tempus elanguit.* Vbi velim te obiter recordari quod eſt verè à Theodoro veſtro Bibliandro illo, qui Alcoranum Germanicè edidit, annotatum; *Apud veteres Scriptores more conſuetiſſimo, diuina Scriptura, & Apoſtolorum decreta, Canonum titulo ſignificari*, ne fortè à ſolis Epiſcopis, quos communi præiudicio vterque & tu, & Michæas condemnaſtis, hos Eccleſiaſticos Canones factos arbitreris. Vtcunque verò hoc alicubi rariùs acciderit, alterum illud ſine exceptione ab ipſis Apoſtolorum temporibus fuit conſtantiſſimè, & vbique receptum, vt nullus vnquam Presbyter aut Epiſcopus è coniugali ſtatu aſſumptus, deinceps

Nicen. capit 3.
Hieronym. contra Iouinian. lib. 1. ca. 19
Concil. Carthag. 2. cap. 2.
Baſil. epi. 17. ad Paregor.
Concil. Eliber. capit. 33.
Epiphan. in Cõpen. & hæreſ. 59. contra Catharos Itẽ hæreſ. 30. contra Ebionæos.
Hieron. cõtra Vigilant. cap. 1.
Epiphan. hæreſ. 59. contra Catharos.
Biblian. in præfat. epiſtolarũ Zuinglij & Oecolampadij.

Digitized by Google

Ambroſ. epiſt. 82. Socrat. lib. 1. cap. 8. Sozom li. 1 cap. 22. Vide Cæſarem Baronium in Annal. Eccleſiaſt. anno 58.

prima defuncta alteram ſibi vxorē aſſumeret. Ex quibus manifeſtè conſpicitur, quænam ſit illa monogamia, quale vnius vxoris coniugium, quod in Epiſcopo requirit Apoſtolus: maximè quum in illis populis, hoc eſt, Aſiæ minoris & Cretæ, quibus Timotheum & Titum Epiſcopos præfecit, & quibus has eligendi regulas tradit, illa Iudæorum quorundam polygamia nunquam fuerit in vſu, vt ex fidelibus eorum temporum Hiſtorijs facilè poſſet demonſtrari, ideoque cur Apoſtolus Paulus, earum gentium Epiſcopos tam ſolicitè de polygamia illic incognita inſtrueret, nulla ſubeſt ratio. Quare argumentum Miniſtrorum veſtrorum ab vna vxore Epiſcoporum ad plures aliorum Chriſtianorum deductum, eos oſtendit eſſe non tam homines ſobrios & temperantes, quam equos effrenes & ſalaces, quorum comparatione tot etiam vxores ſibi congerere putant eſſe Apoſtolicum. Idq́; non paulò magis eluceſcit ex ea belluina ad Venerē neceſſitate, quam primi veſtri Euangeliſtæ prædicarunt: ex qua ſi flumen quoddam luxuriæ & omnis turpitudinis in congregationes veſtras eruperit, quis admiretur, quando ad laxandas intēperantiæ pluſquam meretriciæ habenas, nullum vel cogitari poſſit efficacius irritamentum, & eſt præterea in omnes primitiuæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ Epiſcopos contumelioſiſſimum. Certè vniuerſos à principio Eccleſiæ, omnes celebriores Doctores, Patres, Epiſcopos ſpurcitiæ nō nominandæ coarguit. Nam poſt primos illos à S. Ignatio nominatos, Timotheum, Euodium, Clementem, Titum, cōſtat reliquos omnes, nemine excepto, Ignatium ipſum, Theophilum, Cyprianum, Origenem, Athanaſium, Baſilium, Nazianzenum, Chryſoſtomum, Innocentium, Ambroſium, Auguſtinum, Hieronymum, & quid ſingulos numero? tot millia Epiſcoporum & Presbyterorū in Oecumenicis Cōcilijs, tot millia Monachorum in eremis & monaſterijs, tot millia myriadeſq́; ſacrarum & viduarum per totum Orientem & Occidentem conſtat abſque his Lutheranis amplexibus vitam caſtam ſanctiſſimè peregiſſe, quorum puriſſimæ authoritati non tam mundus vniuerſus, quam cęlum quoq;, ipſe (inquam) Deus omnipotens illuſtriſſimis in vita & morte miraculis teſtimonium glorioſum reddidit: quos tamen Lutherus è cælo detractos in inferis collocat, ſi caſtè viuendo diuini *præcepti & pluſquam præcepti* fuerunt trāſgreſſores; aut ſi propter abſtinentiam à coniugio, ea crimina admiſerunt fornicationis, adulterij, Sodomiæ, quæ monſtrum hoc hominis recenſet, & mihi horror eſt de ſanctiſſimis Chriſti organis

Digitized by Google

ganis vel cogitare. Multa quæ ſequuntur, agnoſco vobis duobus, hoc eſt, Mahumetanis & Zuinglianis eſſe valde ſimilia, vt de ieiunijs contra Eccleſiæ formam nouo more inſtitutis, de Teſtamenti veteris nouiq́; libris, aut capitibus ad veſtrā vtrinque libidinem & phantaſiam reiectis, circuncíſis, expoſitis, inuerſis: de miniſterio & cęteris, niſi quod in permultis, vt in ſimplici victu, in eleemoſynis faciendis, in frequentādis templis, in publicis operibus ad cōmunem Reip. vtilitatem ſuſceptis, in fanis ſuis, in Xenodochijs, in Noſocomijs ad honorem Dei quem colunt, & cōmodum proximorum extruendis, non vobis ſolū & veſtris fratribus, qui iſta omnia diruere ſoletis, ſed ipſis etiam veris Chriſtianis exemplo præeūt, vt veterū Chriſtianorum liberalitatem quam proximè imitantur. Quare vt hęc omittam, in veſtra de miniſterij natura diſceptatione vnū quid aduerti, quod meritò faciat homines ſobrios nouas veſtras ſcripturarū expoſitiones perhorreſcere. Perdiu eſt, quod pro calice omnibus tam viris, fœminis, pueriſq́; quam Presbyteris communicando depugnatum eſt: & ad eum extorquendum iſti textus applicati: *Hoc facite, bibite ex eo omnes: Ego accepi à Domino quod & tradidi vobis*, & huius generis cætera. At quod ijdem textus eodem modo à vobis aptarētur ad mulierum *Sacerdotium* inducendum, ad mulierum *publicum & Eccleſiaſticum miniſterium*, ad earum cōciones, abſolutiones, conſecrationes approbandas, quis vnquam Chriſtianus in fide ſua mediocriter inſtitutus cogitaſſet: aut quis deinceps nō neceſſariò dubitet de eorum ſincera expoſitione in illo priori, quos manifeſtè videt tam fædè labi in hoc poſteriore. Et quid fingi poteſt, vel in moribus adeò barbarum, vel in fide adeò monſtroſum, vel cum ipſo communi ſenſu, & omnium fidelium ratione adeò pugnans, ad quos iſti Euangeliſtæ ſacras literas non ſunt pertracturi, qui ex ijſdē literis confirmare audent, fœminas *iure & præcepto diuino* tam veras eſſe *verbi prædicatrices & conſecratrices ſacramentorum*, quam fuit ipſe Paulus? In vmbris Teſtamēti veteris Ozias, Rex clariſſimus, quod in templo particulā Sacerdotalis miniſterij inuadere voluiſſet incenſum offerendo, diuinitus lepra percuſſus, à Regio throno & maieſtate quoad deinceps viueret, deturbatus eſt. Et in veritate luceq́ue Teſtamenti noui, in maximè arduis ſublimibuſq́; eius myſterijs mulierculæ, non Reginæ, non Principes, ſed priuatæ, pediſſequæ, focariæ & culinariæ diuiniſſimâ Sacramenta diſpenſandi poteſtatem habebunt? Quanta eſt inſcitia hoc imaginari, quāta inſania proferre, quāta barbaries, *2. Paralip. cap. 26.*

 quan-

Digitized by Google

quantus ſtupor defendere! Certè qui Scripturis audent ad ta le paradoxum colorandū abuti; ijs in quocunq; controuerſo fidei negotio qui animæ ſuę ſalutem credit, aut nullam animę curam habet, aut æternam animæ, corporiſq; cum ſpiritibus inferni damnationē merito ſuo expectet, quando contra communem omnium rationem cæco, & furioſo impetu tam cæcos & bardos duces ſequitur: de quibus ſi de vllis vnquam hæreticis veriſſimum eſt illud Iudæ Apoſtoli, quòd in ijs quæ omnes mortales *naturaliter norunt, in ijs tanquam mutua animalia corrumpuntur*, & qui hoc exemplo lippis & tonſoribus demonſtrant ſe eſſe ſcripturę ſacræ corruptores impudentiſſimos. Neque multum alleuat grauitatem huius abominandæ turpitudinis, quod nec fœminas, nec viros niſi à plebe electos ad huius ſuę poteſtatis praxim ingredi poſſe docēt. Nam poſtquam diuino iure ianuas horum officiorum eis apparuerunt, num ſua voce, humana authoritate aditum ad officia perfungenda eis occludent? & qui populum docuerunt mille Auguſtinos, mille Cyprianos, pleniſſima Concilia generalia aſpernari, an illi vnius miniſtelli voce tenebuntur, vt iure ſibi diuinitus conceſſo ne vtantur? Quam promptum eſt tota panoplia Theologiæ veſtræ hanc maceriam iuri diuino oppoſitam diruere? quo ore traditiones hominū poſſunt impugnare illi, qui ſuis traditionib⁹ Dei verbū tam craſsè eludūt? Qua fronte contra Catholicos vſurparunt illud, *Spiritus vbi vult ſpirat*, vt Spiritum ſanctum à Cathedris Epiſcoporum ad omnes laicos, & ſeipſos inprimis transferrent, ſi eundē ſpiritum loquentem in fœminis, quas non minùs quam viros probant eſſe θεοδιδακτὺς, à Deo edoctos audire recuſant? Quod Caluinus pro licentia carnis abſque impedimento Eccleſiaſtico vbi libet edendæ promit, quāto magis ad hoc fœminarum miniſterium ſtabiliendum valebit? *Iniuria* (inquit ille) *ſit Deo, cum ſimpliciter etiam ad certos dies eſus carnium interdicitur. Carnes non minus quam olera, & piſces, & poma Deus in vſum noſtrum deſtinauit, liberum (inquam) omnium vſum, modò ſobrius ſit & frugalis, promiſcuè nobis permiſit. Surgunt poſtea homines, qui hac nos libertate priuant, ne liceat quod Deus licere voluit, &c.* Non inſiſtam Samuel in hac Theologia apud te refutanda, quæ non tam hæretica eſt, quam ſeditioſa, quam proditoria, Magiſtratus ciuilis authoritatem omnem abolens, Reſpublicas euertens, planeque ἀναρχίαν inducens. Tu quidem aliqua ex parte probaſti ieiunium Quadrageſimale, hoc eſt, quadraginta dierum abſtinentiam à carnibus, quod Regina veſtra

Iudas in epiſtola.

Caluin. de vera Eccleſiæ reformandæ ratione. pag 345.

ſolenni

Digitized by Google

ſolenni edicto, grauibus adiectis pecuniarijs mulctis, & aliquando carceribus ſolet quotannis promulgare. Nam ſextam & ſeptimam feriam Anglos legibus coactos à carnibus temperare, etiam ad hunc vſque diem, à veſtratibus intelligo. Nunquid Regina tales leges ferens, nunquid Eccleſia Anglicana tales leges approbans *iniuriam facit Deo?* aut liberum eſt populo leges latas de talibus rebus, & harum ſimilibus (quales ſunt omnes ferè leges ciuiles) pro ſua arbitratu infringere aut contemnere? Aut ſi licet Principi ciuili non obſtante libero, rerum vſu à Deo relicto in prima rerum creatione commodi temporalis gratia reſtringere, vel dilatare poſſeſſiones, fructus, fruges, agros, merces prohibere ne exportentur, vel importentur, vendantur, emantur, conſumantur, prout nimirum vtilitas aliqua in alterutram partem ſuaſerit, an nefas erit Eccleſiæ Epiſcopis, Paſtoribus æternæ ſalutis animarum cauſa ad certos dies interdicere vſum vini, carnium & ſimilium rerum, quæ luxuriæ, libidinis, intemperantiæ ſunt inſtrumenta? abſtinentiam pręcipere & continentiam, quę corporibus ſalutaris eſt ſimul & animis? Hanc vos appellatis doctrinam dæmoniorum? Certè hæc contraria, eſt doctrina Libertinorum & Helluonum: & ſi argumenta, quibus eam defenditis, ſeriò quis intueatur, videbit eſſe doctrinam ſtultorum, & aſinorum, & rebellium, & proditorum, quando ſi à libertate à Deo in prima rerum creatione humano genere tradita diſcedere nefas eſt, tũ Magiſtratui Geneuenſi præcipienti ne Miniſter aliquis veſtem viridis, cærulei aut crocei coloris, inſtar morionis gerat (quos colores non minus quam alios Deus in prima rerum creatione fecit omnibus veſtiendis promiſcuè liberos) Caluinus obtemperare non poterit, ne *iniuriam faciat Deo.* Scripturæ quidem loca ab iſtis hominibus ad euertẽdum Eccleſiæ Sacerdotium collecta tam directè vnum probant quàm alterum. Vt enim vocant Chriſtianos omnes *Sacerdotes* propter interna orationis, pietatis & bonorum operum ſacrificia, quæ offerunt per Chriſtum Deo: ita vocant eos *Reges* propter ſummam vereq; regiam potentiam, quam in Chriſti Regis & Sacerdotis myſticum corpus inſiti participatione quadam ab eo nanciſcuntur, ad domanda vitia, ad ſubiuganda peccata, & vincendas ſpirituales dæmonum nequitias vndique in hac vita nos circunſedentes, & oppugnantes perpetuò? id quod non minus neruosè è medio omnem tollit poteſtatem ciuilem Imperatoriam & Regiam, quàm in Eccleſia euertit Epiſcopalem & Sacerdotalem ordinem.

1. Petr. 2. 9. *Apoc. 1. 6.* *Apoc. 5. 10.* *Epheſ. 6. 12*

ed by Google

nem. Sed nimis multa verba profundo in Caluini nugis refellendis, quæ apud homines ſanos & ſobrios ſua ſponte concidunt. Applicemus ea (vt propoſuimus ad fœminarum conciones, & miniſterium Eccleſiaſticum ſtatuendum. *Robuſtiſſimè & clariſſimè locis Scripturæ* firmatum putatis miniſterium verbi in fœminis quoad *ius & præceptum*. Et vos deinceps vſum & praxim huius miniſterij prohibebitis? & nō perſpicitis vos *iniuriam facere Deo*? Ille fœminis non minus quàm viris miniſterium alligauit: *promiſcuè omnibus* authoritatem eam dedit in baptiſmo, & *anathema* ſit (inquit Lutherus) qui aliter ſentit. *Surgunt poſtea homines*, verbi gratia, Lutherus, Caluinus, Beza, *qui hac Euangelica fœminas libertate priuant, ne liceat quod Deus licere voluit*, qui ad ſuam libidinem ſuſpendunt diuinam ordinationem, & egregias Euangeliſtas ipſis pares repellunt à ſingulari honore & gratia quam Deus Opt. max. illis non minus, quàm Luthero, Caluino & Bezæ in baptiſmi Sacramento eſt elargitus. Sed Lutherū huius in fœminas iniquitatis accuſare non poſſum, qui vt erat illi ſexui indulgentiſſimus, ita Euangelij ſui prædicandi, & Sacramenta adminiſtandi fœminis non minus quam viris actu poteſtatem fecit ampliſſimam; & vbi fœminæ viris erant doctiores, in quocunque conuentu ſuggeſtum aſcendere permiſit. Nam in monaſterijs vbi ſolæ fœminę viuebant, quin vna ex eis poſſet concionari, interpretari ſcripturas, Euchariſtiam miniſtrare, audire confeſſiones, & abſoluere, Lutherus nunquam dubitauit. Sic enim ille euidenter & verbatim: *Vbi nihil niſi mulieres eſſent, & nulli viri, vt in cœnobijs Nonnarum, ibi poſſet mulier conſtitui ad prædicandum.* Quòd ſi *ad prædicandum*, ergo & ad reliqua illa Sacerdotalia munera peragēda, iuxta perpetuam & conſtantem Lutheri regulam. *Si docendi verbi officium vlli traditur, ſimul omnia quæ verbo in Eccleſia fiunt, traduntur, nempe baptizandi, conſecrandi, ligandi, ſoluendi, orandi, iudicandi officium. Siquidem Euangelizandi officium omnium ſummum eſt, nempe Apoſtolicum, quod fundamentum ponit omnibus alijs officijs, quorum eſt ſuperædificari.* Ita quam eminentem poteſtatem Patres mirificis, veriſſimis tamen laudibus in cælum tollunt, quamque aiunt Chriſtum Ieſum nec cum Angelis quidem communicaſſe, ſed ſibi ſoli, ſuiſque vicarijs miniſtris reſeruaſſe, eam iſti noui Euangeliſtæ peruulgantes, non ad laicos modo quoſcunque, ad vernas & ſeruulos, qui ſunt naturæ eius honoris capaces, transferunt, ſed ad mulieres quoque, quæ ipſius naturæ imbecillitas, &

Luther. vbi ſupra & lib. de abroganda Miſſa in eodem to. 2
Luther. Tom. 5. in 1. Petr. cap. 2. fol. 455.
Vbi ſupra lib. de inſtituendis Eccleſiæ miniſtris. fol. 369.
Chryſoſt. de ſacerdotio. Ambroſ. & alij.

litas, & communis rationis iudicium à tam ardua procuratione difficillimaq; prouincia repellit. Quod (vt dixi) argumentum eſt, nihil cogitari poſſe tam turpe, tam ſtultum & beluinum, quod iſti boni Euangeliſtæ ſcripturis ſacris colorare verebuntur. Vt vel hoc ſolum ſatis ſuperque ſit ad hominem ſobrium permouendum; ne vllis eorum verſionibus aut interpretationibus ſcripturarum fidem adiungat. Et tamen neſcio an tui domeſtici Angli non adhuc ſceleratius ſcripturis abutantur ad fœmineum illis Pontificatum cōfirmandum, quam iſti ad fœmineas conciones & eius generis reliqua. Certè ſi vt Regina patris ſui, ſic eius ſcriptores eorum veſtigijs inſiſtant, qui primatum illum in patre ſcripturis ſacris conſentaneum aſſerere voluerunt, quiſque non planè cæcus videat eos nihil quicquam Luthero & Caluino in contaminandis ſcripturis concedere. Vide enim vt quidam ex celebrioribus, & qui in Pontificatu Romano ad Regem traducendo primarius erat actor, illum abſconditum theſaurum Regi ſuo ex ſacris literis effodit. Hoc modo ſcribit contra Coclæum, doctiſſimū Germanum, ipſe tum in Germania agens, vt hoc Regis negotium Germanis Principibus Lutheranis commendaret. *Obſecro te quid putas Deum ſenſiſſe de regia poteſtate, cum Samueli populi nomine Regem poſcenti in hunc modum reſponderit: Audi vocem populi in omnibus quæ loquuntur tibi. Non enim abiecerunt te, ſed me, ne regnem ſuper eos.* Quid hoc, dicet aliquis, ad Pontificatum Regium, vbi nihil continetur niſi ſentētia Domini reprehendentis populum, quod omnino Regem ſibi preeſſe voluerit, vt magis ex hoc loco Regis poteſtas Deo improbata, quàm Pontificali honore in Aaronem & poſteros eius multis antea ſeculis collato, amplificata videatur. Sed audi interpretationem ex Regia & Anglicana eius temporis Theologia deductam. *Nonne vides* (inquit iſte) *quam Samuelis* (hoc eſt Sacerdotum & Prophetarum) *authoritas deinceps Regia poteſtate ſit inferior futura, cum Deus ipſe conſtituto iam Rege, pene imperium ſuum quod habebat in populū, amiſiſſe ſe queratur? Certè vt illud non contenderim* (O magna in Deum liberalitas!) *ita nō dubitarim aſſerere, Regem nulli præterquam vni Deo & Dei legibus ſubditum eſſe. Regem omnium ſui regni incolarum caput eſſe: omnino Regi licere quoslibet* (Sacerdotes, Epiſcopos, Prophetas) *ad quæ volet munia compellere: abſolutam Regi poteſtatem in omnes eſſe conceſſam, &c.* Nonne vides Samuel mirabilem concluſionem? Ex verbis illis quæ Regibus videntur potius aduerſari quàm fauere, talem elici ſenſum idololatricum,

Apomaxis Rich. Morisini pro Rege Henrico contra Coclaeum.
I. 4.
1. Reg. 8.7.

cum, vt Dei ipſius in populum authoritas videatur Deo erepta, & talibus Dei ſpolijs Regia maieſtas aucta? Nam quamuis hoc iſte vir moderatus & humilis non velit planè aſſeuerare, neque de eo, vtrum *Rege* alicubi *conſtituto Deus imperium ſuum quod habebat* in homines, *amittat*, quia hoc fortaſſis ambiguum eſt & controuerſum inter Anglicanos Doctores, *contendere*: illud certè (quod idem ferè valet) *non dubitat* confidenter *aſſerere* Regiam poteſtatem eſſe Prophetica & Pontificali longè ſublimiorem; adeo vt Rex tam Prophetis quàm Pontificibus quodcũq; libet, poterit imperare: tam Prophetas quam Pontifices, tã Samueles quã Achimelechos ad dicẽdum, faciendum, prædicandum quodcunque placuerit Regi, abſolutè poſſit compellere: poſſit ex laicis facere Prophetas & Pontifices, & rurſus ex Pontificibus laicos, vt eſt in hac noua Theologia definitum: Denique & totam Religionis, Deique colendi formam (vt ſub his Regijs Pontificibus in Anglia factum eſt) pro *ſua abſoluta poteſtate* inuertere: quod eſt directè & perſpicuè Regem in Chriſti Deiq; locum ſurrogare. Vt non ſit mirandum ſi eiuſmodi Theologi cum hac poteſtate à patre in filiam, iuxta Canones Eccleſiæ Anglicanæ translata, diuinitatem quoq; transfuderint: Ex quo ſunt illa magni cuiuſdam viri carmina in orationis & adorationis formã compoſita.

Aſchamus inter epiſtolas fol. 255.

Salue diua tuæ patriæ decus, optima ſalue
Princeps Elizabetha, tuis Dea magna Britannis.
Pande tuis iam fauſta noui noua tempora ſæcli
Ciuibus, imperium placidum mundumq́; benignum.
Lætaq́; temporibus noſtris da tempora diua.
Tu Britonum tu ſola ſalus, tu ſola columna, &c.

Omitto reliqua eiuſdem argumẽti & generis, quæ verè declarant quod ille alter prædixit, *cõſtituto iam Rege* vel Regina, *Deum penè imperium ſuum quod habebat in populum amiſiſſe*, quando iam ea quæ à Deo ſolo dari poſſunt, à Regina, *magna Dea* ſupplicibus votis petuntur: quæ eadem cùm à vero Deo per Sanctorum ſuorum interceſſiones Chriſtiani poſtulat, iſti boni Theologi idololatricum eſſe clamitant. Opinor quia honor talis nouæ Deæ ab ipſis inuentæ non attribuitur. Vt autẽ hoc de Sacerdotio primatuque mulieri, & quæ ſequuntur omnia valde quidem ad Euangelij noui dignitatem præ Alcorano deprimendam efficacia Michæas non malè accommodat ad amorem Alcorani prę Euangelio nouo tibi ingenerandum, teque ab vno abducendum, vt amplectaris alterum. vt

Thaidem

Thaidem relinquas, & adhæreas Laidi, hoc eſt Scyllam pro Charibdi, & hæreſim totam cum apoſtaſia multo meliori commutes: ita ego potius velim te ex hac diſputatione excerpere, quæ cum vtrinque clara ſunt & euidentia, nec à quoquam vel Euangelico vel Mahumetano poſſunt negari, perinde tamen valent ad Mahumetiſmum & Euangeliſmum nouum æternæ turpitudinis conuincendum, probandumque quod vterque à malo ſpiritu originem duxerit. Nam ſi Chriſti Eccleſia fuerit vera, ſi Apoſtolica fides ſincera, ſi vllo vnquam tempore Paſtores & Epiſcopi Eccleſiæ ſancto Spiritu præditi, hæreſes contra fidem, Eccleſiam, Apoſtolis & Chriſtum exortas rectè condemnauerunt (quod verum fateri neceſſe eſt, niſi fateri malis totum Teſtamentum nouum eſſe falſum) hoc à primis illis martyribus & Apoſtolorum ſucceſſoribus fuiſſe factum inter omnes conſtat. Qui cum hæreſes plurimas partim ab Alcorano, partim ab Euangeliſmo receptas peræque deteſtati ſunt, cur non tu peræque & Alcoranum, & Euangeliſmum tanquam vetuſtiſſimarum hæreſum ſentinas abomineris potius, quam odio Euangeliſmi ad Alcoraniſmum nihilo meliorem tranſeas? Rurſus ſi per impoſſibile fingamus Eccleſiam corruiſſe funditus, vt de ea ante annos mille penitus collapſa blaphemant tam Turcæ, quam Lutherani & Zuingliani, an credibile eſt Spiritum ſanctum, amatorem humilitatis, & caſtitatis, & puritatis, hos impuriſſimos, Mahumetem, Lutherum, Zuinglium, totos mulieroſos, totos ventri, Veneri, bellis & ſeditionibus deditos, homines infinitæ ſuperbiæ, immenſæ procacitatis, nec externam ſpeciem mediocris honeſtatis præſeferentes, ad tam diuinum munus Eccleſiæ rurſus extruendæ fuiſſe electurum? Et qui in veteri Teſtamento ad corrigendos errores vnius prouinciæ, vnius tribus, nullos niſi inſignes & admirabiles Prophetas mandauit, is nunc ad reformandum terrarum orbem ad Eccleſiam Catholicam ædificandam, hoc eſt, ad opus efficiendum, quod Chriſtum Ieſum Deum ipſum requirebat, hos luxurioſos ganeones ſelegiſſet? Liberius iſta apud te loquor Samuel, vel amore tui, vel honore veritatis compulſus, quæ illo præſente niſi certo cum diſcrimine potuiſſem attingere. At vera eſſe neque tu de tuis illis magiſtris, nec ille de Mahumete ſuo negare poteſt, quando in communibus ipſorum etiam Saracenorum hiſtorijs reperiũtur. Quare ſi rectè vti voles Michææ laboribus, ex ijs cum capias fru-

pias fructum ſaluberrimum, vtrique vt infidelitati, tum illi quam ſeuit Mahumetus, & huic quam inuexit Lutherus pariter mittas nuntium: vtrique tanquam infami meretrici, ſed veræ matronæ nomen pari impudentia & improbabilitate
Cantic. 6. ambienti extremum vale dicas, teque recipias ad *vnicam*
Oſee 2. d. Chriſti *ſponſam, vnicam veritatis cuſtodem, tabernaculum Dei*
1. Timot. 3. *cum hominibus*, id eſt, ad Apoſtolicam & Catholicam Eccle-
Apoc. 21. a ſiam, iſtis vtriſque ſectis, alijſque omnibus antiquiorem; quæ his alijſque omnibus ſectis inuitis, tumultuante mundo, fremente diabolo, omnibuſque inferni poteſtatibus fruſtra oppugnantibus, veram illam Apoſtolorum religionem continuatis ſucceſſionibus ad noſtra tempora perduxit, & in nouum orbem propagauit, & ad finem vſque mundi con-
Pſalm. 88. e.f. ſeruatura & propagatura tam certò eſt, quam ipſi cœleſtes orbes, Soliſque & Lunæ globi
Iere. 31. g. immutabili conſtantia ſuos curſus obibunt, ad quos Deo omnipotente ſunt creati.

Finis Libri Secundi.

CALVI-

Digitized by Google

CALVINO-TVRCISMI.

LIBER TERTIVS.

ARGVMENTVM CAPITIS PRIMI.

Samuel dolet & reprehendit Michaam, quod ab Euangelio diſceſſerit ad Alcoranum. Excuſat quadam Eccleſia Proteſtantica errata, & eorum cauſam declarat, videlicet quod in initio de Pontificis Romani poteſtate extinguenda toti laborantes, non curarunt quod regimen eius loco ſuccederet. Michaas defendit ſuam ab Euangeliſmo ad Alcoranum tranſitionem, tum exemplo omnium proteſtantium qui ſic abierunt à fide Catholica ad varias Euangelicorum ſectas: tum generali eorum ratione, qui ſemper veritatem inueſtigandam eſſe, & vbi inuenitur, ad eam à quacunque ſecta tranſeundum eſſe concedunt. Probat glorioſum eſſe Euangelio eiusq́; Miniſtris, quod ad Alcoranum proficiant.

CAPVT PRIMVM.

PROXIMO mane ſurgens maturius ſolito Michæas omne tempus antemeridianum in ſeria & attenta commentatione poſuit, quaſi validioribus armis ſe muniens contra aduerſarium, quem videbat in hoc genere pugnæ aliquanto quam putabat exercitatiorem. Cum ergo à prandio conueniſſent, ducto aliunde ſermonis principio, ita rem aggreſſus eſt Samuel. SAMVEL. Mahumetanæ perſuaſionis articulos diſtinctius à te enumeratos, & ornatius explicatos, & neruoſius quoque defenſos, quam pro Turcarum ruditate & inſcientia, agnoſco Michæa. Quod quo maiori vel veritate vel veritatis ſimilitudine ſit, eo magis doleo vicem tuam, quem video multis defe-

ctionis ab Eccleſia noſtra futurum authorem & ducem. De quo propterea illud verè vſurpari poteſt, quod apud Græcos fertur de capra lupi catulos alente, & contra ſeipſam producente cornua. Quemadmodum enim illa lupi fœtum lactauit, cuius poſtea grandioris facti dentibus erat dilanianda, & opificibus cornua ſua præbuit, quibus ad ipſam ſauciandam tela parabantur, non aliter Eccleſia Euangelica te quem hactenus fouit, diſciplinis liberalib. inſtituit, ad Miniſtri dignitatem extulit, & illis honoribus auxit, quos chariſſimis ſuis filijs impartire ſolet, iam grauiorem ſentit aduerſarium, quàm Papiſtas ipſos, cum quibus bellum perpetuum & immortale gerit. Quid autem magis impium & nefarium fingi poteſt, quã vt tu mihi Euangelico, & in Euangelij doctrina ab infantia educato, verbique Euangelici Miniſtro perſuadere coneris, Euangelium Chriſti eſſe derelinquendum, & ad Alcoranum Mahumetis tranſeundũ? Quod ſi à nobis fiat, qui gregis dominici tanquam arietes ſumus, & virtute, prudentia, conſtantiaque reliquis tantò præſtare debemus, quantò paſtor ouibus ſuis, indoctum vulgus quam fidem conſtanter retinebit, quàm anceps vacillabit, quibus dubitationum fluctibus iactabitur? Aut omnem fortaſſe fidem abijciet, & in Atheiſmum ruet; aut noſtrum in Turciſmo ſuſcipiendo exemplum imitabitur, de quo hoſtes noſtri Papiſtæ ita triumphabũt, ac ſi iam planè debellatum eſſet. Neque enim ſcio an quicquam captare poſſint ad populum ab Euangelio auertendum plauſibilius, quàm ſi illud ſemel arripuerint, & manifeſtis rationibus demonſtrare poterunt Euangelio noſtro ad Alcoranum Mahumetis parari viam, & Miniſtros ipſos diuini verbi præcones exemplo ſuo auditores ad Turcicam infidelitatem cõmouere. Hoc quàm ſit futurum Euangelio peſtilens & exitiabile, quam eius dilationi aduerſarium, quàm non minùs Miniſtris & veris Euangelicis graue & moleſtum, quam Papiſtis gratum & iucundum, in promptu eſt conijcere. Neque verò rationes tuæ eò pertingunt, quo perſuaſio tua tendit, ſed quod eſt apud Dialecticos vitium vel maximum, concluſionem ponis antegreſſis propoſitionibus, ex quibus ea confici ſolet, multò largiorem. Quum enim Euangelicæ religionis capita quædam reprehenderis, & quædam Alcorani prætuleris, ex illis quibuſdam infers Alcoranum generaliter eſſe Euangelio præſtantiorem. Quod non magis verum eſt, quam auro ferrum eſſe excellentius, eo quod ad arma fabricanda & domeſticos quoſdam vſus ferrum auro eſt commodius. Non

inficior

inficior quidem nonnulla eſſe in Alcorano, eſſe item in Euangelio noſtro nonnulla eiuſmodi, quæ ſi accuratè inter ſe comparas, conuincant eſſe aliquod in Alcorano, quod ſupra Euangelium noſtrum emineat & excellat. Neque enim diffiteri volo à primis noſtris Euangeliſtis alicubi eſſe erratum, potiſſimum autem in duobus, in modo nimirum refutandi Põtificatus Romani, & libertatis Euangelicæ prædicandæ, à quibus duobus eorum pleraque, quæ tu hactenus percenſuiſti, emanarunt. Quum enim Pontifex propter locum quem tenebat, & authoritatem qua valebat apud omnes Principes Chriſtianos tanquam Apoſtolica & ab Apoſtolo Petro deriuata, Euangelij prædicationem maximè impediret, hanc eius potentiam Lutherus & alij potiſſimum ſibi frangendam, & imminuendam proponebant, neque tam laborabant, quæ legitima poteſtas in eius locum ſufficeretur, quàm vt eius infinitum Imperium quibuſcunque modis labefactatum corrueret. Vitus Theodorus narrans de Luthero quædam, quæ cedro putat & immortalitate digna, inter alia; *Memini* (inquit) *ante annos decem, quum Lutherus ſanctæ memoriæ veniſſet ad Synodum inſtitutam de Confeſſione Auguſtana, ſcripturæ & veterum Patrum teſtimonijs confirmanda, & grauiſſime ægrotaret* (*nam in nonum vſque diem vrinæ viæ obſtructæ erant*) *exanimis ſe in viam dabat. Conſcenſo igitur curru ac leuatis manibus benedicens ac valedicens circunſtantibus nobis magno numero hac vltima verba edebat, impleat vos Dominus benedictione ſua et odio Papæ.* Ita ille quum eſſet ſemimortuus, & iam nunc expiraturus, odium Papæ quaſi ius hæreditarium ſuis ſectatoribus reliquit, quo Euangelium inprimis tanquam altera columna benedictioni Dei reſpondente ſuſtineretur. Quare quum hoc odium Papæ in eius animo tam altè inhæreſceret, vt modò Papam de ſolio maieſtatis ſuæ deturbaret, quis ſolium illud inuaderet, non ita multum curaret; hinc factum eſt, vt Papa ex Eccleſijs noſtris reiecto tot minores Papæ emerſerint, quot fuerunt diſtinctæ variorum Principum ditiones. Hinc rurſus conſequutum eſt, vt tot ſint inter nos ſchiſmata, ſeditiones & ſectæ: vt ordo Eccleſiaſticus tam ſit confuſus: & alia quædam huius generis imperitè ſint ordinata, quia ſinguli Principes & Euangeliſtæ illa Lutheri regula tanquam ſuarum actionum menſura nixi, non tam intenderunt, quemadmodum Miniſtros ſuos & Eccleſiæ ſtatum præclaris legibus ad pietatem formarent, quam quibus modis Pontificis Romani hierarchiam magis

Vit⁹ Theodorus to. 4. operũ Lutheri, in præfat. in Ioëlem.

magis magiſque euerterent. Idem planè vitium in libertatè prædicanda admiſſum eſt. Quum enim ille Rom. Epiſcopus hominum conſcientias nimis arctis legibus aſtringeret, Quadrageſimam ſeptem ferè hebdomadarũ vrgeret, & prçter eam alia iejunia præciperet, prohiberet matrimonia, neſcio quas vigilias & alia multa tempora introduceret, quibus omnibus libero ciborum & coniugiorum contrahendorum vſu nobis erat interdictum, hoc intolerabile iugum noſtri vt excuterent talium præſcriptionum repagula ſimul omnia perfregerunt, & vt ciborum, ſic etiam vxorum vſum non minùs monachis quam laicis, nõ minùs voto aſtrictis quam voto ſolutis indifferentem fecerunt inuictam vt comedendi, ſic etiam coniugandi neceſſitatem inducentes: paulò incautius procurrentes, dum toti in fumo depellendo ſunt occupati. Et hæc eſt origo atque ſeminarium aliorum quæ tu in Euangelio noſtro craſſiora notaſti, vt de Matrimonio, de diuortijs, de Quadrageſima, de Ieiunijs & huius generis nõ nullis, quæ ex hoc fonte oriuntur. Sed vt iſta nõ inuitus tibi concedam, multum tamen abeſt, vt propterea derelicto Euangelio ad Mahumetis profeſſionem trãſeam, quoniam grauiſſima adhuc ſuperſunt capita, ipſam Euangelij naturam continentia, quæ tu vel à me poſtulatus nondum tamen attingere auſus es. Iſta enim quæ hactenus diſputata ſunt, quamuis ad Euangelij decorem, & ornatum faciunt plurimum, non ſunt tamen Euangelij partes principales, & à fundamento mouendo longiſſimè nimirum abſunt. Aliud eſt autem extremam cutem radere, aut digitũ reſcindere, aliud caput amputare, aut cor, iecur, pulmones ipſa vitæ principia euellere. Neque ſat prudens ille Imperator haberi ſolet, qui quum alterum hoſtilis exercitus cornu loco pepulerit, ſtatim debellatum eſſe, & totas hoſtium copias fuſas, fugataſque conclamat. MICHAEAS. Quod ingratitudinem quandam tacitè mihi obijcis, & defectionem ſatis odioſè vocas hunc meum à vobis ad fidem Alcorani tranſitum; quaſi exigua emolumenta in Eccleſia veſtra merito meo mihi tributa valere debuerint ad me vobis vinculis ſempiternis obligandum, adeò eſt tritum & vulgare, vt nemo ferè ſit è grege veſtro ſcriptor paulò celebrior, qui non & copioſam, & expeditam mihi defenſionem præbeat. Apologia publica totius Eccleſiæ Anglicanæ, ita vel me tacente cauſam meam agit, vt mihi neceſſe non ſit verbum vnum addere. Quod enim Eccleſia veſtra Papiſtis ob ſimilem defectionem vos coarguentibus, ſemel atque iterum reſpondet, id à me tibi reſponſum

puta:

Digitized by Google

puta: *Diſceſſi quidem à vobis fateor, propterea̍ immenſas Deo gratias ago, mihiquè ipſi vehementer congratulor. At à Deo, à vera Chriſti fide nequaquam diſceſſi. Educatus ſum apud vos in tenebris & ignorantia Dei, vt quondam Moyſes in ſapientia Ægyptiorum, &c.* Et ne in ſolum Anglorum exemplum, tanquam in priſtinum me includam, qui latiſſimum habeam totius Euangelicæ congregationis campum, in quo volitem, propone tibi ob oculos vniuerſam tuorum magiſtroȓ multitudinem, quotquot ætate noſtra Euangelio ſpargendo nauarunt operam, Lutheros, Zuinglios, Oecolampadios, Buceros, Martyres, Latimeros, Cranmeros. Nonnè erant omnes Sacerdotes vel Monachi, non ſolùm in Papiſticis ſcholis eruditi, ſed etiam ſacris Papiſticis initiati? Quod ſi magis libet contemplari Duces militares, qui bellicam vim eidem Euangelio plantando adhibuerunt; poſtquam omnes ſingulatim percurreris, fortaſſis nec vnum inuenies, qui nō & Eccleſiam, cui fidem ſuam dederat, reliquit, & præterea arma ſumpſit ad eos Reges Euangelij gratia oppugnandos, à quibus Regibus vel Regum illorum maioribus ille euectus eſt ad eam potentiam amplitudinemque, qua nunc ad hos motus concitandos ad eoſque Reges oppugnandos eſt vſus. Quis enim Guilielmum Naſſouium Aurangium tantis amplificauit opibus in Burgundia, & Germania inferiore, niſi Philippus Rex, & pater eius Carolus? Quis Iacobum Nothum, antea tenuem Cænobij cuiuſdam Priorem, Comitem Moraniæ fecit, niſi Maria Regina Scotiæ? Et Carolum Quintum potentiſſimum Germaniæ Imperatorem, quem omnium ſimul Lutheranorum coniunctæ copiæ aperto prælio congreſſæ terrere non potuerunt, quis tandem è Germania fugere compulit niſi Mauritius Princeps, quem exauthorato Ioanne Electore, & Duce Saxoniæ idem Imperator in eam dignitatem ſubſtituerat? Plurima ſunt huius generis exempla in omnib. Europæ prouincijs, vbicunque floret Euangelium veſtrum. Nec mihi difficile foret maximo numero hanc tuam expoſtulationem refellere, ſi partem eorum velim congerere, quibus regiones Euangelicæ redundant. Quare non eſt hoc nouum aut inauditum, vt quis à veteri vel fide, vel domino deſciſcat, quum veritatis defendendæ ratio id ſuaſerit. Et ſi in vobis vitioſum non erat à fide Papiſtica ad Euangelicam variorum generum Lutheranam, Zuinglianam, Puritanam, Trinitariam & Academicam tranſire, nec mihi vitio vertatur, quod ſemel à fide veſtra corrupta & varia, ad hanc vnam & incorruptam proceſſerim,

Apologia Anglicana par. 3.

rim, maximè quum ipſe Euangelij veſtri curſus & ordo, has progreſſiones ſua authoritate confirmet, Trinitarij homines in Euangelicorum numero politiſſimi quum à quibuſdam arguerentur, quòd à plurimorum tum Euangelicorum doctrina diſcederent, & Trinitatem à reliquis creditam impugnarent; reſponderunt pereleganter & ex verbo Dei, reliquos fratres in ſuſceptis ſemel erroribus iacere & conſeneſcere, *ſe ſolos creſcere in virum perfectum, & recipere incrementa fidei ſecundum menſuram donationis Chriſti.* Quid Puritani veſtri, quum vos contra eorũ nouitates pro recepta iam quadraginta ferè annis religione Anglicana obijcitis teſtimonia magnorum Præſulum & Martyrum Cranmeri, Ridlei, Latameri, Eccleſiæ totius ſub Edouar. 6. an illi huiuſmodi rationibus, & exemplis quicquam permouentur? Immò liberè & verò reſpondent, illos *quanquam viros præclariſſimos, quum tamen in vineam Domini emiſſi fuerint primo diluculo, quando ſol Euangelij vix adhuc in horizonte noſtro lucere cœperat, propterea plurima non vidiſſe, quæ poſteriores apertè conſpiciunt, quum ſol Euangelicus altius exortus eſt, eiusq́; radij clarius & latius diffuſi.* Neque verò omnes primi Eccleſiæ Anglicanæ Doctores ſtatim tota Euangelij luce perfuſi ſunt, ſed initio cum Rege ad profligandũ ex Anglia Pontificem Romanum, & euertenda monaſteria ſeſe coniunxerunt. Deinceps Lutherani facti ſunt, poſtea Euangelica veritate illis magis magiſque indies affulgente Zuingliani. His enim gradibus creuerunt ij, quos proximè nominaui, Cranmerus, Ridleus & Latamerus omnes Anglicanæ Eccleſiæ Doctores, Epiſcopi, & Martyres. Alij eiuſdem ordinis (niſi quòd martyrium effugerunt) quum ſub eodem Eduardo Rege celebres fuiſſent Epiſcopi, ea autem dignitate à Maria priuarentur, poſtea ſub Elizabetha Epiſcopi eſſe recuſarunt, & ſimplices Miniſtri permanſerunt, vt Couerdarius Epiſcopus olim Exonienſis, & Baleus Oſſorienſis: Quid ita? quia nimirum maiores iam in Euangelica perfectione progreſſus fecerant, & diligenter cum Eccleſijs reformatis in Heluetia collocuti didicerãt Epiſcoporũ vocationem non minùs fuiſſe Papiſticam, nec minus Euangelicæ puritati aduerſariam, quam nomen Monachorum, aut etiam Pontificis Romani. Quod ſi iſtarum tam variarum mutationum legitima ſit excuſatio, quam tui omnes vſurpant, veritatis nimirum eam eſſe potentiam, cui omnia iura & iuramenta, omnia fœdera & leges, omnia vel priuata commoda, vel publica vincula cõcedere debeant? iniquum eſt, vt mihi ſoli ea defenſio præcludatur, quæ

Ioſias Simlerus in præfat. lib. de æterno Dei filio.

Cartvvright apud VVitgift. tract. 21. ca. 1. p. 710.

tur, quæ alijs quibuſcunque & quocunque modo credentibus patet. Finge me votis & iuramentis deuinctum fuiſſe, vt fidem Anglicanam nunquam desererem, illud tamen ſi coram æquis iudicibus cauſa agatur, pro me ſatisfacere poterit, quod excellens vir Ioannes Caluinus, *admirabilis* (iuxta veſtros) *Dei Propheta* pro Monachis Romanam Eccleſiam deſerentibus, eadem tamen vinculorum neceſſitudine ad Romanæ Eccleſiæ fidem, & obedientiam obligatis reſpondet: *fractæ* (inquit) *fidei & periurij grauiter accuſantur iſtiuſmodi Monachi, quod vinculum vt vulgò creditur inſolubile, quo erant Deo & Eccleſiæ obligati abruperunt. At ego nullum fuiſſe vinculum dico, vbi quod homo confirmat, Deus abrogat. Deinde vt demus fuiſſe obligatos, quum ignoratione Dei & errore implicati tenerentur, nunc poſtquam veritatis gratia ſint illuminati, ſimul Chriſti gratia liberos eſſe dico.* Sic quum Hermannus Archiepiſcopus quondam Colonienſis, & Rom. Eccleſiæ Sacerdos ad Lutheranum Euangelium & vxorem capeſſendam animum adijceret, multique ſuperſtitioſuli eum votis iuramentiſque Eccleſiæ, & Imperio factis territarent; ille reſpondit, ſe quidem in illas Eccleſiæ & Imperij leges nunquam conſenſiſſe, ideoque illis minimè deuinciri, *atque vt deuinctus aliquando fuerit, tamen agnita veritate non ampliùs teneri: nullum enim pactum aut iuſiurandum quo Dei violetur honos, vim vllam habere.* Quare quum huius clariſſimæ veritatis (cuius Caluinus initium tantummodo, & tanquam inalbeſcentem auroram vidit) ego meridiana luce me colluſtratum ſcio, idq; argumentis manifeſtis probare poſſum, & bona ex parte iamdudum comprobaui; perſpicuũ eſt nihil eſſe aliud quam aranearum laqueos, quos tu mihi nectis, vt Anglicanæ me religioni perpetuò alligatum eſſe oſtendas. Quumque communi omnium tuorum fratrum cuiuſcunque ſectæ prouerbio tritum ſit, *Amicus Plato, amicus Socrates, ſed magis amica veritas*, mihi non poteſt eſſe abſurdum, ſi cum eiſdem concinam, amicum Lutheranum Euangelium, amicum Zuinglianum, amicum quoque Puritanum, ſed maximè amicum dogma & Euangelium Alcorani, quod in ſe continet perfectius, & vberius omnes veritatis numeros. At ignominioſum eſt Euangelio, quod eius Miniſtri euadant Mahumetani? Siquidem Miniſtri in certa aliqua veritate omnes dubitationes, & quæſtiones excludente pedem figerent, à qua nullis rationibus dimoueri vellet, aliquam fortaſſe maculam hæc innouatio ſecum traheret. At quum tam multis mutationibus

Beza.

Calu. Inſtit. libr. 4. ca 13. §. 21.

Sleidan. libr. 15. anno 44.

Digitized by Google

nibus ſitis aſſuefacti, quemadmodum exemplo Magiſtrorum tuorum patet, quum ipſa fides veſtra prætendat limare ſemper veritatem, & eam magis magiſque ſtudioſè inueſtigare; abiecti eſt animi, vbi tam pręclarum opus inchoaris, ad finem vſque non perſequi; ſed quum animoſè à carceribus cœperis decurrere, in medio deinceps curſu conſiſtere, & ad metam non peruenire, immò vt eò peruenias ne niti quidem. Quin etiam tu eadem ſemper oberras chorda, multum obfuturum Euangelij gloriæ, ſi eius Miniſtri ad Turcas ſeſe adiungant; quaſi Euangelij veſtri gloria ſit ſuſceptos ſemel errores ſequi, potiùs quam clariſſimam veritatem; aut quaſi Miniſtris eius ſit inhoneſtum diſcedere à fide inchoata ad perfectam, à mutabili ad conſtantem, ab huius vel illius prouinciolæ propria ad vniuerſalem in ampliſſimis Aſiæ, Europæ, Africæque regionibus diffuſam; ab ea quæ nudiuſteritius enata eſt, ad eam quæ multis ſæculis durauit; denique ab ea, quæ perpetuis ſectis, ſeditionibus, hæreſibus ſubinde exorientibus eſt obnoxia, omnique caret harum peſtium tollendarum remedio, ad eam quæ pacatè admodum vnitatem religionis tuetur, & à talibus perturbationibus eſt alieniſſima, ab ea, (inquam) à qua tot eiuſdem primarij Apoſtoli & architecti, putarunt ſibi honorificum ad noſtram tranſiuiſſe. Quod autem concluſionem meam reprehēdis tanquam imperitè plura comprehendentem, quam tota antegreſſa diſputatio demonſtrauerat, nimis vel ſubtiliter, vel ambitioſè nodum in ſcirpo quæris. Neque enim concluſio illa tam artificioſè ex Dialecticæ principijs efficiebatur, quam ſyncerè & amanter fluebat ex ſumma mea erga te charitate atque beneuolentia. Et tamen ſi ea largiaris quæ ſunt à me diſputata & confecta de Circunciſione, de Baptiſmo, de Eccleſiaſtico miniſterio, de Eccleſiæ politia & liturgia, de diuortijs & polygamia, potiſſimum de Scripturæ capitibus quibuſdam auferendis, ijs quæ mortem Chriſti continent, quanquam fortaſſe non es futurus abſolutè Mahumetanus, proximè tamen ad eorum profeſſionem acceſſiſti, & non erit valdè laborioſum (vt opinor) reliqua pauca impetrare ab eo, qui hæc tam multa conceſſerit.

(:)

ARGV-

ARGVMENTVM CAPITIS SECVNDI.

Poſtquam de vita & morte Chriſti paululum litigarunt, & Samuel explicauit, quare mors Chriſti Dei & hominis potiùs quam aliorum Prophetarum ſit Chriſtianis ſalutaris, & Michæas cõtra de Deo, qui mori non poſſit, aliquid obiecit, demum requirit à Samuele, vt omnia præcipua capita, quib. Chriſtiani à Turcis maximè diſtinguuntur, recenſere velit: Quo facto ea Michæas ad certos aliquot fontes numerumq; reduxit. De trinitate perſonarum, & vnitate naturæ in diuinis, de perſona Chriſti eiusq; diuinitate, humanitate, & vita in hoc mundo acta, de quibus deinceps ſigillatim diſputatur, & quatenus Euangeliſmus cum Turciſmo concordat, vel Turcica fides Proteſtantica melior eſt, exponitur.

CAPVT SECVNDVM.

SED explica ſi velis ea in quibus fundamentum ponis tuæ fidei, quibus cor ipſum, & vita Euangelij tui continetur, & quod ita me conterruit, vt vel à te poſtulatus non auſus ſum attingere. SAMVEL. Superius explicaui. Sed quoniam quod pulchrum eſt, ſemel atq; iterum citra tędium repeti poteſt, dico rurſus in Chriſto ſummam religionis noſtræ eſſe conſtitutam. Ille enim nobis eſt principium, medium, finis. Hunc quamdiu nobis relinquis integrum, non magnoperè curamus, ſi alia quęcunque leuiora ademeris. MICHAEAS. Atqui & ego ad hæc ſemel atque iterum, immò ſæpenumerò reſpondi, quum docuerim nos Chriſtum admodum venerari, quem & inter præſtantiſſimos Prophetas reponimus. Et hoc mihi vt tum temporis, ſic nunc quoque (niſi quid præterea attuleris) ſatis eſſe videtur. Adieci quoque nos honorificentius de Chriſto ſentire quam vos, quem nos docemus in tanta fuiſſe apud Deum gratia, vt quũ Iudæi in eum conſpirarent, ex eorum manibus ereptum Deus in cæleſtem gloriam tranſtulit, quia nimirum Dei bonitate indignum fuit Prophetam tam inſignem, & omni virtutum genere affluentem, nequiſſimorum hominum libidini expo-

nere. Vos autem contenditis eum à perfidioſiſſimis Iudæis captum, illuſum, flagellis conciſum, & denique turpiſſimo mortis genere interfectum. SAMVEL. Atqui hoc ipſum illud eſt, quod nos tanto interuallo ſeparat, quia nos Chriſtum in cruce mortuum credimus, quod vos obſtinatè negatis. MICHAEAS. At ego non concipiò cur in hoc vno adeo magnum ſit ad nos ſeparandos momentum, quum in pleriſque optimis Prophetis ab eadem nefaria Iudæorum gente crudeliter trucidatis coniungamur. Credimus enim vtrique ab eiſdem occiſos Eſaiam, Hieremiam, Ezechielem, Amos, Michæam, Zachariam, Baptiſtam, & præterea multos Chriſti Apoſtolos: & cur vnius Prophetę vita, vel mors dubia plus valeat ad nos disiungendos, quam plurimorum mors certa vim habeat ad nos amore mutuo copulandos. Helias à plurimis Chriſtianis in paradiſo adhuc viuus, & nunquam mortuus creditur, alij ſunt qui eum mirabiliore quodam mortis genere ſublatum, ſublatum tamen verè, & iam vita defunctum exiſtimant. Num hęc de diuiniſſimi Prophetæ, quem omnium veteris Teſtamenti Prophetarum Principem multi vocant, vita vel morte diſcrepans opinio ita Chriſtianos diuidit, vt nō minor inter eos quā inter Chriſtianos & Turcas ſit animorum diſiunctio? SAMVEL. Nequaquam. Infinitam enim ponimus inter hos duos differentiam, tum quoad vtriuſq; perſonam, tum quoad officiū, tum quoad mortem & mortis efficientiam, quæ tibi Michæa olim Chriſtiano non poſſunt eſſe obſcura. Elias. n. quanquam homo optimus & ſanctiſſimus, ſolus tamē fuit homo, at Chriſtus ita fuit homo, vt ſimul quoq; fuerit Deus. Elias in eum finem à Deo miſſus eſt, vt tantum corruptos hominum mores redargueret. & in pſeudoprophetas impios animaduerteret, ritus autem Iudaicos, & ſynagogam ſuo loco immotam relinqueret, nec quicquam de Moſaicis inſtitutis immutaret. At Chriſtus vt veteris Teſtam. Meſſias, & vtriuſq; Teſtam. mediator, ea cum poteſtate venit qua alterum terminaret, inchoaret alterum, ſummoueret legem, conderet Euangelium, antiquaret ſynagogam, fundaret Eccleſiam, eamq; quę prius inter anguſtos Iudææ fines erat incluſa, poſt diffunderet per vniuerſas terrarum orbis prouincias. Iam verò in morte non eſt minor differentia. Elias enim ſiue mortuus ſit ſiue viuat, ad humani generis ſalutē nihil intereſt, morte. n. ſua humano generi Deū reconciliare nō poterat magis quam Eſaias aut Hierem. cęteriq; illi quos à Iudæis trucidatos enumeraſti. Singuli. n. vel etiam vniuerſi, peccatores quum eſſent, morte ſua diuinam ma-

ieſtatem

ieſtatem placare, pœnamq́; peccatis debitam non potuerunt auertere. At Chriſtus idem ſimul Deus & homo, cũ nec leuiſſimi peccati quacunq; macula fuiſſet aſperſus, eius vita Deo in ſacrificium oblata, & propter dignitatem perſonæ, & propter magnitudinem charitatis abundans fuit ſatisfactio, quæ Dei iram placaret, & pretium iuſtiſſimum, quo perſoluto homines redimeret, & denique cauſa maximè efficax, & operoſa, cur in cæleſtem æternamq́; fælicitatem aſſumerẽtur quotquot vera fide huius ſacrificij fieri deſiderarent participes. Latum ergo eſt diſcrimen inter mortem Chriſti & Eliæ, facileq́; intelligis, cur nos etiamſi de altera non adeò vehementer litigemus, de altera tamen tanquã de aris & focis decertemus, quum ab altera non adeò multũ vtilitatis, ad nos promanet, ab altera autem fauorem Dei, peccatorum remiſſionem, æternorũ cruciatuũ fugam, Angelorum ſocietatem, viſionẽ Dei, æternę beatitudinis hæreditatẽ expectemus. MICHAEAS. Multa iam adiungis ad illa quę ſuperius Chriſto vendicabas; & tamẽ in pleriſq; me non haberes aduerſarium pertinacẽ, niſi vnum adijceres, quod omnem abrumpit concordiæ rationẽ. Nam Chriſtũ Eliæ plurimum anteponi non grauatè audio, eumq́; Iudæorũ verum eſſe Meſſiam non nego, & nouam legem condidiſſe veteri Moſaica magna ex parte abrogata probo, eiuſq́; opera Eccleſiam ex illis Iudaicæ regionis anguſtijs in ampliſſimos mũdi tractus eductam concedo. Quin etiam de morte non tam acre certamen inter nos exiſteret, niſi quiddam perabſurdũ vt mihi apparet, iſtis omnibus prætexeres, cum videlicet nõ tantùm hominem fuiſſe ſed etiam Deum. In quo mihi videris nõ tantùm falsò loqui, ſed reliqua etiam omnia, quę prius extruxeras manifeſtò euertere. Hominem.n. vocare Deum, eſt eum quem mortalem ais, dicere immortalem, eſt eidem principiũ certi temporis dare & adimere, finitum facere & infinitũ, creatorem & creaturam; breuiter eſt ex eodem ore calidum ſpirare & frigidum. Simul. n. vno ore & ſpiritu duo contraria aſſeris, ſibi inuicem quã maximè repugnantia. Ex quo itẽ illud quod tu potiſſimum vrges, tanquã demonſtratione geometrica firmiſſimè refellitur. Quẽadmodũ.n. Deus mori potuit? quẽadmodũ à nequiſſimis hominib. morte effici? legitur de Anaſtaſio huius quondã ciuitatis Imperatore, quũ eodẽ ferè quo vos Chriſtiani de diuinitate Chriſti mortua errore fuiſſet imbut⁹, Epiſcopos duos ad quendam in Oriente Principem Chriſtianũ miſiſſe, qui eũ eadem opinione inficerent. Princeps audito quid Imperator & Epiſcopi requirerẽt, & reiecto in proximũ *Cuſpian. in Anaſtaſio Cæſare. Zonaras tom. 3. in eodem Cæſare.*

 diem

Digitized by Google

diem reſponſo, vt Epiſcopos euidentiſſimæ falſitatis conuinceret, ſubornauit famulum, qui ipſo cum Epiſcopis colloquente tacitè neſcio quid in aurem eius inſuſurraret. Fecit ille quod præſcriptum erat, ſubitoque Imperator demittere frontem, & ſuſpirare, magnamque ſimulare triſtitiam. Epiſcopis vehementer percunctantibus, vnde illa tam repentina doloris cauſa, reſpondit ſibi nunciatum, quod Archangelus Michaël mortem obijſſet. Quum Epiſcopi contra multis argumentis oſtenderent, Angelos non poſſe mori, ideoque non eſſe, cur de Michaëlis Archangeli funere tantopere angeretur, ſtatim ille; Qua ergo fronte vos mihi perſuadere vultis diuinitatē in Chriſto, & paſſam fuiſſe, & mortuam. Hoc ipſum contra tuam fidem multò magis valet. Si enim Angelus mori non poteſt, multò minus fieri poteſt, vt moriatur Deus, Angelorum omnium creator. Deinde alium quoque animaduerto in oratione tua errorem abſurdiſſimum, quod Chriſtum Deum facis, & tamen eundem Deo ſacrificium, quo mundus vniuerſus redemptus eſt, obtuliſſe vaticinaris. Quod eiuſmodi eſt, vt non immeritò dormientis ſomnium potius, quam vigilantis ſententia appellarit, nec vllo modo aſſerendum cenſuerit magnum Eccleſiæ veſtræ columen Iuellus. *Chriſtus enim* (inquit ille) *quomodo poteſt Chriſto offerri? Chriſtus qui poſſit & ipſa eſſe hoſtia, & is cui immoletur atque offeratur victima?* Ex eo enim perſpicuè ſequitur, vel duos eſſe Deos, vel eundem Deum ſibi obtuliſſe ſacrificium, quorum neſcio vtrum ſit magis execrabile. SAMVEL. Quæ tu colligis abſurda & repugnantia, ſunt quidem talia homini prophano, & ſuo iudicio hæc altiſſima fidei Chriſtianæ myſteria metienti: nobis verò eadem ſunt valdè plana & expedita, & quæ vnico penè verbo recōciliantur. Quum enim in ſacratiſſimam Saluatoris noſtri perſonam duæ naturæ coaleſcant, diuina & humana, quemadmodum nos anima conſtamus & corpore, ex eoque fiat, vt Chriſtus verè Deus ſit, & verè quoque ſit homo, hinc iam videre poteris, quemadmodum ſit mortalis & immortalis, finitus & infinitus, creator & creatura, & quæcunque eius generis alia diſtinctè in verum Deum, vel in verum hominem conueniat. Et tamen Imperatorem veſtrum Anaſtaſium tanquam hæreticum damnamus, qui diuinitatem Chriſti volebat eſſe mortuam. Immenſum eſt enim diſcrimen in eo ſi quis dicat Chriſtum qui fuit DEVS, mortem obijſſe, & ſi quis dicat diuinitatem Chriſti mortem obijſſe; quum Chriſtus vel perſona Chriſti vtram-

Iuell. lib. 1. cōtra Harding. arg. 1. §. 1. pa. 14.

Digitized by Google

vtramque naturam complectatur, ideoq; in eum verè cadant vtriuſque naturæ attributa, diuinitas autem alteram tantum naturam deſignat, cui propterea falſiſſimè tribuas quæ ſunt humanæ naturæ propria. Atque hoc in teipſo Michæa potes intueri. Te enim verè affirmo à patre generatum, à matre conceptum, ſeorſim in mundo creuiſſe, temporis ſpacio ad hanc virilem magnitudinem perueniſſe, eſſe mortalem, & tandem infra paucos annos moriturum: qui tamen ſi hæc eadem de anima tua affirmauero, mētiar, quum ea ſit immortalis, & harum omnium corporalium affectionum expers, neque tamen Duos induco Deos, quia Chriſti filij & Dei patris vno eadēque numero eſt diuinitas, neque eundem ſibi ipſi ſacrificium obtuliſſe volo, quod non minus perhorreſco, ſed creaturam creatori, hominem Deo, Chriſtum patri obtuliſſe credo, quo nullum eſt in religione Chriſtiana dogma certius, aut hominibus Chriſtianæ profeſſionis notius: contra quod ſi Iuellus eo argumento quod tu affers, cauillatus eſt, imprudenter quidem fecit, illudque inter eius errata reponendum cenſeo. Etſi enim vir fuerit clariſſimus, & Anglicanæ fidei contra Papiſtas propugnator optimus, tamen non rarò lapſus eſt, multoſque eius erores in publicis eius ſcriptis & concionibus annotarūt Puritani. MICHAEAS. Video quod dicis, & agnoſco communem Chriſtianorum de Chriſto Deo atq; homine fidem. Sed num hic ſolum articulus noſtram coniunctionem dirimit? vel ſi quo ad hoc ego te in meas partes traduxero, an de reliquis omnibus nulla ſupererit controuerſia? Nam ſi alia reſtent præterea, illa ego à te in medio proponi deſidero, vt vno obtutu ea omnia contemplemur, quę noſtram conſenſionem impediunt, quæ deinde pro virili noſtra remouere conabor. Quando enim hucuſq; prouectus ſum volens, non deſiſtam, donec ad extremum vſque hanc comparationem proſequutus fuero, noſtramq; vobiſcum intimam concordiam ſtabiliuero, quæ multò maior eſt quam homines imperiti opinantur. SAMVEL. Atqui ego non dubito, quin & oleum & operam perdideris, ſi hoc moliaris. Laborem certè ſuſcipies Herculeis illis, qui Poëtarum carminibus tantopere celebrantur, infinitè difficiliorem. Ea certè quæ hactenus percurrimus, ijs collata quæ deinceps, ſi progrediaris, tractanda ſunt, perinde ſe habent ac ſi culicem opponas Elephanto, aut quadrantem Creſi Craſſiq; theſauris. Sed tamen quando ea requiris, quanquam ſcio te & noſtræ fidei & Alcoranicę ſingula membra tenentem, latere non poſſe, tamen ne tu confusè vel ſimulatè

Digitized by Google

tranſilias, ea ego tibi tanquam in tabula ſigillatim deſcribere non grauabor, numero quidem pauca, ſed pondere magna & ingentia. Primum eſt Trinitas Diuinarum perſonarum in naturæ vnitate, hoc eſt, quod patrem Deum, filium Deum, ſpiritum ſanctum Deum eſſe credimus. Horum quemque perſonam eſſe per ſe veriſſimè exiſtentem aſſerimus. Neque tamen multos, ſed vnum tantummodo Deum agnoſcimus & adoramus, quia harum perſonarum natura & eſſentia eſt numero maximè & ſimpliciſſimè vna, à qua Dei vnius appellatio ſumitur. Hoc vnum fidei noſtræ myſterium tam ſublime & ſtupendum eſt, vt ad eius ſplendorem, Mahumetanorum oculi non aliter quàm noctuæ ad lucē ſolis caligent, quando vos rationum veſtrarum tenuitate fidem metiētes, ſupra quam ratio ſe attollit, fidem veſtram nequaquā eleuetis. Ab hoc fonte procedimus ad Chriſti Sáluatoris noſtri incarnati perſonā, quem vt ab omni æternitate Deum ſuſpicimus, ita tempore à ſua ſapientia præſtituto hominem factum prædicamus. Atq; hic ſtatim iacent veſtræ frigidæ contra nos cauillationes, quibus impietatem obijcitis, & furioſè maledicitis, quod *Chriſtum Mariæ filium Deum colimus, quum vnum Deum præcipiamur adorare.* Hæc enim duarum perſonarum adoratio vnius Dei adorationi nihil omninò repugnat, quemadmodum iam perſtrinximus. Hæc ſunt (Michæa) duo prima & ſingularia Euangelij noſtri principia, quę humana intelligentia admirari poteſt, concipere non poteſt: quorum in rebus creatis veſtigia & rudes quaſdam adumbrationes videt, expreſſam ſimilitudinem nūquam intuetur. Nunquam enim ſi mente tua res omnes creatas peragraueris, naturas duas perfectas deprehendes in vnica perſona ſubſiſtentes, multò minùs tres perſonas tam abſolutè, quàm Petrum, Paulum & Iacobum exiſtentes, vnica tamen & indiuidua natura contentas. Hæc ſunt myſteria noſtra, ad quæ ratio non pertingit, acies intelligentiæ humanæ torpet, mundus vniuerſus obſtupeſcit, Angeli in cælis, quamuis eorum contemplatione beati ſunt, velantes tamen faciem tanquam ignorantiam ſuā non diſſimulantes, laudant magis quàm comprehendunt, & niſi Ieſus ille verè Propheta *Eſai. 6.* magnus vt vos dicitis, plus quàm Propheta vt nos credimus, hæc nobis reuelaſſet, eorum cognitionem aliquam nunquam fuiſſemus aſſecuti. Quare cū Chriſtus huiuſmodi fuerit, qualē deſcripſi, non admiraberis opinor, ſi in eius morte & ſacrificio tam immēſam humani generis liberādi vim ponamus, quam paulò ſuperius explicaui. Iam in Spiritu ſancto alia eſt interie-

cta ma-

ſta maceria nos viciſſim lõgiſſimè diſcludens. Eum vos creaturam dicitis cum Neſtorio & veteribus Pneumatomachis, nos creatorem Deumque verum, non minus quàm Patrem & Filium veneramur. Alia ſunt nec ea quidem contemnenda, de fide & operibus, de oratione pro defunctis, de Sanctorum inuocatione, de Monachiſmo &c. partim Papiſtica, partim Ethnica, quæ antea enumerata nunc repetere non eſt neceſſe. Sed quoniam Euangelij principia flagitabas, & ea quę fundamentum cõtinent, ea iam habes ob oculos tibi poſita, in quibus nihil vereor, ne quod in ſuperioribus feciſti, Alcoranum tuum doctrinæ noſtræ vel parem facias, vel anteponas. Par enim non poteſt eſſe, vbi omnia tam ſunt oppoſita & diſparata: anteponere verò etiam tibi blaſphemum videri neceſſe eſt, quum hæc certiſſima ſit doctrina illius, quem Alcoranus tuus *vt Prophetam bonum, veraciſſimum, omnis mendacij immunem nunquam mortuum, quia morte non eſt dignus*, commendauit. At neque Propheta bonus, ſed impius pſeudopropheta fuiſſet, ſi falſitatem ſuos edocuiſſet, propteraque non veraciſſimus, ſed mendaciſſimus diceretur, & peccati maximi reus (nullum enim flagitium in Teſtamento veteri Deus magis eſt abominatus) & denique morte fuiſſet digniſſimus, quum ipſe Deus morte ſtatuat eum plectendum, qui à vera fide ad falſos Deos populum ſuum auerteret: Ecquid hic (Michæa) comminiſci potes, quo Euangelicos noſtros vel in ſpeciem Mahumetanæ impietati affines eſſe oſtendas? MICHAEAS. Valde tu confidenter (Samuel) hoc in loco opinionem tuam venditas, quam vt ego concedo eſſe ab Alcorano noſtro quam maximè abhorrentẽ ſi generaliter & remiſsè ex his tuis verbis eam æſtimemus? ita fortaſſe nõ tam iuſtam habes triumphandi cauſam, quàm ex hac inſolenti iactatione multi poterunt ſuſpicari, ſi particularim & diligenter iuxta tuorum magiſtrorum doctrinam eandem excutere velimus & intueri. Et nonnihil dubito, ne tu hic facias quod ſolent aliquãdo callidi Imperatores, qui ante oppugnationem, quam caſtrorum partem ſciunt infirmiſſimam, in ea frequẽtiſſimos oſtentant milites, & maximum apparatum bellicum, ne videlicet poſt in ipſo certaminis ardore eam hoſtes adoriantur. Ego ſanè vix quicquam in Euangelio veſtro noui, quod propiùs ad Alcoranum noſtrum accedit, quam eſt veſtra de Deo & Chriſto fides. Ne verò arbitreris me confusè & perturbatè velle diſputationem hanc inuoluere, perſpicuè orationem tuam in certa capita tribuam, quæ deinceps ordinatè percurram.

Deut. 13.

Digitized by Google

curram. Vnum ſit perſonarum in diuinitate trinitas. Alterum naturæ in perſonis tribus vnitas. Tertiũ Chriſti perſona duabus naturis, diuina atque humana conſtans; vbi ſeparatim de diuina agatur, quam ſequetur fides veſtrorum de Spiritu ſancto. Deinceps in medium veniat Chriſti incarnati vita, prædicatio, mors, mortiſq; eius ad mundum redimendum vis & efficacitas. In quibus maximè (nam reliqua de fide & operibus, de oratione pro defunctis, de Sanctorum inuocatione, de Monachiſmo &c. nõ ſunt huius generis, & lõgè minora ſunt, & commodiori loco reſeruemus) quum religionis tuæ ipſe cardo & fundamentum (vt tu ais) vertatur, ſi in iſtorum ſingulis vos Mahumetanos, aut (vt hactenus feci) in quibus ab Alcorano noſtro receditis, Mahumetanis longè infideliores vos eſſe comprobauero, an nõ tibi videbor clarè, apertè, dilucidè id quod intendo conficere?

Vide poſt lib. 4.

ARGVMENTVM
CAPITIS TERTII.

Michaas ex generalibus regulis doctrinæ Proteſtanticæ refutat fidem de Trinitate. Primò, quia eſt Papiſtica. Deinde quia apertis & claris ſcripturis non poteſt probari. Refellit obiectam à Samuele authoritatem antiqui Concilij Nicæni iudicijs multorum Euangeliſtarum, & directè concludit tum ex Beza expreſſis verbis, tum ex modo diſputandi cum Trinitarijs, Trinitatem ex ſolis ſcripturis apertè non poſſe probari. Exempla & demonſtrationes, quemadmodum Caluinus omnia ſcripturæ loca efficaciora pro SS. Trinitate & diuinitate Chriſti: contra veteres Patres, & Eccleſiam Catholicam, Chriſtumq́; & Trinitatem, ſuis gloſſis prorſus Arrianicè Iudaiceq́; peruertit. Ad Eccleſiæ autem iudicium, quæ ſemper hoſtes Trinitatis damnauit pro hæreticis ſi cum Beza recurrere velit eadem opera ſeipſum & ſuos damnabit hæreſeos, quemadmodum ipſi quoq; Euangelici reſpondent. Samuel negat vllas hæreſes à primitiua Eccleſia improbatas in eo ſenſu quo illic improbatæ fuerunt à ſe ſuiſq; fratribus admitti, quod facilè & perſpicuè Michaas refutat.

CAPVT TERTIVM.

VT itaque rem ipſam ſtatim aggrediar, quid ſi ex eo exordium duxero, quod Miniſtri veſtri communiter vſurpant, Papiſmum Mahumetiſmo eſſe impuriorem. Hęc autem

autem in quibus tu adeò glorioſè exultas, primaria ſunt Papiſticæ ſuperſtitionis capita. Papiſtæ enim Deum tradiderunt perſonis trinum & natura vnum. Papiſtæ docuerũt Chriſtum Deum eſſe & hominem,& à Papiſtis hæ feces & corruptelę ad vos fluxerunt, quæ proinde abſurdiſſimè vocas religionis tuæ principia & fundamenta, quum vtriuſque religionis tam diſparatæ & repugnantis eædem primariæ partes eſſe non poſſunt. Papiſmum autẽ iſtis columnis nixum fuiſſe, priuſquam Euangelium veſtrum in mundo innoteſceret clariſſimum eſt. Hoc certè argumento tum Trinitarij, tum Tritheitæ, vtrique Trinitatis hoſtes Trinitatem impugnant. Valentinus Gentilis eam *nouum* (Papiſtarum) *idolum, turrim Babel, Deum fictitium ac Sophiſticum* appellauit. Gregorius Paulus vnũ Deum in tribus perſonis *Satanæ ſtratagema* dixit, cuncti illius ſectæ Hungari, Poloni, Tranſyluani generaliter vnoque ore, antiquos Patres huius de Trinitate fidei aſſertores tanquam Antichriſtos reijciunt,& vobis inſultant, quod hanc fidem & doctrinam Antichriſti Romani defenditis, & pudendum eſſe aiunt, quòd vos tam politi Euangelici ab ęternis Euangelij hoſtibus Papiſtis hanc radicem Papiſticæ religionis mutuemini. *Zanchius parte 2. lib.1.cap.1.* SAMVEL. Atqui Papiſtarum non omnia ſunt corrupta. Retinent enim quædam Apoſtolicæ puritatis dogmata. Nihil autem in tota ſua Eccleſia habent magis ſincerum, quàm fidẽ de Trinitate & Incarnatione. MICHAEAS. Vt hoc verum ſit, vnde tamen hoc vobis compertũ & exploratum eſt? Qui ſuo Sacerdotio & ſacrificio Chriſti Sacerdotium & ſacrificiũ inane reddiderunt, qui ſuis meritis cruci eius efficientiam omnem detraxerunt, qui eum è ſolio regendæ Eccleſiæ deiecerunt,& ad illum honorem Põtificem Romanum extulerunt, qui Eccleſiam ab eo extructam funditus diſſipauerunt, & fidem, qua ille ſola ſuos omnes iuſtificari voluit, ita contaminauerunt, vt eos propterea Lutherus Turcis, Iudæis, Anabaptiſtis multò deteriores eſſe pronũciet (noſti hos eſſe peruulgatos tuorum fratrum ſermones) quomodo iſtis de Trinitate & Chriſti incarnatione poteris confidere, quos in pręcipuis incarnationis effectibus fateris tã perfidioſè vniuerſum mundum ſeduxiſſe? *Luther. Tom.5.in Gal cap. 4 & in Geneſ.ca. 48.* Sed hoc prætereatur, iſtud conſidera, Euangelij tui fundamẽtum multò certiùs, & plurium Eccleſiarum conſenſione firmatum, quàm eſt hæc de Trinitate opinio. *Quicquid manifeſtis & expreſſis ſcripturæ teſtimonijs non poteſt probari, illud in fide Euangelicorum locum nõ habet.* Sit iſta propoſitio prima, de qua ſcio te non litigaturum, quandoquidem eam

eam iam antea copioſè demonſtrauimus, deque ea tanquat certiſſima veritate,& vobis omnibus notiſſima tu mihi liber facileque aſſenſiſti. Huic ergo adijciatur hæc altera. *At ve iſta de Trinitate & Chriſti diuinitate doctrina talibus ſcriptu teſtimonijs caret.* Vides ergo quid ſequatur, vos iſta opina poſſe, credere non poſſe, quum fides veſtra ſolis & luculent ſcripturæ verbis fulciatur, qualia pro hac opinione non ſu petunt. SAMVEL. At pernegamus doctrinam de Trinita manifeſtis verbi diuini teſtimonijs deſtitui. Secus enim d monſtrarunt doctiſſimi ætatis noſtræ ſcriptores, idemque o lim contra Arianos probauit magnus ille D. Athanaſius, ſa ctiſſimum illud ampliſſimumque & maximè Oecumenicu Nicęnum pluſquam trecentorum Epiſcoporum Conc lium ex omnibus totius orbis regionibus collectum. MICHAEA Iſta pulchrè & magnificè dicuntur, & apud ſimplices Papiſt ad ſolum veterum Patrum, Epiſcoporum & Conciliorum n men ſtupentes, aliquid valere poſſunt. At Euangelicis acu rimantibus & explorãtibus omnia, niſi aliunde plus momen acceſſerit, ieiuna videntur & leuia. Expende enim tuã de Tr nitate fidem, quam ego propoſitionibus quibuſdam comp hendam, vt tu ad certum quendam ſcopum reſponſa tua di gas, & vną perſpicias me in hoc negotio omnem confuſione declinare. Hæc ergo veſtra eſt de Trinitate Theologia. A D Patre, qui ſolus eſt ingenitus, per intellectualem & eam max mè propriam generationem ab æterno proceſſit filius. Hic tri ſuo eſt conſubſtantialis, à patre autem ſola originis relati ne diſcernitur, & propriè verbum atque imago patris dicitu Spiritus ſanctus à patre & filio tanquam vno principio, nõ t men liberè, ſed neceſſariò proceſſit. Hæ tres perſonæ omni abſq; vlla inæqualitate inter ſe pares ſunt, verè & realiter p relationes, non autem per abſoluta cõſtituuntur, quæ ita tr ſunt, vt plures tribus perſonis eſſe impoſſibile eſt. Hæ prop ſitiones, quæ ſingulæ adeò ſunt in hac materia neceſſariæ, ſi vnam ſuſtuleris, omnem de Trinitate fidem corruperis, quibus expreſſis ſcripturæ ſententijs reperiuntur? Vbi le propriam generationem fieri per intellectum? vbi hoc mo generari filium, non item procedere Spiritum ſanctum? & filium & ſpiritum ſanctum eſſe patri conſubſtantiales? nec Chriſtum liberè à patre fuiſſe genitum, nec Spiritum ſa ctum liberè à patre filioq; proceſſiſſe? vbi eos verè realiterq conſtitui, non per abſoluta, ſed relationes? cur Chriſtus à tre procedens filius dicitur, ſpiritus ſanctus, qui ab eodem

tre pr

Lib. 1. ca. 5. & cap. 10.

tre procedit, eiq́; pari modo conſubſtantialis eſt, filius tamen non eſt, nec ita ſine impietate dici poteſt? Ecqua ſcripturæ capita aut verba proferre potes has adeò neceſſarias veritates euidenter & perſpicuè declarãtia? Alia ſunt huius generis permulta, quæ de induſtria ſileo. Hæc enim pauca tibi tuiſque Comminiſtris per totã vitam ſatis faceſſent negotij, ſi ea ad ſolitam veſtram normam & analogiam expendatis. De corpore Chriſti in Euchariſtia planiſſimè quoad communem vel verborum ſonum & ſignificationem, vel etiam lectorũ intelligentiam loquuntur omnes Euangeliſtę, Matthæus, Marcus, Lucas, Ioannes, & Apoſtolus Paulus, *Hoc eſt corpus meum quod* *Matth. 26.*
pro vobis tradetur. Hic ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro vo- *Luc. 22.*
bis fundetur. Panis quem ego dabo, caro eſt quam daturus ſum *Ioan. 6.*
pro mundi vita. Neque tamen verba iſta conuincunt Chriſti corpus verum eſſe in Euchariſtia, quin innumeris diſtinctionibus elabamini, & pleriq́; Euangelici ad eam adhęreſcant opinionem tanquam puriorem, quę Chriſti corpus tam procul ſeparat à cœna, quàm cælum abeſt à terra. Quod quum accidat in tanto Euangeliſtarum conſenſu, & verborum claritate, quid hoc loco euenire neceſſe eſt, vbi Euangeliſtæ vel nihil omninò loquuntur his de rebus, vel ſi loquũtur, nuſquam certę euidentiæ & manifeſtę perſpicuitatis verba adhibent, imo verò certum eſt nec apud Euangeliſtas, ſed nec in toto Biblici voluminis corpore pleraſq́; huius ſignificationis voces occurrere. Nuſquam enim non modo propoſitiones ipſas, ſed nec vocabula in hoc ſenſu ſcriptura vſurpat, nuſquã legis *perſonam*, nuſquam *relationes*, nuſquam *abſoluta*, nuſquam *conſubſtantialem.* Quod ſi nec propoſitiones ipſas comperis, nec voces ex quibus propoſitiones cõficiuntur, quemadmodum illinc arma ſumes, quibus pertinacem aduerſariũ expugnes? Magnus ille (vt tum vocabatur) Athanaſius, & qui erant eius temporis Epiſcopi, ad probandum filium patri cõſubſtantialem, putabant præcipuam fuiſſe vim in eo Ioannis loco, *Ego & pater* *Caluin.*
vnum ſumus. At quid Caluinus? *Abuſi ſunt* (inquit) *hoc loco* *in Ioan.*
veteres, vt Chriſtum probarent eſſe patri ὁμοούσιον *nec enim Chri-* *cap. 10.*
ſtus de vnitate ſubſtantiæ diſputat, ſed de conſenſu quem cum pa- *ver. 31.*
tre habet. Eademq́; cenſura notat eoſdẽ patres Ioannis Euan- *In Ioan. 5.*
geliſtæ & Prophetarum veterum multos locos, qui ad Chriſti *6. & 14.*
diuinitatem pertinebant, peruersè interpretari vſque eo, vt ſe *& in epi.*
hæreticis ridiculos præberent. Quod ſi Athanaſius, ſi Cyrillus, ſi *Ioann.*
Nazianzenus, ſi Auguſtinus, ſi reliqui veteſtres, quos magno *cap. 5.*
numero certũ eſt ad probandum Chriſtũ Patri conſubſtantialem;

In Eſaiam. ca. 53. v. 8. lem, hunc locum accommodaſſe, eo abuſi ſunt, tu cogita Samuel, an tui magiſtri poſſint loca euidentiora producere; & vtrum aduerſarius non eadem probabilitate excepturus eſt eos ſcripturis ſenſum alienum affingere. Neque enim eſt in Miniſtris tuis vel maior induſtria, vel ingeniũ perſpicacius, vel pietas flagrantior, vel vberior Spiritus ſancti copia, quam fuit in iſtis antiquis patribus. Ideoque verecundia neminem impediat, quo minus veſtris doctoribus rectam ſcripturę interpretationem neget, quam illi priùs ſuis maioribus viris præſtantiſſimis tam confidenter eripuerunt. Et hic tamen teipſum conſolaris inaniſſima magni illius Athanaſij, & ampliſſimi Concilij Nicæni venditatione, quaſi illi Patres Nicæni homines non fuerint, & vt homines labi non potuerint, imò quaſi turpiſſimè lapſi non fuerint, imò quaſi hæc doctrina propterea nobis ſuſpicioſa eſſe non debet, eo quòd à viris illis fuerit conſtabilita. Eſto verum, & libenter quidem fateor quod tu vrges, conditos fuiſſe in Concilio Nicæno Canones, & hac in re, & in multis item alijs veſtram fidem approbantes, eamque Chriſtianis omnibus tanquam puram & integram præſcribẽtes, de qua item Athanaſius magnus in eo Concilio diſputator, eiuſque iuxta Caluinuum præſes, in fine Symboli ſui: *Hæc eſt* (inquit) *fides Catholica, quam niſi quiſq; fideliter firmiterq; crediderit, ſaluus eſſe non poterit.* Sed quid ad hæc Lutherus, quem mille Athanaſijs, mille Auguſtinis, Cyprianis, Patribuſque Nicænis anteponitis? *Tu vide (Lector) cuius ſpiritus fuerint ſacrilega illa & abominanda Concilia quæ aduerſus tanta totius ſcripturæ fulmina apertiſſimaſq; ſententias cauſa ſunt ſibi Pontificibus arrogare ius iudicandi, imperandi, & condendi Canones. Abſq; dubio Satanæ fuerunt iſtæ cogitationes.* &c. Ita Lutherus in libello contra veſtrum Angliæ Regem Henricũ Octauum, omnia Concilia, (& proinde Nicænum quoq; iſtud) tanquam ſacrilega, abominanda & planè ſatanica damnans, quæ de rebus fidei controuerſis certos aliquos Canones aut Decreta ſtatuerunt, quo facto libertatem ſuam populo Chriſtiano eripuerunt, & inuaſerunt tyrannidem. Nam quod hoc maximè Concilium Nicænum attingat, in quo huius tyrannidis fundamentum poſitum eſt, ex his quæ ſequuntur intellige. Sic enim pergit: *Non nego ius rapti iuris tyrannidem vltra annos mille duraſſe. Nam in ipſo Concilio Nicæno omnium optimo iam tum incipiebant leges condere, & ius iſtud ſibi vendicare, atque ab eo tempore inualuit. At hic vides ſacrilegium & impietatem eſſe aduerſus euidẽtiſſimas & inuictas ſcripturas Dei* Quare

Calui. Inſtitut. li. 4. cap. 7. §. 1.

Luther. Tom. 2. prope finẽ lib. contra Regem Angliæ.

Ibidem.

ſi tan-

ſi tantus error & tale ſacrilegium in illo Concilio *regnauit aduerſus veritatem Dei*, an non mihi fas erit cum Luthero Concilium illud reijcere & contemnere, ab eoque ad clarum & *infallibile Dei verbum* prouocare? Id quo videas à me fieri longè adhuc probabiliùs, Martino Luthero adiungatur domeſticus ille ſcriptor veſtras, vehemens Eccleſiæ Puritanæ defenſor, qui Archiepiſcopo Cantuarienſi pro ſuo Archiepiſcopali ſtatu Concilium hoc Nicænum obijcienti, ad hunc modum reſpondet: *Iuſtam* (inquit) *cauſam habemus ſuſpicandi, vel in quæſtionem vocandi quamcunque doctrinam ab illis primitiuæ Eccleſiæ Patribus traditam, niſi eadem ſolidis verbi teſtimonijs roboretur. Atqui hoc Nicænum Concilium multos errores ſtabiliuit, quodque illic de Archiepiſcopis ſtatuitur iure ad verbi diuini Lydium lapidē examinari debet. Siquidem in 22. & 23. Canone ſecundum Ruffinum homini lapſo in idololatriam præſcribunt ſeptem annorum pœnitentiam, quo tempore toto, etiamſi aliàs admodum eſſet pœnitens, eum tamen excludunt à cœna Dominica: quæ itidē homini à malitia reuertenti ad annos 13 negatur. Quæ ſeueritas (præter alia abſurda) vt eſt contra regulam Apoſtoli Pauli, ita non potuit non diabolo porrigere laqueum, quo plurimas animas ſuffocaret. Quanta præterea fuerit eius ætatis corruptio, vel per ignorantiam, vel per ambitionem, ex eo patet, quod niſi vnus Paphnutius interceſſiſſet, omnes iſti Nicæni Patres decreuiſſent contra honorabilem Epiſcoporum, ſeniorum & Diaconorum cum ſuis vxoribus coniunctionem. Eoq́ in Concilio decernitur, idq́ iuxta antiquam Eccleſiæ traditionem, vt qui cælibes facti eſſent Miniſtri, poſtea vxores non ducerent. Quare ſi qua authoritas à Concilio Nicæno accedit ad Archiepiſcopum* (ad Trinitatis myſterium) *ſtatuendum, eadem omnino adhibetur huic tam magnæ corruptelæ, vt neque cælibes Miniſtri vxores ducant, nec qui Miniſtri ſuas veteres vxores morte ereptas amiſerint, nouas ſibi copulent. Si fama illius Concilij huius erroris infamiam abſtergere non poteſt, neque illius de Archiepiſcopis* (vel Trinitate) *poterit*, &c. Hic vnus & alter talium Euangelicorum locus omnem maieſtatem Concilij Nicæni ſatis conuellit, & extenuat, quam tu ita vehementer exaggeras. Si enim multos errores induxerit, ſi contra *euidentiſſimas & inuictas Scripturas Dei*, libertatem populi Chriſtiani oppreſſerit, ſi tyrannidem inuaſerit, ſi contra Apoſtolum venerit, ſi Satanę laqueum dederit ad animas Chriſtianorum ſtrangulandas, ſi adeò turpiter & flagitioſè lapſi ſint Patres illi, vt Miniſtros & Epiſcopos vxorum conſuetudine, & repetitis nuptijs (quo quid dici poteſt contra

Cartw. contra VVhitgift 2. repl. pag. 504. & 484.

Euangelij libertatem deteſtabilius) priuare voluerint, ſi iſti Patres *Satanici* ſint Caluino, ſi à *Satana inſtigati*, vt ait Muſculus, ſi eorum *cœtibus Satanas præfuerit*, vt iudicat Beza, ſi *ſacrilegum, abominandum & ſatanicum* fuerit illud Concilium, vt vult Lutherus, ſi iuxta hunc authorem Anglicanum *quacunque eorum doctrina nobis debet eſſe ſuſpecta*, ſi totius eius ætatis Eccleſia adeo fuerit corrupta, quam hic dicitur; tu iam ipſe iudex eſto, quam ęquum eſt me huius Concilij authoritate premi, vel opprimi potiùs, in quo tales Patres ſententias dixerint, tales moderatores præfuerint, cuius ætatis Eccleſia tota adeò fuit inquinata. Si enim in rebus apertiſſimis tam craſsè fefellerint, in myſterijs maximè abſtruſis & reconditis quis eis fidē eſt habiturus? Si in Miniſtrorum coniugio prohibendo *doctrinam dæmoniorum* à ſuis maioribus hauſerint, eamque populo obtruſerint, in qua tamen tot habebant coniugatos ſuæ impietatis teſtes & aduerſarios, an tu à me requires, vt illos credam angelicam & diuinam propoſuiſſe doctrinam de Trinitate, quam propter immenſam myſterij altitudinem & ſubtilitatem in illa communi hominum ignorantia pauci aſſequebantur? Poſſem hic cum Proteſtantibus quibuſdam adijcere, & contra Athanaſium, & contra Patres iſtos Nicænos, *Athanaſium hunc fuiſſe Sathanaſium, hunc tripartitum Deum ab eo fuiſſe inuentum, & Nicænos Patres fuiſſe omnes cæcos ſophiſtas, Miniſtros beſtiæ, mancipia Antichriſti, eiuſq; præſtigijs faſcinatos.* Sed hoc etiam ſi paululum abſit à iudicio tui Lutheri, Cartterouiti, Caluini, Bezæ & Muſculi, tamen quia magis redolet contumeliam & maledicentiam, quam iuſtam refutationem, nolo talibus patronis vti. At tu excipies Patres illos in hac quæſtione decidēda Spiritu ſancto fuiſſe afflatos, & rectè Scripturas expoſuiſſe. At quam eſt improbabile, qui in via plana & æquabili prolapſi ceciderunt, eos in via aſpera & ſalebroſa, & dumetis, ſentibus, ſaxiſque impedita ſine lapſu & offenſione, progredi? Cæterùm hoc ſi ita ſit, quid mihi profers nomina iſtorum Patrum. Perſpicua Scripturę teſtimonia ab eiſdem vſurpata prodeant in lucem, & tranſacta res eſt. Ea quoniam vobis non ſuppetunt, ſcripturam alta obliuione ſupprimentes, ad Patrum Nicænorum nomen tanquam ſupremam anchoram confugitis, vt nos eorum nominis amplitudine perculſi à Scripturis poſtulandis deſiſtamus. Ecquid verò aues audire apertam tuorum confeſſionem, qua (inquam) teſtantur idcirco ſe hanc Nicænorum Patrum authoritatem prætexere, quia ſine illis hanc ſuam fidem non poſſunt defendere. Accipe,

Sup. pa. 67.

1. Timot. 4

Beza in epiſt. Theolog. 81.

Caluin. contra Seruet. pag. 380.

cipe, quid hac de re princeps Euangelicorũ, qui hodierno die viuit, manifeſtò confitetur. Statorius, Blandrata, Ochinus & reliqui Proteſtantes Chriſtianæ Trinitatis hoſtes, & vnitatis Mahumetanæ patroni; *Nolumus* (inquiunt) *in hoc myſterio de Trinitate, vel tantillum à ſacris literis abduci:* illi quum Trinitatis fidem non præcipiunt, ſimillima ratione ex intimis Euangelij veſtri penetralibus ducta, concludunt Academici & Trinitarij (ſectæ in prouincijs veſtris maximè numeroſæ) *Trinitatis cognitionem ad ſalutem non eſſe neceſſariam.* Iſtis autem qui denſa argumentorum phalange ex literarum ſacrarum teſtimonijs inſtructa profligandi erant, vide quos triarios milites opponit Beza. *Voſne verò* (inquit) *ſanctiſſimos Patres, qui tot annos non verbis tantum & voce, ſed tot libris nunquam interituris, ſed perpetuis laboribus omniq; calamitatum genere, ipſa demq; ſanguinis profuſione Trinitatis myſteriũ aduerſus tot Regum, Principum, hæreticorum immanitatem conſtanter aſſeruiſtis: Vos* (inquam) *neq; prudentes, neq; fortes, ſed imperitos & pertinaces in cauſa parum neceſſaria fuiſſe arbitrabimur? Quæſo te Athanaſi quorſum per vniuerſum terrarum orbẽ tam diu oberraſti? quorſum ſymbolum illud tuũ admirandæ breuitatis condidiſti?* &c. Non aduertis Michæa apertũ proditorem, abiecto clypeo fugientem, & præcipuam cauſæ ſuæ arcem tradentem aduerſario? Ad horribile (ſi Muſis placet) abſurdum aduerſarios ſuos cõpellit, vt illi paucos Patres imperitos & pertinaces putent, quos Magiſter eius Caluinus *Satanicos* vocat, & quorum totis cœtibus *Satanam præfuiſſe* ipſe Beza liberè dicit. Sed animaduerte præuaricationem longè apertiorem. Miniſtri Tranſyluani in ſuis Catechiſmis, quos ad iuuẽtutem Euangelica doctrina imbuendam publicabant, *eſſentiæ, hypoſtaſeos, homouſij, cæteraq; id genus vocabula vt ſophiſtica repudiabant*, & *ſophiſtas* vocabant Athanaſium, Leonem, Cyrillum, Patreſq; Nicæos, Conſtantinopolitanos, & Chalcedonenſes, quod illa ſymbola de Patris, Filij, & Spiritus ſancti conſubſtantialitate, trinitate perſonarum, & vnitate naturæ conſcripſerant. Beza vt fratres eos ad ſaniorem mentem reducat, ſic eos affatur. *An verò (ô Tranſyluani) dum iſta ſcriberetis, non vobis in mentẽ veniebat ampliſſimus ille Nicænæ, Epheſinæ, Chalcedonenſis Synodi conſeſſus, quo nihil vnquã ſanctius, nihil auguſtius ab Apoſtolorũ exceſſu ſol vnquã aſpexit? nemo fuit vnus, qui maximos illos & præſtantiſſimos Angelos Dei, ſophiſtas negarent? Nam vt in ipſis noui aliqui fuerint: tamẽ* &c. & mox. *Quanquã ſedulo nobis vitanda eſt omnis* καινοφωνία, *tamen ſic ſtatuo ſublato eſſentiæ &*

Beza epiſtola Theologi. 16. pag. 112.

Beza lib. de hæreticis à ciuili Magiſtratu puniendis. pag. 51.

Beza epiſtola Theologica. 81. pag. 334.

Ibid. p. 335.

hypoſtaſion diſcrimine, quibuſcunque tandem verbis vtaris, ac abrogato ὁμοουσίῳ, vix ac ne vix quidem iſtorum Arrianorum & Trinitariorum fraudes detegi, & errores ſatis perſpicuè coargui poſſe. Nego quoque ſublatis vocabulis naturæ, proprietatis, hypoſtaticæ vnionis ἰδιωμάτων κοινωνίας (quæ omnia Patrum, id eſt, hominum ſunt inuēta) *poſſe Neſtorij & Eutichetis blaſphemias commodè à quoquam refelli. Si hallucinor, hoc age demōſtret qui poteſt, & nos illum coronabimus.* Hæc Beza vbi ingenuè faſſus doctrinam de Trinitate perſpicuis Scripturis non poſſe doceri, niſi Patrum inuenta & decreta acceſſerint, illud largitur, quod ego potiſſimum inquiro; Trinitatem non eſſe neceſſarium veſtræ religionis articulum, quia manifeſtis Scripturis non poteſt demonſtrari. Quod autem tam effusè Patres laudant, & eorum auxilium adeò dimiſsè abiecteque precatur, id verò oſtendit, & aſſentationem tam putidam, & imbecillitatem tam inſignem, vt quemadmodū ille olim Italus à Samnio paulò diutiùs abſens, & tandem reuerſus dicebat ſe non inuenire Samnium in Samnio, propter magnam rerum mutationem: ſic ego in hoc Beza Patres aliquos adeò humiliter adorante veteris Bezę Patres omnes magnificè deſpicientis nihil prorſus video, hęcq; eius verba Papiſticum aliquem Sacerdotem magis repræſentant, quam fortem & heroicum Euangelij Miniſtrum, qualem Beza aliàs ſemper ſeſe præbuit. Sed neceſſitas (vt eſt in communi prouerbio) legem non habet, eaque neceſſitas ita Bezā deiecit, & afflixit, vt qui aliàs de Scripturarum poſſeſſione in omnibus controuerſijs inſolentiſſimè gloriabatur, & nihil niſi verbum Dei, & puriſſimum Euangelium creparet, is ad Trinitarios alacriter verbum Domini iactantes, & Euangelij loca euidentia flagitantes planè obſurdeſceret, & quaſi animus in pedes decidiſſet, omni vitato certamine in ſolo Patrum, & Eccleſiæ nomine vt nouus Papiſta conquieſceret. Sic enim eos laceſſentes reijcit: *Quorſum vllæ diſputationes aduerſus αὐτοκατακρίτους. Nam dociles ſi qui ſunt excipio: quòd ſi iſti fortè occaſione hinc arrepta diffidere nos cauſæ noſtræ glorientur, age ſanè frui iſtos iſta quoque falſa opinione ſinamus, quandoquidem inuitis nobis perire decreuerunt. Et ſi verum eſt eorum dogma* (contra Trinitatem) *vbi tandem fuerit vnquam Eccleſia oſtendere ipſos iubeamus, quum à propagato Euangelio facilè ſit demonſtrare, nullum vnquam eiuſmodi quicquam ſenſiſſe, quin perpetuo Eccleſiæ iudicio fuerit damnatus* Ecquid perſpicis Samuel luculentam hominis fracti & proſtrati imaginem? Profer nobis Scripturas planas & perſpicuas in-

Idem epiſtola 18.

euas inquiunt Trinitarij, ex quibus Trinitatē probatis. Quorſum hoc inquit Beza, eſtis enim αὐτοκατάκριτοι. At cōtra iſti, quin tu potius es αὐτοκατάκριτος, nos enim fidē noſtrā Euangelio & verbo Domini ſubmittimus, tu qui ſine verbo Dei fidem nobis obtrudis, totam Euangelij fabricam diruis, & Papiſtis ad religionem noſtram diſſipandam facilem viam aperis. Quare vel Scripturas nobis proferas, vel omnibus Chriſtianis teſtamur te cauſæ tuæ diffidere. *Optimè* (inquit Beza) *ſino vos falſa opinione frui, quia me inuito perire vultis.* Si enim veſtra contra Trinitatem fides vera ſit, oſtendite mihi vllam aliquando Chriſtianam Eccleſiam veſtra illa fide imbutam. Ego enim contra facilè demonſtrabo neminem vnquam veſtræ hæreſis fautorem emerſiſſe, qui non à Chriſtianis Epiſcopis tum Eccleſiam gubernantibus fuerit condemnatus. Quid ais Beza? Hoccine eſt aſylum extremum, quo te recipis? Hoccinè Euangelium & verbum Dei expreſſum, quo nos conuincere cogitas? Hæccine integritas Euangelica, vt nobis requirentibus diuina opponas humana, poſtulantibus cælum oſtendas terram, expectantibus Prophetas, Euangeliſtas, Apoſtolos, Petrum, Ioannem & Paulum, proferas Athanaſios, Oſios, Iulios, Pontifices, Sacerdotes, cæcos, ignaros, ambitioſos, ſatanicos, ex quibus te ipſo indice Nicæna Synodus conſiſtebat? Quodnam poteſt eſſe illuſtrius deſperationis ſignū? Quæ maior timiditatis & fugæ nota? Et quis te deinceps vt ignauum militem non mirificè aſpernabitur, qui ita aduerſarium vulneras, vt ipſe tuoſque ſimul omnes eadem plaga cruentes. Si enim in hoc ad hoſtes conficiendos ſatis eſſe momēti putas, quod nullam Eccleſiam oſtendere poterunt, in qua eorum opinio de Trinitate non fuerit ſemper damnata, ſi hoc ſatis valere putas ad eos hoſtes conuincendos; tu fratreſque tui quam multis hæreſis ſtigmatis eſtis inuſti, qui multas habetis opiniones, quæ in Eccleſia nunquam eminuerunt, quin communibus Eccleſiæ tum florentis ſententijs ſtatim iugulatæ ſunt. Hæretici eſtis, qui ſacrificia & orationes pro defunctis tollitis. Aërianos enim ſic ſentientes damnauit vetus Eccleſia. Hæretici eſtis, qui Sanctos cum Deo regnantes non inuocatis. Nam Vigilantium & Vigilantianos hoc primum ſeminantes abominata eſt vetus Eccleſia. Hæretici eſtis, quia Baptiſmo peccata deleri negatis, quia ab hominibus arbitrij libertatem eripitis. Pelagio enim & Manichæo hos primum errores ſpargentibus anathema dixit vetus Eccleſia. Quid multa? Hæretici eſtis propter omnes & ſingulas Euangelici

Digitized by Google

veſtri opiniones. Hæretici eſtis, qui ſolam fidem traditis. Hæretici eſtis, qui Eccleſiam tot annis interijſſe dicitis. Hæretici eſtis, qui fœminæ principatum Eccleſiaſticum ſtatuitis. Hæretici eſtis, qui Monachorum vota ſpernitis. Hęretici eſtis, qui ſolas Scripturas ad fidem probandam admittitis, & traditiones non ſcriptas reijcitis, & ſi ijſdē ipſis Nicænis Patribus creditis, impuri eſtis, & cum antiquiſſima primitiua & Apoſtolica Eccleſia (quam enim aliam illis ſignificare potuit *antiqua Eccleſiæ traditio*) pugnatis, qui Miniſtris, etiā Presbyteris veſtris, etiam poſt miniſterium aſſumptum ſecundas & tertias, imò & quartas & quintas nuptias conceditis. Pſeudoapoſtolos enim Eunomium, Simonem Magum, Pepuzianos, Attrianos, Iouinianum propter hæc dogmata execrata eſt vetus Eccleſia: quumq; poſt in nouis hæreticis (vt vocabātur) eadem rurſus doctrina aliquando emergeret, Eccleſia eandē, ſemper ſupprimere & extinguere conata eſt, eiuſq; Doctores è cōmunione fidelium eiecit. *Et Papiſtæ à propagato Euangelio facilè oſtendunt neminem eiuſmodi quicquam ſenſiſſe, quin perpetuo iudicio Eccleſiæ fuerit damnatus.* O inuictum Achillem, qui talibus armis aduerſarios ſuos proſternit. An non Trinitarios iuſtiſſima ſuppetit Bezas iſtos non tam cōtemnendi, quam execrandi occaſio, à quibus non magis ad veſtrum Euangelium, quam ſuperſtitionem Papiſticam retrahuntur? Hęc enim ſola ratio totum Papiſmum à capite ad calcem plenè & abundanter reſtaurat. Nec mirum eſt, ſi multi Chriſtiani à veſtra Trinitate ad noſtram vnitatem cōuolent, quum vident cauſam veſtram tam infirmis præſidijs niti, & manifeſtò à præſtātiſſimis veſtris Ducibus prodi. Res quidem ipſa clamat, niſi ab Euangeliſmi veſtri principijs ad Papiſmi exploſa olim axiomata cōfugeritis, à ſcripturis ad traditiones, à libris Propheticis & Apoſtolicis, ad Concilia mitratorū Epiſcoporum, à Deo ad homines, Trinitatem (vt par eſt) Papiſtis eſſe relinquēdam, quā in manifeſtis & perſpicuis ſcripturis non inuenitis, voſq; propterea vnitate Mahumetana contentos eſſe oportere, quā eædem ſcripturæ Propheticæ & Apoſtolicæ crebrò & clariſſimè inculcant. Neque verò quod nulla pro Trinitate teſtimonia, qualia petebat aduerſarius, protulerit Beza, eius ignorantiæ tribuendum eſt, quaſi ad *fundum ſuæ eruditionis* perueniſſet, vt odioſè iocatur quidam Bezæ aduerſarius (quid enim eo doctiùs, quid acutiùs? & quanti negotij erat Teſtamentū vetus nouumque iterum atque iterum euoluere, & ſi quid illic huic quæſtioni euidenter aptum occurriſſet, excerpere?) ſed prudentiſſimè

Genebrar. in Chronograph. libr. 4. in fine.

Digitized by Google

ſilentiſſimè ſiluit Beza, & tacitè aduerſarijs ceſſit, quia (vt idem vir veriùs annotauit) *Caluiniſmus ad Mahumetiſmum inclinat*, vel vt rectiùs & pleniùs loquar, quia Caluiniſmi & Mahumetiſmi idem eſt fundamentum, eadem principia, ijdem lapides angulares, idem ſcripturas peruestigandi ſpiritus & genius: quod vt ex alijs quibuſdam, ita ex hoc de Trinitate dogmate inprimis manifeſteq; conſpicitur, vel etiam & fortaſsè potiſſimum, quia probè cognoſcebat nullum ex veteri nouoque Teſtamento pro his Chriſtianis de Trinitate & Chriſto Deo articulis proferri potuiſſe locum, quẽ Magiſter eius Caluinus ſuis in Commentarijs pro Trinitarijs & Arrianis contra antiquos Patres, fidemq; Catholicam non explicauerat. Dico omnium ſacrarum literarum loca efficaciora, quæ antiqui Patres applicant ad cõfirmandam Trinitatem, & Deitatẽ Chriſti, eadem à Caluino in contrarium ſenſum exponi: qui tanquam directè pro Arrianis dimicans, planè pronunciat Patres corruptè hæc ſacrarum literarum loca contra Arrianos peruertiſſe. Notæ ſunt nimirum, & in Caluini libris vbiq; occurrunt illæ Patrum contemptiones: *Ex verbo* אלהים *colligere ſolent, hic notari in Deo tres perſonas. Sed quia mihi parum ſolida videtur tanta rei probatio, ego in voce non inſiſtam. Quin potiùs monẽdi ſunt lectores, vt ſibi à violentis eiuſmodi gloſſis caueant.* Rurſus. *Quod veteres Chriſti diuinitatem hoc teſtimonio probare conati ſunt, minimè firmũ eſt, ac ſine cauſa meo iudicio tumultuãtur, qui acriùs Iudæos exagitant, quia nõ admittunt tale probationis genus*: Rurſus. *Scio hunc locum (Filius meus es tu, ego hodiè genui te) de æterna Chriſti generatione à multis fuiſſe expoſitum, qui & in verbo, hodie, argutè philoſophati ſunt, ſed*, &c. Rurſus. *Sciens & volens ſuperſedeo à multis teſtimonijs, quibus vſi ſunt veteres. Plauſibile illis viſum eſt citare ex Dauide Pſal. 33. Verbo Domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eorũ omnis exercitus eorũ, vt probarent Spiritus ſancti diuinitatẽ, eiuſq; opus eſſe mundum. Sed illa ratio infirma fuit. Vetereſq; ſubtiliùs hoc elogio vſi ſunt pro Spiritus ſancti diuinitate contra Sabellianos.* Rurſus vti notatũ eſt ſuperiùs *Abuſi ſunt veteres hoc loco (Ego & Pater vnum ſumus) vt probarent Chriſtum patri eſſe ὁμοούσιον.* Deniq;: *Multi ex Patribus interpretati ſunt, Chriſtũ vnum eſſe cũ Patre, quia æternus ſit Deus. Sed hùc eos abripuit contentio cum Arrianis, vt cõciſas ſententias in alienũ ſenſum torquerẽt.* Hęc & ſimilia cõuincũt Patres ex ſcripturis Trinitatem contra veteres hęreſiarchas Ioanne Caluino iudice non rectè comprobaſſe, ideoq; Bezam Caluinianum, vel potiùs alterum Caluinum,

Caluin. in Geneſ. c. 1.

Geneſ. 19.

Pſalm. 2. in quorum numero eſt Paulus ad Hebr. 1.

Inſtit. lib. 1 ca. 13. §. 15. & in Pſalmo 33.

In Ioan. 10

Digitized by Google

num, omiſſis ſcripturis vafrè & callidè ſolis Patrum nominibus fratrum ſuorum Trinitariorū ora obſtruere voluiſſe. Sed non eſt propoſiti mei ad hunc modum percurrere & examinare ſingula loca. Neq; verò vel te, vel meipſum vexabo tam faſtidioſo labore: tantum deſcribam quid ipſi Euangelici fratres ex Caluini Commentarijs in iſtiuſmodi loca excerpant & iudicent, & indicabo librum, vbi hæc collecta poteris videre & expendere, ſi fortè Caluini Commentarij tibi non ſint ad manum, in quibus hæc fuſiùs & enucleatiùs poſſent demonſtrari. Multi quidem Proteſtantes Germani multis libris Caluini Arrianiſmos detexerunt: ante biennium autem quidam VVitembergenſis librū emiſit hoc titulo, *Caluinus Iudaizās, hoc eſt, Iudaica gloſſa & corruptela, quibus Ioannes Caluinus illuſtriſſima Scripturæ ſacræ loca, & teſtimonia de glorioſa Trinitate, Deitate Chriſti, & Spiritus ſancti, &c. deteſtādum in modum corrumpere non exhorruit. Addita eſt corruptelarum confutatio, per Aegidium Hunnium ſacræ Theologiæ Doctorem, & Profeſſorem in Academia VVitembergenſi. An.1593.* Iſte tātus Doctor, & Profeſſor, & Lutheri in Cathedra VVitēbergenſi ſucceſſor, poſt reliquas ſcripturas veteris Teſtamēti excuſſas (quas ſemper Caluinus pro Arrianis, Sabellianis, & ſimilibus cōtra Catholicos exponit) poſtquam idem perfecit in Teſtamēto nouo, maximè Euangelio Ioannis, quod inprimis & ſolidiſſimè à Chriſtianis putatur Trinitatem, & Deitatem Chriſti comprobare, ita demum de Ioanne Caluino eiuſque contrarijs gloſſis ſcribit. *Hæc ſole ipſo ſunt illuſtriora tot argumentis modò cumulatè propoſitis, & ex ipſo textu deductis irrefutabiliter oſtenſa, eſtque in affirmato iſto filio Dei* (ego & Pater vnum ſumus) *repoſitum præſidium aduerſus Arrianos inuictum & inexpugnabile. Quod agnouerunt orthodoxi Patres in certaminibus aduerſum Arrianos: idemq; vera Chriſti Eccleſia hodie fatetur, & agnoſcit abſq; controuerſia. Caluinus autem illuſtrem hanc Chriſti ſententiam, gloſſa vere Arriana atra caligine maluit obfuſcare, & Antitrinitariorum expoſitionem de vnitate non eſſentiæ, ſed conſenſus ſuo calculo comprobare, quam vt expoſitæ in meridie veritati ſuffragium ſuum accommodaret.* Hæc Samuel tibi ſunt inprimis notanda. Si loca ex *Euangelio ſumpta, quæ ſunt ipſo ſole illuſtriora, & argumentis ex ipſo textu deductis irrefutabiliter oſtenſa, quod probent diuinitatem Chriſti,* quæ loca Catholici Patres contra Arrianos tanquam *inuicta & inexpugnabilia* agnouerunt: ea ſi Caluinus pro Antitrinitarijs *Arriana gloſſa obfuſcat*, quid de alijs gloſſis minus perſpicuis, minus

Liber Cal. Iudaizans.

Hunnius vbi ſupra pag. 49.

minus euidentibus, & argumentorum ex ipſo textu deductorum robore minus firmatis ſentiendum? An ea Antitrinitarios multum offenderent, qui ope & præſidio Caluini hæc longè grauiora nullo negotio poterant refellere? Sed pergamus audire aliquantiſper hunc Euangeliſtam VVittembergenſem de Caluino prædicantem. Sic ille pergit. *Hanc gloſſam qua lucidiſſimi teſtimonij ſplendorem ceu piceo obiecto fumo Caluinus obnubilare ſtudet, dico verè eſſe Arrianam, à mente Chriſti peregrinam, à textu multis modis & rationibus, vt iam oſtenſum eſt, diſſentaneum, ab Eccleſiæ Catholico conſenſu planè diſſonam, & à Diabolo in fraudem fidei Chriſtianorum excogitatam, quam ταῖς ἀμφοῖν excipiunt, amplexantur & exoſculantur Franciſcus Dauidis, Blandrata, cæteriq; iuratiſſimi perfidiſſimiq; hoſtes adorandæ Trinitatis.* Vides ergo Caluinum hoc ſubſidio, quod eſt ſingulare & præcipuum, ſcripturas nimirum Arrianicè interpretando, ſectam Trinitariorum & Arrianorum plurimũ amplificaſſe. Sed veniamus ad concluſionem, in qua tanquam in ſpeculo reliquas omnes Caluini expoſitiones intueamur. Poſtquam Doctor iſte Commentarios Caluini in reliquos Euangelij locos diligenter euoluit, & eos perpetuo idem ſapere, eodem tendere aduertit, nihil niſi Arrianum ſpirare comperit, ita demũ concludit. *Quis ergo non videat diabolũ peracutum hoc ſuum inſtrumentum data opera tales procudere voluiſſe ſtrophas illuſorias, quibus Antitrinitarij propugnacula Chriſtianorum non ſolùm hoſtiliter attentare, ſed etiam diruere valeant quamprimum aliquis in Eccleſia locus nefarijs hiſce corruptelis, & deprauationibus Caluini conceſſus fuerit. Ita fiet, vt ſi percontentur Arriani, vbinam vllum in ſcripturis dictum reperiatur, quo Trinitatis perſonæ dicantur vnum, vnitate videlicet κατ' οὐσίαν intellecta, iam nobis vniuerſa teſtimonia per aleatoriam illam quiduis illudendi verſutiam è manibus excutiantur.* Iſta Samuel per ſe clara ſunt & illuſtria ad demonſtrandum quod intendo. Nam ſi *vniuerſa Scripturæ teſtimonia* pro Trinitate, & Deitate Chriſti in gratiam Antitrinitariorum, per Caluini mirabilem verſutiam *è manibus veſtris excutiantur*, prudenter Beza à ſcripturis contra ſuos ſimulatos hoſtes proferendis abſtinuit, quos ſciebat à Magiſtro Caluino contra ipſum, & alios omnes aptis reſpõdendi, & euadendi gloſſis fuiſſe inſtructos. Quare quod ego de vobis omnibus Caluiniſtis ominor, vos omnes Arrianiſmo, & (quod ſequitur) Mahumetiſmo eſſe proximos, idem iſte Doctor & ratione, & experientia confirmat. Inquit enim. *Quid igitur mirum, ſi procax iſta li-*

Ibid pa. 29.

Ibid. pa. 59.

Ibid. 60.

bido peruertendi ſcripturas hac tandem infauſta planeq́ tragica terminetur cataſtrophe, vt vno poſt alterum teſtimonio ſic eluſo, & argumento vno poſt alterum in cordibus hominum concuſſo atque diruto, longiſſima latiſſimaq́ via ſternatur ad Arrianam hæreſim plenis cataractis atque imbribus in orbem terrarum effundendam & ingurgitandam. Tam certa & ſolida ratio, quam certum & clarum eſt ruere columnam altiſſimam, cuius baſis particulæ omnes ſeorſim & ſeparatim perfringuntur, vel alias auferuntur. *Atque hoc* (inquit ille) *infeſtiſſimus euentus in locis, ciuitatibus, regionibus atque regnis* (Alba Iulia, Varadino, Claudiopoli, Tranſyluania, Polonia, Hungaria) *Pareo* (Caluiniſtæ contra quem ſcribit) *non ignotis, haud abſque triſtiſſimo naufragio innumerabilium animarum annis vltimis hiſce nimis euidenter comprobauit.* Ex iſtis Samuel non conijcere, ſed ſcire potes veram cauſam, quare Beza veteratoriè ſub veterum patrũ alis cupiens latere ſolidum omne certamẽ (quod iuxta vos in ſolo textũ ſacro poſitum eſt) cum Antitrinitarijs, etiamſi ab eis prouocatus & laceſſitus, adeò ſtudioſè defugerit. SAMVEL. Equidem in hac narratione tua de Trinitarijs laceſſentibus, & Beza conflictum defugiente, meticuloſum Bezæ animum & ſingularem diffidentiam non poſſum ſatis demirari, eoq́ue magis, quòd in Papiſtis inuadendis ſemper ſe præbere ſolet valdè animoſum atq; audacem. Quare hic mihi in mentem venit lugubre illud carmen ſcriptum in Saulem

2.Reg. c.1. & Ionatham ab Amalachitis interfectos: *Montes Gelboe nec ros, nec pluuia veniat ſuper vos, quia ibi abiectus eſt clypeus fortium, clypeus Saulis quaſi non eſſet vnctus oleo.* Sic enim & ego quantum fas eſt, iſtis hæreticis ſacroſanctæ Trinitatis hoſtibus omnes diras imprecor, in quibus ſolis inuadendis iſtius noſtri fortiſſimi Saulis abiectus eſt clypeus, hocq́ue tantum in loco adeo ſe ignaue geſſit, ac ſi in Eccleſia Geneuenſi Euangelicarum omnium primaria & principe non eſſet Archiminiſter, vbi ſicut item in Eccleſijs Gallicanis eam matricem agnoſcentibus ſummam poteſtatem, idq́ue meritò obtinuit. Alias, vt *à ſanguine interfectorum, & adipe fortium ſagitta Ionatæ nũquam redijt retrorſum, & gladius Saulis non eſt reuerſus inanis,* ſoli autem Amalachitæ & ſagittas & gladios eorum confregerunt: ſic dux iſte noſter quoties contra Papiſtas bellum ſuſcepit, eorum ſanguinem vt volebat fudit, eoſq́ue quum volebat, verbo Dei in fugam vertit, & victoriam certam reportauit: quamuis hic ab iſtis Trinitarijs & munitione omni bellica, & ipſis quoque caſtris exutus videatur, quod me quidem ita obſtu-

ſtupefacit, vt non poſſim non attonitus illud extremum vel inuitus vſurpare: *Quomodo cecidit robuſtus, & perierunt arma bellica.* Quamuis illud quod in fine de Caluino addis hūc mihi admirationem maiori ex parte tollit. Si enim verū eſt quod Lutheranus ille tradit de ſcripturæ locis à Caluino in gratiam Arrianorum corruptis, mirari non poſſum, ſi Beza paleſtram illam cum hoſtibus ſuis ingredi detrectauerit, è qua magiſtri ſolius authoritate videbat ſe per Trinitarios illos facilè fuiſſe profligandum. Ad hæreſes autem veteres ſupra à te nobis, & hic rurſus obiectas, etſi tum quod commodum videbatur reſpondi, tamen nunc præterea hoc adijciendum cenſeo; eas nō in eodē ſenſu à nobis prædicari, quo antiqui hæretici tuebantur. Non eſt autem ſatis eadem verba nobis & hæreticis illis fuiſſe communia, niſi in eadem quoq; verborum ſignificatione communicemus. Hoc autem idcirco non poſſum credere, quod euidēter legam in Eccleſiæ noſtræ Apologia *ab Epiphanio numerari octoginta, ab Auguſtino plures etiam diſtinctas hæreſes, ſed quas omnes Eccleſia Anglicana ad inferorum vſq; portas deteſtatur.* Quin etiam præter eas octoginta ab Epiphanio & plures ab Auguſtino numeratas, Humfredus Regineus in Academia Oxonienſi Theologiæ profeſſor addit Eccleſiā Angliæ ad eaſdem inferorum portas ablegare ſiue plures hæreſes quæ olim ſerpſerunt, ſiue quæ hodie conualeſcunt. Quas autē tu hic recenſuiſti, pleræq; ex Epiphanio & Auguſtino decerptę ſunt. Quod ſi fortaſſe earum aliquas aſſumpſerit Eccleſia noſtra, illæ nō adeo magni ſunt momenti, nec fundamentum fidei ſuo loco mouent. Verum vtcunque iſta ſe habent, ea certè quæ hactenus à Beza vel ſcripta, vel diſputata collegiſti, magis imbecillitatem produnt quàm hęreſim, magis diffidentiam in veritate certo modo tuenda, quam præuaricationē in ea ſubdole deſerenda, & denique cuicunque cauſæ malo tribuere, quam malitiæ aut voluntati ad Mahumetiſmū propendenti. Nulla enim Theodori Bezę, nulla Ioannis Caluini, nulla Doctorum noſtrorum verba ponis directè Trinitatem impugnātia: tantum coniecturas quaſdam audio, & argumenta ex generalibus illorum verbis ad ſpeciale caput refellendum applicata, & ea ſuſpicioſa potius quàm certa, probabilia fortaſſis aliquo modo, at nullo modo neceſſaria. MICHAEAS. Optimè, quaſi malitia ſit manifeſtæ veritati cedere, aut hæreſis Deum vnum confiteri; aut quaſi moderati hominis ſit omnes etiam falſas vmbras & inanes cauillos potius arripere, quàm in vera cauſa manifeſtè cognita acquieſcere. Quid .n. eſt euidentius, quàm

Apologia Anglica. part. 2.

Humfredus in vita Iuelli pag. 188.

Digitized by Google

quàm Euangelium veſtrum nihil niſi expreſſas ſcripturas admittere? & quid deinceps notius eſt, quam permultas de Trinitate abſtruſas illas quidē, neceſſarias tamen quæſtiones expreſſis ſcripturis non explicari? Et horum vtroq; illud non eſt minùs perſpicuum Theodorum non tam conſcientia imbecillitatis quàm veritatis hanc luculentam confeſſionem & re, & verbo poſuiſſe. Quod autem in vlla diſciplina argumentum fieri poteſt firmius & certius, quam ſi ex generalib. principijs particularem concluſionem deducas? Neque verò vel tu, vel tuorum quiſquā acutiſſimus Euangelij defenſor hanc Theodori Bezæ confeſſionem & concluſionem poterit mutare, niſi caput ipſum Euangelij velit tollere, & totam eius fabricam funditus diruere. Sequitur ergo non vt tu dicis ſuſpicioſè modo, aut probabiliter, aut ſophiſticè, ſed verè, neceſſariò Theologicè Trinitatem Chriſtianorum in fide veſtra, quotquot verè Euangelici eſtis, locum non habere, quum ei demonſtrandæ (Theodoro Beza confitente) clara & illuſtria ſcripturæ nō ſuppetant teſtimonia, quibus ſolis fides Euangelicorum nititur. Et quorſum ego verba, ſuſpiciones, argumēta hæc vrgeo, quando totus Arrianiſmus & Samoſateniſmus qui iā in Hungaria, Tranſyluania, Poloniaq; viget, ex hoc vnico fonte prodierit: quod eſt notiſſimum, & tum oculis, tum auribus innumerabilium adhuc viuentium poteſt comprobari. Nam cum in frequentibus ſynodis & diſputationibus Petricouiæ, Pinczouiæ, Albæ Iuliæ, Varadini, Claudiopoli, & alibi Trinitarij de Trinitate contra Lutheranos & Caluiniſtas digladiarentur, & ſemper expreſſum Dei verbum flagitarent, præter quod exclamabant ab illis ſuis Euangelicis fratribus *coli Deū quendam Trinitatē, ſingi ab eis ὁμοούσιον perſonas in Deo, naturas, ſubſtātias, hypoſtaſes, proceſſiones & emanationes*: ſin minus pedem pedi conferrent, & ſine ambagibus iſta in ſcripturis ſacris clarè oſtenderēt: Caluiniſtæ autem & pauca & obſcura quædam verbula illic ægrè corradentes pro firmiſſimo ſuo præſidio, ad inſtar Theodori Bezæ confugerent *ad Patres, Antiquitatem, vniuerſitatem, receptum in tota Eccleſia ſenſum & conſenſum.* Arriani è contra cachinnantes & de eis triumphantes: *Hi ſunt* (inquiunt) *vetuſti panni, quos vos ipſi primi laceraſtis in alijs fidei articulis. Iſti ſunt Gabaonitarum exoleti ſacci, vtresq; obſoleti, & lacerata iamdudum calceamenta, &c.* Atque ita exploſa Trinitate & Deitate Chriſti, contrarias opiniones in illis Eccleſijs reformatis, tanquam geminas Caluiniani & Lutherani Euangeliſmi concluſiones ſtabilierunt. Quod verò negas vetuſtas

Eques Polonus in Spongia & anno 1591. Ingolſtadij pag. 69.

tuſtas

Digitized by Google

ruſtas hęreſes ab Anglicanis Proteſtantibus fuiſſe inſtauratas, ſaltem eo ſenſu, quo eas veteres hęretici edocuerunt, & eſt per ſe manifeſto falſum, & argumentum quo adductus id aſſeris, nimis eſt imbecille & ruinoſum. Apologiæ enim Anglicanæ author, vt erat alioqui vir doctus, & Anglicanæ religionis atq; Eccleſiæ prædicator admodum glorioſus, ita quo eam exteris nationibus magis amabilem redderet, à manifeſtis aliquando mendacijs non abſtinebat, quorum hoc quod tu commemoras vnum eſt inſigne & luculentum. Neque enim apud homines eruditos magis compertum eſt fuiſſe Eccleſiam aliquam primitiuam, & in ea Epiſcopos Auguſtinum & Epiphanium, quam clarum eſt fuiſſe ab illa Eccleſia & his doctorib. improbatas hæreſes eas ipſas, quas iam diu ſepultas veſtra exuſcitauit Eccleſia, & tanquam puriſſimum Dei verbum populo cõmendauit. Neque ad hoc commõſtrandum aliunde teſtes acceſſam, quam ab eadem Eccleſia veſtra. Puritanus enim ſcriptor ille, quem contra Archiepiſcoporum poteſtatem ſemel atq; iterum citaui, ita Archiepiſcopum veſtrum premit argumento planè contrario ei quod opponit Apologeticus, eoque ita firmo, vt etiamſi Apologeticus iſte Epiſcopus & vna Cantuarienſis Archiepiſcopus operas ſuas ſimul conferant, hæreticorũ tamen notam euadere non poſſint, ſi Epiphanij & Auguſtini hæreticos iudicantium rata ſit cenſura. Apologeticus probat vos nulla hæreſi eſſe infectos, quia omnes *octoginta ab Epiphanio & multò plures ab Auguſtino numeratas reſpuitis.* Rhetoricè diſputatum, nõ autem Dialecticè, nec ſolidè. Multæ ſunt enim hæreſes nec ab Epiphanio commemoratæ, nec ab Auguſtino, quæ poterũt ad veſtram Eccleſiam adhæreſcere. Alter verò ille contrarium planè ſumit, tanquam notum omnibus non prorſus cæcis & impudenter mendacibus, videlicet exploratè & certiſſimè verũ eſſe, quod Eccleſia veſtra ad ſuam fidem adiunxerit quædam, quæ primitiua Eccleſia Auguſtino & Epiphanio teſtibus hęretica cenſuit: ex quo concludit vobis propterea penitus contemnendũ eſſe Eccleſię eius & Patrum quoad alias hæreſes iudicium, niſi hæreticorum catalogo velitis aſcribi. Iſti ſcriptori Epiſcopos & Archiepiſcopos tollere conanti, & iuxta ſcripturas eos à presbyteris minimè diſtinguẽdos eſſe argumẽtanti obiecerat Archiepiſcopus veſter ſuam cauſam agens, hæreſim eſſe ſi quis ita ſentiat, & Epiſcopum cum presbytero confundat. Hoc enim & Auguſtinus & Epiphanius inter hæreſes Aërij numerant. Cui aliter ille reſpondens: *Hoc* (inquit) *argumẽtum quoniam ducitur ab autho-* *ritate*

Ex confeſ. Anglorum Anglicanam Eccleſiam eſſe hæreticam.

Cartvv. replica. 2 pag. 618.

Digitized by Google

ritate Epiphanij hominis erroribus obnoxij, non poteſt multum cauſæ meæ nocere. Si enim quicquam cõtra me valere debet, quod Aërius hæreticus Epiſcopum & presbyterum voluerit confundere, quos Epiphanius Catholicus verbo Dei putabat eſſe diſcretos & ſeparatos, vel quod Auguſtinus hoc inter hæreſes Aërij recenſuerit, eo modo & magnum præiudicium veritati illi fiet, quæ credimus pro mortuis non eſſe orandum nec pro illis offerenda ſacrificia. Nam & Epiphanius tom.1. hæreſi 75. hanc vocat hæreſim Aërij, idemq; cenſet Auguſtinus hæreſi 50. quæ tamen eſt doctrina orthodoxa. Sic ille, firmiter concludens ex eo, quod aliquas Aërij hęreſes ſentẽtia Auguſtini & Epiphanij iugulatas, (quales ſunt, ne oretur pro mortuis, nec pro eis ſacrificetur) Archiepiſcopus cum ſuis coepiſcopis admittit, non poſſe eos cuiquam crimini vertere alias hæreſes, vel ab eiſdem authoribus commemoratas, vel ab eius Eccleſiæ Epiſcopis damnatas. Vbi vides ab ea poni axioma certum, indubitatum, clariſſimũ, quod quędam hæreſes ab Auguſtino & Epiphanio damnatæ, ab Eccleſia Anglicana ſunt ſuſceptę. Ex quo alterum quoque mihi ſuppetit ad iſta omnia de Nicœni Concilij & eius ætatis patrum authoritate reſponſum, quæ tu & Beza non tam Euangelicè quàm Papiſticè iactitatis. Idem enim Concilium, totaq; eius temporis Eccleſia non ſolùm prohibuit ſacerdotum matrimonia, ſed etiam orabat pro mortuis, & pro eis ſacrificandum eſſe credidit, in quibus quum iudicio veſtro male ſenſerint, probabile eſt, quod in Arrianiſmo quoq; refutando non minùs errauerint: ſaltem nemo Euangelicus eorum iudicio tenetur. Ex quo etiam perſpicere potes, me qui iſtas aliaſque hæreſes vobis obijcio, non inaniter vocum ambiguitates, aut ſyllabarum captiones ſequi (quod ridiculum eſt, & viro bono omniq; colloquio indignum) ſed manifeſtum Eccleſiæ veteris conſenſum, perpetuamque & conſtantem eius contra hæreticos (quos vocabant) doctrinam, doctorum & hiſtoricorum eius temporis euidens teſtimonium, & ingenuam ipſorum Proteſtantium confeſſionem, qui veterum hæreticorum contra veteres Catholicos cauſæ non clam aut ſubdole, ſed palam & liberè patrocinantur, vt Aërio Doctor iſte & ſcriptor Anglicanus. Quod autem rurſus de fundamento obſtrepis, diſſimulo, ne actum agam, & in re præter neceſſaria tẽpus & operam inutiliter conſumam. Supra enim quàm hoc
Lib.2. c.6. vobis nihil proſit, ſatis copioſè & clarè expoſitum eſt. Venio ad illud quod eſt omnium caput, & baſis, & fundamentum verum, fidem intelligo veſtrã de Trinitate, quod quoniam adeo confi-

confidentèr vrges, & hac fundamenti diſtinctione totam cauſam veſtram ſertam tectam exiſtimas, ſi quod pollicitus præſtitero, vt hoc etiam fundamentum euellam & diſſipem, ſi veſtram de hoc fundamēto fidem vel prorſus eſſe Turcicam, vel ſaltem Turcica nequiorem euicero, an tum Euangelium tuum repudiabis, & noſtrum Alcoranum amplexabere? SAMVEL. Permagnum eſt quod petis, ideoque & longam deliberationem poſtulat, & tamen certiſſimo mihi perſuadeo & Caluinum, & Bezam, totamque Eccleſiam noſtram de hoc myſterio ſanè & orthodoxè ſentire. Hoc enim longè alterius eſt generis, quam quæcunque hactenus verſauimus. Illa enim ad ritus, & ceremonias, & inferiora quędam pertinebant, hoc ad ſummum & prępotentē Deum omnium conditorem. Quamobrem certum eſt quocunque modo contra Trinitarios ſe geſſerit Beza, tamen noſtros vniuersè Doctores hoc longè maiore conſtantia & grauitate tractaſſe, magiſque ad eandem veritatem vbique tradendam mentis aciem intendiſſe, quam in reliquis, quæ ſine magno Chriſtianæ fidei diſpendio poterant vel affirmari, vel negari, vel dubia & incerta relinqui. MICHAEAS. Hæc tamen longa & ſeria deliberatio neſcio an ſatis ſit conſentanea Euangelio tuo: cum eo certè quod initio pollicitus es, non ſatis congruit, quando alacriter aſſeruiſti te Alcorano noſtro ſtatim daturum nomen, ſi Alcorani ſupra Euangelium magis euidens demonſtraretur veritas. Nec arbitror te quando a Catholica ad Euangelicam fidem tranſibas, magnum aliquod deliberandi ſpatium ſumpſiſſe, longè eſt autem breuior, minuſque etiam periculoſa ab Euangelio ad Alcoranum, quam à Papiſtica fide ad Euangelicam traiectio.

ARGVMENTVM CAPITIS QVARTI.

Poſita Chriſtianorum fide de Trinitate, Michaas declarat eam duobus modis ab Euangelicis impugnatam. Alij enim realem ſubſiſtentiam trium perſonarum negant, alij tres in diuinitate diſtinctas naturas aſſerunt, quarum vtraque directa eſt ad Trinitatē negandā via, & ex eis prima propriè Mahumetana. Primā valde ſeminarunt multis in locis Caluiniſtæ & Lutherani, qui ſuis in libris ita perſonā explicant, vt ea ſignificet non

naturam

naturam verè ſubſiſtentem, ſed proprietatem naturæ inhærentem, multis ſane locis ſignificant ſe nō niſi vnam in diuinis perſonam verè ſubſiſtentem agnoſcere, aut ſaltem Chriſto, ſanctoq́ue Spiritui particulam tantum diuinæ eſſentiæ tribuere, Catholicam de Trinitate fidem, Patresq́; omnium temporū quoad hunc articulum reprehendentes.

CAPVT QVARTVM.

CÆTERVM vt ſi fieri poteſt, ijs te ſuperſtitionibus quibus adhuc nonnihil irretitus es, liberem, & omnino ad noſtras partes traducam (quod ego vehemēter deſidero) tuorum de Dei natura doctrinam cum noſtra conferam, & ſi hanc videris eſſe vnam, conſtantem, nihil continentem quod ſit Dei maieſtate, aut vnitate, aut bonitate indignum; tuam autem & tuorum variam, mutabilem, Dei & naturæ & vnitati, & bonitati cōtumelioſam, gentilem & ethnicam potiùs, quàm Chriſtianam aut Mahumetanā, tum verò etiam ſine ſtipulatione ſpero te deinceps ſaluti tuæ conſulturum, neque contra tam claram veritatem oculos pertinaciter occluſurum. Tractabo autem iſta eo quo propoſui ordine. Primo videlicet perſonarum in diuinitate Trinitatem, tum in Trinitate eandem naturæ vnitatem, deinceps perſonam Chriſti duabus naturis, humana & diuina definitam: denique eiuſdem Chriſti incarnationem & mortem. Superius quum ex ſcriptoribus veſtris Alcorani noſtri epitomen quandam contraherem, ſingulaque Mahumetanæ fidei capita deſcriberem, illud (niſi fallor) recordaris principale inter nos diſcrimē poſitum fuiſſe in Trinitatis myſterio, quod tu veſtræ fidei fundamentum dicis, nos è contra legis noſtræ ruinam eſſe & exitium profitemur, eique contrarium planè fundamentum opponimus vnitatem. Hinc oritur ea conſuetudo, quod vbique in templorum noſtrorum parietibus deſcribimus, & in liturgijs noſtris perpetuo cōcinimus, *Non eſt Deus niſi vnus*: quod idcirco potiſſimum facimus, vt Chriſto cui alias prærogatiuas omnes quæ in hominem cadere poſſunt, abundantiſſimè largimur, auferamus eos honores, qui noſtro iudicio niſi cum Dei optimi maximi iniuria non poſſunt concedi, & quorum humana natura nō eſt capax: vos autem & Chriſto, & Spiritui ſancto, vt item Deo patri certam ſubſiſtentiam & perſonam ab omni æternitate tributis, ſubſiſtentiam

Digitized by Google

ſtentiam dico & perſonam non minùs realem, quam trib. Angelis Michaeli, Gabrieli, Raphaeli, vel tribus hominib. Petro, Paulo, Ioanni; & tamen tribus his perſonis vnam eandemque dicitis eſſe naturam ſimpliciſſimam, & non minùs indiuiduã, quam eſt ſingularis natura cuiuſcunque Angeli vel etiam hominis, eamque ob cauſam docetis hanc Trinitatem vnum eſſe numero Deum, tam propriè & exactè, quam Gabriel eſt vnus numero Angelus, aut Petrus vnus & idem homo. An non hæc eſt fides tua Samuel? SAMVEL. Maximè, ſi illud tamen adijcias has comparationes, vel alias quaſcunque à rebus creatis ſumptas longè abeſſe à perfecta altiſſimi myſterij explicatione, & aliqua tãtum ex parte eius veritatem humano intellectui adumbrare. MICHAEAS. Qui ergo hanc perſonalem ab æterno ſubſiſtentiam Chriſto & Spiritui ſancto adimit, an non is deſinit eſſe Chriſtianus, & Mahumetanus efficitur? SAMVEL. Arbitror. Quanquam enim & alia quædam fides Chriſtiana complectitur, tamen quia hæc eſt totius fidei (vt ita dicam) anima & ſumma, qui in hac cum Turcis conuenit, eum ego nõ dubitarem ſimpliciter veſtro gregi annumerare. Sic enim ait Lutherus. *Negantes diuinitatem Chriſti, amittunt totum Chriſtianiſmum, fiuntq́ prorſus gentiles ac Turcæ*, & Philippus Melanchthon cum tota Eccleſia Germanica: *Multi inter Anabaptiſtas & alibi circunferunt Mahumetanam blaſphemiam quod in Chriſto non ſit diuina natura. Hæc blaſphemia incepta ab Hebione, renouata à Samoſateno, & Arrio, confirmatur regno Mahumetico, & eſt etiam neruus & fundamentum regni Mahumetici.* Quare ſi hac in re noſtros contagione Mahumetana infectos probaueris, de alijs controuerſijs ego litem tibi omnem remittam. MICHAEAS. Id vero quum varijs modis docere poſſem, ego quo & breuior ſim & planior, in duobus tantum ijſque clariſſimis, & ex re ipſa enaſcentibus conſiſtam. Quum enim directè Trinitatis fides impugnetur, vel ſi quis triũ perſonarum ſubſiſtẽtiam ſingularem tollat, vel ſi tribus illis perſonis diuerſas naturas aſſignet, hæc eſt Euangelicorum tuorum infelicitas, vt non tantùm primo modo, qui propriè eſt Mahumetanus, Trinitatem tollant, ſed etiam poſteriore, qui eſt Ethnicus & prorſus execrabilis. Quemadmodum enim Euangelij veſtri primo ſtatim exortu ille quaſi fatalis genius extitit, vt quicunque fidei articulus ſemel in diſputationem veniret, ſectas continuo valde differentes pareret: id enim & in Incarnatione accidit, vbi multi Euangelici Chriſtum ex virgine carnem ſumpſiſſe, multi carnem è cœlo ſecum detuliſſe

Lutherus tom 5. ad Gala. c. 3. fo. 310. Melanchthon reſp. ad impios articulos Bauaricæ inquiſitionis ca. contra Seruetũ in corpore Doctrinæ Germanica, &c.

arbitrantur: in deſcenſu ad inferos, quem Geneuenſes & Puritani negant, Angli alij & Lutherani affirmant: in aſcenſione ad cælos, de qua inter Brentianos & Zuinglianos bellum eſt implacabile; de cælo ipſo, deque inferno, de quibus ſumma contentione ijdem diſſentiunt, de cœna domini, de vi & efficacia baptiſmi, de confeſſione, de abſolutione, de libero arbitrio, de prædeſtinatione, de alijs omnibus tam articulis fidei primarijs, quam alijs fidei partibus minus principalibus: ita in hoc quoque reliquorum omnium capite vſu venit. Temporibus noſtris poſtquam in Repub. Chriſtiana mortuum tam diu Euangelium cœpit reuiuiſcere, Tigurina & Geneuenſis Eccleſia doctores multos formauit, & ad prædicandum Euangelium emiſit, qui duab. iſtis machinis Papiſtarum de Trinitate fidem plurimum labefecerunt. Perſpicuè fatetur Beza, & nemini viro docto eſt ignotum ex illis Eccleſijs proceſſiſſe Paulum Alciatum Mediolanenſem, Valentinum Gentilem, Georgium Blãdratam, & Bernardinum Ochinum, quem poſteriorem *liberali ſtipendio conduxerat magiſtratus Tigurinus, vt in ea ciuitate Eccleſiam Italicam adminiſtraret.* Ad iſtos acceſſit poſtea Stancarus Mantuanus, & Petrus Statorius *Theodori Bezæ diſcipulus.* Iſti quum breue tempus in alijs quibuſdam populis, maximè verò Polonis & Tranſyluanis ad Euangelium conuertendis poſuiſſent, in duas tandem ſectas pari ferè numero diuiſi ſunt, vtramque tibi aduerſariam, ſed alteram Turcicè nobiſcum de vna Deitatis perſona ſentientẽ, alteram tres diſtinctos & diuerſos Deos conſtituentem. Hæc omnia manifeſtò tradit Beza, ex illis nimirum alios euaſiſſe *Tritheitas, vt qui reipſa tres perſonas in totidem ὀσιὰς transformarent, hoc tamen habentes cum Arrio commune, quod Patrem volebant ante Filium extitiſſe, & quod vnius veri Dei appellationem ad Patrem reſtringerent. Alios autem cum Samoſateno Chriſti ante Incarnationem ὑπόστασιν negauiſſe*, hoc eſt, apertè Mahumetanam fidem profeſſos fuiſſe, quorum etiam præclariſſimi Alciatus, & Bernardinus Ochinus poſtea palam eodem Theodoro teſte Mahumetani facti ſunt. Hanc eandem hiſtoriam noſtrãs Ioſias Simlerus, addit ad iſtorum opiniones paulò plenius intelligendas, priores illos Tritheitas prædicaſſe *Chriſtum qua Deus eſt, Patre minorem eſſe, ideoq; ſecundum eam naturam pro nobis intercedere, neque Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum eſſe vnum Deum, ſed eſſe horum perpetuam quaſi diuiſionem, & tres prorſus ſpiritus eſſe, è quibus ſolus Pater ſit ἀγέννητος, Filium verò & Spiritum ſanctum duos eſſe ſpiritus à*

Beza epiſtola Theologica 81. p. 329. 330 Ioſias Simlerus invita Bul anno 1555. fol. 28.

Beza epiſtola 16.

Beza vbi ſupra epiſtola 18. pag. 330.

Simlerus in præfat. lib. de æterno Dei filio.

ſummo illo vno Deo eſſentiatos & dependentes. Alij verò qui rectius (vt dixi) fidem veſtram de Trinitate nobiſcum euertere conati ſunt, aſſeruerunt *Dei ſi.ium non eſſe æternum, neque credebant eum extitiſſe, antequam ex Virgine naſceretur.* *Ibidem.* Ijdem quoque *Spiritum ſanctum Deum eſſe, & propriam habere hypoſtaſim negabant.* Hæc pauca ſi ſeriò expendis, explicatam breuiter continent vtriuſque huius ſectæ originem, & propriam cuiuſque opinionem, ex quibus multò intelliges facilius quæ poſt de vtraque dicentur. Quod verò vtrique huic ſectæ Doctores Euangelici & ortum, & incrementa dederint, ex libris eorum non difficulter perſpicitur. Id quod vt eo quo promiſi ordine oſtendam, priore loco veriorem perſequar ſententiam Alcorano noſtro congruentem, quæ vnam in diuinitate hypoſtaſim credit, diſtinctas Chriſti & Spiritus ſancti perſonas tollendas è fide cenſet. Et huic quidem fidei ſerendæ præcipui Euangeliſtæ valdè quidem ſubtiliter ſtuduerunt, & ſimul admodum fructuosè, nimirum quia dum ſidei ſuæ Chriſtianis tradendæ communes formulas, Confeſſiones, Catechiſmos, Inſtitutiones ſcripſerunt, vbi primum omnium de myſterio Trinitatis, & ſingularum perſonarum neceſſariò agendum erat, illi antiquo & Chriſtianis familiari perſonæ vocabulo vſi, talem perſonæ definitionem induxerunt, quæ omnem veram & realem ſubſiſtentiam penitus excluderet. Ita dum veterem loquendi modum vſurpant, de noua fide ſubitò repente nemo quicquam ſuſpicabatur, dum tamen antiquis vocibus nouum ſenſum & definitionem affingunt, tacitè nec opinato homines ad aliam fidem abducetur. Antiqui & iuniores Papiſtæ definire ſolebant perſonam, vt eſſet *naturæ rationalis indiuidua ſubſiſtentia*: vel vt alij dicunt, *intellectualis naturæ incommunicabilis ſubſiſtentia.* Hocque ita declararunt vt non modò accidentia & proprietates, vel etiam ſubſtantiarum partes, ſed ipſas quoque naturas, quæ per ſe non exiſterent & cohærerent, perſonas eſſe veriſſimè negarent. Vnde & in Chriſto quum duas naturas ponerent, diuinam & humanam, humanam autem ſubſiſtentia vel perſonalitate ſua exutam arbitrarentur, eamque à perſona vel ſubſiſtentia diuina ſuſtineri, ex eo duas perſonas in Chriſto dicere, vt Neſtorianam hæreſim horrebant, etiamſi duas tamen naturas eidem tribuere ſummè Chriſtianum defenderent. Veſtri autem Scriptores, vt Eccleſiæ, fidei, prædeſtinationis, Euchariſtiæ, Presbyteri, Epiſcopi, & aliorum verborum, de quibus contra Papiſtas diſputabant, vim & *D. Thom. part. 1. q. 29. art. 1.*

Calu. contra Valen. Gentilem pa.926. & in act. Seruet. & in Inſtit.lib.1. cap.13.§.5.

ſignificationem immutarunt (neq; enim iſta vocabula apud Euangelicos & Catholicos idem valent) ſic etiam & perſonæ notionem inuerterunt. Vnde ſæpè occurrit apud Caluinum, idem valere quod proprietatem: *Tres eſſe in Deo proprietates quæ in ipſa eſſentia reſideant, perſonam eſſe proprietatem in eſſentia diuina reſidentem, ſed diſtinctam ab alijs & incommunicabilem.* Alibi: *Vtinam* (inquit) *ſepulta eſſent* (*nomina Trinitatis perſonæ conſubſtãtialis*) *conſtaret modo hæc inter omnes fides Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum eſſe vnum Deum: Nec tamen aut Filium eſſe Patrem, aut Spiritum Filium, ſed proprietate quadam diſtinctos.* Eandem deſcriptionem perſonæ amplectitur Iacobus Scheggius Lutheranus, qui contra Genebrardum Pariſienſem doctrinam Eccleſiæ Euangelicæ de Trinitate ſubtiliter defendit. Perſonam ſiquidem ait nihil eſſe aliud quam *idioma incommunicabile.* Idque exemplis quibuſ-

Pag. 485. apud Genebrard. fol. 42.

dam aptè illuſtrat, in hoc autem maximè inſiſtit, eandem planè eſſe rationem perſonarum in diuinis, quæ eſt potentiarum intelligentis, ſentientis, & vegetẽtis in anima. Quæ quemadmodũ diuerſæ ſunt animæ facultates, atq; inter ſe diſtinctæ, eodem planè modo ſtatuit de diuinis perſonis ſentiendum eſ-

Ibid.f.145.

ſe. Atque ex hoc infert, *vt tota anima συνωνύμως, & vniuocè de ſingulis partibus non enunciatur, quia definitio animæ totius de nutricante (verbi gratia) nequit verè prædicari: Simili modo & ratione nec eſſentia tota diuina (quæ definitur trib. perſonis) prædicari ſigillatim de ſingulis poterit vniuocè, ſed de tribus ſimul comprehenſis prædicatur, vt definitio de definito.* Hanc illam ſimilitudinem ad Trinitatis myſterium declarandum adeò pu-

Pag. 487. apud Genebrar.fol. 49 pa.523. apud Genebrard. fol. 125.& rurſus 174.& 184.

tat aptam & accommodatam, vt tandem effusè glorietur. *Hoc ſimile* de anima *hominibus magis aperit oculos, vt videre poſſint, quomodo vna eſſentia poſſit eſſe tres res incommunicabiles, quam ſi tu ad Patrum dicta, vel ſcripta, milleq; teſtimonia alia prouoces, quos iam pridem præiudicio ſuo erroris accuſant, ac dãnant, ac ſi aliena & abhorrentia à Scriptura & vera fide docuiſſent.* Et deinceps. *Plus* (inquit ille) *faciunt ad docendos hæreticos ſimilia hæc noſtra, quam ſi innumera Patrum ſcripta & teſtimonia in vnum collegeris.* Alibi luculenter definit. *Quando Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus prædicantur de Deo, prædicãtur vt partes ſeu perſonæ* (id eſt proprietates) *eſſentiæ vnius Dei de tota eſſentia,* vt quum in homine facultas vegetandi, vel ſentiens appellatur anima; adeò vt ſemper huic homini perſona nihil ſit aliud quam naturalis quædam proprietas ſubiecto inſidens & inhærens, vt Soli ſplendor & claritas, vel ſaccaro candor &

dor & dulcedo. Qua ſimilitudine alibi perſonas Trinitatis exprimit. In hac autem perſonæ deſcriptione adeò vehementer ſibi placet, vt veterem Eccleſiæ cautionem è Synodo Nicæna, & Conſtantinopolitana ſumptam (quam alia de cauſa prius reprehenderat Caluinus) in qua Filium vocatis *Deum de Deo, lumen de lumine*, iſte planè mutari velit, vel ex Eccleſiaſtica liturgia tolli. Denique etſi varius admodum eſt, nec admodum ſibi videatur conſtare, tamen illud frequentius inculcat, *perſonas in vna eſſentia produci, & eſſentiam diuinam nihil al u i eſſe quam Patrem, Filium, & Spiritum ſanctũ, vt anima nihil aliud eſt quam omnes ſuæ potentiæ.* In quibus omnibus quum alij alia multa poſſint carpere, ego illud potiſſimum noto quod eſt veriſſimum, & in quo expreſsè doctrinam Alcorani noſtri tuetur, vnicam eſſe in diuinitate vt eſſentiam & naturam, ſic quoque perſonam & ſubſiſtentiam, ſi perſonam veteri more definiamus & interpretemur. Quas enim ille perſonas vocat, dũ iuxta Ioannis Caluini definitionem exponit eſſe *proprietates in eſſentia reſidentes*, vel *idiomata*, vel *energias* dum exemplis illuſtrat candoris & ſaporis in ſaccharo, & facultatum naturalium quæ ſunt in animo, omnium autem maximè, quum totidem verbis negat eſſentiam diuinã totam prædicari de perſona Filij, vel Spiritus ſancti, quum perſonas quaſdam eſſentiæ partes appellat, eaſque in eſſentia produci tradit, hæc omnia & ſingula perſpicuè confirmant, iſtum hominem non cogitaſſe eiuſmodi veram & realem in perſonis diuinis ſubſiſtẽtiam, qualem in hominibus ſingulis intuemur, & quale perſonæ nomen ſuperius à nobis veteri Papiſtarum more deſcriptum poſtulat. Neque enim perſonalem exiſtentiam habent vel energiæ & facultates, quales ſunt in arbore potentia nutriendi; vel proprietates eſſentiales, vt in ſaccato ſapor dulcis, in homine vis ridendi & ratiocinandi; vel partes totius, vt caput & brachium; vel natura etiam perfecta & abſoluta, cui detraxeris perſonam, vt in Chriſto humanitas. Ex hoc eodem fonte manant illæ quæ crebrò in Caluiniſtarum libris occurrunt propoſitiones, *in vna diuina eſſentia ſubſiſtere tres perſonas.* Sic Theodorus Beza integrum confecit librum *de vnitate eſſentiæ diuinæ, & tribus in ea ſubſiſtentibus perſonis* Illud ipſum ſæpenumerò repetit in ſuis *Theſibus*, ſæpè inculcat in *libro quæſtionum & reſponſionum.* Idem rectè & piè dici tuetur contra Genebrardum, Lambertus Danæus, & Philippus Morneus in libro *de vnitate Chriſtianæ religionis contra Atheos, Epicureos, & cæteros infideles*, eam ponit vnius capitis ſum-

Genebra. libr. 2. de Trinitate pag 174. Pag. 506. apud Genebrar. fol. 98. pa. 485. apud Genebrar. f. 34.

Bez. Theſ. 10. 11. 14. 15 17. Lib. cõtra Genebrar. anno 1578. Philippus Morneus cap. 5 Confeſſio Gallica Poſſiaci in ſtatu relig. ſub Franciſco 2. lib. 1. fol. 19.

ſummam, *quod tres perſonæ in vnica Dei eſſentiâ ſubſiſtant.* Eademq; eſt Confeſſio Miniſtrorum Gallicorũ, quam in Colloquio Poſſiacæno Regi obtulerunt, ſe nimirum *credere iuxta Scripturam ſanctam*, non quemadmodum veteres Papiſtæ diuinam eſſentiam vnam & ſimplicem ſubſiſtere in tribus perſonis, vti certa & generalis erat olim orbis Chriſtiani fides, & vt vera realiſque perſonarum trium exiſtentia & ſubſiſtentia requirit, ſed contra, *in ſingulari & ſimplici eſſentia diuina ſubſiſtere tres perſonas.* Quæ omnia falſa & valdè abſurda eſſent (quum eſſentia diuina, vt eſt tribus perſonis communis, ſubſiſtentiam non habeat, ideoque eam alijs impartire nõ poteſt. Quod ſi habere dicas, pro Trinitate quaternitatem perſonarum inducis) niſi vna conſtituta diuinitatis perſona verè exiſtente, reliquas vt proprietates eidem inhærentes exiſtimarent. Ex hoc eodem manauit, quod Caluinus in epiſtola ad fratres ſuos Polonos ſcripſi ſolemnem illam in Eccleſijs precem, *Sancta Trinitas vnus Deus miſerere nobis, barbariem ſapere, & ſibi non placere*, quod Beza affirmat *rectè illum ſcripſiſſe*, defenſionemque iudicij Caluiniani ſuſcipit. Quod Danæus vt in reliquis ferè omnibus eorum veſtigia ſequitur, ita hic quoque eorum opinionem probat. Nihil enim magis inſulſum aut barbarum eſt, quam ad proprietates, licet maximè excellentes orationem dirigere. Quod ſi Trinitatem verum Deum, Dominumque ſuum crederent, non homines eſſent, ſed monſtra hominum, immanibus belluis deteſtabiliora, ſi eos reprehenderent, qui verum Deum precibus ſuis compellarent. Huic concluſioni promouendæ non leuiter conducit votum illud Caluini in Inſtitutionibus, cuius modo memini, vbi de his nominibus *Trinitate, perſona conſubſtantiali* extra Scripturam aſſumptis diſputans: *Vtinam* (inquit) *ſepulta eſſent, conſtaret modò Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum vnum eſſe Deum.* Quũ enim ſine his verbis nec fides antiqua de Deo commodè tradi, nec contraria doctrina Arrianorum & Trinitariorum aptè refelli poterit, vti Theodorus Beza ſuperius ingenuè confeſſus eſt, & Eccleſiaſtica Eccleſiæ veſtræ hiſtoria demonſtrat, qui voces has è medio tolli deſiderat, vnà fidem veſtram de Trinitate ſenſim euaneſcere, eiuſque loco Arrianã & Trinitariam inueteraſcere concupiſcit. Huic eidem opinioni callidè ſuffragatur Muſculus, non ſolùm quia profitetur ſe *nolle coram Ethnicis Patrem, Filium & Spiritum ſanctum dicere tres perſonas, ne videatur dicere tres Deos:* quaſi contra Apoſtolum Paulum puderet eum Euangelij, & Dei Chriſtianorũ,

Calu. contra Valen. Gentilem, & epiſt. 2. ad fratres Polonos p. 946 Beza lib. de vnitate eſſentiæ. Danæus reſponſ. ad Genebra. cap. 2. Caluin. Inſtitu. lib. 1. cap. 13. §. 5.

Muſculus in Anticocleo. Rom. 1.

ſed etiam quia ad vniuerſalem, & fundamentalem illam ſuæ Euangelicæ edificationis normam reſpiciens, addit *vocabulũ hoc (perſona) non ita neceſſarium eſſe ad fidem Chriſtianam, vt ſine illo nequeas eſſe Chriſtianus, quum illud primi Chriſtiani ignorauerint.* Quod verò ſingularis iſte Heluetiorum Doctor de voce *perſona* docet, illud eodem iure iuxta commune omnium Caluiniſtarum axioma ad *Conſubſtantiale, & proprietates hypoſtaticas*, ad multas de Deo propoſitiones ſuperiùs deſcriptas, ad ipſam deniq; *Trinitatem* commodè referri poteſt. Sacræ enim literæ, quæ primorum Chriſtianorũ fidem plenè comprehendunt, vt nullam *perſonæ* diuinæ, ita nullam *Trinitatis* mentionem faciunt. Quare & ſine alterutro Chriſtianus eſſe potes, quod vtinam tibi aliquando in mentem veniat Samuel. Neque enim ſi ad nos prorſus te conferres, Chriſtianus eſſe propterea deſinetes, quatenus ſaltem Chriſti prædicatio, & cõfeſſio hominem Chriſtianum efficit. Neque enim Chriſti vel nomen, vel honor nos ſeparat, aut diſiungit; Verum hæc Trinitas, hic Deus trinus (vt Papiſtę loquuntur) is eſt qui capitali diſſidio nos in mutuam pernicẽ armat, quem qui prædicant, eos Bernardini Ochini ſpiritus dicit *monſtroſa* nomina confingere, *afferre commentum hominum in aëre volitans, nullo nixum fundamento ſermonis Dei, & Deum Papiſticum obtrudere Prophetis & Apoſtolis ignotum*, ſine cuius fide ſi vel Muſculum, vel Caſtalionem, vel ampliſſimam Academicorum ſectam, vel ipſos Caluiniſtas audis, perfectè Chriſtianus eſſe poteris, quales multi optimi fratres tui in dies ſingulos ex Caluini ſchola euadunt: De quibus ita ſcribit Academiæ Tubingenſis Cancellarius Iacobus Andreas: *Minimè mirandum eſt ex Caluinianis in Polonia, Tranſyluania, & Hungaria alijſq; locis quamplurimos ad Arianiſmũ, quoſdam etiam ad Mahumetiſmum acceſſiſſe, quorum impietati hac Caluiniana doctrina viam parat.* Variæ ſunt probationes, varij libelli, multi & ſcriptores, & Concionatores, denique longum texere poſſem argumentorum catalogum, quibus euincerem Eccleſiam veſtram à noſtra fide in hac materia non eſſe abhorrentem. Aliorum autem plurimorum neſcio quid efficacius, aut potẽtius afferri poteſt, eo quod Melanchthon in *locis ſuis communibus* libro, per Eccleſias Germanicas inſtar ſacrarum literarum culto, & per Lutherum ſcripturæ Canonicæ libris annumerato, nõ ſemel, ſed ſæpè iterum atque iterum inculcat, *in Chriſto eſſe aliquid naturæ diuinæ.* Rurſus, *in Chriſto eſſe aliquã naturam diuinã.* Poſtea, *poſſe hoc defendi q in Chriſto ſit quædam diuina natura.* De-

Ochinus lib. 2. Dialog. toto Dialog. 19. & 20.

Iacob. Andre. in præfat. refutatio. Apolog. Danæi.

Melanch. in locis cõmun anno 39. & 45.

Vide poſt cap.6. & cap.8.

ra. Denique, *in Spiritu ſancto eſſe aliquid eſſentia Dei. Et Spiritu ſancto eſſe aliquid Dei.* Etſi autem eodem loco ſubinde repetit, & Chriſtum, & Spiritum ſanctum eſſe *perſonam*, tamen certiſſimum eſt vel eum vocem perſonæ lōgè aliter accipere, quam eſt in Chriſtianorum conſuetudine, vel Chriſtum & Spiritum ſanctum debilem, & imperfectam perſonam credere, in qua tantum *aliquid diuina eſſentia*, non autem tota remanet. Quēadmodum autem hæc Melanchthonis doctrina non per Germaniam ſolam, ſed Heluetiam quoque, & ipſam Eccleſiam Geneuēſem manauerit, ex eo poteſt conijci quod Valentinus Gentilis tum Geneuæ agens, de Philippo Melanchthone tanquam præcipuo fidei ſuæ patrono gloriatur, & hac ipſa Philippi Melanchthonis ſententia contra Ioannem Caluinum, qui Philippum Melanchthonem tāquam quoddam Delphicum Apollinis oraculum ſuſpiciebat, nititur, aliquoſque ex ipſis Miniſtris Geneuenſibus eodem modo credere, & populū illum inſtruere teſtatur. Sic ille: *Dominus Philippus, vir nunquam ſatis laudatus fol.53. locorum communium de Spiritu ſancto agens: Neceſſe eſt* (inquit) *perſonam eſſe diſtinctam, qua eſt aliquid Dei: qua definitio meo quidem iudicio, vt maximè conuenit Filio, & Spiritui ſancto, ita plurimum abhorret à Patre. Perſona enim ſiue proprietas Patris non eſt aliquid Dei, &c. Qui eodem ferè loco addit, & ipſos Geneuenſes ita ſentire, & Miniſtros ita quotidie concionari, imprimiſquè Dominum Raymundum qui nunquam non in diuinis ſuis concionibus hanc ſententiam inculcat.* Atque hoc ipſum manifeſtè confirmatur Theologia Lutherana, iuxta quam magnus ille Doctor Genebrardi Pariſienſis aduerſarius ita contra illum diſputat: *Si tota diuinitatis eſſentia ſit in Patre, nulla certè relinquetur diuinitatis pars Filio, aut Spiritui ſancto.* Ex quo concluditur cum Gentili & Philippo Melanchthone, *aliquid diuina natura* eſſe in Filio, aliquam item eiuſdem diuinitatis particulam relinqui Spiritui ſancto. Quem eſſe verum totius doctrinæ & Valentinianæ, & Lutheranæ, & nominatim Melanchthonicæ ſenſum, & ipſa verba ſatis clarè demonſtrant, & Euangeliſta magni apud Polonos nominis ad Ioannem Caluinum Melanchthonis ſtudioſiſſimum ſcribit. Qui cū poſt hæc loca iam prius annotata citaſſet, ita demum infert. Quid *ad hac teſtimonia dicis Caluine?* Non fateberis *Philippum Melanchthonem eſſe Arrianum, &c. Quod ſi Caluine concedere nolis* (inquit iſte) *Philippum Melanchthonem Arrianum eſſe, quod tamen negare non potes, ſi dogma Arrij noueris, hoc tamen oportet te concedere*

Calu. admonit. vltima ad VVeſtpha. pa.1095.

Caluin. in explica. perfid. Valent. p.912.

Ibid. p.911.

Pag.527. apud Genebrard. fol.152.

Franciſ. Stancar. de Trinit. lib.4.5.

eum

eum vnũm diuinã naturã in tres partes ſecare, vt ſicut tres ſunt perſonæ, ita & vnaquæque earum ſuam partem diuinitatis habeat, & quod quælibet earum non ſit plenus & perfectus Deus, ſed ipſæ tres perſonæ ſimul vnũ Deum conficiant, & ita hæreticus erit Philippus Melanchthon, cùm dicit aliquid diuinæ eſſentiæ in perſona Filij, aliquid Dei eſſe in perſona Spiritus ſancti, & per conſequens aliquid diuinæ naturæ neceſſe eſt eſſe in Patre, quod eſt directè Trinitatis Chriſtianæ fidem tollere. Non eſt enim Trinitas Chriſtianorum, vbi neque eſt eadem eſſentia tota & integra in ſingulis perſonis, quæ hic manifeſtè diuidi, & participari aſſeritur: Neque de earum ſingulis dici poteſt quod earum quæque ſit verè, perfectè, abſolutè, pleneque Deus, quod hic itidem negatur: quoniam in harum nulla eſt verè, perfectè, abſolutè, pleneq; diuina eſſentia, ſed tantum *aliquid Dei*, vel *aliquid diuinæ naturæ*, ideoque perfecta Deitas non exiſtit niſi ex aggregatione ſingularum tanquam partium in vnum, vt vbi illa particula diuinæ eſſentię quę eſt in Filio, & illa item quæ eſt in Spiritu ſancto, & tum altera illa quæ reſtat in Patre in vnum fuerit collecta & adiuncta, ita demum vnus conſurgat Deus, non aliter quam illæ proprietates, vel potentiæ vegetandi, ſentiendi, & ratiocinandi, vel etiam voluntas, memoria, & intelligentia ad plenam animi eſſentiam, perfectionemque requiruntur. Ex quibus manifeſtò efficitur Melanchthonem (vt illos alios Gentilem cum Miniſtris Geneuenſibus mittam) principalem Germaniæ cum Luthero Apoſtolum Trinitatem Chriſtianorum non agnouiſſe, nec Chriſtum vel Spiritum ſanctum propriè & abſolutè Deum magis credidiſſe, quàm illi ſuperiores, qui eas ſolas proprietates in Deo reſidentes definierunt, etiamſi in nomine perſonæ magis quam illi captiosè & ſophiſticè ludat. Huiuſmodi (vt cœpi dicere) plurima ex omnibus ferè celebrioribus Euangelij ſcriptorib. contra Trinitatem excerpi poſſent, potiſſimum verò ex vicinis noſtris Gregorio Blandrata, Paulo Alciato, Lælio, Sozino, Franciſco Dauide, & alijs permultis Tranſyluaniæ, Hungariæque Miniſtris, qui ante paucos annos inter tot veſtrorum diſtractiones, ſectas, & ſchiſmata ſibi nomen *Eccleſiarum conſentientium* aſſumpſerunt, & ab annis quindecim varios hac de re libros emiſerunt, multas diſputationes, multas Synodos habuerunt, ſemperque conſentientes contra Trinitatem, ſeq; liberè Michaëlis Serueti (qui ſe *ſummum orbis Prophetam, Michaëlem Eccleſiæ cuſtodem, & Principem magnum populi Chriſtiani* propter ſuam de vna in Trinitate perſona fidem Chriſtianis

Ann. 1580.

Caluin. Inſtitut. lib. 1. c. 16

ſtianis

Idem præfatio. in Daniel. cap 12. ſtianis ſuæ ſectæ traditam dixit, multiſque libris communem de Trinitate fidem refutauit) diſcipulos profeſſi, & veteres Patres, & Concilia, & Chriſtianos omnes, qui tres in Deo perſonas, duaſque in Chriſto naturas crediderunt *Tritheiſmi damnant, Sophiſtices accuſant,* & *ad Antichriſtum* confidentiſſime reijciunt, perq; omnia Teſtamenti veteris, nouiq; capita perſuadentes, & pleraque volumina antiquorum Patrum (maximè qui Concilium Nicęnum præceſſerunt, vbi Athanaſio authore illud *Antichriſti ſymbolum* cõditum aiunt,) Ignatij, Iuſtini, Irenæi, Origenis, Tertulliani, Cypriani, nec reliquos quidem poſteriores quanquam magis apertos veritatis huius aduerſarios planè aſpernati, Hilarium, Ambroſium, Chryſoſtomum, Cyrillum, Hieronymum, Auguſtinum, ex ſingulis excerpunt varia teſtimonia, quibus vnam tantùm diuinam in Trinitate perſonam, Patrem nimirum excluſo Filio, & Spiritu ſancto nobiſcum comprobent. Sed quoniam hac de re multa mihi deinceps neceſſariò dicenda ſunt, vnico argumento caput hoc abſoluam. Ex ipſo Euangelij veſtri in Germania, Polonia, Tranſyluania, & Hungaria curſu, & frequenti Miniſtrorum veſtrorum ad Trinitatis hoſtes defectione, ex varijs veſtris libellis primum ſuſpicioſè tantũ, deinceps apertè & perſpicuè contra Trinitatem ſcriptis, ex manifeſta Miniſtrorum Polonorum in Synodo Petricouienſi actione & proteſtatione, ſe videlicet neſcire iſtum Deum *Trinitatem,* ſe prorſus reijcere Concilium Nicænum, Patreſque illic cum Imperatore Conſtantino congregatos, *ſubſcribere autem Concilio Arriano Syrmij habito, & approbare Arrium, Arrijq; diſcipulos, & Conſtantinum Cæſarem fautorem Arrianorum:* Ex his alijſq; multis argumentis ea in plurimorum animis inſedit opinio, vos omnes, præſertim Caluinianos ad Alcoranum noſtrum inclinare: cum veteribus quibuſdam huius veritatis aſſertoribus, Samoſateno, Sabellio, Noëto, Arrio Trinitatem non credere. Papiſtæ, quibus ſummæ voluptati eſt Euangelium odioſè inſectari, & Eccleſiæ veſtræ dignitatem minuere, hanc arripiunt occaſionem inclamandi vos eſſe Sabellianos, Turcas & Mahumetanos. Hoc enim miſeri homines putant & vobis, & Euangelio maximè contumelioſum. Quare non deſierunt hoc crepare in pulpitis, iactare in ſermonibus, ſcribere in libris, & quam poterant latiſſimè ad omnium cognitionem diffundere. Reſpondit ante paucos annos pro Eccleſia veſtra Danæus quidam Geneuenſis Miniſter, Caluini & Bezæ (vt ſe vocat) diſcipulus, eorum quidem honoris buccinator eximius.

Miniſtri Tranſylu. lib. 2. impreſſ. anno. 1580.

Ioid. lib. 1. cap. 1.

Lib. 2. c. 6.

Synod. Petricouien. an. 1565.

minus. Si ſciret vos aliter affectos, quid illi faciendum erat, niſi vt iſtos egregios eſſe calumniatores oſtenderet, ſuſpicionem eam ab Eccleſijs Doctoribuſque veſtris amoueret, eoſque in veteri maiorum de Trinitate ſententia perſiſtere planè, dilucidè, apertè atque ingenuè teſtaretur? At tantum abeſt hoc fecerit, vt contra directè fateatur ſe, ſuoſque veterem de Trinitate fidem non recipere, ſed noſtram potiùs illius loco introductam cupere. Nam & *perſonam* in Trinitate Caluinianè omninò definit, & de Patribus antiquiſſimis agens, eorum de Trinitate doctrinam palam reprehendit. *Quantum ad primos illos Patres* (inquit) *& vetuſtiſſimos, cum quibus nata eſt & adoleuit Chriſtiana religio, viri quidem boni fuerunt, veræque pietatis & doctrinæ Orthodoxæ conſeruandæ cupidi, at ijs accidit quod hominibus ſolet, vt dum erroris refutandi ardore & ſtudio feruntur, quædam nonnunquam imprudenter exciderint, quæ Præceptores noſtri viri doctiſſimi mollire conati ſunt*, &c. Poſtea verò multò planiùs ait, ſe *ad eorum detegendam turpitudinem pertrahi importunitate aduerſariorum.* Denique *durè & periculosè* (inquit) *loquitur Auguſtinus, pace tanti viri dixerim, quando ait; Deus quum verbum genuit, id quod eſt ipſe genuit. Durè etiam loquutus eſt idem cum ait: Chriſtus eſt Filius ſubſtantiæ Patris, ſapientia de ſapientia, ſubſtantia de ſubſtantia.* Vbi huic diſcipulo Caluini Bezæque ſenſus optimè ſcienti *durè & periculosè* loqui videtur Auguſtinus, eo loco vbi planè & perſpicuè loquitur iuxta communem, tritam, & inueteratam Chriſtianorum de Trinitate fidem. Et denique à primo Concilio Nicæno exorſus, cuius illam de Trinitate clauſulam, Deum de Deo (vt antea Caluinus) *duriorem, & quidem noſtro hoc ſæculo maximè periculoſam* ait; & poſtea per Thomam Aquinatem. P. Lombardum & Durandum, & Concilij Florentini Patres, quos omnes *erroris* in hoc myſterio coarguit, ad Catholicam noſtri temporis Eccleſiam accedens, illud in precibus Papiſtarum vulgatiſſimum, *Sancta Trinitas vnus Deus, barbariem ſapere*, ſicque incommodè & periculosè Trinitatem inuocari defendit. Et ad extremum (quod ad me maximi momenti eſt) Philippum Melanchthonem, quem propter peregrinam, & non ſolum Chriſtianis, ſed nobis quoque abſurdam de Deo doctrinam, in veſtris tamen Septentrionalibus regionibus latè diſſeminatam, cuidam magni nominis Euangeliſta *indoctum & Antichriſtum Septentrionis* familiari quadam ſcribendi & loquendi formula nominare

Danæus contra Genebrad. pag. 6. 7.

Danæus cenſura in Magiſt. ſent. diſt. 12. Reſp. ad Genebrard. c. 2.

Stancha. de mediatore H. 4. L. 6. N. 4. 5. 8. &c.

Reſponſ. ad Genebrar. ca. 3.

minare ſolet, hic veſter Geneuenſis Apologiſta vt *virum de omni poſteritate. de Eccleſia Chriſtiana, de toto orbe terrarum* nõ ſolum de Septentrione optimè meritum commẽdat. Qui denique ne quicquam relinquatur dubitationis, longè digreſſus ab inſtituto & ſimpliciter agnoſcens, quod ſe negare ſimulat, vt aduerſariũ omni huius vel veritatis vel erroris refutati gloria fraudaret, cauillatur non Genebrardum Papiſtam, ſed Roſerium Euangelicum & Miniſtrum hoc Sabellianum dogma ſenſim repens in eorum Eccleſijs omnium primo deprehendiſſe. Quanquam ſi verum eſt, quod alter eius aliquando com miniſter, Danæo illo nõ paulò doctior & multò veracior ſcribit, Roſerius *in ſua confeſſione* redarguit Euangelicos nõ quod Sabelliani, ſed quod Tritheitæ eſſent, *negantes Filium habere ſuam eſſentiam à Patre, negantes idem de Spiritu ſancto*, & vtroſque diſtinctam habere eſſentiam, eamq; à ſeipſis hauſtã prodigioſè aſſerentes, niſi tamen Euangelicæ Eccleſiæ vtroq; ſimul dogmate fuerint imbutæ, quòd ego veriſſimum eſſe arbitror, & de quo iam proximè dicendum eſt.

Launoy en la replique Chreſtienne. lib.2.ca.4.

ARGVMENTVM CAPITIS QVINTI.

Tres autem Deos, & tres diſtinctas in Deitate naturas multò plures Euangelici & Euangeliſtæ tam Lutherani quàm Zuingliani docuerunt.

CAPVT QVINTVM.

VENIO ad alterum Caluinianæ Theologię membrum, quo ita operam ſuam Trinitatis fidei è Chriſtiana religione delendæ impenderunt, vt ſimul non modò à recepta Chriſtianorum opinione, ſed à nobis quoque, hoc eſt, ab ipſa veritate diſcederent, & cum veteribus Paganis flagitioſè turpiſſimeque ſe coniungerent. Quid enim fuit in veteri Paganorum impietate Deorum multitudine flagitioſius? quid à ratione paulò diligentius Dei naturam mundiq; ipſius fabricam conſiderante magis auerſum? quum Deum vnum ex naturæ communis inſtinctu cælorumq; contemplatione & Philoſophi collegerint, & doctiores om-

res omnes cuiuſcunque generis etiam Poëtæ ſuis carminibus celebrauerunt. Quo mihi magis licebit hoc loco fratrum tuorum contra Deum vnum errores liberè notare, quod in hoc agreſtium olim & barbararum gentium craſſam ignorantiam longè ſuperauerunt, cum illis verò populis qui propter veritatem religionis ſoli in mundo putantur cæteris præſtare, Turcis, Perſis, Mahumetanis, Chriſtianis, Iudæis nihil omnino communicant. Nemo enim eſt iſtorum omnium, qui vnius Dei cõfeſſionem vita ſua ſibi chariorem eſſe non profiteatur. Quod ſi in noſtris prouincijs aliquis ad plurium Deorum perſuaſionẽ alicubi os ſuum aperiret, non dubium eſt, quin à promiſcua multitudine lapidibus ſtatim obrueretur. Euangelici autem veſtri quàm audacter, quàm effrenatè ad hunc nõ tam Polytheiſmum, quàm Atheiſmum prorumpunt? Neque enim dubitauerim aſſerere eum, qui hac tẽpeſtate poſt Moyſis, poſt Chriſti & eius Apoſtolorum, & denique poſt Mahumetis & tot Prophetarum prædicationem multos rurſus Deos inducit, cum reuera nullum planè Deum credere, atque illud vna mecum quidam è tuis fratribus rei ipſius euidentia conuicti largiuntur. Duobus autem præcipuè modis ad hanc impietatem ſuam propagandam contenderunt. Altero modeſtiore, quod etiamſi tres Deos manifeſtò ponerent, eos tamen quadam naturæ vnitate colligarent: altero longè impudentiore, quo ita tres Deos ſtatuerunt, vt etiam manifeſto naturarũ diſcrimine & diſtinctione inducta eos magis quam homines quoſcunq; à ſeſe inuicem diuellerent & ſepararent. Qui modi etiam ſi inter ſe permultum differunt, tamen quoniam ij qui primum tenuerunt ab eo ad alterum facilè prolapſi ſunt, nec ego exacta aliqua tractatione eos diſtinguam, ſed eadem narratione coniungam vtrumque. Huc ergo pertinet altera illa pars hiſtoriæ Polonicæ, quę propterea magis explanatè & minutè nobis pertractanda eſt. Qui igitur priorem illam narrauit vir ſummè Euangelicus (ne quid de narrationis veritate ambigas) eodem in loco ad antegreſſam narrationẽ hoc adiecit. *Valentinus Gentilis* (vnus ex præcipuis illis Poloniæ Apoſtolis) *Patem & Filium & Spiritum ſanctum ita diſtinguit, vt etiam ſeparet. Inquit enim hos eſſe tres æternos ſpiritus eiuſdem quidem naturæ, ordine tamen, gradu & proprietate diſtinctos. Pater ſolus habet αὐτουσίαν, & eſt αὐτόθεος, qui in ſe Deitatis immenſam eſſentiam habet. Ab hoc Filium & Spiritum ſanctum eſſentiatos eſſe, qui ſuam Deitatem ab illo dependentes habeant, & idcirco in ſcripturis Deum vnum dici, non quod ſit vnus numero,*

Simlerus vbi ſupra cap. 1. fol. 2. 3.

ſed

ſed αὐτουσίας, Principij nimirum & originis ratione. Hæc narratio aperta eſt, nec magnopere explanatione eget, eſt tamen diligenter & expendenda & memoriæ mandanda, quo reliqua quæ poſtea ſubijcientur, ad hæc comparata, qualia ſint magis eluceſcant. Eſt ergo iſtorum Tritheitarum (ſic enim appellantur) fides, Deum non eſſe vnum numero, ſed plures, eoſq; inter ſe ordine, gradu & proprietate ſecretos, & hos duos poſteriores eſſe minores quoſdam Deos, & à primo dependentes, vt quibus partem quandam diuinitatis Deus Pater impartiuit. Sic enim Valentinus ipſe in ſuis illis fixis & certis propoſitionibus, quas protheſes vocat. *Confuſio triũ in vnum & eundem numero ſpiritum fundamentum & origo omnium errorum fuit. Qui enim vnum Deum in tres perſonas diſtinguit, vel ſibi præſtigias facit, vel neceſſario vnius Dei ſubſtantiam diuidit atque diſcerpit.* Hoc poſitum eſt contra communem fidem de naturæ & eſſentiæ vnitate, quam ſoletis in Trinitate confiteri. Deinde *ſolus Pater eſt Spiritus ἀγέννητος vniuerſitatis author immenſæq; ſubſtantiæ, Filius verò ſpiritus eſt ex Deo ineffabiliter genitus, paternæ voluntatis executor, ac pro generationis modulo circunſcriptibilis genitus, & à genitore, ſubſtantiali numero differens.* Præterea, *Solus Pater eſt αὐτόθεος, id eſt, à nullo ſuperiore numine eſſentiatus, ſed à ſeipſo Deus, qui vim generandi & propagandi habuit, quia voluit, ideoque & λόγον ante ſecula genuit, & Spiritum propagauit.* Deniq; *plures Spiritus immenſæ ſubſtantiæ eſſe non poſſunt.* Ex quo cõcludit Chriſtum & Spiritum ſanctum etiamſi *ſint eiuſdem naturæ, ſubſtantiæ intelligentes, id eſt, ſpiritus æterni conſubſtantiales*, ita ſunt tamen *congruo gradu, ordine & proprietate diſtincti*, vt quemadmodũ pater, immenſi & infiniti eſſe non poſſunt. His iſti propoſitionibus fidem ſuam explicant. Ex quibus aduertere potes ab iſtis conſtitui tres quidem, ſed eiuſdem naturæ cõmunis, vti ſunt etiam omnes homines, diuerſæ tamen eſſentiæ particularis & indiuiduæ, vti ſunt Petrus, Paulus, & Ioannes. Quod verò ſcriptura vnum ſæpenumero Deum inculcat, ita loquitur (reſpondent iſti) reſpectu αὐτουσίας, principij & originis. Perinde ac ſi quis omnes in orbe mortales vnum hominem diceret, eo quòd naturam ſuam omnes ad vnum principium & originem Adamum nimirum referunt. Quid tibi Samuel de hac fide videtur, & vtrũ ex iſtis, quas iam commemoraui duabus cenſes probabiliorem, noſtram illam Turcicam, an hanc tuam Euangelicam? SAMVEL Imò vtramque auerſor & abominor, quanquam prior minus abſurda mihi videtur, & ſi mihi (quod abſit) à ſacroſan-

Valentin. Gentil. Confeſſio. apud Cal. pag. 930.
Prothe 33.
Prothe. 9.
Protheſis 24. & 20.
Protheſis. 8. & 10.
Protheſ. 22.
21.

croſancta Trinitate recedendum eſſet, mallem ad Iudæorum & Alcorani doctrinam accedere, quam ad iſtorum hominum inſaniam. Hæc enim adeo eſt craſſa & ſtupida, vt nihil prorſus fidei præſeferat, & iniquiſſimè eam vocas Euangelicam, quàm multò rectiùs Ethnicam dixeris. Euangelici certè Tigurini, in qua vrbe vixit Valentinus iſte & re & nomine Gẽtilis, quum poſt corruptos hoc deteſtabili errore Polonos Tigurum reueniſſet, & eandem illic hæreſim obſtinatè defenderet, propterea in eum capitali ſupplicio animaduerterunt, id quod noſtros homines ab huius impietatis ſuſpicione valde liberat. MICHAEAS. Imò fortaſſis maiorem eorum crudelitatem & iniuſtitiam coarguit, qui hominem ipſorum comparatione innocentem crudeli morte affecerunt. Quodq́; pyrata quidam Alexãdro magno tum Aſiam inuadenti, & illum de Pyratica reprehendenti & ſcitè & animosè reſpondit, ſe nimirum pyratã vocari & quæri ad mortem, qui vnico myoparone in exiguo ſinu maris Aegei de paucis mercatoribus prædam faceret, Alexandrum autem qui magnis claſſibus atque exercitibus terrą mariq; innumerabiles & fortunis omnibus & vita ſpoliaret, propterea magnum Imperatorem appellari; idipſum Valentinus iſte ſuis iudicibus iuſtiſſimè poterat obijcere, qui & hanc hæreſim tenebant, & quum Valentinũ è medio tollere decreuiſſent, ipſo mortis tempore eum ad hæreſes iſta multò fœdiores, & manifeſtiùs deorum variorum multitudinem ſtabiliẽtes ſunt adhortati. Nam quid eſt in hac Gentilis opinione, quod nõ in pleriſq; Euangelicorum doctorum libris & commentarijs ſæpè occurrit. Percurramus capita accuſationis contra Gentilem iſtum. *Legimus* (inquit Theodorus Beza) *idq; nõ ſine horrore quæ Georgius Paulus, Caſanouius & alij nonnulli à Valentino Gentili faſcinati ſcripſerunt tres perſonas ſiue ὑποστάσεις in tres numero οὐσίας ſiue eſſentias transformãtes, vnde fit vt neceſſario tres Deos ſtatuant.* At cur hoc horribilius eſt in Gentili, quàm in teipſo, fideiq; Geneuenſis confeſſione à te edita, vbi clarè dicis nos verbo diuino edoceri, quod *eſſentia verè & realiter in tres perſonas ſit diſtincta,* quàm in Caluino qui contra Seruetũ & Gentilem ſemel atq; iterum imo ſępiùs ſcribit *filium habere ſubſtantiã diſtinctã à patre* quã in Luthero, qui planè & clariſſimè aſſerit, *diuinitatè triplicem eſſe, vel trium generum, quemadmodum & tres perſonæ.* Ex quo infert cõtra eũ Zuinglius neceſſariò *tres* in diuinitate *naturas ſtatui & tres Deos:* quã in Melanchthone & Melãchthonicis, qui manifeſtè poſt Lutherũ ſtatuunt ita *tres eſſe diuinitates, vt*

ſunt

Beza lib. de vnitate eſſent. in initio.

Confeſſio fidei cap. 1. §. 2.

Caluin. in Act. Seruet. pag. 872.

Zuinglius Tom. 2. reſpons.

ad Lutheri librum de Sacramento. fol.474.
Melanchthon.in locis com. anno.45. cap.de Christo.
Stancar. de Mediatore li. 5.6.
Ibid.c.2.3. fol.3.
Loſſius in commentarijs. pag 14.
Alcui. lib.1.ca.12.
Skeg. pag. 306. apud Genebrardum 98.
Cal. in explic.perfidiæ Valent. Gentil. pag.916.

ſunt tres perſonæ: quàm in Caluini & Bezæ diſcipulo vno ex primis Poloniæ Apoſtolis Petro Statario Gallo, qui manifeſtè & verbatim illic ſpargebat *tres eſſe Deos* ita diſtinctos *vti tres homines*: quàm in Bullingero & Miniſtris Tigurinis, qui in ſuo ad Polonos de Chriſto mediatore rixantes reſponſo, diuerſas & diſtinctas operatiões ſingulis in Trinitate perſonis, proprias aſcribũt, vnde & *tres Deos conſtituere neceſſe eſt. Vbi enim dantur in Trinitate tres perſonales operationes ibi* (vt cõtra eos quidam ipſorum frater infert) *tres perſonales voluntates, & tres eſſentias, deniq; & tres Deos neceſſariò dari oportet*: breuiter quàm ex Loſſio doctore Luneburgenſi, qui in ſuis quibus Alcuini libros de Trinitate illuſtrauit (& aliquãdo, vt multi ſuſpicantur, conſpurcauit) commentarijs non rarò inculcat, *tres perſonas inter ſe eſſentialiter eſſe diſcretas*, & Alcuinum ita loquentem facit: *Hæc tria* (perſonę diuinæ) *eſſentialiter tria ſunt habentia proprietates ſuas*: quæ mox verba ipſe contra vnitatẽ naturæ ſceleratè premit, & hoc modo dilatat: *Eſſentialiter tria ſunt, hoc eſt, hæ tres perſonæ Trinitatis verè inter ſe diſtinctæ ſunt, quarum qualibet ſuas habet proprietates, quibus ab alijs ſubſtantialiter diſtinguitur.* Iacobus verò Skeggius, qui reliquis acutiùs & ſubtiliùs veſtrorum de Trinitate fidem contra Genebrardum defendit, pro abſurdo habet, vt quis vnam in Trinitate eſſentiam opinetur. Sic enim argumẽtum concludit: *Ex quo ſequitur, vt energia & οὐσία Patris, ratione productionis non ſit ipſiſſima οὐσία reſpectu οὐσίας & energia Filij, quemadmodum ſomnianti videtur Genebrardo. Alioqui inter has energias producentes & productas ſeu perſonas non eſſet realis diſcrepantia, ſed omninò eſſent idem.* Quod ipſum argumẽtum à Caluino, item contra Gentilem iactatur confidentiùs tanquam valde robuſtum & fortè. Sic enim Caluinus. *Si eſſentiam Pater communicauit cum Filio, vel in ſolidum, vel ex parte communicauit. Si ex parte, dimidium nobis Deum fabricas. Quomodo enim plena conſtabit Deitas niſi in tota & perfecta eſſentia, &c. Reſtat vt dicas eſſentiam perfectè & ſolidè communem eſſe Patris & Filij. Quod ſi verum eſt, iam certè quoad ipſam nulla erit alterius ab altero diſcretio.* Quod etiamſi Papiſtis non magis ſit abſurdum, quam quę ſunt certiſſima, quam Trinitatem verum eſſe Deũ, ipſumq; Chriſtum Patri ſuo eſſe conſubſtantialem, hoc eſt, eiuſdem numero ſubſtantiæ & naturæ, tamen à Caluino tanquam omnium abſurdorum abſurdiſſimum obijci ex eodem argumento mox acerrimè repetito potes aduertere. Sic enim ruſus Caluinus contra eundem Gentilem fulminat: *præſtigijs*

Ibidem. pag.917.

tuis Filium Dei fabricas abſque eſſentia, niſi quod Pater ſuam diuinitatem in eum tranſfudit. Atque ſi ex parte, iam lacera erit diuinitas, & ex transfuſione ſequetur diminutio. Si in totum, ergo diuinitas qua ante fuerat penes Patrem in Filium conuerſa, in ipſo Patre euanuit. Quid obſtrepas in contrariam partem, ſuſque deque nobis eſt; quia agnoſcent ſani omnes & integri lectores conſequentiam hanc certam eſſe & ſolidam. Quam certam & ſolidam conſequentiam Iacobus iſte prius quoq; pari confidentia premebat. Alia eſt ergo eſſentia Patris & Filij neceſſariò, quoniam iuxta Caluinum eſſentia Patris neque ex parte, neque ex toto cum Filio poteſt communicari, hoc eſt, eſſentia Patris neque ex parte, neq; ex toto poteſt eſſe in Filio, niſi Pater eo priuetur, & iuxta Iacobum ſi eadem eſſet vtriuſq; οὐσία, eſſentia inter perſonas Patris & Filij nulla poſſet eſſe realis diſcrepantia. Idem poſtea aduerſario tanquam grauem obijcit errorem, quod ſcripſerat, *Patrem quam habuit ſubſtantiam, ipſiſſimam eandem, non aliam, citra vllum diſcrimen tribuiſſe Filio*, atq; hoc longa diſputatione refellere conatur. Deniq; hoc tanquam certum in Eccleſijs veſtris axioma ponit. *Non eſt in Trinitate eſſentia ſimpliciter vna numero, ſed vna eſt & dicitur eſſentia, quia tribus numero ſeu ὑποστάσει* differentibus τῇ περιχωρήσει *conſtituitur vna.* Quod idem ferè eſt cum illo Valentini Gentilis Deum vnum numero dici non ratione eſſentiæ, ſed αὐτουσίας principij & originis. Quidnā iam eſt in fide Gentilis, quod nō idem eſt in fide Lutheri, Caluini, Theodori Bezæ, Geneuenſium, Caluiniſtarum & Lutheranorum ſine vlla differentia reperitur? Aut quis non rectè crudelitatem vocet iudices Euangelicos hominem Euangelicum capitali ſententia damnare ob fidem tot & talium Euangelicorum libris, & confeſſionibus celebratam? Hieronymus vero Zanchius quū magnum opus ſcripſerit & inſcripſerit *de tribus Elohim*, hoc eſt Latinè de tribus dijs, an nō ſatis luculenter multitudinem Deorum in ſingulis libris & paginis inculcat, quam tamen toto volumine oppugnare ſimulat? Neque enim Hebraicæ vocis ſonus Latinę impietatis in ſacris literis toties damnatę crimen extenuat, neque verò vnquam in Biblijs ſuis legit illam vocem aliquid ſignificare niſi Deum, *Deos, Angelos, Principes* vel *Iudices*, vt neceſſariò Hebraicū illud *de tribus Elohim*, Latinè *de tribus Dijs* vel *Angelis* &c. verti debeat, & quaſcunque verborum latebras vel ſophiſmata aucupetur, nō magis Chriſtianè dixerit *tres Elohim*, quàm *tres Deos*. Neq; certè arbitror eum vnquā in initio & fronte libri, vbi inſcriptio debebat eſſe

fol. 119.
Ibidem.
fol. 108.
Zanchius de tribus Elohim.
Deut. 6. 3. 4. 14. & 31. v. 3. 6. 18. Pſalm. 81. ver. 1. & 85. ver. 8. Vide Genebrard. de Trinit. lib. 2 p. 153.

quam maximè plana & euidens, hoc vocabulum ambiguum, prophanam, paganamque polytheiam inſinuans adhibere voluiſſe, niſi nouo loquẽdi modo veterem Catholicorum fidem nonnihil perſtringere cogitaſſet. Hoc ergo iam conceſſo, in quo vides tantũ tuorum Doctorum gregem conſpirare, quòd in diuinis ſint tres deitates, tres naturę vel eſſentiæ, reliqua omnia, ex quibus Valentini accuſatio conflatur, ſua ſponte euaneſcunt. Non enim hæreticum eſt aſſerere, ſed fatuitàs eſt negare, vbi diuerſæ ſunt naturæ, ibi diuerſas & diſcrepantes eſſe qualitates, operationes, & quicunque effectus naturam conſequuntur. Dicit Valentinus Deos iſtos *diſtingui gradu*, quaſi excellentiam quandam alteri ſuper alterum tribuat. At iſtud eſt familiare Caluino, qui *ingenue* (vt ipſe de ſeipſo ſcribit,) ſine vlla dubitatiõe aut ſcrupulo, *tradit Deum Patrem in ſcripturis propriè Deum vocari καθ' ὑπεροχὴν* per excellentiam: quaſi alijs perſonis Filio & Spiritui ſancto Dei nomẽ non competeret, niſi improprie & à quadam imminutione, itaq; multum abeſſent ab ea præſtantia & excellentia diuinitatis quæ eſt in Patre: qui rurſus diſertè ſcribit *Chriſtum obtinere ſecundum locum honoris & imperij poſt Patrem*, qui eadem verba inſeruit Confeſſioni Gallicanæ & Geneuenſis fidei, qui in Commentarijs ſæpenumero Patri aſſignat * *primã cauſam vel gradum* vitæ, *ſecundam Filio, Patri primam potentiam, Filio ſecundam* à Patre, qui Patrem Dominum & Principem facit, filium vocat * *Vicarium & ſecretarium Patris, qui proximum Patri locum occupat.* Et Theodorus Beza quum in Geneuenſi Confeſſione docet ſuos diſtinguere perſonas tam quoad earũ proprietates, quàm quoad effectus, nonne perſpicuè gentilizat. At Gentilis in filio agnouit ſecundariam quãdam Deitatem, & qui fieri poteſt, vt qui Patri attribuat primas, Filio aliud aſſignet quàm ſecundas? qui *ſuperiorem locum, gradum, Principatum* vendicat Patri, quem niſi inferiorem relinquit Filio? qui ſi ſeruus & Secretarius Patris ſit, præclarè ſecum agi putet, ſi ſecundo poſt Patrem Deitatis honore fruatur. Et hæc ſecundariæ Deitatis diſtinctio ita propriè à Geneuenſi officina fluxit, vt ea fortaſſe nunquam in mentem veniſſet Gentili, niſi priùs & ipſe in Schola Geneuenſi eam fuiſſet edoctus, & ipſo Geneuenſis Scholę Eccleſiæq; nomine, fama, & authoritate alios innumeros ad eãdem ſecum fidem pertraxiſſet. Nam cum Polonici Miniſtri à Magiſtris Geneuenſibus inſtituti, ex effectis quibuſdam Chriſti diuinitatem primò impugnarent, & nominatim docerent, quod is ſecũdum diuinam naturam

Caluin. contra Gentil. Protheſ. ro pag. 931
Caluin. in Matth. 26. v. 64.
Artic, 6. Impreſſ. Geneuenſ. anno 1563. per Franciſ. Duron.
**Ioan. cap. 6. 57. & cap. 17. Mar. 16.*
**Matt. 22. ver. 44. 1. Corin. 15. ver. 27 28.*
Confeſſio cap. 2. §. 4.

non

non minùs quàm humanam Sacerdos noſter eſſet, & apud Patrem intercederet, hoc autem alij Miniſtri refellerent, & mediatoris officium ſoli humanæ naturæ aſcriberent, eo quod Chriſtus ſecundum diuinam naturam Patri ſupplicare non poſſet, niſi ea natura à Patris diſtingueretur & aſſereretur minor: Caluinus cum tota Eccleſia Geneuenſi prioribus Miniſtris auxilium tulit, & Chriſto Sacerdotij & interceſſionis officium ſecundum diuinam quoque naturam attribuendum eſſe ſcripſit. *Vnde factum eſt* (ipſo Beza referente, *vt à nonnullis apertè diceretur Filij eſſe ſecundaria quadam deitas*, id quod Caluinianæ prædicationis ſeries neceſſariò extorſit, quia quē alterius ſacerdotem eſſe ponimus, quem alteri ſupplicare, ſacrificare, intercedere, & ſimilia facere ad alterum placandum, honorandum, propitiandum concedimus, hunc ab eo non tantum diſtinctum & diuerſum, ſed etiam minorem & inferiorem neceſſariò concludimus Secūdaria ergo iſta Filij Deitas non tam ad Gentilem & Polonos diſcipulos, quam ad Caluinum Magiſtrum, adeoque totam Eccleſiam Geneuenſem referenda eſt. De altera vero proprietatis & ordinis diſtinctione inter Valentinum & reliquos Euangelici nominis Miniſtros nulla eſt controuerſia. Quare iſta Valentini Gentilis condemnatio, quum ab ea quam dixi iuſta cauſa proceſſerit, quod nimirum perſonas Trinitatis naturæ & gradus & poteſtatis diſſimilitudine diuideret, ita Tigurinos & Geneuenſes cum ſuis Miniſtris eodem crimine conſtringit & implicat, vt aptiſſimè in eos conueniat illud Pauli Apoſtoli: *Inexcuſabilis es, ô homo, qui iudicas: in quo enim iudicas alterum, teipſum condemnas, eadem enim agis quæ iudicas.* Imò non planè eodem modo, ſed longè fœdiùs & flagitioſiùs in hoc genere peccauerunt, diuinaſque perſonas, quas ſe colere finxerunt, longè magis à ſeſe inuicem ſegregarunt & diſtraxerunt, quàm vel Valentinus iſte Gentilis, vel quiſquis ætate veſtra, aut maiorum veſtrorum acerrimum ſe præbuit Trinitatis aduerſarium.

Beza in Apologia 2. ad Claudium de Xantes.

Rom. 2.

ARGVMENTVM
CAPITIS SEXTI.

Samueli petenti, quemadmodum tres perſonæ poſſint dici vnus numero Deus, deinde eidem obijcienti improbabile eſſe, quod Proteſtantes doctiſſimi tam contraria de Deo docuerunt, & vnam tantum eſſe in diuinitate perſonam, & tres eſſe Deos di-

uerſos & diſtinctos, declarat Ludouicus quemadmodum iuxta fidem Chriſtianorum tres perſonæ propter ſingularis et indiuiduæ naturæ vnitatem, & alias quaſdam rationes dicantur vnus Deus. Deinde notat Michæas primarios huius Euangelij Apoſtolos fuiſſe multum arrogantes, & in doctrina ſua tradenda varios, exemplo Lutheri, Melanchthonis & aliorum: iſq; eſt Euangelij genius, vt ita variando & plura indies innouando procedat ad euerſionem religionis Catholicæ, vt patet ex praxi Angliæ, & Germaniæ. Idq; eſt vſitatum Euangelicis, contraria vt plurimum dogmata in vulgus ſpargere, quia ea qualiacunq; ſint, ad Catholicam fidem deſtruendam faciunt, & inducendum Mahumetiſmum vel Atheiſmum, qui eſt eorum principalis ſcopus.

CAPVT SEXTVM.

SAMVEL.

EQVIDEM hîc quamuis inuitus cogor interrũpere orationem tuam. Ita multa congeris partim obſcura, & à me (vt planè quod verũ eſt fatear) minimè intellecta, partim dubia & prorſus incredibilia. Neque enim negare volo, quod antea (ni fallor) admonui, me quum in Anglia agens vel priuatim ſtuderem, vel publicè concionarer, in humilioribus ferè negotijs verſatum, de Pontifice Romano, inuocatione Diuorum, coniugio Sacerdotum, &c. ad hæc altiora nunquam aſcendiſſe. Poſtquàm autem ex Anglia exceſſi, multò minùs mihi ſuppetebat hæc abſtruſa & recondita perſcrutari. Quare etſi alacriter credo quodcunq; Eccleſia noſtra authoritate Parlamentari, & verbo Dei de Triadis ſacroſanctæ myſterio credendum proponit, tamen non percipio quid offenderem, ſi quum Patrem Deum, & Filiũ Deum & Spiritum ſanctum Deum eſſe noſtri doceant, piè Chriſtianeque tres eſſe Deos concederem. Et tamen Hieronymus ille Zanchius, quem modò reprehendebas, doctiſſimus in Eccleſia Comitis Palatini Miniſter, non ſimpliciter inſcribit libros ſuos *de tribus Elohim*, ſed *de tribus Elohim & vno Iehouah*, id eſt Deo, vt vnum Deum manifeſtè ſtatuat, quæcunque latet in Elohim difficultas. Deinde quoniàm de vno Deo tota hæc diſputatio inſtituitur, quem Chriſtiani certiſſimò omnes confitemur, quemadmodum tres Dij, vel Trinitas perſonarum

vnus

Digitized by Google

vnus ſit Deus paulò fuſiùs & euidentiùs velim declarari. Intelligo quidem quemadmodum ſit vnus Valentino Deus, ratione nimirum principij, originis & αὐτουσίας, quia Pater reliquis principium & originem dedit, & naturam ſuam impartiuit. Quid verò ſibi velit illud Skeggij, *eſſentiam diuinam non eſſe ſimpliciter vnam numero, ſed dici vnam, quia in tribus numero ſeu ὑποστάσει differentibus τῇ περιχωρήσει cõſtituitur vna,* non ſatis concipio. Perlegi Græcè & nouum & vetus Teſtamentum, nec tamen hoc genus vnitatis reperio. Illud autem mihi non ſolummodo dubium, ſed prorſus incredibile videtur, quod Eccleſias & Doctores noſtros opinionum non tantum impiarum & abſurdiſſimarum (de quo iam non diſputabo) ſed etiam contrariarum & maximè pugnantium reos facis. Primum probare volebas vnam eſſe in Trinitate perſonam, id ex Doctorum noſtrorum libris, & monumẽtis oſtendere viſus es. Proximè aiebas noſtros aſſerere, quod diuerſæ ſint in Trinitate non tantum perſonæ, ſed etiam eſſentiæ. Id quoque eorundem Doctorum teſtimonijs confirmare videbaris. Iam verò magis eaſdem perſonas aſſeris à ſeſe inuicem diſtrahi & ſeparari: per quos? Per eoſdem Euangelicos, quorum primus (te narratore) error erat, quod nimis magnam in Trinitate vnitatem perſuadebant, ab eaque duas perſonas penitus auferebant. Quemadmodum iſta cohærent? aut quis ſana mente præditus vnquam opinabitur iſtos non dico (quod eſt tamen veriſſimum) inſignes Apoſtolos, eximios Euangelij inſtauratores, ſed vel homines leuiter doctos, & mediocriter ingenioſos tã contraria & diſparata voluiſſe ſcribere? Heroicè Caluinus de Martino Luthero contra Papiſtas: *Non diſſimulanter* (inquit) *teſtamur nos habere Lutherum pro inſigni Dei Apoſtolo. Et res ipſa clamat non Martinum Lutherum initio loquutum, ſed Deum per os eius fulminaſſe, neque nos hodie loqui, ſed Deum è cælo virtutem ſuam exerere,* & Theodorus Beza in Iconibus. *Lutherus præcipuũ Chriſtianiſmi noſtra memoria inter Germanos inſtaurati organum, ore toto diuinitùs afflatam animi magnitudinem, ipſamque adeò pietatem cum ſingulari zelo teſtans, Euangelicæ lucis præco à Deo optimo maximo humani generis miſerto excitatus eſt.* Pighio verò huiuſmodi diſſentiones obijcienti egregiè reſpondet Caluinus: *At* (inquis) *mirus in Apoſtolorum doctrina erat conſenſus. Quaſi verò non hunc quoque conſenſum dederit ijs Dominus, qui Euangelij doctrinam in priſtinum ſuum locum reſtituere hodie conantur.* Quare etſi non negauerim aliquas inter eos aliquando rixas

Caluin. de libero arbitrio contra Pighium. li. 1. p. 192.

Beza in Iconibus.

Caluin. vbi ſupra.

 de rebus

de rebus nõ magnis, tanquam nubeculas tenues clariſſimum cæli ſplendorem nonnihil obſuſcantes ſuboriri; tamen hæc adeò cruenta prælia, adeò funeſta bella de fundamento religionis, has ſpiſſas Ægyptiorum tenebras, ipſum ſolis conſpectum nobis eripientes, in eorũ ſcriptis occurrere, perdiſſiculter ſanè mihi perſuaſeris. Quod ſiue verum ſit, necnè, hoc obiter dicam, te nimis ſtomachosè, & etiam cõtumeliosè iſta eorum diſſidia exagitare, quod tuæ charitati & beneuolentiæ, qua eos vt Præceptores ſæpè complecti ſimulas, non ſatis eſt conſentaneum. Quanquam ſi eiuſmodi viri eſſent, ego certè eos Præceptores meos non dicerem, nunquam eos laudarem, nunquam extollerem, quin potius liberè dicerem eſſe omniũ mortalium improbiſſimos, qui inſtar Diagoræ aut Epicuri nullam certam & ſtabilem de Deo haberent ſententiam. MICHAEAS. Certè hæc in me ſi quæ ſit vehementia, nihil vel de mea erga eos charitate diminuit, vel iuſtam eorum exiſtimationem lædit. Neque quicquam facio, in quo non eos ipſos ſequor authores & duces. Semper enim mihi præcipiunt, vt veritatem alijs rebus omnibus anteponam. Quum ergo hoc in loco eos errori manifeſto contra Dei ipſius maieſtatem patrocinari non dubitem, nec ipſi (opinor) ægrè ſunt laturi, quod Dei amorem & gloriam humanis affectionibus præferam. Deinde ipſi an non vbique clamant ſe Patres vetuſtos, & Concilia ſuſpicere & venerari? Neque tamen quum veritas Euangelij requirit, ita eos venerantur vt vereantur errores eorum detegere, & ignorantiam libera oratione notare. Sed quoniam de hoc ſuperius ſatis (vt autumo) ſatisfeci, ſemperque profiteor me eorum honori conſultum velle quantum per expreſſæ veritatis defenſionem licet, neque Præceptores agnoſcere recuſo, etſi non vbique ad eorum placita adhæreſco hoc prætermiſſo ad reliqua quæ proponis examinanda accedam: Petis, vt explicem quemadmodum tres perſonæ ſint vnus Deus: deinde quemadmodum tres perſonæ non habeant vnam ſimpliciter numero eſſentiam, ſed tantum περιχώρησιν: & tertiò hanc tam grandem repugnantiam à Magiſtris tuis amoues & amoliris. Ad prima duo ſi petis vt ex ſenſu & fide mea reſpondeam, dico explicari non poſſe, dico firmiſſimum eſſe contra Trinitatem argumentum, quia ex eo conſtat Trinitatem illam vnitati Dei in ſacris literis frequenter repetitę eſſe aduerſariam, eamque totam & perſonarum multitudinem, & quę ad eas vniendas à vobis excogitatæ ſunt diſtinctionum infinitatem ſempiterna obliuione deleri cupio.

Si au-

Digitized by Google

Si autem deſideres, vt ea ſecundum Papiſtarum opiniones explicentur: Præſto eſt Ludouicus, etſi in alijs pleriſque tibi non minùs quam mihi aduerſarius, tamen in hoc tibi coniunctiſſimus, qui nobis vtriſque Eccleſiæ ſuæ fidem exponere non grauabitur. LVDOVICVS. Equidem non libenter iſtiuſmodi de hoc admirabili tremendoque myſterio ſermones ingredior: quod in me meique ſimilibus antiquiſſimi Patres noſtri vt valdè temerarium & arrogans deteſtati ſunt. Qui nec ipſi quidem in Eccleſijs ad ea populis declaranda conceſſerũt niſi perraro: & ſemper veniam prius miſericordiamque à diuina bonitate precati: quòd eius eſſentiam ſilentio deuotiſque mentibus honorandam promiſcuæ multitudinis auribus inſonarent. Vulgatum eſt inter Catholicos illud D. Nazianzeni huius quondam ciuitatis Archiepiſcopi: *Non cuiuſuis eſt, ô viri, de Deo diſſerere, non inquã cuiuſuis eſt: addam etiam non cuiuſuis temporis, nec apud quoſuis, ſed certo tempore & apud certos homines, & aliquouſque, hoc faciendum eſt. Non cuiuſlibet quidem, quia ijs dũtaxat hoc muneris incumbit qui exactiſſimè explorati ſunt, & antea corpus animumque à vitiorum ſordibus purgarunt: aut (vt parciſſime loquar) hoc agant vt ſe à vitiorum labe purgent. Impuro enim rem puram attingere ne periculo quidem fortaſſe caret, quemadmodum nec ægris oculis radios Solis intueri.* Hæc ille. Et alia in hanc ſententiam permulta, quæ me quidem vehementer ab hoc opere deterrent. Sed tamen quoniam idem vir præſtantiſſimus eodem in loco paterne monet, ſe omnino *non prohibere ne de Deo diſputetur, ſed ne intempeſtiuè*: nec velle ſe vt *docendi munus explodatur, ſed ne mediocritatis fines tranſiliantur*: ego quoad potero eius voluntati & vnà veſtræ quoque parebo. Et ſi enim in quæſtionibus de hoc altiſſimo myſterio non admodum ſum verſatus, tamen Catholicam fidem, vt eſt Chriſtiani hominis nõ prorſus indocti teneo, & habeo penes me annotationes aliquas quas aliquando reuoluo, collectas è Catholicis ſcriptoribus, in quibus noſtra de Trinitate fides ſatis perſpicuè comprehenditur, & nonnulla aduerſariorum argumẽta quodam modo refelluntur, & nõnihil etiam de Scholaſticis eorum lectionibus & diſputationibus, quibus aliquando interfui adhuc animo meo inſidet. Primum autem illud paucis verbis diſſoluunt. Tres eſſe perſonas, & quamque perſonam credunt eſſe Deum, quia in vnaquaq; eſt plena & integrè tota Deitatis natura. Negamus tamen tres eſſe Deos, quia quũ in priore propoſitione referatur numerus ternari⁹ ad perſonas, in poſteriore ſigni-

Nazian. oratio. 33. quæ eſt prima de Theologia.

re ſignificat naturas. Ideò arguere, quod ſunt tres perſonæ, & earum quælibet eſt Deus; ergo ſunt tres Dij, nobis non minùs ſophiſticum videtur, quam ſi diſputes: Caluinus eſt pauper, & eſt Theologus, ergo pauper Theologus. Hoc autem Scriptores noſtri illuſtrant varijs rerum naturalium exemplis, in quibus ſæpè accidit, vt ad quandam diuinæ vnitatis imaginē plura ſint vnum. Scio quidem contra hoc, tùm à Trinitarijs, tùm à Mahumetanis multa argumenta fingi, ſed quia non eſt mei inſtituti vltrò citroq; argumenta texere, & retexere, & D. Nazianzeni conſilio parere cupio, ad alterum venio, quod multò eſt operoſiùs, & in quo prioris fuſior explanatio continetur. Quum itaque Catholici non ſolum Patrem, Deum, ſed etiam Chriſtum, Deum, & Spiritum ſanctum quoq; Deum, hoſque ſingulos perſonas eſſe diuinas perfectiſſimè exiſtentes & ſubſiſtentes credamus, & vnà perſpicuis Prophetarum & Apoſtolorum oraculis fideq; maiorum noſtrorum inſtructi, vnum Deum confiteamur; diuinam eſſentiam primum profitemur eſſe maximè vnam, maximè ſingularem, maximè ſimplicem, omninò indiuiduam & ſummè infinitam, hancq; poſtea deſcriptionem ad ſingulas perſonas accōmodamus. Maximè vna eſt, quia eadē tota in ſingulis eſt perſonis, quæ quoniam maximè ſingularis, idcirco non eſt numerabilis. Maximè ſimplex eſt, quia omni genere compoſitionis, omnibuſque caret accidentibus. Prorſus indiuidua, quia citra omnem diuiſionem eadem eſt coniunctè in omnibus tribus perſonis, & ſeparatim in ſingulis, neque maior in omnibus quàm in vna, neque minor in vna quàm in reliquis omnibus. Summè infinita, quia nullis locorum ſpacijs incluſa & intra & extra mundū infinitè effunditur, & ſupra omnes creaturas immenſam habet excellentiam. Ex quo fit, vt in tota hac rerum vniuerſitate nihil ſit ei perfectè comparabile: & propter eandem infinitatem ſeipſam pluribus perſonis tribuit: id quod efficere non poſſunt particulares hominum naturæ, quæ finitæ ſunt, & certis limitibus circumſcriptæ. Ex hac deſcriptione varia vnitatis genera Theologi deducunt rerū creatarum conditionem ſuperantia, & ſolius diuinitatis propria, ſi exactè ponderentur. Proferunt enim in his creaturis inferioribus quædam ſimulachra, eam rudiore, vt ita dicam, penicillo adumbrantia: ſed quæ vix tenuiter huius myſterij veritatem intrinſecam mentibus contemplantiū repræſentant. Nam vnitatem partium, ſiue integralium, ſiue eſſentialium ad totū, ſiue accidentium ad ſubiectum, ſiue indiuiduorum ad ſpeciem (qualem

vnita-

vnitatem ſuperiùs poſuit Gentilis & Proteſtantes multi ſuſceperunt) tanquam huius myſterij maieſtate & altitudine indignam omnes docti ſumma ratione longiſſimè repellunt. Prima autem & pręcipua vnitas eſt, vnitas ſingularis eſſentię numero eiuſdem, quæ cum ſine vlla tenuiſſima quæ vel in cogitationem cadat differentia, ſit in tribus perſonis; quid ni eos tres vnum numero propriè dicamus, quorum eſſentia particularis non magis inuicem diſcrepat, quam vnius Petri natura à ſeipſa diſtinguitur? Altera vnitatis ratio ſumitur ex indiuidua huius eſſentiæ communicatione, quę quum tota in Filium, & Spiritum ſanctum transfundatur ſine diuiſione aut partitione, quæ ſola propriè numeri cauſa eſt efficiens, veriſſimè vnitas ſingularis aſſeritur, vbi nulla eſt ſectio aut partitio, quæ numerandi originem præbeat. Sic & vox vel ſonus, qui à multis integrè totus percipitur, in illis multis vnus numero dicitur; & eiuſdem arboris vel alterius rei aſpectabilis figura, quæ in multorum intuētium oculos incurrit, eadem numero figura: & qua ab eodem Præceptore multi diſcipuli imbuuntur cognitione Theologica, Philoſophica, Aſtronomica, Geometrica, eadem numero Theologia, Philoſophia, Aſtronomia, Geometria appellatur. Tertia vnitatis cauſa ſumitur à principio, vel cauſa, vel modo emanationis diuinæ. Sic enim Filius & Spiritus ſanctus ab vno principio & cauſa per intrinſecam, & inhærentem atque immanentem (vt loquuntur) intellectus & voluntatis operationem producuntur, vt multo interiùs & veriùs vnum ſint cum eo principio, cuius vim & naturam totam integrè participant, quam fluuij aqua cum fonte, quam cogitatio vel ratio cum intellectu, quam aliquid eorum quæ in rebus ſub ſole creatis generantur, vel mentibus humanis concipiuntur, vnum vel ipſa re cum ſuis cauſis efficientibus exiſtunt, vel humanæ mentis intuitu fingi & concipi poteſt. Eſt & quarta ratio vnitatis iſtius, videlicet harum perſonarum in agendo, operando, omniaque circa mundum creaturaſque exterius regendas eadem vnitas. Neque enim alijs imperat Pater, alia gubernat Filius, alia diſpenſat Spiritus ſanctus, ſed omnium vnus eſt principatus, vna dominatio, vnum imperium, & imperij eiuſdem diſpenſatio atque adminiſtratio vna. Idque adeò abſoluta cum æqualitate, & expreſſa ſimilitudine, vt qualis in hijs omnibus Pater, talis & Filius, & Spiritus ſanctus, & quantus Pater, tantus Filius, & Spiritus ſanctus, & denique nulla vllam in partem, maioris vel minoris proportio poteſt aut debet concipi. Quamuis enim ſingulę

perſonæ omnia creent, regant, gubernent, tamen quia id faciunt, quatenus vnum ſunt eſſentiæ, & per vnam voluntatem, vim, & potentiam tribus communem, meritò non niſi vnus creator, vnus rerum effector, rector & moderator appellatur. Alios afferunt ſancti, doctiſſimique Theologi modos, quibus has perſonas oſtendunt arctiſſima inter ſe vnitate deuinctas & colligatas. Sed quoniam mihi non eſt animus omnia perſequi, & aliena ſunt ab inſtituto meo, reliquis omiſſis, iſtis antecedentibus attexã illum, de quo tu percontatus es, & cuius declarãdi gratia iſta omnia præmiſi, eo quod is per ſe ſolus ſi deſcriberetur, propter ſuam magnam obſcuritatem difficulter poteſt intelligi, περιχώρησις, ergo, vox Græca Latina reſpondẽte vix explicabilis, ſignificat illam vnitatem, qua res aliquę ita perpetuo nexu inter ſe cohærent & copulantur, vt alteram per alterã totam penetret, & in ea immaneat, totamq́; poſſideat & cõplectatur, ſine aliqua tamen confuſione. Sic .n. Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, ſibi viciſſim inſunt, ſeq́; complectuntur, vt non tam intrinſecè & per totum diffuſè lux ſolis inſit aëri, ratio menti, anima corpori, humor aquę, vita viuenti, aut ſi quid maximè rei alicui inſitum, & per eam rem transfuſum & permeans cogitari poteſt, quin illud longè ſuperiret iſta in tribus perſonis inſeparabilis περιχώρησις, vel immanentia, vel inexiſtentia, vel (vt quidam loquuntur) circumince ſſio. Nulla enim humanarum vocum tenuitas ſufficit abditiſſimi myſterij immenſæ altitudini explicandæ, vt nos liberè fatemur. Et tamen in hoc coniunctiſſimo nexu & colligatione perſonæ non ita miſcentur, quin ſemper diſtinctæ maneant, & ſuam ſingulæ realem, & indiuiduam ſubſiſtentiam habeant. Perobſcurum eſt hoc inquies, ſcio. Sunt enim diuina omnia quæ ad Dei eſſentiam pertinent, ſpiſſa caligine, denſiſſimiſq́; tenebris obruta: *Hæc enim* (vt inquit diuinus Theologus) *intellectu percipere difficile eſt, eloqui autem impoſſibile, non modò ignauis & languidis, deorſumque vergentibus, ſed magnis etiam & excelſis viris, Dei amore præditis, ac mortalibus perequè omnibus.* Sed tamen conabor ea vt poſſum aliquanto magis illuſtrare. Vides vt ſol lumen & claritatem in horizonte noſtro per totum aërem diffundat, ita vt omnes aëris partes hac ſolis luce & claritate compleantur, quin tamen ſolaris luminis, & aëris diſtinctæ maneant naturæ? Vides vt in domo lucernæ tres cum certã inter ſe diſtinctionem habeant, & ſi per domũ circumferas, ſingulæ perfectè illuminent, ea tamen lumina ſi in eadem menſa colloces, tota inſunt totis, certaque & cum

Nazian. vbi ſupra oratio 2. de Theologia.

vnitate

vnitate diſtinguuntur, & cum diſtinctione vniuntur? Conſideraſti aliquando, quemadmodum dæmones inuadant & poſſideant ἐνεγχυιώτως, vel melius quemadmodum gratia Dei animam iuſti perfundat, impleat, penetret, totamque peruadat? Propius accidit ad hoc declarandum in Chriſtiana Theologia Chriſti incarnatio, quem cùm credamus hypoſtaticè Deum fuiſſe, diuinitas eius in animam ita immeabat & commeabat, anima viciſſim pro ſuo modulo ita plenitudinem diuinitatis capiebat, vt vtraque admirabiliter vniretur, & tamen vtraque veriſſimè diſtingueretur, nec vna cum altero vllo modo confunderetur. Hæc quidem ſimilitudo proximè accedit ad hanc περιχώρησιν oſtendendam, nec eam tamē perfectè aſſequitur, quando iſta de qua loquimur, in diuinis perſonis περιχώρησις vel coniunctio, præſentia, immeatio & complexio ſubſtantialem quoque habeat eiuſdem naturæ vnitatem; hæc autem conſubſtantialitas infinitum quiddam addit ad iſtius generis intrinſecam vnitatē, quam ſi ſuſtuleris, multum diſcedit de περιχωρήσεως excellentia. Quod modò de luminibus dictum eſt, id etiā ad Angelos transferri poteſt, vt ſe inuicem penetrent, ſibique mutuò inſint & inhæreant ſine vlla naturæ ſuæ læſione, & tamen huius etiam Angelicæ cum mutua diuinarum perſonarum coniunctione longè impar & diſſimilis eſt comparatio. Sic itidem Theologorum eſt opinio, corpora glorioſa in corpore mortali ineſſe poſſe, vt nihil vel alterius gloria & præſtantia, vel alterius ſoliditas & dimenſiones violentur: id quod Chriſtum præſtitiſſe arbitrantur, & quum ex ſepulchro per ſaxum obiectum exiret, & quum per medias ianuas ad Diſcipulos ingrederetur, & quum per medios cœlos in cœleſtem gloriæ ſuæ thronum aſcenderet: & tamen nec Angelos cum Angelis, nec Chriſtum vel cum ſaxo ſepulchri ſui, vel ianua domus, vel ſubſtantia cœli vnum fuiſſe eo tempore niſi valde impropriè & abſurdè diximus. Ea autem eſt vera & arctiſſima vnitas, vbi intimæ, pleniſſimæ & nullo interiecto medio diſtanti præſentiæ etiam & conſubſtantialitas adiuncta eſt, quæ nuſquam reperitur in omnibus rebus vel corporeis vel incorporeis, vel in terra, vel in cœlo, niſi tantum in his tribus diuinitatis vnius perſonis. Quamobrem quicunque ex Euangelicis hanc περιχωρήτως vnitatem Deo largiuntur ſine vnitate ſubſtantiæ, verbo difficili & inuſitato perſtringunt fortaſſe oculos hominum imperitorum, nihil certè magni-

ficum

ficum Deo tribuunt, immò maiorem vnitatem perſonis diuinis non concedunt, quam in varijs creaturis inuenimus. Ideoque neque præclarius de Patre, Filio, & Spiritu ſancto exiſtimant, quam Theologi de Michaële, Gabriele, & Raphaële, quibus hoc genus vnitatis non negatur. Et hæc quidem quæſtionibus veſtris duabus diſſoluendis ſufficiant. Quæ quoniã ad argumenta quædam contra Trinitatem à Caluino, alteroque illo Lutherano obiecta eadem vi pollent, breuiter etiam eò vt accommodem, dabitis mihi veniam, eoque magis, quia eadem opera vobis vtriſque multitudinem diuinarum eſſentiarum, hoc eſt, Deorum abominãtibus prodeſſe fortaſſe potero, ſaltem videbitis nihil eſſe ſolidæ rationis in illis argutijs, quas iſti viri putant arduas & inſolubiles: Prior opponit, nullam fore inter Patrem filiumque differentiam, ſi eadem numero eſſentia ſit in vtriſque. Quid? an non illud ſatis eſt differentiæ in Chriſtiana fide, quod eſſentiam Filius habet ab alio, Patre nimirum per generationem, Pater non item. Ex quo fit, vt alter ſit ingenitus, genitus alter, & ſi numero eadem ſit vtriuſque eſſentia? At ſtringit hunc Gordianum nodum multo ſubtilius Geneuenſis Doctor illo ſuo acutiſſimo dilemnate: vel partem communicare, vel totam, ſi partem, lacerari diuinitatem; ſi totam, nihil ſupereſſe Patri, quia totam trãsfudit in Filium. Egregiè, & vt talem decuit Apoſtolum. Nunquid verò, quia Caluinus totam ſuam Theologiam Geneuenſem docuit Geneuẽſes, aut etiam Theodorum Bezam, idcirco huius plenitudo Caluinianũ fontem exhauſit? Quid ſi is omnia ſua ſophiſmata & hæreſes contulit in libros Inſtitutionum, & alia opera impreſſa? An eo magis ab omni hæreſi & Sophiſtice mens eius fuit vacua & libera? Propius fortaſſe ſcopum noſtrum attingit illud non minùs commune & vulgare: Abel à Patre Adamo per generationem accepit totam naturam humanam perfectè & integrè? Nunquid ſequitur Adamum deinceps non fuiſſe hominem, ſed totam hominis eſſentiam ab eo euanuiſſe in Filium? Non opinor. Sic enim Abele cæſo, humanum genus interijſſet, & noua creatio fuiſſet neceſſaria. Quod ſi hæc ita fiant in iſtis inferioribus, in animis hominũ, in corporibus, quæ ſunt finitæ, terminatæ, nullius ferè virtutis, quis niſi ſtipes & truncus, aut ſaltem (quia Caluini ingenium eius diſcipuli mirantur) malitioſè & peruersè hæreticus, infinitè magis in reb⁹ diuinis, in eſſentia diuina hoc fieri poſſe non fateretur? Videtis ergo qua fronte Caluinus iactet ſuas *conſequentias certas & ſolidas*, ſaltem *apud ſanos omnes lectores*,

quas

quas nemo non aduertat eſſe pluſquam ſtultas & ridiculas, niſi ſi quis ſit emortæ mẽtis, vel ad carbonariam, quam Theologiam aptior. Ego quidem ex his totaque narratione veſtra nullam magis *ſolidam certamque conſequentiam* deduci poſſe iudico, quàm iſtis Doctoribus ſiue Lutheranis, ſiue Zuinglianis nihil prorſus fidei in controuerſijs Religionis Chriſtianæ adhiberi poſſe, qui in hoc articulo certiſſimo & fundatiſſimo ita fœdè labuntur, & ad ea tanquam abſurdè tragicè vociferantur & impingunt, quæ ſemper fuerunt cuique Chriſtiano abſque vlla hæſitatione certò & ſincerè credita. MICHAEAS. Hoc extremum etſi ego Samuel penitus & omnino cum Ludouico probare non poſſum, vt tamen de iſtorum hominum conſtanti fide in rebus Theologicis, multo magis quam velles addubitem, facit certa mihi, & explorata veritas, & ad poſtremam tuam quæſtionem, quę adhuc ſupereſt reſponſio. Quod enim tertio loco in dubium vocaſti, an iſti tam contraria ſcripſerint, vt modò omnem à Trinitate perſonarum diſtinctionem auferant, modò in ea omnem etiam naturæ diuiſionem & ſeparationem ponant, magiſq; generoſam de eorum conſtantia opinionem concipis, facis tu quidem quod eſt viri boni & religionem ſuam amantis, qui ſemper magnificè eorum nomen effert, & honorem defendit, quos habet religionis ſuæ magiſtros & duces. Quis enim fuit vnquam Arrianus, qui non Arrium, aut Pelagius qui non Pelagium, aut Lutheranus qui non Lutherum, aut Zuinglianus qui non Zuinglium cæteris omnibus præponeret? Sed tamen quum perſpicuitas rationis, quum euidentia argumentorum, quum publicæ tabulæ teſtes, iudicia & præiudicia, hoc eſt quum argumenta clariſſima improbitatis & flagitij aliquem coarguerint, non eſt iam hominis pij aut religioſi, ſed peruicacis & obſtinati inconſideratè conceptam de certis hominibus opinionem nolle deponere, quando fidem quamcunque velit poſſit nihilominus retinere. Quas autem tu certiores tabulas, clariora iudicia, incorruptiores teſtes requiris, quàm ipſorum libros, commentarios, publicas confeſſiones ab ipſis impreſſas, & per orbem Chriſtianum diſſeminatas? Probo eos renunciare Trinitati, Euangelio anteferre Alcoranum, nobiſcum vnam in Deitate perſonam agnoſcere, fieri Mahumetanos, admittere Circumciſionem. Quibus teſtibus? Papiſtis, Sacerdotibus? non, ſed Proteſtantibus, Miniſtris, Beza, Simlero, Luthero, Danæo, Stancharo, Ochino. At admodum incredibile eſt homines vel mediocri doctrina & ingenio præditos, in hos tam

longè

longè diſtantes ſcopulos velle incurrere! & ex vnius Lutheri, per *cuius os Deus fulminauit* virtute & conſtantia, de reliquis omnibus coniecturam facis eos non eſſe in fide tam varios & mutabiles. At qui non omnes ſunt Lutheri, non omnes *inſignes Dei Apoſtoli*, nec per omnium ora Deus fulminat, nec per omnes veſtræ congregationis ſcriptores *virtutem ſuam cœleſtem exerit*. Neque tamen vel iſte Lutherus, quem tu ex Caluino & Beza mihi proponis egregium probitatis & doctrinæ ſibi ipſi conſentientis exemplar, ſemper loquutus eſt ex Spiritu ſancto, immò ſæpè loquutus eſt ſpiritu humano, & niſi tui fratres admodum mentiantur, aliquando etiam correptus eſt ſpiritu diabolico, eaque pro cœleſtibus oraculis venditauit, quæ erant potius ex inferni lacunis hauſta. Ecquid arbitraris me nudis tantum coniecturis ductum, aut incitatum impetu quodam animi ad fidem meam propugnandum temerè hæc verba profundere? At audi non vnum aut alterum Papiſtam, ſed multos Proteſtantes, & eos eiuſdem cum vobis Anglis religionis, Audi totam Eccleſiam Tigurinam in ipſo Euangelij flore horum omnium locupletem teſtem. Sic illi conqueruntur in publica & *Orthodoxa Eccleſiæ Tigurinæ confeſſione, &c. Proprij capitis figmenta adeo Luthero arrident, vt quicunque tandem illa pro eximijs & certis Dei reuelationibus & oraculis citra omnem controuerſiam magna cum animorum gratitudine non receperint, mox nihil intelligere, immò ſtupidi, bardi, aſini dicantur.* Et ruſſus. *Lutherus ipſe ſe Germanorum Prophetam & Apoſtolum eſſe gloriatur, qui à nemine quicquam, omnes autem ab ipſo didicerint. Nemo item quicquam nouit, niſi quod ex Luthero nouit. Nemo quicquam fecit, Lutherus fecit omnia, & quod ab ipſo factum non eſt, infectum ſit oportet: quod ipſe dixerit, ratum eſto, nec quiſquam illi contradixerit. Si quis ipſius more loqui noluerit, vel amplius quiddam quam ipſe loquitur, mox hæreticus eſt, excommunicationis tonitru & damnationis fulmine tangitur, omnia ſibi vēdicat.* An hæc arrogantia, hic inflatus animus cum tam immēſa aliorum deſpicientia, Spiritus diuini eſt argumentum? Aut num ſemper per huius *os Deus fulminauit*? Et tamen quoniam fulminum eius meminiſti illud prętermittere non poſſum quod iſti ſpeciatim notant, hoc eſt pro nominis nō diuini, ſed ſui gloria Lutherum à ſpiritu ſuo raptum ſolitum fuiſſe contra omnes inſurgere, contra omnes *fulgurare & fulminare*, & fratres tuos Zuinglianos, quia eius erroribus aduerſabantur, *Iudæis, Turcis, imò ipſis diabolis deteriores dicere*, ea cum acerbitate & maledicentia, vt iſti recriminatione quadam

Confeſſio Eccleſiæ Tigurinæ fol. 116.

Ibidem fol. 127.

Ibid. fol. 105. 106.

dam neceſſaria vtentes, qua ſeipſos excuſent, hunc *inſignem* (Caluino teſte) *Apoſtolum Dei*, Satanæ potius miniſtrum aſfirment, cumque verbatim aſſerant libros ſuos ſcripſiſſe *eius impulſu ſpiritus* (Sathanę) *cum quo diſputationem inſtituit, qui-que vt videtur Lutherum diſputando ſuperauit*, & ſæpè illum vt Sathanæ valdè familiarem verbis aſperrimis inſectantur. Nolo huic rei dilatandæ immorari, nec Lutherani nominis ſplendorem nimis imminutum cupio, quod vt poſſum ſemper prædico, & niſi tu me in alto quaſi mari plenis velis nauigantem, & alio curſum meum dirigentem in hos anfractus impuliſſes, neque tanquam neglecti erga Martinum Lutherum officij commonuiſſes, adeo vt hæc mihi defenſio neceſſariò fuerit ſubeunda, huius generis omnia ſilentio libenter eram præteriturus. At iſta arrogantiam hominis notant, & non exiguam in gloria populari captanda ambitionem, doctrinæ autem varietatem aut mutabilitatem non coarguunt. At qui aliam nullam habet doctrinæ conſtanter perpetuandæ regulam, niſi proprij capitis figmenta, qui illa tam imperiosè pro *certis Dei reuelationibus & oraculis venditare ſolet*, quam poteſt habere firmam doctrinæ conſtantiam? quemadmodum cauere poteſt quotidianam fidei ſuæ varietatem & viciſſitudinem? Memini me legere annotatas à Germano quodam homine laico triginta ſex diuerſas ſententias ex Lutheri libris excerptas de ratione communionis Euchariſtiæ. Quale igitur pelagus diſſidiorum inueniret is, qui de omnibus controuerſijs, eius pugnantes opiniones vellet colligere? At fuit Papiſta qui hoc annotauit. Fateor, at notauit ſimul libros, deſignauit capita, deſcripſit verba, vt etiamſi quædam nimis rigidè vrgeret, non dubium tamen ſit, quin multam hominis inconſtantiam iuſtiſſimè reprehenderit. Cæterum Huldericus Zuinglius Papiſta non fuit, ſed Lutheri in Euangelio propagando collega, nec minus *inſignis Dei Apoſtolus*. Zuinglius autem quid? *Lutherus* (inquit) *non rarò intra quatuor aut quinq; verſus ſibi ipſi contrarius eſt*. Et mox. *Quum Lutherus nunc hoc, nunc illud de eadem re pronunciet, nec vnquam ſibi conſtet, haud dubiè ea leuitate & inconſtantia in verbo Dei vtendũ eſſe exiſtimat, qua perfricta frontis ſcurræ inter aliam vti conſueuerunt.* Aſperè dictum & nimis aculeatè. Eſto: ſi tamen verè, eò mollius ferendum. Quare nec mihi Samuel ſuccenſere debes, ſi aliquando ad veritatem cauſæ meæ tuendã, illum hominem quamuis clariſſimum perſtringam leuiter, quem vides ab hoc coapoſtolo & fratre ſuo tam graui-

Ibid. f 28.
Ibid. fo. 24 26. 127.

Caſpar Quercamerus ciuis Hallenſis.

Zuinglius to. 2. reſp. ad Confeſ. Lutheri fol. 454.
Ibidem fol. 458.

grauiter vulnerari & concidi, neque id temerè vel ſine cauſa probabili. Scribit enim vir ille alibi ad Principem Electorem Ducē Saxoniæ & Lantgrauium Heſſiæ, egregios Lutheri mecænates, *Lutherum non modò priſtinam doctrinam ſuam, doctrinam ſuſpectam facere, quin etiam Pontificijs commodiſſimam occaſionem præbere, qua ipſum damnare poſſint, quum in præſenti controuerſia* (in qua neceſſario de vtraque Christi natura diuina ſimul & humana ipſi multa dicenda erant) *ad eos duntaxat libros, quos intra quatuor aut quinque annos conſcripſerit, lectorem relegat. Quis enim* (inquit Zuinglius) *his lectis vel auditis non dicturus eſt, quod ſi alios quinque annos expectauerimus, haud dubiè ijs elapſis illos quinque libros quos intra hos quinque annos elapſos ſcripſit, in dubium vocabit.* Vnde concludit Zuinglius *Lutherum ita contentionis æſtu abripi, vt ea quæ ab ipſo anteà bene & piè tradita ſint, potius ſubuertere velit & negare, quàm ab inſtituto ſuo vel latum vnguem cedere.* Mitto quod ibidem de eo acerbius ſcribat, *eum videlicet cum ſuis* (Lutheranis) *talem ſe gerere, vt à Dæmonum phalange obſeſſus videri poſſit.* Et tamē contumeliam vocas, ſi quando à talibus Theologis dicā tradi aliqua diſparata dogmata? ſi dicam quod res ipſa clamat non eſſe perpetuò cohærentem & conuenientem doctrinæ ſeriem? Et vide quanto tu es Luthero ipſo iniquior, & doctrinæ eius patronus ipſo authore peruicacior. Ille libris ſuis fidem neceſſariò haberi non poſtulat, quos ante annos quinque emiſit, tu flagitas, vt eius atq; cæterorum Magiſtrorum tuorum libris credam, etiamſi ante annos quindecim in lucem exierint: Zuinglius ſine contumelia Lutherum ſecum pugnare ſcribit intra quatuor aut quinque verſus, ego ſi in tot voluminibus Magiſtros tuos à ſeſe inuicem diſcrepare dixero, contumelioſus ſum & erga præceptorem ingratus, quod nomen deteſtor. Denique quod *vni inſigni Dei Apoſtolo per cuius os Deus fulminauit*, tribui non poteſt, vt ſemper ſibi conſtet, id tu requiris, vt ego plurimis cōcedam Luthero diſſimillimis, ad Apoſtolici nominis amplitudinem non euectis, nullo huiuſcemodi teſtimonio vel diuinitus, vel humanitus cōmendatis, in quibus vix vmbra Lutheranæ magnitudinis & ſpiritus apparet. Quod ſi Lutherus talis ac tantus, tam turpiter aliquando & fœdè impegerit, ſi ſol ipſe extra circulum ſuum vagatus ſit, & ratum ordinem non tenuit, deſine Bezis, Simleris, Geneuenſibus Miniſtris & Tigurinis, deſine ſtellulis & Planetis natura ſua errantibus curſus immutabilitatem arrogare, Scribit Brentius *Petrum Martyrem in doctrina ſua ſibi parum*

Zuinglius to. 2. reſp. ad Confeſ. Lutheri in præfatione.

Ibidem folio 381.

Bullinger.

parum conſtare & referre Protea quendam, & reuerendum clariſſimumque virum ſanctæ memoriæ Philippum Melanchthonem quem in præfatione primi tomi operum ſuorum Lutherus ipſe diuinitus excitatum fuiſſe ſignificat vt ſocium et παρασάτην laborum, certaminum & periculorum haberet in propagatione ſinceræ doctrinæ Euangelij, qui inter cætera ſingularis præſtantiæ monumenta librum ſcripſit communium locorum Theologicorum, quem *Lutherus ipſe Enchiridij loco circumferre ſolitus eſt, & ita publicè priuatimque commendare, vt cunctis quæ poſt Apoſtolorum tempora in publicum prodierunt ſcriptis longo interuallo anteferret, & ſæpè diceret ſperare ſe eum librum ſolum cœleſtis doctrinæ conſeruaturum vſque ad mundi finem.* Immò quem *libellum* Lutherus *inuictũ* vocabat, & *non ſolùm immortalitate, ſed Canone quoque Eccleſiaſtico dignum,* hunc hominem, & ipſum quoque *diuinitus excitatum* tanquam alterum Luthero Theſeum futurum in proſternẽdo Pontifice Romano, teſtatur integra Lutheranorum in Germania Synodus, in præcipuis Euangelij capitibus, vt de primatu Pontificis Romani, de iuſtificatione per ſolam fidem, de libero arbitrio, de cœna domini adeò fuiſſe incertum & varium, tam crebro ſententiam mutaſſe, vt *multos infirmiores dubitare fecerit de fundamentis veritatis, & ſine dubio multos abſterruit* (inquiunt Lutherani) *ne noſtræ Confeſſioni ſe adiungerent: & quàm ſæpè libros ſuos, hoſque ipſos locos Theologicos mutarit & variarit, nimis verè Pontificij nobis obijciunt;* tam quidem ſæpè, vt *quibus fides ſit adhibenda, in dubio ſit.* Immò hunc ipſum libellum Luthero tam probatum, tam nobilem, *omnibus poſt apoſtolorum tẽpora ſcriptis tã longo interuallo præcellentem,* & diuinis literis parem atque *Eccleſiaſtico Canone dignum,* quem tanquam nucleum & medullam Euangelicæ doctrinæ Aſchamus Reginæ veſtræ Elizabethæ in ſua iuuentute prælegiſſe gloriatur, hunc talem & tantum Philippi librum ipſi Euangelici Lutherani propter valde crebram & riſu dignam innouationem *Cothurnum*, & non locos Theologicos, ſed *iocos* potius *Theologicos* vocandum cenſuerunt, inter cuius doctrinam & Martini Lutheri, conſtanter aſſeruerunt *tantum fuiſſe diſſenſum, & diſcrepantiam tantam, quanta eſt inter æſtatem & Hyemem diſſimilitudo.* Hæc paucula duorum vel trium hominum præſtantiſſimorum in rebus non maximè abſtruſis & difficilibus tam incõſtanter à ſeipſis diſſiſtentium exempla admonere te poſſunt Samuel, quantã diſcordiam veriſimile eſt reperiri, ſi multorum hominum, & iſtis principibus ab *ipſo Deo excitatis ad*

In fundamento firmo cap. 4. folio 127.
Colloquio Altenburg. ann. 1568. fol. 263.
Luther. to. 2. de ſeruo arbitrio folio 424.
Colloq. Altemb. fol. 520. 503.
Aſcham. in Epiſtol.
Ibidem fol. 463. 425. 424.

doctrinam Euangelij inſtaurandam,per quorum ora Deus fulminauit longè inferiorum diuerſa ſcripta diuerſis temporibus edita,idq; de re omnium quæ vel cogitari poſſunt, maximè ardua & abſtruſa inter ſe cōtuleris! & tamen iniquè colligis,quū infers eos eſſe omnium mortaliū improbiſſimos, & ipſo Diagora & Epicuro nequiores, ſi ſuam de Trinitate fidē adeò incōſtanter variarent. Abſit,vt de tam egregijs hominibus, ij ſq; de Alcorano & Mahumeto adeo præclarè meritis tam nefariè vnquam vel loquar vel ſentiam. Et tu Samuel nimis es apertus & ſimplex, nec ſatis diligenter aduertiſti initia & progreſſus Euangelij tui,quando tam acerbè cōcludis. Nunquid primo ſtatim tempore è ſeptem Sacramentis quinque ſuſtuliſtis? aut cōtra Pontificem Romanum tanquam Antichriſtum inuecti eſtis? Aut num vno die Præceptores veſtri religioſorum vota,caſtitatem Presbyterorum,preces pro defunctis,Epiſcoporum & Archiepiſcoporum ordines, baptiſmi neceſſitatem, & alia huius generis improbarunt? Immò ſi initio hoc intellexiſſent auditores veſtri, non ſolùm aures ſuas occluſiſſent, ſed etiam vt probabile eſt, vix manus à vobis abſtinuiſſent. Quare prudentiſſimè pedetētim iſta moliti ſunt, & primo de ſacrificio Miſſę dubitarunt,tum illam abrogarunt,ſed realem Chriſti in Euchariſtia præſentiam reliquerunt. Poſt ea quoq; detracta panem & vinum ſymbolicum ſubſtituerunt, & vna Sacramentum ordinis deleuerunt,& (quod erat conſequens) confeſſionem reiecerunt, & deinceps matrimonium non pro ſacramēto,ſed pro officio naturæ haberi voluerunt: & ita ſenſim & gradatim ad reliqua abolēdā progreſſi ſunt, omnia autem necdum abſoluerunt. Adhuc enim multa ſunt ſub incude, quæ tamen indies magis fabrefacta vix iam incipiunt primum Miniſtrorum ſermonibus vētilari. Prodijt ante aliquot annos ex officinis veſtris pictura perelegans,quæ nunc paſſim multis in regionibus circumfertur,deſcribens totum progreſſum & ſcopum Euangeliſmi veſtri. Eſt autem talis formæ Eccleſia Pontificia illic repreſentatur inſtar magnæ alicuius domus,in cuius tecto inſidet Lutherus,tegulas,lateres,tigilla,tibicineſque diripiens,confringens, longeque proijciens. Succedit cum exercitu ſuo Zuinglius,& parietes demoliri,trabeſque ſuccidere magna vi laborat. Ad fundamentum autē eruēdum,domumque totam funditus diſſipandam aduolat longè maior Euangelicorum numerus,iſti nimirum, de quibus iam proximè accepiſti, & plura deinceps accipies. Hoc quid ſignificat,poteris (opinor) diuinare. Quod ſi Lutherus hoc vltimū

primo

primo impetu clarè & euidenter fuiſſet aggreſſus, nimis ſtultè & præpoſterè feciſſet, nec quicquam omnino profuiſſet, niſi quod & lateres, & ligna, & tectum, & parietes in ſuum caput diſcuſſiſſet. Si quo tempore Euangeliſmus hic in Germania primum ſerpebat, concionatores clamaſſent, illum eo tendere, vt penitus diſſolueretur Romani Imperij ſtatus, quã multi Germani Principes illum horruiſſent, qui propter obedientiã Imperatori & Imperio ſimulatam ei propagando omnes ſuas vires impenderunt? Et tamen certum eſt Concionatores in initio illud fuiſſe machinatos. Vnde & Huldericus Zuinglius *in epiſtola ad chariſſimos in Chriſto fratres Vlmenſium & Memmingenſium Euangeliſtas*, eos monet vt coram auditorib. ſuis *ſenſim incipiant detrahere perſonam Rom. Imperio, quomodo ſtultum ſit agnoſcere hoc Imperium* (in Germania) *quod non agnoſcitur* (Romæ) *vnde nomen habet. Perinde ac ſi nunc Pannones Sophum Perſis dominum, ſi regno pelleretur, ſuum Sophum facerent. Ipſi autem Perſæ iam longè fœliciores eſſent quam vnquam, ſi hac tyrannide liberati eſſent. Sic eſt Romanum imperium.* At ne in vulgus promiſcuum iſta myſteria ſubito efferrentur, admodum ſobriè & cautè ſuos illos *coeuangeliſtas* admonet. *Id autem quod ſubiudico, non pro publica* (inquit ille) *concione, ſed in loco fieri oportet. Nimis amãtes eſtis rei Romanæ, quid Germaniæ cum Roma? Prudenter igitur & paulatim agenda ſunt huiuſmodi, atque cum paucis, quibus credere poſſis, quia ardua ſunt.* Henricus Octauus, Proteſtantium ſui temporis ſermonibus in cœlum vſq; attollebatur, quod radicitus extracta Papiſtarum ſuperſtitione, & redactis in ſuum fiſcum immẽſis monaſteriorum & plurimorum templorum opibus, admodum purgatam Euangelij religionem ſuis ſubditis tradidiſſet, & Rex ipſe *in ſua contra Pontificem proteſtatione* ſanctiſſimè *aſſeuerabat ſe velle vniuerſum regnum ſuum, ipſamquè vitam in certiſſimum periculum conijcere, potiùs quam vlla particula, aut iota vnum Chriſtianæ religionis in Anglia nõ tantùm periret, ſed vel in quæſtionem vocaretur.* Ergo quamdiu Rex iſte viueret, religio eius erat perfecta & omnibus partibus expleta, nec vllus aberat vel exiguus doctrinæ Chriſtianæ apex: & tamen Archiepiſcopus, qui iſti Regi & author & approbator præcipuus erat omnium quæ in religione admiſit, qui Regem illum tanquam alterũ Ezechiam immenſis laudibus onerabat eo quod verſis in linguam Anglicanam Biblijs, alijſque permultis contra Papatum heroicè geſtis puritatem Euangelicæ doctrinæ in inſulam illam importaſſet, ille idem Archiepiſcopus ſub

Lib 4. epiſtolarum Zuinglij & Oecolampadij fol. 186.

Proteſtatio Regis contra Papam apud Foxũ in actis & Monumẽtis. pag. 1238.

initium regni Filioli eius Edouardi Sexti, Patris fidē fuiſſe falſam & impuram, eius facta Euangelicæ doctrinæ nihil aut parum contuliſſe prædicabat, illum tantummodo leues quaſdam ceremonias emendaſſe, ſummæ autem religionis parum admodum profuiſſe. *Quid enim prodeſt* (dicebat ille) *roſaria, indulgentias, peregrinationes ſuſtuliſſe, niſi vna radices principales euellantur, ex quibus priora omnia Dominicæ meſſis impedimenta rurſus enaſcentur. Hoc quidem perinde eſt, ac ſi ramorum ſummitates reſcindas, ipſum autem truncum arboris, Tranſubſtātiationem videlicet realem corporis & Sanguinis Chriſti præſentiam & ſacrificium non attingas.* Hoc itaque modo temporibus filij iſtas etiam radices ſtirpitus euellerunt, quod ſi patre regnante apertè tentaſſent, tantū audaciam extremo ſupplicio in medijs ignibus luiſſent. Satis ergo fuit eius tempore alijs radicibus extirpandis incumbere. Illa nimirum eſt natura, is progreſſus Euangelij veſtri (Samuel) vt certis temporibus alia deſtruat & euertat, reſeruet autem quædam quæ non ita commodè eodem ſimul momento deleri poſſunt vniuerſa, in quibus rurſus tanquam nouis Euangelij impedimentis deinceps occupetur, nec vnquam conſiſtat, donec ad centrum ipſum perueniatur, quo naturali quaſi motu fertur, hoc eſt, vt ordine omnes ſuperſtitionis Chriſtianæ articulos excindat & aboleat. Nec enim magis intendebant vires animi & corporis Proteſtantes ſub Henrico ad profligandum Papatum, & ſpolianda monaſteria, quam ſub Edouardo incumbebant ad demolienda altaria & prædandas Eccleſias reliquas, Miſſamque abolendam & pleraque Sacramenta auferenda. Nec iſti rurſus magis in his deſtruendis tum elaborabant, quam noſtra memoria Puritani ſatagunt omnem illam formam precum Eccleſiaſticarum, & ordinem Epiſcoporum & Hierarchiam è medio tollere. Et poſt Puritanos Familiani amoris ad nos, hoc eſt, ad centrum ipſum & perfectionem proximè accedentes, *Trinitatem & Chriſti diuinitatem, paſſionem, mortemq́ ac reſurrectionem*, vt Papiſtarum inuenta diligenter ſtudent tanquam vepres & ſpinas è vinea domini extrahere. Vtq; primis illis Pontificatus Romanus è medio ſublatus erat fundamentum & puritas Euangelij; ſecundis, Miſſa & Sacramenta; tertijs, Epiſcoporum ordo & politia Eccleſiaſtica, ſic vltimis hæc de Trinitate neganda & Chriſti paſſione, ſunt ipſum principium & medulla Euangelij, quæ ſi fides tua retineat, eſt ſemipapiſtica, necdū ſplendore meridiano ſolis Euangelici plenè illuſtratur, ſed tantum primæ lucem eminentis auroræ tenuiter a-

Cranmer contra VVinton. de Euchariſtia, in præfat.

Articuli Familiæ amoris, impreſſi Londini anno 579.

Digitized by Google

ter aſpicit. Sic eleganter notauit Ioſias Simlerus Trinitarios Zuinglianis obiecisſe, quòd ſolum *venerationem diuorum, imaginum vſum, & ciborum delectum rectè vetarent, cum cætera omnia apud eos vitioſa manerent, & Papiſtica.* Quumque Lutherus Pontificem expugnando tectum ædificij Papiſtici nudaſſet, Zuinglius autem Sacramentorum multorum eſſentiam, omnium autem vim & efficientiam adimendo parietes perfodiſſet, ſe ſolos magno & generoſo animo ad Trinitatem, hoc eſt, totius Papiſmi fundamentum ſubruendum omnibus viribus eniti, vt deinceps apertè & ſine diſſimulatione in partes noſtras tranſeant. Idem tum Trinitarijs, tum de Tritheitis teſtatur Beza. *Iſtorum* (inquit) *diuinitatis Chriſti hoſtium, alij præter Anabaptiſmum etiam Samoſateni blaſphemiam aduerſus æternam verbi Dei hypoſtaſim tuentur, alij fateri recuſant, quod tres perſonæ ſint vnus Deus, alij propagationem ſiue eſſentiationem Gentilis, id eſt, Tritheiſmum tuentur. Neque hic mihi crede conſiſtent, ſed tandem nullum erit religionis Chriſtianæ caput, quod non oppugnent, quoniã neceſſe eſt eos in peius proficere, &c.* Is nimirum eſt religionis tuæ genius, non quidem vt *in peius proficiat* (hæc eſt enim phraſis Bezæ, veritati nequaquam efficiens) ſed vt verè proficiat, & recta progrediatur, & indies euadat perfectior. At non credis Magiſtros tuos velle hæc adeò diſparata de Trinitate & vnitate dogmata effundere; Quaſi ijdem non alia in vulgus ſparſerint multò quàm hæc diſparata apertius, quia magis erant popularia, & facilius etiam à vulgo poterant intelligi, Zuinglij enim & Lutheri opiniones de reali Chriſti in cœna præſentia & abſentia nonnè erant directò contrariæ? Quid Brentiani & Caluiniſtæ, quorum hij Chriſti corpus ita vni loco affigunt, vt nec per Dei omnipotẽtiam in pluribus eſſe poſſit, illi ita corpus diuinitati exęquant, vt non minùs quàm diuinitas ipſa poſſit eſſe, & ſit etiam vbique? De ſola fide propter quam tamen præcipuè gloriamini, an minus infeſta & cruenta bella geritis? An non plerique ſola fide ſine operibus, quos tamen vt fidei fructus requirunt, iuſtificari hominem volunt, alij opera *non minus quam fidem ad ipſam iuſtificationem neceſſariò requirunt, ſine quibus nemo vnquam ſaluatus eſt, & ſine quibus impoſſibile eſt quenquam ſaluari.* Sic enim prædicant Maioriſtæ Lipſenſes & VVittenburgenſes Lutherani. Alij *opera etiam optima ad ſalutem pernicioſa eſſe contendunt,* vt Nicolaus Gallus, Iacobus Amsfordius, Flaccus Illyricus, Illyricani, Antinomi & pleriq; *ex rigidis* (qui vocantur) *Lutheranis.* Ecqua maior repugnantia cogitari po-

Simlerus in præfatione lib. de æterno Dei filio.

Beza epiſtola Theologica 28. pa. 107.

Colloquiũ Altembur. fol. 171.

ri poteſt? De Prædeſtinatione, de libero arbitrio, de primatu Eccleſiaſtico Regum, non minùs illuſtria ſunt certamina, quę etiam oculis, & auribus, & ſenſibus hominum etiam imperitorum patent, quum iſta de Trinitate diuiſio multò ſit obſcurior, & à paucioribus percipiatur. Neque improbitatis eſt de ea errantes & vagas habere ſententias; ſed eſt potius ſagacitatis & prudentiæ, vbi conſtat omnes ad extremum eandem veritatem ſibi proponere eruendam, vel potius eandem falſitatem deſtruendam. Et pulcherrime Papiſtis cauillantibus Carloſtadium verba cœnæ realiter de Chriſti corpore menſæ aſſidente, & Zuinglium eadem verba tropicè de pane quem Chriſtus in manibus habebat, interpretantem toto cœlo diſſidere, reſpondit Zuinglius: *Hæc nemini debere eſſe offendiculo*, etſi *alter horum errauit, errauit in litera, & non in ſpiritu*, & verè *diſſidium non eſt vocandum*, ſed ſumma potiùs conſenſio, vt *ducibus eandem arcem oppugnantibus nihil diſſidij afferre, dum alius ſtatuit ariete concutiendam, alij cuniculis ſubruendam, alius ſcalis ſuperandam. Nam in arce excindenda conueniunt.* Nō aliter hoc in loco etiamſi Euangelici Doctores alias vnicam in diuinis verè ſubſiſtentem perſonam ſtatuant, alias tres naturas diuiſas & differentes prędicent, quanquam alter horum neceſſariò erret, error tamen vobis leuis eſt, *in litera, non in ſpiritu*. Vterque enim tendit ad eandem arcem, veterem nimirum fidem de Trinitate excindendam, quàm his vel arietibus vel cuniculis deturbare omnes conamini.

Zuingl. to. 2. reſp. ad Bellicani & Regij epiſtolas. fol. 261.

ARGVMENTVM
CAPITIS SEPTIMI.

Euangelici permulti, præſertim Caluiniani, iuxta Caluini doctrinam Chriſto diuinam naturam non à Patre, ſed à ſeipſo tribuentes, veterem Chriſtianorum fidem reijciunt, Chriſtum verè Dei filium, & vel Deum, vel etiam hominem ex Maria incarnatum negant præcipuum argumentum ad diuinitatem eius tollendam ex Alcorano mutuati; denique tres perſonas quoad eſſentiam ita diuidunt, vt propterea multò magis ſint hæretici, mortemque promeriti, quam Valentinus Gentilis, quem propter eandem cauſam morte affecerunt. Reſpondet Samuel Caluinum vbique in ſuis ſcriptis veram fidem de Trinitate

Digitized by Google

nitate doctuiſſe, ideoque non eſſe credibile, quod in vno ſolum vel altero loco ſic errauit, quod refellit Michaas, diſſerens longè probabilius eſſe quod Ioannes Caluinus aliorum Euangeliſtarum more hac in parte doctrinam quoque ſuam variarit.

CAPVT SEPTIMVM.

QVEMADMODVM autem Philoſophi Morales hominibus prodigis aut temerè audacibus contraria præcepta parſimonię & timiditatis inculcare ſolent, non vt auari aut meticuloſi reddantur, ſed vt ad mediocritatem, in qua eſt liberalitatis & fortitudinis virtus perducantur, & agricola plantam teneram, quæ paululum in vnam partem incarneſcit, nimis in alteram deflectit, quò ſic recta creſcat & directè aſcendat, nec hoc iſtius hominis factum quiſquam improbitati tribuit aut ſtultitiæ, ſed ſolertiæ potius & prouidentiæ: non aliter Magiſtri tui, etiam quum Trinitatem maximè diuidunt, & perſonas eius diſtrahunt, tum etiam ingenioſè, licet occultè, veritatem promouent, & Mahumetis noſtri de Deo doctrinæ non parum opitulantur. Id quod euidenter perſpicies, vbi explicauero alteram hanc ſectam eorum, quos dixi Dei naturā multò quàm veteres Paganos turpius ſegregare, & flagitioſius diuellere. Quod tamen ita demum intelligo, ſi in illa quam prætendunt diſſipatione conſiſtere cogitarent, & non deinceps eam ipſam diſiunctionem ad vnitatem fortius ſtringendam conuerterent. Hæc autem ſecta maximè comprehendit Geneuenſes & qui è Geneuenſi ſchola profluxerunt, Gallos & Anglos tuos. SAMVEL. De Geneuenſibus & Gallis Euangelicis quid ſentiam certò & affirmatè reſpondere non auſim; at de noſtris multò aſſeuerare poſſum confidentius eos de Trinitate non minùs orthodoxè credere, quàm qui fuerunt ab Apoſtolorum ætate in Eccleſia Chriſtiani doctiſſimi ſanctiſſimique. Nam in hac fide à primis Patribus antiquiſſimiſque nihil prorſus diſcedimus, & in liturgicis Eccleſiæ noſtræ precibus decantamus frequenter Symbolum tum Athanaſij, tum Concilij Nicæni & Conſtantinopolitani, in quibus vtriſque *vnum Deum Patrem omnipotentem, & ex Patre natum ante omnia ſecula Filium, Patri conſubſtan-*

 tialem,

tialem, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero: & denique Spiritum ſanctum *ex Patre Filioq; procedentem* confitemur. Quare etiamſi neque de Geneuenſibus, neque etiam Gallis, quorum fidem exploratè non teneo, quicquam certi affirmare velim, de quibus tamen optimè ſpero, neque ſanè dubito, quin orthodoxè de hoc myſterio credant; hoc tamen certo certiùs eſt, immò fieri non poteſt, vt nos Trinitatis perſonas diuellamus, quum ex hac confeſſione ſequantur vt arbitror neceſſariò, omnia illa maximè ſingularis & indiuiduę vnitatis genera, quæ tu paulò antea recenſuiſti. MICHAEAS. Ergo hinc etiam elucеſcit & fidei veſtræ inſignis diſcordia, & mirãda Euangelij veſtri in articulis grauiſſimis variandis mobilitas. Forſitan quidem hoc quod tu dicis, concinunt in Eccleſijs Miniſtri, at fortè longe aliud credunt in muſæis & docent in Academijs Theologi. Audi enim Reginę in Academia Cantabrigienſi profeſſorem Theologicum. *Chriſtum ex ſeſe Deum eſſe verum eſt: Chriſtum Patres Nicæni Deum de Deo profitentur, vt Patri Filium ὁμοούσιον eſſe doceant. Hoc dictum deinceps nonnulli arripuerunt, vt Chriſtum nõ per ſe atq; ex ſe Deum eſſe, ſed hoc à Patre accepiſſe contenderent, in quo Chriſti diuinitatem penitus ſuſtulerunt, niſi enim ex ſeſe (nõ à Patre) Deus eſt, omnino Deus eſſe non poteſt. Nam vt Deus ſit, id Deo ex ſeſe inſitum eſt. Quare vtcunq; Patres illi Chriſtum dixerint Deum de Deo, tamẽ firmiſſimè tenendum eſſe confirmat Caluinus Chriſtũ ex ſeſe habere vt Deus ſit, niſi Chriſtum volumus ſua diuinitate ſpoliare, vt ſit Filius, id quidem à Patre accepit, vt Deus ſit, id ex ſe habet, quia per ſe Deus eſt.* Hactenus ille, manifeſtè refellens Nicæni Concilij de Chriſti diuinitate confeſſionem, quã vos in congregationibus veſtris perſonatis. Nicænis enim Patrib. Chriſtus Deus *eſt Patri conſubſtantialis, quia* naturam & ſubſtantiam Patris à Patre totam ſibi communicatam naturali generatione accepit: at Academicis Patribus longè ſecus videtur, & qui ita ſentiũt, *eos Chriſti diuinitatem penitus tollere* Patres Academici indicant. Illis Chriſtus vt Filius eſt à Patrę, *ita Deus eſt de Deo, & lumen de lumine eius*; iſtis Chriſtus non eſt *Deus à Deo Patre, ſed ex ſe & per ſe*, & niſi ita *Deus eſt, omnino Deus eſſe non poteſt*, nec Dei appellationem meretur. Perſpicua eſt fides Patrum Nicænorum & euidentiſſimũ eſt eos ſtatuere, vt filiationem Chriſti, ſic Deitatem quoque ex eodem principio paternę Deitatis procedere; at iſti planè contrarium decernunt, *quicquid Patres illi* hac de re ſenſerint, & quocunque modo *Chriſtum Deum de Deo definiuerint*, non tamen cũ

VVitake. contra Cãpianum pa. 153.

Nicæ-

Nicænis illis Patribus,ſed cum patre *Caluino firmiſſimè tenendum eſſe,Chriſtum Filium quidem eſſe à Patre, Deum verò non à Patre,ſed à ſeipſo,niſi volumus eum ſua diuinitate ſpoliare.* Vbi præterquam quod Chriſtum Deum quoad diuinam eius perſonam nimis craſſè componunt ex diuerſis partibus, filiatione quam habet à Patre,& deitate quam habet à ſe, tanquam ex materia & forma,de quo mox plura,præter hoc (inquam) planè hoſtiliter & aduerſis quaſi frontibus ſe Concilio Nicæno opponunt, eiuſque fidem Caluino & Geneuenſi Eccleſiæ corrigendam tradunt. Vnde patet etiamſi in congregationibus veſtris fides antiquorum Patrum canatur,in ſcholis tamē Academicis,hoc eſt,in fontibus Theologiæ,lōgè aliam fidem ſtudioſorum mentibus inſtillari. Ideoq; niſi ad illam Lutheri regulam confugeritis,nolle vos teneri libris & confeſſionibus magiſtrorum veſtrorum,quæ ante annos viginti emiſſæ ſunt, ſed illa priora his poſterioribus debere concedere, hic iam inter ipſas Eccleſias & Academias regni Anglicani illam vides maximè contrariam & planè hoſtilem diſſenſionem, quā antea putabas in alijs Euangelicis ſcriptoribus incredibilem. Si enim conferas fidem illam Eccleſiaſticam cum hac fide Academica,infinitè maiorem reperies pugnam,quàm olim inter Platonicos & Peripateticos, vel hodie inter Academicos & Caluiniſtas,quorum tamen de præcipuis fidei articulis contentio eſt longè maxima & acerbiſſima. Sed quoniam veſter Academicus Doctor ex fontibus Caluini ſuam haurit Theologiam,operæpretium eſt fontes ipſos inſpicere,& Caluinum audire de hac materia diſſerentem. Sic itaque Caluinus: *Nebulones quidam, vt Seruetica impietatis notam effugerent, tres quidem perſonas in Trinitate eſſe confeſſi ſunt,ſed ratione addita quòd Pater qui propriè & verè vnicus eſt Deus, Filium & Spiritum formando ſuam in eos deitatem transfudit. Nec verò abſtinent ab horrendo loquendi genere, Patrem hac nota diſtingui à Filio & Spiritu,quia ſit ſolus eſſentiator.* Hæc eſt hæreſis,quam ſibi refutandam Caluinus ſuſcipit. Hæreſis quidem (loquor enim ex opinione Catholicorum) ſi ita formandi verbum interpreteris,quemadmodum creaturę vel angelicæ & ſpirituales,vel terreſtres & corporeæ ab eodem Deo fictæ & formatæ ſunt. Sin verò ita intelligatur,quod Deus Pater qui ſolus à ſeipſo eſt & ſine principio, Filij & Spiritus ſancti ſit eſſentiator, idcirco quia ſuam in eos dignitatem & eſſentiam transfudit, & ſic alterum generando,alterum ſpirando (vt ita loquar) eſſentiauit, hoc non eſt horrendum loquendi genus, ſed ipſiſſima &

Caluin. Inſtitut. lib.1.cap. 13.§.23.

Digitized by Google

ma & maximè propria perſonarũ emanatio, quam Chriſtiani Theologi inculcant & loquuntur. Nullum enim norunt fontem, nullum principium, nullam eſſentiam diuinitatis in Filio & Spiritu ſancto, niſi quę à Patre manat, qui ſolus hoc modo eſt eſſentiator, & hac nota à Patre Filioque diſtinguitur. Et hoc quidem illud eſt quod Caluinus potiſſimum improbat, & ad quod refellẽdum rationes ſuas dirigit. Sic enim contra diſputat. *Cùm Chriſtus vocetur in Scripturis Iehoua, ſequitur deitatis reſpectu ex ſeipſo eſſe. Deinde fateri neceſſe eſt Filium Dei eũ eſſe, cuius deitas apud Ieſaiam probatur ex mundi creatione. Quomodo autem creator qui omnibus eſſe dat, non erit ex ſeipſo, ſed eſſentiam aliunde mutuabitur? Nam quiſquis eſſentiatum à Patre Filium eſſe dicit, à ſeipſo negat eſſe. Reclamat autem Spiritus ſanctus, illum Iehoua nominans* Et paulò poſt. *Deitatem ergo abſolutè ex ſeipſa eſſe dicimus, vnde & Filium quatenus Deus eſt, fatemur ex ſeipſo eſſe, ſublato perſonæ reſpectu, quatenus verò Filius eſt, dicimus eſſe ex Patre. Ita eſſentia eius principio caret, perſonæ verò principium eſt ipſe Deus.* Hoc totum alibi his verbis tanquam maximè certum, firmum & Apoſtolicum ad nauſeam vſque repetit: potiſſimum verò nomen illud Iehouæ, ac ſi nihil eſſet ad communem Chriſtianorum fidem de æterna Chriſti generatione tollendam potentius. *Nam quia in locis citatis ponitur* (inquit) *nomen Iehoua, ſequitur Filium Dei ex ſeipſo eſſe ſolius deitatis reſpectu. Nam ſi eſt Iehoua, &c.* Et mox. *Cum eſſentiatum à Patre dicis, à ſeipſo eſſe negas. Reclamat ex oppoſito Spiritus ſanctus illum Iehouam nominans.* Et deinceps poſt argumenta illa ſuperius memorata, quibus Patris eſſentiam cum Filio, neque ex parte, neque ex toto, communicari potuiſſe diſputauit, ita demum concludit. *Vnde & Filiũ quatenus Deus eſt, & ſublato perſonæ reſpectu, ex ſeipſo eſſe fatemur: quatenus verò Filius eſt, dicimus eſſe ex Patre.* Denique vbi ſæpius hoc inculcauit. *Filium concedimus originem habere à Patre quatenus Filius eſt, originem verò non temporis, neque eſſentiæ, quorum vtrumque abſurdiſſimum eſt, ſed ordinis duntaxat: & quoad eſſentiam, ſermo eſt Deus abſque principio, perſona autem Filij principium habet à Patre.* Nam *origo non niſi perſonæ aptatur, quod ſi in Filio eſt æterna Patris eſſentia è vnico perſonã eſſe cõmunicabilem*: inter hæc & ſimilia multa, directè improbat Concilium Nicænum, vbi Chriſtus non tantum quoad perſonam, ſed etiã quoad eſſentiam & deitatem *Deus de Deo* dicitur: ex quo liquet Ioannem Caluinum communem Eccleſię Chriſtianæ fidem de Chriſti deitate reijcere: idq; magis

Ibid. § 25.

Caluin. in explicat. perfid. Gentilis. pag. 916.

Pag. 917.

Pag. 928.

Pag. 927.
Pag. 931. in Protheſi Gentilis 7. & 11.
Ibi. p. 927.

adhuc demonſtratur ex varijs eius argumentis, quorum ego reliquis omiſſis, tria tantum attingam. Primum ſit hoc quod *Ibi.pa 919.*
proxime annotaui: Si æterna *Patris eſſentia ſit in Filio, etiam perſonam Patris eſſe communicabilem*: quaſi *eſſentia* Patris non magis quam *perſona* Filio poſſet ineſſe. Alterum, quod tanquã perabſurdum vrget, *ſi Filius eſſentiatus ſit à Patre, ſequetur precariam fieri eius deitatem, cui* (a Patre) *datum eſt eſſe*: quaſi hoc Caluini Theologia nullo modo ferre poſſet quod eſt in antiqua Eccleſiæ Theologia fixum, & in Euangelijs Chriſtiq; ipſius prædicatione traditum, ſaltem quemadmodũ iam in Eccleſijs Catholicis legitur. Illic enim dicit Chriſtus, *Pater meus quod mihi dedit maius omnibus* eſt, & *ſicut Pater vitam habet in ſemetipſo, ſic dedit & Filio vitã habere in ſemetipſo.* Tertium ſit ex *Admonitione ad fratres Polonos*, vbi ſic diſputat: *Si Pater ſuum eſſe habet ex ſeipſo, Filius ſuũ eſſe habet à Patre, Spiritus ab vtroq;, an non tres eſſentiæ emergunt? atque ita vna diſcerpitur.* Scio ex antegreſſis quid ad hæc reſpõſurus ſit Ludouicus, nihil minus quàm has Ioannis Caluini Chimeras ex ſententia Catholicorum conſequi: neque *tres eſſentias emergere*, neq; *vnam diſcerpi*, quia idem ipſum numero eſſe quod eſt in Patre, idem ipſum à Patre habet Filius, idem ipſum à Patre & Filio habet Spiritus ſanctus, neq; hoc in eorum Eccleſia magis eſſe nouum aut admirandum, quàm quod vocant Patrem ingenitum, Filium genitum, Spiritum ſanctum procedentem: ſed in his non moror, hoc ſolum intendo, hoc dico his paucis ſatis conſtare quæ ſit Ioannis Caluini inprimis, & deinde Geneuenſium, & Anglorum fides, quam eandem complectuntur Eccleſiæ Gallicanæ & Tigurinæ, Bernenſeſq;, item Theodorus Beza, Gallaſius, Muſculus, & Zuingliani permulti, vt videatur hæc doctrina per pleraſq; omnes Zuinglianæ profeſſionis Eccleſias peruagari. Ecqua verò ſententia vel olim inter antiquos hæreticos, vel hodie inter tot Euangelij hoſtes nominari poteſt magis impia, prophana, Deiq; eſſentiæ & vnitati magis aduerſaria, pluribus perabſurdis erroribus implicata, & Chriſtianę perſuaſionis principijs magis infeſta & exitiabilis, cũ qua ſi Valentini Gentilis fidẽ cõparaueris, hęc nõ minus pręſtat quã Sol clariſſim⁹ Lunę & Stellarũ exiguã lucẽ ſplẽdore ſuo obſcurat? Et primũ quidẽ illud quod tu aſſumebas, fidẽ veſtrã eſſe fidẽ Athanaſij, Cõciliorũ Nicęni & Cõſtantinopolitani, & deniq; omniũ veterum Chriſtianorũ, vides quàm falſum ſit. Nam Academicus iſte Doctor vna cũ Ioanne Caluino directè hoc negat, & qualiſcunq; fuit Nicęnorũ Patrum fides, & vtcunque illi dixerint Chriſtum eſſe Deum de Deo, iſte ta-

Ioã.10.29.
Ioan.5.26.

Stancar. lib. de mediatore.
Beza lib. de vnitate eſſentiæ.
Gallaſius de diuina Chriſti eſſentia.
Muſcul. in Ioan. cap.1.

Digitized by Google

men ſuis ſecus credendum præſcribit, vt non eſſe Deum de Deo, ſed Deum ex ſeipſo, quemadmodum & Pater eſt, exiſtiment. In qua ſententia adeò pertinaciter ſtetit Ioannes Caluinus, vt poſt hanc doctrinam ab eo in ſuis Inſtitutionibus traditam, quum Miniſtri Heluetici in Synodo Lauſannenſi nouitate huius fidei offenſi (neque dum enim vſque eo prouecti erant) veteris fidei confeſſionem ab eo exigerent, nimirum vt planè fateretur Chriſtum eſſe Deum ex Deo Patre, nõ ex ſeipſo, hoc nũquam ab eo impetrare vel extorquere potuerunt, quemadmodum publicis ſcriptis teſtantur qui interfuerunt. Neq; verò quiſquam (opinor) eſt tuorum Doctorum, qui poſt hanc litem à Caluino cõtra Patres Nicænos cœptam de Trinitate aliquid ſcripſit, qui non Patribus his, totiq; Concilio Nicæno dentem infixerit, eorumq; Symbolum atro carbone notauerit. Caluinus in Synodo Lauſannenſi & alibi illud quod Chriſtus ſit Deus de Deo damnauit κατακχρήσεως & improprietatis. Danæus in defenſione doctrinæ Geneuenſis de Trinitate contra Genebrardum vocat enuntiationem *duram, impropriam, incommodam & periculoſam. Impropriam* autem iterum atque iterum ingeminant, Caluinus contra Gentilem, & ad fratres Polonos, & Beza in libro de vnitate eſſentiæ, & Gallaſius. Sic autem loqui ſolent molliter & humanè, vt *impropriam* vocent loquendi modum, quando ipſorum fidei fidem oppoſitam tradũt illi, quorum propter vetuſtatem aut authoritatem nomẽ eſt apud Chriſtianos magnũ & honorabile. Quid verò exiſtimas (Samuel) an hoc eſt Nicęnum de Trinitate Symbolum & fidem tenere? homuſion credere? Filium Patri conſubſtantialẽ aſſerere? imò an nõ hoc eſt alterã planè longeque diuerſam naturam tribuere Filio, alteram Patri, atque ita prorſus nouum Deum inducere toto cælo differentem ab eo, quem à primis ferè Eccleſiæ temporibus maiores veſtri coluerunt. Quin ex hoc ſequitur præterea Chriſtum Deum nõ iam ſimplicis & ſingularis eſſe naturæ, ſed ex diuerſis tanquam partibus, iiſque reipſa plurimum differentibus coagmentari. Ita enim Chriſtum deſcribitis vt vna eius pars ſit à ſeipſo, pars altera à Deo Patre, aliud habebit genitum, aliud autem ingenitum, Deus ſit, & Dei naturam habeat à ſeipſo, Filius autem ſit & perſonam habeat à Patre. Quæ diſtinctio grauiſſimorum errorum pelagus quoddam continet. Primum enim Chriſtum Deum ex eſſentia & perſona non aliter quàm Petrũ ex animo & corpore cõiungitis, quod à Deo qui eſt actus puriſſimus, omnis compoſitionis expers, eſt alieniſſimum,

Petrus Carol. in literis ad Cardinalem Lotharingiæ.

Caluin. de impietate Gentilis, in præfatio. pag. 11. & Admonitio ad fratres Polonos. Gallaſ. lib. de diuina Chriſti eſſent. Danæus contra Genebrard.

mum, quum ipſa etiam Angelorum natura multò ſit ſimplicior & ſincerior. Deinde quemadmodum vitatis duras illas veterum Conciliorum, Niçeni, Antiocheni, Epheſini, Romani execrationes contra Arrianos, Euſebianos, Meletianos, Anomianos, Anomeos, Samoſatenum, Eunomium & ſimiles quos hæreſiarchas vocatis, qui ὁμοούσιον impugnabant, & pro eo ἑτερούσιον inducebant. *Si quis* (inquiunt Patres) *negauerit Filium genitum à Patre, hoc eſt, ex diuina eius eſſentia, anathema ſit. Si quis negauerit Spiritum ſanctum verè & propriè ex Patre eſſe, perinde ac Filium ex diuina eſſentia, anathema ſit.* Vos enim non per ambages, nec circuitione aliqua, ſed expreſsè & verbatim conſubſtantialem negatis, & diuerſam naturā confingitis, qui Chriſtum perſonæ tantum reſpectu, non etiā naturæ quam à Patre non habet, Filium Dei facitis, aliamque ei naturam, quam Dei Patris, vel à Deo Patre tribuitis. Et quid vel abſurdiùs vel inſulſiùs dici poteſt, quam aliquem eſſe Filium Patris reſpectu perſonæ, non naturæ, quaſi aliud ſit principum perſonæ, aliud naturæ ſingularis, quod vt in diuinis eſt contra omnem fidem & Theologiam, ita in humanis eſt contra omnem ſenſum, rationem, veritatem, & veriſimilitudinē. Quis enim niſi inſignis aliquis vel Chorebus, vel Sophiſta dicat Iacobum eſſe Filium Patris Iſaaci reſpectu perſonæ, non autem naturæ, Dauidem eſſe Patrem Salomonis, non quatenus eſt homo ſingularis, ſed quatenus ſubſiſtit & exiſtit quàm hæc perſonalis ſubſiſtendi proprietas, quæcunque ſit aliunde non ſit, quam ex ipſa natura, & ea non aliter fluat, quàm quęcunque ex iiſdem naturæ principijs maximè neceſſariò conſequuntur. Pater autem niſi naturam Filio conferat, & Filius niſi naturam à Patre ſuſcipiat, neque ille dici poteſt filij Pater, nec iſte vocari patris filius, magis quam arbores aut vites eorum colonorum filij ſunt, quorum manibus conſeruntur. Nihil enim eſt aliud generatio, quàm communicatio eſſentiæ, in humanis quidem, quoniam per mutationem Patris & paſſionem quandam ſit imperfecta, Filiumq; conſtituit numero à Patre diſtinctum, & interuallo temporis donec perfectam magnitudinem conſequatur, augeſcentem: in diuinis autem (vt Theologi Chriſtiani tradunt) longè alterius eſt ordinis & perfectionis, vt quæ pleniſſimè ſine diuiſione aut paſſione eſſentiam Patris totam Filio communicat, non eam diuerſam numero, ſed prorſus eandem, nec vt perficiatur, temporis ſpatio indigentem, ſed ab æterno perfectam, Filiumq; producit non extra ſe poſitum aut à generante ſeparatum, ſed intrinſecus

hæren-

Socrat lib. 1. cap. 6. Sozom. lib. 6. ca. 4. Euag. lib. 1. ca. 7. Concil. Roman. apud Theodoritum hiſt. lib. 5. cap. 11.

hærentem, & cum Patre inexplicabili naturæ ſocietate perpetuò copulatum: quòd ſi naturæ communicatione ſublata, phantaſma illud perſonę ſolius natura carentis ſupponas, nouo hoc & inuſitato verbi ſophiſmate veram generationē adimis, non eſt Pater, non eſt Filius, nullus eſt gignens, nullus eſt genitus, falsò & inaniter & abſurdè, dementiſſimeque talibus perſonis attribueris quęcunque de proceſſione, relatione, conſubſtantialitate, ordine, ęqualitate diuinarum perſonarum in ſcholis & libris, & ſuggeſtis veſtris perſonant. Deniq; ſi Chriſtus non habeat naturam & eſſentiam à Patre, ergo nec ſapientiam, nec potentiam, nec volũtatem, nec magnitudinem, nec gloriam, nec imperium, nec reliqua quæ omnia Deo inſunt, non aduentitia aliqua ratione, ſed naturaliter & ex vi naturæ ipſius. Vide autem quemadmodum iſta abſurda & verè ſtultiſſima diſtinctio etiam ipſam Chriſti humanitatem & incarnationem Chriſtiano more traditam corrumpat. Concinitis vos in Eccleſijs Anglicanis ex Athanaſio: *Eſt fides recta, vt credamus & confiteamur, quia dominus Ieſus Chriſtus, Dei Filius, Deus & homo eſt. Deus eſt & ſubſtantia Patris ante ſæcula genitus, & homo eſt ex ſubſtantia matris in ſæculo natus, perfectus Deus, perfectus homo.* Quare perfectus Deus? quia genitus ex ſubſtantia Patris. Quare perfectus homo? quia genitus ex ſubſtantia matris. At vos hæc ſurſum deorſum vertitis, & planè peruertitis, & non minus vnũ quam alterum inficiamini. Ita eſt enim genitus ex ſubſtantia matris homo, vt ex ſubſtantia Patris Deus, tollite poſterius, certè non ſtabit prius. Non eſt illa ratione verus Deus, ergo nec hac ratione verus eſt homo: imo non eſt omnino ex ſubſtantia Patris genitus Deus, ergo nec eſt omnino ex ſubſtantia matris genitus homo. Quin etiam aliam ob cauſam veſtrum argumentum euidentiſſimè tollit beatæ Virgini nomen Matris, vt nullo modo Chriſtus incarnatus eius filius poſſit appellari, ex quo ſequetur nec omnino fuiſſe incarnatum. Si enim Mariæ Virginis filius ſit, vel eſt filius reſpectu perſonæ, vel naturæ: non autem naturæ, quia non magis à Virgine matre hauſit naturam humanam, quàm à Deo Patre naturam diuinam. Neque certè reſpectu perſonæ Filius eius eſt, quum perſonam humanam prorſus non habuerit; ſed vnicam diuinam qua æterna generatione accepit à Patre, vtramque naturam diuinam & humanam ſuſtinuerit, vt maiores veſtri contra Neſtorium ſtatuerunt. Vnde manifeſtò conficitur Virginem Chriſti matrē non eſſe vllo modo dicendam, quę humanam, nec naturam, nec perſonam

Symbolum Athanaſ. quibuſdã feſtis maioribus canitur in Eccleſia Anglicana

Chriſto

Chriſto contulit. Quare niſi aliundè quàm à Maria Virgine carnem & naturam humanam ſuſceperit, quàm eſt manifeſtò conſequens eum verè incarnatũ non fuiſſe? Et quanta ex hoc Manichęis fantaſticum ei corpus affingẽtibus ianua aperitur? Qualia ſunt hæc monſtra & portenta concluſionum è veſtra religione fluentium? Cæterum (inquies) magiſtri tui verbo Dei iſta omnia docent, cui omnia hominum inuenta ſe ſubmittere par eſt. Vbi vero docet verbum Dei Chriſtum eſſe Filium Patris non ratione naturæ, ſed perſonæ? Vbi naturam illi eſſe à ſeipſo? Vbi tria eſſe diuinitatis principia? Vbi tres eſſe in diuinis ingenitos? Vbi tres eſſe diſtinctas eſſentias? Vbi tres eſſe Deos? Hæc enim ſingula neceſſaria & ineuitabili conſequẽtia inter ſe nexa & iugata ſunt. At Chriſtus vocatur Iehoua apud Eſaiã? ſit ita, non tamen dicitur habere à ſeipſo eſſentiam ſuam. Nomen enim illud ſiue Iehoua dicas, vt vult Ioannes Caluinus, quem veſtri auidè ſequũtur, ſiue longè alio modo exprimendum ſit, vt ſentiunt viri doctiſſimi, & in Hebraicis non minus quã Caluinus verſati, ſiue ineffabile prorſus ſit (vt aiunt Iudæi) nihil aliud ſignificat, niſi quod ſeipſo eſt & conſtat, quod ſemper verè, propriè, naturaliter, neceſſariò, & ab æterno exiſtit, à quo creaturæ eſſentiam habent, & cuius comparatione creata omnia eſſentiæ & exiſtentiæ vix vmbrã tenent. Hoc autem modo nomen Iehouæ cadit in Filium & Spiritum ſanctum nõ minùs verè & propriè quam in Patrem, quia eãdem prorſus habent cum Patre naturam & eſſentiam. Quod ſi vrges nõ ſufficere, vt hoc habeant, niſi etiam à ſeſe habeant, reſpondent Chriſtiani literis ſacris hoc non contineri, vocem illam ineffabilem nihil tale requirere, hoc veſtrum eſſe cõmentum, Chriſtum quidem natura cõſtare quæ ab æterno fuit, & quæ ſeipſa exiſtit, & eſt principium omnium. Cęterùm Chriſtus hanc naturã à Patre habet, non à ſeipſo, nec illud vlla vis aut notio verbi illius ineffabilis euincit. At contra Dei maieſtatem & honorem eſt, vt eſſentiam aliunde mutuetur. Mutuari quidem rem quamcũq; eſt Dei abſolutæ perfectioni & αὐταρκίᾳ cõtrarium. Eſt enim inopiæ & mendicitatis, quod de Deo nemo cogitauerit? At ſi à Patre naturã ſumere ſit *mutuari*, cur erit Chriſto ignominioſum *mutuari* naturã, qui ſine ignominia vobis concedentibus à Deo *mutuatur* perſonam? quomodo hoc non eius maieſtatem imminuit? aut quemadmodũ poteſt hoc eſſe honorificũ, ſi alterum illud ſit contumelioſum? Sed oblitus videor mei, & paulò diutiùs quã erat opus, perſonã Papiſtæ ſuſtineo, maximè contra tuos doctores, quos

B. Arias Montanus in Ioſue cap. 5. & 7. & Genebrard. de Trinitat. lib. 2. fol. 115. 124. Iehue potius pronunciandum probant.

in hoc

in hoc argumẽto proximè ad fidem noſtram accedere agnoſco. De quibus illud meritò vſurpare poſſum, quod olim de Philiſtæis fortiſſimus Samſon, *niſi eraſſetis in vitula mea, non inueniſſetis propoſitionem meam.* Niſi enim Magiſtri tui Alcoranum noſtrum diligentiùs quàm prætendunt, euoluiſſent, hoc fortaſſis argumentum nunquam inueniſſent, cui potiſſimum innititur Mahumetes noſter ad Chriſtum, & (quod conſequens eſt) Spiritum ſanctum diuinitate ſua exuendum. Neque enim ſemel, ſed ſæpe in Alcorano noſtro inſinuat, *Deum ſubſtantiam eſſe neceſſariò exiſtentem, cui impoſſibile eſt, vt naturam aliunde mutuetur*, & hoc vt firmiſſimum axioma retinendum docet. *Conſtanter* (inquit) *dic illis Chriſtianis Deũ vnum eſſe neceſſarium omnibus, qui nec genuit, nec generatus eſt, nec habet quempiam ſimilem.* Et huic quidem principio quaſi inſiſtit, & innititur, & inædificatur Alcoranus noſter ad euertendam Chriſtianorum in deitate Trinitatem. Quare quòd in eo nobiſcum conſpiratis illud ſanè vobis nobiſque gratulor: quòd verò ſtatim ex hoc portu in altum & turbulentiſſimum pelagus enauigatis, & tria huius generis principia ſeipſis exiſtentia, tres (inquam) eſſentias conſtituitis, in hoc (ſi ſerio ageretis & in hoc perſiſteretis) dicerem vos eſſe omnibus hęreſiarchis improbiores, & maiorem in Deitate diuiſionem ponere, quam ante vos aliquis vnquam commentus eſt. Neque enim ſine iniuria Valentino Gentili vos æquare potero, quia ille vnitatem conceſſit ratione principij & naturæ, quam Pater Filio & Spiritui ſancto certo modo contulit, vos autem nihil tale fatemini, adeo vt iuxta hanc veſtram Theologiam longè minor ſit in diuinis vnitas, quam eſt in tribus Adami filijs Caino, Abelę, Setho, aut tribus hominibus Thoma, Ioanne, Petro ad Adamum proauum comparatis. In his enim eſt aliqua naturæ vnitas & conſanguinitas, quòd ab eodem Patre nati, vel eodem proauo oriundi ſunt. At in diuinitate vbi tres ſunt perſonæ nulla huiuſmodi naturæ communione deuinctæ, ſed ſingulæ ſeparatim per ſe ſuiſq; principijs exiſtunt, huius vnitatis nulla imago occurrit. Hoc autem ſublato auferuntur ſimul omnia illa vnitatis genera, quæ ſuperius percenſui, quæ Theologi veſtri diligentiſſimè perſequuntur, & quæ ex hac naturali vnitate fluunt vniuerſa, vbi enim vnitas naturæ non eſt, nec eſſe poteſt indiuidua vnius naturæ communicatio, nec vnitas principij, nec vnitas efficientiæ in actionibus & operationibus, quæ ex differentia naturarum & ipſæ neceſſariò

Iudic.14.

In Alcora. Azoara. 27. 28. 29. 31. 33. 49. 53.

ſariò

ſariò ſunt differentes, nec denique ſi propriè accipias, vnitas περιχωρήσεως, vel inexiſtentiæ: quibus tamẽ potiſſimũ Theologi veſtri diuinę Trinitatis vnitatem definiũt. Recollege iam quæ ſupra de Valentini Gentilis condemnatione perſtrinxi, & penes te ſit arbitrium, an non eius iudices, qua ſentẽtia Valentinum Gentilem morti addixerunt, ipſi ſe quoque morte digniſſimos pronunciauerint. Narrat Miniſter Tigurinus in historia mortis eius, præter alia infanda dogmata, has fuiſſe duas propoſitiões, propter quas capitali ſupplicio affectus eſt. 1. *Filius à ſeipſo non eſt.* 2 *Filius à Patre eſt genitus ſecundum eſſentiam diuinam.* Quid verò ex his & alijs Valentini dogmatis eliciebant, quod adeo erat contra Euangelicam veritatem peſtilens & nefarium? quia nimirum hoc modo Valentinus *perpetuam in Deitate diuiſionẽ* inducebat, & quia Chriſto *Deitatem paterna minorem* tribuebat, ideoque & ſecundum *eam pro nobis intercedere* prædicabat. Hoc etiamſi ego quemadmodũ ex illis Valentini propoſitionibus inferatur planè non video, tamen eſto: Valentinus hoc modo *perpetuam in deitate diuiſionem* induxerit, & *Chriſti deitatem Paterna minorem* finxerit: ſitque hoc in homine illo horrendum facinus & quauis ſupplicij acerbitate (fateor) expiandum. At quantò veriùs & pleniùs hæc accuſatio ipſos Tigurinos comprehendit. Mitto quod peruersè & ſceleratè (ſi Chriſtiani ſunt) damnent in eo propoſitiones omnium veterum Chriſtianorum conſenſu probatas, *Filius non eſt à ſeipſo, Filius genitus eſt à Patre.* Illud tantum infero, ſi Valentinus mortem ſit commeritus, quod Deitatem diuiſerit, qui tamen ſolum Patrem veriſſimè dixit ingenitum, qui vnum in Deitate poſuit principium, qui Filiũ & Spiritum ſanctum à Patre dixit eſſentiatos; Geneuenſes, & Tigurini, Bullingerus, Beza, Caluinus, qui tria ponunt principia, qui tres dicunt ingenitos qui in ſingulis perſonis diſtinctas ponunt eſſentias, magiſq; multiplici, & longè magis neceſſaria diuiſione (quæ enim maior diuiſio cogitari poteſt, quam eſſentialis) Filium à Patre ſeparant, nec vllam agnoſcunt naturæ vnitatem, qua inuicem copulentur, quanto magis huius deteſtandæ diuiſionis rei ſunt, quanto horribilius diuinam maieſtatem blaſphemant, ſupplicioq; eo quod perpeſſus eſt Valentinus, quantò ſunt ipſi digniores? SAMVEL. Equidem hæc mihi admodum noua & admirabilia videntur, & de Tigurinis illis, totaque Valentini Gentilis hiſtoria non habeo certum quid dicam. De Geneuenſibus autem & nominatim de Caluino multò reſpondere poſſum confidentiùs, il-

Aretius Bernenſis in hiſtoria Valentini Gentilis. anno 1557. Bernæ.

lum ſemper ab eorum omnium, qui Trinitatem ita diuidunt impietate abfuiſſe longiſſimè. Scio enim quod in eodem ipſo capite, vnde tu argumentum deducis, contra vnitatem naturæ in illo ſacroſancto myſterio, eodem (inquam) in capite perſpicuè fatetur vnam eandemque Patris, & Filij, Spiritus ſancti eſſentiam. Quin etiam alibi ſæpenumero Chriſtum appellat *Filium Dei vnigenitum vnius cum Patre eſſentiæ, & gloriæ & æternitatis & diuinitatis*, idemque contra Gentilem habet ſæpiſſime. Quod cum ita ſit, illud certè communis eſt vel humanitatis vel æquitatis, verba obſcuriora, qualia tu adducis, interpretari ex clarioribus, non autem clara, eaque ſæpiùs varijs in locis repetita (ſæpè enim veram de Trinitate fidē iuxta ſcripturas & primitiuę Eccleſiæ cōſenſum tradit Caluinus) reijcere, & interim vnum aut alterum locum premere, qui reliquis omnibus ſit aduerſarius. MICHAEAS. Probo quod ais Samuel, neque ſanè dubito, quin Caluinus alibi multis in locis Papiſticam de Chriſto fidem expreſſam reliquerit. Cur tamen aliquando, idq; in hoc loco credam, eum diſcedere voluiſſe ab illa inueterata Papiſtarum opinione, mouet me & ipſa loquendi nouitas, verborumque perſpicuitas, & generalis Euangeliſmi veſtri genius, & ipſius Caluini ingenium, ſagacitas, & in doctrina puriùs limanda progreſſus quotidianus, & denique diſcipulorum eius, qui magiſtri mentem optimè ſciebant in Chriſti Deitate oppugnanda, ſingularis tum conſpiratio, tum cōſtantia. Et de generali Euangeliſmi genio iam nuper dictum eſt, eum nimirum ſemper accōmodari ad captum hominum & opportunitates temporum. Vnde fit, vt ſæpè vel prorſus neget, vel ſaltē diſſimulet & tegat ſilentio, quæ etiamſi credit veriſſima, talibus tamē auditoribus, vel tali loco non putat fore grata, aliàs eadem ipſa libenter publicat, tum nimirum, quando auditores eis percipiendis iudicat eſſe idoneos. Id modo notaui de Luthero & Melanchthone, illud alibi audies de Hulderico Zuinglio. Ita omninò factū eſt in Germania & Anglia. Idem ipſum præ reliquis magna ſolertia pręſtitit Ioannes Caluinus, quod vel ex varijs Inſtitutionū ſuarum editionibus conſtat, quæ poſteriores à prioribus tantum diſtant, tantam habent de multis fidei capitibus diſſimilitudinem, vt planè imperitus eſſe videatur vel Euāgelici vel Caluiniani moris, qui ab illo homine perpetuò & vbiq; eandem de iiſdem rebus ſententiam & iudicium requirat. Perdiu Caluinus poſtquam à Catholicis ad Euāgelicos abijt, Argentorati cum Bucero vixit planè Lutheranus, & in alijs, & nominatim in re Sacramen-

Caluin. Inſtitut. li. 1. cap. 13.

Caluin. Prælect. in Ierem. ca. 23. v. 6.

cramētaria ad Buceri normam & dixit & ſcripſit, quod ex primis eius Inſtitutionibus alijſque libellis tum editis conuincitur. Sed maturior ætas, & maius in Theologia ſtudium, cum alios mores, aliam fidem edocuit. Et quid hac in re multis vel verbis, vel coniecturis opus eſt, quando eum Euangelicorum, id eſt, vnius generis principem, communem totius Euangeliſmi morem magno doctrinæ Euangelicæ præiudicio deſerere voluiſſe, quàm eſt improbabile? & ipſe planè verbatimque teſtatur ſe pari cum alijs licentia ſuam de rebus Theologicis fidem ſubinde mutare velle, eumque inuidum eſſe Euangelicæ gratiæ, & incrementi obtrectatorem, qui cōtinuam in eadem fide conſtantiam flagitet. Reſpondens enim quibuſdam moroſis, qui huiuſmodi mutabilitatem in eo alijsq; primis Euangeliſtis carpebant, ita reſpondet: *Quod nō eodem ſimul momento omnia viderunt, quod non ad vnguem expolitū primo die tam arduum opus fuit, offendi ſe nonnulli cauſantur. Quam importunæ ſunt lautitiæ iſtæ quis non videt? Perinde enim faciunt, ac ſi quis nos accuſet, quod primo auroræ exortu ſolem meridianum nondum cernimus.* Et mox: *Nihil iſtis querimonijs magis tritū. Cur nō ſtatim quod ſequi oporteret, exactè nobis præſcriptum eſt? Cur potius quàm alia hoc latuit? Ecquis tandem erit finis, ſi vlterius ſubinde tendere permiſſum fuerit? Nempe qui ſic loquuntur, vel profectum Dei ſeruis inuident, vel Chriſti regnum ægrè ferunt in melius promoueri.* Hoc tu Samuel tibi quoque reſponſum putato Diu (fateor) Ioannes Caluinus Papiſticè de Trinitate & ſenſit & ſcripſit, ſed tādem in ſenectute potiſſimum cùm in Polonia per ſuos Diſcipulos Euangelium plantauit, quando maximè in Euangelio profecerat, & magis quàm antea aperuerat oculos, tum quidem clariſſimum ſolem meridianum, qui *in Euangelij exortu* non potuit ei *illuceſcere* cœpit videre. Tum cœpit limari magis hæc de Trinitate doctrina, & poſt multa certamina, & ſchiſmata, & contrarias ſcriptiones tandem apud plurimos obtinuit illa noſtra perfectiſſima de Deo vno, remoto Chriſto & Spiritu ſancto fides, quæ priùs quidem à multis, ſed obſcuriùs vt in diluculo cernebatur, ideoque & tenuiùs prædicabatur, hoc ſi tu reprehendis, vel *profectum ſeruis Dei inuides, vel Chriſti regnū,* hoc eſt, Euangelicam veritatem *ægrè fers in meliùs promoueri;* quo modo *profeciſſe* eos qui è Ioannis Caluini ſchola prodierunt Miniſtros Polonos, & *Chriſti regnum* egregiè promouiſſe mox intelliges. Et in iſta me opinione de Ioanne Caluino potiſſimum, & nominatim quoad hoc myſterium,

Caluin. in lib. de ſcandalis. p. 135.

Digitized by Google

confirmant, præter hanc generalem Caluini proteſtationem, & generalem Euangeliſmi indolem, præter verborum & argumentorum, quæ ſuperiùs notaui euidentiam, particulares quędam Ioannis Caluini & eius ſimilium in hoc negotio tractando rationes. Fateor quidem quod viges Ioannem Caluinum inter hæc omnia, non rarò ſcripſiſſe Chriſtiano more cādem eſſe in tribus perſonis eſſentiam. Cæterùm cum eam æquè principaliter, quoad ordinem & originem in tribus perſonis aſſereret, neque ab vno principio Patre per viam generationis & ſpirationis reliquis duabus ineſſe fateretur, non minus antiquam de Trinitate fidem impugnabat, quàm ſi nullam eiuſmodi vnitatem eſſentię agnoſceret, quoniam verè Filium, & verè Spiritum ſanctum hoc nouo cōmento vafrè quidem, certiſſimè tamen refutabat. Cum verò deinde (quod erat penè neceſſarium conſequens) & perſonas quoque ab eſſentia realiter diſtingueret, hoc etiam magis auxit eius impietatem. Ex quo factum videtur, vt aduerſarius eius Gentilis pro Trinitate Quaternitatem ab eò ſtatui exprobraret, qui ſi nihil niſi veram Chriſtianæ Trinitatis confeſſionem à Valentino Gentili poſtulaſſet, ſtatim inter eum & Valentinum Gentilem ſepulta fuiſſet omnis contentio. Sic enim ſcribit Valentinus Gentilis in literis ad Iudices ſuos, & Dominos Geneuēſes: *Illuſtriſſimi & verè pij Domini: Ex vltima confeſſione mea non dubito quin facile intellexeritis me ſat diſertis verbis oſtendiſſe, ſententiam Domini Ioannis Caluini Quaternitatem ſtatuere, non Trinitatem. Cum verò nudiuſtertius eiuſdem Domini Ioannis Caluini præcipuæ partes eſſent, ſe tam execrabili errore expurgare: ſciens ſe malam cauſam apud hoc Sanctiſſimum Dei tribunal minimè poſſe ſuſtinere (vt vos probè noſtis) de ea ne verbum quidem fecit: ſed totum tempus terens in conuitijs, & neſcio quibus nugis Serueti, artificiosè quidem, ſed parum honeſtè eluſit. Equidem bis cœpirem (vt dicitur) acu attingere: ſed ille ſua mordacitate & conuitijs me ſemper deterruit. Inſuper (vt vos ipſi audire potuiſtis) minatus eſt hoc in caput meum eſſe vertendum.* His de Caluini tergiuerſatione, arrogantia, & crudelitate præmiſſis, *cuius potentia & volubilitate linguæ,* magis quàm doctrina & argumento è verbo Dei ſumptis aggreſſum ſe iri timebat, ita demum ad rem ipſam de fide accedit: *Ingenuè fateor me non poſſe tuta conſcientia Quaternitatem Domini Ioannis Caluini admittere. Exhibeat ille, vt tantum Dei Miniſtrum decet, veram Trinitatem, & nulla erit inter nos controuerſia. Vt enim ipſam Quaternitatem pernego, ſic veram Trinitatem & vnitatem*

In Caluin. contra Gētilem vbi ſupra. pag. 912.

nitatem toto pectore amplector. Hic ſi ſimplicitatem Caluinus amaſſet, & Catholicè de ſanctiſſima Trinitate credidiſſet, quid ei faciendum erat, niſi vt remotis alijs omnibus Gentilem ad antiquam Chriſtianæ fidei de Trinitate profeſſionem vocaret, quæ erat vnica terminandis omnibus rixis & litibus via. At tantum ab ea aberat Ioannes Caluinus, vt præter conuitia barbara, & minas planè tyrannicas carnifice quã Theologo digniores, exempli gratia: *Vide miſer, ne te præcipitauerit furor tuus, vt voces emitteres quæ per iugulum redeant. Tu verò ſycophanta, nebulo, homo phrenetice, imò dæmoniace quem poſſidet Sathan Illa tua canina improbitas: quod dicis Deum inuocari non poſſe ſine mediatore, hoc niſi pluſquam turpiter ingratus eſſes, debueras acceptum referre Caluino. Quod infers nefas eſſe vocare Chriſtum mediatorem vt eſt Deus, prorſus eſt diabolicum: fœtida tua eructatio. Diſcendi ſtudium ſimulas, ac ſi diabolus in ſchola Chriſti* (ſub præceptore Ioanne Caluino) *vellet proficere: magiſtrali ſupercilio doctrinam tibi incognitam damnas, ac ſi nuper è cælo delapſus eſſes Lucifer &c.* Pręter iſta & alia innumera densè in ſingulas ferè ſententias congeſta nihil crebriùs inculcat quam nouam ſuam de perſonis Trinitatis fidem, qualem ſuperiùs manifeſtè copioſeq; oſtendimus. Multum quoque facit ad vberiorem huius Caluinianæ mutabilitatis, vel (vt ipſe vocat) *profectus in Euangelio*, teſtificationem, quod eſt à quodam Caluini olim ſtudioſo annotatum, qui cum prioribus eius ſcriptis poſteriora conferens, quod hæc prorſus Arriana videret, perdiu ſibi perſuaderi non eſt paſſus, hęc ex Caluini ingenio prodijſſe, ſed fuiſſe ſuppoſita à Trinitarijs & Arrianis. Sic enim ad eum ſcribit: *Hoc tuum ad Pinczouianos:* (ij erant Caluiniani in Polonia) *ſcriptum quibuſdã doctis affirmabam non eſſe tuum, ſed Petri Galli & Blandratæ Docebam enim Caluinum virum doctum, tot blaſphemias, tot errores, tot cõtradictiones, tot conſequentias falſas, & demum Arrianam, & Eutichianam hæreſes ſcribere non potuiſſe, præſertim cum in ſuis Inſtitutionibus has hæreſes damnet. Et cum rogatus eſſem, vt illud ſcriptum iudicarem, admonitionem præmiſi, illud non eſſe Ioannis Caluini: tanta nimirum apud me erat authoritas tua. Et niſi hoc tuum ſecundum ſcriptum per nuntium noſtrum ad Polonos miſſum de illo priore admonuiſſet, nũquam ego credere potuiſſem tam fatuum, impium & indoctum ſcriptum à Ioanne Caluino profectum fuiſſe: ex quo iam clarè oſtendam doctrinam tuam eſſe planè Arrianam, & te quoq; Arrianum, niſi reſipueris.* Sic ille. Ad hæc particularia adijce generalem eius diſcipulorum conſen-

Stanchar. ad Caluin. de media. lib. 2.

ſum & conſpirationem, qui etſi magiſtri exemplo multum inter ſe varient; tamen conſentiunt penè omnes contra antiquam de Trinitate ſententiam: & valdè multi in hanc ipſam de tribus principijs æquè primis & ingenitis conueniunt. Id quod tantum apud me valet, vt non dubitem magiſtrum hæc eos fide informaſſe, eoſque ſic docuiſſe, quia magiſtri arcanos ſenſus in hoc negotio optimè exploratos habuerunt. Nam & Galli Euangelici, qui ipſas primitias ſpiritus Caluiniani hauſerunt, & proximè à Caluino ad puritatem Euangelicam inſtructi fuerant Catholicorũ de Trinitate fidem obſtinatè negantes, tenent illud Caluini, *Chriſtum quoad diuinã naturam non habere ſuum eſſe vel eſſentiam à Patre, ſed eſſe à ſe Deum, vt item & Spiritum ſanctum*: & Angli noſtri (vt vides) apud quos Caluini nomen valdè honoratur eadem via ingreſſi, eandem de *Chriſto naturam à Patre non ſumente* opinionem clarè ſequuntur: & tum ex iſtis multi, tũ alij Caluiniani maximo quidem numero Chriſtum in diuina natura Patre minorem eiq; ſubiectum aſſerunt. Et quis opinetur tot diſcipulos, tam varijs Europæ prouincijs diſperſos, omnes Caluinianæ fidei & gloriæ perſtudioſos, & in eius libris diligentiſſimè verſatos in hoc conuenire potuiſſe, niſi magiſter hanc eis perſuaſionem inſtillaſſet? Quemadmodum poteſt fluuius ſalſas aquas trahere, ſi fontes ſolas dulces funderent: Si Caluinus ſemper docuiſſet, Chriſtum eſſe *filium Dei vnigenitum, eiuſdem cum Patre eſſentia, & gloria, & æternitatis, & diuinitatis*, quemadmodum illi in tam diſiunctis Europæ regionibus aliam Chriſto *à Deo* Patre *eſſentiam*, minorem *gloriam*, differentem *æternitatem*, & diuerſam planè *diuinitatem* tribuiſſent? Atque illud iam (Samuel) ego planè tibi demonſtrabo.

M Lanoy en la replique lib. 2. cap. 4. §. 8. Ne tient point ſon eſtre du Pere.

ARGVMENTVM
CAPITIS OCTAVI.

Proximè eò progrediuntur, vt Chriſtum Deum Patre minorem ſtatuant, eumq; quoad Deitatem Patri ſubiectum fuiſſe & obedientem, et ſacrificaſſe, & Sacerdotis munere functum contendant, in quo Arrianiſmo omnes penè Eccleſiæ Caluinianæ conueniunt, quæ omnia artificioſè applicant ad fidem Mahumetanam de vna perſona loco Trinitatis inferendam, quod item ex praxi & proceſſu Euangelicorum patet. Plurimi enim eorum qui de Trinitate, & Deitate Chriſti, doctrinam Caluini Gen-

ni Geneuenſium, & Tigurinorum hauſerunt, ſtatim ad Mahumetiſmum in ijs articulis prolapſi ſunt, adeo vt Polonia Caluiniſta miſſa ad Tigurinam, & Geneuenſem Eccleſiam ſolenni legatione, petierint Trinitatem, Chriſtiq; Deitatem cõmuni conſenſu ex Eccleſijs Euangelicis exploſi.

CAPVT OCTAVVM.

DICTVM eſt proximè eam fuiſſe Valentino Gentili extremi ſupplicij cauſam, quod in *Deitate diuiſionem inducebat, Chriſto Deitatem paterna minorem tribuens, ſecundum quam pro nobis intercedebat.* Inſana quidem hæreſis, & acerbiſſimo ſupplicio vindicanda. Sed noſti (Samuel) verum iſtius hæreſis fontem & originem? non opinor. Neque enim adeo multum huiuſmodi Doctorum tuorum libros peruolutaſſe videris. Scias ergo eam ex Caluini & Bezæ ſubſellijs prodijſſe. Attigi hoc breuiter, at nunc exponam paulò fuſiùs, idque ex hiſtoricis tibi non ſuſpectis. Poſtquam ergo per diſcipulos Caluini ſatum efflorеſcere cœpit in Polonia ſemen Euangelij, vna turbulentæ admodum diſſenſiones de Chriſto, eiuſque officio exortæ ſunt. Quemadmodum enim eſſet Sacerdos, quemadmodum mediator, vtrum ſecũdum humanam in eo naturam, an diuinam quoq;, an coniunctè vtramque intercederet, multis eſt iurgijs & contentionibus diſceptatum. Si quidem ſecundum humanam naturã Chriſto hoc officij attribuerent, videbant rem eſſe explicatu ſatis facilem. Sed quoniam is qui erat Euangelij illic ſeminandi Princeps Franciſcus Liſmanninus ſæpè pro concione iactauerat Papiſtas, vt in alijs omnibus turpiter ſemper erraſſe, *ita nunquam habuiſſe veram doctrinam de Trinitate & mediatore.* Hinc factum eſt, vt plerique ad euellendam veterem Papiſtarum doctrinam de Chriſti perſona incumberent, quæ cum clariſſimè Symbolo Nicæno, & Athanaſij exprimeretur, *Georgius Niger* vnus ex primarijs Euangeliſtis, *Staniſlaus Sarnicius, Blandrata, Liſmanninus, & Miniſtri Galli,* qui illuc magno numero Geneua venerant, *Filiũ quoad diuinitatem Patre minorem* dixerũt, Symbolum *Nicænum, itemq; Athanaſij reiecerunt, quod & vocabant Symbolum Sathanaſij.* Alij, vt Petrus Statorius Gallus, *Caluini, Bezæque diſcipulus,* acerrimè *tres eſſe Deos, vti ſunt tres homines* prædicabant. Alij, vt Staniſlaus Sarnicius, qui *inter Polonos Pinczouianos primatum obtinebat,* & quem *fidelem Chriſti ſeruum* vocat Caluinus, Beza *fratrem ſuum plu-*

Stancar. lib. de mediatore. Lib. 6. 7. & in præfat.

Caluin. in epiſt. ad Polonos. pag. 945. Beza epiſtol. 14.

rimum obſeruandum, ſubtiliter & acutè quæſtionem illam de mediatore Chriſto limans, definiebat ex ſuggeſtu Pontificali, tanquam ex Cathedra Geneuenſi, *Chriſtum fuiſſe Pōtificem & Sacerdotem ſola diuina natura, ſacrificium verò humana, & propterea ratione officij, & diſpenſationis, & executionis eſt minor Patre Filius etiam in natura diuina.* Sic ille. Hoc quia verè & ſimpliciter Arrianum videbatur, in eoque Eccleſiæ primordio, multi è Papiſtica ſuperſtitione nondum eo vſque emerſerant, vt ſtatim doctrinam hanc reciperent, ideoque contra tumultuarentur, qua occaſione variæ factiones in Eccleſijs teneris ingruebant, maximè quod Franciſcus Stancarus grauiter hoc reprehenderet, & prorſus Arrianum eſſe clamaret, & contrarium acriter inculcans, aſſereret *Chriſtum eſſe mediatorem ſecundum humanam duntaxat naturam, non ſecundùm diuinam*, poſt multas pugnas, certamina, & contrarias inuectiuas, communi conſilio Miniſtris, & Eccleſiaſticis viſum eſt, Legatos Geneuam, & Tigurum eſſe mittendos, & illinc huius controuerſiæ petendam eſſe explicationem, vnde ad ipſos Euangelicæ veritatis gratia prima emanauerat. Conſultæ Eccleſiæ Geneuenſis & Tigurina per ſuos Archiminiſtros Caluinum, & Bullingerum, & Petrum Martyrem *alioſq;* (teſte Beza) *egregios & excellentes viros* oppoſuerunt ſe Stancaro, & approbarunt Saruicium, atque ita reſponderunt, vt manifeſtè Chriſtum quoad diuinam naturam Patri ſubijcerent, ex eoque alteram & ſecundariam eiuſdem inducerent Deitatem. Sed audiamus ipſam tantorum Patrum ſententiam, quemadmodum in Beza legitur. *Quod Chriſtus ſecundum humanam naturam ſit & medius, & mediator inter Deum & homines, planum eſt: ſecundùm diuinam autem, id eſt, quatenus verbum eſt, etiamſi non ſit in ipſa verbi natura per ſe conſiderata medius, habita tamē officij ratione, quod ſponte in ſe recepit, ſic inter Patrem, & fideles eſt, & medius & mediator, &c. quumq; remittere peccata ſit propriè diuina natura, noſtra autem recōciliatio à remiſſione peccatorum pendeat, conſequitur ipſius verbi præcipuas eſſe in ipſo mediationis actu partes, nedum vt mediator ſecundum diuinam naturam dici non poſſit. Itaque Origines non eſt probandus dictum illud Pauli, Mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus, referens non ad diuinitatem, ſed ad humanitatem.* Et poſt rationes huius generis multas, concluſio eſt: *Neque ſolum Verbum, neque ſola caro, ſed verbum Caro nos Patri reconciliauit, & ſecundum naturam diuinam diſtinctè & ſecundùm naturam humanam diſtinctè, quoniam in hac conciliatione aliqua*

Beza in Apologia ad Claudium de Xantes, & in epiſtola 28.

Beza epiſtola 28.

aliqua diſtinctè geſſit verbum, aliqua etiam diſtinctè geſſit caro, quanquam neutrum abſq; altero quicquam obierit, &c. Quòd ſi reſurrectio eſt mediatoris Chriſti periodus & ea diſtinctè mandauit à verbo non autem à carne, vtpote quæ ſeſe non excitauerit, ſed à Deo fuerit excitata, quis ſanæ mentis dixerit Chriſtum nobis non eſſe mediatorem etiam ſecundum diuinam naturam, diſtinctè conſideratam. Hæc eſt noſtrarum Eccleſiarum fides de Chriſto mediatore, quam non dubitamus eſſe ſcriptis Propheticis & Apoſtolicis conſentaneã. Sic Eccleſię iuxta Caluini & Zuinglij diſciplinam Euangelicæ. Caluinus autem ipſe in ſuis ad Polonos literis magis amicè & familiariter cauſam fidelis ſui Comminiſtri Sarnicij agens, λόγον, *verbum, & ſecundam illam in diuinis perſonam iam inde ab initio ante lapſum Adæ, & humani generis à Deo alienationem, & diſſidium mediatorem fuiſſe* tradebat, quod perſpicuè ad diuinam eius naturam referebatur, quæ ſola ante lapſum Adę & mundum cõditum exiſtebat. De qua etiam in Inſtitutionibus: *Fateor* (inquit) *in primo creationis ordine, & integro naturæ ſtatu Chriſtum præfectũ Angelis & hominibus fuiſſe caput, qua ratione dicitur à Paulo primogenitus omnis creaturæ Dei.* Quod ſi hanc præfecturam accepit, & non aliunde quam à Patre accipere potuit, idq; ſecundum diuinam naturã, quæ ſola tum extitit ad hoc præfecturæ munus accipiendum & exequendum, an non apertè Chriſtus in diuina natura Patris Miniſter & Vicarius, ideoq; & Patre minor conſtituitur? Poſt incarnationem verò eaſdem præfecti & mediatoris, & Sacerdotis actiones illi cõuenire, etiam ſecundum eandem diuinam naturam aſſerebat, & quũ Chriſtus à *Patre petebat glorificari ea gloria quam habuit ab initio ante mundi creationem, præpoſterum ait fore hoc votum, ſi de ſola humanitate intelligatur, non de diuinitate etiam.* Vnde perſpicuum eſt ad tempus nimirum, dum mediatorem ageret, diuinitatem quoque ea gloria fuiſſe priuatam: & poſt vltimum iudicij diem Chriſtum aiebat traditurum Deo Patri regnum, Chriſtumque ſubijciendum illi non ſecundùm humanã tantum naturam, ſed etiam diuinam. Idem Polonicas Eccleſias in Euangelio nouo nuper fundatas, doctrina ſua de Trinitate inſtruẽs, planè damnat Catholicam de mediatione Chriſti fidem: & apertius quã alibi eſſentiam perſonarũ trium diſtinguens, tradit *Filium in diuina non minùs quàm humana natura* eſſe mediatorem, idq; *non apud Trinitatem*, quod reuera cũ Chriſto quoad diuinam naturam mediante non poterat cõſiſtere, neque *apud Spiritum ſanctum*, ſed apud *Patrem ſolum*:

Calu in literis ad Polonos. Vide Stancarũ de mediat. in 2. Calu. Inſti. lib. 2. ca. 12. §. 4.

Ioann. 17. Calui. vbi ſupra ad Polonos. Idem in Inſtit. li. 2. ca. 14. §. 3.

Caluin. in tract. pag. 945. 941. Pag 941.

Digitized by Google

non eſſe abſurdum *fateri Chriſtum fore Patri minorem ſi ſecundum diuinitatem apud eum intercedat, quia non dubitat Chriſtus ipſe quoties mediatoris perſonam ſuſtinet Patri ſe ſubijcere:* & quanquam ab antiquis, *ſententia Chriſti, Pater maior me eſt, reſtricta fuit ad humanam eius naturam: Ego tamen* (inquit ille) *non dubito ad totum complexum* (diuinam ſimul ac humanam) *extendere: Quia tametſi Deus ſit æternus, cum tamen ad nos deſcendit, medius eſſe cœpit inter Deum & nos.* Certè *impius eſt, quiſquis negat Chriſtum diuinitatis reſpectu mediatorem eſſe:* Imò ſuperius pronūciauit planè *diabolicum eſſe, ſi quis neget Chriſtum eſſe mediatorem vt eſt Deus.* Hæc eſt Caluini & Geneuenſium fides, à quibus ſi ad alios Doctores tranſire volueris, & eorum exquirere ſententias, multos Lutheranos, longè plures Caluinianos reperies, qui hanc ſecundariam in Chriſto Deitatē, & à paterna ſublimitate longè diuerſam ponunt. Reuoca ad memoriā quę ſuperius ex Melanchthone libauimus, quem Petrus Martyr *virū incomparabilem, ac omni virtutum, ac literarum genere inſtructiſſimū,* Caluinus *magnum Eccleſiarum Germanicarum ornamentum* vocat, & quem *à ſe,* hoc eſt, à Caluiniana fide *non magis quam à proprijs viſceribus auelli poſſe* gloriatur. Is nimirum clariſſimè pronunciat in Chriſto non eſſe totam, plenam, perfectam, & excellentiſſimam illam, quę eſt in Patre Deitatem, ſed tantum *aliquid naturæ diuinæ, in eo, manere quandam naturam diuinam.* Et mox paulò timidius & diffidentius: *facilè poterit & hoc defendi, quod in Chriſto ſit quædam diuina natura, & quod λόγος ſit perſona.* Vbi perinde loquitur, ac ſi certò illi non conſtaret, an aliqua omnino eſſet in Chriſto diuinitas, vel vtrum Verbum eſſet perſona ſubſiſtens, an potius vox tranſiens. *In epiſtolis autem quas ad Ioachimū Marchionem Brandeburgenſem, & Electorem Imperij, & ad Conſiliarios eius ſcripſit, ita manifeſtè poſita eſt Arrij doctrina, vt nemo negare poterit. Imò omnibus authoritatibus & argumentis quibus vtebatur Arrius ad abolendam Chriſti diuinitatem, Melanchthon vtitur in libris & literis ſuis, & in libro de ad Rom. c. 8. & alibi, & in Poſtilla ſua, & in libro de Controuerſijs Stancari.* Sed ex omnibus quæcunque in tam varios libros & ſcripta digeſſit, nullus mihi videtur, vel locus euidentior, vel argumentum fortius, quam illud quod poſuit in locis Communib. poſtea correctis & impreſſis: quod eo magis mihi arridet, quo à pluribus, imò à tota ferè Lutheranorum Eccleſia video approbari. Sic ibi Melanch. *Chriſtus crucifixus & mortuus eſt, requieſcente verbo vt crucifigi & mori poſſet: id eſt,* natura

Pag. 944.
Pag. 940.
Mart. contra Gardiner. de Euchariſtia pag. 768.
Calu. 3. admonit. ad VVeſtphalum.
Stanc. de Trinit. & Mediatore l. 3. 4. 5.
Melanch. in locis Cōmun. anno [illegible]

natura diuina non eſt quidem lacerata aut mortua, ſed fuit obediens Patri, quieuit, ceſſit ira æterni Patris aduerſus peccatum generis humani. Quam ſententiam tanquam cedro & immortalitate dignam nimirũ, quod *Chriſtus obedierit Patri etiam ſecundum diuinam naturam*, Lutherani Principes & Superintẽdentes in ſuam *Cõcordiæ formulam* omnibus Germanè Euangelicis pro certa Euangelicæ veritatis norma propoſitam traduxerunt, & tanquã articulum fidei credendum laicis, & prædicãdum Miniſtris ſtatuerunt. Euiſq; *Concordiæ* defenſor Stephanus Gerlachius Theologię Profeſſor in Academia Tubingenſi, in libro quẽ inſcribit *Aſſertionem piæ ſanæq; doctrinæ contra Buſæum Ieſuitam* prolixè diſſerit *Chriſtum etiam ſecundum diuinitatẽ ſuã nunc in cælo orare*, & intercedere pro nobis. Quæ omnia de Chriſto quoad diuinitatẽ Patri ſupplicante, intercedente, ſacrificante, aliaq; mediatoris, & Pontificis partes agẽte ita ſedulo, ſed improbè Scripturis ſacris, & antiquis Patrib. in alienos ſenſus corruptiſſimè detortis aſtruere laborant Bullingerus, Simlerus, & Miniſtri Tigurini, vt ille quem ſuperius nominaui, eorum cõminiſter admodũ ſanè acriter & aculeatè ſcribat, ſe *ſatis mirari non poſſe Tigurinos illos Arrianos, & illorũ malitiam, qui verum Arrÿ ſpiritum habentes, ſcripturas corrũpunt, vt faciant eas ſeruire ſuæ impietati & blaſphemiæ.* Et iterũ. *Iſti Arriani Tigurini malitioſè truncant ſententias Patrum, meritoq; ſunt accuſandi & condemnandi vt falſarÿ veritatis, & ob id grauiter puniendi: Peccant.n. contra præceptum Decalogi, Non dices falſum teſtimonium. Iſti homines ἄθεοι prorſus ſunt, & Scripturas, ſanctorumq; Patrum teſtimonia falsò allegant ad decÿendum Filiũ Dei, imò ſanctiſſimã Trinitatẽ è throno maieſtatis ſuæ:* Quare de Bullingero, Petro Mart. & Tigurinis Miniſtris nulla põt eſſe quæſtio, quin illi inferiorem quadam in Chriſto diuinitatem agnoſcant, qui ad eam probandã tam nefariè & perditè Scripturas & Patres corrũpunt. Quid verò de tuis Anglis exiſtimas? Nũ eos hac in re Præceptores & Apoſtolos ſuos deſeruiſſe, & ad antiquã Papiſtarum fidẽ adhæſiſſe? nihil minus, fuiſſet.n. id certè & diſcipulis, & magiſtris, & Eccleſÿs illis matricibus, & toti Euangelio dedecoroſum. Quare & illi quoq; quũ ſe offerret opportunitas, Caluinũ diligenter ſecuti, Chriſtum in diuina natura Patri ſuo ſacrificaſſe, oraſſe & Sacerdotẽ fuiſſe docuerũt, & ita quoad diuinam naturã cum Caluino & Arrio, Patre minorẽ, Chriſtiq; Deitatem aliam fuiſſe à Deitate Patris ſuadere ſtuduerunt. *Duæ in Chriſto naturæ fuerũt* (inquit Anglicorũ Epiſcoporum præſtantiſſimus Iuellus) *Deitas atque*

Formula Cõcordiæ, &c. edita anno 1580. pag. 556. 641. 736.

Tigurini in epiſtolis ad Polon. anno 1560. 1561. Stancar. de Trinit. &c. d. 5. b. 1.

Iuel. contra Harding. art. 17. §. 14.

atque humanitas. Chriſtus humana natura immolatus fuit, diuina verò ſacrificus extitit, & ſacrificium fecit. Sic Iuellus veſter interprete & approbatore Guilielmo VVithakero Regineo Theologiæ in Academia Cãtabrigienſi Profeſſore & Doctore; quem in hac fide tanquam Corypheum ſuum, & arietẽ gregis Miniſtri ſcriptoreſque alij ſequuntur. Alter quidem eiuſdem Academiæ Doctor, & Scriptor apud veſtrates perinſignis, fusè admodum hanc Iuellianam, & Caluinianam Theologiam confirmat, qui quoniam cum ijs quę ſuperius expoſita ſunt, concordat, non opus arbitror eius argumenta diſtinctè commemorare. Summa tamẽ eò redit, *Chriſtum fuiſſe Sacerdotem ſecundum diuinam naturam, idq́; expreſsè Apoſtolum docere, quum ſcribit Chriſtum per ſpiritum æternũ, obtuliſſe ſeipſum Deo, Heb 9. v. 14. qui verbo (æterni ſpiritus) intelligit infinitam potentiam diuinitatis, per quam vt creauit nos, ita per eandem redemit nos. Fuit ergo Sacerdos, & obtulit ſacrificium tam ſecundum Deitatem, quàm ſecundum humanitatem. Cum enim duo ſint in officio Sacerdotali conſideranda, alterum miniſterium, alterum authoritas, quod miniſteriale fuit, hoc Chriſtus præſtitit vt homo; quod autem authoritatẽ requirebat, vt ingredi in ſancta ſanctorum, Deo nos reconciliare, & offerre, in quo poſita eſt principalis pars eius Sacerdotij, hoc præſtitit tanquam Filius Dei & Dominus omnium creator. Hæc eſt ſana* (Eccleſiæ Anglicanæ) *doctrina, & hæc negare eſt hæreſis.* Poſtea frequenter inculcat, & ex Patribus probare laborat, & rationibus etiam Dialecticis concludere, quod *Chriſtus quatenus Deus eſt, offerat ſacrificium ideoq́; & quatenus Deus, eſt Sacerdos, & qui aliter ſentiunt, eos proximè accedere ad Neſtorianos. Contrarium autem, quod Chriſtus videlicet ſit Sacerdos, & ſecundum diuinitatem, & ſecundum humanitatem, eſt doctrina Apoſtolica.* SAMVEL. Equidẽ etſi omnia quæ de hoc obſcuriſſimo myſterio ſurſum deorſum iactantur, non ſatis plenè concipio, tamen in iſta noſtrorum Doctorum doctrina nõ video, quid iure poſſit reprehendi. Nam qui Chriſto Sacerdoti naturam tam diuinam quam humanam in ipſo ſacrificandi actu negauerit, ille omnem & Chriſto redimendi mundi potentiam, & nobis ſalutis per eum adipiſcendæ ſpem detraxerit. Et ego cum Fulcone noſtro planè Neſtorianum arbitror eum, quicunq; Chriſtum Sacerdotem, merum hominem dixerit, quem ille neceſſario, & Deum, & hominem fuiſſe egregijs ex Apoſtolo argumẽtis demonſtrat. Deinde illa eiuſdẽ Doctoris diſtinctio, qua diuiniora tantummodo Chriſti Deitati tribuit, qualia ſunt ſanctificare

Retent. pa. 89. Fulco, rẽfutatio. criminatio num Papiſtic. pag. 64. 65.

Ibid. pag. 67. 68. pag. 70. 71.

Pag. 70.

Digitized by Google

ficare ſuos, illuminare mentes, remittere peccata, humiliora autem, vt pati, mori, &c. relinquit humanitati, mihi videtur ſatis abundè diluere obiectiones eorum, qui nos Arrianos calumniantur, quando hęc certè propria ſunt opera, non hominis, ſed Dei. Adde quod eſt acutè à noſtris adiectum, nō neceſſariò ſequi, Chriſtum quia quoad Deitatem eſt Sacerdos & ſacrificium offert, idcirco Patre eſſe inferiorem. Sæpenumerò enim pares paribus obtemperant, & ex libera voluntate exequuntur quæ iubent, quamuis nulla eis ratione ſint ſubiecti. Quemadmodum Papiſtæ nobis reſpondent de Petro, qui Apoſtolis cum ad Samaritanos mittentibus obediuit, qui tamē Apoſtolis non fuit in Apoſtolatus officio minor aut inferior. *Act. 8. v. 14.*

MICHAEAS. Iſta Samuel quæ veſtri multo conatu & magnis laboribus tanquam myſteria valdè difficilia, & abſcondita proferunt, Papiſtæ tanquam leuia & peruulgata magnopere contemnunt, & à miſera Chriſtianæ Theologiæ ignorātia proficiſci obijciunt. Cæterum hic me reſpondendi moleſtia liberabit ſi videtur Ludouicus quē non dubito hac in cauſa tibi tuiſq; non minùs quam ego ſum, aduerſarium eſſe infeſtiſſimum. LVDOVICVS. Nec mirum, quando certo certius eſt hanc doctrinam cum ipſis principijs religionis Chriſtianæ pugnare: & quanquā iſti maximi Euangeliſtæ illis tanquam Vulcanijs, & prorſus inexplicabilibus vinculis irretiuntur, ſunt tamen apud noſtros præſertim Theologos tam facilia vt nemo ſit quin ea ſtatim diſſoluat. Chriſtum quidem perpetuò fuiſſe tam Deum quam hominem à primo puncto Incarnationis ad extremum vſque vitæ diem, & deinceps in æternum ſtatim concedimus, & Neſtorianos ſecus credentes abominamur. Sed quorſum hæc ad Deitatem officium Sacerdotis peragentem, & offerentem ſacrificium? Qui ſacrificauit (inquiunt) fuit & homo, & Deus. Credimus. Sed qui eū quoad diuinitatem Sacerdotem fuiſſe; & ſacrificum dixerit, is vel Deum quoque Patrem Sacerdotem fuiſſe, & ſacrificaſſe fateatur, vel diuinitatem filij à Patris diuinitate euidenter ſecernit & ſeparat. Sic ad alterum illud, quod Fulconi veſtro cū Ioſia Simlero, & Theodoro Beza commune eſt, reſpondens quædam in homine redimendo, & ad æternam vitam perducendo, vt ſanctificare, remittere peccata, illuminare mentes, infundere gratiam eſſe opera diuinitatis; Cæterum non magis eius quæ eſt in Chriſto, quam quæ eſt in Deo Patre, & Spiritu ſancto, qui vna eademq; indiuiſibili, & inſeparabili operatione ſemper, & vbique ſanctificant, remittunt peccata, illumina-

luminant, & reliquas diuinitatis actiones proprias efficiunt; quanquam merito, vi, & ſacrificio mediatoris Chriſti, ab vno Deo fidelibus omnibus cõferuntur. Quod ſi eas aliquis Chriſti ſolius diuinitati aſcriberet, reliquis perſonis adimeret, ille manifeſtum induceret Arrianiſmum, vel aliquid Arrianiſmo deteſtabilius. Neque verò hæc largiri ſunt mediatoris opera propria, quatenus mediator eſt, ſed vnius Dei, quatenus Deus eſt, qui ſi eſt vnus in trib. perſonis, ad eas omnes propriè & exactiſſimè debent referri. Obijcis. Si non quoad naturam diuinam, ſed humanam tantummodo ſacrificiũ obtulit Chriſtus, quod finitæ virtutis eſſe debuit, cùm homo illud offerret quẽadmodum ei ſacrificio infinito vis & efficacitas ad vniuerſum mundum, totumq; genus humanum redimendum ineſſe potuerit? Reſpondemus hoc euenire ex dignitate perſonæ, qui cum Deus fuerit & homo, ſacrificium à perſona tam diuina profectum infinitæ fuit virtutis, & ſi in ipſo actu ſacrificationis diuinitas nihil prorſus egerit. Quemadmodum ſi opus aliquod fiat à remige hic in triremibus ad tranſtra ſeruiente, eiuſdemque generis aliud efficiatur à potentiſſimo Imperatore noſtro nemo eſt qui nõ hoc Imperiale ſeruili illi longè prætulerit, cum tamen operis propria & principalis cauſa, & (vt loquuntur) formale principium fuerit nõ Imperator, vel maieſtas Imperatoria, ſed ſola hominis forma & natura, in qua Imperatori cum remige conueniebat, quemadmodum etiam ſi mancipio iniuria inferatur, ſimiliſque fiat Imperatori, etiamſi quoad actionem Phyſicam, eaque ratione quoad iniuriæ magnitudinem nulla ſit diſparitas, pro differentia tamen perſonarum magna eſt iniuriæ ſic factæ inæqualitas. Extremum illud quod affers de obedientia habet quidem Beza, ſed tamẽ ſi rectè attenditur, multò magis vos Arrianiſmi reos conuincit quam ea vos ſuſpicione (quod Beza molitur) liberat. Sic nimirum ille eo in loco vbi datum Polonis Eccleſiæ Geneuẽſis & Tigurinæ reſponſum explicat. *Hoc ipſum quoq; (de Chriſto quoad diuinitatem mediatore) Apoſtolus eo loco confirmat, quo nos teſtatur per vnius videlicet Chriſti obedientiam iuſtificari. Quis enim negauerit hanc obedientiam ab ipſa incarnatione cœpiſſe, & tum ad compoſitam perſonam totam, id eſt, ad vtramque naturam ſimul conſideratam referri, tum etiam & ad humanam, & ad diuinam diſtinctè conſideratas pertinere.* Siccine verò Theodore? quemadmodum ergo vitabis, ne Chriſtus *quoad diuinam naturam diſtinctè conſideratam* Patri obediens, & Patris voluntatem exequens, quoad *eandem diuinam*

Bez. epiſtola Theolog. 28.

natu-

naturam diſtinctè conſideratam Patre minor exiſtimetur? perbenè. Sic enim hoc præcaueri putat. *Neque eſt* (inquit) *rurſus, quod nos calumnietur Stancharus, quaſi Filium Patri faciamus inæqualem, cùm tribuimus illi obedientiam, quoniam videlicet maioris ſit imperare, inferioris autem obedire. Nihil enim impedit, quo minus æqualis æquali quippiam faciendum non vt Dominus ac aliquo gradu ſuperior, ſed vt ſocius coæqualis mandet, & qui hoc vltrò exequitur, dicatur alterius voluntati paruiſſe, nec tamen alteri propterea impar cenſeatur. Fuit autem hæc optima voluntas Patris vt in Filio ſibi reconciliaret Eccleſiam; cui voluntati Filius (in diuina ſua natura) vltro obediens formam ſerui accepit, vt Patris voluntatem impleret, &c.* His ego verbis Samuel manifeſtum Arrianiſmum contineri dico. Etſi enim bonus ille vir hoc modo ſignificet poſſe quidem aliquādo accidere, vt inter homines amici amicis præcipientibus ex bona voluntate pareant, vbi quoad dignitatem aut regnum nulla eſt alterius ad alterum præcellentia aut poteſtas ſuperior, quēadmodum etiam fieri poteſt, vt ſuperiores obediant inferioribus, & Domini ſeruis, vt aliquando Reges Conciliarijs, & Monarchæ noſtri ſuis Baſſis: tamen in diuinis, vbi Deitas ponitur vna numero, ſimpliciſſima & indiuiſibilis, omneſq; huius generis actiones præcisè, perfectè, & veriſſimè tam vnius ſunt perſonæ quàm alterius, quoniam præcisè, perfectè, & veriſſimè vna ſtatuitur ſingularis omnium & ſingularum perſonarum natura & voluntas, ex qua hæc vel præcipiendi vel obediendi actio poſſit manare, hic nullo modo dici aut etiam fingi poteſt ſine totius Trinitatis & vnitatis diſſipatione, vt vna imperet, altera obediat *quoad diuinitatem,* quæ in tribus aſſeritur ſimpliciſſimè & maximè ſingulariter vna: quin immò ſic loquēdo, quod filius *quoad diuinitatem ſuam Patris voluntati obediat,* neceſſariò naturæ & voluntatis diſtinctionem & ſeparationem introducimus: quia non eſt poſſibile, vt vel mente & cogitatione concipiamus Patrem Imperātem, & Filium in diuina natura ei obtemperantem, niſi ſtatim eodemq; momento aliam diuinitatem Patris, aliam Filij imaginemur: quemadmodum in humanis vbi hæc aliquādo fieri cernimus, alios atque alios homines intuemur, quod eſt directè cōtra Theologiam, quæ non nouit niſi Deitatem (vt dixi) ſimpliciter & ſingulariter vnam, quum tu hic ponas *vnam & alteram,* ſine qua vt vocis, ita rei quoq; diſtinctione imperantem & obediētem nemo poteſt cogitare: Neque multum prodeſt ad hunc Arrianiſmum cōfirmandum locus Pauli, vel etiam ratio à Fulcone illo

Chriſoſt. illo allata. Et quoad Apoſtolum, ſi vel veteres Doctores, vel
Ambroſ. ſuos ipſius nouos Apoſtolos conſuluiſſet, vidiſſet nihil fuiſſe in eo momenti ad hanc cauſam de qua nunc agitur. Sic enim Beza in illa verba, *per ſpiritum æternum: Opponit pecudum ſanguini ſanguinem eius qui non homo duntaxat, quales cæteri, ſed Deus etiam fuerit. Nam Spiritus æterni appellatione, diuinitatis cum humanitate coniunctæ efficacitatem infinitam intelligo, quæ totum hoc ſacrificium gubernauit, vt ſanguinem iſtum, quia ſanguis erat eius hominis, qui etiam Deus erat, viuificum planè vir-*
Beza in Heb. c.9. v.11. Ann. 1556. *tute præditum eſſe oporteat ad nos inſtaurandos.* Sic Beza: qui tamen ad locos omnes in huius erroris patrocinium rapiendos, nimis eſt propenſus. Quare certum eſt nihil aliud velle Apoſtolum, quam Chriſtum fuiſſe in eadem perſona hominem &
Heb.1.9. Deū, cuius diuinitatis ratione omnes Chriſti actiones ita fue-
Luc.4.18. runt ſupra vulgarem hominum conditionem ſanctificatæ, &
Ioan.6.63. conſecratæ, vt ad totius mundi redemptionem abundantiſſimè eſſent efficaces: quæ eadem ratio in alijs permultis ſacræ ſcripturæ locis redditur. Nihil autem penitus hinc exprimi poteſt quo probetur Chriſtum ſecundum diuinitatem ſacrificaſſe Patri. Eiuſdemq; generis eſt argumentum proximum. Quis enim adeo ignarus eſt vt neſciat ingredi in ſanctuariū, recōciliare Deo, offerre ſacrificium, tam eſſe proprium Chriſto homini, quam fuit eidem proprium aſcēdere ad cælos, offerre ſacrificium reconciliationis, ſubire crucem, mori: ideoq; non tam impiè quam ſtolide hæc ad Deitatem rapiuntur. Nō nego aliqua feciſſe Chriſtum ſecundum Deitatem, vt remittere peccata, illuminare mentes, ſuſcitare mortuos, & alia permulta de quibus antea dictum eſt, ſed ſi quis in eūdem numerum aggreget cum Fulcone veſtro, ingredi in ſancta, offerre, ſacrificare, agere Sacerdotem: aut hæc poſteriora cū illis prioribus cogetur ad totam Trinitatem ſingulaſq; perſonas quarum vna eſt eſſentia transferre (quo quid abſurdius? cui enim ſuperiori ſacroſancta Trinitas offerre poterit?) aut hæc poſteriora ad ſolam Chriſti Deitatem reſtringens & à Patre ſanctoque Spiritu abſtrahens, huius Deitatem à Patris ſanctique Spiritus ineuitabili neceſſitate ſeparabit: quorū duorum quid ſit in Chriſtiana fide monſtroſius, difficile eſt æſtimare. MICHAEAS. Ita nimirum Samuel Doctores tui ſe implicant & inuoluunt, vt nec ſenſus ſuos effari, nec aduerſarijs quicquam reſpōdere in hoc negotio poſſint, niſi perpetuò magis magiſque Deitatem Chriſti à Deitate Patris remoueant & diſiungant. Quod quidem ita eſt euidens, vt non poſſim mirari, ſi

Stanca-

Stancarus tali accepto à Geneuenſibus & Tigurinis reſponſo eos vt manifeſtè Arrianos accuſauerit. Ita ſiquidem pergit in tragica hac hiſtoria narranda Beza, & hæc ſit concluſio, quo ego hanc totã ſiue ex Caluino, ſiue Bullingero, ſiue Melanchthone, ſiue Germanis, Heluetijs, aut etiam Anglis collectam farraginem refero, poſtquam accepiſſet Stancarus hanc eſſe Caluini, Bullingeri, & ſuorum fidem, *calumniari cœpit eos* (inquit Beza) *vt Arrianos, quia Chriſtus ſi diceretur ſecundum vtramque naturam* (*& humanam & etiam diuinam*) *mediator, ſequeretur vel duos eſſe Deos, quorum vnus minor ad maiorem intercederet, vel Deum apud ſeipſum intercedere*, quæ duo quũ eſſent vtraq; abſurdiſſima, *hinc factum eſt vt à nonnullis apertè diceretur filij eſſe ſecundaria quadam Deitas*, quam concluſionem nemo mortalium poteſt declinare, qui Chriſtum quo ad diuinam naturam cum Caluino, Bullingero, Martyre, Geneuenſibus & Iuello veſtro Patri ſuo ſacrificaſſe dixerit, quando vel officio, vel actu ſacrificandi, orandi, ſupplicandi, intercedendi nullum eſt euidentius, nullum fortius, aut efficacius diuerſæ naturæ, & conſequenter inferioris atque humilioris conditionis argumentum. Opus quidem infinitum aggrederer, quod eſſet & mihi & tibi quoque moleſtiſſimum, ſi velim omnia ex huius tempeſtatis ſcriptoribus Theologicis & hiſtoricis excerpere & particularius oſtendere, quibus argumentis & modis veſtri conantur Filium à Patre quoad naturam diuinam diſtrahere, aliumq; ab alio non minùs quàm Lutherum à Zuinglio diſſidio interminato diuellere. *Horribile* (inquit ſcriptor quidam Polonus egregius & perelegans) *certamen nuper Francofordiæ inter Andream Muſculum & Franciſcum Stancharum de Chriſto exortum eſt, &c. Vſque eò vt Muſculus non veritus fuerit palam dicere diuinam Chriſti naturam, quæ Deus eſt, vnà cum humana mortuam fuiſſe in cruce. Stancharus quidem* (tanquam victus) *expulſus eſt ex Marchia, remanſit Muſculus. Nec deſtitit hic illo exterminato illud dogma de mortua diuinitate publicè profiteri ac ſpargere, adiutore Ioanne Islebio. Fuit hæc cauſa ad Lauſanenſes Theologos deuoluta, & inde mox, ad Pinczouienſes in Polonia Doctores, Liſmanninum Statorium, Blandratam, &c.* Et quis dubitare poterit Chriſtum Deum à Deo Patre quoad diuinitatem eſſe genere toto, non minùs quam argẽtum ab auro diſtinctum, qui quoad diuinitatem Patri tanquam Miniſter & Sacerdos ſacrificat, obedit, ſupplicat, orat, mediatorem agit, ante mundum cõditum Patri ſubiectus fuit, poſt mundi finẽ Patri ſubijcietur, & in mun-

Beza Apologia 2. ad Claudium de Xantes.

Syluester Czecanouius de corruptis moribus vtriuſque partis Põtificiorum & Euangelicorum ar. 1.

do æterna gloria priuatus eſt, & denique in cruce quoad illam ipſam diuinitatem, non aliter quàm mortalis aliqua creatura mortuus eſt & interijt? Sed de mortua Chriſti diuinitate nolo hoc in loco plura. Secundariam vel differentem à Patre diuinitatem inquiro, eamq́; à vobis eodem planè modo, quo olim ab Arrio, nec minore contentione prædicatam reperio, omneſque & ſingulas pene Euangelicas Eccleſias hac eſſe Arriana fide imbutas ab ipſis Euangelicis poſitum & probatum video. Nam vt à Geneuenſi Eccleſia reliquarum matrice eiuſq́; Apoſtolis Caluino & Beza incipiam, *eorum dogma planè conuenit cum dogmate Arrij*, vt ex ijs quæ hactenus dicta ſunt perſpicuè liquet: & Caluini propoſitiones de Filio Dei Patri ſupplicante & ſacrificante ad verbum ferè ex propoſitionib. Arrij deſumptæ ſunt. In eo *enim Arrius cum Caluino & Caluinus cum Arrio apprimè conſentit, quòd vterq́; facit Filium Dei in natura diuina orare, & Miniſtrum, Pontificem, & mediatorem agere: & Miniſtri in Germania, Hungaria, Tranſyluania & Polonia minori multas Synodos celebrauerunt contra fidem Catholicam de Trinitate & mediatore, & multos libellos plenos blaſphemijs Arrianis ediderunt.* Quod ex multis eorum libris & diſputationibus impreſſis clarum eſt. Et in Heluetia *Tigurina Eccleſia Miniſtri, Paſtores & Profeſſores Arrianam fidem habent:* id quod vt cætera taceantur, vel ſola concluſio Epiſtolæ eorũ ad Pinczouienſes Poloniç Miniſtros & Doctores proximè nominatos manifeſtè docet. Sic enim finiunt. *Ex his omnibus intelligitis patres & fratres obſeruandi & dilecti nobis non diſplicere cõfeſſionem veſtram de Chriſto mediatore ſecundum naturam & humanam & diuinam. Pergite ſic docere Eccleſias fidei veſtræ creditas, & accipietis benedictionem à Domino.* Vbi confeſſionem illam in multis articulis penitus Arrianam comprobant, & Liſmannium *Arrianum Monachum* excucullatum, vocant ſuum *colendiſſimum & reuerẽdum in Chriſto fratrem*, qui proteſtari ſolebat *Papiſtas nunquam habuiſſe nec habere rectam fidem de Trinitate & mediatore:* eademque opera *patres & fratres ſuos* vocant certiſſimos Arrianos *Blandratam & Statorium*. Hi enim cum Liſmannino fuerunt hoc tempore Patres & Paſtores Pinczouienſes, vt ex antea declaratis patet. Angli quoq; quod proximè Caluini veſtigijs inſiſtant, hoc eſt, quod perfectè Arrianizent, ſatis luculenter expoſitum opinor. De reliquis Eccleſijs Euangelicis Gallicanis, Scoticis & Hollandicis quid opus eſt particularem mentionem aut explicationem adijcere, quando illæ omnes profitentur ſe penitus cum

Franciſ. Stancharus vbi ſupra O. 2. K. 5.

Tigurinus epiſtola ad Polonos anno 1560.

Simlerus in præfat. lib. de æterno Dei Filio.

Gene-

Geneuenſi & Anglicana conſentire, niſi fortaſſe Hollandicæ paulò longius cõtra Trinitatem & diuinitatem Chriſti quàm reliquæ proceſſerint. Adeò vt ex hoc tam plena & ſufficienti omnium partium enumeratione merito concludere poſſim cum iſto veſtro quoad reliqua Euangeliſmi capita fratre, quoad hoc vnum aduerſario vos eſſe omnes Arrianos. *Omnes Eccleſiæ quas iſti reformatas per Euangelium, Filium Dei, & fidem Geneuenſem vel Tigurinam tenent de Chriſto, ſunt Arrianæ, nec hoc* (inquit Euangelicus iſte) *negari poteſt, quod ſupra demonſtratiuè probaui.* Ergo non eſt calumnia falſa, ſed ſincera veritas, nec ambiguum eſt, ſed clariſſimè verum Euangelicos eſſe Arrianos: etſi argumentis, ſi rationibus, ſi Synodis, ſi libris, ſi confeſſionibus, ſi demõſtrationibus geometricis & luce Solis illuſtrioribus, ſi auribus & oculis noſtris hoc teſtificantibus fidem habemus, illud conſtat Caluiniſtas & Geneuenſes, & quicunque eorum fide ſunt pręditi, aliam plane in Chriſto diuinitatem quàm in Patre, eamq́ue Patri humiliter obedientem inducere, & per ſuas Eccleſias ſtatuere: cuiuſmodi diuinitatem Chriſto Arrius nunquam negauit: Expreſsè enim faſſus eſt *Chriſtum Ieſum fuiſſe Deum vnigenitum, voluntate & præcepto Patris ante omnia ſæcula conſtitutum, omniumq́; futurorum Deum & Dominum ab eodem Patre factum.* Sed is tamẽ *vt Sacerdos adorat Deum Patrem ſuum, & ab omnibus adoratur, vt Deus Sacerdos eſt, quatenus Deus, ſacrificium eius eſt caro.* Hinc verò infert idem Arrius, impoſſibile *eſſe ſubditum ſuperiori, vnigenitum ingenito, Sacerdotem Deo vnum eſſe* quemadmodum à vobis item pari neceſſitate concludendum eſt, qui longè certè quàm Arrius in illis Dei Patris Filijq́ue perſonis diſiunctionem ponitis. Ecquid animaduertis Samuel, quam ſit hoc tuum Euangelium admirabilium opinionum ferax? vt hydræ inſtar noua prodigioſorum errorum capita fundat? vt vbicunque pedem ponat, continuò ſeditionum & diſſidiorum flammas ſpargat? Cæpit primò in Eccleſia Chriſtiana, quam in particulas innumeras ſtatim dilacerauit. Bipartita enim ſecta Lutheranorum & Zuinglianorum repente enata eſt, quarum vtraque ab eo tempore minorum ſectularũ immẽſam multitudinem peperit. Inuaſit poſtea Reſpublicas. Quã multa funeſtiſſima bella in Germania, Flandria, Scotia, Francia & Subaudia concitauit? Quot Germanorũ, quot Gallorũ, quot Flandrorum millia mutuis ſtragibus conciderunt? narrat Lutherus, vnica æſtate, imò paucis ſeptimanis *inter Paſcha & Pentecoſten* bello ruſticorum cecidiſſe è Germanis plus

Stancar. vbi ſupra K. 8.

Sermo Arrianorum apud Auguſtinum to. 6. Propoſ. 1. 4. 23. 8. Ibid. propoſ. 38.

Luther.

Digitized by Google

Tom. 7. in Sermonib. folio 270. anno 1553.

Lauał. Hiſ. Fran. li. 9. folio 208. ann. 1568.

quàm centum millia. Quod myriades perijſſe probabile eſt in illis diuturnis & continuatis multorum annorum prælijs, quę fœdus Smalcaldicum conſecuta ſunt, maximè quum Albertus Brandeburgicus incendijs & cædibus vbique graſſaretur? Teſtes ſunt Hiſtorici Galli primo & ſecundo ciuili bello, quod tamen vtrinq; proximo poſt exortum eius anno terminatum eſt pluſquam centum Gallorum millia occiſione fuiſſe occiſa. An reliqua tam crudelia bella duci potuerunt ſine infinita hominum cæde, vrbium depopulatione, totiuſque florentiſſimi aliquando regni horrenda vaſtitate? Quum Eccleſiam Chriſtianã prius magna concordia & tranquillitate fruentem hoc modo diſſipaſſet, quum Reſpublicas florentes & ſub Regum ſuorum pacato dominatu, maximis opib. pollentes ad has factiones & inteſtina bella concitaſſet, relictis terris perrupit in cælum, vbi ſuum ſolenne obtinens ipſam quoq; Deitatem peſtilenti ſua doctrina fœdauit; & non ſolùm cũ Valentino Gentili impuriſſimo doctorum Euangelicorum iudicijs hæreſiarcha aliquam leuiorem in Trinitate diuiſionem, ſed vltra reliquos progrediẽs Filium à Patre toto cæli interuallo diſiunxit, & inuecta eſſentiarum diuiſione, ipſas perſonas diuinas longè magis à ſe ſeparauit, quàm vllus in hoc inferiori mundo Filius à ſuo Patre diſtinguitur. Quumque antiqui Philoſophi, potiſſimum qui ingenij acumine reliquis præſtabant, omnes mundi & cęlorum inferiorum motus ad vnum primum mobile reducerent, & ex hac conſideratione ad vnum primum motorẽ rerumque conditorem mentes ſuas attollerent, & naturali lumine ducti concluderent vnum eſſe primum principium, vnã cauſam ſempiternam omnia gubernantem, vnum infinitum, vnum quaſi cẽtrum, à quo reliqua omnia ſuam eſſentiam ducerent, & ad quod eſſentiam ſuam referrent, ſeq; pendere arcano naturæ inſtinctu faterentur; quum hoc adeo certum ſit, vt doctiſſimi Theologi affirment *vnam tantum hypoſtaſim nõ productam* ijſdem planè rationibus oſtendi, quibus vnitas Dei conuincitur; quum his naturæ rudimentis inſtructi multi Hiſtorici & Philoſophi hanc cõtemplationem ad regnorum ſtatum & tranquillitatem accommodantes populis gubernandis propter publicam pacem, ordinẽ, iuſtitiam ad vindicanda ſcelera, ad depellendas iniurias, ad extinguendas ſeditiones, ad vniuerſos ciues amore & beneuolentia mutua deuinciendos, vnius dominatum eſſe vtiliſſimum, & tum Ariſtocratiæ, tum Democratiæ anteferendũ eſſe aſſeruerint, veſtræ nouę Theologiæ placitis hæc iam omnia perturbata & inuerſa ſunt, adeo

Paulus Roma. 1. Vide Genebrar. de S. Trin. lib. 1. pag. 22. 23.

vt in

Digitized by Google

vt in cælo, in terra, in Rep. in Eccleſia, in Philoſophia, in Theologia, in ipſa Dei natura & maieſtate nihil ſit adeò ſublime, certum, & ſacroſanctum, quo iſtorum audacia non peruaſerit, & humana diuinaque omnia peruerterit. Hæc & ſi quæ alia ſint his atrociora, veriſſimè in hos Euangeliſtas conueniunt, ſi quis eorum libros ſolos ponderet, & argumenta quid efficiant conſideret. Ego verò qui non ſolùm ſcripta perluſtro, ſed etiam in mores & facta ſcribentium oculos intendo, ipſa etiam ſcripta multo aliquãdo æquius interpretor, & ſummo cum iudicio & magna prudentia potius, quàm malitia & impietate hæc ab authoribus profecta fuiſſe in animum meũ induco. Quemadmodum enim Darij Regis fortiſſimus dux Zopirus quum vrbem Babylonem ſummis viribus oppugnãs vi capere nõ poſſet, ſeipſum flagris toto corpore lacerans, eoque habitu ad Babilonios profugiens, & in Regem Darium acerbiſſimè inuectus fidem tantam conciliauit, vt ab illis ſummæ belli totiuſq; ciuitatis rectioni præficeretur, vnde eam ciuitatem hac aſtutia Regi ſuo tradidit, quam viribus ipſe cum Rege ſuo expugnare non potuit, qua eadem ſimulatione & Sextus Tarquinius patri munitiſſimam Gabiorum vrbẽ ſubiecit: non aliter Doctores iſti, quia Trinitatis doctrinam aperto marte inter Chriſtianos oppugnare arduum & laborioſum eſſe ſciunt, ad artes conuerſi æternos ſe hoſtes eorum proclamant, qui æternam Chriſti & Spiritus ſancti Deitatem inficiantur, quam ipſi adeò mordicus tuentur, vt eos verè totidem Deos ſuis perfectis eſſentijs diſtinctos dicere non vereantur, potius quam pati velint aliquid de Chriſti & Spiritus ſancti maieſtate & diuinitate minui. Poſtquam verò hoc vſi ſtratagemate eam de ſe opinionem ſuorum mentibus inſeuerint, quod iſti ſoli ſint fideliſſimi Trinitatis patroni, procliue eſt eos vel auditorum crudelitate, vel ſua authoritate, vel dogmatis ipſius de pluribus Dijs abſurditate, vel fidei noſtræ de vno Deo perſpicuitate fretos primum ad Arrianiſmum delabi, & Chriſti ad tempus Deitatem quandam, ſed Patri ſubiectam & ſeruientem, vt modò Caluinus, Bullingerus, Melanchthon, & reliqui plerique omnes Euangeliſtæ, & *Eccleſia per Euangelium Filij Dei reformata* cum Arrio aſſignare, deinceps vero arcem ipſam Chriſtianorum nobis tradere, & depreſſa Trinitate Chriſtiana eius loco vnitatem Mahumetanam extollere. Quod vt ſperem, mihique ipſi certò pollicear, multis rationibus adducor, immò iam dudum bona ex parte perfectum eſſe aduerto. Nam & ipſorum plurimi apertè profeſſionem no-

Iuſtinus lib. 1.

Liuius lib. 1.

ſtram amplexi ſunt, & totæ prouinciæ ab illis perſuaſæ in eandem partem valde inclinant. Aliæ coniecturæ & ſuſpiciones fallere poſſunt, & ſæpenumerò fallunt; at Hiſtoricus rerum geſtarum curſus & experimenta non fallunt, ſed certam afferũt rerum quas quærimus demonſtrationem. Peruaſit (vt dixi) primum hæc Tritheiſmi opinio Poloniam; at quo ſucceſſu, accipe ab eo, qui reliquam de Euangelio Polonis prædicato hiſtoriam contexuit. *Thritheitæ* (inquit) *& Samoſateniani in Polonia non tantùm in doctrina de Deo, quod fundamentum eſt religionis, ab omnibus diſſentiũt, ſed ſemel à vero tramite digreſſi prorſus nouum & portentoſum doctrinæ genus excogitarunt, &c. Hinc facilè colligere poſſumus, quo in diſcrimine verſantur Eccleſiæ Polonicæ, quũ illis præſint Georgius Blandrata, & Franciſcus Dauides, in quo Serueti ſpiritum quaſi reuixiſſe eius ſcripta teſtantur. Quo autem regnum hoc vicinius eſt, & coniunctius Mahumetano imperio, eo plus ſoliciti ſunt omnes boni, ne Samoſateniana doctrina aditus Mahumetanæ paretur, quum tanta ſit vtriuſque affinitas.* Excellens teſtimonium, & quod ego à te diligenter ponderari velim, non tam vt aduertas (quòd ſæpè dixi) veſtrum Euangelium Alcorano noſtro inſeruire, ſuoſque diſcipulos ad eum amplectendum formare, ſed vt cõſideres non ſolùm Samoſatenianos, qui contra Trintatem idem penitus nobiſcum ſentiunt, ſed ipſos quoque Tritheitas, qui à nobis videntur longiſſimè diſſidere, tacitè tamen partes noſtras fouere, & ad Alcoranum recipiendum ſuos reddere auditores aptos & idoneos. A Polonia in vicinam Tranſyluaniam idem Euangelium migrauit. Illi autem paucis poſt mẽſibus apertè ſeſe nobis adiunxerunt, & omnem veſtram Theologiam de Trinitate, de perſonis, de Chriſto conſubſtantiali cum Patre, vt ſophiſticam repudiarunt, & Catechiſmis conſcriptis populum ſuum noſtra de Deo fide inſtruexerunt, vt breuiter abſoluti Turcæ euaſerint, vel vt Beza loquitur, odioſis verbis rem honeſtiſſimam narrans) *Tranſyluani in eam ſunt redacti conditionem, quam ego ipſo Mahumetiſmo nihilo minus miſerabilem eſſe iudico.* Doctores autem permultos enumerare poſſem, qui ex Geneua aut Tiguro in Poloniam confluxerunt, & deinde abierunt in Turciam, derelictoque Tigurino & Geneuenſi Euangelio Alcoranum vtrique prætulerunt. Neque enim diſſimulat Ioſias iſte (& eſt notiſſimum) hos Polonicæ Eccleſiæ Euangeliſtas ex illis duabus vrbibus in Poloniam eſſe profectos. Neque minus clarum eſt eos in doctrina ſua de Trinitate ad breuiſſimum tempus perſtitiſſe, nec quicquam

Ioſias Simlerus in præfat. libr. de æterno Dei Filio.

Bez. epiſtola. 1. pag. 22.

Simlerus vbi ſupra.

quam magis cogitaſſe, quam vt eius ſumma obſcuritate, & perplexa varietate auditorum aures, animoſque obtundendo, eos ad Alcoranum excipiendum præpararent. Sic poſt Ochinum, & Alamannum Blandrata primum Tritheita, poſt Mahumetanus euaſit, cui ſe Paulus Alciatus ſocium adiunxit. Sic Gregorius Paulus Cracouienſis Eccleſiæ Miniſter primum Tritheita, poſt Sabellianus factus eſt, & Trinitatem ſuſtulit, vnicam Dei perſonam cum noſtris Mahumetanis aſſerens. Sic Goneſius, & Gribaldus, & Franciſcus Dauides (erat hic Hungarorum Superintendens) celeberrimi tota Polonia, & Tranſyluania, & Hungaria concionatores, magnis ſudoribus, & Palam contra Papiſtas eandem Alcorani noſtri puritatem propagarunt. Sic Adamus Nenſerus primarius Eccleſiæ Heydelbergenſis in Palatinatu Rheni Paſtor, cum ſuo collega Ioanne Syluano, per Caluiniſmum peruenit ad Mahumetiſmum, & relicta patria, Eccleſiaque huc Conſtãtinopolim venit, & apertam Alcorani fecit profeſſionem, ingenuè teſtatus totum Caluiniſmum recta ad eandem metam, ſcopumque tendere. Immò horum vterque priuſquam à Palatinatu diſcederent non paucos *Concionatores ad ſuam fidem perduxerunt, & contracta cum noſtris in Turcia Sacerdotibus amicitia, & datis atque acceptis vltro citroqúe literis, Mahumetanam religionem in Germania propagare diligenter conati ſunt.* Lælius verò Socinus in Geneuenſi Eccleſia educatus, non ſolùm voce & exemplo, ſed elegantiſſimis libris eandem veritatem valdè promouit, *verbo Dei (vt ex quodam eius ſcripto liquet) adeo veteratoriè, & planè verſutè deprauato* (inquit Beza) *ac præſertim primo Euangelij Ioannis capite* (in quo vos & Papiſtæ cauſæ veſtrę vnicum ferè præſidium, & firmamentum collocatis) *vt mihi quidem videatur omnes eius corruptores longè ſuperaſſe.* Neque enim à verbis authoris etiamſi malignè & inuidioſè poſitis diſcedere volo, quia eius obtrectatio cauſæ bonitati parum nocet, & æquus lector facile concipiet illud ab aduerſario vocari *verſutè & veteratoriè* ſcriptum, quod eſt ſummo ingenio, acumine, & perſpicacitate elaboratum. Et ille quem modo dixi Cracouienſis Eccleſiæ Miniſter Gregorius, vnaque Andreas Volanus non ſolùm ipſi Mahumetani facti ſunt, ſed etiam multis libris eleganter ſcriptis alios innumeros eadem fide imbuerunt, & ſua vehementiſſima contra Trinitatem dimicatione magnum ſibi nomen comparauerunt, publicéque teſtati ſunt ſe nihil ea de re docuiſſe, quod non à Geneuenſi ſchola, & nominatim à Cal-

Simlerus ibidem.

Stant. de Mediatore fol. 38.

Colloquiũ priuatum inter Catholicum Paſtorẽ & Badiũ Miniſtrũ Colonia, anno 1591. pa. 51. Bez. epiſtola Theologic. 81. Gregor. Paulus lib. de Trinit. Volanus in paraneſi.

uino & Beza fuerint edocti. Sic Lucas Sternebergerus Lutheri & Melanchthonis diſcipulus, Miniſter Morauus, in tota ea prouincia nō modò concionibus, ſed vinculorum etiam perpeſſione celebris, & hæc contra Trinitatem, & reliqua ferè omnia Alcorani noſtri dogmata commendauit, videlicet. 1. vnū eſſe Deum: Trinitatem nihil eſſe: abolēdas eſſe preces omnes, quæ ad Trinitatem fiunt: & quicunque Trinitatem inuocant, eos eſſe homines impios & infideles, quum in Scripturis nulla ſit vel nominis mentio, vel exemplum, vel præceptum, quo Chriſtiani ad talem inuocationem informentur. 2. Chriſtum non fuiſſe Deum, ſed hominem duntaxat, Prophetis tamen excellentiorem, quia pluribus à Deo gratijs auctus 3. Spiritum ſanctum Deum non eſſe, nec de illius diuinitate quicquid in Scripturis veteris aut noui Teſtamenti haberi. 4. Sanctorum feſta non eſſe ſeruanda, neq; Dominicum diem, Sabbato eſſe feriandum, non Dominico die, quia illud in literis ſacris præcipitur, quæ de Dominico die nihil tale conſtituunt. 5. Eodem argumento Circunciſionem diſcipulis tradidit, reliqua Sacramenta Zuingliano prorſus more reiecit. Hæc ille. Quę omnia vt perſpicuè ex Alcorano noſtro deſumpta eſſe conſtat, ſic rationem, qua iſta veriſſima eſſe defendit, non minùs patet ex Euangelio veſtro fuiſſe libatam. Hæc enim ex fide Chriſtiana ſuſtulit, quia iuxta generale fidei veſtræ axioma, nihil eſt neceſſariò credendum, quod perſpicuè literis ſacris non comprehenditur. Quod ego ſemper inprimis animaduertendum cenſeo, quo perſpiciatur non tam quid ſingulares Euangelij vel Miniſtri, vel ſcriptores per ſe ſentiunt, quam quid Euangelij principijs eruditi ſentiunt, & quò Euangelij impetus, & ſeries, & principia, & regulæ inclinant, & ſuos ſectarios ducunt.

Prateolus in elencho Alphabetico lib. 10. cap. 10.

His antegreſſis adiunge tuos domi Anglicanos *Familia Amoris fratres*, inter quorum articulos Miniſtri cuiuſdam Londinenſis opera publicatos vnus eſt, *Chriſtum non eſſe aequalē Patri.* Quod ex vulgato illo Scripturæ loco (Ioanne Caluino interprete) probant; *Pater maior me eſt*; prætereaq; addunt *Chriſtum omnino non eſſe Deum.* Alter eorum fidei articulus eſt, *Nō eſſe Trinitatem, eoſq; impiè loqui, qui dicunt Patrem eſſe Deum, Filium eſſe Deum, & Spiritum ſanctum eſſe Deum. Hoc eſt enim profiteri tres Deos.* Hactenus valdè benè, & iuxta ipſam Alcorani noſtri medullam. Nam quod incarnationem Chriſti tollunt, myſterium illud totum Zuingliano more exponentes, Chriſtumque *affirmant, vt in Virgine Maria, ſic in ſua quoque carne conceptum & incarnatum*, in hoc nimium excurrunt vl-

E. R. cōtra ſectam Familiæ Amoris, Londini. anno 1579. artic 24. 25. 26

Artic. 42.

tra ca-

tra carceres, & ſi quando palam ad nos acceſſerint, à nobis ad mediocritatem ſunt retrahendi. Plurimos alios recenſere poſſem; cæterùm ne nominatim conſecter ſingulos, illud inſtar plurimorum accipe, quod Ioſias Simlerus veriſſimus Hiſtoricus & Euangelicus teſtatur, *ex vna Serueti ſchola*, qui Alcorano noſtro ſuam de Deo fidem exactè formauit, & cum Mahumetanis Trinitatem vehementiſſimè oppugnauit, & in ea pugna gloriosè martyrio perfunctus eſt, non paucos diſperſos & palantes milites, ſed *numeroſa agmina prodiiſſe.* Qui & alijs in prouincijs, & nominatim in Polonia, vbi viros Principes & Miniſtros permultos ſibi habuerunt ſuffragantes, vſque adeo creuerunt, & Tigurinæ Geneuenſeſque Eccleſiæ hac de quæſtione ſenſus adeo perſpectos habuerunt, vt poſt multos occultos internuncios vltrò citroque commeantes, ſolenni tandem legatione miſſa non dubitarint eos ſolicitare ad apertam negationem Chriſti & profeſſionem Mahumetiſmi. Sic autem veſtri ſcriptores narrant hanc hiſtoriam, & Euangelij in Polonia ſeminati progreſſus. *Adiunxerunt ſe noſtris Eccleſijs in Stancaro oppugnando Itali homines, qui dum ſimulant ſe Neſtorianiſmum oppugnare, Tritheitarum & Samoſateni dogmata in Poloniam introduxere. Inter hos primi fuère Valentinus Gentilis & Blandrata. Hunc Laſcus (qui à Hulderico Zuinglio Tiguri ad Euangelium conuerſus renaſcenti in Polonia Eccleſia plurimum præfuit) ad Eccleſiæ reformatæ gubernationem promouit.* Iſte à Laſco Hulderici Zuinglij diſcipulo ordinatus renaſcentis & reformatæ in Polonia Eccleſiæ Epiſcopus, quum magnas Poloniæ prouincias, multoſque Nobiles à Papiſtica ad Euangelicam fidem conuertiſſet, eius demum hortatu *Illuſtriſſimus Princeps Dominus Nicolaus Radzuilius, Dux Olicæ et Palatinus Vilnenſis, Martinum Secouitium cum literis miſit* ad Bullingerum & Ioannem Caluinum, hunc in finem, & hic erat legationis ſcopus, vt huius opera illi cum Blandrata ſe coniungerent; de Trinitate deinceps illi negotium non faceſſerent, ſed æterno ſilentio ſepulta Chriſti Deitate, eũ hominem diuinum, & egregium Prophetam vocare contenti eſſent. Ità deinceps futurum, vt Papatum vna mente, & conſociatis viribus ſolidè robuſteque conuellerent. Reſpondit quidem Bullingerus frigidè, trita quædam & peruulgata, ſed leuia & inania occinens, ſe non poſſe illis ea in re gratificari: *Niſi enim Chriſtus verus ſit Deus Patri per omnia coæqualis & coæternus, non poſſe ipſum eſſe caput Eccleſiæ, & vniuerſalem Pontificem ſæculorum omnium, vinci ergo nos à Iudæis & Turcis, &c.* Et cætera

Simlerus vbi ſupra cap. 1.

Simler. in vita Bullingeri. fol. 33. an. 1560.

Ibid. fol. 39

Ibidem.

tera huius generis nimis friuola, quaſi Eccleſiæ ex hominibus conflatæ, & certo tempore exortæ, & certo tempore finiendæ neceſſariò infinitum, & ęternum debuerit eſſe caput, aut quaſi homines, vt in Synagoga veteri & Eccleſia Papiſtarum factum eſt, capita & Pontifices eſſe non potuerint: aut quaſi ſi homines tanto muneri non ſufficerent, quod tamen Dei præſidio adiuti optimè potuerunt prędſtare, Angeli & Archangeli, vt Michaël vel Gabriël, qui olim gentium variarum Patroni à Deo erant poſiti, huic quoque muneri non potuerunt pręfici, aut quaſi ſi nec Angeli huic officio pares eſſent, Chriſtus omnium Prophetarum ſummus, illud ſuſcipere non potuerit, niſi etiam Deus crederetur; aut ſi Deum credi neceſſe eſt, non potuerit eſſe minoris cuiuſdam à Patre Deitatis, quemadmodum tot excellẽtes Miniſtri, & ſcriptores tot libris editis contenderunt. Et vbi ſunt oracula Prophetica & Apoſtolica, quibus hanc Eccleſiæ ſuæ fidem Bullingerus aſtruat? Vbi denſæ ſacrarum literarum phalanges, quibus aduerſarios proſternat? ſed colludebat Bullingerus iſte, & familiariter cum diſcipulis ſuis inimicitias exercebat, & quia nondum tempus erat apertè quod verum erat, proponere, publiceque in eorum caſtra concedere (nondum enim viginti anni effluxerant ab Euangelio primum in Polonia per iſtos Euangeliſtas prędicato) iſtis leuibus & iocularibus haſtis volebat ſpeciem pugnæ prætendere, quas ſciebat ſummæ rei, quam agebant, prodeſſe magis quam obeſſe, quæ nullo negotio à diſcipulis ſuis depellerentur, idque cum magno cauſæ Chriſtianæ præiudicio, vtpotè quę firmioribus argumentis à Bullingero contrariæ opinionis defenſore præſtantiſſimo non poterat ſuſtineri. Vnde factum eſt, vt poſt hanc legationem, etiamſi *Caluinus quoque ad Miniſtros Vilnenſis Eccleſiæ, & Poloniæ minoris ſcriberet*, quoniam tamen Miniſtri vel alijs Bullingeri clandeſtinis literis, vt in priori ſententia perſiſterent, incitabantur; vel quia diſcipuli præceptorum certam ſententiam habebant penitus exploratam, vel quia ex iſtis ipſis literis, & reſponſis nullo argumento firmiore munitis hoc ipſum conijciebant, *hæ Bullingeri Caluiniq; admonitiones parum* (inquit Ioſias Simlerus) *profuerũt, & eorũ doctrina qui diuinitatem ex Eccleſijs eijciendam, Chriſtumq; non Deum, ſed merum hominem vocandum cenſuerunt, plurimum cõfirmata eſt.* Et iam quod à me poſtulaſti (Samuel) vt miſſis alijs minoris momenti, ad fundamentum tuæ fidei accederem, in eo ſpero me aliquantulum ſatisfeciſſe deſiderio tuo. Et ſi quidem requiris Euangelicos, qui Trinitatem

Daniel. cap. 10.

Ibidem.

perſona

Perſonarum nobiſcum directè negant, eos ego tibi multos ſupremi apud vos loci & ordinis produxi: ſin verò deſideras, qui inſidioſiùs idem moliti ſunt, qui cōtra vnitatem eſſentiæ tres diſtinctos Deos in Trinitate defenderunt, poſtea tamen cum alteris illis ſeſe coniungentes eo magis mortifero vulnere fidē veſtram ſauciarūt, nec illi magno numero tibi deſunt. Habes Doctores Academicos, qui in frequētiſſimis ſcholis illud docent, habes clariſſimos Epiſcopos, qui in Eccleſijs prædicant, habes Primarios Euangeliſtas, qui libris æditis confirmant, habes magnarum vrbium & regionum Magiſtratus, qui vnitatem eſſentiæ negata Trinitate credunt, idemque alijs perſuadere ſatagunt; habes denique totas prouincias Trinitati veſtræ renunciantes. Habes primos earum prouinciarum Apoſtolos, Trinitate relicta Mahumetis ſacris initiatos, & Deitatem Chriſti pernegantes, eumque primò ſecundariū quendam Deum, deinde verò merum hominem agnoſcentes. Etſi cum Luthero & Melanchthone credis quod eſt veriſſimum, eos *qui Chriſti diuinitatem negant, amittere totum Chriſtianiſmum, fieriq; prorſus Turcas, quū in hoc ſit neruus, & fundamentum regni Mahumetici*, habes innumerabiles ex omnibus Europæ nationibus Euangelicis nomine quidem & ſpecie Euangelicos, re autem & facto Turcas, qui deſerta & Trinitate, & diuinitate Chriſti, quod tu fundamentum fidei tuæ iactabas, ad fundamentū regni Mahumetici tanquam firmiùs, & conſtantiùs confugerunt, & ad illud te quoque Samuel amicè inuitant, quorum exemplum vtinam imitari velles, & non ſemper contra clariſſimam veritatem in veterum errorum denſiſſimis tenebris volutari.

ARGVMENTVM CAPITIS NONI.

Samuel quæritur de Euangelicorum in hoc miſterio incerta fide, & cauſam deplorans, eam eſſe refert, quia nullum habent certum tribunal, vbi quæſtiones controuerſæ determinentur. Vnde fit, vt ſinguli de grauiſſimis myſterijs, prout libet iudicent, et ad eam religionem probandam ſenſim labantur, quam priùs horrebant vt planè impiam. Obiter ſuos excuſat, quod non ex profeſſo, & de induſtria, ſed temerè & inconſideratè in hos errores inciderunt, & fortuitò publicarunt. Michaas autem & hæc refellit, & huius Proteſtantium mutabilitatis eam quoq; veram

veram cauſam putat, quod Euangeliſmus ſuo nutu vergat ad Alcoranum. Pergit ergo numerare ſcriptores, & populos qui ſimpliciter incarnationem Chriſti in ſenſu Chriſtiano negant, Chriſtum nullo modo Deum, ſed merum hominem agnoſcentes, & proinde Idololatricum clamantes, ſi quis Chriſtum vt Deum adoret, quos Euangelici ſcriptores ita ſola Eccleſia, & Patrum authoritate refellunt, vt magis eos in ſua impietate confirment. Atq; hæc fides de Chriſto mero homine viget in pleriſq; omnibus Eccleſijs Caluinianis, ad quam alij Miniſtri tectè & inſidioſè, vt Galliæ Antarcticæ in America Apoſtoli Caluiniani (vbi in prædicanda barbaris fide veri Dei notatur quædam excellentia Alcorani ſupra Euangeliſmum) alij autem apertè & directè diſcipulos ſuos informant.

CAPVT NONVM.

SAMVEL.

PROBE animaduerti (Michæa) quæ tu ex Theologia Doctorum noſtrorũ de hoc abſtruſo myſterio fusè & copioſè perſecutus es, quæ ſanè vt nihil aliud dicã, mihi videntur valde admiranda. Nam neque eos planè condemnare volo quorum nomen honoro, nec tamen manifeſtam impietatem defendere audeo, quam in iſtis eorum exemplis & ſcriptis perſpicio. Et niſi plurimum fallor, tota hæc tam vaſta hæreſium & impietatum colluuio ex vno manat fonte, quem ego in initio malum eſſe Eccleſiarum noſtrum immedicabile confeſſus ſum. Et quo altiùs in harum controuerſiarum diſquiſitionem penetro, eo mihi videtur peſtilentiorem fœdiſſimorum errorum ſentinam effundere. Dum enim ſinguli ſuo arbitratu quæſtiones omnes decidunt, & omnem ſcripturarum interpretationem reijciunt, ſi opinionibus illis aduerſatur quas ipſi ſua mente anticipatas tenuerunt, hinc fit, vt dum nullum eſt in Eccleſia tribunal, quod exortis diſputationibus modum imponat, illæ pro diſputantium ingenio vel arrogãtia, vel pertinacia quę cuiquam cedere turpe exiſtimat, in infinitum multiplicentur. Omnia enim quæ à te commemorata ſunt, valde quidem tetra & nefaria, vnà cum eorum authoribus Arrio, Sabellio, & Samoſateno in perpetuis tenebris iacuiſſent, ſi Concilium primum Nicęnum ſuam iuſtam authoritatem obtineret, pro qua Beza tantope-

tantopere ſudauit. Sed illa communis exceptio, quæ ſemper in lingua & calamis noſtrorum hæret, quanquam per ſe tolerabilis eſt, maximè tamen infandis blaſphemijs & interminatis contentionibus aditũ præbet. In Ratisbonenſi colloquio quod Carolo Cæſare authore inierunt Pontificij & Proteſtantes Auguſtanæ Confeſſionis, quorum Principes eo tempore fuerunt Bucerus, Brentius, & Georgius Maior, quum Pontificij obijcerent primorum Conciliorum authoritatem, perhumaniter reſponderunt noſtri, *ſe amplecti quidem quatuor magna Concilia, Nicænum, Conſtantinopolitanum, Epheſinum, & Chalcedonẽſe*, ſed cum ſua adiectione *quatenus cum ſacra Scriptura conueniunt.* Quam eorum ſuperſtitionem in illis quatuor tam accuratè ſeligendis plurimùm ſanè demiror. Cum illa enim conditione, cuius etiam iudicium ad ſeipſos ſolos reuocabant, non video, quin ſine aliquo cauſæ præiudicio omnia Concilia, & ipſum quoq; Tridentinum vel Lateranenſe potuerint amplecti. Ego etiam certè Alcoranum veſtrum, *quatenus cum ſacra Scriptura conuenit*, recipio & veneror. Et tamen ferri hoc poterat, ſi viri tantum docti & verè Euangelici hoc pręſidio ad veritatem Euangelicam contra hominum errantium commenta protegẽdam vterentur. Sed quum hoc Euangelici nomen ad tantam ſectarum multitudinem diffundatur, quantam magno meo cum dolore te perſtringentem audio, quumq; veris reformatæ religionis Chriſtianis tã multi falſi fratres confuſi & permixti ſunt, vt nec primarij Doctores noſtri alteros ab alteris internoſcant; non ſatis video, ſi vni ſectæ hanc ſui defendendi viam aperuero, quemadmodum alteri eam potero occludere. Ex hoc enim ipſo experimento, & magna Bezæ contra Arrianos pro Nicæno Concilio dimicatione perſpicio, quod ſi Bucerus Concilium Nicænum admittat quidem, ſed *quatenus cum Scriptura conuenit*, Arrianũ ſtatim eadem cautione velle Concilij Nicęni nomen quoque ſummo cum honore recipere, vim autem eius omnem facilè à ſe depellere, quando Concilium, *Conſubſtantialem cũ Patre* Chriſtum definiens, ſuo iudicio cum *Scriptura ſacra non conueniat.* Vtinam verò vel Principes, vel Superintendentes Eccleſiarum noſtrarum hanc rimam omnibus cuiuſcunque generis ſectarijs adeò peruiam, aliqua tandem ratione poſſent obſtruere. Id quidem niſi fecerint, nouũ diſſidiorum flumen in dies ſingulos neceſſe eſt erumpere, & breui Eccleſiam noſtram penitus ſubmergere. Quod enim tu nõ malè reprehendiſti, id ego ſæpius obſeruaui in moribus noſtrorum hominũ vſu

Bucerus in diſputatione Ratisbonenſi. 34.

Digitized by Google

vſu venire, vt religionis ſuſceptæ tædio poſt paucos annos affecti, ſenſim ad deteriora ferantur, gradatimq; prorepant, donec tandem ad eam impietatem perueniant, à qua initio maximè abhorrebant. Cuius rei egregium documentũ præbent plurimi in Angliâ noſtra Proteſtantes, qui Euangelicę doctrinæ, qua iam diu ſingulari Reginæ maieſtatis beneficio fruũtur pertæſi, ad Puritanorum & deinde ad Anabaptiſtarum ſectas deficiunt, & deniq; ad Familianos, quos fateor eiuſdem eſſe omninò fidei cum tuis Mahumetanis contra Trinitatem & Chriſti Deitatem; *quos tamen in multis regni noſtri partibus ſuas habere coitiones, & conuenticula, & ad immenſam multitudinem eſſe amplificatos,* & conſtans eſt fama, & Miniſtri noſtri grauiter, quanquam nimium ſerò conqueruntur. Memini me audire multorum ſermonibus celebratum, quum Henricus 8. principatum Eccleſiaſticum inuaderet, eiuſq; vires primum cõtra Thomam Martyrem (vt ferebatur) Archiepiſcopum quondam Cantuarienſem experiri vellet, qui illius ſpiritualis in Regibus excellentiæ perpetuus fuerat aduerſarius, quem propterea Rex noſter cõſilio Cromvvelli ſui vicarij Eccleſiæ Anglicanæ capitis decreuit quaſi capite minutum è numero ſanctorum ciuium eſſe eijciendum, multas fuiſſe apud nos Eccleſias illius nomine extructas, quæ propter hoc Regis decretum veteri reiecto, nouos ſibi patronos aſciſcere cogebantur. Quum ergo in Hibernia (quæ Regibus noſtris paret) ſacellum quoddam huic Sancto dedicatum, & S. Thomæ ſacellum populari ſermone nuncupatum his temporibus periculum aliquod ſuis Parochianis creare videretur, illi Epiſcopum Diocœſis adeunt, eumque conſulunt, quem ſanctum in locum Thomæ Cantuarienſis ſurrogari vellet. Epiſcopus monet, vt D. Petrum, vel Paulum aſſumant. At quid (inquiunt iſti homines ruſtici & ſimplices) ſi Rex aliquando D. quoque Petrum & Paulum, vt modò D. Thomam exauthorare velit? Quin ergo, ſubiecit Epiſcopus, ſanctiſſimæ Trinitati Eccleſia veſtra dedicetur. Neq; enim periculum eſt, ne illa ſemper ſuum locum, & maieſtatem obtineat. Nunc verò neq; hæc ipſa de ſacroſancta Trinitate fides adeò eſt certa & ſecura, quam Epiſcopus iſte, & omnes ſimul Chriſtiani eo tempore opinabantur: imò quod propter certiſſimam rei fidem in omnium animis altiſſimè defixam omnes tum exhorruiſſent, vt quis de Trinitate dubitaret, aut diſputaret, id iam propter omnium fidei capitum continuã mutabilitatem ſine aliqua reuerentia publicè & promiſcuè fit, etiã ab hominibus maximè ignaris.

E. R. vbi ſupra in præfat. contra famil. Amoris.

De ſchiſmate Anglicano. lib. 1.

Cui

Cui temeritati niſi maturè occurratur, ea magnam ſine quæſtione perniciem Euangelio, & Eccleſiis reformatis eſt allatura. Sed iſta deplorare faciliùs eſt quam emendare, quare & à nobis prætermittantur. Illud autem fortaſſe aliquantulũ imminuit grauitatem peccati huius, quod iſti ſcriptores noſtri hæc ab illis contra Trinitatem dicta vel ſcripta, obiter potiùs & negligenter aliud agentes excidere ſibi è calamis paſſi ſunt, quam conſideratè maturoq; iudicio aſſeruerunt. Et in Trinitate quidem & vnitate propter rei altitudinem & difficultatẽ, & in ipſo myſterio implicitam ſpeciem quandam repugnantiæ (pugnare enim videtur, vt credas Trinitatem, in qua tamẽ ſimpliciſſima inſit vnitas) procliuis erat error, & de ea (quod ego tibi confirmare poſſum Michæa) rarus erat Miniſtrorum noſtrorum ad populũ ſermo: At de Chriſto præſertim incarnato, quem magis habent familiarem, & quem in ſuis concionibus populo inculcãt ſtudioſiſſimè, verè mihi perſuadeo huiuſmodi errores nullos ab eis ſpargi. MICHAEAS. Leuiſſima ſunt quæ dicis Samuel, & planè indigna refutatione, nec præſtas eam, quam modo prætẽdebas æqualitatem. Quum enim religione te impediri aiebas, quo minus manifeſtam tuorum impietatem defenderes, nunc tamen religionis illius oblitus, eam impietatem quibus potes ſpecioſis verborum coloribus obducis, & tamẽ magis teipſum eorum ſordibus fœdas, quàm maculas ab illis contractas eluis. Quid enim poteſt dici obtuſiùs, quàm præceptores tuos hæc contra Trinitatem non cogitato, ſed temerè effudiſſe? Peſſimè ergo de re Chriſtiana merentur, ſi manibus illotis, ſine concilio, in hæc arcana religionis veſtræ adyta irrumpunt. Atque illud non magis eſt à te inconſideratè dictum, quàm ab illis factum. Qui enim in Catechiſmis ſuis populum ad talem fidem inſtituunt, qui libris iterum atque iterum impreſſis illam vrgent, qui ſcripturas ad illam comprobandam vndique corradunt, qui toti Concilio Nicæno manifeſtò ſe opponunt, qui ſæpius admoniti ſemper tamen in eadem ſententia perſeuerant, quo ore non deliberatè nec conſultò hæc egiſſe dicendi ſunt? Quid verò Miniſtri veſtri homines ſuorum comminiſtrorum confeſſione rudes, indocti, inconſtantes, hac & illac quouis flamine agitata, principiorum ſuæ religionis ignari, quorum plerique penitus ſunt & diuinarum & humanarum literarum expertes ad populum concionentur, neque ſcio, neque ſcire laboro. Multi enim iam effluxerunt anni, poſtquam eorum concionibus interfui. Etſi Euangelium veſtrum illis columnis nita-

nis nitatur, non dubito, quin eius ruinam propediem viſuri ſumus. Illud mihi potiùs & tibi quoque diſpiciendū eſt, quod publicis regni veſtri conuitijs introducta religio præ ſe ferat, quo Reipubl. & religionis veſtræ principes tendant, quid Euangeliſtæ doceāt, quid Caluini, Bezæ, Bullingeri, Ochini, Melanchthonis, Lutheri, & iſtiuſmodi Euangelij veſtri lumina monumentis ſuis mādent, quo veſtræ ſocietatis Eccleſiæ Gallicanæ, Polonicæ, Flandricæ & Geneuenſis propendeant, quo denique Proteſtantium & aliorum, & nominatim Anglorum generalis quidam impetus feratur. His enim ponderibus & momentis libranda eſt religio veſtra. Quod ſi iſta vel omnia, vel pleraque Trinitatem occultè demoliri deprehenderis, & noſtram Alcorani fidem conſtabilire, de miniſtris nullo vel apud ſuos domi auditores numero, quique hæc abſtruſa non intelligunt, noli mihi moleſtus eſſe. Vt autem Euangelij veſtri curſum, & proteſtantium inclinationem multò pleniùs omnes aduertant, & tota noſtri temporis Eccleſiaſtica hiſtoria, & hæc ipſa à te modò iniecta Familianorum (extraneos omittam) mentio magnam occaſionem ſuppeditat. In Tranſyluaniam irrepit primo Lutheraniſmus, mox principis nutu & auctoritate ſucceſſit Caluiniſmus, etiamſi ille non promiſſo ſolum ſed iuramento quoq; paulò antea Stephano Poloniæ Regi confirmaſſet ſe ſectas omnes deteſtari, in primis Caluiniſmum de quo illud nominatim adiecit: *Si me vnquam Caluini ſectatorem videritis carnem vocate.* Sed neque diu à maiori perfectione complectenda deſtitit: nam paulò poſt *abnegata Chriſti diuinitate factus eſt Arrianus*, quo ſtatim mortuo Miniſtris variarum ſectarum conuentus pro ſuis ſeparatim Euangeliſmis Iordę, Claudiopoli, Varadini, celebrātibus, omnium diſputationis is communis prodijt fructus & effectus, *vt Arrianiſmus & Sabellianiſmus per Tranſyluaniam & Hungariū latè peruagatus ſit; & Alcorano Mahumetis facilis via ſtrata.* Vnde tam faciles mutationes, niſi quia naturalis quidam eſt Euangeliſmi ad Mahumetiſmum curſus & propenſio. Mittamus reliquas prouincias, Hungariam, Poloniam, Germaniam, Galliam, Flandriam. Pergamus ad Angliam quo tua Familianorum commemoratio me vocat: & aduerte an non apud eos hoc totum magis eluceat. Cùm enim hæc fides contra Trinitatem Chriſtiq; deitatem in tam multis Proteſtantium Anglorum millibus per varias regni veſtri partes imprimatur, vndę eam fluere probabile eſt, niſi à tacito quodā Euangelij inſtinctu? Legibus enim Parlamenti veſtri (quod ex

Poſſeuinus de Theoremat. Politic. & militar. Lanoae. pag. 41. 42. de Atheiſmis hæreticorum. c. 14.

libro

Digitized by Google

libro Communionis veſtræ conijcio) Trinitatis fides præcipitur; Concionatores, vt tu fateris ſuis in concionibus quamuis de ea rarò loquuntur, nunquam tamen impugnant: libri contra eam ſcripti nulli (vt opinor) apud vos ſaltem publicè circumferuntur. Vnde ergo hæc in veſtris hominibus ad Trinitatem reſpuendam procliuitas niſi à naturali quodam Euangeliſmi ductu & ſenſu? Vnde niſi à generalibus Euangelij principijs, quibus continenter ipſorum auribus circumſonat, ſcripturas eſſe clariſſimas, nec quicquam neceſſariò recipiendum, quod non illis manifeſtè contineatur. Quo poſito quid aliud expectandū eſt, quàm vt fides Trinitatis ex eorum mentibus ſtatim euaneſcat? Illi ſiquidem cum ſuis Miniſtris ſingulis annis ſcripturas omnes à capite ad calcem percurrentes, vt nuſquam audiunt Pontificem Romanum, nuſquam purgatorium, nuſquam ſeptem Sacramenta, nuſquam Miſſam, ita nuſquam Trinitatem, nuſquam tres perſonas in vna Deitate, nuſquam tres conſubſtantiales, coæternas, nuſquam alia eò pertinentia vel perſpicuè vel obſcurè memorari audiunt, imo nuſquam vel leuia iſtarum rerum veſtigia reperiunt. Quid dico eos reperire? quum ſi tu vel alius quiſpiam ea in reconditis quibuſdam Prophetarum & Apoſtolorum locis tanquam aurum in terræ viſceribus latens eruere conetur, illiſque oſtendere, illi ne cōcipere quidem poſſint! Sed agamus de eo quod tu ad ad tuos excuſandos multum valere putas, de Chriſto incarnato, quod poſt Trinitatem alterum eſt religionis tuę fundamentum. Hoc autem quia maiori iam ex parte abſolutum eſt, eò celeriùs expedietur. Neque enim arbitror te incarnatum illum ita interpretari, vt diuinam Chriſti naturam ab illo incarnato ſepares. Cum itaque fides veſtra Chriſtum duabus ex naturis componat, altera diuina, altera humana, illa quæ fuit ab æterno, hæc quæ facta eſt in tempore, quarum illa poſtulat, vt credatur filius Dei, iſta vt credatur filius Mariæ virginis, illam naturam quum iam ſuſtulerimus, de altera non eſt, cur admodum ſimus ſoliciti. Nemo eſt enim inter Turcas & Mauros noſtros, qui non Chriſtum Marię virginis ſanctiſſimè filium eſſe exiſtimet, eumq; vt diuinum Prophetā, & Deo inprimis gratioſum reuereatur. Sed quia vos hoc præconio non contienti eum hominem ſimul & Deum profitemini, in eo eſt controuerſia, noſtraq; à vobis diſiunctio. Et tamen ne putes pręceptores tuos vel in hoc articulo admodum eſſe firmos & conſtantes, attingam ſtrictim nomina Ducum & militum veſtrorum, qui ad oppugnandam Chriſti perſonam auxiliares

Digitized by Google

nobis copias ſuppeditant: non dico qui idcirco Chriſtum Deum & hominem negant, quia vnam in deitate perſonam ſtatuunt, vel quia Chriſtum à Deo Patre generatum inficiantur, quod tamen & euidens eſt, & inuictum ad eius perſonam deſtruendam argumentũ, vel qui Arianè inferiorem à Patre deitatem ei aſſignant, de quibus ſuperius, ſed qui planè & ſyllabatim Chriſtum Deum nõ eſſe, ſed nudum hominẽ aſſeruerunt. Horum quidem nonnullos antea propter argumenti viciniratem obiter nominauimus, eoq́; pauciora nobis reſtant narranda. Sed tamen quoniam hic eſt proprius eius argumenti tractandi locus, ideò hîc alia quædam illis antea dictis adijciemus. Quare cùm permulti, ijq́; viri doctiſſimi & Euangeliſtæ in Eccleſijs veſtris excellentes in hoc Alcorani noſtri principium veſtris hominibus ſuadendum incubuerint, tum illud nemo vel fructuoſiùs docuit, vel callidiùs probauit quàm Bernardinus Ochinus, cuius extant ea de re perelegantes dialogi Italicè quidem ab eo ſcripti, ſed ad commune Euangelicarum Eccleſiarum bonum Latino ſermone à Sebaſtiano Caſtalione donati. Quæ verò ratio eum ad hos dialogos perſcribendos cõmouit? *Quoniam* (inquit ipſe) *in Eccleſijs reformatis de Trinitate & deitate Chriſti varias exiſtere opiniones audio, iudicaui mei eſſe officij ad Veritatem declarandã hos dialogos emittere.* In quibus per ſpiritum ſuum multum laborat, vt Chriſti ante incarnationem nullam fuiſſe perſonam, nullam hypoſtaſim vndiq; conquiſitis ſcripturæ locis demonſtret. Audis *reformatas Eccleſias* de Chriſti deitate non minus quàm de Trinitate diuerſis opinionibus laborare, alios putare eſſe Deum & hominem, alios putare eſſe ſolum hominẽ, ideoq; hunc egregium Euangeliſtam accinxiſſe ſe ad ſcribendum, vt illis reformatis Eccleſijs, quæ ſolum hominem rebantur ſuam opem afferret. Quid autem præſtitit, eiuſq; labores reformatis Eccleſijs & renaſcenti in Polonia Euangelio vt loquitur Beza quam fuerint ſalutares, ex eo cõijce, quod ille ipſe *Illuſtriſſimus Princeps Nicolaus Radziuilus Dux Olicæ & Palatinus Vilnẽſis, qui pro ſuis raris virtutibus ſingulariq; pietate earum Polonicarum Eccleſiarum patrociniũ, defenſionemq́; ſuſcepit*: Cui Bernardinus Ochinus hos *ſuos Dialogos dedicauit, vt eius ſplendore & authoritate commendati fructum afferrent maiorem*, perpaucis annis poſtquam hos Dialogos ſimileſq; libros ſtudioſè peruolutaſſet, à Miniſtris autem qui è Geneua Tiguroq; ad eam renaſcentem in Euangelio Eccleſiã ædificandam permulti acceſſerant valde confirmatus ſolenni legatione, vt ſupra admonui, à Calui-

Ochinus dialog. lib. 2 in præfatio.

Ochinus in præfat. libri ſecundi Dialog.

no, Bul-

no, Bullingero reliquiſque paſtoribus tum Geneuenſibus, tum Tigurinis, pro *ſua ſingulari pietate rariſq; virtutibus* poſtulauit, vt veteres Papiſtarum de Trinitate Chriſtoque Deo opiniones ex omnibus Eccleſijs quæ renaſcenti Euangelio nomina darent, explodendas eſſe decernerent, & deinceps de Deo & Chriſto ad Alcorani noſtri normam prædicarent. Nec minus in hoc opere quàm Bernardinus, profuit quoq; Lelius Socinus obliquè & præter voluntatem à Theodoro Beza tantopere commendatus, qui ſequutus Caluinum in hoc artificio præeuntem, & ipſe reliqua ſcripturæ loca ad Chriſti diuinitatem aſtruendam pertinentia vobis eripuit, & ſpeciatim, *primum Ioannis caput interpretans, docuit Chriſtum ante natiuitatem non fuiſſe perſonam, & nomine λόγυ non perſonam, ſed qualitatem & ideam in mente diuina conceptam ſignificari, nec alio modo Chriſtum fuiſſe verbum Patris, quàm à Chriſto Ioannes Baptiſta dictus eſt vox clamantis.* Poſſem vim quandam & librorum, & argumentorum expromere, quibus Tranſyluani & Poloni omnibus Euangelicis fratribus fidem ſuam probare & *Chriſtum fuiſſe atque eſſe nudum ψιλὸν hominem* (id enim ſæpè repetunt) oſtendere contendunt. Sed ego qui potiùs ſtudeo ſummatim narrare quid credant Eccleſiæ Euangelicæ, & quam multę ſunt huius fidei participes, quàm argumenta colligere, quibus permotæ id credant, iſto labore volens ſuperſedeo, teque ſi ea ſcire cupis, ad Hieronymum Zanchium ablego, qui ea recitat & refellit, ſed ſæpè eo temperamento, vt partes noſtras iuuet non mediocriter, & ipſe ſe non nimis obſcurè Sabellianum prębeat, qui ingenuè fatetur & *alibi in prouincijs à Papiſtica ſuperſtitione ad Euangelij puritatem reformatis, maximè autem in Polonia & Tranſyluania doctrinam de æterna Chriſti Deitate oppugnari, & varia per Germaniam ſcripta contra hoc fidei Chriſtianæ fundamentum ſpargi.* Et vt ſcias quantum hæc doctrina ſit amplificata, quam altè radices iecerit, qualeſque ſint eius & Magiſtri & diſcipuli, eos *qui Chriſtum Deum negant in duos ordines* diſtribuit. *Alter* (inquit) *eſt eorum, qui quum ipſi perfidè & pertinaciter à Chriſto defecerint, reliquos quoque omnes ad eandem defectionem ſuis & verbis & ſcriptis ſolicitare, contortis ad hanc rem ſcripturis non vereantur. Alter ordo eſt eorum, qui ſimpliciter ſeducti, religione quadam in caſtra præceptorum ſuorum tranſierunt, quod videlicet ſophiſmatis decepti metuant, ne ſi Chriſtum vt verum æternumque Deum confiteantur & colant blaſphemi tandem & idololatræ deprehendantur.* Et non putas iſtos magi-

Lelius Socinus ſupra.

Apud Zanchium præfatio. ad lectorē & libr. 4. cap 2. pag. 238.

Zanchius in præfat. lib. ad Grindalum Eboracenſem

Digitized by Google

ſtros proximè ad Mahumetem acceſſiſſe, qui Chriſtianos eo prouexerunt, vt terrore Idololatriæ eos à Chriſto colendo abſtraxerint, & religione deuinctos eoſdem terreant, ne diuiniùs aliquid de Chriſto ſuſpicentur, ſcripturiſque Propheticis & Apoſtolicis diligenter collatis eos in hac fide contineant? I nunc & nega Euangelium tuum noſtro Alcorano inſeruire, Euangeliſtas tuos Mahumeti noſtro nauare operam, illos inchoare, nos abſoluere, illos in animis ſuorum iacere ſementem Euangelicam, quæ ſtato tempore producat Turcicam meſſem, hoc eſt, illos quaſi catechiſmo informare ſuos diſcipulos, quos deinceps perfecta diſciplina nobis tradant imbuendos: quanquam vt ſimpliciter loquar, non multum relinquunt nobis apponendum. Neque enim video quid deſit ad iſtos integrè pleneque Turcas efficiendos, niſi forte quis externam circuncisionis ceremoniam requirat. Neque verò ipſe Zanchius ad vtrumque fratrum ſuorum ordinem in hac opinione confirmandum minimum affert momenti, quũ contra eos qui Patres niſi quatenus ipſorum iudicio cum ſcriptura ſacra conueniunt, magnificè cõtemnunt, Patres affert, eoſque totam belli molem ſuſtinere cogit, & in Eccleſiæ nomine ſummam authoritatem & præcipuam victoriæ ſpem reponit. Hac enim eos quaſi fortiſſima phalange adoritur. *Eſt certiſſimum eo quo nos modo Eccleſiam ſemper ſenſiſſe Fatentur hoc licet inuiti ipſi etiam aduerſarij. ſi non verbis, ſaltem re ipſa, dum totam Eccleſiam accuſant erroris in hoc dogmate, patrumque omnium teſtimonia & Conciliorum reijciunt authoritatem, quo fit, vt fateri cogantur ſe non fuiſſe verè baptizatos, ideoque ſe debere cum Anabaptiſtis rebaptizari*, &c. Et mox: *Bellum apertum ab eis indictum fuiſſe toti Chriſti Eccleſiæ teſtantur putidi ipſorum libri.* Cui vel maximè ſedato non ſtomachum moueat hæc hominis vaniſſimi inſulſa loquacitas? Tu quum in omnium ſcriptorum Euangelicorum libris & moribus ſtatum, ratum, & fixum ſit axioma, in myſterijs diuinis obmuteſcere oportere homines omnes, & humana teſtimonia: quum hoc vno telo Miſſam, inuocationem Sanctorum, operum merita, Pontificatum Romanum & reliqua Papiſticæ Eccleſiæ ſcita, ipſamque Eccleſiam Romanam totam confoderis, quum hoc vno præſidio Euangelium tuum hactenus contra Papiſtas armaueris: quum fratres tui illi qui adhuc de Chriſto aliquid diuiniùs ſuſpicantur, huius tanquã fœdæ præuaricationis & Euangelicæ cauſæ per tuam timiditatem proditæ te commoneant, alij qui ipſis Euangeliſmi regulis & antiquis axiomatis inhærent,

hærent, ſuperbè contra te triumphant, quod perſpicuis ſcripturis deſtitutus prorſus Papiſticè Patrum & Eccleſiæ opem imploras: his tu ita iam vndique obſeſſus, laceſſitus, & exagitatus, & à Patrum Eccleſiæque præſidio tua ipſius voluntaria fuga & ceſſione iam olim depulſus, rurſus Patres & Eccleſiam opponas? ad Auguſtinos, Hieronymos, Baſilios, hoc eſt, *monachos, hypocritas*, ignaros, qui nihil in *Petro Pauloq́; intellexerunt*, confugias? ſub nominis Patrum vmbra deliteſcas? niſi frontem penitus amiſeris, deſine trita illa & rancida proferre, quod ſint pertinaces, obſtinati, perfidi, quod deficiant à Chriſto, quòd eorum *libri ſint putidi*, & huiuſmodi ter & amplius ridicula. Perſpicuas & planas ſcripturas expectant, mitte contumelias, & iſtiuſmodi ſcripturas in mediũ pro me. Has enim omnes obtuſas & amentatas haſtas iſti nullo ſuo periculo nudis manibus excipiunt, & in te animosè retorquent. Eandem enim pertinaciam, cæcitatem, ignorantiam, & putidos libros tibi viciſſim obiectant, & varijs emiſſis voluminibus quaſi in iudicium te arceſſunt, & de his contra purum Euangelium eiuſq; profeſſores contumelijs litem tibi conteſtantur. At (inquis) defecerunt ab Eccleſia. Ita nimirum, quemadmodum tu ab eadem Eccleſia defeciſti prior. Patres omnes reijciunt, ita nimirum, vt tu, tuique omnes: quatenus cum ſcriptura ſacra non conueniunt, ſaltem rebaptizandi ſunt, quando Eccleſiam idololatriæ condemnant in Chriſto colendo, quæ propterea eos rectè nõ potuit baptizare. Quin ergo tu prior cum toto Euangelicorum grege de integro baptiſmum ſuſcipias opus eſt. Vos enim omnes eandem Eccleſiam craſſioris idololatriæ, quod ſimulachra vt Deos coluerit, quòd panem & vinum pro mundi creatore adorauerit, accuſaſtis & damnaſtis, quare baptiſmus ab eadem Eccleſia eodem modo vobis vtriſque collatus, qui magis in vobis quàm in illis erit efficax? Reprehendit & meritò Chriſtus illos craſsè ſuperſtitioſos, qui quum in ſuis oculis trabem nõ perſentiſcant, in oculis tamen aliorum feſtucam perſpicere & miſereri ſoleant, & Poëta putat neminem eſſe tam compoſito & quieto animo qui non vehementiſſimè concitetur, & (vt ille loquitur) *qui cælum terra non miſceat, & mare cælo*, ſi audiat à Verre accuſari furem, à Clodio mæchum, a Catilina Cethegum, hoc eſt, à manifeſtè & palam reo alterum eiuſdem criminis participem. Quis enim (vt idem ait) *tulerit Gracchos de ſeditione querentes?* At iſti Primarij & Palatini Miniſtri poſtquam grandi magnificoque ſermone de vno Iehouah, & tribus Elohim ſæpiſſimè repetito

Matth. 7.

Iuuenal. Satyra. 2.

Digitized by Google

Zanchius lib. de 3. Elohim & vno Iehouah.

tito magnam ſui expectationem conciuerunt; poſtquam auditores ſolennibus eorum promiſſis, ipſoq; Euangelij perpetuo charactere perſuaſi, nihil niſi Prophetica & Apoſtolica argumenta attendunt, tum iſti modò tam elati Magiſtri ſubitò demittunt criſtas, & ad vetus atque veternoſum Patrũ, Conciliorum, & Eccleſiæ Catholicæ perfugium decurrũt, id quod ſi ad iſtos Chriſti hoſtes debellandos valet, valet quoq; ad ipſos plurimarum & grauiſſimarum hæreſum reuincendos, valet ad eorum Euangelium funditus deijciendum, fieriq; non poteſt, quin hac eadem machina tota illa, quam multis annis, maximis impenſis & laboribus extruxerunt, ſubitò ruat alto à culmine Troia. Quare quod addit Hieronymus iſte, ſe laborem hunc ſcribendi ſumpſiſſe, *partim propter ſuos minimè negligendos fratres, qui ſertius blaſphemia & idololatria premuntur timentes ne blaſphemi & idololatra conuincantur, ſi Chriſtum Deum confiteantur*, quique zelum prætendunt, *quo mirum in modum affici videri volunt gloria Patris*, partim etiam propter Hungaros Proteſtantes, *qui theſes quaſdam hac de re Alba Iulia in Hungaria diſputandas* per totam circumcirca Germaniã *ad Rhenum vſque, & Palatini Principis Miniſtros* in ipſa Rheni ripa commorantes *miſerunt*, ita tanquam ad ſingulare certamen prouocando Lutheranos, & Zuinglianos Theologos, cum hęc cauſa Zanchium ad ſcribendum impulerit: ei reſpõderi poterit aptiſſimè ab iſtis fratribus, quod hic non eſt modus euellendi ſcrupos veteres, ſed inijciendi nouos, & totam fabricam Euangelicam diruendi, quando hijs tam immenſis Eccleſiæ & Patrum laudibus, fideique in baptiſmo deuota facta mentione, eiuſq; retinendæ impoſita neceſſitate ad veterem Papiſmum reducuntur: & ſi ſatis ſit (vt vult Zanchius) ad ſimplices Chriſtianos coram tribunali diuino ab æternis gehennæ ignibus liberandos, vt dicant *ſe Chriſtum æternum Deũ credidiſſe*, quia *ſemper huc vſque conſtanter ita credidit Eccleſia*, ſufficiet quoque ad Chriſtianos in eodem iudicio defendendos, vt dicant ſe Miſſam coluiſſe, & realem in ea Chriſti præſentiã agnouiſſe, & eius generis reliqua, quia ſic ſemper hucuſque conſtanter eadem credidit & agnouit Eccleſia. Quare nec dubium eſt, quin ſi cum his argumentis ad fratres ſuos Albæ Iulię refutandos ſe contuliſſet Zanchius, riſu & cachinnis, & ſibilis ex eo cætu fuiſſet exploſus. Sed video me nonnihil à propoſito digreſſum. Indignitas enim rei, & iſtorum Apoſtolorum in diſputando inſulſitas Penelopes telam texentium, & retexentium, & qui vt deplorat Illiricus, tanquam *noui Ecebolij ex*

Fratres Euangelici putant idololatricum, adorare Chriſtum.

Zanchius ibidem in præfat.

bolij ex vniuerſa religione cothurnos conſuunt, veritatem in etiã, & non abſq; omni con'cientiæ morſu conuertentes, me nonnihil de curriculo me deflectere coëgit. Quare redeo ad enumerandos reliquos fratres tuos quos habebis in hoc cõtra diuinam Christi perſonam certamine commilitones. Et vt Polonia, Tranſyluania, Germaniaque relicta, in Galliam & Flandriam tranſeas, illicque delectum facias, multa millia de repentè tibi occurrent. Sic enim ſcribit Caluinus. *Libertinorum variæ ſunt ſectæ in Hollandia, Flandria, Brabantia, cæteriſq; Germaniæ inferioris regionibus, ij deinceps in Franciam profecti plurimos illic corruperunt, adeò vt nullo in loco habitarint, quem purum & integrum ab hac cõtagione reliquerint, adeoq; profecerunt, vt horribile ſit auditu, quam illic infecta ſint omnia.* Audis mirificam Euangelij tui & Alcorani ſimul noſtri ſementem? quæ in vniuerſis illis ampliſſimis prouincijs adeò latè ſe defudit? Atqui non tam diſcipulorum multitudine, quam magiſtrorum copia freti (niſi Papiſtarum Euangelij progreſſus, impedientium cõſpirationes & fœdera obſtant, quo de minus iam propter fœlices Nauarræi Regis progreſſus dubitamus) breui manifeſtam Alcorani in illis locis profeſſionem attendimus maximè apud eos populos, quibus lingua Gallica eſt vel natiua vel familiaris, quoniam in Gallica lingua (vt ait Caluinus) *velut examen Doctorum huius ſectæ reperitur*, adeò vt maximum in dies ſingulos incremẽtum ſperemus, nec vlla ſit cauſa quare miretur Caluinus *huius ſectæ tot exiſtere ſectatores*, quæ ſtrenuam ei multiplicandę nauantes operam tot habet Doctores & Magiſtros. Iſtorum autem omnium doctrinæ & prædicationis primum eſt caput, *Chriſtum non eſſe Deum*, nec *ex Patris ſubſtantia vllo modo generatim*, vt propterea Caluinus ingenuè *ſectam eſſe ſimpliciter Turcicam* fateatur; nihil certè diſcrepatà veſtra *Familiæ Amoris* congregatione, quæ ex Flandria hanc religionem vna cum cæteris Flandrorum mercibus in Angliam importaſſe videtur. Neſcio autem vbi noſtra ætate vel Galli, vel etiam Itali Eccleſiam Euangelicè ordinatam habuerint, qui non hanc Chriſti diuinitatem vna cum Mahumete noſtro ſuſtulerint, eumque merum eſſe hominem veteribus Prophetis & iſtis ſuis nouis Euangeliſtis parem, & ſi non ſtatim primo Eccleſiæ exortu, tandem tamen aliquo interiecto tempore conſtituerint. Quanquam enim veſtrum alij planiùs & magis directo atque incitato curſu, alij verò callidiùs obliquè per varias ambages & flexus eò deferuntur, omnes tamen, vt inquit ille.

Magdeb. in Centuria 9. præfatio.

Caluin. Inſtructio aduerſus libertinos cap. 4.

Ibidem.

Lannoy en la refutation des fauſſes ſuppoſitions &c. lib. 2. c. 2 fol 112

Caluin. vbi ſupra cap. 4. 17.

Digitized by Google

Ouid. Meta. *Seriùs aut citiùs metam properatis ad vnam.*
Tenditis hùc omnes, hæc eſt domus vltima.

In qua ad extremum libenter commoramini, & Euangelij veſtri tanquam generalem ſedem figitis. Et huius tam artificioſæ circuitionis videor mihi egregium exemplar annotaſſe in quibuſdam primis è veſtro grege Americanis Apoſtolis. Perrarò euenit, vt ex veſtris Eccleſijs ad Barbaras gẽtes fide Chriſti imbuendas veterum Apoſtolorum more aliqui Miniſtri amandentur. Illud enim eſt vobis viſitarius, vt in Papiſtis à fide ſua auertendis, quam infidelibus ad fidem aliquam conuertendis operam ponatis. Qua in re obiter non poſſum prætermittere, quin vno verbo notem magnam Alcorani, & Eccleſiæ noſtræ præ veſtro Euangeliſmo excellentiam. Quum enim vos nullum vnquam populum à Paganiſmo ad fidem veſtram, ſiue veram, ſiue falſam conuerteritis: Nos plurimos enumerare poſſumus in Aſia, Africaque, qui quum aliàs infandi Idololatriæ eſſent, Solem, Lunam, ſtellas, flumina, ſerpentes, arbores, ſaxa, & alia iſtiuſmodi loco vnius Dei adorantes, ab hac fœdiſſima Idololatria ad vnius Dei cultum noſtrorum hominum opera traducti ſunt. Neque tantum (vt ex veſtris doctiſſimis quidam præclarè diſputat) ad generalem vnius Dei profeſſionem, ſed etiam ad alia permulta. & Moſaicæ, & Chriſtianæ etiam religionis capita de creatione mundi per vnum Deum, de diluuio vniuerſali propter peccatum inducto, de Abraham veræ religionis capite, quod Moyſes cælitus legem accepit, quod Prophetæ, inter quos Princeps eſt Dauid, diuinitus ſint illuminati, quod Ieſus Chriſtus verus eſt Meſſias promiſſus Iudæis, qui eſt verbum, ſpiritus, & mens Dei, fons, origo & caput omnium hominum, conceptus de Spiritu ſancto, natus ex Maria Virgine, infinitorum miraculorum effector, vſque eo vt mortuos ad vitam reuocarit, anima corporeque in cælum tranſlatus, ideoque omnibus creaturis ratione præditis excellentior, cuius Euangelium eſt doctrina perfectionem continens, totius virtutis, religionis & veritatis, qui ad extremum iudex erit mundi, alios in cælo æternaque beatitudine collocans, alios ad inferos dãnans, &c. Et alia innumera per ſe veriſſima, ſine quibus, iã olim ante multos annos Aſia, & Africa ad veterem Paganiſmum, & Idololatriam fuiſſet reuoluta. Etſi autem tu fortaſſis, tuique etiam in hoc multa reprehendere velitis, & carpere tanquam mutila & imperfecta, propter alia multa vera omiſſa, aut etiam quædã veſtro iudicio falſa admiſta, de quibus non eſt hic diſſerendi locus, tamen

Poſtel. hiſtoire original des Turcs pagin. 46.

Ibi. pa. 47.

tamen vt vir idem prudẽter quidem monet, quemadmodum melius eſt imperfectam, vel etiam falſam habere religionem quam nullam (quemadmodum & Mahumetani, & Chriſtiani quoq; omnes contra Plutarchum ſecus opinantem defendunt veriſſimè) meliuſque eſt cibario pane, imò radicibus & corticibus arborum veſci, quam prorſus fame confici, præſtatque ab impio & nefario homine gubernari, quã omnino Principe, aut Magiſtratu carere: ita noſtra Eccleſia, quæ innumerabiles mortales, prouincias & populos hac qualicunque vnius Dei, & Chriſti religione imbuit, longè eſt præferẽda veſtræ, quæ nunquam à nato primum Euangeliſmo tale aliquid effecit. Semel tãtum accidit memoria noſtra, vt tale aliquid à veſtris fuerit attentatum, ſed ita, vt in hac hiſtoria notabile emineat exemplum illius quam dixi vel ſimulationis, vel circuitionis, qua veſtrum nonnulli non compendiariam ſequentes viam, ſed per longos anfractus & mæandros ad Chriſtum humana ſola, excluſa diuina natura finiendum contendunt. Petrus quidam Richerus inter *Icones Bezæ* pro viro *ſpectatæ pietatis & doctrinæ* celebratus, à Caluino & Eccleſia Geneuenſi in Antarcticam Galliam miſſus eſt. Is primo ſtatim appulſu Euangelium ſuum ab hoc capite exorſus eſt, ne quis Chriſtũ incarnatum ſibi proponeret adorandum. Suis enim inſtitutis primitiuam illic Eccleſiam formans, è precibus publicis Nicæni Concilij Symbolum (de quo ſupra dictum eſt) à Caluino & reliquis Caluiniſtis improbatum reiecit. & è Pſalmis Dauidicis vſitatum appendicem, qua gloriam Patri, & Filio, & Spiritui ſancto tribuitis omiſit (quam etiam in Anglia Puritani carpunt vt Papiſticam, & è publica Pſalmodia auferendam diſputant) & quia hęc Arrianiſmũ ſaperent, monitus vt Chriſtum inuocaret, prorſus recuſauit, adiecitque *hæreticum eſſe, ſi quis diceret Chriſtum neceſſario orandum*: poſtulatuſq; vt hoc vberius explicaret, quum à moribus & fide Geneuenſis Eccleſiæ videretur abhorrere, *reſpondit duas naturas in Chriſto conſiderandas eſſe, vnam diuinam, alteram humanam; permiſſum hunc vt Deum adorare, non vt hominem.* Qua eadem diſtinctione Lambertus Danæus nuper ante annos paucos ab eadẽ Geneuenſi Eccleſia, ad Eccleſias Belgicas inſtituendas miſſus, Belgas Euangelicos à Chriſto adorando deterruit. Sic enim prædicabat: *Quoniam caro Chriſti etiam in vnitate vera caro eſt, & verè creatura, ideo nunquam religioſo cultu adoranda eſt.* Et rurſus *Qui ad ipſam carnem Chriſti ſuam adorationem aut inuocationẽ dirigit, is ex ipſius Dei ore maledictus eſt.* SAMVEL:

Icones Bezæ. Villagag. ad articulos Caluin. in epiſtol ad Geneuenſem Magiſtrat. Admonit. 2. ad Parlam. pa. 39. & Cart. in defenſion. Villagag. vbi ſupra. Danæi Apologia de adoratione carnis Chriſti. Idem in examine libri Kemnitij de duabus naturis. Vide

Digitized by Google

cõtra blaſphemiam Apologiã Lamb. Danæi de adoratione carnis Chriſti, Tubingæ ann. 1583.

Atque hæc mihi videtur ſana eſſe doctrina, quique hoc modo prædicat, eum nõ homines à Chriſto adorando deterrere, ſed potius quid in Chriſto adorandum ſit commonefacere. Quũ enim certum ſit in Chriſto eſſe naturam humanam, eamque eſſe creaturam, & qui creaturam diuino honore afficit, manifeſtam idololatriam admittere, nihil video in his Richeri, Danæique ſermonibus quod reprehenſionem mereatur. Sanè admodum euidens & clarum eſt, neque Richerum, neque Danæum in his verbis Chriſtum merum hominem ſtatuere, & diuinam ei naturam detrahere, cuius tu ſceleris hoc loco noſtros homines accuſas. MICHAEAS. Arguta ſunt hæc, Samuel, & captioſa, non autem populo Chriſtiano apta, nec accommoda. Si quis in Republica veſtra, vbi maximi honores Reginæ deferuntur, argueret illas externas ceremonias adorandi, operiendi caput, flectendi genua, non conuenire veſtibus eius, neque brachijs, neque capiti, neq; reliquis corporis partibus, ſed neque potentiæ animi vegetanti, nec ſentienti, immò nec ratiocinanti, an non vt ſeditioſus ad carrum alligatus, & per vrbis plateas circumductus, flagellis concideretur, aut grauiore fortaſſis ſupplicio mulctaretur? Quid ſi Concionator vt ſuum populo oſtenderet acumen, è ſuggeſtu diſſereret, eleemoſynas quæ fiunt hominibus indigentibus, illis non admodum prodeſſe, quum anima quæ eſt hominis pars primaria, nec cibis nutriatur, nec veſtes curet, nec à frigore vel caloribus ledatur, ideoque nec eleemoſynis noſtris indigeat, corpus autem ſeiunctum ab anima nec ipſum has commoditates expetat; an non dignus eſſet, cui populus omnia neceſſaria vitæ ſubſidia ſubtraheret, vt fame & penuria doctrinæ ſuę ſtupiditatem edoceretur. Quid ita? quia etiamſi Mathematico quodã ſenſu verum eſt quod iſti omnes loquuntur, populari tamen loquendi cõſuetudine ſtultum & ineptum eſt, quum vt eleemoſynæ non ad animam vel corpus pauperis ſeparatim, ſed ad perſonam, & ſumma illa reuerentia pari modo ad perſonam Principis: ſic hic quoque adoratio ad perſonam Chriſti referatur, & in ea terminetur. Ideoque quum ſic Miniſtri tui concionantur, auditores ſuos non ab humanitate Chriſti, ſed à Chriſto adorando retardant & auocant, & per hos gradus, & circutiones Chriſtum in eandem penitus cum alijs Sanctis claſſem redegerunt. Idque tu iam pridem clarè videres, ſi me paſſus eſſes hanc narrationem interruptè à capite ad calcẽ deducere, neque concluſiones poſtulaſſes prçmaturè, quum ego vix dum media per quæ ad concluſionem ordine peruenitur, poſuiſ-

poſuiſſem. Poſtquam igitur iſta Chriſto quatenus homini negaſſet, & ab eo vt homine inuocando ſuos diſcipulos abſterruiſſet, tum progreſſus paulò vlterius, ſimpliciter & tanquam mero homini honores Deo debitos eripuit. Quare vt in Hungaria, Germaniaque Miniſtri ſuis Euangelicis periculum idololatriæ diligenter inculcare ſolent, quod vt in Sanctis, ita in Chriſto quoque colendo incurrunt, vt nuper admonui, non aliter hic Apoſtolus eundem terrorem ſuis nouis Chriſtianis incuſſit, ne perſonam (non iam carnem Chriſti, aut Chriſtum quatenus hominem) Chriſti adorarent. Sic enim ſequitur in hiſtoria ab ijs qui præſentes aderant, conſcripta. Richerus aſſenſit *per Chriſtum ad Deum Patrem nobis patere aditum, ſed negauit perſonæ Chriſti ſupplicandum eſſe, ne humanitatem eius honore diuino affi eremus. Quamobrem preces Eccleſia ad Chriſtum inſtitutas abrogauit, pro quibus preces à te (Caluine) præſcriptas & editas ſtatis diebus nobis indixit, obnixè nos obteſtatus, vt quum precibus publicè, aut priuatim operam daremus, ſumma diligentia caueremus, ne alio quam ad Deum Patrem animum intenderemus.* Vides Samuel huius egregij Apoſtoli artificium? aduertis ſolertiam? quam doctè, quam ingenioſè agit, & perdiu ſimulatione quadam veſtræ Chriſtianæ fidei ſuſpenſos vos teneat, & vt piſcator cum piſce, ſic ille vobiſcum ludat, donec tandem eſca noſtrę de Chriſto homine ſolo fidei vos planè captos & irretitos, ad noſtrum Alcoranum trahat? Quare non eſt, quod tu iſta non neceſſaria diſtinctione de Chriſto Deo & homine partim adorando, partim non adorãdo, &c. Putes magiſtros tuos defendere, vel illos a nobis diſiungere. Iam enim perſpicis iſtum eò delabi ſua ſponte, vt non alteri in Chriſto naturæ (quam tamen diſtractionem magis quam diſtinctionem in Eccleſia Chriſtiana ſimplici popello prædicare ſtultum certè eſt, ſi non planè impium) ſed Chriſto vel perſonæ Chriſti diuinum honorem adimat, & perſonam illam merum eſſe hominem & non Deum, ſuis Neochriſtianis tradat. Sed hoc (vt dixi) ab iſto magis rectè & indirectè. Quod ſi eos audire cupis, qui clarè & articulatè hoc idem faciunt, longè plures huius generis enumerare potero, quorum vnus eſto (verbi gratia) doctiſſimus vir Anglus, & puritanorum nuper in Anglia Princeps. Is eorum idololatriam, qui Chriſtum hominem pro Deo colunt, & Papiſtarum idololatriam, qua panem Euchariſticum pro Deo habẽt, ſimul comparans, & vtriſque Iudaicam infidelitatem longè anteponens: *Papiſtæ* (inquit) *ipſis Iudæis deteſtabiliores ſunt. Idololatræ.*

Villageg. vbi ſupra cap. 83.

Quę

Cart. in 2. replic. pag. 191. Beza Epiſtola. 0

Beza in reſpon. ad argumenta Brentij de omni præſentia pag. 23. & lib. de hypoſtatica vnione contra Andream pag. 64 65.

Quis enim aliquando iudæus pro Deo cæli adorauit fragmentum panis, vt faciunt Papiſtæ: Neque verò mihi perſuaderi poterit Iudæos (Petrum, Paulum, Apoſtolos & Diſcipulos) vnquam fuiſſe adeò ſtupidos, vt crederent aliquē miſerum & ſimplicem homunctionem quem oculis cernerent, fuiſſe Deum viuentem; Quod tu tamen de veſtro Ieſu Nazareno miſerè nato, miſerius vitam agente, ſed omnium miſerrimè (iuxta veſtra dogmata) mortem obeunte exiſtimas. Quæ perſuaſio huic egregio & clariſſimo ſcriptori prorſus monſtroſa & portentoſa videtur. Sic item Sebaſtiano Franco ſcriptori in Germanicis Eccleſijs non obſcuro, cuius libri Argentorati impreſſi extant, *Chriſtus ita eſt Deus nec aliter, quam olim Socrates, vel Mercurius Triſmegiſtus Deus dicebatur.* Theodorus quoque Bezæ ſuos diſcipulos erudit, vt *Chriſtum hominem perſonaliter à Deo diſtinguāt.* Quæ diſtinctio vera eſt radix omnium argumentorum, quib. Neſtorius olim & Richerus vel alij hodierno die diuinum ab eo honorem & adorationem auferunt. Cui inſiſtentes omnes ferè quos hactenus enumerauimus, Trinitatis vel Deitatis Chriſti hoſtes ex *Chriſto redemptore noſtro* (inquit Ioſias Simlerus) *Philoſophum quendam faciunt datum nobis in hunc duntaxat finem, vt ſit rectè viuendi exemplum ad imitationem propoſitum* In Anglia autē ita nuper propagata eſt hæc fides à Familianis, vt Conſiliarij veſtri vtile putauerint ad reliquorum præproperam temeritatem reprimendam in vnum nimis acrem huius fidei buccinatorem vltricibus flammis animaduertere: quid verò prædicauit Martyr ille? Idem nimirū quod Beza, quod Sebaſtianus Francus, quod Carterovvritus, quod Richerus, quod tam innumera in omnibus quas proximè numeraui prouincijs Euangelicorum, Fratrum, & Doctorū millia, *Chriſtum non eſſe Deum, nec Saluatorem mundi: eum qui colunt execrabiles eſſe idololatras; Baptiſmum non eſſe in Eccleſia neceſſarium, nec Sacramentū Euchariſtiæ; Spiritum ſanctum non eſſe Deum; & fantaſma eſſe, quod Papiſtæ de Spiritus ſancti vel eſſentia vel Deitate credunt.* Sic ille viuens docuit, multoque fructuoſius morte firmauit, & in medijs flammis illuſtris martyr ſanguine ſuo ſanctiſſimam Alcorani noſtri doctrinam obſignauit. Quam itidem fidem non nuper exortam, ſed vna cū Euangelio veſtro in Anglia ſatam fuiſſe, & à primis Eccleſiæ illius authoribus traditam, argumento eſt, quod temporibus Reginæ Mariæ martyres veſtri hanc fidem tenuerunt, & pro eadem conſtantiſſimè ad mortem vſq; decertarunt. Id quod & ex Actis Epiſcopalibus iudicijſque publicis patet, & etiam ex Mar-

Simlerus in præfat. lib de æterno Dei Filio.

Stous in Elizabet. pag. 1195.

Martyres alios huius generis, vide in Caluino cōtra Libertinos ca. 17 & in fi ep. 054. Fox. in hi-

ex Martyrologi veſtri Foxi monumentis, qui perſpicuè notat *ſtoria Cæleſſi pag.*
Euangelicorum fratrum nonnullos, qui tum Londini in carce- *1334.*
ribus propter Euangelium incluſi fuerant, *Chriſti diuinitatem*
negaſſe. Sanguis autem martyris (vt vos frequentiſſimè vſur-
patis) eſt ſemen Euangelij. Et fieri non poteſt quin hoc ſemen
mirabiliter apud vos creuerit, quod tam diuturno tempore à
tam peritis agricolis fuit ſatum, & deinceps talium martyrum
ſanguine irrigatum. Et prætereà hoc martyrium egregium eſt *Apolog.*
veritati euincendæ argumentum, vt tu noſti, & vir ille in hi- *Anglicã.*
ſtoria ſua ſæpe numerò inculcat, & Epiſcopi veſtri, Miniſtriq;
tum in côcionibus, tum in libellis ſuis crebro gloriantur. Cui
veritati ſi tu Samuel aſſentires, & iſtis fratrib. quos habes in-
numerabiles in Hungaria, in Polonia, in Trãſyluania, in Ger-
mania, in Gallia, in Flandria, in Anglia, in nouo orbe, in omni-
bus mundi partibus & prouincijs, in quibus Euangelium tuũ
viget, ſi te adiungeres, ſtatim cõſopita eſſet omnibus inter nos
contentio, tuque melius & ipſi quidem veritati, & conſcientię
quoq; tuæ tranquillitati conſuleres, nobiſcum quidem Tur-
cis in vnam fidem, & Eccleſiæ corpus coaleſceres, qui eadem
vobiſcum Euangelicis ratione ducti ob diuinæ maieſtatis, &
vnitatis gloriam, & idololatrię timorem, Chriſtum Deum co-
lere veremur, quod eſt principale Alcorani noſtri, & Euange-
lij veſtri caput: & vnà extremum Euangelij tui ſcopum aſſe-
quereris. Hic eſt enim verus illius genius, hic ſcopus, hic finis,
hęc ſumma denique Euangelij tui, quo ſi te contuleris, ita de-
mum magis perfectè Euangelicus euadens, longè eris quam
nunc beatior. Etſi vel manifeſtæ rationi credis multis experi-
mentis confirmatæ, vel Ioanni Brentio *grauiſſimo & erudiliſ-* *Iuell. de-*
ſimo illi ſeni (vt eum appellat Iuellus veſter) à multis fœdiſſimis *fenſ. Apo-*
erroribus liberabere, neque omnino deſeres fratres tuos, ſed *logiæ par.*
tantum velociore curſu iſtos tam turbulentos fluctus maxi- *4. c. 19. 20*
marum contentionum prætervectus, paulò prior eam ſtatio- *§. 1.*
nem ingredieris, quo breui poſt moleſtiſſimam iactationem
tota Zuinglianorum natio te conſequutura eſt. Scribit enim *Brent. in*
iſte tam grauis & eruditus ſenex Brentius, *Zuinglianorum do-* *recognit.*
gmata eſſe diabolica, & impietatis plena, redundare illorum om- *Propheticæ*
nia deprauationibus, ſtrophis & calumnijs, illorum de cœna Do- *& Apoſto.*
minica errorem, alios magis ſacrilegos ſecum trahere. Ad quæ o- *&c in fi-*
mnia mala curanda prædicit *breui futurum, vt per illos redu-* *ne. Item in*
catur in Eccleſiam hæreſis Neſtorij, & nihil denique maneat re- *Bullingeri*
liquum de articulis noſtræ religionis, ſed inducatur in Eccleſiam *Coronid.*,
Ethnicismus, Talmudiſmus, & Mahumetiſmus. Quod de *an. 1564.*

Ethni-

Digitized by Google

Ethniciſmo dicit, conuitium eſt, quod de *Mahumetiſmo* & *Talmudiſmo*, veritas eſt, quia contra Trinitatem, & Chriſti Deitatem optimè Iudæis & Talmudiſtis cum Alcorano noſtro conuenit. Quod verò aliqua Zuinglianorum dogmata ſint *diabolica & impie atis plena*, maximè ea quæ tenent cum Alcorano noſtro pugnãtia, vt Lutherani fratres aſſerunt, ita nos non inuiti concedimus.

ARGVMENTVM
CAPITIS DECIMI.

Michæas Samueli hæc vt valdè noua & abſurda admiranti oſtendit eſſe facilia & expedita, & ipſè ex re l quis Euangelij principijs fluentia, quæ niſi Alcoranus ſuccurrat, ducunt ad Atheiſmum. Deinde breuiter permulta ex ſuperioribus accommodat ad euertendam perſonam & diuinitatem Spiritus ſancti, quæ in omnibus penè Euangelicorum Eccleſijs refutatur, etſi Miniſtrorum permulti morem Chriſtianum de Chriſto, & Spiritu ſancto loquendi vſurpent, ſed cum ſenſu & intelligentia Mahumetana.

CAPVT DECIMVM.
SAMVEL.

EQVIDEM perhorreſco (Michæa) hæc te adeò infanda commemorantem audiens. Nunquam enim cogitaſſem, imò vix adhuc mihi imperare poſſum vt credam Euangeliſtas noſtros tam plauſibili diuini verbi, & puritatis Euangelicæ, & reformatæ religionis prætextu in ſuorum auditorum aures, & animos tam ſuauiter influentes, vnquam in hæc prorumpere potuiſſe, nõ modò falſa, abſurda, hæretica, ſed horrenda, portentoſa, execrabilia, ſic vt (quod ego maximè admiror) illa fundamẽta à quibus inceperunt, & ſuper quæ alia hactenus omnia conſtruxerunt, illa (inquam) ipſa fundamenta iam prorſus à fundamentis diruant. Quis verò è tam præclaris initijs tam fœdos exitus vnquam poſſit imaginari? MICHAEAS. Iſta tibi ſi mira videantur (Samuel) id accidit non tam rerum ipſarum

natura,

natura, quam tuo errore: quemadmodum olim primi homines Lunæ Soliſque Eclypſes obſtupeſcebant, quando earum cauſas nondum inueſtigaſſent. Ita quoq; ſe fuiſſe affectum ſignificat is, qui in hac tragedia ſedulus fuit actor Ioſias: *Pudet* (inquit) *hæc referre, & ſi in hoc ipſum (de Chriſto habito tantum pro Philoſopho, non redemptore) tum reliqua quæ à Samoſatenianis de Chriſto ſcribuntur, noſtris hominibus incredibilia videri.*

Ioſias Simlerus vbi ſupra in præfat.

Et initio quidem ita fortaſſe videri poterant, quum magno artificio hæc occulerentur, quum Euangelium quaſi in infantia poſitum, nondum expreſſa aliqua dediſſet indolis ſuæ argumenta. Iam verò poſtquam ad maturitatem quandam peruenit, eiuſque ſtatus totus tanquam in theatro poſitus ita innoteſcit, vt pauci ſint, qui eius ortum ignorent, progreſſum & incrementa non conſiderent, qui cum antecedentibus conſequentia non comparent, & ex cauſis efficientibus neceſſarios effectus magna facilitate & probabilitate deducant; iam (inquam) poſt tam multa etiam experimenta, nihil horum omnium quæ tu admiraris, magis eſt incredibile, quam Solem vel Lunam ab ortu aſcendere ad meridiem, & deinceps deſcendere ad occaſum, quam verno tempori ſuccedere æſtatem, & æſtati autumnum. Quæ omnia tantum abeſt, vt homines mirentur, vt contra potius prodigij loco habeant, ſi iſtæ mutationes non fiant. Prodigium quidem erat, quum præcipiente Ioſue *Sol contra Gabaonne mouearis, & Luna contra vallem Aialon*, ſteterunt Sol & Luna in loco ſuo immobiles. Et ſanè mihi non minùs prodigioſum videretur, ſi Euangelici tui in fide à Luthero, & Zuinglio primum tradita ſibi conſiſterent, nec huc vſq; proueherētur, quo eos prouectos tibi & Simlero eſt adeò incredibile, niſi fortè alteri⁹ generis exitum infeliciorem illis volueris aſſignare. Nam Brentius Zuinglianum & Caluinianum Euangelium Mahumetiſmo finiendum ominatus, quod omnium eſt pulcherrimum honeſtiſſimumque, illis prænunciat. Alij enim notant fratres tuos à ſuis magiſtris formari ad Ethniciſmum, vt Brentius iſte: alij ad Atheiſmum, qua ſecta vt Archiepiſcopus veſter Cantuarienſis ſcribit *Eccleſia Anglicana redundat*, quę eſt reliquarum omnium maximè infamis & diabolica. Qui verò vobis ad Alcoranum propenſionem tribuit is id dicit quod vobis glorioſum eſt, & votis omnib. expetēdum. Notat Bullingerus, quod ante multos annos *illa vehemēs & implacabilis inter Lutheranos, & Zuinglianos diſſenſio de Euchariſtia non paucos adeò cōmouerit,*

VVhitgift defence tracta 3. ca. 6. pag. 278.

Bulling. in fundamento firmo.

vt velut

contra Brẽtium ca. 1. *vt velut animum deſpondentes dicerent ſe poſthac nihil amplius niſi quod ipſis liberet credituros.* Quod ſi tam multis abhinc annis factum ſit in illo quaſi flore & viriditate Euangelij, iam in hac ſenecta & magna deformitate, quando tam vaſta nouarũ ſectarum, & diſſenſionum facta eſt acceſſio, poſtquam aduerſarij ſcriptores multò acrius & cruentius ſeſe viciſſim multis libellis lacerauerunt, quanto credibilius eſt homines magis veritatem deſperare, magis animos deſpondere, eoque obſtinatius veritatis curam, & Dei cogitationem omnem abijcere. Scribit eodem ferè tempore Iacobus Curio ad Palatinũ Rhenenſem, pullulaſſe & frequẽtes in Germania *Lucianicos homines, qui immani audacia & furore, maximis in rebus malebant ſequi, & oſtentare imaginationes ſuas, quam ſacris aſſentiri oraculis, immò qui Moyſen ſardonicè & vecorditer ludibrio habebant, quia ætatem Adamo & ſoboli eius tribuit, quæ natura modum & fidem excedit.* Cui malo iſte valdè Chriſtianè & Theologicè occurſurus, *contra huiuſmodi* (inquit) *Epicuræos deriſores, ſtipandus & muniendus rationum agmine hoc tempore Moyſes eſſet. Atque vtinam pius & eruditus aliquis Euangelicus ſuſcipere hoc laboris non grauaretur.* Quod ſi Germani ſola ætatis longinquitate in primis parentib. offenſi, tam prophanè Moyſen irridebãt, hoc eſt religionem omnẽ, & Chriſtianam, & Iudæam, & aliam etiam quamcunque ſpernebant, quantò magis illi frena Atheiſmo, & Chriſti Deique contemptioni laxaturi erant, ſi reliqua in veteri Teſtamento de creatione mundi, diluuio, de Ioſue, de Samſone, de Elia, &c. multò quam illa de ætatis primorum hominũ longitudine incredibiliora perpenderent. Et ſi Moyſes, hoc eſt, ſi Prophetarum Dei excellẽtiſſimus, ſi lex diuina, vel potius ſi ipſum Euangelij totiuſque religionis fundamentum fidem apud vos non inueniat, niſi humanarum rationum præſidio fulciatur, quid mirum eſt, fidem de Deo incarnato, hoc eſt, de vna perſona Deo & homine, creatore & creatura, mortuo & immortali, &c. Quæ contradictionem quandam implicant, quæ multò minus ratione concipi poſſunt, multoque magis cum phyſica & experientia pugnãt, quid inquam mirum eſt hanc fidem in mentibus veſtris deficere & extingui? Atqui hæc paucis dicta ſunt, vt tibi (Samuel) tuam admirationem tollam. Iſta enim quæ dixi omnia tibi accuratè tuorum hominum mores & Euangelij naturam põderanti ſtatim erunt plana, perſpicua, expedita. Iam verò de Spiritu ſancto non puto eſſe operæpretium, ſeparatam aliquam diſputationem attexere. In his enim quæ de Trinitate &

Iacob. Curio in rebus Chronolog. anno 1566. pag. 151. baſil.

tate & Chriſti Deitate dicta ſunt, plurima tum generalia, tum particularia argumēta continentur contra Spiritus ſancti Deitatem. Quiſquis enim Trinitatē negauit, negauit directè perſonam Spiritus ſancti, qui Chriſti Deitatem ſuſtulit, ſuſtulit manifeſtò eſſentiam Spiritus ſancti. Nullo enim ſophiſmate petitur Trinitas, ſiue illud contra naturæ vnitatem dirigatur ſiue contra naturæ hypoſtaſim, quin conſequentia ineuitabili Spiritus ſancti maieſtas & Deitas inuadatur, qui totus à Patre procedit & Filio. Volunt Theologi veſtri Filium non eſſe Deum à Deo Patre, ergo certiſſimum eſt nec Spiritum ſanctum poſſe eſſe Deum à Patre & Filio. Volunt Chriſtum eſſe Deum à ſe, non à Patre: ergo & Spiritus ſanctus erit Deus à ſe, non à Patre nec à Filio. Definiunt perſonam in Filio nihil eſſe aliud quàm proprietatem in Deo reſidentem: ergo nec Spiritus ſanctus aliud erit quam proprietas in Deo reſidens. Negant plenam Deitatem Filio, negant ergò & Spiritui ſancto. Omnes prouinciæ Euangelicæ aduerſantur Trinitati, hoſtes ſunt Deitatis in Chriſto. Neceſſe eſt igitur eoſdem aduerſarios eſſe Spiritus, nec eius Deitatem poſſunt agnoſcere. Magiſtri diſcipulos ſuos à Chriſto colendo & inuocando deterrent, obiecto horribili idololatriæ periculo, non eſt ergo dubium, quin eodem intentato diſcrimine eoſdem perterrefaciunt, ne Spiritū ſanctum adorent, nec Trinitas perſonarum, nec Deitas Chriſti aliquem habet neceſſarium locum in fide veſtra, eò quod claris & perſpicuis ſcripturæ teſtimonijs confirmari non poſſunt. Eodem ariete euertitur Spiritus ſancti hypoſtaſis, quam eius hoſtes aſſerunt manifeſto verbi Dei fundamento deſtitui manifeſtioribus certè ſcripturis, quam Chriſti Deitas non oſtenditur. Concilium Nicænum, quod Filij æternam Deitatem contra Arrium ſanciuit, multis modis errauit, & quis præſtabit, ne vel Conſtantinopolitanum, vel Italicum aliquod Romani Pontificis, quod erat & tempore recentius, & numero Epiſcoporum infrequentius ſimiliter in Spiritus ſancti Deitate contra Macedonianos & Pneumatochos ſtatuenda errauerit? Patres antiquos, qui negātibus *Filium ex ſubſtantia Patris eſſe genitum* anathema dixerunt, confidenter reijcitis, quia in eo decepti ſunt, & vos ex verbo Dei eos iudicatis & (niſi quatenus cum ſcriptis Apoſtolorum & Prophetarum oraculis eorum decreta concordant) vt humana inuenta aſpernamini, ergo quum eodem modo de Spiritu ſancto pronunciant, quū eum quoq; ex eſſentia Patris & Filij manare teſtantur, quum in eum qui *negauerit vnam Patris & Filij & Spiritus ſancti eſſe*

Theodore. lib. 5. c. 4. 9. Socrat. lib. 4. cap. 12.

Thedore. hiſto. lib.5. cap.11. *diuinitatem, authoritatem, poteſtatem, gloriam vnam, dominatum vnum, vnum regnum, voluntatem & veritatem*, anathema iaciunt, quum *Spiritum ſanctum ſtatuunt ab omni creatura perinde vt Patrem & Filium adorandum*, quum non contenti vt quis rectè de Patre ſentiat, niſi fidem ab ipſis præſcriptam de Filio teneat; nec verò vt cum ipſis eadem de Patre & Filio credat, niſi etiam eandē ipſorum fidem de Spiritu ſancto profiteatur, dum durè admodum & peracerbè non ſolùm hæreticos eſſe declarant, *qui de Filio aut Spiritu ſancto prauè ſentiūt iuxta eorum ſententiam, ſed etiam adijciunt eoſdem in Iudæorum & Gentilium infidelitate verſari*, idque ſe *deprehendiſſe*. Quid ni hic vos iure veſtro vtamini, vt iſtos Patres errātes cum ſuis erroribus reprobetis, ad amuſſim verbi diuini eorum anathemata expendatis, multoq; quā antea ſecurius & confidentius. Hęc eorum bruta fulmina negligatis? Quod etiam vobis magis neceſſariò eſt faciendū, partim quia hic de Spiritu ſancto error in illo priore de Chriſti Deitate fundatur, & ex eo naſcitur, partim quia Pontificis illius Romani, quem vos Antichri- *Zozomen. lib.6.c.22.* ſtum eſſe non dubitatis in hoc articulo ſtatuendo multo maior interuenit authoritas. Eius enim inprimis valuit imperium ad eos profligandos qui contra Spiritum ſanctum ipſiſſimam nobiſcum Euangelicam veritatem tuebantur. Vos autem, qui in Euangelio plantando ſtudioſè admodum inuigilaſtis vt Pōtiſicatum Romanum conuellere poſſetis, & ea valdè diligenter dogmata propagaſtis, quæ Romanum Pontificē maximè offenderent, & ſedis illius maieſtatem imminuerent, in Spiritus ſancti diuinitate oppugnanda debetis eſſe fortiſſimi, in qua aſtruenda Rom. Pont. fuit acerrimus, & cuius præſidio ſuam Eccleſiam contra omnem omnium inimicorū impetum etiam in hoc mundo gloriatur fore immortalem. Hæc autem ego non tam diſputandi quam admonendi gratia affero, ne tibi ſuperfluo labore ſim moleſtus ea rurſus de integro demonſtranda ſuſcipiens, quæ ſuperius abundè ſunt probata, tantummodo fontes Theologiæ veſtræ iudicare volui generales, ex quib. vt ad Chriſtum ſic quoq; ad Spiritum ſanctum ſua Deitate exuendum argumentorum vberrima vis erumpit. Et tamen in ijſdem locis particulares plurimorum Euangelicorum heroicos conatus notauimus, & Euangeliſtarum doctiſſimos libros, & regionum Euangelium profitentium ſynceram fidem, & martyrum pro Euangelio morientiū præclaram fortitudinē, qui ſigillatim & ſingulari bello Spiritus ſancti Deitatem & perſonam aggreſſi ſunt. Spiritui enim ſancto

nomi-

nominatim ſe oppoſuit Gentilis,& pro fide ſua aſſerẽda mortem oppetijt. Spiritus ſancti hypoſtaſim & perſonam nullam eſſe prædicauit in Polonia Ochinus, ad eamque fidem Polonos ſibi audientes conuertit, & in eadem fide vitam finiuit. Quę de Spiritus ſancti perſona & cum Deo Filio & Patre conſubſtantialitate docuerunt antiqui Patres in Concil. Nicæn. & Conſtant. ea Sophiſtica & Papiſtica eſſe ſuis in Catechiſmis profeſſi ſunt Miniſtri & Euangeliſtæ Tranſyluani, nec voluerunt ijs ſuperſtitionibus Papiſticis infici Eccleſiæ purę in Trãſyluania renaſcentis ſymbolum & fidem, quiq; in vicina Morauia Euangelio plantando maximam impendit operam vſque ad carcerum & vinculorum perpeſſionem, *irriſit Spiritum ſanctum, aſſerens nihil in ſcripturis ſacris veteris aut noui Teſtamenti de illius diuinitate haberi, ſeq; potius velle redire in cenobium*, ex quo diſceſſerat, *quã credere in Spiritum ſanctum*, quo etiam tanquam potentiſſimo argumento, quia *nuſquã in ſcripturis Spiritus ſanctus appellatur Deus aut Dominus*, Tranſyluani quoque eius diuinitatem impugnant. Similiter & Angli Familiæ Amoris diſcipuli impios vocant, qui Filium & Spiritum ſanctum Deum cum Patre agnoſcunt. Martyres quoque veſtri, qui contra Chriſtum Deum ſanguinem ſuum profuderunt, ijdem & illud quoque appoſuerunt, vt perfectè Euangelicum, *nec Spiritum ſanctum eſſe Deum, & fantaſma eſſe quod Papiſtæ de Spiritus ſancti vel eſſentia vel Deitate credunt.* Denique ſi omnes Europæ nationes, quæ à Catholica fide ad Euangelicam veſtra opera vel totę vel ex parte traductę ſunt perluſtraueris Polonos, Trãſyluanos, Hungaros, Germanos, Heluetios, Gallos, Flandros, Hollandos, Anglos, illæ omnes vnà cum Euangelio veſtro opinionem de Spiritu ſancto nõ minùs quàm Chriſto in ordinem cogẽdo, & infinitam illam Dei Maieſtatem ei auferendo imbiberunt, quod ex hiſtorica rerum geſtarum narratione, & varijs ipſorum fratrum confeſſionib. à me ſuo loco commemoratis conſtat euidenter. Et mihi ſanè videtur egregium quiddam & animaduerſione valde dignum, quod Eraſmus à veſtra ſocietate non nimium abhorrens in ipſo initio tragedię huius annotauit, veſtros vt plurimum quũ de Dei natura & perſonis confitendis agerent, ſemper *prætermiſiſſe Spiritum ſanctum*, & tum ſuboratus eſt eos tale quid parturire, quod iam ſuo tempore pepererunt, immò & tum quoque, quum vix radices alicubi eieciſſent, audebant tamen cõferre, vt Eccleſiæ Catholicæ *Chriſtianiſmum cum impia ſuperſtitione Ethnicorum, imaginem Chriſti cum imagine Veneris,*

Simlerus in vita Bullingeri. fol. 40.

Prateolus de hæreſib. lib. 10. ca. 10.

Tranſylu. lib. 2. ca. 5.

Eraſmus in Epiſtola ad fratres inferioris German. propè finem.

dinos Chriſtianorum cum dæmonibus, ſic etiam veſtram *fidem de Trinitate*, de Filio genito, & Spiritu ſancto procedēte comparabant *ſomnijs Platonicorum de prima cauſa & logo.* Neque tamē negare volo, quin plerique Euangelici perdiu & de Chriſto, & de Spiritu ſancto honorificè loquuti ſunt, nec eius Dei appellationem inuidebant, ſed more ſuo, hoc eſt, ſolerter & callidè his vocibus vſi ſunt, vt ſyllabæ quidem Chriſtianæ in eorum extremis labris ſonarent, ſed intelligentia Turcarum in intimis animis inſideret, hoc eſt, non inuiti vtebantur verbis Chriſtianis, ſed eadem intelligebant ſenſu Mahumetano, quod inter alia idem Eraſmus tum temporis in ipſa ferè Euangelij herba obſeruabat. Sic enim ſcribit. *Verbū* (Chriſtum) *& Spiritum ſanctum meditantur à vero Dei cognomine depellere, vt iam hac in parte nihilo meliores futuri ſint Chriſtiani quam Iudæi & Turcæ, qui quoties ſe componūt ad pietatis profeſſionem, facile patiuntur Chriſtum vocari Prophetam, aut etiā Deum ſi vrgeas, ſed talem, qualis fuit Moyſes cæteriq; Prophetæ.* Ita tum ex hoc loco, tum ex alijs multis conſtat fuiſſe Magiſtris veſtris in more poſitum, vt ſonitu veterum dictionū quæ eſſent Chriſtianis auribus gratæ, auditores ſuos permulcerēt, quum interea nouo ſenſu eas dictiones interpretarētur; quod vt in rebus politicis fecerunt, quum Regum obedientiam excutere niterentur: ſic in rebus Eccleſiaſticis, in Chriſto, in Spiritu ſancto idem ab eis factitatum fuiſſe, non ego nunc primū dico, ſed ab ipſo Euangelij exordio Eraſmus vir doctiſſimus aduertit. Quod in Eraſmo eo magis eſt notādum, quo magis ipſe Chriſtianorum fidei de Chriſto & Spiritu ſancto improbatę graui ſuſpicione laborauit. Quem propter plurimos ſcripturæ locos à vetuſtis Patribus ad Spiritus ſancti Chriſtiq; diuinitatem aſtruēdam inflexos, ab eo autem ſuo genuino ſenſui contra Chriſtianam & Papiſticam fidem reſtitutos Hungarici Miniſtri in eo libro quem Ioanni Regi obtulerunt iuſtè fortaſſis & merito *præcurſorem Prophetæ ſui Serueti* nominauerunt. Sed paulò hic ſum longior quàm propoſueram. Tantūmodo enim refricare volebam memoriam eorum, quæ paulò antea contra Trinitatem & Chriſti diuinitatem ſcripta, euidenti neceſſitate & conſecutionis ordine ad Spiritum ſanctū è ſuæ altitudinis & gloriæ ſolio ſummouendum valent: quo nihil eſt magis promptum & expeditum, ita non modò ſimillima ſunt, ſed potius planè eadem, quæ à Chriſtianis de eſſentia harum perſonarum diſſeruerunt. Illud autem proximè poſitum Eraſmi teſtimonium duo præterea non contemnenda ſugge-

Eraſmus in præfat. lib. 5. Baſilij de Spiritu ſancto.

Ann. 1567.

ſuggerit:alterũ hac in re vos Turcis nihilo eſſe meliores (quod tamen non eſt vobis ignominiæ, ſed nobis gloriæ) alterum, vos non quidem ſubdolè & vafrè, ſed prudenter & ingenioſè ſimplicibus illis Chriſtianis, quibuſcum verſabamini non ſine cauſa illuſiſſe, eundem cum illis diu retinendo ſermonem, & perpetuò eandem nobiſcum concipiendo ſermonis intelligentiam. Ex quo perſpicias non poſſe te ſemper de vera tuorum mente & ſententia ex ſolis verbis exiſtimare, quæ regula quantam vim in veſtra Theologia habeat, partim ex iſtis perſpicere potes, ſed poſt ex reliqua colloquij noſtri ſerie magis eluceſſet.

ARGVMENTVM CAPITIS VNDECIMI.

Michæas de Chriſto incarnato acturus, ponit cauſam eius incarnationis, nimirum vt ædificaret Eccleſiam, id eſt, Rempublicam fidelium, cuius forma iuxta Euangelicos ineptiſſimè conſtituta eſt, quia in ea nec Deus religioſè coli poteſt, nec vnitas fidei conſeruari, nec vllus eſt modus extinguendi ſchiſmata & diſſidia, quam nulla aliquando Reſpublica vllo tempore, ſiue apud Paganos, ſiue Chriſtianos omiſit. Mahumetes autem multò aptius & ad religionem, & ad pacem ſuam Eccleſiam formauit.

CAPVT VNDECIMVM.

QVARE ad meum me penſum munuſque reuocabo, vt quod ſupereſt de altera Chriſti natura, de humanitate, incarnationis œconomia, & ijs quæ in hoc mundo geſſit, abſoluam. Ita.n. perfecta erit hęc quam propoſui de Deo & de Chriſto tractatio, & tu ſincerius iudicabis, vtrum nos Mahumetem, an vos Chriſtum magis honoretis, imò vtrum nos de Chriſto, quàm voſipſi præclarius diuiniuſque non ſentiamus. Vnde autem auſpicabimur aptius quàm ab illa Eccleſia cuius formandæ & conſtruendæ gratia vos incarnatum Chriſtum, & cuius poſtquam collapſa erat, reficiendæ & inſtaurandæ gratia nos Mahume-

tem à Deo miſſum dicimus. Vtriuſque huius Reipublicæ fabricā ex illis legibus metiamur, quas vos à Chriſto, nos à Mahumete accepimus, & deinde quemadmodum ex operis pulchritudine & firmitate architectum, ex militum obedientia & fortitudine ducem, ex diſcipulorum probitate, & doctrinà præceptorem, ſic ex Eccleſię ſtabilitate, & hominum probitate moribuſque Chriſtum æſtimemus, & Mahumetem, quem vtrique Eccleſiæ noſtræ tanquam architectum, noſtrumq; in vita & moribus ducem & Magiſtrum profitemur. Non adeò libenter quidem iſtā comparationem ingredior; nam & nos ipſi quaſdam Chriſto prętogatiuas ſupra Mahumetem tribuimus, & de eius perſona diuinius quā de noſtro Propheta ſentimus, illudq; habemus in veriſſimis noſtris tanquam Canonicis libris ſcriptum quod cum Legislator noſter legem ſuam à Deo accepturus à Gabriele in cælum duceretur, & in primis ſex cælis ſingulos Patriarchas cum Angelorum infinita multitudine vidiſſet Adamum, Noë, Abrahamum, Ioſephū, Moyſem, Ioannem Baptiſtam: qui omnes Mahumeti tanquā Prophetæ ipſis excellentiori & in maiori apud Deum gratia humiliter ſupplicabant: in ſeptimo quod erat ſupremum Deiq; throno proximū conſpicatus Chriſtum Mahumetes ſeipſum Chriſto magna cum humilitate commendabat, perinde ac ſi hic tantum ſuperaret Mahumetem, quātum Mahumetes reliquis illis antecederet. Quare etſi propter hanc rationem, & præterea quia nos magis quàm vos Chriſti nomen doctrināque nobis poſſimus aſciſcere, vti iam bona ex parte demōſtrauimus, eiuſque incorrupto Euangelio noſter Alcoranus magis quam veſter conſentiat, totaque noſtra & vita & fides magis quam veſtra Chriſtum ſapiat, adeo vt exacta cōparatio (ſi legis vtriuſque authorem conferre volumus) fieri non debet inter Mahumetem noſtrum & Chriſtum, qui magis noſter eſt quàm veſter, ſed Lutherū & Zuinglium, qui inſtar Mahumetis Alcoranum veſtrum, hoc eſt formam religionis vobis fabricauit: tamen largitatis cuiuſdam & magnificentiæ gratia tantum vobis concedam, vt Chriſtum veſtrum legislatorē agnoſcam, & quàm præclarè vos de eo loquimini & ſentitis, vel iuxta veſtram Theologiam quid de eo ſit neceſſario ſentiēdum, fideliter exponam. Vos ergo veſtram Eccleſiam, hoc eſt Rempub. à Chriſto conditam ita deſcribitis, vt is ante mille quingentos annos opera primum ſua, tum Apoſtolorum ſuorum plurimas orbis terrarum nationes ad ſuam fidem cōuerterit, quæ omnes eadem tum fide imbutæ, vnum Deum, & quem ille mi-

Z.ſ. Aſoar. Vide Bellonium des ſingularites li. 3. c. 3.
Ibid. cap. 7.

ille miſit Chriſtum agnoſcentes, ritibuſque quibuſdam & doctrinę capitibus ab eo præſcriptis in vnum corpus vel ſocietatem coaleſcentes, hanc quam appellatis noui Teſtamenti Eccleſiam confecerunt. Quæ quum poſt quingẽtos aut ad ſummum ſexcẽtos ab eius origine annos à Pontifice Romano extincta diſparuiſſet, nunc demum temporibus Patrum noſtrorum per Lutherum & Zuinglium de integro reſtituta eſt, & ad primitiuam ſuam venuſtatem & puritatem reducta. Quare in veſtra hac Euangelica Eccleſia formam ipſam & omnia lineamenta primę Eccleſiæ, quam Chriſtus erexit, contuemur. Illud ergo iam quæro, quinam ſunt huius Reipublicæ ex tam varijs nationibus conflatæ moderatores? hæres fortaſſe. Neque enim de Eccleſiaſtica politia probè inter vos conuenit, quum alij Democratica Miniſtrorum poteſtate eam regi velint, alij longè ſecus opinentur. Sumam ergo quod eſt in ſententijs veſtris ad diuturnitatem aptiſſimum, vt quoad fieri poteſt vnitate regentis ad vnitatem formetur, maneatque à ſchiſmatis & diſſenſionibus libera. Et quæ de hac Eccleſiæ veſtræ regendæ forma dixero, eadem nullo negotio ad aliam quamcunque rectionis formam à vobis vſurpatam transferentur. Reſpondebis ergo vt eſt in fide Eccleſiæ Anglicanæ, moderatores eſſe Miniſtros, & Epiſcopos, ſupra quos ſunt Archiepiſcopi, & ſupra Archiepiſcopos ſingularum prouinciarum Reges vel Principes. At quum in varijs prouincijs varij ſunt abſoluti Principes, vt in Anglia, Scotia, Dania, & ſæpiſſimè in perexiguis ditionibus, vt in ducatu Vinarienſi, VVirtembergenſi, Bipontino, Ferrarienſi, Mantuano, ecquem habent iſti reguli Principem iuxta Eccleſiæ veſtrę inſtituta ſuperiorem, cui ſit in quæſtionibus fidei controuerſis obtemperandum? neminem. Quibus autem legibus Eccleſiam gubernant iſti Rectores Eccleſiaſtici? Euangelio. At quem habent certum interpretem, cuius in tam immenſis contentionibus, quę olim extiterunt, & hodie in dies ſingulos enaſcuntur, ſententiam attendant? Neminem, ſed Euangelij loca ſunt diligenter conferenda, & ſic veritas eluceſcet. At quid ſi diuiſiones infinitę multiplicentur, ſi ſingularum prouinciarum & ciuitatum Eccleſiæ in contrarias opiniones abeant. Quod non ſolùm poſſe euenire, ignorantia & infirmitas humana oſtendit, ſed inter vos iamdudum eueniſſe iſta Lutheranorum, & Caluiniſtarum & Trinitariorum, & aliorum pluſquam centum Sectariorum nomina conuincunt, nunquid Legiſlator

veſter aliquem cōſtituit modum, quo ſublatis diſſidijs pax & tranquillitas procuretur? Nullum prorſus. Vide iam quam belle hæc Reſpublica veſtra à Chriſto ſit inſtituta, quæ quum duos potiſſimum fines ſibi propoſitos habeat, alterum vt religiosè & ex animo Deum colat, alterum vt vnitatem fidei & religionis conſeruet, ab horum vtroq; longè abeſt, vt nec leuiſſimam alterutrius vmbram ſit aſſequuta. Nam ex eo quod Principes laicos religionis ſuprema capita & duces conſtituitis, fit vt religio quum pro eorum arbitratu innouetur, mutetur, abrogetur, omnem ſpeciem & nomen religionis amittat. Religio enim eſt quæ à Deo proficiſcitur, ad Deum refertur, ex eius voluntate immutabili pendet, eiuſque præſcriptis dirigitur, ideoque ſemper firma permanet, non quæ humanitus inuecta, incerta, fluxa & mutabilis nullam habet ſtabilitatem, niſi quam ab inconſtanti Principis & aulicorū voluntate mutuatur. Vna autem nunquam eſſe poterit, quando vnius ſæpenumero principis voluntas paucorum annorum interuallo admodum eſt multiplex, quanto magis neceſſe eſt eam innumeris ferè modis variari, quando in diuerſis regionibus tam multi diuerſique Principes plenam habent eius commutandę poteſtatem? Iſta eo celerius pertranſeo, quia omnibus notiſſima ſunt, & ſuperius à nobis pertractata, & plurimis vel in ſola Germania exemplis ciuitatum & principum manifeſta, & Proteſtantium querelis miſerè deplorata. De priore ita conqueruntur Eccleſiaſtici Germaniæ ſcriptores: *Politici Magiſtratus, & aliquando ipſorum ſerui magno ſupercilio religionum formas componere audent, ea que Eccleſiæ Miniſtris offerre tali cum imperio, ni applaudant ſine contradictione, ſe ſceptro ipſos expulſuros, aut punituros, id quod etiam factitant abſque miſericordia.* Et alibi. *Magiſtratus Politici, qui Euangelio Chriſti nomen dederunt, plurimis in locis præſtigiatoribus locum & dignitatem primam præbent, quos ideo magis complectuntur, quòd eos ſibi promptius ſeruire & adulari cernunt, confeſſoribus veritatis os obſtruunt. Politici illi audaciſſimè formas religionum ex ſuo cerebro fundūt & præſcribunt, quas miniſtris verbi Dei imperiosè obtrudunt, &c.* De poſteriori verò, hoc eſt, Euangelicę fidei in varias partes & formas laceratione, eorum querimonia non minùs eſt vera & miſerabilis. *In his* (inquiunt) *tam multis diſſidijs tanta eſt multorum Miniſtrorum arrogantia, vt ſalutaria conſilia nō admittant, imò etiam Magiſtratus, ne Synodos diſputationesq; ex verbo Dei iudicant, aut patiantur fieri congreſſus, quātò poſſunt ſtudio dehortātur. Perit iā, idq; repente veritas patefacta:*

Magdeb. Centur. 7. in præfat. pagin. 13. Idem Centur. 5. in præfatio.

Ibid. & in præfat. Cētur. 9.

Philoſo-

Philoſophia Samaritana religiones, & innumera ſecta in templo Dei longè lateq; primam cathedram occupant. Iſta autem omnia quum dicantur de ſingulis ducum quorundam vel ciuitatum Germanicarum ditionibus, in vniuerſo corpore Eccleſiæ veſtræ per plurimas prouincias diffuſæ, quàm immenſam religionum, ſectarum, ſchiſmatum, & contrariarum hæreſum multitudinem graſſari neceſſe eſt? Quod autem nulla vobis adſit ratio has inteſtinas ſeditiones pacificandi, quæ non dubiam ruinam Reipublicæ veſtræ ſunt tandem paritura, in eo vos Chriſtum veſtrum omnium Legislatorum, qui fortaſſe à mundo condito extiterunt, infantiſſimum fuiſſe concluditis. Erant olim florente Græcia, Achęi, Athenienſes, Beoti, Iones, Delphi, Phocenſes, alijq; liberi valdè populi, liberæq; reſpublicæ: quia tamen ſine mutuo conſenſu propter ſingularum infirmitatem omnium vicinorum Regum iniurijs erant expoſitæ, & domeſticis ſeditionibus breui collapſuræ, cōmune omnium ciuitatum Concilium Amphictionicum ſtatuerunt quod inteſtinas diſcordias ſopiret, & publicis rationibus prouideret. Sed iſta antiqua, hoc recentiùs. Sunt in Heluetia tredecim ciuitates, vel ſocietates potius, ſingulæ certis terminis definitæ, ſingulæ perfectæ liberrimæque. Reſpub. ad quas perturbandas, & propter regionis ſterilitatem, & propter montium inacceſſam aſperitatem vicinos Principes, nec ipſos admodū potentes improbabile fuit aliquid molituros. Iſti quanquam homines adeò fuerint rudes & agreſtes, vt auorum noſtrorum memoria, poſtquam Carolum Audacem vltimum Burgundiæ Ducem prælio ad Nanceium occidiſſent, patinas, & ſuppellectilē eius argenteam ex ignorantia putauerint ſtanneam, proptereaque viliſſimo pretio venalem propoſuerint. *Adamantem ipſius toto orbe celeberrimum, cui erant appenſi aliquot vniones, primò abiecerint, poſtea ſublatū, & illum, & eius torquem aureum valdè pretioſum, quem Carolus honorificè geſtare ſolebat*, alterum vno aureo, alterum duobus vendiderint, adeò vt nec argenti, nec auri, nec gemmarum vllam prorſus notitiam habuiſſe videantur; illud tamen nouerant, ſine certis legibus, ſine aliqua politica quæſtiones domeſticas componendi prouidentia, nullas loci difficultates potuiſſe diuturnam ipſis conſeruare quietem. Quare etiamſi libertatem maximè amarent, pro qua comparanda infinitis ſe periculis obiecerunt, tamen cōmunem quendam conuentum certis temporibus indicendum ſtatuerunt, vbi priuatarum Rerumpublicarum controuerſiæ generalibus ſuffragijs deciderentur, &

Strabo. lib. 9.

Philippus Comin. de bello Neapolit. lib. 7.

[illegible] de la republique des Suiſſes lib. 2.414.418

cuius decretis omnes obtemperarent. Quid Heluetios memoro, populum longè lateq; imperantem? Sunt in proximo Rheti quos Griſones vocant, breuibus paucorum montium anguſtijs incluſi, in quinquaginta tantum communitates tanquam pagos diſtincti, eadem vobiſcum Euangelica fide præditi, quanquam in Miniſtrorum electione morem noſtrum imitentur. Singuli enim pagi ſuum eligunt Miniſtrum, & pro ſuo arbitrio eundem quando volunt de miniſterij gradu deijciunt. Hij pagi etiamſi ob multas rationes, & ab externorum hoſtium incurſu & à ciuilibus diſſidijs videantur eſſe admodum tuti niſi tamē mente & conſilio, quæ exoriri poſſint Reipublicæ ſuæ detrimenta præoccuparent, illiſque auertendis oportuna remedia parata haberent, nec ad breuiſſimum temporis ſpatium potuiſſent ſuum ſtatum tueri. Percurre vetuſtiſſimas, & tum maximè barbaras Germanorum, Sarmatarum, & Thracum nationes, quæ olim ſine ciuitatibus in agro diſperſi palanteſque agebant, in aliqua tamen ciuili communione viuētes, vt hodierno die Boreales Tartari. An hæc qualiſcunque ſocietas ſine legibus mutuam pacem, & concordiam ſancientibus aut iniri primò, aut deinceps continuari poterat? Sola veſtra Euangelica Reſpubl. quum natura ſua ſit aliarum omnium ampliſſima, vt quæ ſuo ambitu diſiunctiſſimas terrarum orbis nationes debuerit comprehendere, quum grauiſſimos hoſtes habeat, non ſolum externos, qui apertis armis eam inuadant Turcas, Perſas, Mauros & alios huius generis plurimos, ſed etiam domeſticos, hæreſiarchas, Simonem Magum, Marcionem, Pelagium, Manichęum & alios innumerabiles, qui à primo eius ortu occultis machinis multò periculoſiùs eam oppugnarunt; quum & propter hominum qui in ea continebantur variam naturam, & propter rerum quæ in ea prædicabantur reconditam ſubtilitatem quotidianis ſchiſmatis, & diſſentionibus maximè ſemper futura erat obnoxia: hæc (inquam) Reſpublica omnium aliarum ſola nullum habet, vel cum antiquis Græcis Concilium, vel cum recentibus Heluetijs, & Rhetis conuentum, vel cum Germanis, Sarmatiſq; Principem, ordinem, rationē aut viam quamcunq; vel hoſtes externos profligandi, vel inteſtinos comprimendi, aut hæreſes quæ ſunt fidei ſuæ peſtes, excidendi, aut corpori Eccleſię quouis morbi genere affecto ſanitatem recuperandi, ſed ſi ægritudo qualiſcunq; vel leuior, vel grauior inuaſerit, ea permittenda eſt liberè graſſari, quoad iecur, pulmonē, cor ipſum, & omnia vitæ inſtrumenta corruperit. Heccine

Vide Cornelium Tacitum de moribus Germanorum.

fabrica

ſabrica demonſtrat architecti prudentiam? qui hanc Rempublicam legibus temperauit, & illã legem omiſit, quæ alijs tanquam vitam daret, & reliquis omnibus erat magis neceſſaria, hic an prudentis Legiſlatoris nomẽ iure ſibi vendicet? Perinde nimirum atq; nauclerus, qui ſine malo, anchora, & rudente nauem ſuam in medio mari fluctibus exponit; aut præfectus militaris, qui turmam ſuam ſine gladijs, & armis militaribus exercitui hoſtili obijcit. Quidam noſtri temporis ſcriptor (homo ſanè elegans, & vt opinor, à veſtra religione aliquando nõ alienus) de Euangelio veſtro loquens: *Si* (inquit) *Germani in ſuſcepta religione* (Lutherana) *conſtanter acquieuiſſent, multò faciliùs reliquos in ſuam ſententiam pertraxiſſent, ſed breui huc illuc diſtracti infinitam opinionum varietatem ſuſceperunt. Neq; enim Huſſi tantum vel Martini, ſed mox etiã Anabaptiſtarum, Leydani, Zuinglij, Soleſtadij, Oſiandri, VVeſtphali, Dauidis, Stãcari, Adamitarum, VValdenſium, Interimiſtarũ, & aliorũ penè innumerabilium ſectas ſubinde cõbiberunt*: quas ſectas ſeſe mutuo inuadẽtes & cõſummantes, plurimũ Euangelio veſtro nocuiſſe, & tandem ei interitum allaturas plus quã probabile eſt. Quare quum hoc Chriſtus prænouerit, dixit enim *omne regnũ in ſe diuiſum tandem fore deſolandum*, quũq; is voluerit talem Rempublicam fundare, quę ad ipſam *vſq; ſæculi conſummationẽ perpetuaretur*, primùm in hoc deceptus eſt, quoniã ea paucis poſt deceſſum ipſius annorũ centenarijs prorſus euanuit. Deinde in eo prudentis Legiſlatoris officio nõ ſatisfecit, quod quã ipſe præſciebat futurã Eccleſiæ ſuæ ruinã, ſalutari aliquo inſtituto, vel non præuertit ne omninò accideret, vel nõ auertit & curauit poſtquam accidiſſet. Quòd verò cõmunibus his ſeditionũ malis, quæ in omnes Reſpublicas ingrueſcunt, tollendis nullum remediũ adhibuerit, ſed ſuos in immenſo quodam contentionum, diſputationum, ſectarum quaſi Oceano naufragos ſine vlla tabula aut certo enatãdi modo reliquerit, in hoc non ſolum Moyſi, Licurgo, Soloni, Numæ, ſed etiã quibuſcunq; Barbaris ciuitatum cõditoribus eſt poſtponendus. Contemplare iam Eccleſiam noſtrã, & ſtatim perſpicies eam à Mahumete eſſe ſanctiùs & ſalubriùs ordinatã. Habet enim rectores Sacerdotes, & ſupra Sacerdotes ſummum, nõ Regem aut Imperatorẽ, ſed Pontificem. Gubernatur legibus Alcorani, quem in rebus dubijs interpretatur Pontifex, cui obtemperant non ſolum Sacerdotes, ſed ipſe etiã maximus Imperator. Pontifex quidem alligatur ad diuinã legem Alcorano cõprehenſam, neq; tamen iudicem habet in rebus Eccleſiaſticis, vel

Bodinus in method. hiſtoriarũ, cap. 5.

Matth. 12. ver. 25.

Matth. 28

Imperatorem, vel populum, nec Sacerdotes inferiores (quid enim hac confuſione peruerſius aut inſulſius dici poteſt) ſed iſti ſimul omnes vna eademque vniuerſali conſuetudine diriguntur, quam Mahumetes diuinitus acceptam poſteris tradidit, illique ad hunc vſque diem inuiolatam conſeruarunt. Vnde ſequitur hanc noſtram religionem, ipſis Imperatoribus ſuperiorem, verè eſſe cæleſtem & diuinam, veſtram, quæ ad nutum Principum huc & illuc flectitur, eſſe humanam & terrenam. Noſtra Eccleſia à primo quo cœpit die, eadem conſtantiſſimè permanſit, & indies propagata creſcit, veſtra mille iam annos totos funditus euerſa & diſſipata eſt, & nuper tanquam è mortuis excitata, tam exiguo poſt tempore incipit imminui & decreſcere. Noſtra optimis legibus ſtabilita eſt vel ad perpetuitatem: veſtra omnibus caret præſidijs vel ad diuturnitatem aliquã. Noſtra à ſectis libera, ſumma pace, quiete, & tranquillitate perfruitur: veſtra ſectarum maximè contrariarum multitudine immenſa redundans, ſempiterna habet prælia, nouos quotidie exorientes tumultus, plauſtra voluminum ſeſe mutuo impugnantium, turmas & legiones ſcriptorum, qui vt olim Pœni Romanos, ſic iſti viciſſim alteri alteros æternis odijs & bellis perſequuntur, Lutherus Zuinglium, Caluinus VVeſtphalum, Beza Caſtalionem & Heshuſium, Brētius Bullingerum & Martyrem. Saxonici Palatinos Rhenenſes, Ienenſes Theologi Academicos Lipſenſes & VVittembergenſes, Flacciani Melanchthonicos & Maioriſtas, Zuingliani Lutheranos, & hij viciſſim Zuinglianos & Caluiniſtas, vt infinitas alias factiones mittam, quas nec cum nomēclatore potero recenſere, qui ſi *Chriſtiani ſunt & fratres* vt eos vocat Apologeticus veſter, & qui *non de principijs ac fundamentis religionis veſtræ* diſſentiunt, ita quidem *fratres* ſunt vt Eteocles & Polinices, quorum nec ipſa cũ morte finita eſt inimicitia, vel vt Cadmæi fratres, qui eodem quo nati ſunt die, ſeſe mutuis vulneribus contrucidarunt, vti fabulantur Poëtæ, & ſi non de *fundamentis religionis veſtræ* diſſentiunt, tum certè nec Sacramentorum numerus, nec Euchariſtię veritas, nec iuſtificatio fidei, nec Trinitatis myſteriũ, nec incarnatio Chriſti, nec humanitas eius, nec diuinitas, nec Deus ipſe eſt in Euãgelij veſtri fundamentis. De ijs enim non tantum Lutherani & Zuingliani quorum eſt infinitus numerus, ſed ipſi Principes Lutherus & Zuinglius non vt viri eruditi diſſenſerunt, ſed vt capitales hoſtes acerbiſſimè vſque ad extremum ſpiritum digladiati ſunt. Quem autem ipſi primi religionis veſtrę Antesignani relicturi abundan-

Apolog. Anglica. cap. 6.

abundantius à ſpiritu edocti, diſciplinis omnibus plenius inſtructi, ad hunc modum ſe geſſerint, imperitam & ignaram plebem in quanta barbarie, confuſione, odio & maleuolentia viuere conſentaneum eſt? Quare quòd olim Philoſophus eruditus de Repub. apum & hominum ſcripſit, id in Eccleſiam veſtram & noſtram aptè accommodari poſſe videtur. *Qui apum curæ atque educationis periti ſunt, illud aluearo maximè ſanas & fœliciter agentes apes putant habere, ad quod ſtrepitus eſt tumultúq; plurimum. At verò is cui Deus ciuilis hominum regiminis curam impoſuit, tranquillitate præcipuè & pace populi fœlicitatem æſtimat.* Qua regula veriſſima ſi noſtras vtrinq; Reſpubl. iudicemus, veſtra quam Chriſtianam & Euangelicam dicitis propter continuum ſtrepitum & tumultum, beſtiarum congregatio, noſtra verò Mahumetana propter ſummam pacem & animorum vnitatem, hominum idque perbenignorum ſacroſancta ſocietas iure nominetur, quod egregiam Mahumetis noſtri ſupra Chriſtum veſtrũ excellentiam demonſtrat.

Plutarch. Reipubli. bene gerendæ præcepta. 78.

ARGVMENTVM
CAPITIS DVODECIMI.

Ex effectu legis quæ bonos ciues facere debet, examinat Michaas legis Euangelicæ & Legislatoris bonitatem, & ex Euangelicis ſcriptoribus Caluiniſtas & Lutheranos probat Euangeliſmo factos impuriſſimos, qui priùs erant viri boni: ipſaq; Euangelij huius doctrina de ſola fide iuſtificante, & prædeſtinationis ſuæ cuiq; notæ certitudine eos ad omnem improbitatem excitat, in eaq; obfirmat. Contra Alcoranus cultores ſuos reddit multò honeſtiores. Ex quibus ſequitur hac ex parte Alcoranum Proteſtantium Euangelio, & eius authorem Mahumetem Chriſto (ſi is ponatur noui Euangeliſmi author) eſſe ſuperiorem. Samuel negat ex hominum Euangelicorum iniquitate aliquid rectè colligi aduerſus Chriſtum: ſimul obijcit aliquos Turcarum Cæſares, Mahumetum, Baiazetem, Selymum, Selymannum grauiſſimis ſceleribus laboraſſe non minus quàm Proteſtantes. Quorum vtrique reſpondens Michaas ea Principum ſuorum ſcelera excuſat, quæ qualiacunq; fuerunt, fuerunt perſonalia, nec infecerunt populum: Quare in Turcarum dedecus trahi non poſſunt, nec eis Alcoranus cauſam præbuit, vt Euangeliſmus peccatis Euangelicorum.

CAPVT

CAPVT DVODECIMVM.

PROXIME iam effectus legis à Chriſto vobis, & à Mahumete nobis latæ cōſideremus. Nam ex hoc quoque efficax argumentum ducitur ad Legislatoris prudētiam demonſtrandam. Quum enim (vt optimè dicebat Romanæ eloquentiæ parens) *Moderatori Reipub. beata ciuium vita propoſita ſit*, non tam vt copijs locuples, opibus firma, gloria ampla, quàm vt virtute & moribus honeſta ſit, qua comparatione antiqui Lacedemonem Athenis longè præferebant, quod Athenienſes eleganter quidem dicerent, Lacedemonij autem honeſtè & laudabiliter facerēt. Euangelicos quales doctrina Euangelij formauit, cōfer cum Turcis quos Alcorani doctrina inſtituit: idque vt rectiùs facias, expende ante Euangelium quales Chriſtiani fuerint, & quales ſubito Euangelium veſtrum eos finxerit. Veſtrorum quidem fratrum libera confeſſione aſſeritur, eos quum in Papiſtica Eccleſia verſarentur, habuiſſe generaliter *magnum religionis ſtudium, multa vſos fuiſſe oratione ad Deum & gratiarum actione, ſanctificatione Sabbati, reuerentia erga Miniſtros Eccleſiæ: parentes in educatione liberorum fuiſſe ſolertes & diligentes, Magiſtratus in adminiſtratione Reipub. admodum ſolicites. Chriſtianos ſubiectos Magiſtratibus, eoſq; vt par erat honoraſſe: magnam fuiſſe temporum illorum ſeueritatem in puniendo adulteros, latrones, & Chriſtianæ fidei hoſtes, magnam fuiſſe omnium liberalitatem in egenos & pauperes, in ſtudioſos & artium profeſſores.* Hæc ego breuiſſimè aſtringo, quæ illi fusè admodum narrant, & pulcherrimis exemplis exornant. Et quas alias virtutes poterit vel optimus Concionator requirere ad vitæ ſanctitatem, vel Philoſophus aliquis Politicus ad commune Reipub. bonum, vel Oeconomicus ad rectam priuatæ familiæ inſtitutionem, quàm quas iſti rudes Chriſtiani, factis, operibus tota vitæ conſuetudine exprimebant, qui & Deum ſanctè colebant aſſiduis precibus, & familiam honeſtè curabant rectè educādis liberis, & ſubditi Magiſtratus debitis honorabant obſequijs, & Magiſtratus pacem & probitatis diſciplinam publicam ſanciebant caſtigandis adulteris, puniendis latronibus, & coërcendis alijs publicæ quietis & pietatis hoſtibus: omnes deniq; pro ſua virili Sacerdotes Eccleſię, ſtudioſos, & pauperes ſuis facultatibus ſubleuabant. Hic erat generalis orbis Chriſtiani ſtatus, antequam Magiſtri veſtri ad promulgan-

Cicero ad Atticum.

Magdeburg. Centur. 11. cap. 11. pa. 336. 337. 338. & Centur. 10. c. 6. pa. 363. 364. 365. 366.

orbis…

mulgandum Euangelium accederent, quando (vt inquit Caluinus) *totus orbis, omnes Reges & populi à primo vſque ad nouiſſimum* Papiſticis iacebant erroribus immerſi. Vix inſonuerat Euangelium veſtrum, & magno ſtatim numero Chriſtiani vndique ad vos confluxerunt: quumque illud iam expectandum fuerit, vt in his omnibus alijſque pietatis, honeſtatis & humanitatis officijs tanto flagrantiore zelo procederent, quantò cæleſtis & diuina Chriſti doctrina humanis traditionibus erat præſtantior, illi contra tanto nequiores & improbiores euaſerunt, quanto licentioſa Epicuri ſchola optima Chriſti aut Mahumetis doctrina erat impurior. Imò plerique omnes veſtrum illud Euangelium non alia de cauſa arripiebant, niſi vt eò effuſiùs in omni turpitudinis cœno volutarentur. Non auderem hæc dicere, niſi ampliſſimos haberem teſtes, quibus ſcio te nolle contradicere. Quis enim meliùs vel Lutheranos, vel Caluiniſtas nouit, aut quis incorruptius de vtriſque iudicare potuit, quàm primus vtriuſque generis author Ioannes Caluinus, & Martinus Lutherus? De ſuis autem ita teſtificatur Ioannes Caluinus: *Quum tot hominum millia cupidè, vt videbatur, nomen dediſſent Euangelio, quàm pauci obſecro à ſuis vitijs reſipuerunt: imò quid præ ſe maior pars tulit, niſi vt excuſſo ſuperſtitionum iugo, ſolutiùs in omnem laſciuiam diffluerent, homines Lucianici & Epicuræi. Papiſtarum ineptias lepidè irrident, ſed ipſi indigni ſunt, qui vnquam ad Papiſmum reuertantur. Neque enim vulgares eorum exitus eſſe conuenit, quibus & ſacer Chriſti ſanguis, & æterna Dei veritas, & lux vitæ partim riſui ſunt, partim contemptui.* Eodem ferè pertinet, quod ait Muſculus: *Euangelici noſtri ſibi ipſis adeò facti ſunt diſſimiles, vt quum in Papatu fuerint in erroribus ac ſuperſtitione religioſi, in luce veritatis agniti ſint ipſis huius ſæculi filijs prophaniores, leuiores, vaniores ac temerariores.* Admirabile eſt, quod paulò poſt addit Ioannes Caluinus, iſtorum plurimos doctrinæ Euangelicæ tanquam arti meretriciæ ſtuduiſſe, nimirum vt Euangelici facti, poſtea eſſent ad fraudes, ad furta, ad lenocinia, ad adulteria, vel committenda, vel defendenda promptiores. Sic enim manifeſtò ſcribit: *Sacrilegè Euangelio ad ſcelerum prætextum abutuntur, loquor de artificio iam* non raro aut inſolito, ſed *vulgari, quo ſe perfidi homines ad fallendum, fraudandum modiſque omnibus nocendum inſinuant. Vidi olim quos lenocinijs ſuis impuriſ-*

Caluin. Inſtitut. lib. 4. cap. 10. & 18.

Caluin. li. de ſcandalis pag. 118. 127.

Muſcul. in locis cõmunibus. in cap. de Decalogo, explanatio præcepti. 3 pa. 12

Caluin. vbi ſupra.

impuriſquè pactionibus non pudebat Euangelij vmbram prætendere. Scio quidem eſſe aliquos, qui ſingularem quandam ſanctimoniam vultu, geſtuque præſeferunt, & familiariter noui duos treſq; Miniſtros Anglicanos qui in hoc genere excelluerunt, ſed quo magis ſuſpectam haberem eorum puritatem idem fecit Caluinus, qui me admonuit eos *præclarum quidem zelum ſimulare, ſi tamen* (inquit) *intus excutias, reperies plenos eſſe perfidia, & fraudibus.* Neque loquitur de paucis, *ſed de maiore parte corũ qui ſe ab idololatrijs Papatus ſubduxerunt.* Quanquam (vt cum Muſculo verum fatear) hypocriſis rarum eſt apud eos vitium: contrarium enim crimen apertæ impudentiæ & improbitatis effrenatæ ferè eſt eorum omnium commune. Sic enim Muſculus de nouorum Miniſtrorum vita, moribus & prædicatione: *Sub horum* (inquit ille) *miniſterio nemo vereatur ne naſcantur hypocritæ, ſuperſtitioſi & iuſticiarij* (qui fide & operibus iuſtificari expectant) *hac ſolicitudine abundè liberant & ſe & alios. Interea tamen in diuerſum latus inclinantes, cauſas obijciunt populo, quibus paulatim incidat in Adiaphoriam omnium peſſimam, & Epicuriſmum inbibat, omnis videlicet religionis vaſtationem & extinctionem.* Tædet me quidem iſta referre Samuel, nec moleſtiùs eſt tibi hæc audire, quàm mihi exponere, ſed tamẽ quoniam ea recenſentur non exprobrantis animo, ſed veritatem inquirentis affectu, & nihil à me tanquam à meipſo aſſeritur, ſed ſingula à clariſſimis viris, ijſdemque Euangelicorum & amicis, & fautoribus, & etiam authoribus ſcribuntur, qui hæc non odioſè exaggerant, ſed hiſtoricè narrant, & intra veritatem parcè & ſobriè loquendo potiùs ſubſidunt: quam vltra magnificè & amplè dilatando procurrunt, vt ſciam non poſſe hoc maledicentiam vocari, deuoremus patiẽter hanc moleſtiam, à qua ego & te & meipſum quàm potium celerrimè expediam. Quare vt vniuerſam multitudinem promiſcuam ſilentio prętercam, & Principes ſolos, qui ſunt Eccleſiarum Euangelicarum capita, Miniſtroſq; qui ſub Principibus in re Eccleſiaſtica adminiſtranda proximum locum tenent, attingam, pauciſſimis ex eodem Caluino, quales iſtos Euangelium veſtrum effecerit, commemorabo. Et de primis quidẽ hoc eſt Caluini iudicium, *Non eſt* (inquit) *quod nos turbet Atheiſmus, qui nunc cùm in toto mundo paſſim graſſetur, tum verò in Regum & Principum* (Euangelicorũ) *aulis, in tribunalibus, in ſplẽdidis alijs vitæ generibus præcipuè regnat. Nã ſi rerum peritos interrogem, quotuſquiſque illic bonæ conſcientiæ hoſpitium concedat, in promptu erit reſponſum, eam procul exulare.*

Caluin. prælectio. in Danielem cap. 11. verſ. 34. fol. 157.

Muſcul. vbi ſupra c. de Miniſtris verbi. pag. 180.

Caluin. lib. de ſcandalis. pag. 128.

lere. Quid ergo miramur illud fidei naufragium, quod Paulus ne-
ceſſario ſequi docet, etſi nihil firmum habeat, qui inter varias cu-
piditatum procellas continenter fluctuant. Iſta horrenda mala,
Atheiſmus, vacuitas conſcientiæ, naufragium fidei, nulla certa fi-
des, quum apud eos regnant, penes quos eſt ſummum Eccle-
ſiæ veſtræ regimen & procuratio, an non neceſſe eſt huiuſmo-
di Eccleſiam totam eſſe miſerrimam, & fœdiſſimis peccatis
redundantem? Et tamen audi Eccleſiæ tuæ alium morbum
grauiorem, eumque latiùs patentem, & magis inſanabilem.
Sed eſt (inquit ille) *aliud Eccleſiæ vlcus magis deplorandũ, quod* Ibidem.
Paſtores, ipſi inquam Paſtores qui ſuggeſtum conſcêdunt, &c. tur-
piſſima ſunt vel nequitiæ, vel malorum aliorum exempla. Ita fit,
vt nihilo plus fidei, ac grauitatis obtineant eorum conciones, quam
ſi fabulam in ſcena ageret hiſtrio. Et tales ſcilicet in contemptu ſe
eſſe apud plebem, aut etiam ludibrij cauſa, digito monſtrari con-
queruntur. Ego autem potiùs vulgi miror patientiam, quod non
eos luto, & ſtercoribus mulieres et pueri operiunt. Hęc Caluinus.
Quare quum iſti duo Eccleſiæ veſtræ fontes corrumpantur,
mitto de infima vulgi multitudine loqui, quæ cuiuſmodi ſit,
ex iſtis probabile iudicium fieri poteſt. At iſta de Zuinglianis
ſolum & Caluiniſtis dicuntur, de Lutheranis non item, quo-
rum mores Caluinus habere nõ potuit adeò perſpectos & co-
gnitos. Lutherus autem eorum ſator, qui liberorum ſuorum
naturam & ratione, & expedientia optimè cognouit, hoc eis
præbet teſtimonium. *Sunt hodie qui volũt plus quam Chriſtus* Lutherus
ipſe videri Euangelici. Odibile genus hominum qui dicunt, Domi- Tom. 5. in
ne, Domine, ſequar, ſequar, quocunque, quocunque, quum ſint a- Matth.
uariſſimi, cupidiſſimi, ambitioſiſſimi, & toto corde mundum, & cap. 8.
quæ mundi ſunt quærentes. De Euangelio ſic loquuntur, quaſi ſint
Angeli, ſed ſi opera ſpectes, ſunt meri diaboli. Idem alibi: *In eam* Idem nar-
opinionem, & nobiles venerunt, & ruſtici, vt Thraſonicè iactare ratio. in 1.
audeant ſibi nullius prædicationis opera opus eſſe, velintq; multò Cor. cap. 15
libentiùs verbo Dei in totum liberari, ne obolo quidem omnes præ- fo. 101. 162
dicationes ementes. Hoc illis vitio vertendum non eſt, quum fu-
turæ vitæ rationem habeant nullam, ſed ſicut credunt, ita viuũt:
ſunt & manent ſues, credunt ſicut ſues, & ſicut ſues moriuntur.
Sic Lutherus. Et Eraſmus Roterodamus, qui in ipſo Euange-
lij exortu in Germania viuebat, Luthero nõ ignotus, & Zuin- Eraſmus
glio familiaris, & ab hac innouatione non nimium auerſus, in epiſtol.
ſcribens de primis Euangelij ſectatoribus ſibi notiſſimis, quos ad fratres
antea (inquit) *noueram puros, candidos, & fuci ignaros, eoſdem* inferioris
vidi vbi ſe ſectæ (Euangelicæ) *dediſſent, loqui cœpiſſe de puellis,* German.
luſiſſe ... aſiſſe ...

luſiſſe aleam, abieciſſe preces, factos ad rem attentiſſimos, impatientiſſimos, omnis iniuriæ vindices, vanos, viperinis in moribus, ac prorſus hominem exuiſſe. Expertus loquor: Ita Eraſmus, eodemque loco multo plura, quæ ego ſtrictim tanquam amicus ad alia feſtinans tranſilio, quare & multa aliorum teſtimonia relinquo, quibus ſigillatim examinandis ſi ſeuerior aliquis Ariſtarchus inſiſteret, tragicè nec immeritò in vos inueheretur, tanquam homines prorſus Atheos & vt Papiſticæ fidei deſertores, ſic & Euangelicæ quoque contemptores, vt in hac vita impuros atque diſſolutos, ita de futura nunquam cogitantes, imo nullam eſſe arbitrantes, & denique non ſolum ciuilibus Græcis & Romanis, ſed ipſis immanibus Afris & Americanis magis fœdos & lutulentos. Sed nolo iſta ad viuum reſecare, neque volo omnes Euangelicos eſſe huiuſmodi, imò ſcio aliquos eſſe perbonos, honeſtè viuentes, Deum timentes & de futura vita ſolicitos, qui propterea à veſtro Euãgelio tanquam nequitiæ & libidinis ſchola nimium licentioſa ad nos quotidiè demigrant. Itaque hæc de omnibus vniuerſe, ſed de pleriſque tantum intelligi volo, & valdè probo reſtrictionem illam Ioannis Caluini. *Vix* (inquit ille) *dicimus quiſq; eorũ, qui Euangelio nomen dederunt, fidei puritatem ad extremum vſque retinet. Omnes ferè ad corruptelas degenerant, atque à magiſtris licentia deluſi prophaneſcunt.* Cæterùm cauſa, ex qua fratres tui ita prophani ſunt, & adeò tetri flagitioſique euadunt, multò magis quam reliqua omnia mihi videtur expendenda. Rationes ſiquidem rerum quare fiunt, multò magis quàm narrationes rerum quæ fiunt, hominem iuuant, vt prudenter & incorruptè de re quacunque iudicet, quare & hoc me quãquam aliò properantem pauliſper remoratur. Cauſam autem non aliũde petam, quàm ab ijs, à quibus ſuperiorem narrationem mutuatus ſum, Caluinus ex Apoſtolo Paulo eam inueſtigans, eleganter notat *naufragium facere homines in fide, poſtquam à bona conſcientia exciderunt: quo ſignificat Apoſtolus hanc eſſe rectæ intelligentiæ cuſtodem. Eſt enim religionis totius fundamentum conſcientia & timor Domini, quo ſublato fruſtra ædificium moliaris.* Bona ergo conſcientia & timor Domini fidem conſeruat, quæ ſi expuleris, fidei ſequitur naufragium, & in eius locum infidelitas ſuccedit & Atheiſmus. Reuoca iam ad mentem duo Euangelij tui primaria capita; alterum, ſolam fidem iuſtificantem, alterum, prædeſtinationis certitudinem, & pondera ſerio, an non his duobus poſterioribus illa priora radicitus extrahantur. Quum enim *conſcientia bona* ad probitatem

Caluin. in 2. Petri cap. 2. ver. 2.

Ibid. lib. de ſcandalis. pag. 128.

tatem vitæ pertineat, *timor* verò *Domini* ad æterna ſupplicia peccatoribus deſtinata, de illa quis niſi amotæ mentis inutilem laborem ſumet, qui ſola fide abſque operibus ſe æternam vitam adepturum nouit? Iſta autem nemo ex veſtro numero poteſt pertimeſcere quum in ſingulorum animis altiſſimè inſculptum ſit, ſe eſſe ex numero prædeſtinatorum, quod ita veſtrum vnuſquiſque firmum & compertum habere debet iuxta Caluinum, vt niſi de eo *planè ſecurus ſit, abſque vlla incertitudine vel ambiguitate, horrendè ſit ſacrilegus, miſerrimè cæcus, Spiritui Sancto iniurius, et prima pietatis tyrocinia ignoret.* Hæc que eſt iuxta Brentium & Eccleſiam VVittembergenſ. in fidei ſuæ confeſſione (cum qua hoc in dogmate conſentiunt Beza & Geneuenſes) eſſentialis inter Papiſtam & Euangelicum differentia, quod illi ſuæ Euangelicæ fidei *principium* eſt vnum *ſacra ſcriptura*, alterum, *certitudo de Dei erga ſe beneuolentia*: Papiſtica autem fides ex contrarijs planè principijs conſtruitur. Quare quum electis Proteſtantibus tam ſolita & certa ſit de ſua ſalute non ſpes & fiducia, ſed fides & cognitio, *quum iſtorum electorum non ſolum Deo nota ſit electio, ſed illis ipſis quoque qui electi ſunt* (vt ait Zuinglius, Caluinus, Beza, Muſculus, & totus Zuinglianorum chorus, Lutheranis etiam aſſentientibus) electos autem damnari non poſſe æquè certum ſit, atque Solem non poſſe oppleri tenebris, aut Oceanum exſiccari; certe timor iſte cum Euãgelicorum fide tam perſpicuè pugnat, quam plumbum cum leuitate, aut ignis cum frigore. Ex quo factum eſt, vt Lutherus inſolentiſſimè de ſe ſuiſque glorietur: *Quia hac Euangelica fide renati ſumus filij atque heredes Dei, pares ſumus in dignitate & honore D. Paulo, Petro, S. Deiparæ virgini, ac diuis omnibus. Habemus enim eundem theſaurum à Deo bonaque omnia tam largiter quam ipſi.* Zuinglius verò & Tigurinæ cũ eo reformationis Principes ne quicquam Lutheranis concederent, longè vlterius prouecti, ſibi ſuiſque Zuinglianis maiorem de Dei gratia & ſua ſalute certitudinem vendicarunt, ipſi nimirum Chriſto ſeſe coæquantes. Sic enim illi: *Omnibus fidelibus & veris Chriſtianis Deus Pater non minus fauet, nec minus propitius eſt, quàm Chriſto Filio ſuo proprio: fidelem huiuſmodi non minus quam filium ſuum tuebitur, nec minus quam Filium ſuum ab æterna morte eundem liberabit: non minus ab æterno incendio illum eripiet, non minus cælum illi patere faciet, quam Filio ſuo vnigenito. Quid multis? æternam vitam non minus illi quam filio ſuo largetur.* Cuiuſmodi propoſitiones, nimirum, *omnibus vera & Euangelica*

Caluin. Inſtitut. lib. 3. cap. 2. § 38. 39. 40.

Vide ibid. cap. 24. §. 6. 7. 8.

Brentius in Apolog. Confeſſio VVirtem. parte 3. pag. 703.

Confeſſio Geneuenſis Bezæ. ca. 4. § 20.

Zuinglius Tom. 1. lib. de prouidentia Dei cap. 6. fol. 370.

Luther. Tom. 5. enarratio in 1. Petr. cap 1. fol. 442.

Zuinglius Tom. 1. in Actis diſputatio.

Tigurina fol 618.

(Zuingliane) *fide praditu Deus obligauit & aſtrinxit ſe calum tribuere; non opus eſt vt pro eo aſſequendo laboremus, iam nunc enim illud certo tenemus: Ad illud (calum) tantum prorſus iuris habemus, quantum Chriſtus ipſe, nec nos poſſumus damnari, niſi Chriſtus damnetur, nec Chriſtus ſaluari, niſi nos ſaluemur:*

Fox. Act. & monument pag. 1331.1138.

Has (inquam) propoſitiones à primis Euangelij in Anglia ſeminandi Apoſtolis & Scriptoribus ſæpè video repetitas. Hæc ſunt legis veſtræ Euãgelicæ effecta, & hæ ſunt eorum effectorum cauſæ efficientes. Ita nimirum ſuorum diſcipulorũ corda mutauit, vt qui prius eſſent multis egregijs virtutibus præditi, ſubitò facti ſunt deterrimi; qui prius ſuperſtitioſè, hoc eſt, nimium, & Deum venerabantur, & pietati ſtudebant, nunc omnia flagitia & contra Deum, & contra homines admittunt, amplexi Euangelium idcirco, vt omni iugo ſoluti, tanto licentiùs ſe in fœdiſſimas libidines profunderent, in Euangelio nihil magis quærentes quam lenocinandi artem, & ſcortandi patrocinium, homines pleni malitia, impudenter & apertè ſcelerati, nec ſimulantes honeſtatem, quorum Miniſtri & reliqui Eccleſiarũ præſides ſunt Athei, turpiſſima vitæ exempla, quorum miniſterium ipſum penitus tendit ad inducendũ Atheiſmum & Epicuriſmum, ſub quibus præceptoribus ita proficiunt auditores, vt *aſpernentur omnem religionem*, vt *irrideant ſacrum Chriſti ſanguinem*, quo ſe redemptos aliquando glorientur, vt tanquam *beſtiæ viuant*, & *tanquam beſtiæ moriantur, ſintq́ meri diaboli* potiùs quam homines. Adde iam (quod eſt his omnibus longè horribilius) quorum Euangelium ita conſtructum eſt, vt eius ſectatores Deum timere non poſſint, vt per Euangelium à bonis operibus auocentur, vt tantum extimulentur ad otioſam ſecuritatem, ad audacem confidentiã, & Luciferianam arrogantiam, qua ſe beatiſſimę virgini, diuiſq́ue omnibus, ipſi etiam Chriſto Ieſu comparent. Quę omnia infanda ſcelera ita communia ſunt, & per omnium Euangelicorum fratrum cognationem funduntur, vt ijs plerįq; omnes inquinentur, vix decimus quiſque ſiue frater, ſiue ſoror ab illis ſit immunis. Non ego hic certorum hominum impuritatem & nequitiam, vel ſuperintendentium rapacitatem, & auaritiam, & libidines commemoro, non variarum prouinciarũ monumenta colligo, nec particularia certorum hominum varijs ætatibus commiſſa flagitia recenſeo, vti facit Anglicanus vester Apologeticus, id enim ſi conarer, Iliadas librorum poſſem conficere, & quantam materiam miniſterium Anglicanum mihi ſuppeditaret, tu non ignoras. Tantummodo generalia

talia quædam annoto,eaq; ex paucißimis & iiſdem illuſtriſſimis Eccleſiæ veſtræ doctoribus ſumo, quæ omnia & in ipſo quaſi verno tempore veſtrę huius primitiuę & Apoſtolicæ Eccleſiæ ita ſeſe proferunt, & ex regulis principijſque Euangelij veſtri ita manant,& miniſterio veſtro ita probantur, vt manifeſtò declarent doctrinam veſtram quum maturuerit, in poſterum hos fructus multò vberiùs, multoq; abundantiùs eſſe parituram. Si iam hinc ad Alcoranum diſceſſeris,& quales ille Turcas noſtros effecerit,ex altera parte perpenderis, tantam inuenies quanta eſt inter ferrum & aurum diſſimilitudinem. Vbi enim per omnem Turciam audiuntur aliquæ huiuſmodi blaſphemiæ contra Deum? Vbi apparent aliqua Atheiſmi indicia,aliqui religionis contemptores, aliqua tam tetra manifeſtæ impietatis exempla? Ecquis vel Chriſtianus vnquam accuſare potuit noſtros Sacerdotes eorum criminum, quorũ veſtros Miniſtros ipſorum Patriarchæ fatentur eſſe reos. Ecquis Alcorano ad fraudandi, lenocinandi, & adulterandi artem abuſus eſt? Ecquem Alcoranus noſter ita extulit, vt ſe Chriſto aut Virgini Mariæ, aut Mahumeti flagitioſiſſimè anteponeret? Horret animus commemorare iſtas non Chriſtianæ modò vel Turcicæ quoque,ſed omnium religionum maculas & dedecora Nulla enim religioni cuicunq; fœdior labes & turpitudo inuri poteſt,quam quum eius primis fundatoribus, hominibus diuina prouidentia ad illud munus excitatis, homines ſordidiſſimi conferuntur: quomodo ſi in Iudæorum Synagoga Iudęus aliquis Moyſi ſe componeret,ipſorum puerorum & mulicrcularum vnguibus diſcerperetur? Noſtrorum certè ergaMahumetem infinitè maior eſt reuerentia,à quo ad pietatem informati,prædicationes non faſtidimus,nec ſtudemus fraudibus,nec timorem Dei repellimus,nec contra Principes aut ipſi rebellamus,aut rebellibus fauemus. Et quum ex veſtris vix decimus quiſq; ſit qui tandem ad Atheiſmum non ruat,ex noſtris nec milleſimus quiſque non dico ad Atheiſmũ deficit,ſed neque à religione noſtra ad aliam aliquam quibuſcunq; rationibus poteſt permoueri. Pudor certè me impedit quò minus omnia dicam de noſtrorum hominum pietate erga Deum,iuſtitia & charitate erga proximos,in dictis,promiſſis,factis,emptionibus & venditionibus conſtantia, veritate, & æquitate erga omnes, in quibus virtutibus partim legum politicarum authoritate impulſi,partim diuina religione perſuaſi excellunt,paucis tamen virtutes iſtas attingam,quę ſunt ad communem vitam maximè communes,& Reipub. ſinguliſque

 homi-

hominibus maximè vtiles, neque quicquam omnino dicam, quod non eſt Chriſtianis permultis, & tibi Samuel magna ex parte notiſſimum. Et pietati erga Deum, de qua iam priùs ſatis multa dicta arbitror, hoc vnum adijciendum cenſeo, quod vulgò apud nos tanta eſt diuini nominis reuerentia, quanta vel in ſuperſtitioſa aliqua Papiſtarum religione non facilè reperiatur. Caue enim putes tales híc iactari blaſphemias, quales in Chriſtianis prouincijs vbique perſonare, tu ſat ſcio non inficiabere. At nos eos homines acerrimè cohibemus, qui contumelias etiam Chriſti nomini factas ſeuerius quàm vos vlciſcimur. Hîc enim *ſi quis ſiue Chriſtianus, ſiue Maurus ſiue Arabs ſiue Turca, Chriſtum, illud verbum Dei, quem virtute Spiritus ſancti à Maria virgine procreatum credimus, vel etiam ipſam virginem, quam Deus omnibus creaturis puriorem fecit & excellentiorem, blaſphemauerit præter mulctam pecuniariam ſexaginta fuſtiarij plagas ſuſtinet.* Hac lege cuius apud nos obſeruatio eſt exactiſſima, quàm egregiè putas omnes à dierationibus & blaſphemijs coërceri. Iuſtitiæ verò quod exemplum requiris illuſtrius, quam illud quod Trapezonti viterque ſpectauimus, Ianizarus ruſticæ cuidam vetulæ ad forum cum rebus venalibus proficiſcenti vaſculum lactis per vim eripuerat, & ebiberat. A fœmina delatus ad Iudicem, negauit cum iuramento ſemel atque iterum. Iudex ſuſpicatus eum mentiri ſtatim corripit & pedibus ſuſpenſi corpus medium loris arctiſſimè conſtringens fecit vt lac euomeretur. Ita conuictus, quam deinceps pœnam ſubiuit? Intra duas horas laqueo ſtrangulatus eſt. Valde egregium & memoria æterna dignum eſt, tum ad commendandum noſtros, tum ad corrigendum veſtros, quod à legato quodam Maximiliani Cæſaris dictum refertur, tum cum Imperator noſter Solymannus vltimam in Hungariam expeditionem mouit. Eo enim illic mortuo Maximilianus Cæſar impetrandæ pacis cauſa ad nouum Imperatorem Legatum miſit. Qui à noſtris caſtra tum non longè à Strigonio habentibus exceptus, cum exercitu Conſtantinopolim venit, & poſt confectam legationem domum reuerſus eſt. Is domino ſuo narrabat ſe hoc in itinere quatuor miracula vidiſſe. 1. copias penè innumerabileſ. 2. in tanto militum numero nec vnam fœminam. 3. nullam mentionem vini à quoquam factam. 4. quòd veſperi omnes alta voce Alla. i. Deum inclamantes mox conticuerunt, & deinceps ingens totis caſtris ad proximum vſque mane conſecutum eſt ſilentium. Hic tu inquies forſitan horum nullum, nec

Theuet. Coſmogr. lib. 8. ch. 2.

ann. 1567. Petrus Bizar. lib. de bello Pannonico.

omnia

omnia ſimul,certum facere iuſtitiæ argumentum. Eſto,non eſt tamen prorſus à propoſito alienum,quando ordinis,diſciplinæ,continentiæ, temperantiæ, pietatis efficax eſt ſignum, atque ita valet ad noſtros homines nõ mediocriter commendandos. At hoc quod ſequitur,eſt æquitatis & iuſtitiæ publicæ,& miraculum meo iudicio reliquis illis non minus prædicabile. Addebat enim toto eo itinere,quo exercitus Turcicus Conſtantinopoli in Pannoniam iuit & rediјt,nullum ſe tugurium vidiſſe,nedum pagum ab eis igne incenſum, vel ab indigenis derelictum,totoq; illo longiſſimo ditionis Turcicæ tractu,nullam apparuiſſe rei frumentariæ penuriam, neq; compertum fuiſſe,quod aliquis miles quippiam emerit,& emptorem pretio de quo conuenerat,fraudarit:quod ſi quis feciſſet, ſtatim capitali ſupplicio iuſſet. Quis hic Samuel ſatis pro dignitate laudarit hanc tam excellentem in Ducibus grauitatem & prudentiam, in militibus bonitatem & obedientiam, iuſtitiæ ſtudium in vtriſque ſingulare,nulla hic eſt ruſticorum direptio,nulla ſpoliatio, vt inuiti bonis ſuis decedãt nulla vis, ſed neque dolus adhibetur à quoquam ex tam immenſa multitudine. Exercitus ſiquidem noſter quum Imperator Conſtãtinopoli diſcederet,quadraginta ferè millia cõtinebat. Tale quid de Chriſtiano exercitu longè minori pro vero miraculo narrari poſſet. In Germania certè & Flãdria & Francia certò tibi confirmare auſim plus damni ruſticis inferri à quadringentis militibus Chriſtianis,quàm hic à quadringentis millibus Turcis. Et ita quidem Legatus idem in Hungaria à Germanis factum queritur. In his enim locis Hungariæ Cæſari ſubiectis (dicebat ille) per quos Cæſareani tranſibant, interi fuerunt pagi atque oppida direpta,flammiſq; conſumpta, omniaq; in mira ſolitudine relicta ob militum noſtrorum ſeuitiam. Quod ſi tam inſignis ſit iuſtitia noſtra in bello,quanto inſignior eſt in pace? Si ita valeat in caſtris, quanto magis regnat in ciuitatibus? Sed in hoc nõ eſt opus diu inſiſtere,quando nemo Chriſtianus negat hic apud nos bonam & celerem exerceri iuſtitiam,adeò vt ſi quis noſtras cuicunq; Chriſtiano potiſſimum peregrino aut mercatori cuiuſcunq; nationis iniuriam quamcunque fecerit,ille certo certiùs ſibi polliceatur veſtigio luiturum ſe improbitatis ſuæ pœnas. Quanquam vero reliqui Chriſtiani qui in agris degunt, non adeo ſunt ſecuri, tamen qui ciuitates incolunt, aut non longè à ciuitatibus abſunt,vbi ad prohibẽdas vel vindicandas iniurias præſto iudex,illi Chriſtiani æquitatem noſtram valde prædicant,

Theuet. lib.8.ca. 6. & 2. Bellon.lib. 2. cap.91.

quam etiam ſæpenumero experiuntur. Mercatores vero Turcici ab omnibus laudantur, tanquam ſumma fidelitate mercimonia vendentes & ementes, nullis fraudibus, nullis periurijs aut deteſtationibus ad circumueniendos eos quibuſcum contrahunt vtentes, quorum ſincera probitas Occiduis Europæ Chriſtianis tam nota & teſtata eſt, vt ſæpenumero Iudæi (gens vafra & malitioſa) in Italia Turcas ſe ſimulent, & candidum capitis tegumentum Turcis peculiare ſibi imponant, quo Chriſtianis illis ſe Turcas eſſe, hoc eſt, antiqua, ſimplici, Romana fide præditos inſinuent. Et quid magnificos & opulentos mercatores particulatim nomino, quado omnes quarumcunque rerum vel mercium, panis, potus, carnis, panni, veſtium, &c. venditores & tabernarij generali quadam Turcici Imperij conſuetudine, ea quæ habent venalia, pari & indifferenti pretio emenda proponant, nõ magis à peregrinis quã vicinis, non magis à Chriſtianis, Latinis, Græcis, Armenis, aut etiam Iudæis, quàm ab ipſis Turcis exigentes. De quibus non dico mercatoribus, aut magnatibus, aut artificibus, aut reliquis illis venditoribus, ſed Turcis generaliter vniuerſis, quod tu deſideres vberiùs teſtimonium, quàm illud quod redditur ab homine Chriſtiano, & ſuos domi Chriſtianos noſtroſq; hic Turcas optimè diuq; experto, qui faſſus Mauros adhuc ſapere veterem illam fraudem Punicam in hiſtorijs Latinis tantopere celebratam, ait Turcas planè contrario modo eſſe affectos, adeo vt nihil in toto mundo tanti facere videantur, quàm fidem cuicunque datam. Et ego ſanè (inquit ille) magis confiderem ſimplici promiſſo alicuius Turcæ naturalis, quam promiſſo, ſigillo, teſtibus noſtrorum in Europa. Sic ille. Quod ſi ad extremos aliorum ruſticos & agricolas deſcenderis, Author idem pergrauis teſtatur ſe in Aſiæ minoris Turcis apud quos diu agebat, tantam bonitatem, ſimplicitatem, & charitatem animaduertiſſe, vt planè miraretur. Denique de mutua inter nos charitate quid opus eſt aliquid annotare, quando facilè & ſolidè ex antea dictis argumentari potes, quod ſi exteris, ſi Chriſtianis, ſi hominib⁹ à noſtra religione auerſis tam ſumus benefici quam illic declarauimus, erga noſtros, erga Muſulmannos, erga verè fideles, quanto maior eſt noſter amor & beneficentia? Nihil certè Mahumetes vehementiùs præcepit, quàm charitatem fraternam, quo vinculo ſuos omnes ſanctè & firmiter colligauit. Ex quo fit, vt & ſingulis ferè diebus Veneris, & alijs anni temporibus, maximè autem Paſchatis vtriuſq; celebritate, multa videas charitatis exempla pulcherrima,

Bellon. lib. 3. ca. 13.

Bellon. lib. 2. cap. 108.

Poſtell. de la religion des Turcs pag. 69.

Ibid. pag. 70. 71.

tima, alios domos ſuas hoſpitibus quibuſcunque patefacere, eoſque ſuſcipere liberaliter, alios mittere pecunias ciboſq; ad abſentes, alios inuiſere Xenodochia non ſine largis ſed valdè occultis eleemoſynis, alios ſepulchra mortuorum adire, & illic pro defunctis orare, & ad eorum ſolatium pauperib. multa erogare, alios ab ijs quos offenderunt veniam petere, & iſtos petentibus alacriter concedere. Mitto alia ſuperius commodiore loco expoſita, homini intelligenti hæc pauca ſufficiant, cui etiam illud cogitandum relinquo, me nihil odioſius vrgere, nec omnia minutè perſequi, nec noſtra optima veſtris peſſimis; aut etiam mediocribus rethoricè opponere, ſed contra potius magno cum fauore comparationem hanc facere, qui non Principes cum Principibus, Sacerdotes cum Sacerdotibus, ſed infimum noſtrum, & communi gẽtium aliarum more diſſolutiſſimum ordinem veſtris præſtãtiſſimis, noſtros milites, mercatores, tabernarios, ruſticos, idque in hac quaſi ſenecta Eccleſiæ noſtræ, veſtræ florentis & primitiuæ Eccleſiæ Principibus, Concionatoribus, Superintendentibus & Miniſtris compono, & quantum hij ſint illis quoad ciuilem probitatem inferiores, ex veſtrorum vobis amiciſſimorum confeſſione demonſtro. Ex quibus paucis ita breuiter à me percurſis, tanquam ex vngue leonem iudicare procliue eſt, quantum noſtra politia Eccleſiaſtica veſtrę, quantum Alcoranus Euangeliſmo, quantum leges legibus præſtent, vt noſtræ ſolidis & expreſſis virtutibus ſuos cultores induant, quarum veſtri Euangelici nec tenues adumbrationes aſſequũtur. Quod quum multum valeat ad Legiſlatoris prudentiam demonſtrandam; tu facilè perſpicis, quid hinc contra Euangelium & Eccleſiam veſtram eiuſque authorem conſequatur, iuxta illud ſcripturę; ſicut Iudex populi, ſic & miniſtri eius, & qualis eſt rector ciuitatis, tales & habitantes in ea. SAMVEL. Imò hoc argumentum Michæa non eſt vſque adeo neceſſarium. Sæpenumero enim fit, vt bonæ leges peſſimè ſeruentur, non culpa aliqua Legiſlatoris, ſed improbitate eorum quibus lex fertur, quemadmodum nec ipſe negare potes, Iudæos optimas leges à Deo op. max. accepiſſe, quas tamen perſæpè tranſgreſſi ſunt, vſque eo vt turpiſſimam idololatriam admitterent, quam lex maximè deteſtabatur. Deinde reliqua quæ tu ponis vt certa, non ſunt omnino talia, immò in multis ſunt, quod bona tua venia dixerim, falſiſſima. Dicis te ex abundanti quadam cauſæ quã defendis æquitate comparare tuos infimos cum noſtris ſummis, tuos milites & opifices cum noſtris Principibus & Eccleſiaſti-

ſiaſticis, quaſi veſtri monarchæ ſine quæſtione omnes eſſent ſumma & eximia præ reliquis fide prędіti, quorũ tamen multi adeo fuerunt vafri & perfidi, vt nihil ſupra: & pręquibus ego certè ſingularem quandam ſimplicitatem & fidem vulgarib. Turcis ineſſe libenter conceſſerit. Quid enim vt à primo huius vrbis Imperatore (qui ciuitatem hanc cœpit exordiar) Mahumete ſecundo fuit nequius, cruentius, perfidioſius, quem Hiſtorici pleriq; omnes deſcribunt fuiſſe merum Atheiſtam, *impium, ſanguinarium, periurum, ſuperbum, Chriſtianæ fidei irriſorem, Mahumetanæ & Mahumetis Prophetæ ſui inſignem contemptorem vna cum Patriarchis & Prophetis omnibus.* Natus enim Matre Chriſtiana Georgij Seruię Deſpoti filia, ab eaque in fide Chriſti inſtitutus, & poſtea Alcoranum Mahumetis edoctus, ita in vtroq; profecit, vt non minùs vnum quam alterum contempſerit, Chriſtum pariter & Mahumetem imprudenter irridens, imperiumque ſuum à cæde fratris ſex menſiũ infantuli auſpicatus, per vim, & fraudes & iniuſta bella, milliones hominum tam Chriſtianorum, quam Turcarum tempore Imperij ſui trucidauit. Cuius filius Baiazetes etſi valde moderatus, & totus religionis philoſophiæque ſtudijs deditus videbatur, perinde tamen ac ſi cum lacte matris perfidiam quoq; patris hæreditariam ſuxiſſet, aut non magis in Alcorano Mahumetis quam Talmud Iudęorum eruditus crederet, *pium eſſe quouis modo, ſiue dolo, ſiue vi, ſiue furto facultates Chriſtianorũ ſibi vendicare, aut etiam eos è vita tollere*, ita de repēte ſummo cum Regiæ maieſtatis dedecore fidem frangens, quam ſolenni percuſſo fœdere Venetis dederat, eos inopinantes adortus Neapoli, Nanpacto, Methone & tota Peloponnoeſo expulit. Quid eius filius Selymus? Ecquid in eo bonam, ſyceram & Romanam fidem prædicabis, qui patrem Imperatorem nefario bello laceſſens, ſed profligatus, quum vi leonis nõ proficeret, vulpeculæ pellem induens, execrabili fraude Patrem ſenem è ſolio Imperiali deiecit, quem poſtea Toxico curauit è medio tolli fratres duos natu maiores, eorumque ſobolẽ copioſam radicitus excidit, deinceps eos qui ipſi ad Patrem imperio deijciendum fratreſque & nepotes necandos opem tulerant, aggreſſus multa Ianizarorum millia tanquam pecudes occidit, & paulò antequã è vita excederet, intra ſex menſes è quatuor Baſſis qui ſupremi omnium, & intimi eius Conſiliarij totum Imperium Turcicũ ſub eo gubernabant, tres & in ijs Boſtangi generum ſuum mactauit, item quinq; Agas (ſingulis ferè mẽſib. vnum) Ianizarorũ in aula, & præſidio Imperatoris Turcici

Cuſpian. de Cæſar. & Imperat. Rom. Thevet. Coſmogr. lib. 11. c. 4.

Talmud. Iud. ord. 1. tract. 1. diſtinct. 4 apud Sixtũ Senenſ. lib. 2. Paulus Iouius lib. 13. & 14.

Thevet. Coſmogr. lib. 11. ca. 5. Leuncla. ...nect.

Princ

Principes, Bellerbeios aũt & Sangiaccos, qui in exercitu, & prouincijs ſummũ habent regimen, triginta ſeptem præter multos alios Sangiaccos, Agas, Bellerbeios & Baſſas, quos prioribannis initio regni magna feritate trucidauit. Nec eius filius Solymannus, quanquam multiplici virtute maiorib. ſuis valdè præluxiſſe fertur, huius tamẽ immanitatis fuit omnino expers. Indicta enim cauſa primo clariſſimum ſuum aliquando Abraimum Baſſam noctu obtruncauit, deinde Muſtaphã nobiliſſimum Principem, Imperijq; hæredem filium maiorẽ natu in ſua ipſius pręſentia iuſſit ſtrangulari, *barbara feritate authorem necis filio crudelis pater ſeſe exhibens.* Nec eo contentus, nepotem ſuum, adoleſcentulum iſtius Muſtaphæ filium eodẽ ferè tempore per inſidias occidit, tanquam filioli innocentis ſanguine patri miſerrimè cæſo parentans, & iniuſtiſſima iuſta perſoluens. Funeſtã certè Tragicamq; & plus quam Thieſtæã hiſtoriam, quam nec ego ſine acri doloris ſenſu poſſum recogitare. Non progredior vlterius ad viciniora nobis tempora, ne veritas non ſolùm odium, ſed etiam periculũ mihi eam expoſituro pariat. Iſta aũt pauca ex veris hiſtorijs libata conuincunt omnium Turcarum mores nõ eſſe adeò ſimplices, & ingenuos, quã tu venditas, & præ quibus noſtras fraudes, & improbitates adeò mirificè exaggeras. MICHAEAS. Imò (Samuel) iſta omnia nihil aut parum certè imminuunt de veritate comparationis meæ. Comparationem enim, non exaggerationem inſtituo, & ſimpliciter candideque ex ſcriptoribus veſtræ fidei, magis quam noſtræ fauentibus, profero quod eſt in vtriſq; laudabile vel ſecus. Hæc autem à te percurſa vniuerſa eiuſdem ſunt generis, & hac vna generali poſſunt reſponſione refelli, ſi dicam ea non attingere ſcopũ argumenti noſtri quod circa promiſcuum vulgum, circa populi mores verſatur, circa id quod communiter in imperio & natione Turcica, in fide, vita, & actionib. plurimorum perſpicitur. Principes qui latiſſimis regnis dominantur, & maximarum gentium curam gerunt, ſuas habent priuatas rationes, & cõcilia, & ſtudia iurâq; actionum à generali multitudine ſeiuncta, multaq; quæ in his damnari merentur vt ſæua & crudelia, in illis meritò laudantur vt iuſta, quia publicis rebus vtilia. Memini quum aliquando multa hic eſſet vltra citraque argumentatio de aſſaſſinatu fratrum Guiſiorum in Gallia (per vniuerſum enim terrarum orbem, vt opinor, illa Tragędia erat diuulgata) famuliſq; legati Gallici, cum quibus ea de re ſæpenumerò colloquebamur, iuxta vulgares plurimorum ſermunculos ea quæ nobis videbantur

hiſto. Tur. cap. 206. pag. 427. Iouius hiſt. lib. 14. Petrus Iuſtinianus Venetus hiſt. lib. 12. Iouius li. 40.

bantur atrociſſima obijceremus, hypocriſim Regis, periuriũ, impietatem, publicæ fidei & maieſtatis Comitiorum, id eſt, totius Reipublicæ Gallicanæ violationem, præter iniuriam Deo, & ſacris omnibus allatam (ſæpè enim Rex ille inuocato Dei nomine, adiuratiſque Chriſtianis ſacris ſe deuouerat integram Principibus illis fidem ſeruaturum:) Contra hæc omnia illi vnicum præſidium opponebant, Regum facta eſſe ſuſpicienda, ſemperque in meliorem partem interpretanda: habere eos ſuas occultas rationes, quas par non erat omnib. innoteſcere. Hanc æquitatem ſi tu Samuel adhiberes in diiudicandis his Imperatorum noſtrorum actionibus, quæ nullas habent adeo turpes & nefarias circumſtantias, qualibus iniuſtum eſt illud parricidium Gallicanum, non adeò confidenter hæc particularia Regum noſtrorum facta in ampliſſimæ nationis præiudicium iactares. Sed ne ita generaliter agẽdo particulare examen defugere videar, reſpondeo deinde te valdè iniquè ex Chriſtianis, qui nobis ſunt iniquiores, ea tantum decerpere, quæ per ſe poſita malè quidem ſonant, alijs autem adiuncta quæ ijdem ſcriptores, vel alij non minùs veraces referunt, non adeò tetra & grauia apparebunt. Fuit Mahumetes ſecundus ſanguinarius, ſuperbus, omnis religionis irriſor, &c. Quid ita? Quia & Chriſtianos foris, & ſuos domi religioſos perſequebatur, è quibus intra pauciſſimos dies ſupra ſexcentos dicitur occidiſſe, & in perpetuis bellis vitam tranſigebat. De Chriſtianorum hoſtium ſuorum cæde non opus eſt multa. Ne ſuos quidem Monachos ab eo ſic tractatos mirabitur, qui intelliget (quod eſt verum) eos quum propter religionem ei eſſent gratiſſimi, proptereaque facilem ad ipſius cubiculum haberent acceſſum, à Tartarorum Rege fuiſſe ſubornatos, vt eum ſubitò adorti iugularent. Quod immane facinus à ſeptemdecim præcipuis illius ordinis ſuſceptum, & cum multis alijs communicatum, ſed ei paucis horis ante articulũ temporis, ei ſacrilegio deſtinati patefactum, ecquis culpauerit, ſi ſeueriſſimè vltus fuerit? Si dignè pro meritis tam ſceleratos hypocritas cenſuerit caſtigandos? Quin addas Samuel, quod eſt ab ijſdem Hiſtoricis additum, Mahumetem iſtum tam inſignem Atheiſtam, horum Monachorum bona, redditusque annuos non intuliſſe ærario ſuo, ſed publicis Xenodochijs aſſignaſſe (longè aliter quam fecit Henricus veſter Octauus, aut etiam filius Edouardus, aut filia Elizabetha, qui Monachorum à tali ſcelere alieniſſimorum bona longè aliter diſpenſarunt, quos tamen non Atheiſtas, ſed fideliſſimos, & fi-

In multis libris Gallicis eius temporis.

Poſtell. de la religion des Turcs pag. 112.

Theuet Coſmogra. lib. 11. c. 4.

delium Eccleſiæ ſuprema capita vocatis.) Addas fuiſſe huuc Mahumetem valdè amicum peregrinis, largaſque eleemoſy-nas attribuiſſe ex æquo Turcis, Chriſtianis, Iudæis, Arabibus, Addas quod poſt captam Conſtantinopolim quum in Eccleſiam Apoſtolorum ſemel veniret, eamque videret funditus pe-nè dirutam, ex ea conſtruxit egregiam Moſqueam & hoſpita-le, eique magnas donauit opes, & annuos reditus (ſupra 150. ducatorum millia) multoſque inſtituit Sacerdotes, ſcholaſti-cos, & alios, qui illic perpetuò alerentur, pro eius defuncti ani-ma Deum aſſiduè precantes. Adde quod ſemper ferè habebat apud ſe Græcum quẽdam Monachum, nomine Scholarium, variarum linguarum, & Theologiæ peritiſſimum, qui etiam Concilio Florẽtino interfuit, à quo Imperator ille didicit lin-guam Græcam, Chaldaicam, Arabicam, & Syriacã: quo Mo-nacho referẽte viri fide digni, teſtati ſunt Imperatorem illum ſecreto ſuo in cubiculo ſeruaſſe ſingulares quaſdam Chriſtia-næ religionis, & Martyrum reliquias, quæ ciuitate illa capta & direpta, ex Eccleſia Sanctæ Sophiæ ad eum fuerant delatæ, & quę poſtea à filio eius Baiazete ad Pontificem Romanum do-no ſunt tranſmiſſę. Addas denique quod fortaſsè reliquis iſtis eſt memorabilius, & animi pij atque religioſi ſignum efficaciſ-ſimum, quod poſtquam Moſquæam & Imaratum hoſpitale mirum vel Xendochium adiunctum abſoluit: & deinde æ-dificauit hic ad littus è regione Chalcedonis Serralium, pala-tium Imperatorium, qnale cernis ampliſſimum patens in cir-cuitu tribus milliaribus Græcis: hoc palatium, domum ſuam propriam, omniumque futurorum Imperatorum, fecit tribu-tariam Moſqueæ & Imarato, ſanxitq; vt ſingulis diebus, per-petuo, hęc illis perſolueret mille Aſpros, quorum ſexaginta ef-ficiunt Coronatum aureum: Quod annuatim ſummam ſex mille aureorum ſuperat. Quo facto glorioſiſſimè profeſſus eſt, ſe ſuaque Imperialia ſubeſſe religioni: cui non imperare, ſed parere, à qua non exigere tributum ſed reddere voluit, ſi-mulque eo ſigno manifeſtè declarauit, ſe vt à Deo omnia ac-ceperat, ita Deo omnia referre, cui ſe ſuoſque poſteros eo pi-ore ſubiecit, & quaſi dedicauit. Hunc Principem ſi tu me-cum Atheiſtam dixeris, & hæc hominis Athei ſigna, caueo ne ſimul eadem aut grauiore etiam cenſura tuos domi Euange-licos Principes, nominatim Anglicanos, quos proximè nomi-nati percellas. Qui vt alia prætercam, religioſorum ædes non ſolem ædificatas de integro, quum penè eſſent collapſæ, ſed funditus euerſas quum prius firmiter conſiſterent: nullos an-

Leuncla. in pandect. hiſt. Turc. cap. 139. pag. 340.

nuos

nuos reditus datos de ſuo, ſed ereptos de alieno nullas preces pro ipſis defunctis inſtitutas, ſed omnia eiuſmodi, preces, Sacerdotes, ipſa loca talibus precibus deſtinata (perinde ac ſi animæ à corpore ſolutæ nulla habenda eſſet cura, ſed ea vna cũ corpore ſepeliretur, nunquã deinceps victura) penitus deſtructa, & ne pro animabus defunctorum vlla talia fierent, legibus interdictum: Hæc (inquam) & his ſimilia vt taceam, in martyrum Chriſtianorum reliquias iſti Chriſtiani puriſſimi ſcilicet & perfectiſſimi, immaniores fuerunt, quas in ſterquilinia proiecerunt, quas igni & aqua perdiderunt, quum noſter iſte Princeps Mahumetes, quem tamẽ propter regulas his minores merum Atheiſtam, & omnis religionis contemptorem inclamatis. Mitto reliqua, ſunt enim potius maledicta arrepta ex triuio, quã vera & iuſta crimina Qui enim potuit non multum & ſui, & hoſtici ſanguinis effundere, & fœderum ruptorum aliquam ſpeciem præbere, qui nõ ita multis vitæ ſuæ annis ſubiugauit duo Imperia Conſtantinopolitanum, & Trapezontinum, neſcio quod regna, plus quam ducentas muratas vrbes, præter Eubeam, Mitilenem, Lemnum, aliaſque permultas inſulas maris Ægæi & Mediterranei, attritumque & afflictum Perſarum monarcham Vſumcaſſanum. Illud Baiazetis minus habet probabilis defenſionis, quemadmodum à vobis narratur. Sed quis nouit vtrum Chriſtiani priores ſancti fœderis capita violauerint, & ſic iuſtam eos inuadendi cauſam Imperatori noſtro præbuerunt Veneti quidem ſcriptores paulò aliter rem explicant, Baiazethem nimirum *cum Venetis id petentibus fœdus renouaſſe, ſed latinè conſcriptum. Eſt autem in Turcarum legibus, vt quæ ſua lingua ſcripta non ſint, ea præſtare non ſit neceſſe, atque ita ex inopinato eos inuaſit.* Quod ſi verum ſit, fuit ars potius quam fraus, potius ſtratagema bellicum quam infidelitas & perfidia, idque non tam Baiazeti militiæ, quam Venetorum imprudẽtiæ attribuendũ, qui tanta ſolertia & ſagacitate homines, quotidiana habentes nobiſcum commercia, & continuos in aula noſtra Oratores atque Exploratores, idque à multis ante hoc bellum annis, tamẽ illud indagare non potuerunt, quod cuius ferè mediocriter in publica negocia intendenti fuit aut potuit eſſe apertum. De Selymi autem patriſq;, & fratrum mutua diſſenſione nihil dicam aliud, quam quod de bello Pompei & Cæſaris Poëta quidam veſter.

De ſchiſmate Anglicano. lib. 1.

Comin. hiſt. lib. 10. Baptiſta Æguatio & alij.

Bembus hiſt. Venet. lib. 4.

Lucan. lib. 1.

Victrix cauſa Deis placuit, ſed victa Catoni.

Ita nimirum hic viri multi boni, & Catone nihil inferiores damni-

damnarunt factũ Selymi, ſed tamen diuina prouidentia multis ei victorijs datis, & perpetuata ad hunc vſque diem Solymanni ſanguinis in ſolio Ottomannico ſucceſſione, videtur aliter ſtatuiſſe. Sed quod eundem de Ianizarorum, & magnatum ſuorum cæde accuſas, iniuriam facis, & præter rationem. Certè cum conſtat eos patris Baiazetis tempore ſeditionibus aſſuefactos, etiam regnante Selymo à Chendemo Baſſa incitatos nouam rebellionem inchoaſſe, vſque eò, vt ipſi Imperatori inſolentiſſimè leges præſcribere inciperent, nemo negauerit eos iuſtè vna cum ipſo Baſſa cæſos, & ad minorem numerum redactos. Interfectio verò Boſtangij generi tantum abeſt à reprehenſione, vt potius maximam ei laudem pepererit. Is enim quod Imperatoris filiam vxorem duxerat, ſui ipſius magnitudine & ſoceri gratia fretus, populum magnis exactionibus, & tributis opprimebat. Quod vbi Selymus reſciuit, tanquam bonus Princeps populi ſolatio priuatum amorem poſtponens, generum ſuum ſocer iuſſit pro ea publica iniuſtitia capite plecti. Quemadmodũ etiam interitus Habraimi Baſſæ, filio Selymi Solymanno ſummam conciliauit laudem & gloriam. Quanquam enim ſimul ab infantia fuiſſent educati, & Abraimum Solymannus vnicè diligeret, nec vnquam, opinor à primis initijs Imperij Turcici vllus apud aliquem Imperatorem adeò fuit potens & gratioſus, quam apud Solymannum Græcus iſte, adeò vt nec vocatus, quum vellet, magnum Dominum liberè adiret, & eo neſciente de maximis negotijs Imperij Turcici pro ſua voluntate diſponeret: tamen vt primum certò innotuit, partim quod alijs ſub eo officiarijs populum prædantibus magnus iſte Viſir, id eſt, Baſſarũ Princeps conniueret, partim quod ipſe quoque per ſuos ſatellites, & adminiſtros in remotioribus prouincijs Syria & Arabia, populum mulctis pecuniarijs valdè premeret, & exhauriret: Imperator ſecreto Pontifici ſummo cauſam eius examinandam dedit, & reum ex Pontificis ſententia, iuſſit interfici. Non ignoro alios, alias mortis eius cauſas effingere, vel quod cum Imperatore Chriſtianorum Carolo, vel Perſarum Sopho conſpirauerit, vel quod licet foris Specie Turca, tamen intus ex animo fuerit Chriſtianus, vel quod ſeipſum Monarcham voluerit efficere, aut ſaltem Muſtapham Solymanni filium in patris locum ſurrogare, ſed iſta omnia à prudentioribus vt fabulæ, & improbabilia reijciuntur, & hæc quam dixi condemnationis eius veriſſima cauſa fertur. Sanè ex penſionibus & alijs commodis percipiebat annui, & certi reditus aureo-

Ionius hiſtor. lib. 14.

Poſtel. hiſt. Orienṭal. pa. 48. & Bellefor. Coſmogr. to. 2. lib. 2. cap. 7. col. 376. 377.

Ionius lib. 33.

Poſtell. vbi ſupra pag. 61.

aureorum ducenta quinquaginta millia, tribuſque continuis diebus eius mortem conſequentibus, immenſæ & obſtupendæ prorſus opes ex illius domo in palatium Principis importatæ ſunt, vt nūquam deinceps Imperator pecunia ad aliquid moliendum eguerit. De filij autem Muſtaphæ occiſione non adeò certus ſum quid reſpondeam, ſed ſiue verum eſt, ſiue falſum, quod hac de re à varijs ſcriptoribus traditur (longa eſt hiſtoria, multiſque difficultatibus implicata, & non eſt huius loci hæc obſcura diligenter & accuratè euoluere.) Solymānus Princeps ſi quis vnquam propter humanitatem, prudentiam, fortitudinem, iuſtitiam & religionem commendatiſſimus, in hoc etiam facto ſi non omnino iuſtus, certè potius infœlix & miſerandus, quam crudelis & perfidus iudicetur. Si enim verum eſt eum contra patrem & dominum coniuraſſe, vt multi ſuſpicantur, iuſtum erat proditorem è vita tollere. Si id verum non eſt, vt plures volunt, ſed ita tamen à Roxolana vxore Muſtaphæ nouerca, & Ruſtano genero nouas quotidie criminationes contra Muſtapham ei ingerentibus perſuaſum: error erat, ſed condonandus marito, ſi chariſſimæ vxori quam amabat tenerrimè, & Conſiliario quem putabat fideliſſimum, credēs nece filij quamuis valdè generoſi, ſuæ ſaluti, & totius Reipub. tranquillitati voluerit conſulere. In eo admodum laudandus, quod non repentè ex ira & furore præcipiti ad eā cædem proſiluit, ſed maturè & vocato in conſilium Mufti ſummo religionis Antiſtite, nihil niſi ex eius ſentētia confecit, nec minus in hoc quod mortuo filio, quum de eius filiolo nepote ſuo elegantiſſimo puero tollendo deliberaretur, auuſque abnueret, vbi contra qui ei erant à conſilijs, arguerent, *Ianizaros qui fauebant Muſtaphæ, non defuturos filio Muſtaphæ, ita nihil vnius mortem ad regni et ſtatus tranquillitatem contuliſſe, ſi alter maneret in vita: religione nihil eſſe debere cuiquam antiquius, ne liberorum quidem ſalutem: religionem autem Muſulmannam,* (id eſt, optimam) *tutela regni, & dominatu Othomannicæ familiæ contineri, qua domo afflictà religionem ſtare non poſſe: à re verò nulla certiorem illi domui imminere ruinam, quam à domeſtica diſcordia: vt ergo & domus, & imperium, & proinde religio conſeruarentur, quacunque ratione prouidendum eſſe, nec magni ducendam eſſe liberorum iacturam, quæ religionis incolumitate compenſetur.* Hæc vbi accepit & expendit, nihil prius duxit, quam vt diuinam religionem omnibus modis conſtabiliret, ideoq; & affectus ſuos compreſſit, ac naturę vim quandam intulit, & ſanguini ſuo non parcendum cenſuit, modo

Auger. Buſbeq. iter Conſtantinop. pag 47.

Ibid. pa. 50.

Ibid. pa. 54.

Reſpubli-

Reſpublica & religio, cui primas à ſe deberi veriſſimè iudicauit, vel cum liberorum, & quodam corporis ſui diſpendio ſarta tecta maneret. Hæc ego poſſem Samuel longè alio modo defendere, ſi vellem de his prolixas diſputationes texere, & cauſas, rationes, origines factorum omnium exquirere. Sed quia hæc omnia mihi nō videntur adeo magni ad rem de qua agimus momenti, eo celerius tranſilio, & quod eſt probabile, veſtriſque à Scriptoribus poſitum, leuiter attingo. In hoc autem potiſſimum inſiſto. Primum nos de Principum factis exactè non iudicare, quia ad eorum cauſas non poſſumus penetrare, ex quo fit, vt ſæpè multis ea videantur improba & iniqua, quæ ſunt per ſe iuſta & probanda. Deinde vnius & alterius Principis priuatos mores etiamſi ſceleratiſſimos, non valere ad vniuerſam nationem eiſdem criminib. inquinandam. Quid enim ſi vltimum Gallorum Regem Henricum aliquis fateretur fuiſſe in religione *ſchiſmaticum, hæreticum, ſymoniacum, ſacrilegum, magum, periurum, planè impium, & numinis contemptorem*, hoc eſt, *merum Atheiſtam*, vt tui vocant Mahumetem noſtrum; in Rep. *publicæ fidei violatorem, regni opum diſſipatorem & decoctorem, tyrannum, hypocritam, vitijs omnibus infamē, proprioq; ore non ſemel damnatum*, quod totum ipſi etiā Galli multis libris demonſtrare conantur; ecquis propterea totam Gallorum nationem ſymoniacam, ſacrilegam, magam, periuram, Atheam, perfidioſam, vitijſque omnibus infamem verè aut etiam veriſimiliter concluderet? nemo negabit, quin Henricus veſter 8. valdè fuerit & luxurioſus, & prodigus, vt qui pecunias planè innumerabiles ex Eccleſiaſticis ſpolijs congeſtas, nullum in vſum effudit, neque tamen propterea quis populum Anglicanum ſub eo Rege luxurioſum & prodigum rectè dixerit, non magis quam ſub eius patre Henrico 7. parcum & reſtrictum, ſub Hērico 6. pium & ſimplicem, quia hæ virtutes vel affectiones in Regibus illis eminebant. Deniq; quod caput eſt, vrgeo veſtros Euangelicos, tales quales deſcripſi, fieri ipſis regulis, & principijs Euangeliſmi veſtri. Illa enim quam vos maximè inculcatis, & tanquam propriam Euangelij iactatis perſuaſio de prædeſtinatione ſua cuiq; nota, & ſola fide abſque operibus iuſtificante, veſtros ad hanc nequitiam, fœditatemque morum & immanitatem naturæ impellit; cum è contrario veriſſimum ſit, & ipſi etiam Chriſtiani fatentur, in Alcorano nihil tam crebro repeti, quam vt cū vera vnius Dei fide opera bona coniungantur, eoſque qui Prophetæ de vno Deo participem non habente crediderint, qui

De iuſta Henrici 3. abdicatione libr. 2.

Ibid. li. 3.

Poſtell. de la religion des Turcs pag. 87. 88.

 elemo-

eleemoſynas de ſuis bonis fecerint, viſitauerint orphanos, reddiderint debita, ſtatis die nocteq́, temporibus orauerint, bonam & iuſtam menſuram dederint, decimas Prophetæ Dei ſoluerint, inimicos veræ fidei perſecuti fuerint, à Deo peccatorum veniam petierint, eamq́; ſuis priuatim inimicis offenſas deprecantibus tribuerint; hos ſolos in paradiſum ad quem à Deo prædeſtinati ſunt, ituros, & qui his contraria operantur, eos ſine quæſtione omnes cum diabolo futuros in inferis. Hæc (veſtri) & his ſimilia in Alcoran. vbique vrgentur, prçſertim iudicium vltimum, & æterna damnatio ob neglecta pietatis opera, ieiunia, eleemoſynas, & non ſolutas decimas. Quç etiamſi Magdeburgenſes Illyricus, VVigandus, & reliqui illi, tanquam Papiſtica, & Euangelio contraria carpunt, ſuiſque in Alcoranum caſtigationibus hæc ſemper tanquam perabſurda notant, *Alcoranus ſalutem aſcribit operibus, Azoara. 37. Alcoranus fidei & operibus paſſim aſcribit ſalutem Azoara. 38. 39. 45. Rurſus ſecundum modum ſuorum operum quemque Deus remunerabit, vitam tribuens æternam Azoa. 26. &c.* Ac ſi ipſorum libertati, vel potius licentiæ Euangelicæ nihil dici poſſet magis infeſtum & aduerſarium, propterea que Theodorus Bibliander ſuis in Alcoranum marginalib. notis ſolicitè huic malo mederi conatur, ſed peſſimo pharmaco, aperto nimirũ mendacio, *propter bona opera* iuxta Mahumetem *fœlicitas, æterna confertur, cui opinioni* (inquit ille) *contradicit tota Scriptura ſancta*, quod falſiſſimum eſſe nos alias abundè demonſtrauimus; tota enim Scriptura ſacra clariſſimè non minùs operibus, quam fidei, & vtrique coniunctæ æternæ fœlicitatis adeptionem attribuit: vt iſta tamen hoc loco miſſa faciamus, & recta ratione, ſanoque iudicio hæc noſtra veſtraque examinemus, quis honeſta indole præditus, nõ ſtatim fatebitur noſtra veræ doctrinæ, veræ rationi, ideoque & vero Euangelio magis congruere, & infinitè plus valere ad homines in officio, honeſtate, pietate & timore Dei continendos, quam illa ſolifidiana in quibus vos medullam & nucleum Euangelij conſiſtere dicitis? Ex quibus infero vos ipſis Euangelij veſtri regulis fieri diſſolutos, quod de nobis nullo modo dici poteſt. Hæc autem de populis, & legibus populos dirigentibus ita præſtructa non malè accommodantur ad Legiſlatores inter ſe comparandos, vt quantum populus populo, lex legi, tantum etiam Legiſlator Legiſlatori anteferatur. Quæ concluſio etſi tibi videatur non omnino neceſſaria, & tanquam Geometricè conuincens, eſt tamen cuique homini indifferenti valdè probabilis, ſiet.

Bellon. li. 3. cap. 5.

Magdeb. Centur. 7. ca. 15. colu. 618. 621.

Bibliand. Azoar. 63. 65. 67.

lis, fietque multò firmior & euidentior, ſi ea quæ proximè ſequuntur de veſtra erga Chriſtum reuerentia, his antegreſſis adiunxeris.

ARGVMENTVM CAPITIS DECIMITERTII.

Euangelici de virgine Chriſti matre Maria, & coniunctè dum Chriſtum pareret, & ſeparatim poſtquam peperiſſet, multò abiectius ſentiunt quam Turcæ. Chriſti quoque præcepta in Euangelio tradita, quam quum ſe miros Euangelij cultores fingunt, ſuis tamen ineptis diſtinctionibus, & ſophiſmatis maximè eludunt, ne eis teneantur. deq; tota Chriſti prædicatione, & Euangelio minus honorificè quam Turcæ iudicant & loquuntur, re autem multò magis Chriſto detrahunt, cui non ſolùm communem cum Angelis ignorantiam, ſed cum hominibus quoque tum fidem, tum ignorantiam attribunt. Vbi verò ad paſſionem eius explicandam accedũt, ibi multò magis blaſphemant. Primum, quia manifeſtè eum peccati & legis diuinæ præuaricationis inſimulant, à qua non magis eum eximũt, quàm alios meros homines. Deinde, quia mortem eius corpoream nihil humano generi profuiſſe dicunt contra omnem rationem & ſcripturam, ſed talem ei mortem animæ cum damnatis in inferno ſpiritibus aſſignant, ex qua efficitur eum fuiſſe infidelem & impium vſque eo, vt quiuis in congregatione Proteſtantium frater, & ſoror ſit Chriſto melior, & apud Deum gratioſior. Ex quibus omnibus concluditur Turcas quam tales Chriſtianos de Chriſto ſentire multo diuinius.

CAPVT XIII.

IAM enim paulò propius ad vos accedam, veſtroſque intimos de Chriſti perſona ſenſus explorabo. Vtque à capite, ab ipſo dico Chriſti ortu incipiam, in hoc etſi nonnulla habetis nobis vtriſque communia, ideoq; bona; aliqua tamen apponitis non modò Chriſtianis, ſed nobis etiam improbata, ideoque ſine dubio peſſima. Quod vt rectius intelligatur, noſtram primũ de matre Matia virgine, eiuſque prole Ieſu ſententiam ex Alcorano deſcribam, cum qua deinceps veſtram opinionem conferam.

Magdeb. Centuria 8. cap. 15. colu. 898. Primum igitur illud apud nos fixum eſt, *Spiritum Dei intraſſe in Mariam, & Ieſum ex ea* integerrima virgine *genuiſſe.* Sic etiam & vos, idque rectè. Deinceps addit Alcoranus ad matris Filijque honorem: *Omnium mulierum optima Mariæ ab omnibus intactæ animam ſuam Deus inſufflauit, & illam Filiumque ſuum manifeſtum gentibus miraculum poſuit.* *Azoar. 31.* *Azoar. 5.* Adiungimus præterea Mariam matrem illam *fuiſſe omnibus viris & mulieribus ſplendidiorem, & mundiorem, atque puriorem, ſoli Deo perſeueranter ſtudentem,* idq; Angeli ipſi è cælo deſcendentes & Mariam allocuti, cum concipere deberet Meſſiam, de ea teſtati ſunt. *Lyra in tract. contra quendam Iudæum, &c. in fine noui Teſtamẽti.* Quin & egregius quidam vir Mahumeti Prophetæ noſtro familiaris in commentarios ſuos retulit, eum ſæpius aſſeruiſſe, *Nullum de filijs Adam naſci, quem nõ tangat Satan, præter Mariam & Filium eius.* Et rurſus: *Multi perfecti fuerunt ex hominibus, nulla autem vnquam perfecta fuit ex mulieribus, niſi Maria mater Ieſu* *Azoar. 76.* Fatemur denique eam ita puram, omniſq; peccati expertem (Maria enim nunquam *aliquid mali ſiue malitia operata eſt*) ſine vulgaribus aliarum mulierum parientium doloribus, moleſtijs, obſtetricibus, &c. Filium ſuum Ieſum peperiſſe, quemadmodum etiam de Mahumete credimus. Eius enim mater *Emina teſtabatur filium Mahumetem nec in vtero, nec in partu vllum ſibi dolorem feciſſe.* *Lib. de generatione Mahumetis pa. 201.* Ex his iam cum noſtram de Maria intelligas fidem, non ſolùm quando Chriſtum Concipiebat virgine, ſed etiam quando pariebat, & per omne tempus ætatis ſuæ poſtquam peperit (id enim lex noſtra perſpicuè docet) *Azoar 29.* quam etiam & antea, & poſtea, & ſemper tenemus alijs omnibus fœminis longè excellentiorem, nunquid vos Euangelici tam præclaram de ea fidem retinetis? nihil minus. *Magdeb. Centuria 7. cap. 15. col. 604.* Nam & in partu virginem fuiſſe negatis, eamque in pariendo Filium nihil à reliquarum fœminarum, vel etiam animalium partu ſecernitis, & poſt partum vtrum ſemel atque iterum, imò ter quaterq; nouis maritis nupta fuerit nihil penſi habetis. Nam & veſter vniuerſalis Canon de credendo nihil, quod non in ſacris literis expreſsè ponitur, vel ex ijs manifeſtè colligitur, eo vos compellit, veſtraque nuptias ſupra virginitatem extollens prædicatio eodem inclinat & multi concionatores è pulpitis ita ſæpenumerò docent, & Theodorus Beza in Colloquio Poſſiaco hoc argumento de perpetua eius virginitate preſſus, vt traditiones aliquas non ſcriptas admitteret, liberè & ſtomachosè reſpondit, illud in Euangelica fide nullum habere locum, ad quam nihil intereſt, vtrum poſt Chriſtum natum in virginitate vixerit, an in coniugio. De quo etiam reſponſo

ſponſo

Digitized by Google

ſponſo tanquam pulcherrimo alicubi ad Principem Condenſem glorioſè ſe venditat. De eo autem quod paulò propius Chriſti ipſius perſonam & honorem attingit, vtrum nimirum ea in partu eius permanſerit virgo, de hoc nō ignoras (opinor) Eccleſiæ veſtræ ſententiam. Vnus magni nominis Doctor & Reginæ Nauarræ Conciliarius quæſtionem eam tractans, ita ſcribit. *In conceptione quidem nullo modo fuit apertus vterus Mariæ, ſed fuit in natiuitate. Reiecto enim Papiſtarum figmento, quod Filius eius Chriſtus vt radius ſolis per vitrum tranſiuit miraculosè, dicendum eſt & credendum, quod naturaliter ruptis obicibus & locis apertis exiuit, & natus eſt, & quod virgo ſupernaturaliter pregnans naturaliter peperit. Ita quoque Martinus Bucerus*, cuius deinceps authoritate hanc opinionē confirmat: quā etiam Petrus Martyr pro ſua viili tuetur. Et Caluinus inquirens quantum temporis interceſſerit inter natiuitatem Chriſti, & fugam in Ægyptum, ait ſibi *probabile videri* quod id ſtatim non acciderit, ſed diu poſtea. *Dominum enim pepercisſe Mariæ donec ex puerperio conualuit, vt iter facere poſſet*, eam enim ſic fuiſſe doloribus partus fractam & debilitatam, vt ad aliquem laborem ſuſcipiendum non fuerit idonea, donec bono temporis ſpatio ſe recollegiſſet, & amiſſas vires recuperaſſet, quod in Gallicana eius Harmonia paulò explicatius ponitur. Ex quibus aduertis, quod olim ille *Iudæus, Paganus, veneficus colluuies impietatis, monſtrum Africanum* (vt à Græcis Hiſtoricis deſcribitur) Conſtantinus Copronymus cū Gręcorum fidelium horrore & execratione dixit, *Chriſtum ex Maria matre fuiſſe natum, quemadmodum ipſe Copronymus ex ſua Matre Maria natus erat*, hoc iam vobis protſus Orthodoxum & Euangelicum videri, veſtriſque Euangelicis (teſte doctore Carolo Molinæo) dicendum & credendum imponi, directè contra ſymbolum Eccleſię antiquę, quod nos etiam hac ex parte habet approbatores, quo Chriſtū ex virgine non modò conceptum, ſed etiam *ex virgine natum* traditur, cuius optimus interpres, & *omnium veterum Theologorum tum Græcorum, tum Latinorum quoad religionis dogmata* (Theodoro Beza iudice) *Princeps: Si* (inquit) *vel per Chriſtum naſcentem corrumperetur Mariæ matris integritas, non iam ille de virgine naſceretur, eumque falsò (quod abſit) de virgine natum tota confiteretur Eccleſia.* Quod ſi tam abiectè & ſordidè de ea tum quando eius honor cum honore filij Chriſti iunctus & connexus eſt, exiſtimatis, an non credibile eſt vos deinceps de ea ſola multò contemptius & vilius opinari? Ita prorſus quando

Bez. in præfatione Teſtamēti noui. Carolus Molinæus in vnione quatuor Euangeliorū par. 3. Martin. Dialo. de corpore Chriſti iſco f 94. 95. Caluin in Harmon. Matth. 2. ver. 13 Iuſques à ce que fut fortifiée. Conſtant. Manaſſes in Annalibus pag. 114.

Beza ad Rom. ca. 3. v. 12. Auguſtin. Enchirid. ca. 34.

Digitized by Google

enim Euangelium veſtrum primò in Anglia ſub Henrico Octauo cæpit increbreſcere, multis & magnis Euangeliſtis frequens in ore fuit illa comparatio, vt eam ſacculo crocum vel aurum in ſe habenti ſimilem dicerent, quæ vt aliquid pertinere videatur ad materiæ contentæ honorem, ita ea abſente magis valebat ad ſacculi continentis deſpicientiam. Is enim ita oppletus vt magni penditur, ita poſtquam fuerit exinanitus, cuius eſt valoris aut pretij? Eoque tendebant hæ figuræ, vt euellerent ex hominum mentibus ſublimem illam, quam de huius virginis dignitate impreſſam è maioribus retinebant opinionem. At verò iam quanto vlterius progreſſi eſtis, tu ipſe iudicabis ex eo, quod vulgo in permultis fratrum tuorum libris circumfertur. Ex quibus vnus vobis Anglis vicinis, his verbis ſuos quondam Comminiſtros alloquitur: *Hæc quæ dixi de mulieribus dicendi, docendi, ſacramenta adminiſtrandi poteſtatem ſumentibus, ſunt parua, quid illud, quod horrendis contaminatæ flagitijs fœminæ, Deiparæ virgini ſemet æquare non dubitant? quale hoc videtur? vt mulier ſuperba ac procax ſe Ieſu Chriſti matrem eſſe potuiſſe non minus quam virginem matrem impuriſſimè iactet. Atqui quænam illa ſit optimè noſtis, eamque non tantùm ad publicam veſtram pœnitentiam non adigitis, ſed etiam in ſummo honore habetis, eius ſententiam in publicis, priuatis, ſacris & prophanis rebus, longè magis quam Epiſcopi cuiuſquam authoritatem ſequentes.* Reliqua de fœminis tantam in Eccleſia veſtra authoritatem ſibi arrogantibus apud vos ſunt viſitata, illud de ijſdem ſeſe ſanctiſſimæ Virgini procaciter æquantibus, quod nobis prodigioſum eſt, à vobis quoque fieri poſſe valdè mirarer, niſi ſcirem ex doctrina veſtra ſoli fidei iuſtitiam omnem Chriſtianam tribuente, opera autem etiam quæ videntur optima, peccata vocante, & fœminarum pannis menſtruatis comparante, hanc concluſionem recta fluere: cui innixi Lutherus & Zuinglius (quemadmodum ſuperius annotaui) vxores ſuas, fratreſque & ſorores Euangelicas *in dignitate & honore D. Paulo, Petro, ipſique Deiparæ* (vt loquuntur) *virgini, ac diuis ſimul vniuerſis* exæquant. Quia nimirum hunc *fidei theſaurum, aliaque bona omnia* à Deo conceſſa in tanta largitate & abundantia poſſident, in quanta illa ipſa virgo qualibuſcunque encomijs efferatur. Quanquam hoc parum eſt, ſorores & Miniſtrorum vxores (quæ ſunt tamen ferè propter huius fidei plenitudinem ad opera carnis reliquis proniores) huic virgini *pares facere*, ſi expendimus, quid alius Miniſter in Anglia non obſcurus ante aliquot annos de

Latimer. in concionibus.

Archib. Hamilton. Calu. Confuſio. demonſtrat. lib. 2. ca. 3. fol. 151.

Digitized by Google

nos de hac virgine ſcripſit in eo libro, quem miniſtrorum Principi Archiepiſcopo Eboracenſi dedicauit. Illic ſiquidem clariſſimè notat, eam tum temporis, quando propè crucem Filio illic (iuxta Chriſtianorum fidem) morienti inter turbas militares aſtitit, quatuor mortalia crimina admiſiſſe, *tranſgrediendo* nimirum *quattuor diuini decalogi mãdata, primum, quintum, ſextum, & nonum*, vt ille exactè & diſtinctè enumerat. Quod ſi illo tempore quando ſola conſideratio vel iuſtitiæ diuinæ, vel humanæ miſeriæ, vel mortis, vel inferni, vel ſola filij in cruce pendentis commiſeratio, (vt alia innumera præteream) fœminæ vel mediocriter bonæ maiorem pietatem imprimere debuerat, hoc tempore ſi illa quatuor tam tetris ſceleribus ſeſe obſtrinxerit, alijs temporibus, quando tali ſpectaculo à peccando non auocaretur, quibus eam flagitijs turpificatam fuiſſe probabile eſt? SAMVEL. Hoc ſanè ab iſto quiſquis fuerit, imprudenter & temerè ſcriptum ſentio, nec ego huiuſmodi propoſitionem libens defenderem. MICHAEAS. Defenderes? Immò nec ipſe quantuſcunque ſibi videtur, ſi hic eſſet, eam defenderet. Quin magno ſuo malo diſceret, quanto licentioſius in Anglia, quam in Turcia huiuſmodi ſparguntur blaſphemiæ. Neque tamen verbis ſed fuſtibus cũ eo ageretur, & à fuſtuario diſceret linguam & calamum ſuum deinceps à talibus ſpurcitijs cohibere. Interim tu hic vides, quàm non proni, ſed præcipites ferantur veſtri ad Chriſti matrem immanibus flagitijs deformandam, & quantum tuorum Euangelicorum improbitas ab Alcorani noſtri & Turcarum pietate condemnetur, quod multò adhuc vberius ex Flaccio Illyrico ſocijſque Magdeburgicis, ex Brentio & alijs tum Lutheranis, tum Zuinglianis poſſem oſtendere. Sed relicta Matre tranſeamus ad Filium, & eum non iam puerum, ſed virum, & Principem Deumque veſtrum, iamque Euangelio prædicando (quod vos tantopere colitis, aut ita ſaltem fingitis, & à quo nomen veſtrum ducitis) incumbentem. Si non ſimulatè, ſed verè vobis tam præclara de Chriſto, quàm nobis de Mahumete eſſet opinio, eius voluntati libenter voſmet ſubmitteretis, non captaretis voculas, diſtinctiones, cauillos, quibus Euangelij præcepta irrita, & non Chriſti voluntatem, ſed veſtram libidinem ratam faceretis. Nemo ſubditus ita Principis ſui ſtatuta verſat, nemo diſcipulus magiſtri præcepta ita ludificat, nullus aliquãdo Turca Mahumetem in Alcorano loquentem ita contemnit. Vos autem Chriſtum in Euangelio vobis ſuam Patriſq; ſui mandata tra-

Buny in exercitio Chriſtiano, &c. pagin. 362.

Digitized by Google

dentem quam leuiter pēditis, & ne eis teneamini, quam multas eaſque contrarias verborum eius interpretationes confingitis? imò quum vobis non arridet, quàm manifeſtò aſpernamini? Vnum erat & primarium (ni fallor) in quo Mahumetē noſtrum reprehendebas, quòd is in Alcorano vitam æternam bonis operibus promitteret; quod eſt ſolius fidei iuſtificationi contrarium. At Chriſtus veſter idipſum admodum diſertè & perſæpè prædicat, verbi gratia, vbi extremi iudicij formam

Matth.25. ob oculos nobis proponens: *Venite* (inquit) *benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum*, quàm ob cauſam? ob ſolam fidem? an propter opera? reſpondet Chriſtus, quia rectè

Matth.6. operati eſtis. *Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare. ſitiui & dediſtis mihi bibere*, & ſeruis meis reliqua miſericordiæ opera præſtitiſtis. Hanc ego vos ob cauſam cæleſti fælicitate remunero. Ac alijs in locis crebro vocat cæleſtem gloriam præmiū, retributionem, mercedem, ſtipēdium bonorum operum Vnde inſtructus frater & Apoſtolus eius Iacobus nō ſolùm apertè aſſerit, ſed etiam firmiter diſputat hominem *iuſtificari operibus, & non fide ſola.*

Iacob.2. Num vos iudicia veſtra huic Chriſti, & primatij eius Apoſtoli tam explicatæ ſententiæ ſubmittitis? nequaquam, ſed Apoſtolum liberiore audacia manifeſtè cōtemnitis, tanquam imperitum aliquem homuncionem garrulum, in fide non ſatis inſtructum: Chriſtum autem etiamſi non ita planè repellitis, ſed diſtinctionem quandam confingitis, eodem tamen vtraq; reſponſa recidunt, quum neutrius doctrina opinionem veſtram corrigatis. Quid enim aliud vult

Caluin. Inſtitu. lib.3. ca.18.§.1. hæc generalis Magiſtri veſtri regula, huiuſmodi loca omnia paruo negotio diſſolui. *Ordinem enim conſequentiæ magis quàm cauſam indicant*, an nō clariſſima eſt quaſi denunciatio quicquid Chriſtus dicat, cum nihilominus obfirmatum in concepta à ſeipſo opinione velle perſiſtere, & tamen propter ſimulatam quandam reuerentiam nolle Chriſti verba craſſa negatione reijcere, ſed potius ſubtiliore quadam diſtinctione eludere, verum ita, vt reuera non magis Chriſti quàm Iacobi verbis velit teneri? Si enim è duobus ſubditis alter publicis ſermonibus Regem ſuum tyrannum vocat, & nullam ei à ſe deberi obedientiam in circulis vociferatur, alter autem palā vocat ſe obedientem Regis ſubditum, & de eo honorificè loquitur, interim nec tributa ei vult perſoluere, nec edicta eius admittere, nec parere legibus, vterque eſt rebellis & proditor, quanquam alter callidus & vafer, alter rudis & impudens Supra quum de æterna Chriſti generatione ageretur, & Concilij Ni-

Digitized by Google

cilij Nicæni authoritas obijceretur, Seruetus & Arriani, Patres illos craſsè reiecerunt, maledicè vocarunt *cæcos ſophiſtas, beſtiæ Miniſtros, & Antichriſti præſtigijs faſcinatos*; Caluinus & Caluiniſtæ elegantiùs dixerunt eos loqui *durè, impropriè*, & *καταχρηστικῶς*. Summa concluſionis vtriuſque eadem fuit, neque Arrianos, neque Caluiniſtas voluiſſe fide Patrum Nicænorum iudicia ſua confirmare, in eo ſolum fuit differentia, quod illi rudiùs & agreſtiùs, iſti molliùs & ciuiliùs mentem ſuam expreſſerunt. Qua ciuilitate ad Chriſti verba declinanda ijdem magiſtri tui ſæpenumero vtuntur, & quum de bonorum operum mercede loquitur, & alijs in locis permultis. Sic Illyricus: *Chriſtus abuſiue vocat futura bona mercedem* Matth. 5 Et Huldericus Zuinglius: *Hyperbole & hyperoche ſunt omnia promiſſa in ſcripturis facta operibus bonis; vt, ſi vis ad vitam ingredi ſerua mandata*: Quæ reiectio apud Ioannem Caluinum veſtrum frequens occurrit. *Quod ieiunijs mercedem promittit Chriſtus, impropria eſt locutio, ſicut paulò ante de precibus dictũ eſt.* Quod Chriſtus *fidem* vocat *opus, impropriè loquitur. Quum Chriſtus de pane dixit, hoc eſt corpus meum, impropria fuit loquutio, quum dixit, ego ſum panis vitæ, ſimilitudo eſt impropria.* Denique hæ diſtinctiones in Chriſti verbis, quòd *impropriè loquitur, impropria eſt loquutio, impropriè dictum eſt*, apud Ioannem Caluinum maximè ſunt tritæ & vſitatæ. Lutherani pro præſentia reali communia illa verba præmunt, *Hoc eſt corpus meum quod pro vobis tradetur: Hic ſanguis, qui pro vobis funditur*, multiſque collectis loci circunſtantijs vrgent hæc verba non eſſe impropriè, aut figuratè, ſed planè & ſimpliciter intelligenda. Quid ad hæc Ioannes Caluinus? *Vtcunque verborum Chriſti reuerentia tangi ſe queritentur, quò minus figuratè intelligere auſint, quæ apertè ſunt dicta, non eſt tamen his ſatis iuſtus prætextus, cur omnes quas cõtra obijcimus rationes ita reſpuant.* Si ille Chriſtum tam diuinum fuiſſe hominẽ exiſtimaret, qualem vos prætenditis, num adeò perfractè apertis Chriſti verbis ſuas rationes opponeret, imò præ Chriſti verbis ſuas rationes audiri debere contenderet? SAMVEL. Ergone tu (Michæa) hæc verba vera eſſe iuxta proprium ipſorum ſenſum arbitraris? Si ita eſt, fruſtra Mahumetem iactas, neque enim deinceps Turca, ſed Papiſta potius dicẽdus es. MICHAEAS. Cur magis Papiſta quàm Lutheriſta, quum hæc non minùs Lutheriſtarum, quàm Papiſtarum ſit ſententia, & hæc à Ioanne Caluino non contra Papiſtas, ſed contra Lutheranos proferuntur. Sed ne erres Samuel, neuter ſum, neque verba hæc

Illyric. in Matth. ca. 5. ver. 12.

Zuinglius tom. 1. lib. de prouidentia. fol. 371.

Caluin. in Matth. ca. 6 ver. 10. 17. 18.

Idem in Ioan. cap. 3. ver. 6. Item ca. 6.

Vide in Matth. ca. 12. v. 5. 26. 33. cap 13. v. 19. cap. 20. ver. 26. Ioann. 3. ver. 21.

Calui. Inſtit. lib. 4. cap. 17. §. 20.

Digitized by Google

vllo modo vera eſſe arbitror, & tamen rationes veſtras prorſus abominor. Si enim mihi perſuaſum eſſet Chriſtum hæc verba vnquam fuiſſe loquutum, ratiunculis aut coniecturis meis minimè conarer tantæ perſpicuitati tenebras offundere. Multa enim ſunt in fide mea, hoc capite & difficiliora factu, & magis humanæ rationi improbabilia, qualis eſt mortuorum reſurrectio. Sed quia hac in parte Euãgelia falſis hominum improborum additamentis corrupta eſſe puto, & verè credo Chriſtum nunquam tale quippiam enunciaſſe, quemadmodum à Mahumete & maioribus noſtris edocti ſumus; hinc fit, vt & Papiſtarum literalem ſenſum, & veſtras pluſquam octoginta diuerſas eorundem pauculorum verborum diſtorſiones ex æquo reſpuam. Et hæc quidem noſtra defenſio multò vobis eſſet honeſtior, quam tot elabendi rimulas circumſpicere, quibus inanem garrulitatem, & ſophiſticam cauillandi libidinem egregiè proditis, neque tamẽ quum omnia ſurſum deorſum volueritis, magis quam nos verbis Chriſti creditis. Quare & Ioannes Caluinus ad extremum in hanc ſeſe nobiſcum arcem recepit, quo & vos ſi honoris & pudoris veſtri rationem habetis, eum ſequemini. Audiui certè hominem bonæ fidei, & Ioannis Caluini aliquando diſcipulum cum diuini nominis atteſtatione narrãtem, Caluinum quum diſputationibus quibuſdam Geneuæ præeſſet, & realis præſentia ex capita ſexto Ioannis vehementer vrgeretur, in hæc verba reſpõdiſſe ſtomachoſius, *nullis coniecturis adduci poſſum, vt credam iſtud totum & integrum, quod circumfertur Ioannis caput, eſſe reuera ipſius Ioannis Apoſtoli, & potiſſimum illa verba, quibus toties inculcatur carnis mãducatio.* Sic ille, ſequutus in hoc exemplum & argumentum Theodori Bezæ, qui ſimilem ob cauſam, conceptam nimirum à ſeipſo opinionem, proximè ſequentis capitis magnam partẽ recidit, vel potius Theodorus Beza quia poſterior, in eo ſimili facto antecesſoris ſui Caluini rationem & authoritatem ſequutus exiſtimari poſſit. Sunt certè quidem ea Chriſti verba valde dura, & impropria, ideoque multò minus probabile eſt hæc vel Chriſtum dixiſſe, vel Ioannem ſcripſiſſe, quam illa ſuperiora de bonorum operum mercede, quæ vna cum Chriſto omnes Prophetæ & Apoſtoli iterum atque iterum inculcant. Quare vt hæc inepta tergiuerſatio, fateri quidem talem Chriſti fuiſſe ſermonem, & tamen ſermone Chriſti nolle ſuam opinionem dirigere conuincit Caluinum non tam auguſtè de Chriſto ſenſiſſe, quàm præſeferebat: ita illud ipſum non minus certo concluditur, ex eo quod frequentes

Alcoran. Axoar 32.

Xanteſius de Eucharistia repetit. 1. ca. 10. 84. numerate horũ verborum expoſitiões.

Franciſcus Feuardentius præfatio. Comment. in Ruth.

Digitized by Google

quenter vſurpat Chriſtum *duras & longè petitas adhibuiſſe ſimilitudines, ſuperuacuas illationes, nec ſatis aptas propoſito*, aliquando *parum ſolidè ratiocinari*, aliquando *verba Prophetarum in alienum ſenſum deflectere*, alias *parum ſolidè aduerſarios refutare*, vt quum *omne regnum in ſe diuiſum deſolari* ait, & cæt. Vbi & generaliter Ioannes Caluinus diſcipulos ſuos inſtruit, *memoria tenendum eſſe, vulgo receptis prouerbijs ita vſum fuiſſe Chriſtum, vt tantum probabiles eſſent coniecturæ, non autem ſolidè probarent.* Quæ verba probant non modo Apoſtolũ Paulum paulò longiùs vltra metas excurriſſe nimiſque hyperbolicè exaggeraſſe dignitatem Chriſti, qui dixit in eo *abſconditos fuiſſe omnes theſauros ſapientiæ & ſcientiæ*; nec ſolum probant Chriſti ſermonem cum verbo Dei non eſſe comparandum, quod eſt purum, efficax, & obryzo auro ſepties in fornace purgato perfectiùs; nec ſolum conuincunt ſtoliditatis auditores, qui *admirabantur ſuper doctrina eius, & ſtupebant ſuper prudentia & reſponſis eius*, & exclamabant, *nunquam ſic loquutus eſt homo ſicut hic loquitur*, qui tamen leuiter & nugatoriè Ioanne Caluino iudice diſputabat: nec ſolum Iudæos omni culpa liberant, quod eum Meſſiam ſuum non agnoſcerent, & Gentiles quod eius doctrinam nõ admitterent, & Iulianum Apoſtatam, Lucianum, Celſum, Porphyrium, quòd in Euangelijs multa reprehenderent, vetereſque Philoſophos Chriſto anteponerent, qui longè ſolidiùs ſua dogmata confirmabant: neque ſolum declarant, quanto veſtrum Euangelium noſtro Alcorano ſit imbecilliùs, in quo nos certiſſima fide tenemus nulla huiuſmodi vel leuiſſima erratula poſſe reperiri; ſed etiam oſtendunt noſtram ſententiam fide veſtra de Chriſto multò eſſe diuiniorem, quum nos & contra Iudæos Meſſiam fuiſſe aſſerimus, & quem clariſſimum Dei Prophetam prædicamus, ideo huiuſmodi populares hominum vulgariũ lapſus admittere non potuiſſe cognoſcimus. Horum enim vtrumq; à Mahumete & alijs Prophetis noſtris aſſeritur, nimirum *& Alcoranum noſtrum librum eſſe omnis prorſus vel minimæ labis expertem, cui parem nec omnes homines, nec omnes Angeli ſimul iuncti poſſent efficere: & Ieſum Chriſtum Mariæ Virginis filium fuiſſe à Deo inſpiratum, fuiſſe verbum, & ſapientiam, & ſpiritum, & mentem Dei Patris, & Meſſiam, & Principem Iudæis promiſſum, & caput omnium hominum*, eumque propterea non potuiſſe ita imperitè, & ruſticè docere, nec ſermonem eius fuiſſe adeò languidum & plumbeum. Quanquam non opus eſt argumento quaſi dubium aſtruere, quando hoc etiam ipſum Mahumetes

Caluin. in Luc. 16. Matth. 7. Ioan. 1. Matth. 9. Matth. 18. 16. Matth. 12. ver. 25. & Luc. 11. ver. 17. Coloſſ. 2.

Pſalm. 11. Matth. 7. Luc. 2. Ioan. 7.

Thenet. lib. 6. ca. 9. Alcoran. Azoar. 2. 20.

Magdeb. Centur. 7 cap. 15. col

618. Azo. 5.12.52. 67 mates nobis in Alcorano ſatis perſpicuè tradit, vbi Euangeliũ Chriſti ipſi Alcorano par & æquale ſtatuendo, vtrumq; diuiniſſimum eſſe, & ſimpliciter perfectum pronunciat, & ita à nobis vtrumque conſtanti fide creditur. Cæterùm ſi in verbis Chriſti ſic abijciendis multum de eius gloria detrahitis, in rebus ipſis lõgè magis eius maieſtatem imminuitis. Quid enim ſibi volunt iſta? *Chriſtus diſcipulos non niſi ex fæce populi & quiſquilijs ſibi colligere potuit.* Longè ergo Chriſto potentior fuit Ariſtoteles, qui diſcipulos ſibi colligere potuit Alexãdros magnos: Potentior Plato, cuius diſcipuli fuerunt Dio Siciliæ, Pitho & Heraclides Thraciæ cæſis tyrannis liberatores, Chabrias & Phocion Imperatores Athenienſium, Ariſtonimus, denique, Phormio & Menedemus, quorum primus Arcadibus, alter Eleis, tertius Pyrrhæis Græciæ populis Reſpublicas ordinauit. Nulla autem comparatio eſt Chriſti veſtri cum Mahumete noſtro, qui vt adamas ferrum, ſic ille clariſſimos Duces, quorum in tota Aſia, Africa, & Europa illuſtriſſimũ eſt nomẽ, ad ſe nominis ſui ſplẽdore ipſo principatus initio attraxit. Quid illud, quod in ſcriptoribus veſtris valdè frequens eſt? *Chriſtus fide retinuit Deum ſibi eſſe proprium:* Et iterum *Fixa ſtat fides in eius corde. In eius diro cruciatu illæſa fuit Chriſti fides,* & huius generis multa: an non arguunt Chriſtũ à vobis putari reliquis hominibus nihilo præſtantiorem? Si enim hominem illum perſonaliter Deum crederetis, neceſſariò fateremini animã eius multò clariùs Deum videre, quam vllæ beatæ hominum mentes à corporibus ſeiunctæ, quibus tamẽ propter arctiorem cum Deo copulationem, & viſionem manifeſtam vel Caluino ipſo iudice adimitur. Omnis autem vel Sanctorum, vel Angelorum cum Deo coniunctio longè abeſt ab hypoſtatica vnione, quam ſi in Chriſto agnoſceretis, cum fide præditum nunquã diceretis, quæ hypoſtaticæ vnioni tanquã ex diametro aduerſatur. Illud quanquam nõ magis conuincit, magis tamen eſt euidens, vos Chriſtum merum hominem exiſtimare, quod ignorantiam ei communem non tantum cum Angelis, ſed etiam cum hominibus attribuitis. Hoc enim Caluinus pro re maximè certa & indubitata ſumit. *Palam eſt* (inquit ille) *Chriſto communem cum Angelis ignorantiam tribui.* Angeli autem quam multarum rerum ignorationem habent, ſignificat Apoſtolus, quum ita ſcribit: *Mihi omnium Sanctorum minimo data eſt gratia hæc in Gentibus euangelizare inueſtigabiles diuitias, & illuminare omnes, quæ ſit diſpenſatio ſacramenti à ſæculis abſconditi in Deo, qui omnia creauit, vt*

Caluin. in Luc. ca. 7. verſ. 29.

Plutarch. aduerſus Colotem fol. 365.

Caluin. in Matth. cap. 27. ver. 46.

2. Corin. 13
Caluin. ad Epheſ. c. 3. verſ. 10.

Caluin. in Matth. cap. 24. verſ. 36.

Epheſ. 3.

nit, vt innoteſcat Principibus, & Poteſtatibus in cæleſtibus per Eccleſiam multiformis ſapientia Dei ſecundum præfinitionem ſæculorum. Qui locus quum ipſo Ioanne Caluino interprete doceat multa fuiſſe myſteria Angelis ignorata, potiſſimũ quæ pertinebant ad naturam Eccleſiæ auferendæ à Iudæis, transferendæ ad Gentes, & nunc in has, nunc in alias nationes propagandæ, donec vniuerſum mundum comprehenderet; quæ item verſantur circa ſingulorum hominum prædeſtinationẽ, reprobationem, vitam vel mortem æternam, & denique quęcunque *pendent à ſupernaturali Dei ordinatione*, hinc efficitur Chriſtum veſtrum toto cælo abeſſe ab illa diuina cognitione, quam ſuperſtitioſi Papiſtæ ſolebant ei arrogare, & quaſi Deus eſſet, carere certè non potuit. Illud autem adhuc fortiùs concluditur ex hoc axiomate Ioannis Caluini, & Geneuenſium Miniſtrorum, *Chriſti anima ſubiecta fuit ignorantiæ, quemadmodum aliorum hominum, hoc ſolum diſcrimen eſt inter nos & illum, quod infirmitates, quæ nos neceſſitate cõſtringunt, ille ſponte & voluntate ſua ſuſcepit* Quæ diſtinctio ignorantiæ ſponte & voluntariè à Chriſto ſuſceptæ, nihilo eum reliquis Philoſophis prudentiorem facit, vt mortalitas, ſitis, inedia, cruciamẽta, dolores, ipſa denique tota humani corporis natura ſponte ſuſcepta, eum, nihil quicquam à cæteris hominibus quoad naturæ huius veritatem diſcriminat. Rurſus. *Quod quidam exiſtimant Chriſtum diuinitus cõſcium fuiſſe fidei ipſorum* (qui Paraliticum ei ſanandum offerebant) *quæ occulta intus latebat, mihi coactum videtur.* Alibi putat Chriſto *incognitam fuiſſe ſpiritum arboris*, cui eo quod infructuoſa eſſet, maledicebat. Alibi ait *eum neſciuiſſe diem extremi iudicij.* Quæ loca exponẽs Marloratus oſtendit hanc eſſe generalem Doctorum veſtræ Eccleſiæ ſententiam. Nicolaus autem Gallaſius Bezæ in Eccleſia Geneuenſi collega aſſerit ita *Chriſtum ignoraviſſe, vt diſceret ipſe atque erudiretur more hominum.* Qui autem hoc modo ſcribunt, prædicant, erudiunt ſuos auditores, ecquam in Chriſto diuinitatem ſuſpiciunt? ecquam ſupra communem hominum conditionem excellentiam? Aut num iſta fides quicquam diſcrepat ab eorum opinione, qui *eum Philoſophum quendam faciunt*, nobis à Deo propoſitum ad imitationem? Vel ſi alicubi appelletur Deus, id fieri tantum per quandam generalem nominis communionem, quemadmodum Moyſes fit Deus Pharaonis, & quemadmodum *Mercurius Triſmegiſtus* populari quodam fauore ita eſt nuncupatus, non quod verè & eſſentialiter diuinitatis fuerit particeps. Quanquam neſcio,

Caluin. ad Epheſ. cap. 3.

Thom. pa. 1. q. 58. art. 5. Vide eundem. 2. 2. quæſt. 52. art. 3. c.

Caluin. in Luc. c. 2. v. 40.

Idem in Matth. 9 verſ. 2. Ibid. ca. 21. verſ. 18 & 24. ver. 36.

Marlor. in Matth. 9. Luc. 2.

Gallaſ. Annotat. in Irene. lib. 2. c. 49.

Exod. 7. verſ. 1.

Digitized by Google

neſcio, an nō aliqua cum iniuria veterum Philoſophorum de illis iſta dicerentur, quę vos in Chriſtum liberè conijcitis. Neque enim arbitror Theophraſtum, ſi præteriens arboris folia vidiſſet, fuiſſe ignoraturum arboris ſpeciem, maximè quæ erat tam familiaris, & publicè nota, quam ficus Iudæis: & ſat ſcio Peripateticum neminem patiēter laturum, vt quis in publicis ſuæ ſectę ſcholis loquatur de Ariſtotele, quod vos libris publicè impreſſis per orbem Chriſtianum tantum non vociferamini de Chriſto, eum *parum ſolidè ratiocinari, parum ſolidè aduerſarios refellere;* probabilibus coniecturis fuiſſe viſum, nō autem argumentis, quæ *ſolidè probarent.* Sed neque hic modus eſt, aut finis eorum, quæ à vobis contra Chriſtum noſtro quidem iudicio cōtumelioſè, Chriſtianorum autem opinione impiè dicuntur & flagitioſiſſimè! Nam quum ad mortem eius explicandam acceditis, tum maximè vltra omnes moderationis terminos infinitè excurritis. Et neſcio quo fato vobis accidit, ita tamen vſu venire ſæpiùs obſeruaui, dum ſingulari quodam modo aliquid defendendum ſuſcipitis, tum illud ipſum ſingulari quodam modo violatis, corrumpitis & deformatis. Quod ſi errore à vobis fiat, eſt quidem ſtupiditatis intolerandæ: ſin verò iudicio, & deliberata voluntate, eſt prædicandæ ſagacitatis, quo modo vti ſuperiùs veſtram de Trinitate horribilem alioqui hæreſim in meliorem partem accepi, ſic veſtram hoc in loco de Chriſti paſſione manifeſtam alioquin impietatē candidè interpretabor. Omnia vobis bona ex Chriſti morte pollicemini, gratiam Dei, remiſſionem peccatorum, gloriam & vitam in cælo ſempiternam. Neque hanc fælicitatatem illis, quibus Papiſtæ, bonorum operum conditionibus annexam, incertamque relinquitis, ſed certò & definitè vobis ſingulis ſecura fide in hanc ſolam Chriſti paſſionem incumbentibus Dei fauorem, & immortalitatis opes vendicatis, idque adeò largiter & copioſè, vt nihil nec ſanctis reliquis, nec ipſi ſanctiſſimæ Ieſu matri quicquam concedatis. Neque veſtra tantum opera longiſſimè remouetis, ſed Chriſti etiam ipſius multas præclariſſimas actiones penitùs diſiungendas cōtenditis, vt eo magis ab alijs omnibus ſeparata hæc Chriſti paſſio, illuſtris appareat, veſtrumque omnium in illam, tanquam ſplendidiſſimum quoddam ſignū vertantur oculi & cogitationes. Hinc eſt illud Caroli Molinæi: *erraruut Monachi, & ſacrificuli, Doctoreſq; Papiſtici, vrgentes merita tum incarnationis, tum natiuitatis, tum tentationum & afflictionum Chriſti; nihil hæc omnia proderant, ſed ſola mors Chriſti: ea ſola à Deo accepta-*

Molina. in Harmo. Euang.

acceptata eſt pro expiatione noſtrorum peccatorum, & iure vitæ æternæ. Hanc ergo Chriſti paſſionem conſequens eſt fuiſſe quoddam egregium, admirabile, ſummè perfectum, meritorum ampliſſimam & locupletiſſimam quandam cellam, quæ vos nefarios ſemper peccatores, vt perpetuò clamatis, & in optimis, vel optimis actionibus grauiter delinquentes, adeò puros & gratioſos diuino tribunali ſiſtit. Et tamen vbi ad rem ipſam venitur, etiã paſſionem ipſam, vt verè nullius planè meriti, nullius efficientię extenuatis, & perſonam Chriſti patientis multò quam hactenus magis deprimitis, & vt mihi videtur, quorundam peccatorum coarguitis, vt mirari deſinam ſi vobis nihil potuerit mereri, qui ſibi ipſi nihil eſt promeritus, ſed qui potiùs Deum offendit, vt alio apud Deum deprecatore ipſi fuerit opus. Hæc ſi vt noua, & prius inaudita obſtupeſcas, quæ tamen ſunt in tuorum Doctorum Cõmentarijs trita & vulgata, conſidera diligenter, quid hæc eorum placita valeant, quidque ex eis concludatur. Quum Christus inchoata iam paſſione Patrem in horto oraret; *Pater mi ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte*, Caluinus hæc interpretans; *Non fuit* (inquit) *meditata hæc Chriſti oratio, ſed vis, & impetus doloris ſubitam ei vocem extorſit, cui ſtatim addita fuit correctio. Abruptum fuiſſe votum fateor.* Et mox: *Votum illud ſubitò elapſum reuocat & caſtigat.* Et paulò poſt: *Certè in primo voto Chriſti non apparet illa placida moderatio, quam dixi.* Quo item in loco iſtud addit vel vnicum abundè ſufficiens ad Chriſtum manifeſtè peccati conuincendum. *Eadem doloris vehemẽtia præſentem cæleſtis decreti memoriam illi abſtulit, vt non reputaret in ipſo momẽto, ſe hac lege miſſum eſſe humani generis redemptorem: ſicut grauis anxietas ſæpè caliginè oculis obducit, ne ſimul in mentem veniant omnia.* Hæc verba Samuel ſi exacta Theologorum trutina pendantur, manifeſtè quod de Chriſto peccante dixi, concludunt; ſed multò tamen magis vrget tota Caluinianæ interpretationis ſeries coniuncta, & quæ demonſtrat eum nihil omninò inter Chriſtum & alios homines diſtinguere, ſed Chriſti & aliorum piorum hominum actiones eadem prorſus regula metiri, quibus peccata poſſe ſubrepere, tũ maximè, quãdo grauiſſimis miſerijs premuntur, nec Papiſtæ negant, & Caluinus nimis liberè concedit, qui alicubi ſanctiſſimum Prophetam Ieremiam oppugnatũ ab hoſtibus dicit *ita fuiſſe fractum animo, vt ſine ratione, & iudicio ſequeretur turbulentos illos impetus, qui tandem cogebant ipſum erumpere vſque ad fœdas blaſphemias, vt grauiſſimè peccaret, eſſetq; contumelioſus in*

Caluin. in Matth. 26. ver. 39.

Ibidem.

Caluin. prælect. in Ierem. cap. 20. ver. 7.

14.15.17. 18. *ſus in Deum, vt deſperati hominis voces emitteret, delaberetur in ſacrilegium & furorem: vt inſaniret & exardeſceret furioſo impetu aduerſus Deum, cumque eo expoſtularet tanquam homo prorſus deſperatus.* Vide enim quemadmodum de Chriſto calicem paſſionis à ſe transferri petente commentatur. *Ego ab-*
Caluin. *ruptum fuiſſe hoc votum fateor, &c. Nec obſtat, quod rem impoſ-*
in Matth. *ſibilem Chriſtus ſibi concedi poſtulat, quia non ſemper fideliũ pre-*
vbi ſupra. *ces cõtinuo tenore ad finem vſque fluunt, non ſemper æquabile tẽperamentum ſeruant, non ſemper diſtincto ordine ſunt compoſitæ, quin potiùs implicitæ & perplexæ, vel confligunt ſecum, vel in medio curſu conſiſtunt, ſicut nauis procellis iactata, quamuis ad portum tendat, non tamen rectum & æquabilem curſum tenere poteſt, vt in mari quieto.* Non aliter enim *Chriſtus etſi mortem eſt deprecatus, mox tamen ſibi frenum inijcit, Patriſq; imperio ſe ſubijciens votum illud ſubitò elapſum caſtigat ac reuocat.* Aduertis Samuel, quemadmodum Chriſto eandem imperfectionem *cum alijs fidelibus* tribuit? Quemadmodum eius preces non minus quam *aliorum fidelium* affirmat fuiſſe inconſideratas, temerarias, vagas, fluctuantes, nulla conſtantia, grauitate, certoq; ordine formatas, quas propterea *caſtigare* par erat, & re-
Ibidem. primere? Sed accipe quæ ſequuntur. *Quæritur, quomodo Chriſtus æternum Patris conſilium reſcindi poſtulat? Reſpondeo nihil eſſe abſurdi, ſi Chriſtus ex communi piorum more, omiſſo conſilij diuini intuitu, deſiderium ſuum quo æſtuabat, in patris ſinum depoſuerit. Neque enim fideles in fundendis precibus ſemper ad ſpeculanda Dei arcana conſcendunt, vel tanquam in otio expendũt quid factu ſit poſſibile, ſed votorum feruore interdum celeres feruntur. Sic Exod. 32. Moyſes petit deleri de libro vitæ. Et Paulus Roman. 9. 3. optat fieri anathema. Non fuit igitur hæc meditata Chriſti oratio, ſed vis & impetus doloris ſubitam ei vocem extorſit, cui ſtatim addita fuit correctio.* Vides, vt ſemper Chriſtum etiam quoad ea, quæ ſunt vitioſa, & imperfecta, cum communi hominum fidelium grege copulat? Vt Chriſtus *ex communi piorum more, omiſſo diuini conſilij intuitu, deſiderium ſuum, quo æſtuabat* exprimit? Vt eum Moyſi, Paulo, Ieremiæ, Iſaiæ & ſimilibus in eo componit, quod ſubitas *& non meditatas orationes facit, ſed vi & impetu doloris extortas*, proptereaque *correctionis* indigentes, non aliter quam *alij fideles votorum fer-*
Caluin. *uore interdũ celeres & præcipites feruntur*, vti verbatim de Pau-
ad Rom. li voto hic me notato ſcribit? Rurſus (quod prius attigimus)
cap. 9. v. 3. *Chriſtus non reputat ſe vnicum humani generis Redemptorem, ſicut alijs* vulgaribus hominibus *grauis anxietas ſæpè caliginem*

oculis

oculis obducit, &c. Qui hoc modo de Chriſto ſcribunt, & commentantur, hos turbulentos, ſubitoſque motus, has iactationes, & à recta ratione aberrationes Chriſto cum reliquis mortalibus communes aſcribunt, nihil in eo excellens, nihil diuinum, nihil ſupra aliorum fidelium captum ſingulare in eo agnoſcentes; an iſti eum omnis peccati expertem credunt, cum iſta ipſa errata quantulacunq; omni peccato nõ careant, ſed aliqua eius cõtagione neceſſariò ſint aſperſa? SAMVEL. Et tamẽ manifeſtũ eſt, hoc ipſo in capite, & loco Caluinum negare apertè, quod Chriſtus peccator fuerit, aut in paſſione ſua, & anguſtijs iſtis quicquam peccauerit. MICHAEAS. Negat quidem: ſed ea fronte, eo pudore, quem mihi ſanè moleſtiſſimum eſt in Caluino aduertere: moleſtiſſimum, quod tantæ impudentię notandæ occaſio mihi per hęc tua verba ſuggeritur. Negat. Fateor: ſed ita negat, ac ſi tu negares te eum vocare latronem quem criminaris, obſidere vias ſpoliare viatores, perrumpere domos, expilare ciſtas, & omnium bona per vim inuadere ac diripere: negares te vocare adulteram eam, quam ais neglecto marito pluribus amatoribus ſui facere copiam, modo tamen nec illum latronem, nec hanc adulteram his vocibus ſyllabatim appelles. Nec enim aliter Caluinus, operibus, factis, circunſtantijs, tota peccandi, peccatique natura & defunctione integra oſtendit Chriſtũ peccaſſe: & tamen os ſuum modeſtè abſtergit, & egregiè ſeipſum tanto crimine liberaſſe fingit, quod verbo Chriſtum peccaſſe inficiatur: quem iterum atque iterum re, & argumento multiplici peccaſſe comprobauit. Ad quod præterea conuincendum paulò efficaciùs eſt extremum illud, quo maximus iſte Eccleſiæ veſtræ Doctor perſpicuè ait, quod *Chriſtus mediatoris officio defungi, quantum in ſe eſt, renuit atque detrectat.* Hoc enim ſi quis leuiter tantũmodo & negligenter examinet, fieri non poteſt, quin ſtatim multa ei argumenta occurrant, quibus Chriſtum peccaſſe cõfirmetur. Siue enim in ſcholis Chriſtianis maximè decantatam peccati definitionem recipias, vt ſit *dictum, factum, vel cõcupitum contra legem æternam, quæ eſt voluntas Dei.* (quo modo peccatum definiuit Auguſtinus) peccauit Chriſtus, qui & concupiuit quod legi æternæ à Deo conſtitutæ erat aduerſarium, & hanc etiam improbandam concupiſcentiam voto ſuo deſideroque expreſſit: ſiue peccatum ſit *præuaricatio legis diuinæ, & cæleſtium inobedientia præceptorum*, vt poſt Ioannem Euangeliſtã vult Ambroſius, quan quam in re perexilis eſt differentia; ſic quoq; hæc Chriſti actio perſpi-

Auguſtin. Tom 6. li. 22. contra Fauſtum capit 27. vide ibi. Ibi lib. de duab. ani-

Digitized by Google

oculis obducit, &c. Qui hoc modo de Chriſto ſcribunt, & commentantur, hos turbulentos, ſubitoſque motus, has iactationes, & à recta ratione aberrationes Chriſto cum reliquis mortalibus communes aſcribunt, nihil in eo excellens, nihil diuinum, nihil ſupra aliorum fidelium captum ſingulare in eo agnoſcentes; an iſti eum omnis peccati expertem credunt, cum iſta ipſa errata quantulacunq; omni peccato nō careant, ſed aliqua eius cōtagione neceſſariò ſint aſperſa? SAMVEL. Et tamē manifeſtū eſt, hoc ipſo in capite, & loco Caluinum negare apertè, quod Chriſtus peccator fuerit, aut in paſſione ſua, & anguſtijs iſtis quicquam peccauerit. MICHAEAS. Negat quidem: ſed ea fronte, eo pudore, quem mihi ſanè moleſtiſſimum eſt in Caluino aduertere: moleſtiſſimum, quod tantæ impudentię notandæ occaſio mihi per hęc tua verba ſuggeritur. Negat. Fateor: ſed ita negat, ac ſi tu negares te eum vocare latronem quem criminaris, obſidere vias ſpoliare viatores, perrumpere domos, expilare ciſtas, & omnium bona per vim inuadere ac diripere: negares te vocare adulteram eam, quam ais neglecto marito pluribus amatoribus ſui facere copiam, modo tamen nec illum latronem, nec hanc adulteram his vocibus ſyllabatim appelles. Nec enim aliter Caluinus, operibus, factis, circunſtantijs, tota peccandi, peccatique natura & defunctione integra oſtendit Chriſtū peccaſſe: & tamen os ſuum modeſtè abſtergit, & egregiè ſeipſum tanto crimine liberaſſe fingit, quod verbo Chriſtum peccaſſe inficiatur: quem iterum atque iterum re, & argumento multiplici peccaſſe comprobauit. Ad quod prætereą conuincendum paulò efficaciùs eſt extremum illud, quo maximus iſte Eccleſiæ veſtræ Doctor perſpicuè ait, quod *Chriſtus mediatoris officio defungi, quantum in ſe eſt, renuit atque detrectat.* Hoc enim ſi quis leuiter tantūmodo & negligenter examinet, fieri non poteſt, quin ſtatim multa ei argumenta occurrant, quibus Chriſtum peccaſſe cōſirmetur. Siue enim in ſcholis Chriſtianis maximè decantatam peccati definitionem recipias, vt ſit *dictum, factum, vel cōcupitum contra legem æternam, quæ eſt voluntas Dei.* (quo modo peccatum definiuit Auguſtinus) peccauit Chriſtus, qui & concupiuit quod legi æternæ à Deo conſtitutæ erat aduerſarium, & hanc etiam improbandam concupiſcentiam voto ſuo deſideroque expreſſit: ſiue peccatum ſit *præuaricatio legis diuinæ, & cæleſtium inobedientia præceptorum*, vt poſt Ioannem Euangeliſtā vult Ambroſius, quan quam in re perexilis eſt differentia; ſic quoq; hæc Chriſti actio

Auguſtin. Tom. 6. li. 22. contra Fauſtum capit 27. vide ibi. Ibi lib. de duab. ani-

mab.ca.11. perſpicuè peccati tenetur rea, quum is munere ſibi impoſito
& lib.1. Deo omnium creatore *defungi renuit & detrectat*, & volunta-
Retractat. tem ſuam auerſam habet à voluntate Dei, quæ eſt æterna lex.
cap.15. & omnium humanarum actionum certa regula atq; menſu-
Ioan epiſt. ra, à qua omnis, vel leuis, vel grauis aberratio peccatum eſt, id-
1.ca.3.v.4 que iuxta aberrationis magnitudinem vel grauiùs, vel leuiùs.
Ambroſ. Neque enim tunc ſolum peccatur, quando deliberatè ruimus
lib. de Pa- in craſſa adulterij vel latrocinij ſcelera, ſed etiam tum, quan-
radiſo ca- do per inconſiderantiã vel non exequimur, vel obliuioni man
pit. 8. damus Dei præcepta, quemadmodum peccaſſet ſine contro-
Gene.c.22 uerſia Abraham, ſi à Deo filium immolare iuſſus, propter in-
dulgentiam tamen paternam illud exequi tardaſſet; multò magis ſi Deo ſic præcipienti parere *renuiſſet & detrectaſſet*, vt fecit Chriſtus. Magnitudinem quidem peccati in Chriſto minuit, quod *vis & impetus doloris, hanc ei vocem extorſit*, at peccati naturam prorſus, & omninò non tollit. Si enim *meditata non* fuit, ſed *abrupta*, ſi *deerat moderatio*, erat ergo temeraria, erat immoderata, non erat rationis momentis, & ponderibus ſatis examinata. Si *corrigi* oportebat & *caſtigari*, erat ergo antea erratum, erat lapſus, qui *correctione* & *caſtigatione* egebat. Si cæleſtis decreti memoria Chriſti mente exciderat, ſi *renuit parere* Deo, ſi contra decretum Dei, vitæ cupiditas eius mentem quanquam breui momento occupauerat, eo certè tantulo temporis ſpatio diuinæ legis præuaricator erat. Tu iam ad memoriam tuam reuoca generalem magiſtrorum tuorum doctrinam, diſtinctionem peccati mortalis & venialis cõtra Papiſtas refellẽtium, recogita quid idem Ioannes Caluinus, imò
Caluin. Caluiniſtæ omnes docent, nec *primos hos motus animo accide-*
Inſtitut. *re poſſe, niſi ob defectum eorum quæ in lege requiruntur, eos eſſe di-*
lib.2.ca.8. *rectas vltimi mandati prauaricationes. Vt primum pupugit nos*
§.58 59. *aliquod animi deſiderium, iam concupiſcentia rei tenemur, ac ſi-*
Martyr *mul conſtituimur legis tranſgreſſores, quia Dominus non ſolũ de-*
ad Roma. *liberare & machinari vetat, ſed etiam concupiſcentia ſtimulari.*
cap.7.pa- *Legis autem tranſgreſſioni maledictio Dei ſemper incumbit. Non*
gin.285. *eſt ergo quod leuiſſimas cupiditates iudicio mortis eximamus. Omne peccatum mortale eſt, eiuſq; ſtipẽdium mors eſt. Romanorum* 6. Repete quod non ſolum Martinus Lutherus, & Bucerus,
Bucerus & Brentius, & Martyr, ſed omnes (vt opinor) Lutherani &
in Actis Zuingliani arctè tenent, *Lex iubet, vt tota anima, toto corde*
Colloquij *Deum diligamus. Tranſgreſſores itaque ſumus legis Dei, ab eaq;*
Ratisbon. *æterna morte condemnamur, quamdiu non ea omnia, quæ ſecun-*
pag.622. *dum hanc legem rectè volumus, facimus quoq; & perficimus, id eſt, ita*

ed by Google

*eſt, ita facimus ex toto corde, totaq́; anima, vt nō ſolum nihil con-
trarium libeat, verum etiam vt ab omnibus cogitatis, nedum di-
ctis & factis quæ cum lege hac diſſentiunt, toti abhorreamus tan-
quam à morte & gehenna. Hoc Apoſtolus Paulus cap. 6. & 7. ad
Romanos vocat peccatum &c. Clareq́; vetat & damnat, ad con* *Ibi fo. 624.*
*trarium vel affici tantum, vllaue eius cupiditate titillari. Hoc
itaq; confitemur eſſe peccatum propriè & rectè dictum, poſt quam
nefas eſt dicere Spiritũ ſanctũ loqui impropriè & vitioſè.* Hæc eſt
Lutheranorum, hæc Caluiniſtarum perpetua prædicatio, quę
Chriſtum multis argumentis peccati nec ſolum venialis, ſed
etiam mortalis reum conſtituit, cuius animum ſubijt cupidi-
tas, & deſiderium Dei voluntati contrarium, idq́ue non modo
tacita cogitatione conceptum, ſed exteriore quoque voce ex-
preſſum, qui vitam orat, quum ſciret ſe ad mortem à Deo de-
ſtinatum, qui quum ſemper & cōtinenter ad Dei præceptum
& voluntatem non ſolum faciendam, ſed etiam perficiendam
animum ſuum intendere debebat, voluntatis diuinæ, præce-
ptiq́ue memoriam ad tempus penitus depoſuerat: qui deniq;
quantum in ſe eſt renuit parere Deo, & illo *mediatoris officio de-* *Caluin.*
fungi quod ei Pater ſuus impoſuerat. Quare & *propriè* pecca *in Matth.*
tum commiſit Chriſtus iuxta hanc Theologiam, & propriè *26. ver. 39.*
peccator erat, niſi velimus *Spiritum ſanctum impropriè, & vi-
tioſè loqui.* Quod ſi verum eſt, & deinceps verum quoque ſit il-
lud Theodori Bezæ, quod *minima minimi peccati cuiuſcunque* *Beza in 1.*
cogitatio mortem æternam millies promeretur, quod (inquit il- *epiſt. Ioan.*
le) *ita eſſe, ex innumerabilibus Scripturæ locis apparet*, certè in- *ca. 5. v. 16.*
fra omnes inferos amandandus eſt Chriſtus tuus, cuius offen-
ſio intra cogitationis anguſtias non conſtitit, ſed ad exterio-
ris peccati notabilem grauitatem erupit. Sed diutiùs quam
neceſſe eſt, hæremus in medijs, veniamus ad extrema, ad mor-
tem, & paſſionem, qua vos defunctum Chriſtum arbitramini,
num ea cōmunis erat animi & corporis ſeparatio, in hoc tan-
tum à vulgari hominum interitu diſcrepans, quod omnibus
cum cruciatibus & tormentis, quæ Iudæorum immanitas ex-
cogitare poterat, inferebatur? An hac vos morte redemptos
eſſe arbitramini? Imò *nihil actum erat, ſi corporea tãtum mor-* *Caluin.*
te fuiſſet defunctus. Operepretium erat, vt diuinæ vltionis ſeueri- *Inſtitut.*
tatem ſentiret, quo & iræ ipſius intercederet, & ſatisfaceret iu- *lib. 2. cap.*
ſto iudicio. Si mors corporis non fuerit ſatis ad hoc mediato- *16 §. 10.*
ris officium, niſi mors etiam animæ accederet (neque enim *Ibi §. 11.*
tertiam aliquam mortem, vel ego cogitare potero, vel vos *Vide eun-*
confingere) hanc animæ mortem quemadmodum deſcri- *dem in*

Matth.ca. 26.27. & in Pſal 21. Beza in Matth. 26.27. & Luc.22. & Brent. in eoſdem locos. Caluin. in Catechiſ cap. de fide.

bitis, ſcire cupio, & vos explicantes diligenter attendo. *Illud nimirum* (vobis authoribus) *ſciendum eſt, non modo corpus Chriſti in pretium redemptionis fuiſſe traditum, ſed aliud maius & excellentius pretium fuiſſe, quod diros in anima cruciatus damnati, ac perditi hominis pertulerit. Submiſſus enim eſt à Patre Chriſtus rei inſtar ad dependendas, perſoluendaſq; omnes quæ à ſceleratis expetendæ erant pœnas, hoc vno duntaxat excepto, quod doloribus mortis* (æternæ) *non poterat detineri. Hic eſt eius ad inferos deſcenſus, quod eam mortem pertulit, quæ ſceleratis ab irato Deo infligitur.* Hæc alij verbis terribilibus amplificant. *fuiſſe eum ingenti onere iræ diuinæ obrutum, flammis inferni adaictum, profundo inferni gurgite ſepultum demerſumque*, & vt eſt Catechiſmo Geneuenſi, *horribilibus anguſtijs Chriſti anima conſtricta fuit, & eius conſcientia hac anxietate torquebatur, ac ſi à Deo derelictus eſſet, imò ac ſi Deum haberet infeſtum.* Quo item in loco hæc vnica ponitur differentia inter Chriſti & Iudæ, aliorumq; reproborum damnationem, quod Chriſtus *non ita ſuam ſubijt, vt in ea maneret; quodq; in Chriſto fuit temporarium in Iuda eſt æternum.* Quam tamen temporariam damnationem alij ad tempora paſſionem & mortem conſequentia extendunt. Anglicanæ enim Eccleſiæ Apoſtolus Latimerus Chriſtum *poſt mortem quoque damnatorum pœnas in inferno pertuliſſe ait.* Eadem eſt ſententia Æpini celebris in Eccleſia Euangelica ſcriptoris, & aliorum, vti teſtatur Theodorus Beza. Idem nuper ante paucos annos cum multis Brentianis defendit Gerlachius Theologiæ profeſſor in Academia Tubingenſi quoad hoc, quod Chriſtus *inferni cruciatus pertulerit*, quos tamē vtrum ad tempus mortem conſecutum quoque retulerit, non poſſum certo dicere. Illud iam proximè nobis diſpiciendum eſt, quales ſint illæ inferni pœnæ, quæ damnatorum animabus ab irato Deo infliguntut. Prima à Theologis veſtris recenſetur Diuinæ viſionis & gloriæ priuatio, quę optimo iure omnium grauiſſima æſtimatur, quemadmodum è cōtra frui Deo ſumma eſt beatorum fœlicitas, qui vt Deum amant, ab eoque viciſſim amantur, ſic damnatos Deus odio habet, & Deum viciſſim damnati odio proſequuntur. Altera eſt interior conſcientiæ carnificina & ſtimulus, qui hominem damnatum perpetuò vexat & exagitat, quam etiam Poëta naturæ ſolo lumine illuſtratus vidit pœnā eſſe multò ſeueriorem illis, *quas aut Cedítius grauis inuenit, aut Rhadamantus*, aut ſi quis alius fuit vnquam immanis carnifex, & tormentorum inuentor ingenioſiſſimus. Tertia eſt, quod anima hominis damna-

Ful. contra Mart. defenſio translat. biblio. cap. 7.§.5. AEpin. in pſal. 16. Beza in Act. cap. 2. verſ. 27. Gerlachius contra Buſæum pag. 527.

Iuuenal. Satyr. 13.

damnata prorſus inanis eſt, & deſpoliata omnibus donis Spiritus ſancti: Fide, Spe, Charitate, Patientia, Benignitate, Mãſuetudine, & reliquis quibuſcunque virtutibus moralibus, in quarum loca ſuccedunt vitia oppoſita; vt contra diuinam maieſtatem diabolica ſuperbia, cõtra Iuſtitiam blaſphemia, contra gloriam inuidia, & in iſtis omnibus peruicax obſtinatio. Habent denique intellectum occæcatum errore & mendacio voluntatem deprauatam, & in malitia defixam, memoriam omni ſolatio vacuam, & in ſolis rebus triſtiſſimis fœdiſſimiſq; occupatam, omnes deniq; facultates ita horrore deſperationis oppreſſas, vt perpetuo mori deſiderent, & vniuerſa ſub cælo mala ſibi imprecentur, quo ſic ab hoc grauiſſimo malo liberentur. Hos alioſque animæ damnatæ cruciatus ſcripturæ declarant per *tenebras exteriores*, per *ſtagnum ardens igne & ſulphure*, per *fletum & ſtridorem dentium*, per *vermem qui nõ moritur*. Hæ ſunt pœnæ, quæ ſceleratis à Deo irato infliguntur, & *quas omnes* Chriſtus in anima ſua pertulit iuxta veſtrã Theologiam, vt iræ Dei intercederet, qui alioqui morte corporea ad redemptionem hominum nihil profeciſſet. Hunc ſenſum veſtrum non eſt inſtituti mei refellere, neque aduerſarij more colligam multa eaque portentoſa abſurda, quæ facilè eſt deducere, ſi quis iſta cum generalibus fidei Chriſtianę principijs contulerit, hoc tamen vnum ad tuendum honorem Chriſti, quem vt ſingularẽ Prophetam me venerari ſemper profiteor, quaſi pręteriens amicè & breuiſſimè dicam, iſtis paradoxis totius veſtræ reformatæ religionis, quam Euangelicam dicitis, fundamenta dirui. Si enim idcirco Euangelici nuncupamini, quia nihil credendum eſſe contenditiſ, quod Euangelio manifeſtè non contineatur, cur iſta defenditis, quorum in Euangelijs nulla eſt mentio? vbi enim iſtorum omnium vel vnam ſyllabam legitis? vbi Chriſtum diros in anima cruciatus hominis perditi & damnati pertuliſſe? vbi fuiſſe demerſum in lacu ignis & ſulphuris? vbi reliqua, quæ ego certè horreſco referens, & obſtupeſco vos ea commemorantes audiens. Euangeliſtæ quemadmodum iam in Eccleſijs veſtris circumferuntur, multa minutiſſima curioſè perſequuntur, alapas, irriſiones, genuflexiones, ſputa, mutationes veſtimenti, flagella, verbera, impoſitam humeris crucem, ſpinas, clauos, fel, acetum, &c. vbi vſpiam iſtorum infernalium cruciamentorum vel tenuiſſima indicia? Prædicit Chriſtus, quid erat laturus Ieroſolymis: *Ecce* (inquit) *aſcendimus Ieroſolymam, & conſumabuntur omnia, quæ ſcripta ſunt per Prophetas de filio hominis.* Quænam

Eſai.11. *Matth.25. verſ.30.* *Apocalyp. 21.verſ.8.* *Marc.9. verſ.44.* *Matth.20* *Matth.1[illegible]*

Digitized by Google

Luc.18. nam illa? *Tradetur enim Principibus Sacerdotum, & Scribis, & Senioribus, & damnabunt eum morte, & tradent eum Gentibus & illudent ei, & conſpuent eum, & flagellabunt, & crucifigent, & interficient.* Vbi illa grandia ſupplicia inferni, damnatorũ pœnæ, diri in anima cruciatus, ſine quibus iſta omnia nihil profuiſſent? Ea fortaſſe non præſciuit Chriſtus, non prænunciauit Apoſtolis. Nam ſi præſciuit, incredibile eſt eum in his
1. Petr.1. verſ.20. minimis tanquam culicibus hærentem illa maxima camelos & elephantes voluiſſe tranſiliri. Inculcant Apoſtoli iterum atque iterum vos eſſe *redemptos ſanguine agni immaculati, lotos*
Apocal.1. verſ.5. *à peccatis veſtris in ſanguine eius, Chriſtum eſſe propitiatorem*
Roman.3. verſ.25. *per fidem in ſanguine ipſius, Chriſtum per ſuum ſanguinem ſan-*
Hebr.13. verſ.12. *ctificaſſe populum.* Et ne vagemur animis & interpretatione aliena hæc corrumpamus, videntur accuratè iſta omnia reducere & reſtringere ad mortem corpoream, quam in cruce
Hebr.2. verſ.9.11. tolerauit. Eò enim pertinent vt ego ſentio iſtiuſmodi clauſulæ, Ieſus *conſummauit* ſuos *per paſſionem, per paſſionem*, inquam,
Epheſ.2. verſ.14. *mortis. Vos qui eratis longè, facti eſtis prope in ſanguine Chriſti.* Ipſe enim eſt pax noſtra qui ſoluit inimicitias, & legem eua-
Coloſſ.1. ver.20.22. cuauit *in carne ſua*, pacificauit omnia per *ſanguinem crucis*, reconciliauit vos in *corpore carnis per mortem.* Nuſquam audis vos ſaluari per *pœnas hominis perditi & damnati, quas in anima pertulit*, per *horrores conſcientiæ*, per *mortem ſecundam animæ*, per inferni cruciatus & ignes, ſed per *paſſionem mortis*, per *ſanguinem crucis*, per mortem quam *corpore carnis ſuæ* in cruce tolerauit, quibus verbis tam perſpicuè mors corporea in cruce deſignatur, vt ego certè neſciam, quibus verbis poſſit aliquid luculentiùs declarari. Quod ſi vos iſta nõ creditis, quanta eſt impudentia à nobis poſtulare, vt fidem habeamus? Si vos iſta clariſſima veſtris captionibus & diſtinctionibus eluditis, an nobis crimini dabitis, quod planè & ſimpliciter ea reſpuamus, quæ vos Chriſtiani reuera quidem reijcitis, quanquam circulatorum inſtar mirabilibus verborum præſtigijs hominum ſimplicium oculos ad tempus faſcinatis? ſi enim tandem depulſis omnibus nebulis planè quis interroget; an Chriſti morte, quam in cruce pertulit, vos redemptos creditis, reſpondere neceſſe eſt vos ex corporea Chriſti morte, quam in cruce pertulit, (& qua ſola defunctus eſt) nihilo magis vtilitatis percipere, quam ex morte Petri, & Pauli, vel Sergij, & Martini Lutheri. Sic enim manifeſtè & verbatim prædicant Ioannes Caluinus, Theodorus Beza, & reliqui doctores: *Nihil actum erat, ſi corporea tantum morte Chriſtus fuiſſet defun-*

defunctus. Ego autem non minus confidenter aſſeuero altera morte quam vos confingitis, nihil actum fuiſſe, nec ad eam credendam quenquam Euangelicorum, vel etiam mortalium deuinciri, quum Euangeliſtæ nihil de ea loquantur, nihil ſcribant Apoſtoli, Chriſtus nihil penitus inſinuet, Prophetæ nihil quicquam ſignificauerint. Quare quum alteram mortem notam & peruulgatam vos ipſi tollitis, & inutilem fuiſſe conceditis, alteram hactenus incognitam & inauditam, & ratio, & Theologia multò minus fructuoſam eſſe, imo nefariam, flagitioſam, & vel dictu vel auditu horribilem eſſe conuincat, quid ſupereſt, niſi vt hanc de morte quæſtionem æterno ſilentio inuoluentes, noſtrā potius fidem de ſempiterna Chriſti vita, quæ omnium confeſſione, eſt certior & vobis vtilior, & Chriſto glorioſior, amplectamini. Cæterùm hanc ego de morte difficultatem vobis & Catholicis examinandam relinquens, eò me refero, quo iſta omnia pertinere volui. Chriſtum dicitis ad aliquod tempus ijſdem, quibus animæ in inferno damnatæ pœnis & doloribus obnoxium. Concludo ergo Chriſtum eò tempore nō modò non fuiſſe Deum, quia diuina viſione caruit, ſed fuiſſe omnium mortalium non dico miſerrimum, ſed nequiſſimum, cuius anima eo tempore erga Deum ita erat affecta, quemadmodum damnati ſpiritus in inferorum ignibus ſuorum flagitiorum ſupplicia luentes. Dico prætereà hoc non tantum conſequi ex particulari infernalium horrorum enumeratione, quos ſuſtinent ſpiritus damnatorum, & qui omnes ſine exceptione à vobis Chriſto imponuntur, ſed hanc eſſe veſtram manifeſtam de Chriſto patiente doctrinam, quod eum quocunque miniſtrorum vel diſcipulorum veſtrorum nequiorem facitis. Verum quidem eſt, hominem quemcunque ex immenſitate dolorum, quos patitur, effici fortaſſe miſeriorem, at nō tamen propterea deteriorem. Sin verò ita aliquē ſupplicijs oneremus, vt eorū magnitudine animus è ſtatu deijciatur, & qui ijs opprimitur, ſpē erga Deum fidemq; abijciat, & blaſphemiæ deſperationis voces emittat, tum certè quo miſerior, eo etiā ſceleratior. Chriſtum ſuperiùs fide voluiſtis imbuere. Num eam in ſua paſſione vti debebat, retinuit? nū patiētiam eam pręſtitit, quæ à viris mediocriter bonis requiritur? Illud verò iam nobis proximè & perſcrutandum & maxime conſiderandum. Hic enim ſi defecerit, aut peccatū aliquod admiſerit, nō modò nō in Saluatoris, ſed neq; in Martyris aut viri boni loco eſt numerandus. Vos aūt quemadmodum mortis eius hiſtoriam deſcribitis: ita

Digitized by Google

Caluin. Inſtitut. lib.2.cap. 16.§.10. 11.12.

nimirum. *Torquebatur conſcientia anxietate, ac ſi à Deo derelictus fuiſſet, imò ac ſi Deum haberet infenſum. Exauditum inquit Apoſtolus à ſuo metu, non vt à morte ſit immunis, ſed ne abſorbeatur vt peccator. Et certè nulla fingi poteſt magis formidabilis abyſſus, quàm ſentire te à Deo derelictum & alienatum, & quum inuocaueris, non exaudiri, perinde ac ſi in tuam perniciem ipſe conſpiraſſet. Chriſtum autem eò videmus fuiſſe deiectum, vt coactus fuerit vrgente anguſtia exclamare, Deus, Deus meus, vt quid me dereliquiſti. Chriſto diuinæ maledictionis horrore perculſo, metuq; abyſſi horribilis exitij duriter cruciato elapſa eſt hæc deſperationis vox. Timuit enim, ne malis obrutus ſuccumberet, vel morte abſorberetur. Nec mirũ quum ſibi quatenus homo ignorationem arcanorum Dei conciliorũ aſcribere non vereatur. Marc.* 13.32. Deniq; hæc eſt veſtra non priuata huius aut illius hominis, ſed communis Caluiniſtarum, & multorum Lutheranorum prædicatio, *Chriſtum conſilij inopem, & prope attonitum, omniq; ex parte vexatum in vno dolore ita fuiſſe occupatum, vt nihil aliud cogitauerit, ſed deſperatione obrutus ab inuocãdo Deo deſtiterit, & profundam mortis abyſſum horruerit, non fictè nec theatricè* (ſed verè) *à Deo relictus.* Hæc eſt hiſtoria Chriſti patientis à veſtris Euangeliſtis facta narratio, ipſorum non ſenſu tantum, ſed verbis etiam expoſita, quę quum per ſe admirabilia multa cõtineat, tum ex comparatione cum reliqua Theologia veſtra multa fundet monſtra & prodigia longè mirabiliora. Sumamus enim deſcriptionem fidei veſtrę, qua ſola abſque operum additamento Deum placari docetis, eamque ex iiſdem mutuemur, à quibus ſuperiora libauimus. *Iuſta* (inquit Ioannes Caluinus) *conſtabit fidei definitio, ſi dicamus eſſe diuinæ erga nos beneuolentiæ firmam certamq; cognitionem, quæ per Spiritum ſanctũ reuelatur mentibus noſtris & obſignatur.* Quid verò ſibi vult hoc *firmæ certæq; cognitionis* verbum? Non opinor probabilem aliquam perſuaſionem ſignificat, ſed potius perſpicuam minimeque dubiam comprehenſionem, qualis eſt eorum quæ ſenſibus dijudicamus, aut ratione euidẽti percipimus? Ita prorſus. *Dicimus enim cognitionem certam & firmam, quo ſolidior perſuaſionis conſtantia exprimatur. Nam vt dubia & verſatili opinione non eſt contenta fides, ita nec obſcura perplexaq; conceptione, ſed plenam & fixam requirit, qualis de rebus probatis & cõpertis eſſe ſolet, certitudinem. Paulus Apoſtolus enim ex fide deducit fiduciam, & ex hac rurſus audaciam. Quibus ſanè verbis oſtendit non eſſe rectam fidem, vbi non eſt diuinæ beneuolentiæ ſalutiſque certa fiducia. In ſumma, verè fidelis*

Idem in Matth ca. 26 & cap. 27. Ibid. ver.46. Beza in Hebr.5. verſ.7.

Beza & Caluin. vbi ſupra in Matth. 27. & Marlorat. in pſal. 22.

Caluin. Inſtitut. lib.3.ca.2. §.7.

Ibidem. §.15.16.

Digitized by Google

ẽ fidelis nõ eſt, niſi qui ſolida perſuaſione Deum ſibi propitium, beneuolumq́ Patrem eſſe perſuaſus eſt. fidelis (inquam) *non eſt, niſi qui ſuæ ſalutis ſecuritati innixus diabolo & morti confidenter inſultat*, & ſibi hac in re *arrogat indubitatam diuinæ voluntatis notitiam.* Qui hac fide ſunt præditi, ij ſoli ſunt Ioanne Caluino, Martino Luthero, & Theodoro Bezæ ſancti & iuſti, qui ea carent, iſtis doctoribus ſunt infideles & reprobi, ſunt hypocritæ, idololatræ, nec quicquam à Monachis, Turcis, Iudæis & Anabaptiſtis diſcrepant. Hanc Ioannes Brentius, & Eccleſia tota VVirtembergenſis ponunt eſſentialem differentiam Proteſtantis & Papiſtę. Sic enim clamant in Apologia Confeſſionis ſuę: *Non eſt talis inter nos & Papiſtas controuerſia, qualis inter Catholicos & hæreticos, ſed qualis inter Chriſtianiſmum & Antichriſtianiſmum. Nos enim habemus alias ἀρχὰς quam Papiſtæ. Vnde & planè diuerſa ac pugnantia religionis genera ſunt. Noſtræ ἀρχαὶ & prima principia ſunt ſacra ſcriptura, & certitudo de Dei erga nos beneuolentia; Papiſtarum traditio & dubitatio.* His ita conſtitutis & circuncisis reiectiſque Chriſti operibus omnib. alijs, quæ vos à redemptionis veſtræ negotio tanquam ſuperflua & otioſa remouiſtis, contemplamini iam mediatorem veſtrum officio ſuo perfungentem, & videte vtrum non ſolùm diuinitatis excellentem magnitudinem, ſed etiam humanæ bonitatis mediocritatem ab eo ſuſtuleritis, & ne veſtris quidem Miniſtris, & fratribus, ſororibuſque eum parem reliqueritis. Vos enim omnes & ſinguli *firmam certamq́ cognitionem & certitudinem diuinæ erga vos beneuolentiæ* habetis. At Chriſtus *metuebat, ne abſorberetur vt peccator, ne malis obrutus ſuccumberet.* Vobis per ſpiritum ſanctum *hæc cognitio reuelatur, & certitudo obſignatur*, at Chriſto nihil tale reuelatum eſt, multo minus obſignatum, quum talium arcanorũ *Dei conſiliorum ignorationem aſcribere ſibi non vereatur, & elapſa deſperationis voce* hoc aperte teſtificatus eſt. Vos qui verè fideles eſtis, ſolida perſuaſione noſtis Deum eſſe vobis propitium Patrem; at Chriſtus non fictè nec theatricè, ſed verè *ex intimo corde clamabat & ſentiebat ſe à Deo derelictum, perinde ac ſi in ſuam perniciem conſpiraſſet.* Quod ſi fidelis non eſt, niſi qui ſuę ſalutis ſecuritati innixus diabolo & morti confidenter inſultat, Chriſtum neceſſe eſt infidelem fuiſſe, qui vrgente anguſtia coactus eſt ſic exclamare, qui profundam mortis æternæ abyſſum exhorruit, qui deſperatione obrutus ab inuocando Deo deſtitit, qui horrore diuinæ maledictionis perculſus & propè attonitus non Dei miſericordiam, non paternum amorem,

Calu. Inſt. lib. 3. ca. 13. §. 5.

Brentius in Apol. Confeſſio VVirtem. in præfat. partis 3. pag. 703.

morem, non cæleſtem beatitudinem, nihil prorſus aliud præter dolorem, quo deiectus oppreſſusque fuit, cogitabat. Breuiter longiſſimè abfuit ab ea audacia, fiducia, confidentia, & ſecuritate, qua veſtrum vnuſquiſque abunde perfruitur. An non pulcherrimum ipſi vobis mediatorem confinxiſtis? An non hic quaſi in tabula depictam intueris egregiam ſaluatoris imaginem? Et vos de hac parte fidei veſtræ gloriamini, tanquam quoad eam non gentibus infidelibus, non Tartaris, nō Mauris, non Perſis, ſed nobis etiam Turcis præſtaretis? Vos dico, qui poſtquam omnia religionis veſtræ momenta, & myſteria ad vnum quaſi actum Chriſti ſcilicet in cruce paſſionem contraxeritis, & veluti temerarij mercatores bona veſtra vniuerſa in vnicam nauem congeſſiſtis, ſubito vix dum è portu egreſſi, nauem eandem perforātes demergitis, hoc eſt, vnicum illum actum multiplicis imbecillitatis redarguitis, & hominē illum, à quo tota actionis illius virtus & efficacitas manare debet, infra vulgarium homuncionum conditionem abijcitis? Qualis eſt enim iſte mediator veſter? Deus? at luculenta eaque ſæpè repetita denunciatione, & varijs inſuper argumentis diuinitatem ei eripuiſtis, Propheta aut Legiſlator reliquis diuinior? at tota & Reipub. quam inſtituit forma ad diuturnitatem ineptiſſima, & legum quas condidit natura ad ciues virtute imbuendos infirmiſſima reclamat; cumque vos præterea ita priuatis ignorantiæ & inconſiderantiæ maculis dedecoraſtis, vt à multis prophetis & rerumpublicarum conditoribus magno interuallo ſuperetur. Nunquid vita ſua pro vobis adeo laborioſè peracta, aut etiam morte iuxta veſtram opinionem tam miſerè ſuſcepta aliquid vobis profuit? nihil prorſus. *Errarunt enim monachi ſacrificuli, Doctoresq; Papiſtici vrgentes merita tum incarnationis, tum natiuitatis, tum tentationum & afflictionum Chriſti. Nihil hæc omnia profuerunt.* Erant prorſus inania & infructuoſa, & tantum ex morte eius ad ſalutem veſtram aliquid effluxit commodi: & tamen *morte corporis, qua ſola defunctus eſt, nihil egit*, nihil profecit, adeo vt conſtet eum tota & vita & morte vobis fuiſſe inutilem. Quid ergo? Erat ſaltem in ſe vir bonus, & ſanctitate inſignis? at nec prima habet veræ ſanctitatis initia, quum fidem, qua ſuperius eum ornaſtis, iam rurſus auferatis, eo quod audacia, fiducia, cōfidentia, ſecuritate ſit deſtitutus, ſine quibus nulla eſt fides vera. Nunquid ita ſaltem compoſitus eſt, vt aliquod poſſit eſſe congregationis veſtræ membrum, & in extremis quaſi ſubſellijs hærere? Nec hoc quidem per vos licet, quiſquis enim aliquo modo quam-

do quamuis remotiſſimo ad eam pertinet, is ſi non vera plenaque fide, ſaltem aliqua fidei particula, aliqua dico licet atomi inſtar minutiſſima præditus eſſe debet. Alias enim non modò Tartarus aliquis aut Cannibal, ſed etiam Lucifer poſſet eſſe congregationis veſtræ frater. Atqui Chriſtus nullam habuit fidei veſtræ particulam huiuſcemodi quantulamcunque. Iuxta Theodorum enim Bezam & Geneuenſes *vel ſola fide ſcintilla, ac proinde vel minimum fides in nobis eff. ctum, ſi modò verum ſit, & ex vera fidei ſcaturigine promanet, hactenus eſt efficax, vt verè nos de noſtra ſalute ſecuros reddat.* Et vt ait Caluinus, *hoc ſtatuendum eſt, vbi primum vel minima fidei gutta mentibus noſtris inſtillata eſt, iam faciem Dei nobis placidam & ſerenam, nobiſq; propitiam certo intuitu incipimus contemplari*, quæ placida, & propitia, & ſerena Dei beneuolentia quum certo intuitu Chriſto non innotuerit, quum is non fuerit de ſua ſalute ſecurus, vti iam fuſe demonſtratum eſt, conſtat nec guttam vel ſcintillam fidei, nec minimum fidei effectum in Chriſto, quum pateretur, reſediſſe. Reformidat animus ea dicere, quæ præterea ex doctrina veſtra ſequuntur, & quæ ex his ita præpoſitis fratres veſtri recentiores, & maioris in Euangelio profectus inferunt, alij Chriſtum *nunquam reſurrexiſſe, ſed adhuc iacere mortuum*, alij eum *fuiſſe peccatorem, eiuſque ſanguinem, mortem, & paſſionem*, quocunque modo eam interpreteris, ſiue veteri modo cum Papiſtis, ſiue nouo cum Caluiniſtis, *nihil contuliſſe ad redemptionem generis humani*, & qui ſecus opinantur, *eos ex Chriſto facere execrabile idolum*, alij alia his etiam horribiliora, quibus ego recenſendis calamum vel linguam fœdare nolo. Tantum concludam quod ex iſtis omnibus & ſingulis neceſſariò & pereuidenter efficitur, Chriſtum ſi talis fuit, qualem eum veſtra deſcriptio facit, fuiſſe nec Sacerdotem, nec ſacrificium mundo redimẽdo idoneum, quum & in veteri Teſtamento quæcunque Deo immolanda erant, ipſo Deo præſcribente debuerunt eſſe puriſſima, & cuiuſcunque labis expertia, agni abſque macula, capræ immaculatæ, hirci immaculati, arietes immaculati, oues, boues, vituli, omnia immaculata requiruntur. Sacerdos etiam qui immolabat, ad illud munus non aſſumebatur, niſi omni careret corporis deformitate, adeo vt Iudæi partim ex ſcripturis, partim ex traditionibus maiorum (vt alias notauimus) innumeras fere corporis labes & vitia collegerint, propter quorum vnumquodque Sacerdos à munere Sacerdotali erat repellendus. Ergo in Teſtamento nouo vbi hæc &

ſacri-

Confeſſio fidei Geneuen. cap. 4. § 20. Caluin. Inſtit. lib. 3. ca. 2. § 19.

Beza in 1. Cor. ca. 15. v. 13. Holinſ. in hiſtoria Anglica. anno 1579. pag. 1195.

Leuit. cap. 1. v. 10. c. 3. v. 1. 6. c. 4. ver. 23. 28. ca. 5. v. 15.

Leuit. cap. 21.

Digitized by Google

ſacrificij quod offerebatur, & Sacerdotis qui offerebat puritas abſolutè, & perfectè conuenire debebant in vnum Chriſtum, & ſacrificium, & Sacerdotem; eum omnibus modis puriſſimum, nulli vel minutiſſimę labi aut maculę affinem fuiſſe parerat. *Talis enim* (vt ait author epiſtolæ ad Hebræos) *decebat vt nobis eſſet Pontifex, ſanctus, innocens, impollutus, ſegregatus à peccatoribus, qui non habet neceſſitatem pro ſuis delictis hoſtias offerre, &c.* At Chriſtus iuxta veſtram deſcriptionem nec ſanctus erat, nec innocens, non à peccato vacuus, nec à peccatoribus ſegregatus, ſed nocens, reus, peccatis, ijſque grauiſſimis & æternam mortem promerentibus illigatus, ideoq; primo neceſſitatem habebat ſacrificio oblato ſua propria peccata delendi, atque ita diuinam maieſtatem ſibi propitiandi, priuſquam ad aliorum peccata abſtergenda poſſet eſſe pontifex & interceſſor idoneus. Et tu (Samuel) tuique de Euangelicorum & puriſſimè Chriſtianorum nomine tam inſolenter contra alios omnes gloriamini? qui tam multis modis gloriam Chriſti deformatis? qui à primo natiuitatis puncto ad extremum vſque vitæ diem perpetuis eum maculis & contumelijs aſpergitis? qui matrem eius caſtiſſimam nobis & ſanctiſſimam virginem tam dirè inuaditis, tantis peccatorum ſordibus obrutis? qui veſtras procaciſſimas ſorores illi pares facitis? qui Chriſtum ex ea dimidiata virgine, in partu nimirum corrupta producitis; qui Chriſto ipſi prædicanti tot friuola & indecora affingitis; qui eius ſententias quantouis verborum pondere, quantauis circũſtantiarum perſpicuitate editas tam contemptim & ſophiſticè reijcitis; qui eum craſſæ ignorantiæ quoad res tum diuinas, tum humanas quoque arguitis, multiplicis peccati non minus quàm cæteros homunciones reum ſtatuitis, mediocrem quemque è miniſtris veſtris ei anteponitis, qui quam ei fidem aliquando ſimulati honoris gratia nequiter largimini, eam poſtea quum aliquid iuuare poſſet, longè nequius eripitis, qui vitam totam & mortem quoque acerbiſſimam pro vobis toleratam, vobis nihil quicquam profuiſſe contenditis? quem denique, in morte ipſis perditis & damnatis in inferno diabolis quoad omnia infanda, tetra & horribilia conſcientiæ tormenta, quoad omnem animæ deſperantis carnificinam, hoc eſt, quoad Satanicam quãdam naturam exæquatis? Hoc vos docet Euangeliſmus veſter? Hoccinè vos ita inflat, vt propterea vos ſoli Euangelici, idque puriſſimè & maximè reformiti velitis exiſtimari? Sed de his ſatis; ex quib. omnibus illud vnum concludatur, quod minimum eſt & clariſſimum,

Hebr. 7. v. 26.

iſſimum, nos & Mahumetem noſtrum qui Chriſti mortem enitus negamus, eumque liberamus omnibus his contumeljs & opprobrijs, de eo, multò quam vos ſentire diuinius, qui nortem doloris miſeriæque pleniſſimam ei tribuentes, taliius præterea maculis, talibus paſſionibus, & peccatis inficis: tanta inquinatis impatientia, ſtupore deſperatione, tot ſinis abiecti, demiſſi, planeque fracti animi, & Deum Patrem ffenderitis, & ſuum officium reſpueritis; vt nihil minus quã erus mediator noui Teſtamenti eſſe potuerit, vt morte ſua eque ſibi ipſi, neq; humano generi quicquam omnino pronerit.

ARGVMENTVM CAPITIS XIIII.

plicato iuxta Chriſtianam Theologiam, quid ſit munus & officium redemptoris, & cur Chriſtus ita propriè vocetur, quia nimirum merito paſſionis ſuæ propter infinitam perſonæ ſacrificantis dignitatem hominum peccata deleuit, & humanum genus à Satanæ ſeruitute redemit, probat Michæas Euangelicos negare Chriſtum eſſe propriè redemptorem, quia paſſionis meritum negant, & ei vim, valoremq; redimendi mundum, & pro peccatis hominũ ſatisfaciendi adimunt. Samueli excuſanti hæc & obijcienti, eos litigare potius de modo, & circumſtantia redemptionis, quam eam omnino negare, oſtendit vberius Michæas redemptionem quoad veram eius naturam, deinde & ipſam Chriſti paſſionem ſyllabatim & ſimpliciter ab infinitis Euangelicis negari, & eam negationem cum reliqua eorum doctrina congruere, & tum Lutheranos negantem Chriſti veram Aſcenſionem in cælos, tum Caluiniſtas negantes veram eiuſdem deſcenſionem ad inferos, quaſi manu ducere Turcas, & multos Euangelicos ad negandam pari modo eius veram paſſionem in Cruce. Quæ negatio magis ſpecioſam habet multorum temporũ, hominumq; ſucceſſionem, quam aliud vllum Eccleſiæ Caluinianæ dogma.

CAPVT XIIII.

HOc ita explicato, progrediamur ad id quod proximum eſt, vt Pontificis & ſacrificij huius vim & virtutem expendamus. Quod quia duobus modis fieri poteſt, vel ipſius intrinſecam efficaciam & bonita-

bonitatem ponderando; vel extrinſecam gratiam ex hoc fonte ad alios diuinis bonis cumulandos manantem intuendo, horum vtrumq; ſingulatim examinabimus, vt ita veſtrorum de hac paſſione fidem exploratè teneamus. Et primum eò vertamus orationis filum, vt qualis quantuſque fuerit huius paſſionis effectus in ſe, & per ſe diſpiciamus. Quemadmodũ autem in rebus humanis fit, vt nemo incredibiles labores ſubire velit niſi propter ſingulare aliquod commodum: nullus eſt enim mercator, qui ex Anglia in vltimas Orientis oras periculoſa nauigatione per vaſta Europæ, Africæ, Aſiæq; littora Calecutium vſq; tranſmittit, vt inde tres vel quatuor Cinnamomi libras in patriam reportet: ita conſentaneum eſt Chriſtum ſuo in corpore hos inexplicabiles dolores non ſuſcepiſſe niſi propter immenſum aliquem fructum ex eis vel ad ſe ipſum, vel ad ſuos redundantem. Vos ergo qui Chriſtum in ipſas inferni flammas præcipitaſtis, ibique eum illis pœnis confeciſtis, quæ damnatis ſpiritibus à Deo irato, & ſcelerum vindice imponi ſolent, quæ tandem bona ex his omnibus Chriſtus ſit conſecutus, & qualis fuerit huius tam inauditæ paſſionis fructus, illud verò (Samuel) à te mihi explicari requiro. SAMVEL. Facilis nimirum eſt explicatio. Redemit enim mundum vniuerſum, & humanum genus patri ſuo reconciliauit. MICHAEAS. Ita quidem loquuntur tui, non ignoro. Sed quid hoc nomine redemptionis ſignificetur, explanatius ſcire deſidero. Continet enim latentem quandam energiam, quam non percipiunt Miniſtri omnes, qui Chriſti redemptoris nomen inclamant, imò quam ſi comprehenderent, parcius, vti ſuſpicor, eo nomine vterentur. Nunquid (Samuel) tu tecum aliquando conſideratius quam illud vim habeat ſeriò ponderaſti? SAMVEL. Non intelligo, cur magna conſideratione indigeat, quum in Apoſtolicis literis adeò frequenter inculcetur. Quid enim eſt aliud eſſe redemptorem, quam eſſe ſaluatorem, eſſe liberatorem, cuius opera qui alias inferni incendio eramus deſtinati, illud euaſimus, & ad cæleſtis regni poſſeſſionem tranſlati ſumus. Sic enim nos docet optimus interpres Paulus, quum ait: *Nos aliquando quidem conuerſabamur in deſiderijs carnis noſtræ, & eramus natura filij iræ, ſicut & cæteri. Deus autem qui diues eſt in miſericordia, conuiuificauit nos in Chriſto, cuius gratia ſumus ſaluati, & conreſuſcitauit, & conſedere fecit in cæleſtibus, vt oſtenderet in ſæculis ſuperuenientibus abundantes diuitias gratiæ ſuæ, &c.* Quo in loco pulcherrimè ſequitur; *Gratia ſaluati eſtis per fidem, & hoc non ex vobis, Dei*

Epheſ. 2.

donum

donum eſt. Non ex operibus, vt ne quis glorietur. In quo ego arbitror conſiſtere quod tu requiris præcipuũ redemptoris munus, qui gratia per ſolam fidem abſq; operibus fideles ſaluat: quæ eſt egregia doctrina, & mirificæ conſolationis plena. MICHAEAS. De eo vtrum fides ſola abſque operibus ſaluet, diximus iampridem quædam, & nonnulla poſt ſuo loco dicenda ſunt. Quam ſi ita determinat Apoſtolus Paulus, ac ſi homini Chriſtiano ſatis ſit credere Chriſtum eſſe incarnatum & mortuum, vt deinceps de operibus bonis, & vita honeſtè componenda non debeat eſſe ſolicitus, cum ſeipſo plurimis in locis pugnat, vbi ſuis auditoribus neceſſitatem benè viuẽdi imponit. Pugnat etiam cum magiſtro, qui ſeuerè ſuis auditori- *Rom. ca 6.*
bus comminatus, & quaſi directè ab hac inani ſolius fidei cõ- *ver. 21. 23.*
fidentia deterrens, *Dico* (inquit) *vobis, niſi pœnitentiam egeri-* *cap. 8. v. 1.*
tis, omnes ſimiliter peribitis. Et mox, quo in eorum menti- *Luc. 13.*
bus altius inſideret hæc repetita denunciatio, *Rurſus dico* (in- *verſ. 3. Ibi.*
quit) *vobis, niſi pœnitentiam habueritis, omnes ſimiliter peri-* *ver. 5. Ibid.*
bitis. Quod ſtatim ficulneæ arboris fructum non producen- *verſ. 6. 7.*
tis proptereaque ſuccidendæ, & in ignem proijciendæ exemplo præclarè illuſtrat & confirmat. Hæc ego dicerem, & in hoc tuto præſidio perſiſterem, ſi Paulum bonorum operum hoſtem arbitrarer. Sed verba eius meo iudicio nihil tale continent. Nihil enim volunt aliud, quàm Epheſios, qui antea in turpi idolorũ cultu dimerſi iacebant, & vitam agebant nequiſſimam, nunc ſola Dei miſericordia, non ſuis operibus, quæ nulla habebant niſi fœda & ſordida, per Euangelium & gratiam Chriſti ab illa infidelitate & improbitate liberatos in vera fide & via ſalutis eſſe poſitos, in qua ſi rectè viuerent, ad vitam æternam poſſent progredi, vnde ijs quæ tu citaſti proximè & continuatè ſequitur, *Ipſius enim ſumus* *Epheſ. 2.*
factura, creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis quæ præpara- *verſ. 10.*
uit Deus, vt in illis ambulemus. Sed ſiue hoc ſit genuinus Diui Pauli Apoſtoli ſenſus, ſiue aliquis alius ſubtilior & abſtruſior, quem ego Catholicis, Melanchthonicis, & Maioriſtis, qui maximè bonorum operum neceſſitatem vrgent, inueſtigandum committo, tua redemptoris deſcriptio (vt eò reueniam) non ſatis explicatè tradit, quod eſt in redemptoris nomine comprehenſum. Vera quidem ſunt iuxta Chriſtianam Theologiam quæ de Chriſto prædicas, nos eius gratia *eſſe conreſuſcitatos & conuiuificatos, qui antea eratis filij iræ*, ſed aliud eſt quod vocabuli huius notio includit. Quid enim ſi Chriſtus ſola miſericordia abſque

paſſione

paſſione & morte vos à peccatis liberaſſet, & in cæleſtis regni poſſeſſione collocaſſet? Saluator fuiſſet, fuiſſet liberator, at nõ fuiſſet redemptor. Si quis ob magnam aliquam pecuniæ ſummam alteri debitam in carcerem conijciatur, eius autem amicus debitorem prenſando, orando, ſupplicando impetrat, vt debitum amico condonet, & è vinculis eximat, eſt hic amici ſui liberator, at non eſt redemptor, niſi debitũ ſua pecunia diſſoluat, vel ſe vadem pro amico ſiſtat, & debitori ſatiſfaciat. Simili enim ratione homines ſuis peccatis Deum creatorem offenderant. Ea quoniam & multitudine erant innumerabilia & magnitudine infinita, quia contra Dei omnipotentis maieſtatem admiſſa, infinito quoque ſupplicio apud inferos erant luenda, hic tanquam humanæ naturæ amicus interponit ſe Chriſtus, & pro illo quaſi debito iuſtiſſimum pretium perſoluit, hoc eſt, vt Sacerdos ſacrificium obtulit, quod vi naturaq; ſua Deo non minus erat gratioſum, imò magis eum humano generi placuit & reconciliauit, quam hominum peccata eum alienauerant, & ad iracundiam concitauerant. Hoc fortaſſe dum percurro breuius, dico etiam obſcurius. Quare enitar, ſi potero paucis reddere explanatiùs. In hoc namque vertitur huius diſputationis cardo, eſtq́ue hic ſcopulus, ad quem videtur magiſtri tui naufragium feciſſe. Neque enim concipiunt, quemadmodum vnus homo paſſione, vel morte certis horis definita, ſcelerum omnium pœnas dependerit, eas, quæ multis annorũ millibus erat ab ijs qui ſcelera ea patrauerant, ſuſtinendæ, ideoque confugiunt ad ea inferni cruciamenta, & damnatorum ſpirituum ſupplicia, quibus animã Chriſti ſubijciunt, vt inter pœnas nobis deſtinatas, & eas quas pro nobis loco noſtro luit Chriſtus, maior eſſet proportio. Hoc igitur exemplum tibi ob oculos propone. Sunt in aula magni Imperatoris, & præſidij & honoris gratia multa Ianizarorum millia, eorum præfecto, quem Aga vocamus, penduntur in dies ſingulos aſpri mille, quorum quinquaginta ducatum aureum conficiunt. Si quæſtor Imperatoris poſtquam duobus tribusve diebus ſtipendium hoc perſoluere diſtulerit, accerſito præfecto non duo vel tria Aſprorum millia, ſed quadraginta vel ſexaginta ducatos ei numeret, an non ſumma cum æqualitate quod ſuum eſt præfecto tribuit? quid ita? quia vnicus aureus propter ſuam excellentiam tot æris argentiue denarijs iſta proportione reſpõdet. Quod ſi quæſtor ille loco auri gemmas haberet, vna vel altera gemma multorum fortaſſis annorum ſtipendium repræſentaret: quando Cleopatra Ægypti

Regina

Regina in conuiuio, quod Antonio Romano parauit, vna liquefacta in vinum gemma, pluſquam centum ſexaginta æreorum millia vnico hauſtu ebibiſſe feratur; & in Chronicis Hiſpaniæ narratur, quum Eſmeria ciuitas regni Granatenſis diu poſſeſſa à Saracenis, ab Hiſpanis expugnata fuiſſet & ſpoliata, repertum eſſe vaſculum, vel patinam quãdam iuſtæ magnitudinis, ex perfectiſſimo Smaragdo fabricatam, quam Rex Alfonſus in ſingularis fortitudinis teſtimonium & præmium Genuenſibus donauit, in cuius Reipublicæ theſauris adhuc dicitur aſſeruari, quam arbitrantur valere pluſquã ſex aureorum milliones. Hoc iam accommoda ad noſtram diſputationem. Hominum omnium peccata contra Dei legem admiſſa innumerabilitatem quandam conficiunt, & grauiter Deũ ad vindictam inferendam excitant. Sunt ergo tanquam multi æreorum denariorum milliones. Ex altera parte Chriſti ſacrificium Patri in cruce oblatum, non ſolùm propter obedientiæ, charitatis, humilitatis, fortitudinis, omniumq́; virtutum vim & præſtantiam, aut paſſionis ipſius magnitudinem, ſed magis propter perſonæ dignitatem, perſonæ (inquam) quæ Deus erat & homo, adeò infinitè Deum honorabat, & tam immenſi apud eum erat pretij, vt omnib. peccatis virtute ſua longè magis præponderaret, quam gemma prætioſiſſima multis æreorum denariorum millionibus. Hãc comparationem deſignat Apoſtolus Petrus (aut quiſquis fuit eius epiſtolæ author) qui dicit nos *redemptos eſſe non corruptibilibus auro & argento, ſed pretioſo ſanguine Chriſti, agni immaculati & incontaminati.* Ac ſi diceret, quemadmodum in terrenis commercijs ſolent homines earum rerum, quas empturi vel redempturi ſunt, pretiũ pendere aurum & argentum; ſic hoc loco Chriſtus pretiũ numerauit ſanguinem ſuum, quod valorem earum rerum, quas empturus vel redempturus erat, non ſolùm æquaret, ſed immẽſo etiam interuallo ſuperaret. Hoc idem ſignificat Paulus, vbi Chriſti paſſionem conferens cum omnium hominũ peccatis, quibus Dei honor violabatur, hanc vnam conſtituit fuiſſe maioris apud Deum meriti & ſatisfactionis. *Non enim* (inquit ille) *ſicut delictũ* (Adami) *ita & donum* (Chriſti:) *Si enim in vnius* (Adami) *delicto mors regnauit, per vnum* (Chriſtum) *multo magis abundantiam gratiæ, & donationis, & iuſtitiæ accipientes in vita regnabunt per vnum Ieſum Chriſtum.* Quibus verbis diſertè oſtendit maiorẽ fuiſſe vim & efficaciam in Chriſto ad homines redimendos, quam fuit in Adamo, & Adami poſteritate ad eos condemnandos. Differentia autem inter

Theuet. Coſmogra. li. 13. ca. 3. Vide Gurionem 11 hiſt. Saracenicæ li. 1. fol. 42. & Vaſæum in Chron. Hiſpan. ann. 714. pag. 407.

1. Pet. 1. 19.

Rom. 5.

tuam ſententiam (quæ eadem eſt Caluini & Caluiniſtarum) & hanc iam à me declaratam , quæ eadem eſt Catholicorum, & multorum Lutheranorum, tam magna eſt, vt veſtra redemptoris nomen , & officium Chriſto penitus eripiat , quod hæc ei pleniſſimè largitur. Id quod mox apertius intelliges; quanquam ex ipſa ſuperiori opinionis tuę declaratione ſuboleo tibi non eſſe incognitum. Prius autem recogita vel tuam , vel ſaltem Caluiniſtarum de Chriſto redemptore fidem. Narrat Caluinus eſſe quoſdam, *qui etſi fatentur vos ſalutem per Chriſtum conſequi*(quod vt videtur, grauatè concedunt) *nomen tamen meriti audire non ſuſtinent , quo putant obſcurari Dei gratiam, atque ita Chriſtum volunt eſſe duntaxat inſtrumentum , vel Miniſtrum vitæ æternæ.* Quid contra iſtos Caluinus? num in eos tanquam crucis Chriſti hoſtes inuehitur , & congeſtis ſcripturarū teſtimonijs eorum opinionem vti doctrinæ Chriſtianæ peſtiferam, & pernicioſam damnat? imò ipſe ad eorum ſententiam accedit , eamque fortiſſima ratione comprobat. *Equidem fateor*(inquit) *ſi quis ſimpliciter, & per ſe Chriſtum opponere velit iudicio Dei, non fore merito locum quia non reperietur in homine* (Chriſto) *dignitas quæ poſſit Deum promereri.* Inuictum argumentum , & quo vel ſolo Caluinum eſſe Alcorani noſtri, quanquam occultum, acrem tamen propugnatorem clariſſimè liquet : quo, inquam , ſolo tota veſtra tam impedita de Chriſti cruce, paſſione , & redemptione Theologia radicitus euertitur. Quod enim huius rei totius fundamentum & radix? Perſona Chriſti, Deus & homo. In hoc Theologi veſtri fundant totam redemptionis huius efficaciam. Hæc perſona poteſt Deum promereri. Huic homini diuinitatem perſonaliter habenti, & pro hominum liberatione ſupplicanti, ſummo iure debetur hominum ſalus , peccatorum condonatio , & æternæ fælicitatis adeptio. Hæc eſt enim iuxta ſententiam Theologorum veſtrorum, gemma illa, quæ ſuę naturæ excellentia innumerabilem æreæ monetæ vim & valorem comprehendit, & ſuperat etiam. Fac autem eum eſſe merum hominem ? Veriſſimum eſt certè hominem nunquam poſſe Deum promereri , neque eſſe in homine dignitatem huic incomparabili actioni parem. Quę eſt enim finiti ad infinitum, creaturæ ad creatorem , hominis ad Deum , vnius iuſtitiæ ad innumerabilium iniquitates, vnius boni viri Deum honorantis, ad Sodomam, & Gomorram, & Babyloniam, & Samariā, & omnes mundi nationes horrēdis idololatrijs , & turpiſſimis facinoribus Deum blaſphemantes proportio ? quæ comparatio; mi-

Caluin. Inſtitut. li. 2. cap. 17. §. 1.

tio? minor certè quàm verrucæ ad vaſtos Pyrenæi, Alpium, & Caucaſi mõtes, aut vnius guttulæ ad immenſos Atlantici Oceani fluctus. Hic enim veriſſimum eſt illud Iobi: *Si voluerit cum Deo contendere* ſiue Elias, ſiue Hieremias, ſiue homo quicunq; *non poterit reſpondere vnum pro mille:* & idcirco non poteſt, quia tantum homo eſt, Deus non eſt. Quam ipſam indignitatem vel imbecillitatẽ quum tui Chriſto attribuant, planum eſt eis Chriſtum non eſſe propriè redemptorem. Vt verò ſcias hoc eſſe Caluini certum & conſtans iudicium, non rarò in Commẽtarijs loca, quæ alij Chriſtiani ad meritum redemptionis Chriſti aſſerendum afferunt, iſte acutè diluit; idq; eadem protſus diſtinctione, qua loca pro humanorum operum meritis allata diſſoluit & refutat, vt ſignificet vtraque & hominum, & Chriſti merita eiſdem ſuſtineri columnis, ideoque & vtraq; iiſdem machinamentis deijci. Quum ſæpenumero occurrit in Scripturis, Deum *propter opera* bona dare vitam æternam, reſpondet eiuſmodi loca *ordinem cõſequentiæ magis quã cauſam indicare.* Non aliter quum Apoſtolus dicat Chriſtum *propter mortem crucis,* maximis prærogatiuis ſupra homines oẽs, & dæmones eſſe amplificatum, interpretatur non de *cauſa efficiente & merito,* ſed de *conſequentia* & rerum gerendarum ordine. Sic enim perſpicuè ſcribit, & vſque eò contra aduerſarios ſecus decentes exæſtuantis animi calore fertur, vt *prophanam* vocet *cogitationem,* & eis *à Satana hanc opinionem ſuggeri* affirmet. Et quamuis non ſolùm Papiſtæ, ſed doctiſſimi quoque Lutherani hanc Ioannis Caluini ſententiam vehementiſſimè deteſtati, & regulam Caluini de conſequentia magis quã cauſa ſcripturæ verbis manifeſtam vim afferre, & tam peſtiferam eſſe monuerint, vt *ea totius paſſionis, & exinanitionis Chriſti efficaciam ac effectum eludat,* ideoque grauiſſimè hortantur ſuos, vt *verba Spiritus ſancti ſimpliciter vti ſonant, accipiant, nec dubitent Chriſtum ob ſuam iſtam exinanitionem, ac mortem fuiſſe exaltatum;* tamen non propterea Ioannes Caluinus ſuam mutauit opinionem, nec ab eadem diſcedunt reliqui illius ſectæ expoſitores. Verum vt Caluinus de nomine meriti agens, hoc quaſi generale axioma ponit; *Quicunq; primus id operib. humanis ad Dei iudicium cõparatis aptauit, eum fidei ſinceritati peſſimè conſuluiſſe. Vt.n. eſt faſtuoſiſſimum, nihil quam obſcurare Dei gratiam poteſt,* vt ille quum Chriſtum *Dei iudicio opponere* nõ vult, nec Chriſto largitur eam *dignitatem, qua poſſit Deum promereri,* ſed à *Satana ſuggeri,* ſcribit hãc *prophanam ſententiam:* vt ille dum nouæ fidei ſinceritati conſulit, &

Iob. 9. v. 3.

Philip. 2. verſ. 9.

Caluin. in Philipp. c. 2. verſ. 9.

Illyric. gloſſa in eum locum.

Vide Marlorat.

Calu. Inſtitu. lib. 3. ca. 15. §. 2.

lit, & faſtum euitare ſtudet, & Dei gratiam illuſtrare ſimulat, Chriſtum quoq; in communem cum cęteris hominibus conditionem redigit, & nihilo maiorem in mundo redimẽdo potentiam ei, quam cæteris hominibus quoad ius & meritum concedit: ſic alij Caluinianæ & Zuinglianæ, congregationis tum ſcriptores, tũ Martyres valdè conſtanter hoc tenuerunt, vt inter merita Chriſti, & aliorum hominum, quoad æternæ fœlicitatis adeptionem nihil prorſus diſcernerent. Illud expreſsè clareque in primis Eccleſiæ Anglicanæ initijs reperies, vbi in varijs libris quoad hanc efficientiam, *idem omnino ius*, hoc eſt, planè nullum videbis aliorũ fidelium, & Chriſti quoque operibus attributum. Ibi videbis hanc propoſitionẽ tradi, vt apprimè Euangelicam; *Chriſtus omnibus ſuis operibus cælum non eſt promeritus.* Ibi videbis egregij Protomartyris cuiuſdam à Foxo mirificè celebrati, qui *ſeptemdecim annos poſuit in ſtudio ſacrarum literarum*, qui cum Tunſtallo & alijs Epiſcopis ſæpè *diſputauit, tantam oſtendens Scripturarum potentiam, & cæleſtem ſapientiam, vt omnes mirarentur*, vim fidei, propter quam *glorioſum martyrium perpeſſus eſt*, articulum fuiſſe hunc, *quod Chriſtus omnibus ſuis operibus cælum nõ promeruit.* De quo ſigillatim ab Epiſcopis in publico Conſiſtorio interrogatus, vtrum in eo perſiſtere vellet, reſpondit *ſe eum articulum verum credere, nec in eo aliquid eſſe, quod ab homine Chriſtiano improbaretur.* Et ſuperius audiuimus Nobilem quendã in Republica virum, eumque Doctorem in Theologia Caluiniana non minùs nobilem, Papiſtas, *Monachos, & ſacrificulos* damnantem, eò *quod merita incarnationis, natiuitatis, tentationum & afflictionum Chriſti* ita multum *vrgerent*. Quid ita? quia *illa omnia nihil nobis profuerunt*, imò *nihil omnino potuerunt*, nihil per ſe vi naturaque ſua valuerunt. Quod ſi verum eſt, ſi opera paſſionem Chriſti antegreſſa *nihil omnino potuerunt*, meruerunt nihil, certè opera paſſionis ipſius nihilo magis naturam meriti potuerunt induere. Nam nec in perſonæ bonitate, perfectione, charitate, pietate aliquid ad meriti naturam inducendam mutatum eſt, iuxta Theologos antiquos, & iuxta Caluinianos, Chriſti mens in paſſione magis deiecta, diſtracta, curis & anxietatibus obruta, multò magis à Deo inuocando, diligendo, eiuſque voluntatem ſincera & flagrante charitate (quę meriti eſt radix) adimplendo quam prius auertebatur, vt ex ipſis Caluinianis proximo capite abundè demonſtrauimus. Quanquam autem Doctor iſte Caluinianus paulò plus videatur tribuere paſſioni Chriſti, tamẽ ſi rectè aduertis,

Fox. Act. & monument. pag. 1335. Ibi pag. 468. Pag. 487.

uertis, nec eam admittit virtute, potentia, merito que ſuo valuiſſe, ſed tantum Dei bonitate & miſericordia *acceptatā fuiſſe pro iure vitæ æternæ.* Quæ vox *acceptationis pro iure vitæ æternæ*, ab iſto Theologo & Iuriſconſulto caute vſurpata, directè ſignificat Deum ex ſua infinita largitate *Paſſioni Chriſti acceptum tuliſſe*, & imputaſſe ius quoddam vitæ æternæ, quod tamen illa paſſio alias merito ſuo non poterat vendicare. Quæ ſententia adeo eſt in Eccleſijs veſtris probata & peruulgata, vt Heshuſius notiſſimus propter ſcriptorum multitudinem in Eccleſijs Lutheranis Doctor, in Caluinianos omnes tanquam perditos redemptionis per Chriſtum factæ deprauatores inuehatur. Poſtquam enim multis verbis euidēter demonſtraſſet hanc eſſe Caluiniſtarum fidem; *Hæc* (inquit) *an non ſint ſimul & in Chriſti meritum, ac longè precioſiſſimum ſanguinem contumelioſa, & nobis pernicioſa, dum nos non ex merito ſolius Chriſti pendere docent, ſed ab alia quadam priore gratia, ex cuius gratuito fauore ipſum etiam Chriſti meritum ſuam dignitatē & robur accipiat, facile eſt, cuius Chriſtiano ſtatuere.* Idemque Heshuſius alibi tragicè exclamat *Caluiniſtas non tantùm Deū transformare in diabolum, quod abſque horrore* (inquit ille) *ne cogitari quidem poteſt, ſed etiam Chriſti meritum ita eleuare, vt digni ſint, qui infra ipſos inferos ablegentur.* Horribilis certè accuſatio, & quę Theodoro Bezæ multum negotij faceſſit, quā que multis ſuffugijs & diſtinctionibus vel eludere, vel lenire molitur, & tamē poſtquam varias fratrum ſuorum opiniones longè lateq; diſſidentes recenſuit, *quod alij dicunt nos διὰ τὸν χριστὸν, non διὰ τοῦ χριστοῦ, id eſt, per Chriſtum, non propter Chriſtum eſſe ſeruatos, alij volūt Chriſtum eſſe ſalutis noſtræ formam duntaxat, non materiam, alij non vident, quomodo dici poſſumus Patris miſericordia, & tamen filij merito ſaluari,* ad extremū eò deſcendit, vt Caluini doctrinam probet, hoc eſt, vt proprium redemptoris nomen Chriſto adimat nec quicquam ei relinquat ſupra alios homines ſingulare. Qui enim ideo Chriſtum Saluatorem & Redemptorem fatentur, quia Deus Pater gratuito fauore & miſericordia eius ſacrificium complexus eſt, vt ſola Patris indulgentia, non autem Filij mors & paſſio vi, virtute, potētia, meritò, & efficacitate ſua ad liberandum humanum genus, ad omnia hominum peccata delenda valuerit, is nihilo diuinius de Chriſto, quam de Moyſe & Elia, de Petro, Paulo, aut Thoma Aquinate opinatur, quem Deus potuit ex indulgentia ad abſolutam pro vniuerſo mundo ſatisfactionē ſuſcipere: imò hoc genere acceptationis *ſanguis taurorum, & hirco-*

Heshuſ. libro de præſentia corporis Chriſti an. 1560 in fine. Vide Contra. Sluſſ. Theolog. Calu. lib. 1. ca. 6. pag. 21. 27.

Bez. in abſterſione calumniarū Heshuſij. Ibid.

Hebr. 9. v. 13.

Digitized by Google

hircorum, & cinis vitulæ aſperſus inquinatos ſanctificare poterat ad perfectam emundationem, vt hoc modo nihil fuerit in ſacrificio Chriſti, quam in ſacrificijs veteris teſtamenti excellentius. Huc autem tendunt non ſola verba, aut argumenta, aut ſententiæ, aut ſententiarum inciſa, ſed totus Caluinianæ tractationis ſcopus, integra forma & character. Omnia enim quæ perſonæ Chriſti quamcunque erroris, ignorantię, imprudentiæ aut lapſionis leuiſſimæ notam inurunt, ea ſingula probant perſonam huic immenſo operi exantlando aptam, nec ſubiectum (vt ita loquar) vel materiam huic magno, ſublimi, & vniuerſali ſacrificio peragendo idoneam, quumque poſtea decurritis ad pœnas Chriſti exaggerandas, eumq; ad infima tartari loca (eo quòd alias corpoream Chriſti mortem nihil profuiſſe cenſetis) cum damnatis ſpiritibus detruditis, hoc etiam oſtendit veſtros ſacrificij vim metiri non perſonæ dignitate, ſed ſuppliciorum magnitudine, ſtultiſſimè, quum nec illæ inferorum pœnæ ab vno homine ad paucas horas toleratæ vlla proportione vel æquilibritate reſponderint ijſdem ipſis pœnis, quæ à multis millibus hominum ad æternitatem erant ſufferendæ. Sed valeant iſta, mihi enim ſufficit vnicam concluſiunculam ex ijs omnibus deducere, quam ante me annotarunt fratres Lutherani, nimirum quod tui, Caluinus dico & Caluiniſtæ ab hac Chriſti paſſione omnem meriti virtutem adimant; quos vides mira ſubtilitate & ſolicitudine, & Græca rimari, & Philoſophica aucupari, & Theologica perueſtigare, & ad omnia diſtinctionum latibula confugere potius, quàm velint confiteri meritum Chriſti; hoc eſt, potius quàm velint eum verè & propriè redemptorem ſuum agnoſcere. Vtque ſuperius oſtendimus eos obiecto idololatriæ periculo deterruiſſe homines, ne Chriſtum adorarent vt Deum, ita iam videmus hunc eſſe illorum doctrinæ exitum, vt cauſantes iniuriam Deo illatam, Chriſtianos auocent & abſtrahant ne Chriſtum colant vt redemptorem, eo quòd Dei maieſtate indignum eſt hominem eius iudicio opponere, & contra eius miſericordiam blaſphemum eſt hominis merito ſalutem generis humani aſcribere. Quanquam hoc ego (Samuel) in gratiam tuam & tuorum fratrum addam, non vos ſolos, contra quos Heshuſius adeo inſolenter triumphat, de hoc Chriſti paſſionis merito tollendo tam ſerio pugnare; ſed ipſos etiam Lutheranos ſaltem aliquos (à multis enim annis multos eorum libros non attigi, ideoque quid alij ſentiant, affirmare non poſſum) in hac vobiſcum ſententia valdè congruere, omnemque

nem quę Chriſto meriti dignitatem, planè fortiterque detrahere. Incidi nuper in librum Gerlachij cuiuſdam, publici Theologiæ Lutheranæ in Academia Tubingenſi profeſſoris, à quo copioſè quæſtio hæc contra Buzæum quendam Ieſuitam tractatur. Ieſuita multis verbis & argumentis meritum Chriſti vrget, idque Papiſtarum more, Patrum authoritatibus, Vigilij Martyris libro quinto. Cyril. libro ſecundo de fide ad Reginas, Auguſt. libro ſecundo capit. quinto contra Maximinum, libro tertio capit. ſecundo, & tractat. 104. in verba Apoſtoli Philipp. 2. Hilar. libro nono de Trinitate in Pſalm. 54. & 118. Chryſoſt. in eadem Apoſtoli Philipp. 2. verba, Homil. 7. Athanaſ. orat. ſecunda contra Arianos, & neſcio quorum aliorum volebat conuincere. Euangelicus more vſitato, iuxta ea quæ ſuperius à nobis ſunt concluſa, reſpondet his verbis: *Licet Auguſtinus, Vigilius, & alij ita ſentire videantur, eos tamen eatenus audio & ſequor, quatenus euidentibus ſcripturæ rationibus ſua probant, quod in præſenti materia non præſtiterunt.* Sic itaque depulſus à Patribus Papiſta confugit ad ſcripturas, & obijcit authorem epiſtolæ ad Hebr. cap. 2. *Videmus Ieſum propter paſſionem mortis, gloria & honore coronatum.* Reſpondet alter, *dici poſſe cum Beda, hæc verba (propter paſſionem mortis) redditionem eſſe verborum præcedentium, vt ſit ſenſus; Videmus hunc Ieſum gloria & honore coronatum, qui prius propter mortis paſſionem minoratus eſt.* Decurrit deinceps Buzæus ad locum Dauidis: *De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput, Pſalm. 109.* Alter laborioſè contendit vocem *propterea non cauſam promerentem ſignificare, ſed glorioſum euẽtum Paſſionis, eo quòd hic ordo à Deo fuit præfinitus, vt Chriſtus prius pateretur, & deinceps glorificaretur*; eodem prorſus modo, quo Caluinus tritũ illum ad Philip. locum ſuperius eſt interpretatus. Ex quibus conſtat non eſſe Caluiniſtas ſolos qui adeo hoſtiliter contra Chriſti meritum digladiantur. Atque hæc ego Samuel omnia explico non ex meo, ſed ex communi multorum Chriſtianorum ſenſu, nõ quo probem vel illorum in Chriſto efferendo nimis profuſam largitatem, vel veſtram in eo extenuando nimis ſordidam parſimoniam. Quia enim verè Deus non eſt, idcirco longè abeſt ab illis præſtandis quæ quidam ſuſpicantur, & niſi à vero Deo præſtari non poſſunt; quia tamen homo eſt diuiniſſimus, Deoq; chariſſimus, eiuſq; ſpiritu ſupra communem Prophetarum conditionem plenus, idcirco longè quoq; abeſt ab illis vitijs vel erroribus, de quib. alij eũ accuſant. Vna verò optima & aurea mediocritas in noſtra

Buſæus cõtra Gerlach. fol. 62. 63.

Gerlach. pag. 116.

Ibidem pagin. 113.

Pag. 112.

ſtra eſt Mahumetana fide, quæ ita eum *fatetur Deum, quemadmodum Moyſes nuncupatur Deus Pharaonis*, quo nihil hac appellatione Dei vnitate decedat, ita fatetur hominem, vt tamē omni virtutum & perfectionū genere excultum agnoſcat, & prudentiorem, quam vt talem Rempublicam, tam ruinoſam, tam deformē & laceram, quam eſt Eccleſia veſtra inſtitueret, & meliorem, quam vt legem tam effrenatam & licentioſam, quam eſt Euangelium veſtrum conderet, & Deo denique chariorem, quam vt is illum tam immanibus animæ corporiſque ſupplicijs ad deſperationem vſque nullum in vſum finemque vellet conficere, ex quibus nimirum omnibus nulla ad homines maior vtilitas, quàm ex veteribus pecorum ſacrificijs redundaret. Et hoc extremum de eius morte, paſſione, & redemptionis intrinſeca infirmitate, vel auditu infandum nulla excuſatione defendi pōt, niſi ad illud vos commune perfugium recipiatis, vos iſta in hunc modum cōfudiſſe & commiſcuiſſe, vt tandem ipſa neceſſitate veritatis ex his reguiis nectendę auditores veſtros ad abijciendam omnem de paſſione Chriſti fidem cogeretis. Hoc.n. prudentiæ, hoc ingenij, & pietatis eſt, alioqui & ſtupidum & prodigioſum eſt Chriſtū inuitum, & renitentem, & incōſideratis precibus officium hoc amolientem ad redemptionem mundi operādam pertrahere, ſtupidum & prodigioſum eſt eū peccati labe aſpergere, & tamen ab eo peccatorum veſtrorum purgationem quærere. Stupidum, & prodigioſum, & diabolicū eſt, Filium Dei ipſum Deum in deſperationis anguſtias conijcere, inter damnatos ſpiritus inferorū cruciatib. addicere, eiuſq; mortem corpoream vt inutilem & ſuperfluam contemnere. Denique non ſolùm prodigioſum & diabolicū, ſed etiam furoris & inſaniæ plenum eſt, quū propter redemptionē mundi operandam hæc horribilia de Chriſto cōfinxeritis, tum demum ei hæc vniuerſa perpeſſo redemptoris vim & meritum detrahere. Quibus omnibus portentis (Samuel) vnica clauſula & piè & prudenter occurres, ſi nobiſcum hoc vnicum caput de Chriſti morte ex ſymbolo fidei veſtræ deleueris, quod ante te fratres tui plurimi fecerunt, & doctores qui iſta adeo perplexè, confusè, & perturbatè inuoluerunt, intendiſſe nō dubito. SAMVEL. Pulchrè ſuades (Michęa) perinde ac ſi conſuleres ei, cui digitus dolet, amputare brachium, & langueuti ſtomacho mederi præcidendo capite. Quin eadē opera mones, vt ſimpliciter Chriſto renunciem, & ad Mahumetem accedam, quando hæc eſt Chriſtianę fidei medulla. Sunt nimirum hæc, quę tu tractaſti, perobſcura, & admodum

difficilia, & noſtri rariſſimè in illas abditiſſimarum quæſtionum ſalebras ingrediuntur, ſed qualeſcunq; ſunt Bezę & Caluini, vel Heshuſij & Illyrici, aut alterius cuiuſpiam ex hac & illa parte pugnæ & certamina, nemo adeo inſaniuit aliquando, vt Christi paſſionem vnicam eſſe ſalutis ſuæ anchorā negaret, aut qui de Christo ſaluatore ſuo ambigeret. Quāquam illud obiter de Heshuſio dicam, homine Caluino, Bezę, & toti Eccleſiæ Geneuenſi inimiciſſimo, me admirari eius temeritatem & malitiam, qui ſolo odio in nos & maleuolentia concitus, id in nobis furioſè inſectatur, cuius ipſe nō minus quam noſtrū aliquis reus eſſe certiſſimis argumentis probatur. Nam quum à Rheni Palatino Ottone Principe electore ad eius Eccleſias Euangelica fide inſtituendas accitus eſſet, ibiq; Lutheri doctrinam plantaſſet, Princeps autē Elector poſtea ad Caluini dogmata vt puriora declinaret, Heshuſius iſte vel vt Principi gratificaretur, vel quia conſcientia teſte, Caluini & Geneuenſium hac ex parte fidem putabat eſſe Euangelicam, illiuſmodi valorem & meritum paſſioni Christi & ipſe non minus quam nos adimebat. Id enim teſtatur Clebitius doctiſſimus Miniſter, & noſtrarum illic partium contra Lutheranos propugnator fortiſſimus, Heshuſium videlicet illum in concionibus, in diſputationibus, in colloquijs coram innumerabili multitudine (vt negare aut reuocare non poſſet) ſæpè vſurpaſſe eam diſtinctionem, quod *quod per Chriſtum à diabolo liberati quidem, ſed non redempti ſumus*, vt putidiſſimum fuerit Heshuſio hoc in nobis tanta cum maledicentia criminari, quod ipſe probauit vt purè Euangelicum, & vt tale, Eccleſijs ad Euangelij normam reformatis prædicauit. Sed vt ad rem redeam, poſtquam hæc omnia à te citata accuratè diligenterque pōdero, & quid valeant penitus intueor animo tranquillo, & neutris nec Lutheranis nec noſtris præter rationem addicto (nam nimius ſuarum partium amor & noſtrarum odiū, Lutheranos iſtos tranſuerſos agit) non concipio eorum ſententias adeò pugnantes, quin poſſint reconciliari, & mihi ſanè in ſumma Chriſtianæ veritatis videntur conuenire. Si enim probè omnia conſideras, litigant illi non tam de redemptione per Chriſti mortem nobis omnibus parta, quam de modo & circūſtantia redemptoris, vtrum nimirum per modum meriti, vel aliam aliquam rationem nos è diaboli laqueis ereptos Chriſtus in hæreditatem cęleſtem tranſtulerit, quos tamen eius opera cæleſtis patriæ ciues effectos, omnes confitentur.

Clebitius in victoria veritatis, & ruina Papatus Saxonici par. 2. garum. 6.

MICHAEAS. Hæc verba ſunt, & ſola verba rationis plane

Digitized by Google

vacua, & animi peruicacis nimis luculenta indicia. Imo ego non circunſtantiam aliquam, ſed ipſam vim & eſſentiam redemptoris examino, quam in hoc poſitam eſſe dico, quod merito ſuæ paſſionis tanquam iuſto pretio perſoluto vos Satanæ mancipatos ex ea ſeruitute redimere debuerit. Tu autem tuos de ſumma rei conuenire putas, eo quod in generali verborum ſono concordent, & ſi de re verbis ſubiectâ infeſtiſſimè digladientur. Perinde nimirum eſt, ac ſi nos tecum non de Chriſti Deitate, ſed de circunſtantia Deitatis pugnare aſſereres, eo quod Chriſtum eſſe Deum vobiſcum contendimus, Deum autem ab æterno à Patre generatum, Patri conſubſtantialem, cæli terræque creatorem negamus, tantum nominis quadam communione hanc ei Deitatem largimur, quam Mahumeti & Moyſi non detrahimus. Quod autem ea te conſolatione recreas, quia nemo tuorum, etiamſi de hac re tam acerbè præliantur, paſſionem tamen Chriſti reiecit, aut redemptionem ab eo factam negauit; quamuis vtrumque leuiſſimum eſt, neque multum cauſam tuam iuuat, tamen vtrumque falſum eſt, & perſpicuis tum rationibus, tum experimentis refellitur. Noſti omnibus religionem veterem nouantibus inſitum eſſe, non vt vno impetu ab extremis ad extrema ruant, ſed gradatim per media labantur. Primùm multiplicatis quæſtionibus rem antea certam incertam reddunt, proximè partem aliquam rei ſubiectæ, & deinceps aliam tollunt, & ne tum quidem de priſtino nomine & appellatione moleſti ſunt, quamuis res iam ſubiecta penitus in nihilum abierit. An eadem eſt hodierno die apud Anglos Eccleſia Catholica, idem Presbyterium, idem Euchariſtiæ Sacramētum, Baptiſmus, Confirmatio, quæ fuerunt ante annos ſexaginta? nihil minus. At quamuis inter hæc & illa quoad rem ſignificatam non minor ſit differentia, quam inter diem & noctem, nomina tamen à vobis etiam adhuc retinentur, & Miniſtri veſtri presbyteri dicuntur, & panis Communionis, Euchariſtiæ Sacramentum, & reliquæ voces neutiquam deſierunt, etiamſi res penitus iam olim obſoleuerint. Quod ſi miſſis ſyllabis & voculis rem ipſam tractare volueris, tum demum id ego tibi confirmare auſim, maximam Euangelicorum turbam exemplo ſuo te ad tollendam penitus hanc Ieſu paſſionem incitare, imò maximum numerum & verbo & exemplo, adeoque & vita & morte te ad hanc veritatem nobiſcum contendam impellere. Lutheram quidem, quia in erroribus de Chriſto Papiſticis magis demerti eius crucem ſuis in templis erigunt,

erigunt,& imaginem colunt,& veritatem corporis in Euchariſtia credunt,propterea magis ab hac veritate vidētur abhorrentes;& tamen quum duos communis Chriſtianorum Symboli articulos, alterum antecedentem de incarnatione, alterum conſequentem de Aſcenſione re vera ſuſtulerint, quam apertam tibi præmuniunt viam, ne in interiecto articulo tu idem tentare reformides, quanquam illi primis labijs eum nondum ſonare deſierunt. Neque hæc eſt coniectura mea, ſed ipſorum fratrum & Cōminiſtrorum manifeſta eſt confeſſio,quam nec tu,ſaluo pudore,poteris inficiari. Sic enim Bullingerus, Ioſia Simlero recitante & approbante: *Manifeſtum eſt ex ſcriptis Brentij, Illyrici, & Andreæ Muſculi, eos ex Aſcenſione,euaneſcentiam ſeu diſparitionem facere, & nunc non pudet alios publicè hoc idem magna contentione aſſerere. Quid autem hoc aliud eſt quam Mahumeto viam ſternere? Eadem ſerie historia, deſcribunt Euangeliſtæ Chriſti Seruatoris noſtri Incarnationem, Paſſionem, Reſurrectionem, Aſcenſionem in cælum. Noui iſti Theologi ex Aſcenſione faciunt euaneſcentiam ſeu diſparitionem, & illis non videtur conuenire maieſtati Chriſti, vt illi tribuatur corporalis motus & locatio. Quid igitur obſtat, quo minus cum Mahumeto negent eum verè paſſum eſſe,ſed diſparuiſſe, & Simonem Cyrenæum pro ipſo crucifixum? Nonne paſſio & mors magis pugnant cum maieſtate Chriſti, quàm Aſcenſio in cælum? Si enim articulum fidei licet illis impunè ex ſimplici ſenſu in Allegoricum detorquere, qua facie ſe opponent alijs idem tentantibus?* &c. Nos vero alia longè abſurdiora colligimus, propter quæ Paſſionem Chriſti è Symbolo remouendam eſſe conuincimus, & tamen argumentum etiam Bullingeri non parum ad id efficiendum valet, vt ſemper animaduertas tuos Doctores præuaricari, atque illud efficaciter refellere, quod rudi plebeculæ, & ignaris Miniſtris putantur ſerio confirmare. Verum quidem eſt nobis fas eſſe figuratè interpretari paſſionem in cruce, eodem iure quo Lutherani figuratè exponūt aſcenſionem ad cælos, ſed non minus quoque verum eſt nobis id licere eadem ratione, qua Bullingerus ipſe & Caluiniſtæ figuratè intelligunt deſcenſionem ad inferos. Deſcenſionem enim hanc quam paſſioni, morti, & ſepulturæ, ſubijcit ſymbolum Apoſtolicum quam varijs modis eludunt Zuingliani; Zuinglio enim ipſi, Oecolampadio, & Bucero *infernus* hoc loco idem eſt quod *ſepulchrum*: eoque deſcendere nihil ſignificat niſi Chriſtum fuiſſe ſepultū, vel verè mortuum, Bullingero non aliter *deſcendit ad inferos quàm ad nos ex cælis deſcendit indies, ſpiritu*

Ioſias Simlerus in vita Bullingeri fol. 55.

Zuing. & Oecolamp. Epiſtol. lib. 1. par. 4 Bucer. in Matth. cap. 27. Bulling. in 1. Petr. cap. 4. Caluin. Inſtitut. lib. 2. cap

miniriem

16. §. 8. Carlil. li. impreſſ. Londin. anno 1582. Ibi fol. 140 Beza Apolog. 2. ad Claudium de Xantes pagin. 385. Confeſſ. Gallic. ann 1560. Confeſſ. Belgic. 37. articul. comprehenſa cui Synodus Dordraci ann 1578. præcipit omnes Hollandiæ Miniſtros ſubſcribere.

nimirum deſcendit, ſpiritu & virtute nobis adeſt, interim nemo putat corpus vel animam eius deſcendere: ita nec aliter quõdam deſcendit ad inferos, ad mortuos: At longe aliter Ioannes Caluinus, cui iſta refuranti *deſcẽdere ad inferos* poſt mortem & ſepulturam, eſt ante mortem, in paſſione diros *in anima* cruciatus *hominis perditi & damnati pertuliſſe*: Omnes (inquam) *in anima luiſſe pœnas quæ Deo vindice à damnatis in inferno expetuntur*, excepta earũm duratione ſempiterna. Quanquam poſt iſtos ſunt alij, (& horum longè maximus eſt numerus) qui varijs iſtis Magiſtrorum ſuorum expoſitionibus fatigati articulum hunc prorſus reijciunt, & ex Symbolo tanquã planè falſum expungendum eſſe contendunt. In hoc ordine ſunt permulti Angli tui, quorũ vnus Academicus Cantabrigienſis hac de quæſtione librum edidit, quo probat Chriſtũ nec corpore nec anima ad inferos deſcẽdiſſe, vbi contrariam opinionem in Symbolo Apoſtolico deſcriptam vocat *pernicioſam hæreſim*. Eodem inclinat Theodorus Beza, qui *per oſcitantiam* articulum hunc in Symbolum *irrepſiſſe* arbitratur. Idem ſentiunt Euangelici, Galli, & Hollandi, qui in ſuis fidei confeſſionibus articulum hunc prorſus omittunt. Hæc igitur tria Chriſtus *paſſus eſt*, Chriſtus *deſcendit ad inferos*, Chriſtus *aſcendit ad cælos*, quando omnia eadem ſerie & *tenore* hiſtorico vt rectè ait Simlerus, cum in ſymbolo veſtro credenda proponuntur, tum ab Euangeliſtis à Chriſto geſta deſcribuntur: & vnũ tollere, vel quod idem valet contra antiquum Chriſtianorum omnium ſenſum interpretari volunt Caluiniſtę, in alterum parem ſibi authoritatem & merito, vindicant Lutherani, de tertio idem nobis concedi par eſſe non tam nos inferimus, quam pro nobis inferunt (vti cernis) & nobis largiuntur Zuingliani. Quod vero ais eorum neminem, qui hoc modo litigant, paſſionem Chriſti reijcere, vel redemptionem ab eo factam negare, niſi ignorantia te excuſaret, grauiore verbo notanda eſſet hæc aſſeueratio tua. Quis enim inficiabitur Libertinos hoc eſt, Euãgelicę libertatis fortiſſimos defenſores eſſe exactè Euangelicos, qui nihil penè à vobis Zuinglianis differunt, niſi quod eorum in Euangelio fides eſt veſtra Zuingliana paulò purior & prouectior. Illi autem his ipſi regulis & exemplis magiſtrorum tuorum nitentes, quo iure Caluiniſtæ deſcenſum ad inferos, & Brentiani aſcenſum ad cælos, eodem & ipſi quoque paſſionem in cruce (ſed lõgè probabiliùs, figuratè, & metaphoricè exponunt, & realem illam in cruce mortem tanquam hominum delirantium inuentum irrident, & ne putes

hæc

hæc iocosè ab eis dici, à communibus veſtrum omnium hoſtibus Papiſtis terribilem mortem illatam non minus quam Lutherani, Caluiniſtæ, & Brentiani ſerio & fortiter pertulerunt. Et de vtraque tum fide eorum, tum morte locuples teſtis eſt Ioannes Caluinus. Sic enim ſcribit: *Libertini in eo conſtituunt redemptionem noſtram, quod Chriſtus ſolum typus fuit, in quo contemplemur ea quæ ad ſalutem noſtram requirit ſcriptura. Vtuntur quidem præclaris ſententijs, ac ſi virtutem eius vellent extollere, ſed eo redit omnis eorum oratio, quod Chriſtus fecit, aut paſſus eſt, tantum comœdiam aut hiſtrionicam actionem fuiſſe, qua myſterium ſalutis noſtræ figuretur. Nam Chriſtum fingunt velut imaginem aut exemplar, in quo figurata ſint ea quæ ad ſalutem noſtram requiruntur.* Scripturæ verò loca Chriſti mortem & paſſionem narrantia figuratè exponunt, idque veſtro prorſus more; *Chriſtus aboleuit peccatum, hoc eſt, Chriſtus abolitionē illam in perſona ſua repræſentauit.* Mortuus eſt, hoc eſt, mortem peccati & crucifixionem veteris hominis in nobis ſignificauit. Denique quod eſt extremum, idem Caluinus memorat Valencenis in Belgio à Papiſtis iſtorum aliquos *extremo ſupplicio affectos, quod dicerent Chriſtum in cruce morte non obijſſe.* Quæ omnia ita è principijs Caluinianę Theologiæ fluunt, vt ſtatim agnoſcas hos eſſe genuinos Caluini libros, & hunc riuulum ex eius Theologiæ fontibus manaſſe. Si enim Chriſtum merum hominem feceris, tota eius in carne Oeconomia nihil potuit eſſe aliud, quam Philoſophicū quoddam probitatis & virtutis exemplar. Si non fuit in eo dignitas, qua poſſet Deum promereri, ſi eius merito non ſaluamur, ſola ei relinquitur figurata quædā redemptio, vel redemptionis adumbratio, quumq; Magiſtri tui, Lutherus, Brentius, & maximè Caluinus ſublimia fidei veſtræ myſteria à Chriſto (vti Euangeliſtæ narrant) verbis clariſſimis expreſſa figuratè exponant, quis vitio vertet diſcipulis, ſi magiſtrorum veſtigia ſequantur, pręſertim in hoc capite, vbi multis eiſque manifeſtis & craſſis abſurdis, quæ ſupra percurrimus, à ſimplici verborū intellectu auocantur? At exiſtimas fortaſſe hanc ſectam in Eccleſijs veſtris eſſe raram & infrequentem. Imò neſcio, an aliquam habeatis latius diſperſam, & magis copioſam. Neque enim iſtis in more eſt, publicè per compita fidem ſuam vulgare, ſed occultè intra priuatos parietes ſerere, & quando poſtulantur à Magiſtratu, vehementer pernegare, quo fructuoſiùs vbi commodum eſt, latiùs eam diſſeminent. Namque & hoc habent caput inter reliquos fidei ſuę articulos admodum ſingulare,

Calui. Inſtructio aduerſus Libertinos cap. 17.

Ibidem.

In artic. Familiæ

Amoris artic 17.

gulare, quod coram Papiſticis Magiſtratibus, vel ijs qui ſunt alterius fidei, fidem ſuam poſſint diſſimulare, quia *margarita non ſunt proijcienda ante porcos.* Interim ſuperiùs oſtendi ex Ioanne Caluino, hanc fidem ſectamque in Flandria, Brabantia, Hollandia, omnibuſque Germaniæ inferioris regionibus eſſe longè lateque ſparſam. Oſtendi ex eodem in Francia nullum eſſe locum ab hac fide vacuum. Oſtendi Franciam habere *examina* non diſcipulorum, ſed *Doctorum* huic fidei propagandæ incumbentium, in quo ita profecerunt, vt ipſo Caluino teſte *horribile ſit auditu, quam illic infecta ſint omnia.* Sic enim loquitur, ſimulans ſibi moleſtum eſſe, quod fides noſtra & ſecta (quam ille neſcio vtrum contumelioſè, an potiùs glorioſè vocat Turcicam) in ampliſſimo Galliarum regno radices agat. Quod tamen non tam horribile eſt quam mirabile, ſi verum eius exortum animaduertis. Quum enim Caluinus fatetur eius *originem cœpiſſe à tribus vel quatuor Belgis adeò ignaris, vt nihil ſupra;* mirabile quidem eſt, quemadmodũ pauci contra plurimos, ignari contra peritiſſimos, abiecti & cõtempti contra illos maximos & potentiſſimos Eccleſiæ Romanæ Pontifices, Principeſq; hanc Alcorani clariſſimam veritatem ſeminare potuerint, niſi quod ſimplex veritas hominum & ſplendore, & multitudine, & doctrina, & elaborata facundia longè eſt potentior, & qui in Mahumete noſtro homine in diſciplinis liberalibus non enutrito, ad Alcoranum noſtrum per Aſiam & Africam promulgandum operatus eſt, idem quoque hos ignaros homines ſpiritu fortitudinis compleuit, vt in Europa idem opus molirentur. Quod ſi ex Gallia in Angliam traijcias, nullam illic inuenies prouinciolam, in qua ſecta hæc non peruagetur. Familiani enim vbiq; illic pullulant, qui Trinitatem negant, & Chriſtum Deum, & incarnationem tropicè interpretantur, paſſionem, crucifixionem, mortem realiter fateri non poſſunt; & hoc totum congregationis eius doctrina manifeſtò tollit tanquam otioſum Papiſtarum inuentum & in eorum ſymbolo (cuius profeſſionem & dilatationẽ Conſiliarij veſtri quum Miniſtrorum concionibus & Reginæ edictis retardare non potuerunt, incendio ad terrorem aliorum coërcere moliti ſunt) hij recenſentur inter reliquos antea à me enumeratos primarij articuli. 1. *Chriſtum non eſſe ſaluatorem mundi, ſed merum hominem.* 2. *Hominem peccatorem à Deo alienatum, eius gratiæ & fauori reſtitui, ſola eiuſdem Dei gratia & miſericordia abſque merito aut medio ſanguinis, mortis, aut paſſionis Chriſti.* 3. *De quo quæ in hiſtorijs Euangelicis narrantur*

Caluin. Inſtruct. contra Libertinos cap. 4.

Lib. contra Familianos in præfatio.

Stous in Elizabet. pag. 1195.

omnia

omnia ſunt nugæ, ſunt hiſtoriæ ab hominibus inuentæ & meræ fabulæ. Quo vno exemplo & veritas Alcorani noſtri à veſtrorum hominum multis millibus recepti eluceſcit, & eorum quoque in eadem tenenda diuina virtus, & heroica fortitudo, adeo vt ſi nobis ſuppeteret Foxus aliquis aut Criſpinus, qui Alcorani noſtri Martyres pro Euangelica Alcorani veritate à vobis trucidatos nominatim deſcriberent, Seruetos, Gentiles, Heluetios, Flandros, Anglos, nequaquam dubitem noſtros vel numero, vel doctrina, vel ſanctimonia, vel mirabili in martyrio perferendo fortitudine, futuros non ita multum Lutheranis & Zuinglianis inferiores. De martyribus tantum loquor. Nam ſi vnà comprehendere velim Confeſſores & Profeſſores eiuſdem in Anglia fidei, ſectam aliam (vt opinor) quamcunque plurimum ſuperaremus. Quoniam ab ipſis Miniſtris Anglicanis memoriæ mandatum eſt, valde *multos Miniſtros illic hanc fidem imbibiſſe, & ipſam quoque aulam Reginæ eadem religione eſſe imbutam.* Quod ſi ab Anglia in alias prouincias Euangelica fide præditas traieceris, illic item plurima millia eorum, quibus hæc eadem fides in intimis eſt viſceribus inſculpta, non poteris deſiderare. Nam & Polonos & Tranſſyluanos quoque qui in reliquis conſentiunt nobiſcum, & Chriſtum ψιλὸν nudumque hominem faciunt, eos in hoc item conſentire pluſquam probabile eſt. In Germania autem plurimi non tantum plebei, aut nobiles, ſed elegantiſſimi Scriptores, quorum fortaſſis princeps eſt Sebaſtianus Caſtalio, varijs editis libris, totaque Academicorum latiſſimè patens multitudo apertè hanc noſtram fidem complexi ſunt, veſtramque de Chriſti morte & paſſione ſententiam vel planè contemnunt, vel inter regulas leues & indifferentes numerant. Sic enim prædicant, vti commemorat Theodorus Beza: *Academici non maiorem in Chriſtianis de Chriſto requirunt fidem, quàm Mahumetana lex, quæ eum excellentem Prophetam, ſpiritum, verbum Dei profitetur. Et ſi credas Chriſtum eſſe Dei filium* (adoptiuum) *mundi Dominum ac Iudicem, de cæteris* (vti de morte & redemptione) *faciunt tibi poteſtatem credendi vt volueris, prorſus vt Mahumetes ait articulo ſecundo: Lex quidem ſiue fides omnium eſt vna, ſed ritus diuerſorum nimium diuerſi:* vtque elegans ille & politus Caſtalio ſcribit in libro, cui titulum fecit, *Quod non ſit in hæreticos gladio vindicandum,* quæſtiones iſtas *de Chriſti ſtatu & officio, quomodo ſit vnum cum Patre* (quibus tu fundamentum religionis Chriſtianæ contineri vis) *ad*

Lib. contra Familiam Amoris.

Beza de hæreticis à ciuili Magiſtratu puniendis pag. 42 43. 47.

ſalutem

ſalutem per fidem non vſque adeò neceſſaria ſunt. Siquidem ſine earum cognitione ſalui facti ſunt publicani & meretrices, neque ſi ſciantur, hominem reddant meliorem. Sic ergo & Lutherus cum ſuis Lutheranis, & Zuinglius, & Caluinus cum reliquis ad illud Euangelium adhærentibus, Academici, Libertini, Seruetani cum ſuis amplis in Anglia, Hollandia, Gallia, Germania, Tranſyluania cohortibus; partim occultis cuniculis, partim apertis viribus aliquãdo ſimiles Symboli veſtri articulos reijciendo alias hunc ipſum articulum artificioſè exponendo, aliquando perſpicuè irridendo & reſcindẽdo, probant huic articulo in fide Chriſtiana non eſſe neceſſarium aliquem locum vnaq; conuincunt eos, qui Chriſti & paſſionem, & redemptionem planè negant, non eſſe adeò in congregationibus Euangelicis paucos, quam tu ſuſpicaris. Certè ſi quis à primis Eccleſiæ temporibus incipiendo, omnes huius ſententiæ approbatores enumerare velit, & cum illis prioribus hos poſteriores copulare, etſi aliquando interrupta erit ſucceſſio, quemadmodũ in omnibus Euangelij veſtri dogmatibus proprijs contingit, tamen multò & copioſior, & glorioſior apparebit horum Euangelicorum ſeries & ordo, qui Chriſtũ in cruce mortuum cum Mahumete negauerunt, quam Foxus aut etiã Fulco, duo ex præcipuis Anglicanę Eccleſię defenſoribus, pro ſuæ Eccleſiæ vel Anglicanæ, vel etiam Geneuenſis à temporibus Apoſtolicis continuatione maximis ſuis, & fratrum quoq; laboribus contexere vel confingere potuerunt. Hæc enim opinio cum ipſis Apoſtolis nata, eorum ætate, à Simone Mago (quem vos per contumeliam vocatis Magum) ad ſuos diſcipulos Menandrum, & Menandrianos, ad Saturninum & eius ſectam, & deinceps ad Marcum, ad Valentinum, ad Cerdonem, ad Marcionem, ad Baſilidem, ad Lucianum, ad Colorbaſium, ad Manetem, ad Fauſtum Manichæum, & horum ſequaces quorum erat multitudo valdè copioſa, quique omnes in Eccleſia primitiua viguerunt: à quibus poſtea interrupto (fateor) aliquando certæ ſucceſſionis ordine peruenit ad Mahumetum. Deinde verò nunquam defuerunt plurimi, non dico homines aut Miniſtri, ſed ciuitates, prouinciæ, natiões quæ hanc fidem Alcorani noſtri amplexæ ſunt, à quibus ad Euangelicos tuos deducta, ab illis (vt vides) certatim tanquam ipſa Euangelij medulla arripitur. At verò & Foxus, & Fulco in primitiua Eccleſia quinam in potioribus & proprijs Anglicanæ, vel etiam Geneuenſis fidei articulis cum Eccleſijs iſtis conueniunt, multò reperiunt pauciores. Iouinianum enim, Vigilantium

Fox. Act. & monument. Ioan. Ful. contra Stapleto. de Eccleſ. Irenæus. Euſebius. Philaſt. & Auguſt. de hæreſib.

lantium, Aërium, Nouatum, Donatiſtas, & paucos alibi commemoratos, etſi veſtros eſſe fateor, voſque illos pro fratribus veſtris agnoſcitis, tamen ex parte tantummodo veſtri ſunt: in præcipuis dogmatibus fidem veſtram non tenent. In poſteriori verò Eccleſia, ſi illi veſtri ab annis mille omnibus ſuis vigilijs, ſudoribuſq;, & fratrum quoque ſubſidijs centum ſui ordinis integrè, pleneq; iuxta fidem Geneuēſem, aut Anglicanam fideles corradere poterint, nos pro illis centum centena (vt minimum) millia in aciē producemus. Adeò vt ſi amicitiam noſtram defugere, veſtramq; Eccleſiam quamcunq; (nullam enim Euangelicarum omnium excipio) cum noſtra ſeparatim comparare velitis, vel in hac ipſa materia de qua iam agimus: multò certè futura eſt illuſtrior, & ſplendidior ſucceſſio Eccleſiæ Mahumetanæ, quam Anglicanæ, quam Geneuenſis, quam Puritanæ, quam Anabaptiſticæ, aut ſi cuius alterius facere velis optionem. Quanto adhuc magis eniteſcet, & propoſitionis huius veritas, & argumenti quoque firmitas, ſi Eccleſiam tuam cum noſtra coniunxeris, & vtriuſq. doctrinam ad hunc de Chriſti morte errorem tollendum cōtuleris? Certè cum & innumeros habeas ſententiæ huius approbatores in omnibus regionibus vbicunque Euangelium veſtrum floret, & præterea quum hæc Euangelij veſtri adeò ſit genuina & germana ſoboles, quam ex tota hac tractatione intelligis, quum ad eam procreandam totius Euangelicæ prædicationis idæa, & forma, & argumenta, & generalis ſumma feratur, non eſt, non eſt cur tu (Samuel) ita pertimeſcas ad eam accedere, quę vna te & multò perfectiorem quàm nunc es, reddet Euangelicum, & quo te tota Euangeliſmi noui moles, ipſeque adeò Euangelicorum martyrum ſanguis tam potenter, & efficaciter inuitat.

ARGVMENTVM
CAPITIS XV.

Samuel valdè miratur hæc contra Chriſti paſſionem ex Caluini & ſimilium libris deſumpta, tanto magis, quanto ſemper iſti ſunt æſtimati magis illuſtraſſe honorem Chriſti, & vim mortis eius. Micheas autem oſtendit eos ſæpenumerò directè vim crucis, & honorem Chriſti extenuaſſe, aliquando tamen vafrè, & ſimulatè extuliſſe, vt eò facilius Chriſtianis ſimplicibus imponerét. Accedit deinceps ad externos paſſionis Chriſti effe-

ctus, quorum prior eſt in comparanda Eccleſia perpetuò duratura. In quo Caluinus ita Seruetum refellit, vt eodem argumento ſeipſum, ſuaſq́; Eccleſias Euangelicas omnes hæreſeos & Mahumetiſmi conuincat. Et hac ex parte in Mahumetis Synagoga efficacior fuit paſſio Chriſti, quã in congregatione Proteſtantium, qui annis plus quam mille nulla extitit ad Chriſti nomen prædicandum, vel à morte eius aliquem fructum recipiendum, quo toto tempore Mahumetis Synagoga floruit, & aliquo modo Chriſti nomen prædicauit.

CAPVT XV.

SAMVEL.

SANE non paruam mihi admirationem mouet hæc oratio tua. Ego enim ſemper firmiſſimè credidi noſtros homines hãc fidei partem ab omni corruptione ſartam tectam quam diligentiſſimè conſeruaſſe. Non ignorabam eos de alijs pugnare acrius, in hoc vero nihil putabam interceſſiſſe diſſidij, maximè quia videbam noſtros, eos ipſos, ex quibus tu multa ſumpſiſti, de hoc paſſionis Chriſti articulo egregiè per eos illuſtrato potiſſimum ſolitos triumphare. Quum ex Anglia per Germaniam huc ventitarem, vidi proſtare in nundinis Francofurdenſibus venalem imaginem Martini Lutheri cum hac inſcriptione: *Diuinum atque admirabile vaticinium D. Ambroſij & Auguſtini de tempore & aduentu S. Lutheri, quo contra Antichriſtum Romanum ſcribere cœpit, vt in literis huius verſiculi numerum anni repræſentantibus continetur, quod eſt apud Chriſti fideles admiratione, & notatu dignum.*

TibI CherubIn & SeraphIn InCeſſabILI VoCe ProCLamant. Cuius verſiculi literæ numerum ſignificantes ſimul iunctæ
1517. cõficiunt verè 1517. quo primum anno domini Lutherus prædicare cœpit. Sed ſiue hoc verſu prænuncietur diuiniſſimos illos Angelorum ordines inceſſabili voce Lutheri laudem proclamaſſe, ſiue Luthero incipiente contra Papam ſcribere, tum demum Angelos, qui prius conticuiſſe videbantur, de integro in laudem Dei erupiſſe; totum hoc Lutheri præconium cuiuſcunque generis ſit, ex eo pendet, quod Lutherus ſepultum antea Chriſti paſſionis meritũ in lucem extulit, & veram hominum fidem in ea ſola defigendam inſtaurauit, & Romanum

Pontifi-

Pontificem ea ratione probauit eſſe Antichriſtum, quia huic fidei & gloriç Chriſti erat aduerſarius. Atque hoc potiſſimum in Luthero ſuſpiciunt omnes ſiue noſtri, ſiue Lutherani. Hanc ob cauſam Hiſtoricus noſter inſignis Ioannes Foxus Lutherum vocauit *alterum Phœbum clariſſimè fulgentem, qui diligenter reuocauit hominum mentes ad filium Dei, & cum Ioanne Baptiſta digito commonſtrauit agnum Dei qui tollit peccata mundi, cuius propterea Lutheri aduentus multis Prophetijs & viſionibus prædicebatur.* Propter hoc Lutherus ipſe ſibi valdè placuit, vt quanquam alijs in rebus non multum ſibi arrogaret, *illud tamen quod eſt doctrinæ Chriſtianæ caput, totiuſq; Scripturæ ſumma, nempe articulum iuſtificationis ſeu remiſſionis peccatorum per crucem Chriſti, ita* (inquit) *tractaui, vt in Domino gloriari auſim cum S. Paulo: Etiamſi imperitus ſim ſermone, ſed non ſcientia.* Et Ioannes Caluinus idcirco neceſſitatem quandam ſibi ſuiſque impoſitam fuiſſe putat in Eccleſiam irrumpendi, eamque reformandi, quia antequam ille hoc munus capeſſeret, *proſtrata iacebat Dei gloria, obrutum redemptionis beneficium, hominesſque exitiali operum fiducia alibi quàm in Chriſto ſalutem quærebant.* Quibus malis illum præſens attuliſſe remedium ſemper exiſtimabam, quam opinionem ægrè quidem poſſum deponere, ita iam nunc recordor & illum & alios interpretes quos ſolebam legere, in beneficio Chriſti amplificando admodum eſſe ſedulos & diligentes. MICHAEAS. Beneficium Chriſti quãtum velint amplificare, vt item Moyſis & aliorum Prophetarum, per me quidem ſemper licebit. Illud tantummodo cauendum eſt, ne loco corporis arripiant vmbram, & pro veris beneficijs falſa & adulterina commendent. Et tamen fieri poteſt, vt tu hæc non adeo diligenter attenderis. Sæpè item vſu venit, vt amore præoccupati vitia quoque amicorum vel non aduertamus, vel prætereamus, vel etiam probemus, aut ſaltem in bonam partẽ interpretemur. Ego certè qui nunquam animo ſeligendi deteriora, Euangelicorum libros peruolutaui, ſed communi ſtudioſorum more percurri, hæc & alia pleraque his tetriora animaduerti. Alij verò & ij non Papiſtæ, ſed Euangelici, & tales quibus nonnulla ſuppetebat occaſio iſta accuratiùs obſeruandi, teſtantur ſe in Doctorum tuorum Commentarijs longè aliam notaſſe ſcribendi figuram, quam tu commemoras, quòd ego multorum teſtimonijs tibi poſſem confirmare, ſi eſſet operepretium, aut res dubia magnopere probationem requireret. Sebaſtianus Caſtalio loquens de Beza, qui nouum Te-

Fox. in Act. & Monument. pag. 404. edit. an. 1563.

Lutherus Tom. 4. præfat. in Ionam Prophetam.

Caluin. lib. de neceſſitate reformandæ Eccleſ. pag. 71. inter Tractatus.

ſtamentum è Græco in Latinum transferens aliorum verſiones nimis auidè carpebat, vt ſuam redderet illuſtriorem, longè diuerſam ab hac tua concipiebat opinionem. Agens enim de loco quodam Apoſtoli Pauli, vbi is per Christi mortem *corpus peccati deſtructum* aiebat, Beza non *deſtructum*, ſed *eneruatum* vertebat: *Hic* (inquit ille) *Beza veterem interpretem reprehendit, & Eraſmum, & me, qui vertimus deſtruatur vel aboleatur. Non vult hic homo peccatum à Chriſto aboleri, ſed eneruari In quo primum ipſe ſecum pugnat.* 1. Pet. 4. *Deinde Chriſti beneficium plane eneruat, id quod eum multis alijs in locis facere animaduerti.* Hic ergo vidit Bezam *multis in locis* ipſum ſacrarum literarũ textum corrumpere, vt Chriſti beneficium extenuaret. Quanto eſt probabilius eum in ſuis commẽtarijs illud audacter commiſiſſe, vbi interpretis religione ſolutus, liberè poterat pro ſua voluntate expatiari? Hoc ipſum ſæpè in Martino Luthero notauit Zuinglius, vbiq; in Zuinglianis obſeruant Lutherani, quorum frequentibus Synodis hoc teſtatum eſt. Quoties in Synodo Maulbrunenſi ad reconciliandos Miniſtros Ducis VVirtembergenſis, & Comitis Palatini Principum iuſſu coacta, & à VVirtembergenſibus poſt in lucem emiſſa, inculcatur, Palatinos *Chriſto præ cæteris Sanctis nihil diuinæ gloriæ relinquere?* eos Chriſtum *de throno diuinæ maieſtatis detrahere*, eos *nudum nomen & appellationem ſummæ maieſtatis tribuere, reuera autem nihil*? Qui denique propter hanc cauſam eos Chriſtianorum nomine indignos decernunt, & omnem illis tanquam in Chriſtum contumelioſis communionem fraternam renunciant. Quid veſter præcipuus Apoſtolus Huldericus Zuinglius? qui illud Chriſti factum, in quo Chriſtiani maximè eius diuinitatem eluxiſſe affirmant, reſurrectionem videlicet, ita infirmat & deprimit, vt Dauus Terentianus eo quo Chriſtus modo reſurgere, vel vt Zuinglius ſcribeus contra Martinum Lutherum verbatim loquitur; *Craſſus Lutheri prætor rubris indutus caligis eo modo quo Chriſtus monumento exiuit, egredi potuerit.* Num iſti homines in factis Chriſti amplificandis admodum occupantur? Sed quid ego iſta? quaſi aliquam probationem firmiorem, aut aliquos locupletiores teſtes producere poſſim, quàm quos ſuperius produxi, Bezas, Zuinglios, Lutheros, Bullingeros, Caluinos, Martyres, à quibus omnia quæ diximus, ſimpliciter & planè deſumpſimus. At varijs in locis Caluinus & Caluiniſtæ beneficium Chriſti ſplendidè exornant. Prudenter ſanè, idq; ego vehementer laudo. Quantæ enim eſſet fatuitatis in re adeo

Caſtalio defenſio. ſua tranſlationis. pag. 192.

1. Corin. 15. verſ 26.

Epitome Colloquij Maulbr. ann. 1564. in præfat. Ibi pag. 24 Ibi pag. 82.

Apologia. Anglica.

Zuinglius Tom. 2. reſponſio ad Lutheri librum de Sacramento. fol. 465.

noua

noua & ancipiti, & Chriſtianis auribus inuidioſa, de repente quod opineris totum ſimul effundere, quod pariturum erat & tibi graue multorum odium, & à te certam multorum alienationem, & cauſæ quam prouehere intendis maximum detrimentum! Illud quoq; expendas velim hanc eſſe vulgarem omnium Euangelicorum conſuetudinem, vt ab eo auerſos ſeſe ſimulent, quod tamē acerrimè conſtabilire moliuntur. Nunquid annotaſti quod Theologi VVirtembergenſes de Palatinis vſurpant, eos quum præ vulgaribus Sanctis in Chriſto nihil excellens agnoſcant, ei tamen *nomen & appellationem ſummæ maieſtatis tribuere?* Ecquid quod Caluinus de Libertinis ait, qui tamen euidentiſſimè, & mortem, & paſſionem, & redemptionem, & incarnationis omnem effectum, imò qui incarnationem ipſam funditus tollunt? *Vtuntur* (inquit Caluinus) *præclaris ſententijs ac ſi virtutē eius vellent extollere* Quin etiam eodem in loco, vbi quā verè neſcio, perſpicuè certè aſſeuerat *ſectam eorum totam adeò eſſe ſceleratā, prodigioſam, ac belluinam, vt nemo ſana mente præditus, ſine horrore de ea cogitare poſſit*, ibi docet eos *magnificis & ſplendidis admodum verbis vti, vt regenerationem extollant, ſi Dei ſumus, veterem hominem in nobis crucifigi oportere, veteremq; hominem interire, & mortificari carnem noſtram. &c Vt in ipſorum verbis nihil poſſit reprehendi, vt nec Angeli ipſi meliùs loquerentur.* Meminiſti quibus gradibus magnus ille Euangelij veſtri Princeps Aurangius in Germania inferiore ad prouinciam eam à Rege Hiſpaniarum eripiendam proceſſerit? Multis nimirum annis vſque adeò ſe Regiæ Maieſtatis ſubditum, & ſummè Catholicum aſſeruit, vt etiam quū varias ſub Albano Duce eius regionis Præfecto Regio, vrbes contra Regem occuparet, & commiſſis ſæpenumero prælijs Regios Gubernatores ex vrbibus eijceret, tum quoque ſe pro Rege, & religione pugnare diceret, & in vexillis militaribus ſe bellum gerere vt *pro lege & grege*, ſic etiā pro *Rege* inſcriberet. Deinceps pro Rege Gubernatorem ſe Hollandiæ Zelandiæq; vocauit, *Regioq; & nomine, & ſigillo, & diplomate* vſus Monaſteria euertit, fundos Eccleſiarum vendidit, Templa diruit, Catholicam fidem extinxit, factaque contra Auſtriacum Regis fratrem conſpiratione, eumq; ex omnibus prouincię illius vrbibus profligans, Matthiamq; Archiducem ſub cuius vmbra deliteſceret, & Monachiam ſuam conſtitueret, Auſtriaci loco ſupponens, ne tum quidem Regij nominis prætextum amouit, imò tum ſe fideliſſimum Regis Philippi ſubditū vocauit, hæc omnia à ſe fieri libris, & edictis teſtatus

Caluin. Inſtruct. contra Liberti ca. 1. Ibi cap. 18.

Franciſ. Vllo. Commentario de Flandria.

Digitized by Google

Hiſt. Belgica impreſ. Francofurt. an. 1583.

ad conſeruandam Catholicam religionem Romanam, & obedientiam Regiæ maieſtati debitam. Quare non eſt cur hoc vulgare artificium te in fraudem inducat, Eſt enim nimis magnæ ſimplicitatis ſpecioſis verbis alicubi ingenioſè poſitis abduci, & totum orationis filum non attendere, vnius Euangelici certa loca mirari, eiuſdem autem loca plura aure ſurda præterire, plurimorum Euangelicorum conciones, perſuaſiones, exempla, facta non expendere, totius denique Euangelij vim, ſcopum, exitum non multò magis conſiderare. Cæterum Lutherus, Caluinus, Zuinglius, & reliqui quam egregij ſint crucis Chriſti, & redemptionis per eam partæ buccinatores, altera parte diuiſionis, quæ adhuc tractanda reſtat illuſtrabitur. Ita enim vim & energiam paſſionis Chriſti in duas quaſi partes diſtribuimus, vt eam primò per ſe, & tanquam virtute & momento ſuo libraremus; deinceps vero eandem æſtimaremus ex effectis externæ ad alios profluentibus. Hoc enim duplici quaſi lydio lapide in cuiuſque rei excellentia eruenda & dijudicanda vtimur. Eſt enim Princeps bonus, primum multis politicis & moralibus virtutibus ipſe quidem ornatus, qui deinde lumen prudentiæ ſuæ ad alios rectè gubernandos diffundit, & ſol non ſolum incita virtute & pulchritudine animos ſapientum delectat, ſed etiam quia radios & calorem emittit ad hominum vſus, & terram frugum ſtirpiumque abundanti varietate complendam. Hanc duplicem proprietatem in rebus naturalibus attendimus, eādem in artificioſis laudamus, eandem in hoc omnium operum & myſteriorum diuinorum (ſi Chriſtianis fidem habemus) diuiniſſimo neceſſe eſt vt curioſè & ſolicitè ſpeculemur. Si igitur à Chriſto ipſo ad Chriſtianos, quorum gratia natus & mortuus dicitur, abieris, mors hæc effectrix cauſa ponitur duplicis vtilitatis, & vtriuſque perinſignis, altera eſt, quod morte ſua Eccleſiam ſibi ampliſſimam per vniuerſum terrarum orbem comparauerit; altera quòd eandem Eccleſiam è multiplici ſeruitute redemerit vel potiùs (ſi propriè, & iuxta Euangeliſtarum tuorum ſenſus loqui velis) liberauerit, & ſanctificauerit, æternæque beatitudinis hæredem effecerit. *Hoc enim* (inquit Caluinus) *de Eccleſia neceſſarium eſt credere; niſi & otioſam facere velimus mortem Chriſti, & pro nihilo ducere quicquid in ſymbolo de Chriſto refertur.* Quædam alia à veſtris confusè aliquando & tumultuosè profeſuntur, ſed quoniam hæc ſunt præcipua, ad quæ reliqua non difficile eſt reuocare, quo breuior ſim, hæc tantum duo perſequar, eaq; ſi refutauero, reliqua ſua ſponte collabentur.

Caluin. in Catechiſ. Geneuenſ. tit. de fide.

labentur, & manifeſto conficietur, mortem Chriſti, vt in ſe non adeò magni erat prætij atque excellentiæ, ſic quoad alios extrinſecè perexigui fuiſſe commodi & valoris. Et priorem quidem effectum, Eccleſiam nimirum, quam Chriſtus ſangui ne ſuo comparaſſe dicitur, vos ipſi & libris & concionibus adeo continenter refellitis, vt operepretium non putem in ea paulo diutius immorari, quando etiam ſuperius ſparſim de hoc multa interiecta ſunt: vnico tamen verbulo veſtrum non tam errorem, quàm (ſi ſeriò ageretis) inſaniam, & ſimul hoc ipſum quod de Eccleſia intendo, demonſtrabo. De Serueto Simlerus ſcribit, quòd *cum diu inter Mahumetanos & Iudæos verſatus eſſet, non modo in doctrina de Deo, ſed in omnibus penè religionis noſtræ dogmatibus monſtra quædam opinionum ex Mahumeticis & Talmudicis delirijs confinxit* (Sic enim veſtrum quibuſdam in more eſt de expreſſa Dei veritate loqui) *quæ tamen reſtitutionis Chriſtianiſmi titulo ornare auſus eſt, &c.* Collegit quidem homo ille doctiſſimus, atque idem ſanctiſſimus martyr ex Alcorano noſtro & libris Iudæorum aliquam verã de Deo & religione doctrinam, quam quia primorum Chriſtianorum ſinceram fuiſſe fidem non dubitabat, *reſtitutionem Chriſtianiſmi* vocauit, non aliter quàm vos ſinguli in ſingulis regionibus doctrinam veſtram *renaſcentis Euangelij* nomine honoraſtis. Etſi autem Ioannes Caluinus quem argumentis Theologicis non poterat, gladio Magiſtratus refellendum curauit, veritatem tamen non extinxit, quam & Seruetus medijs in ignibus ſanguine ſuo fortiter obſignauit, & cuius ex ſchola cineribuſque *numero agmina* diſcipulorum eandem *reſtitutionem* propagantium exorta ſunt, & propter cuius mortem innumerabiles Euãgelici Ioannem Caluinum tanquam alterum Papam, & Geneuenſem Eccleſiam tanquam *nouam inſtauratæ Papiſticæ crudelitatis officinam* exhorruerunt, & ad eandem *Chriſtianiſmi reſtitutionem* amplectendam vehementer commoti ſunt. Dicebat Seruetus è mundo multis iam ſæculis exulaſſe veram Eccleſiam, Euangelicam veritatem nuſquam comparuiſſe, ſe iam diuinitus excitatum, vt eam multis annis incognitam mundo reuelaret. Quid ad hæc Ioannes Caluinus? Inclamat cælum & terras & maria Neptuni, quod *Seruetus Mahumeti inſtar cum noua & priùs incognita reuelatione noui mundi inſtaurator ſurgat. An non hoc eſt,* (inquit Caluinus) *quicquid Chriſtus adeptus eſt gloriæ exinanire?* O admirabile Caluini acumen. Quod in omnibus Euangelicis regionibus adeò eſt contritum & inueteratum,

Ioſias Simlerus de æterno Dei Filio lib. 1. cap. 1.

Caluin. contra errores Serueti pag. 816. 862.

Simler. ibid.

Beza lib. de hæret. à ciuili magiſtra. puniendis pag. 4. 5.

Caluin. contra Seruetum. pag. 905.

Digitized by Google

Pantaleon de viris illuſtribus Germaniæ parte 3. in Ioann. Oecolamp. Balæus Centur. 8. de ſcriptoribus Britannicis. pag. 678. 657.

vt nihil magis, quod Geneuæ Caluinus, Tiguri Zuinglius, in Saxonia Martinus Lutherus, in Sueuia & Ducatu Luneburgi Vrbanus Regius, in Dania Pomeranus, in alijs regionibus alij vel ſibi arrogarunt, vel à diſcipulis oblatum non recuſarunt, vt puræ & incognitæ prius religionis inſtauratores atq; Euangeliſtæ dicerẽtur, id in vno Serueto eſt nefarium & flammis vltricibus vindicandum. Baſilienſes Oecolampadio monacho quodam Brigittenſi poſtea vxore ducta Euangelij apud eos Concionatori hoc epitaphium in Eccleſia Cathedrali poſuerunt: *Ioannes Oecolampadius Theologus &c. author Euangelicæ doctrinæ in hac vrbe primus & templi huius verus Epiſcopus.* vt item vos Angli aliàs Latimerum, aliàs Tindallum vocatis *verum Anglorum ætate noſtra Apoſtolum.* Si Seruetus *Mahumetus ſit, quod cum noua & incognita reuelatione mundi inſtaurator ſurgat*, & Tindallus, & Latimerus & Oecolampadius, & Huldericus Zuinglius, & Martinus Lutherus, & ipſe inprimis Ioannes Caluinus totidem Mahumeti ſunt, qui in mundum nouam doctrinam mundo prius incognitam inuexerunt, quo facto *exinaniunt quicquid gloriæ Chriſtus adeptus eſt.* Quod ſi iſti Mahumeti ſunt, conſequens eſt Zuinglianos, Lutheranos, & Caluiniſtas, & quicũq; Martinum Lutherum, Huldericum Zuinglium, & Ioannem Caluinum audiunt, eorumq; decretis obtemperant, eadem ratione eſſe Mahumetanos Sin vero in iſtis ſingulis hoc ſit glorioſum, & Apoſtolicũ, quantæ cæcitatis & dementiæ eſt, factum hoc in Serueto tanquam impium & Chriſto iniurioſum reprehendere? Certiſſimum quidem eſt quod & mox patebit euidenter, hoc Ioannis Caluini fundamento poſito, omnem Chriſti gloriam, totam incarnationis Oeconomiam, totam paſſionis virtutem longè magis à Ioanne Caluino, quàm vel à Serueto, vel à Mahumeto exinaniri. Audiamus enim quemadmodum is Seruetum, & in Serueto ſeipſum (quod illi ſolenne eſt) refellat. *Quod Seruetus diuturnum fingit Eccleſiæ è terris exilium, in eo Deum palam mendacij coarguit. Eccleſiam fingit ab annis mille ducentis & ſexaginta fugatam è mũdo fuiſſe. Nos certè è ſplẽdidis ſedibus fuiſſe eiectam fatemur, ſed ita vt electas à ſe reliquias admirabili gratia ſeruauerit Dominus, hoc nũquam Seruetus negauit. Alioqui mentitus foret, qui aliquem ſibi populum in terra fore promiſit, quamdiu ſol & luna in cælo fulgebunt. Scimus quid de æterno Chriſti regno paſſim teſtantur Prophetæ. Prædicunt fore, vt dominetur ab ortu vſq; ad occaſum, & eius hæreditas ſit terrarum orbis. Nunc ergo populo eum priuare, qui nomen eius celebret, perinde eſt,*

Caluin. vbi ſupra.

de eſt, ac ſi abſciſſa eius parte ipſum in cælo mutilum includere tē- Epheſ. 1.
temus. Non enim fruſtra dicitur Eccleſia eius complementum, verſ. 23.
nec ea quidem Angelica vel cæleſtis, ſed quam in hac mundi pere-
grinatione fouet, ac præſidio ſuo tuetur. Itaque vere & prudenter
Auguſtinus, niſi Eccleſiæ ſuæ coniunctus ſit Chriſtus, non ſecum
afferre, quod illi à Prophetis tribuitur. Scitè etiam alibi colligit,
qui Eccleſiam interiiſſe volunt, tam non eſſe eius membra. Hæc
ego non ſine moleſtia recenſeo. Etſi enim his contentionibus
aſſuefactus funditus ſtomachum perdidiſſe mihi videor, ta-
men quum in hæc adeò præpoſtera & vulgata argumenta à tā
glorioſis Euangeliſtis iactata incido, non poſſum non aliquā-
tulum commoueri. Quis enim non indignetur, ſi videat vete-
ranum aliquem militem poſt magnificas de ſuis victorijs vbi-
que partis gloriationes adeò imperitè cum aduerſario cōgre-
di, vt quocunque ictu aduerſarium petat, ſeipſum etiam con-
figat, & eodem quo hoſtem conficit vulnere, ipſe quoque pro-
ſtratus concidat? Hic enim habemus Auguſtinos, ſi Serueto
infeſtos, Caluino certè multò infeſtiores. Habemꝰ crambem
illam recoctam Eccleſiæ auctoritatem, ſupremam Euangeli-
corum contra ſuos coeuangelicos anchoram, qua ſi Ioannes
Caluinus ſuam cauſam dijudicari velit, actum eſt de Euange-
lio, actum eſt de Ioanne Caluino multò magis quam de Ser-
ueto. Ait enim Seruetus mille ducentis annis exulaſſe è mun-
do Eccleſiam. An verò ea non eſt communis Caluini & om-
nium Caluiniſtarum cantio, niſi quod aliqui mille tantū an-
norum exulem prætendunt, qui tamē quum Eccleſiam ſuam
diligenter inueſtigant, nec in mille trecētis annis vſpiam quo-
cunque in terrarum angulo reperiunt: Nonne Caluinus hoc
ipſo in loco tantundem fatetur, quum inuiſibilem commini-
ſcitur, & ad electas à Domino reliquias admirabili prouiden-
tia conſeruatas, nulli autem mortalium cognitas miſerabilis
præuaricator confugit, & quas Seruetus nunquam adeò in- *Funccius*
ſulſus & inſanus fuit, vt negaret? *Samoſatenus* (inquiunt Chro- *in Chrono-*
nologi veſtri) *primus ex Epiſcopis fuit, qui Chriſtum blaſphemi-* *log. libr. 6.*
is inceſſit, dicens eum ex Maria ſumpſiſſe initium, quumque in *an. 26. Ba-*
Apocalypſi dicatur, quod Eccleſia vera 42. menſibus vel (quod *læꝰ in Act.*
idem eſt) 1260 à Gentibus conculcari debebat, quod vtiq; in An- *Rom. Pon-*
tichriſti regno fieri oportuit, ab hoc anno Domini 261. eius regni *tific. lib. 7.*
ac temporis initium ſumendum arbitror. Hæc hæreſis omnium pe- *in Leon. 10.*
ſtilentiſſima Chriſtum æternum Dei Filium negans, per Arrium *Geneuen-*
& Antichriſtum Papam, in hodiernum ferè diem eſt adaucta. *ſem vnde*
Quam eſt ergo hæc pudenda in Caluino ignorantia id Serue- *poſtea c. 19.*

Digitized by Google

to probri loco obijcere, quod & à Theologis, & à Chronologis veſtris pro re adeo explorata ſumitur, & quod eſt Euangelij veſtri caput & colophon. Quo enim iure vos ad Eccleſiam hanc nouam noſtra ætate ædificandam acceſſiſtis, niſi quia prior omnino diſturbata corruerat? Quare ne in notiſſimis, ijſque iam antea conceſſis & probatis iterum comprobandis ridiculè, & orationem & tempus conſumam, hæc ſit concluſionis ſumma, eaque ex Caluini fontibus hauſta, eiuſq; iudicio confirmata; Si illi qui negant Eccleſiam in terra viſibilem Chriſti nomen celebrantem, ab ortu vſque ad occaſum diffuſam, omnibus temporibus quamdiu Sol & Luna in cælo fulgebunt, Chriſti præſidio in hoc mundo conſeruatam, hoc qui inficiantur, ſi Deum inſimulant mendacij, ſi abſciſſa Chriſti parte eum mutilant, ſi Chriſti & Eccleſiæ membra non ſunt, ſi Chriſto detrahant ea quæ Prophetæ tribuũt, & propter quę Prophetæ, iuxta veſtras interpretationes eum incarnatum & mortuum dicunt, certè vos Deum inſimulatis mendacij, vos Chriſtum conciditis & mutilatis, vos Eccleſiæ membra non eſtis, vos alium quam Prophetæ deſcribunt Chriſtum vobis fingitis, denique vos Chriſtum incarnatum & paſſum negatis. Ea ſiquidem, ex quib. ita contra Seruetum concludit Caluinus, vniuerſa in te (Samuel) tuoſq; magiſtos veriſſimè quadrant, qui tot ſeculis nullam Chriſti in mundo Eccleſiam magis quam Seruetus agnoſcitis, ideoque tot ſeculis nullum eſſe hac ex parte Chriſti incarnationis & paſſionis effectum aſſeritis, imò ſi qui Chriſtum docent nõ eſſe æternum Dei filium, iſtorum ſcelerũ ſunt rei, vos hodierno etiam die in ijſdem blaſphemijs perſiſtitis, vtpote qui Chriſtum non eſſe æternũ Dei Filium varijs libris & argumentis oſtenditis, ideoque nec hodierno die Eccleſia Chriſti apud vos ob hãc rationem exiſtit. Ex altera autem parte Eccleſia noſtra Mahumetana quacunque Euangelicorum congregatione magis eſt Chriſtiana, & plures Chriſtianæ doctrinæ numeros aſſequuta. Nõ dico magis vera, magis diuina & perfecta, ſed magis Chriſtiana, magis Apoſtolica, magis Euangelicis & Propheticis oraculis congruens, Chriſtique gratiam, virtutem & amplitudinem magis commendans. Noſtra enim his mille annis in mundo clariſſimè reſplẽduit, quum veſtra in abditis angulis deliteſcens nuſquam comparuerit, noſtra toto hoc tempore nomen Chriſti celebrauit, & tanquam omnibus Prophetis celſiorem coluit, & vt ſapientiam, & ſpiritum, & mentem Dei Patris, & Iudæorum Meſſiam venerata eſt, quum interim apud vos ne gry quidem de

dem de Chriſti laudibus ſonuerit,& nuper poſtquam eius nomen vſurpare cœpiſtis, indignis contumelijs illud perpetuò contaminaſtis. Noſtra Eccleſia & hanc de Chriſto doctrinam, & alia permulta Euangelij capita de vno Deo, de baptiſmo, de quadrageſima, de coniugio Miniſtrorum, contra idololatriam, contra cultum imaginum, &c. in plurimis mundi regionibus, in Europa, in Aſia, in Armenia, in Græcia, in Perſide, in tota Africa publicauit, quum veſtra Eccleſia in nulla ciuitate, nullo pago, nullo tugurio orbis vniuerſi vocem emiſerit. Denique noſtra Eccleſia ita fundata eſt, tantaque pace & vnitate floret, vt probabile ſit in æternum ſtaturam, *quam diu ſol & luna in cælo fulgebunt*: at veſtra tot ſectis & ſchiſmatis dilacerata in partes, tot mutationibus expoſita, ex libidine Regulorum & Comitum, & promiſcua multitudine pendens, incerta, omnis ordinis & formæ politicæ expers, cum luna creſcens & decreſcens, in dies ſingulos minatur ruinam. Quare noſtra Eccleſia his omnibus Propheticis & Euangelicis notis conſpicua, magnam habet cum Chriſto communionem, & aliquem demonſtrat eius incarnationis & prædicationis effectum, quum veſtra nihil omnino huiuſcemodi poſſit ſimulare. Ergo & mille ſuperioribus annis prorſus inanis & inutilis fuit (ſi veſtram doctrinam admittimus) Chriſti paſſio quoad Eccleſiam Euangelicè Chriſtianam; & noſtro tempore quum Eccleſia tãquam à morte ad vitam reuocata veſtris laboribus prædicatur, tamen gratia Chriſti per hanc mortem Eccleſiæ impartienda propter infinitas veſtras contra Chriſtum hæreſes minus in veſtra congregatione, quam in noſtra eniteſcit, vt ad Chriſtianos nihil magis vtilitatis ex hac acerbiſſima Chriſti morte profluxerit, quam ſi nunquam mortem oppetijſſet, ſed perpetuo manſiſſet in vita, vti nos credimus.

ARGVMENTVM
CAPITIS XVI.

Michaus alterum mortis Chriſti effectum explicaturus & probaturus, eum iuxta Proteſtantes fidelium nec liberatorem fuiſſe, deſcribit ex Chriſtiana Theologia ſeruitutem æternæ pœnæ & peccati (cuius appendix eſt ſeruitus legis & diaboli) quæ homo ante Chriſtum obligabatur, & vt Chriſtus ab ijs Eccleſiam &

Digitized by Google

ſiam & Chriſtianos ſuos liberauiſſe iuxta Chriſtianam Theologiam credatur: à ſeruitute nimirum peccati, vetera peccata delendo & gratiam ſanctificationis ſuorum mentibus infundendo, vt legem implere poſſent, quæ eadem ratio ſeruitutem pœnæ, & legis, & diaboli tollit. Vbi ſimul vera differentia legis & Euangelij cum Proteſtãticæ opinionis refutatione exponitur. Ex Proteſtantium autem doctrina generali, quæ ſtatuit hominem nunquam vere liberari à peccato, nunquam verè ac intrinſecè ſanctificari, ſed ſola imputatione, cùm verè perpetuo in omnibus actionibus peccet, ſequitur Chriſtum verè non fuiſſe liberatorem, vtpote qui verè nec liberauit à ſeruitute peccati, nec à maledictione legis, nec ab imperio diaboli, nec ſanctificauit cultores ſuos, nec eos reconciliauit Deo, nec verè ſolideq; aliquem effectum præſtitit talem, qualem officium redemptoris vel liberatoris requirebat: ex quibus concludit melius eſſe Turcicè mortem eius omnino negare, quam Caluiniſticè morti eum crudeliſſimæ, nullum in finem addicere.

CAPVT XVI.

AT alter opinor effectus multò vberior eſt & redundantior. Nam quamuis Eccleſiam exilem, eamq; quadringentis aut quingentis ad ſummum poſt eius Aſcenſionem annis deſiturã morte tam infanda acquiſiuit, illi tamen Eccleſię mirabiliter profuit, eamque perfectè liberauit & ſanctificauit, regnique cæleſtis adeundi pleniſſimum ius contulit, vt quamuis verè, propriè, perfecteque, redemptor non fuerit, propriè tamen abundè pleniſſimeque liberatoris partes officiumque peregerit. Hoc vtrum ita ſit nec ne, ita ſciemus, ſi quo genere ſeruitutis Chriſtiana Theologia doceat humanum genus fuiſſe oppreſſum ante Chriſti paſſionem conſideremus. Huius quidem rei explicationem commodius & eruditius ſcio facere poſſet Ludouicus: ſed ego breuitatis cauſa cum bona illius venia in me ſuſcipiam, liberam interim cõcedens illi poteſtatem vt corrigat ſi quando à Chriſtianorum decretis aberrauero. Illi itaque duplicem ſeruitutem, & vtramq; grauiſſimam memorant à diabolo inuectam: alteram peccati, cuius miſertima ſeruitute homines detinebantur, alteram pœnę, quę ſempiterna ab hominibus erat expetenda propter peccatum, & vtraq; hæc cauſa ſummum dabat Satanæ in homines imperium atq; dominatum. Primam

ſerui-

ſeruitutem ita principium à prima hominis culpa ducẽtes explicant, vt poſt Adamum lapſum omnes poſteri peccati ab eo contract: (quod originale vocant) contagio, tanquam peſtilenti veneno infecti, effrenato quodam impetu in omnia alia peccata præcipites ruerunt. Gratia enim diuina carentes, & corruptæ peccato naturæ ductum ſequuti, quicquid erat vel maximè nefarium ſibi licere putabant. Nam quum Dei imperio nõ regerentur, conſequens erat vt diabolo ſubiecti, turpitudinis atque flagitij mancipia euaderent, & rationem vnicam vitæ magiſtram, ducem ipſis ad bene viuendum datam ad ſcelera & libidines magiſtram haberent. Ex quo factum eſt, vt ipſas belluas impuritate tantum vincerent, quantum cupiditas inſtructa & armata, eadem nuda & inermi, quantũ latro robuſtus imbecilli, proditor ingenioſus & acutus aperto & ruſtico eſt rebus communibus nocentior. Tum ergo quod de aurea ætate in ferream tranſmutata fabulati ſunt Poëtæ, *E qua fugere pudor, verumq; fideſq;*, & reliquus virtutum ſanctiſſimarum chorus, quibus humanæ mentes prius imbutæ cæleſte numen caſtiſſimè venerabantur. *Ouid.*

In quorum ſubiere locum fraudeſq; doliq;,
Inſidiaq; & vis & amor ſceleratus habendi,

& quicquid nefandum vel hominis corrupta mens appetere, vel diaboli infinita malitia ſuggerere potuit, id totũ hoc tempore non poëticè & fabuloſè confictum, ſed verè & hiſtoricè geſtum & perpetratum fuit. Adeo vt ſi quis animo generalem totius mũdi ſtatum tunc perluſtrare voluiſſet, nullum vſpiam pudoris & probitatis veſtigium aſpexiſſet. Pro Dei enim vnius cultu fœdiſſima cæli, aſtrorum, fluminum, arborum & beſtiarum idololatria irrepſerat, iuſtitiam iniuſtitia & tyrannis expulerat, continentiæ & caſtitati nullus erat locus, turpiſſimis libidinibus omnia fætebant, pro æquitate, temperantia, fortitudine, prudentia, vis, luxuria, ignauia, temeritas communẽ vitam inuaſerant, eamque ſic infecerant, vt perpetua peccandi conſuetudo naturalem quendam habitum induerat, & homines cupiditatis indomitæ vinculis illigatos ad peccatũ pertrahebat. Perinde enim vt Chriſtiani à nobis in bello capti nõ deinceps veterum dominorum imperijs aſſueſcunt, ſed noſtra mandata exequuntur: non aliter homines illi veri Dei obedientia abiecta, in peccati ſeruitutem traditi, non iam amplius Deo, ſed peccato & libidini parebant. Vſq; ſerui noſtri, qui vel in claſſe remos impellunt, vel ruri ruſticana opera faciunt, vinculis impliciti ſe totos ad noſtram volũtatem accommodant.

Digitized by Google

modant, ſic illi peccatorum ſuorum laqueis irretiti, quod carni, quod libidini, quod diabolo placuit, id ſtudioſiſſimè patrabant. Neque verò difficilius eſt ſeruo alicui noſtro Gallo aut Germano in Mediterraneis Aſiæ minoris ſic vincto & nobis ſeruienti, effractis vinculis per tot vrbes noſtras, tot montes, flumina, maria, longiſſimum imperij tractum ad veterem patriam, parenteſque remigrare, quam illis erat excuſſo peccati iugo ſeſe in veram animi libertatem aſſerere, & ad verum Dei cultum pietatemque aſpirare. Atque ad hunc modum ſeruientes peccato, ſimul ſeruiebant Satanæ, ideoque neceſſe erat, vt diuina iuſtitia æterno apud inferos manciparentur supplicio, quia nimirum *ſtipendium peccati mors*, totaque & veteris & noui Teſtamēti ſeries eò fertur, vt doceat perpetuam damnationem ſceleratis hominibus ineuitabili diuinæ prouidentiæ & iuſtitiæ decreto eſſe adiudicatam. Sed hæc eſt ſecunda quædam ſeruitus è priore fluens, illa autem peccati ſeruitus primaria eſt & Princeps, è qua primum Chriſtiani per Chriſtum erant liberandi. Eſt deinceps & alia quædam ſeruitus, quæ dicitur legis, huius etiam primę ſeruitutis appendix quędam & corollarium. Lex enim Moſaica ſuccedens maximo cum terrore *fulminum*, & *ignis accenſi*, & *caliginis*, *&* *procellæ*, & *tubarum ſonitus* in monte Synai ferebatur: variaque præcepta, & honeſtè viuendi, & Deum ritè colendi diuinitus accepta à Moyſe populo imponebantur, & ipſa quidem lege populus ſigillatim edocebatur quid facere debebat, terrore autem legi ferendæ adiuncto diſcebat formidabilem Dei vindictam omnibus eſſe paratam, qui legis eius præcepta violarent. Legis ergo doctrina, & latione hactenus tantum profecerant, vt quid ſibi agendum erat, intelligerent, & aliquo modo ad officium ſuum obeundum excitarentur, qui prius tanquam Athei & altiſſimè peccatis indormientes, ſine conſcientiæ ſcrupulo ſecurè peccatis indulgebant. Nunc enim expergefacti, peccati turpitudinem ſciebant, eiuſque à ſe dominatum expellere cupiebant, ſed lex hoc præſtare non poterat, tantummodo morbum indicabat, non dabat medicinam: hoſtis crudelitatem monſtrabat, non expediebat modum quemadmodum liberarentur. Ergo & lex etiam ſeruitutem afferebat iis qui ſub ea viuebant. Eorum enim perinde ferè ſtatus erat, ac ſi quis mancipijs noſtris patriæ, è qua huc pertracti ſunt, penitus oblitis, patriæ iucunditatem & commoda in memoriam reuocet, ſeruitutis in qua viuunt, miſerias exaggeret, huius odium & illius deſiderium in eorum mentibus exuſcitet, relinquat

Roman. 6. verſ. 23.

Hebr. 12.

linquat eos nihilominus veteribus inimicis aſtrictos, vt à libertate aſſequenda ſint perpetuò vt prius erant, alieni, imò maiori potius ſeruitute oppreſſi. Hominibus enim ſic affectis, iugum ſeruitutis multò magis quam prius eſt intolerabile, quia lex poſt explicatam Dei voluntatem (quam prius ignorauerant) æternam prętereà maledictionem illis denunciabat, qui eam Dei voluntatem tranſgrederentur, quod nec ſuis viribus cauere poterant, nec ex lege cōcipere aliquam rationem, qua ei ſatisfacerent. Hæc ergo erat noua, eaque valdè miſerabilis ſeruitus à lege impoſita, quæ Dei omnipotentis iram illis peccantibus ſeueriſſimam prædicabat, nec quo iram illam auerterent, vel peccatum effugerent, modum aliquem indicabat. Ab hac triplici ſeruitute homines per Chriſtum liberatos fuiſſe docebant veteres Chriſtiani. A prima quidem, quia quum antea *venundati* eſſent *ſub peccato, venundati* dico *vt facerent malum* (ſic enim ſacræ literæ de impijs loquuntur, eo quod videbantur peccato tanquam imperioſo domino venditi, & in ſeruitutem traditi, quia perpetua peccandi aſſuetudine neceſſitatem quandam peccandi contraxerant) ab hac ſeruitute Chriſtus eos redemit, perſoluto in cruce ampliſſimo vitæ ſuæ pretio, quo & pœnam priſtinis peccatis debitam diſſoluit, peccata vetera deleuit, & etiam infuſa diuinitus mentibus eorum gratia peccandi amorem & ſeruile deſiderium extinxit, & mirificum ſanctè viuendi, Deumque colendi ſtudium accendit. In hoc autem quod ab iſta peccandi neceſſitate homines liberantur, illi ponunt maximè proprium, & germanum liberatoris officium, ac liberationis effectum, quemadmodum re uera ille eſt optimus architectus, non qui veterem malè materiatam domum diruit, ſed qui nouam ſimul ædificat: ille optimus medicus, qui non ſolummodò morbum depellit, ſed vna ſanitatem confert: ille optimus magiſter, qui inueteratam diſcipuli nequitiam ita tollit, vt ſimul bonis cum moribus informet, ſic quoque pulcherrimum redemptoris, vel liberatoris munus in eo verti non malè colligunt, quod Chriſtus poſt vetera peccata, & peccatorum pœnas ſublatas, intrinſeca etiam ſanctificatione mentes in nouam quãdam iuſtitiæ & pietatis ſpeciem renouauit. Atque hoc illi putant Apoſtolos veſtros in ipſum redemptoris officium incluſiſſe. Quemadmodum enim ipſe Ieſus dixit; *Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati:* ſic idem adiecit, *ſi vos Filius liberauerit, verè liberi eſtis.* Quaſi ſignificaret eam demum eſſe veram liberationem, quum ab ea peccati ſeruitute liberabimur. Vtque diſcipulus eius

Eſaiæ 52. v. 3. Rom. 7. verſ. 14. 1. Machab. 1. verſ. 16. 1. Cor. 6. verſ. 20.

Io. 8. v. 34. 2. Petri. 2. 19. 1. Pet. 1.

ver.19.20. eius homines impuros *ſeruos corruptionis* vocat, *à quo enim*
Coloſ.1. v. *quis ſuperatus eſt, huius & ſeruus eſt*: ſic idem diſcipulis dicit
22. Epheſ. *eos redemptos pretioſo ſanguine agni de vana conuerſatione, vt fi-*
5. verſ. 26. *des eorum & ſpes eſſet in Deo, & animas caſtificarent in obedien-*
Tit.2.ver. *tia charitatis.* Quibus verbis in hac noua mentis inſtauratio-
14. Heb.9. ne, & ſanctitate præcipuam redemptionis partem videtur cõ-
v.14. c.10. ſtituere, id quod alij etiam Apoſtoli perdiligenter faciunt, &
ver.10.14. ille inprimis qui ad Hebræos de ſacrificio reliquis copioſius
Ibi ad He diſputauit. Qui etiam ipſam vim & quaſi medullam noui Te-
bra. c.8.v. ſtamenti in hac intrinſeca animorum puritate collocat, vbi ex
10. & c.10. Propheta ſemel atque iterum inculcat. *Hoc eſt Teſtamentum*
v.10.16. 2. *nouum dicit dominus. Dabo leges meas in mentes eorum, & in*
Cor.3.v.9. *corde eorum ſuperſcribam eas.* Quemadmodum & alibi nouum
Luc.1. ver. Teſtamentum definitur eſſe *miniſtratio Spiritus & iuſtitiæ*; &
74.75. Zacharias cecinit Chriſtum promiſſum Abrahæ, ſuo tempore exhibitum, eum in finem, vt credẽtes *ſine timore de manu inimicorum liberati ſeruiant Domino in ſanctitate & iuſtitia*. A maledicto autem & terrore, & ſeruitute legis Chriſtus eadem opera ſuos liberauit, partim veniam promerendo eorum, quæ contra legem admiſerant, maximè gratiam & ſpiritum impar-
Rom. 8. verſ.3.4. tiendo, qua legem implerent, adeo vt quod olim *impoſſibile fuit legi* tribuere ſuis cultoribus, vt Dei voluntatem, & legis præcepta ſeruarent, hoc Chriſtus *de peccato damnans, peccatũ in carne ſua* confecit, id eſt, vt ipſa *iuſtificatio legis impleretur in* omnibus ijs, *qui non ſecundum carnem ambulant, ſed ſecundum ſpiritum.* Qua etiam ratione excindebatur imperium diaboli,
Roman. 8. 2.Timot. 6.v.19. & tollebatur obligatio ad pœnam æternam. *Nihil enim erat damnationis illis, qui ita ſecundum ſpiritum ambulabant*, quando in mẽtibus ita per ſpiritum reformatis & renouatis neceſſe erat vberes virtutum fructus efflorеſcere, in quibus eſt radix, & fundamentum vitæ æternæ. SAMVEL. Non opus eſt in iſtis adeo curioſè exponendis tãtum temporis inſumere. Nemo enim noſtrũ dubitat, quin pleniſſimè per Chriſtum à diaboli & peccati ſeruitute liberati ſumus. Etſi enim noſtri homines iſta ſubtilia, & ferè ſophiſtica rarò tractant, nec ea admodum ſolicitè ſcrutantur, tamen quicquid Apoſtoli & Euangeliſtæ de Chriſto tradunt, ſincera fide credimus. Quanquã quædam in oratione tua propius quam vellem ad Papiſticas opiniones accedunt, quæ mihi propterea non valdè probantur; vel quod nimium opera bona extollis ad ſolius fidei iuſtificantis iniuriam, vel quod male legem & Euangelium diſtinguis. Neque enim idcirco vel Chriſtus in mundum venit,

vel

vel Euangelium dedit, vt gratiam impartiendo, legis implendæ vim nobis impartiret, quaſi eo modo apud Dei tribunal iuſtificaremur. Hęc enim legalis eſt, non Euangelica; Iudaica, non Chriſtiana; inchoata & manca, non plena & perfecta iuſtitia: Sed potius eā ob cauſam incarnatus eſt & paſſus, vt gratia & gratuito fauore ſine operibus per ſolam fidem ſuos faceret ſaluos, pro lege induceret Euangelium, pro iuſtitia operum iuſtitiam fidei, & loco iuſtitiæ humanæ, quæ ſemper peccatis eſt contaminata, iuſtitia ſua quæ numeris eſt omnibus abſoluta, nos indueret, iuſtoſque Patri ſuo offerret, & cæleſti regno bearet. Non aliter quam Iacob veſtibus fratris ſui Eſau amictus paternam hæreditatem excluſo fratre intercepit. *Gen. 27.* MICHAEAS. Iſta ſubtilia & ſophiſtica rarius à Miniſtris veſtris tractari facile credo: neque tamen in religione veſtra magis ſophiſtica dicenda ſunt, quam eſt illa multò ſubtilior & implicatior doctrina de Trinitate, & quam vtramque ob ſimiles in explicando difficultates probabile eſt eodem modo in mentibus veſtrorum hominum obſoleſcere, quemadmodum & infinita vtriuſque concipiendæ obſcuritas noſtris maioribus iuſtam occaſionem dedit vtramque ex Alcorano profligandi, & in ſimplici vnius Dei & Chriſti ſanctiſſimi Prophetæ fide acquieſcendi, ſine his de Trinitate perſonarum, & vnitate ſubſtantiæ, & modo redemptionis, & morte Dei, & ſimilibus obſcuriſſimis, & à rudi vulgo nunquam intelligendis quæſtionibus. Quod verò ais omnia de Chriſto redemptore plenè credi à veſtris concionatoribus, quæcunque in literis Apoſtolicis & Euangelicis continentur, ſi de literis verè Euangelicis & Apoſtolicis loqueris, fortaſſe verum eſt: ſi de ijs, quæ ſub nomine Apoſtolorum & Euangeliſtarum circumferuntur, nec veriſimile quidem eſt, immò eſt perſpicuè falſum, idque ex tuis verbis nullo negotio conuincam. Tu fingis Chriſtum iuſtitiæ aſſequendæ aliam planè viam ſuis præſcripſiſſe, quam Moyſes à Deo edoctus in veteri lege inſtituerat. Ille enim opera exegit, hic fidem, ille exactam legis obſeruationem impoſuit, hic obligationem illam diſſoluit, & fixam in Deo ſpem & confidentiam pro iuſtitia Euangelica prædicauit; ille dixit, *hoc fac & viues*, iſte, *mihi crede*, & cæleſtem beatitudinem conſequeris. Agnoſco nimirum communem, & popularem in omnibus magiſtrorum tuorum ſcriptis legis & Euangelij diſtinctionē, ſed quæ mihi videtur adeò abſurda, vt ſi verum eſſet, quod vos de Chriſto à Iudæis crucifixo ſuſpicamini, Iudæi iuſtam habuerint illius crucifigendi cauſam. Conſidera enim maturè *Calu. Inſt. li. 3. c. 11. §. 14. Bez. in 2. Cor. 3. v. 6. Illyric. vbique.*

Digitized by Google

huius opinionis veſtræ nefariam impietatem. Vos nimirum Chriſtum facitis Deo Patri planè contrarium,&eius Euangelium legi diuinæ) neque enim Dei legem negatis fuiſſe eam, quam à Deo acceptam populo promulgauit Moyſes) ex diametro repugnans. Nam Deus ad iuſtitiam acquirendam opera iniunxit, Chriſtus excluſis operibus ſolam fidem docuit. Ille legem exactè ſeruari mandauit, hic lege neglecta (ſic enim vobis dicere neceſſe eſt) homines ſola confidentia & audacia contentos eſſe voluit. Quod perinde eſt, ac ſi totidem verbis diceretis, honeſtate, & grauitate morum expulſa, Epicuream licentiam & diſſolutā quiduis ſecurè agendi libidinem à Chriſto fuiſſe introductam. At longè aliter & veteres Chriſtiani,& manifeſta ratio, & ipſi Apoſtoli & Euangeliſtæ, quorum ſcripta habetis,legem ab Euangelio diſtinguunt;nec legem ab Euangelio deſtrui & aboleri, ſed potius perfici & compleri aſſerunt. Lex enim quid agendum erat præſcripſit, Euangelium rationem etiam & modum illud præſtandi aperuit. Lex vt faciatis imperat, Euangelium quemadmodum faciatis oſtēdit, Lex omnia præcepta ſua ſeruari vult, æternam damnationem denuncians ijs qui ea tranſgreſſi fuerint; ſed quum vires & facultatem homini non largiatur, vt ea poſſet exequi, quæ tamē imperioſè iubet fieri, ſuccedit legi Euangelium, & viam indicat, vireſque agendi ſubminiſtrat. Ergo quum illa diuinæ voluntati ſuos cultores obedire mandet, iſtud per ſpiritus gratiam renouata mente eoſdem diuinæ voluntati obedire efficit. Hoc autem in ſcriptis Apoſtolicis frequentiſſimè inculcatur, vt quum dicunt legem *nihil ad perfectum adduxiſſe*, ſed tamen *fuiſſe Pædagogum ad Chriſtum*, vt *iuſtificatio legis impleretur* in Chriſtianis, quum veſtram hanc opinionem de lege Euangelio contraria, & Euangelio legem abrogante vt planè monſtroſam abominantur. Quid inquiunt: *Legem ergo per fidem deſtruimus? abſit. Sed legem ſtatuimus*. Quum dicunt,(quod eſt ab ijs crebro vſurpatum (*charitatem eſſe legis impletionem & plenitudinem*, & qui *diligit, impleuiſſe legem*. Quemadmodum enim totius Reipublicæ veſtræ in tot comitatus & prouinciolas diſtributæ authoritas in vno paucorum hominum Parlamento incluſa eſt,& qui Parlamento obtemperat, is toti Reipublicæ paret, qui leges Parlamentares cōtemnit, is in totam Rempublicam peccat. Non aliter Chriſtus plurima legis totius præcepta in vnam charitatem contraxit quam ipſe etiam per Spiritum ſanctum, & noui Teſtamenti gratiam in ſuorum cordibus operatur, eaque ſola plurima illa legis mandata

Hebr.7.v.19. Gala.3.v.24. Roman.8.v.4. Roma.3.verſ.31. Galat.5.v.14. Roman.13. verſ.8.10.

data ita plenè complectitur, vt qui vera charitate præditus eſt, is toti legi ſatisfaciat, ipſamque legis iuſtitiam, verè quamuis ſummatim aſſequitur. Ex vna enim charitate *pendent lex & prophetæ*, vt ipſe Ieſus ait, & hoc eſt *verbum conſummans & abbreuians*, quod Dominus *facturus erat ſuper terram*. Hocque modo quod veteribus Iudæis onus erat graue & importabile, id Chriſtianis per Chriſtum factum eſt *onus leue, & iugum ſuaue, & mandatum non graue*. SAMVEL. Iſta de legis impletione vt acuta & ſpinoſa etiam ſunt, & hominum ſimplicium intelligentiam effugiunt, ita quatenus in literis ſacris exprimuntur, non dubito quin ſint veriſſima, nec quicquam pugnare cū doctrina noſtra de Chriſto per ſolam fidem nos iuſtificante. Multò minus hinc efficitur Chriſti redemptionem a nobis vel tenuiter vlla ex parte imminui, imò multò magis beneficium Chriſti amplificamus. Eſt enim magis heroicum, & grandius beneficium hominem ſola fide ad æternam fœlicitatem perducere, quam eam fœlicitatem vitæ laborioſæ in multis operibus & miſerijs conſumptæ attribuere, maximè quum ipſa etiam optima hominum ſanctiſſimorum opera ita ſint propter inhærentem cōcupiſcentiæ morbum, peccati contagio aſperſa, vt ſupplicium potius quam premium apud Dei tribunal promereantur. MICHAEAS. Si præclarius exiſtimas Chriſtum tantum credentibus quam ſimul cum fide opera copulantibus æternam vitam donare, ideoque illud magis quam hoc eius beneficentiæ venditas, quin eadem ratione neque operanti, neque credenti, ſed in omni turpitudinis cœno beſtię inſtar volutanti fac Chriſtum æterna bona largiri. Hoc enim hominibus profanis videri poteſt magis diuinum & heroicum: eſt certè magis admirandum, at diuinius & grandius beneficium non eſt, mihi ſaltem non videtur. Finge enim Principem homini ægro, pedibus manibuſque laboranti brauium proponere paleſtrica lucta, vel curſu comparandum. An tu iudicabis maius eſſe Principis iſtius beneficium, ſi brauium huic homini nec validè certanti, nec alacriter currēti, ſed otioſè in hypocauſto potanti tribueret, quam ſi eundem ſanatum, pedum pernicitate, & brachiorum robore inſtruat, quo vera virtute brauium hoc Regia liberalitate oblatum promereatur? Ego quidem hoc poſterius longè præclarius beneficium, & Dei munificentia dignius iudicarem. Cæterum non quid tibi & mihi videatur, hoc in loco quæritur, ſed quid DEVS voluerit, quid CHRISTVS fecerit, quem modum redimendi, vel liberandi generis humani veteres Chriſtiani

Matt 22. ver 40. Roman. 9. v. 28 Actor. 15. verſ 10. Matth 19. verſ. 10. 1 Ioann. 5. verſ 3.

1. Cor. 9. verſ. 24.

Digitized by Google

ex Scripturis collegerint. Quod autem mones de concupiſcentia vel peccato originali, de fidei præſtantia, de omnium operum noſtrorum fœditate, &c. Infinitum campum ingredimur, ſi hæc vniuerſa explicanda ſuſcipimus. Illud ſolummodo dicam, me valdè demirari, quemadmodum inſitum illud Originis peccatum, omnia opera bona inficiat, fidem autem ſolam non cõtaminet, quum fides, vt ſpes, & charitas ſit opus noſtrum, ipſo Chriſto aſſeuerante, & manifeſtò definiatur eſſe *aſſenſio intellectus rebus à Deo reuelatis*, quæ aſſenſio à libera hominis voluntate proficiſcitur. Sed miſſis iſtis, eò accedamus, vt concludamus quod eſt in hac tota diſputatione præcipuum, vtrum vos effectum redemptionis per Chriſtum factæ minuatis, nec ne. Etſi quidem magiſtrorum tuorum doctrinam non inficiabere, aliquem eumque (vt initio dixi) primarium redemptionis effectum non tam minui, quam funditùs à vobis tolli mihi perſuaſum eſt. Quid enim de ſeruitute peccati, quid de ſeruitute legis, quid de eiuſdem impletione, quid de ſanctificatione conſequenti Euangelizatis? An nõ redemptionis vim & fructum eliditis? an non redemptoris gloriam Chriſto eripitis? an non pro rebus ſolidis & expreſſis meras vmbras, & ſomnia quaſi Centauros & Chymeras in aëre populo veſtro obtruditis? Fatemini redemptionis in cruce beneficium vobis per baptiſmum impartiri. Rectè. Tum quidẽ hoc qualecunque ſit, pleniſſimè communicatur, & ita etiam contendit Paulus. Quale autem beneficium hoc eſt? Nũ priora peccata in adultis, aut concupiſcentia in infantibus remittitur? Nequaquam: Sed tantum & illa omnia, & hoc quoq; tegitur atque velatur, non autem remittitur, nõ aboletur, te manet vt antea peccatum, atque natura ſua damnabile, æternaq; morte dignum, ſed propter Chriſtum redemptorem non imputatur. Perinde ergo eſt, ac ſi medicus (qualem ſe nominat Chriſtus) hominis vlceroſi corpus fætidum non ſanet, ſed obiecto operimento tegat, ne oculos prætereuntium offendat. Ecquis talem medicum peritum, & prædicandum dixerit, & non potiùs ſophiſtam meris præſtigijs ſuæ fidei cõmiſſos decipientem? Quanquam nec hoc fraudulentum, peccatorum tegumen omnibus baptizatis largimini. Baptizatis quidem illis, qui ſimul prædeſtinati ſunt, hoc modo Chriſtus prodeſt, at ſi prædeſtinati non ſunt, nec hoc licet tenuiſſimum beneficiũ confert. Qui quod omninò & ſimpliciter baptizatis per baptiſmum redemptio Chriſti nihilo eſt commodior, quam nobis Turcis, quam reliquis omnibus Mahumetanis, ſine baptiſmo ve-

Margin notes: *Ioan. 6. verſ. 29.* — *D. Thom. 2. 2. qu. 1. art. 4. & q. 2. art. 1.* — *Rom. 6.* — *Luc. 5. verſ. 31.*

mo veſtro, imò ſine fide in redemptionem & redemptorem vi-
uentibus & morientibus. Vos enim non prædeſtinatos, etiam
cum baptiſmo concupiſcentia remanens ad ſempiternos infe
rorum ignes damnat; nos prædeſtinatos quamuis baptiſmo,
& fide veſtra prorſus carentes prædeſtinatio in cæleſti fœlici-
tate collocat, vt nihilo magis vobis quã nobis redemptio per
baptiſmum communicata proſit. Sed redeo ad generalem ve-
ſtram de peccatis remittendis fidem, quæ nihil aliud cõtinet,
quam peccati fœditatem & ſordes nunquam ex animo eijci,
nunquam detergeri, ſed ſemper inhærere, & animum ſua tur-
pitudine quam fœdiſſimè deformare, Dei tamen indulgentia
propter Chriſtum effici, vt hæc in nobis peccata æternis cru-
ciatibus non vindicentur. Sic enim Brentius, Bucerus, & reli-
qui illi Principes Proteſtantes actores in Colloquio Ratisbo- *Colloquio*
nenſi: *Tota iſta in Sanctis noua creatura quæ vel conſtat, vel a-* *Ratisbon.*
git fide, ſpe, & charitate, imperfecta eſt, & propterea legis, cui non *pag. 364.*
ſatisfacit, maledicto adhuc ſubiecta. Et mox: *Opera noſtra quan-* *Pag 366.*
tumcunq; bona, à Deo nihil merentur, propterea quod (quod to-
ties dictum eſt, & ſæpè repetendum eſt) ſub maledicto legis & ipſa
manent, & facientes ſe relinquunt, etiam tum quum conſideran-
tur quatenus à nobis per gratiam Chriſti perficiũtur. Adeò enim
legi non ſatisfaciunt, vt hæ noſtra iuſtitiæ omnes ſint in conſpectu
Dei inſtar panni menſtruatæ, tãtum abſunt ab ea, quam lex exi-
git perfectione, tantumq; adhæret eis ſordium. Sic Flaccius expo- *Illyric. in*
nens illud Apoſtoli Pauli: *Adeò amentes eſtis, vt quum ſpiritu* *Gal. 3. v. 3.*
cœperitis, nunc carne cõſummemini? Aduerte (inquit) *quod ſpi-*
ritum vocat gratuitam fidei iuſtificationem, contra carnem vo- *Confeſſ.*
cat opera, quantumuis à renatis facta. Neq; hac in re quicquã à *Chriſtianæ*
Luthero, & eum ſequentibus diſcrepat Caluinus, Beza, Gene- *fidei Gene-*
uenſes, quorum eſt aperta Confeſſio: *Si ſummo iure inquireret* *uen. ca. 4.*
Deus in ipſa quoq; præſtantiſſima hominũ opera, nihil aliud poſſet *§. 19.*
de ijs conſtitui, quam meras eſſe donorum Dei pollutiones, quem- *Caluin.*
ad modũ ſæpiſſimè accidit, vt riuus alioqui clarus ac limpidus in- *Inſtitut. li.*
ficiatur cloacæ ſordibus per quas decurrit. Ipſa etiã iuſtitia & ſan *3. c. 17. §. 8.*
ctitatis opera, quibus Deus præmia rependit, probrũ (inquit Cal- *Lutherus*
uin.) *magis quam laudem perpetuò merentur, & peccatis magis* *Tom. 2.*
quam virtutibus accenſenda ſunt. ita nihil eſt in veſtra religio- *artic 31.*
ne certiùs, nec vtriuſq; partis conſenſu magis probatum, quã *Ibi in Col-*
illud Lutheri ſolenne; *iuſtũ in omni opere bono peccare, idq; mor-* *loq p. 618.*
taliter. Quod tanquam abſurdiſſimũ à Papiſtis obiectum Bu-
cero, & Brentio, & reliquis illis in Colloquio Ratisbonenſi, illi
vt axioma purè Euangelicum, vſurpatũ magna ratione à (Lu-

 thero)

thero) *reuerendo Patre, & Præceptore ſuo beatæ memoriæ;* honorificè amplexi ſunt, & conſtanter defenderunt, adeò vt apud vos non ſit dubium, quin ea quæ nos vulgari cõſuetudine appellamus opera ſancta & bona & quęcunque per Dei gratiam homines optimi faciunt ardentiſſima cum charitate ad Dei honorem & gloriam, ea ipſa Dei iudicio ſint peccata, & ex imperfectione illis inſita non aliter turpificantur, quam riuulus aliquis per cloacam ſordidam decurrens; propterea q; ſemper & viris bonis, & operibus illorum optimis debetur maledictio legis quæ ſecum vna pœnas ſempiternas affert. Cum hac euidentiſſima tuorum fide cõfer iam quæ ſuperius de Chriſto redemptore dicta ſunt, & ex literis Apoſtolicis huic redemptioni attributa, & tum demum quam pręclarus hic vobis redemptor fuerit, exiſtima. Nunquid à ſeruitute peccati redẽpti eſtis per Chriſtum? Num ita liberati, vt deinceps non ſeruiatis peccato, ſed liberè colatis iuſtitiam? Imò in eam miſeriam coniecti eſtis, vt nullus vnquam ſeruus, nullum ad remos damnatũ mãcipium maiori neceſſitate ſeruierit triremis ſuæ magiſtro, quam vos ſeruitis peccato, qui etiam in optimis ſemper operibus peccatis, & æternas vobis inferni pœnas acceſſitis, neq; verò quantacunq; Chriſti gratia muniti & inſtructi, aliud tamen poteſtis quam peccare. Ergo per Chriſtum à peccati ſeruitute non redempti, non liberati eſtis. At hoc peccatum vobis non imputandum dicitis. Eſto, at nihilo minus peccatores eſtis, & peccato nõ minùs ſeruitis, quam ſi Chriſtus pro vobis mortem nunquã obijſſet, ipſo Chriſto dicente: *Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati,* & dilectiſſimo eius Apoſtolo confirmante. *Qui facit iuſtitiam, iuſtus eſt & qui facit peccatum, ex diabolo eſt eiuſque ſeruus eſt.* Vos autem quum maxima Chriſti gratia abundatis, etiam tum in operibus veſtris vniuerſis peccatis, & illa ipſa opera peccata eſſe fatemini. Peccati itaq; ſerui remanetis, nec ab hac vos ſeruitute Chriſtus liberauit. Ex quo ſequitur non eſſe liberatorem, quoad hunc principalem legis effectum. Num à lege legiſve maledicto eſtis liberiores? Nequaquam. Probatis enim, & *iterum atque iterum* inculcatis, & *opera veſtra etiam quũ per gratiam Dei perficiuntur, eſſe ſub maledicto legis*, & vos quoq; *eodem maledicto implicatos relinqui,* voſq; vt homines ſub lege etſi Dei voluntatem ſciatis, eiq; parere cupiatis, ita tamen peccati dominatu premi & ſuperari, vt ſemper peccata peccatis accumuletis, neque verò aliud quã peccare poſſitis, etiam tum quum flagrantiſſimo conatu ad ſanctè operãdum contenditis. Verè ergo adhuc ſub lege eſtis,

Rom. 6. v. 16. &c.

Io. 8. v. 34. 1. Ioann. 3. verſic. 7. 8. 2. Petr. 2. verſ. 19.

& verè legis diuinæ maledictio in vos incumbit, quæ oẽs vniuersè homines legem tranſgredientes inuoluit, maximè qui grauiora illa legis mandata tranſgrediuntur. Atqui tanto terribilior vos quam ipſos Iudęos aut alios vllos maledictio legis inuoluit, quanto illi per infirmitatem carnis nõ potuerunt legis præcepta ſeruare, quum tamen ſtudioſè eniterentur, vos inuecta doctrina legi planè contraria, legis curam omnẽ abiecistis, eam nihil ad vos pertinere iactatis, impoſſibilem eſſe eius obſeruationem prædicatis, ideoq; diſcipulos veſtros ab omni eius præſtandæ ſtudio auertitis, quaſi Chriſtus ad fidem legi Dei Patris oppoſitam vos inſtituiſſet, quaſi ipſe vt Monarcha ad legem perfringendam atque diſſoluendam, non vt redemptor ad perficiendam & implendã veniſſet, aut quaſi ſuos noluiſſet vera legis à Deo præſcriptæ iuſtitia per fidem & gratiam implenda ſaluari, ſed noua quadam fiducia & confidentia, & (vt quidam veſtrum loquuntur) *audacia & impudentia*, nuſquam præterquam in veſtris congregationibus audita in *cæleſtes ſedes irrumpere*. Quæ manifeſta rebellio veſtra ex deſtinata voluntate Dei maieſtatem, & mandata eius impugnans contemptuſq; nefarius legem diuinam ſuperbè tanquam ad vos in Euangelij libertate nequaquam pertinẽtem negligens, longè vos horribiliore legis maledicto conſtringit, quã ſi millies cũ Iudæis vel ex naturæ imbecillitate, vel ſtatus veſtri miſeria contra eandem legẽ delinqueretis. Sed non eſt opus punctis argumentorum elicere, quod vos ſponte & vltro largimini. Quum.n.opera veſtra præſtantiſſima, quæ per gratiam fiunt, ſordib. oppleta & fœminæ menſtruatæ pannis ſimilia eſſe ponitis, quum agnoſcitis & opera illa maledicto legis eſſe ſubiecta, & vos ea facientes in eodem maledicto iacere, perſpicuè ſequitur vos nec à maledicto legis per Chriſtũ eſſe liberatos. Et quæ tandem vitæ nouitas, quæ virtutum excellentia, quæ ſanctificatio in vobis poteſt exiſtere? quem non vltimum redemptionis effectum Apoſtolicæ literæ ponunt. Clamant illæ Ieſum Chriſtũ *ſemetipſum dediſſe pro vobis, vt vos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populũ acceptabilem ſectatorem bonorũ operum*. Hortantur, vt diſcipuli ſui ſint *diuites in operibus bonis*. Hac efficacia diſtinguunt ſanguinem Chriſti à ſanguine beſtiarum veteris Teſtamenti, quia *ſi ſanguis hircorũ et taurorum inquinatos ſanctificat ad emundationẽ carnis, quanto magis ſanguis Chriſti emundabit conſcientiã veſtram ab operibus mortuis ad ſeruiendum Deo viuenti?* At ſi vos audimus, nihilo magis ſanguis Chriſti, quam ſanguis hirci aut tauri emũ-

Deut. 27.

Matth. 5. verſic. 15.

Roman. 8. verſi 3. Illyric. in Romano. 4. v. 22. 20.

Tit. 2. verſ. 14.

1. Timo. 6. verſic. 18.

Hebr. 9. verſ. 14.

Digitized by Google

dauit conſcientias hominum ab operibus mortuis, qui nunc peccant in omnibus operibus, quæ moliuntur, vt omnia neceſſariò opera ſint mortua, nullum viuum, ideoque nec vllo ſeruiri poteſt Deo viuenti, cui peccata ſunt nō in honorem & gloriam, ſed dedecus & contumeliam. Vrgent Apoſtolorum literæ *vos reconciliatos eſſe in corpore carnis eius per mortem. Quorſum? vt exhibeatis vos ſanctos & immaculatos, & irreprehenſibiles coram ipſo, vt ſitis* (inquam) *ſancti & immaculati in conſpectu Dei in charitate.* Idcirco enim *tradidit ſe pro Eccleſia, vt ſanctificaret eam, mundans eam lauacro aquæ, vt eſſet ſancta & immaculata.* Quid iſta ſibi volunt, ſi concupiſcentia in baptizatis ſit propriè peccatum, ſi vi ſua homines reddat æternæ damnationi obnoxios, ſi omnia opera ſanctiſſima ſint peccata, ſi nemo nō modò ſit, ſed nec poſſit eſſe *ſanctus & immaculatus* in conſpectu Dei. Neq; verò imputatio quam vos commẽti eſtis, ſatisfacit ei, quod his locis viri iſti ſiue Apoſtoli, ſiue Apoſtolici requirunt. Illi enim homines deſcribunt, qui reuera carẽt iniquitate, qui opera verè bona moliuntur, quorum cōſcientiæ ſunt mundæ ab operibus mortuis, qui coram Deo ſunt ſancti & immaculati, & hanc gratiam à morte Chriſti volunt eſſe ad Chriſtianos deriuatam. At vos nihil verũ, nihil ſolidũ ponitis, ſed homines verè impuriſſimos imputatione vultis haberi bonos, opera verè mortua & peccata imputatione vocatis viuentia & bona, conſcientias ſordib. peccatorũ ſpurciſſimas, nō infuſa ſanctitate purificatis, ſed obiecto operimẽto tegitis quaſi oculi diuinæ maieſtatis poſſint falli, & denique homines ſemper impios, ſemper peccãtes, ſingulis momentis grauiter Dei bonitatem offendẽtes ſola imaginatione eaque falſiſſima ſanctos & immaculatos conſtituitis. Et quãtulum, quæſo, hæc veſtra fictio ab illa libertinorum Chimera diſtat, quam vos ipſi aliquando tantopere inſectamini. Illi *præclaris vtuntur ſententijs, ac ſi virtutem redemptionis vellent extollere, ſed eò redit omnis eorũ oratio, quod Chriſtus fecit aut paſſus eſt, fuiſſe hiſtrionicam actionẽ, qua myſterium ſalutis noſtræ figuretur.* Vos enim quum non minùs præclaris vtamini ſentẽtijs, & ſimuletis valdè exaggerare velle redemptionis gratiã, eo tandẽ omnia deducitis vt dicatis fuiſſe Chriſti paſſionem ſi non hiſtrionicã actionem, vt Caluinus ſardonicè contra fratres ſuos iocatur, certè fictam, perſonatam, imaginariam, qua montes aurei remiſſionis, redemptionis, purificationis, nouitatis, & ſanctimoniæ intrinſecæ promittũtur, & tandem loco horũ omniũ ridiculus mus ieiunæ imputationis producitur.

Coloſſ. 1. v. 22. Epheſ. c. 1. v. 3. c. 5. verſ. 27.

Apocal. 1. verſicul. 5. 1. Cor. 6. verſ. 11.

Digitized by Google

Illi interpretantur ſcripturas, *Chriſtus in cruce aboleuit pecca-* a *Iſai* 1. 18.
tum, hoc eſt, *abolitionem ſignificauit*, non reuera aboleuit: & *Pſa.* 50. *v.* 9
vos eodē prorſus modo peccatū à Chriſto aboleri negatis & cū 1. *Io.* 1. *v.* 7.
illis ad nudas ſignificationes & imputationes confugitis. Et b *Ioan.* 1.
quāuis ſcripturæ veſtræ dicāt homines *lauari, & ablui à pecca-* *verſ.* 29.
tis in ſanguine Chriſti: & vna *ſanctificari & iuſtificari*, vt qui pri- c *Act.* 3.
fuerant, *a, coccino rubicundiores*, iā ſint *mundi, & lana alba*, ipſiq; *verſ.* 19.
adeo *niue candidiores*; quamuis eædem ſcripturæ planiſſimè *Daniel.* 6.
aſſerant peccatum à Chriſto non modo remitti & condonari, *verſ.* 24.
ſed etiam *b* tolli, *c* deleri, *d* proijci in profundū maris, *e* deſtrui, d *Mich.* 7.
f exhauriri, *g* interfici, vos tamen credere recuſatis, & iſta om- *verſ.* 19.
nia per vnicum illud verbum, *non imputari*, inſulsè exponitis. e *Roma.* 6.
Eorum doctrina tota eo recedit, vt realem iuſtitiam, redem- *verſ.* 9.
ptionem, liberationem à peccato & lege paſſioni Chriſti auſe- f *Hebr.* 9.
rant, & ſcripturarum loca hanc ei virtutem aſcribentia tropi- *verſ.* 28.
cis cauillis eludant, & vos cum eis penitus conuenientes ſoli- g *Epheſ.* 2.
dam omnem operationem & veram efficaciam eidem paſſio- *verſ.* 16.
ni detrahitis, & abſurdiſſimo eodemq; ſtultiſſimo imputatio-
nis figmento & honori Chriſti, & gloriæ paſſionis, & morum
ſanctitati, & communi omnium veterum Chriſtianorū ſenſui
maximè repugnante, apertiſſima ſcripturarum veſtrarum lo-
ca reijcitis. Quid quod hoc imputationis fantaſmate etiam
reliquos paſſionis effectus, quos videmini ſuſcipere, vel valdè
dubios facitis, vel planè exinanitis. Quid enim? An Chriſti *D. Thom.*
paſſione putatis vobis aditum ad cæleſtia gaudia eſſe patefa- *pa.* 3. *q.* 49.
ctum? At qua tandem ratione id vobis ipſis polliceri poteſtis,
qui à vobis noua perpetuò ſcelera concipi, menteſque veſtras
molibus peccatorum grauiſſimorum opprimi non diſſimula-
tis, qui nec præteritorum criminum veniam petere vos poſſe,
niſi nouo flagitio admiſſo fatemini, qui in omni opere bono
ſcitis vos peccare mortaliter, vt in vobis nullus ſit finis pecca-
ta vetera nouis accumulandi. An tritam illam cantilenam oc-
cinentes, ſceleribus quidem vos redundare conceditis, ſed ta-
men propter Chriſtū vobis non imputari? At cogitate quem-
admodum hoc cum ipſius Chriſti & Apoſtolorum creberri-
ma denunciatione conueniat. *Si Patrem inuocatis eum* (inquit 1. *Petr.* 1.
Petrus) *qui ſine acceptione perſonarum iudicat ſecundum vniuſ-* *verſ.* 17.
cuiuſq; opus (quod ille putabat fuiſſe Chriſtianis exploratiſſi-
mum & ſole meridiano clariùs) tum *in timore incolatus veſtri*
tempore conuerſamini. Et Paulus: *Reddet vnicuiq; ſecundum o-* *Rom.* 2.
pera ſua, iis qui ſecundum patientiam boni operis, gloriam & ho-
norem, alijs vero iram & indignationem. Tribulatio & anguſtia

Digitized by Google

in omnem animam hominis operantis malum. Iudæi primum & Græci,non enim eſt acceptio perſonarum apud Deum. Et denique
Matth.16, verſ.27. ne longior ſim,Ieſus ipſe: *Filius hominis venturus eſt in gloria Patris ſui, & tunc reddet vnicuiq; ſecundum opera ſua*: Opera autē ſuorum omnia ſunt peccata,reddet ergo ſine acceptione perſonarum mercedem eam quam peccata requirunt, neque imputatione eos tanquam ſanctos & pios ad æternam beatitudinem euehet, quos improbitas, nequitia & ſcelerum turpiſſimorum indignitas poſtulat ad inferorum ſupplicia deijci. Nam & ipſe etiam Dominus iam olim prædixit hoc
Prouerb. 17.verſ.15. genus iudicij eſſe ſibi inprimis odio & deteſtationi. Vt enim *qui condemnat iuſtum*,& illi reorum pœnas infligit: ſic item is *qui iuſtificat impium*,& eum pronunciat innocentem, iuſtoq; ſupplicio liberat, *Vterq; abominabilis eſt apud Deum.* Breuiter ſi ſola imputatione, non rei veritate per Chriſtum à peccato liberamini,& ſola opinione non reipſa boni ſanctique euaditis,conſequens certè eſt,vt ſola quoq; opinione & imputatione, non rei veritate per Chriſtum æternam beatitatem adeatis. Neque ego certè video quemadmodum à poteſtate & ſeruitute diaboli (qui alius eſt paſſionis Chriſti fructus) per eam erepti ſitis,quum diaboli in vos imperium vel ſolum, vel ſaltē potiſſimum in peccato fundetur,vt qui peccati regnum ſtabiliat,is vna diaboli monarchiam neceſſariò & firmiſſimè conſtituat. Ex quo eſt illud Apoſtoli *Qui facit peccatum ex diabo-*
1. Ioan. 3. verſ. 8. 10. *lo eſt. Et in hoc* (peccato) *manifeſti ſunt filij Dei & filij diaboli. In hoc autem apparuit filius Dei, vt diſſolueret opera diaboli*, &
Hebr.2. verſ.14. vt ait Paulus, *Deſtrueret diabolum,eoſq; liberaret,qui eius ſeruitute tenebantur.* At peccati regnum Chriſti paſſione non eſt exciſum: ergo nec opus diaboli diſſolutum, ideoque nec minus impotentem habet in homines, quàm prius habebat dominatum,hæc enim duo ſibi arctiſſimè connexa ſunt,vt quēadmodū peccatū verè regnare & remanere, nec niſi imputatione & imaginatiōe tolli ſcribitis, ſic itidē vos diaboli ſeruos verè & actu exiſtere, imputatione aūt & opinione liberos eſſe
Eſai.59. verſ.2. fateamini. Et deniq; eadē opera veſtrā cū Deo reconciliationē fictā & phantaſticā eſſe conſequitur. Quid enim Deum vobis fecit hoſtem & inimicū? Peccatū. *Peccata enim* (inquit Propheta) *diuiſerunt inter vos & Deum veſtrum.* Quid ergo præſtandum erat,vt Deus vobis efficeretur amicus & beneuolus?
Epheſ.2. peccatum nimirum verè extirpandum, vt vera Dei vobiſcum ſequeretur reconciliatio. Sic enim Apoſtolus: *Vos quum eſſetis mortui in delictis,alienati à conuerſatione Iſraël, promiſſionis ſpē*

non

non habentes, & ſine Deo, vos (inquam) *qui eratis longè facti eſtis propè in ſanguine Chriſti.* Quo modo? & quid ſanguis ille operatus eſt, vt qui tam longè à Deo ſeparati erant, tam propè cum eo iungerentur? fecit nimirum ſanguis ille *pacem, & reconciliauit vos Deo, per crucem interficiens in ſemetipſo inimicitias*, hoc eſt peccata quę tam longè Deū à vobis alienauerunt, eumq́; vobis inimiciſſimū effecerant. Ponamus vobiſcum contrarium, *inimicitias has non eſſe interfectas*, peccatum non occidi, deleri, auferri, extingui, ſed quum vigeat & valeat, & effuſè regnet in corporibus & animabus veſtris, tātummodo, non imputari, obtegi, abſcondi, operiri: eadem opera ponitis totam cum Deo reconciliationem eſſe non ſinceram, & plenam, ſed fucatam & imperfectam. Verè enim odij & diſſidij priſtini cauſæ intrinſecus in animis hærent, & in diuinæ maieſtatis oculis ſunt illuſtres, quantumuis ille diſſimulet. Et non aduertis Samuel quàm tenuē & miſerabilem, & (vt iuxta noſtram hanc diſputationem propriè loquar) adumbratum & merè imaginarium redemptorem vel liberatorem veſtra vobis Theologia formauit? iuxta quam liberator iſte veſter vos verè nec à peccato liberauit, nec à maledictione legis, nec à ſeruitute diaboli, nec verè vos Deo patri reconciliauit, nec aliquam vitæ nouitatem vobis infudit, nec aliquid ſolidè præſtitit quod erat redēptoris, ſed ſola phantaſia, fictione, & imaginatione tranſegit omnia! Si enim omnes ſingulatim effectus paſſioni Chriſti à Chriſtianis olim attributos perluſtrare velis, fortaſſe nec vnus occurret, quem non hæc doctrina veſtra vel penitus ſuſtulerit, vel mirificè labefecerit. Qui enim peccatum, quod eſt totius humanæ infelicitatis, ſeruitutis, damnationis fons & fundamentum, relinquit integrum, nec Chriſti cruce deletū, is hominem ſemper in eodem relinquit barathro demerſum, in quo ante Chriſtū incarnatum iacuit ſepultus, & tum quid egregium, quid magnopere fructuoſum ex Chriſti paſſione ad hominem iuuandum poterit elicere? Semper enim vos hoc argumentum ex Chriſti ipſius ore verbiſque deſumptum premet & opprimet etiam; ſi Chriſtianos *Chriſtus liberauiſſet, verè,* & non ſola imputatione, à peccati ſeruitute *fuiſſent liberi.* At illi nō ſunt verè liberi, ſed mera imputatione. Nec ergo eis Chriſtus verè, ſed mera tantū imputatione liberator eſt. Sed hic inſiſtā, nec plura perſequar, quādo hæc abūdatiſſimè cōuincant, Chriſti mortē in Chriſtianos verè redimēdo, hoc eſt, à peccati ſeruitute & legis maledictione liberando, ſanctificationē verā impartiendo, Diaboli imperiū euertendo, & reconciliationē cum Deo inſtaurando fuiſſe vel

Ioan. 8. 36.

planè nullam, vel certè admodū debilem & imbecillam. Noſtra autem ſententia, quæ Chriſtum tradit Dei voluntate è Iudæorum eum crucifigere volentium manibus ereptum, & in cæleſtes ſedes euectū, multò eſt & per ſe probabilior, & Chriſto honorificentior, quàm hæc veſtra opinio, quæ eum nugatur tam horrēdis cruciatibus ſuperfluis, & nemini quicquam profuturis mactatum. Neque verò eſt, quod in iſtis vel molliendis, vel exponēdis, vel quoquo modo declinandis te multum torqueas. Quo enim magis in eo elaborabis, eo magis inutili teipſum moleſtia implicabis, & minus magiſtrorum tuorum ſenſum aſſequere, quos & euidens ratio, & experientia, & multi etiam fratres tui non obſcurè ſignificant contra communem Chriſtianorum ſenſum, & literas (quæ vocantur) Apoſtolicas hæc omnia poſuiſſe, vt quum ſui diſcipuli tam abſurdis difficultatibus expediendis aliam viam nullam reperirent, ad noſtrum hoc Aſylum compellerentur, vbi ſolidam & animorum & corporum quietem obtinerent. Et hæc quidem certò mihi perſuadeo à tuis Magiſtris ob hanc cauſam fuiſſe hoc modo tractata. Quam apertiſſimè enim Alcorano noſtro inſeruiunt, & homines facili via & neceſſaria planè cōſequentia ad eum amplectendum ducunt & dirigunt. Sed habent illi alia nonnulla, quæ vt huic ſcopo nequaquam conueniunt, ita honeſtè excuſari nullo modo poſſunt, Chriſtique & Dei ipſius maieſtatem ita atrociter blaſphemant, vt tibi ſi ad nos veneris, penitus ſint ex animo deponenda, quando Alcorani noſtri puritas eorum prophanam impietatem nullo modo poteſt ſufferre.

ARGVMENTVM CAPITIS XVII.

Poſt pauca adiecta de Euangelicorum Atheiſmis & Heshuſiis, expoſita primum certa veritate de Deo nullius impietatis authore, Michaas oſtendit quàm multa horribilia contra Deum, & vitam communem ſequuntur ex contraria Proteſtantium doctrina de Deo peccatum in hominibus libero arbitrio carentibus efficiente, qua doctrina expreſsè traditur à Zuinglio, Luthero, & maxime à Caluino (qui tamen videtur eam aliquādo reuocaſſe) & alijs: ex qua efficitur Deum mutari verè in diabolum, eumq́; iniuſtiſſimè in extremo iudicio iudicaturum, id quod

id quod Euangelicorum Principes non negant. Hoc autem eiuſmodi eſt, vt præſtaret Deum omninò nullum credere, quam eum talem deſcribere.

CAPVT XVII.

SAMVEL.

QVONAM tandem progrediére Michæa? aut quonam vlterius eos præcipitabis, quos iam pridem in imo impietatis barathro demerſiſti? Quis enim deteſtabilioris perfidię gradus eis relinquitur, quos tanquam manifeſtę infidelitatis contra Trinitatem, contra Spiritum ſanctum, contra Chriſtum Deum, hominemq́; contra paſſionem & crucem eius reos condemnaſti? Certè quamcunque ſimulas moderationem, hæc clariſſima ſunt argumenta animi flagrantis odia, & ad noſtros æternis turpitudinis maculis infamandos immodicè vltra rationem omnem prouecti. MICHÆAS. Vtrobique falleris Samuel, & quod me contra vos ſic animatum opinaris, & quod putas nihil ſupereſſe contra religionē ſceleratius, cuius vos arguam. Quamuis hęc à te poſita omnino vitioſa non ſunt, ſed ſummè potiùs laudanda. Trinitatem reijcitis? non hoc in vobis poteſt eſſe vituperabile, quādo ipſi eiuſdem vobiſcum fidei communionem profitemur. Spiritus ſancti hypoſtaſin & perſonam diſtinctam à Patre refellitis? Nemo noſtrum hoc ad contumeliam & infamiam veſtram interpretabitur. Eſt enim certa veritas, & in Alcorano noſtro manifeſtè tradita. Chriſtum Deum non eſſe & hominem, redemptorem eſſe non poſſe, quis niſi à fide Mahumetis Apoſtata in vobis reprehenderit, quum eam veritatem nos quoque tanquam aras & focos defendamus? Reliqua de multitudine deorum vel ęqualium, vel inęqualium, de Chriſto Deo & mortem pro mundo turpiſſimam perferente, nec quicquam tamen promerito, ſacrificante, ſed ita vt ſacrificij eius nulla fuerit vtilitas, legem ferente, ſed ita vt lex nulla ab orbe condito fuerit debilior & inquinatior, iſta quidē ſunt aliquanto tetriora, & tamen ſunt his etiam alij altiores impietatis gradus, quos veſtrum multi aſcenderunt, ſunt alia horribiliora dogmata, à quibus vos ipſos non longè abeſſe nō pauci criminantur, ego in alterutram partem nihil adhuc dixi, at his hactenus expoſitis multò eſſe impuriora nec tu opinor ipſe es negaturus. Quid enim ſi vos Atheos dicerem, & Deum

nullum credere? quid ſi faterer vos Deum quidem agnoſcere, ſed eundem vel iniuſtum cum Simone Mago, vel authorem mali cum Marcione, vel otioſum cum Epicuro, vel impotentem cum Luciano, vel miſerum & ſeſe affligẽtem, quod nonnulla in mundo permiſiſſet, vti de eo propter Hieroſolymorum euerſionem delirant ſtultiſſimi Talmudiſtæ? Et tamen fortaſſis iſtorum aliqua poſſent non improbabiliter in vos intorqueri. Exempli enim gratia Ioannes Brentius (vt ipſe apud Bullingerum) vos inſimulat tanquam *Epicuræos qui iiſdem ferè argumentis, quibus olim Plinius ille ἄθεος Epicuræus omnipotentiam Dei oppugnatis.* An memoria tenes quod ſuprà Heſhuſium Lutheranum vobis obiecisse memoraui, vos *Deum transformare in diabolum*, hoc eſt, vos diabolum loco veri Dei adorare? SAMVEL. Optimè memini, & propterea Lutheranum illum vix ſanæ mentis compotem exiſtimo. Si enim nos hominum numero habuiſſet, talem vel cogitationem de nobis nunquam concepiſſet. MICHAEAS. An tu Anabaptiſtas & Libertinos, qui per Belgium, Galliam & Angliam tanto numero alacres & erecti vagantur hominum loco habes? Atqui Caluinus hoc ipſum de Libertinis illis ſyllabatim affirmat, videlicet *eos Deum transformare in diabolum*: Et ruſus, *eos ex Deo idolum efficere, quod nobis deteſtabilius eſſe debet omnibus gentium idolis*: omnes autem Dij & idola Gentium *dæmonia*, inquit Pſalmiſta Dauid. Sequitur ergo ab iſtis Deum ſtatui Diabolo impuriorem. SAMVEL. Grauiſſima quidem cenſura, ſed ita fortaſſe meretur hæreticorum illorum improbitas MICHAEAS. Quin ergo tu quoq; priuſquam Heshuſium inauditum adeo feſtinanter & præproperè damnas, cauſam inquiris, quæ Heshuſium ad ſimilem cenſuram contra vos ferendam permouit. Neque enim Heshuſius iſte vt vilis aliquis & triobolaris homuncio de lapide emptus ita leuiter eſt contemnendus, quam tibi videtur. Eſt enim magni in Eccleſia Lutherana nominis, eſt inſignis Superintẽdens, eſt ſuorum iudicio *Theologus, ſine controuerſia eruditiſſimus*, & cũ ante multos annos Eccleſias in Palatinatu & alibi quoque tum primum Euãgelio nouo initiatas ordinaret, ſiue ſua ambitione, ſiue aliorum adulatiõe, ſiue merito *vocabatur* certè, vt vel aduerſarij eius teſtificantur. 1. *Examinator ordinandorum vnicus.* 2. *Collegij Miniſtrorum Præſidens ſupremus,* 3. *Cõſiſtorij item matrimonialis Iudex ſupremus,* 4. *Senator Academiæ prudentiſſimus,* 5. *Lector Theologiæ primarius,* 6. *Facultatis Theologiæ Decanus,* 7. *Deniq; Generalis Superintendens omnium Superintendentium,*

Bulling. fundamẽto firmo contra Brentium part. 2 3. cap. 10.

Calui. Instructio. contra Libertinos. cap. 14. Pſalm. 95. verſ. 5.

Conrad. lib. 2. pag. 6. de Theolog. Calui. Clebitius in victoria verit. & ruina Papatus arg. 15

dentium, quaſi dicas ſummum earum regionum Pontificem. Certe polygraphus eſt & ſcriptorum multitudine (de bonitate iudicent alij) pares ei fortaſſe aliquos ſuperiores perpaucos Eccleſia Lutherana hoc tempore poteſt oſtendere. *Extant enim* (vt ipſe de ſe gloriatur) *Dei beneficio noſtra ſcripta contra Romanum Antichriſtum & Synodi Tridentinæ blaſphemias, contra Adiaphoriſtarum nefariam concluſionem, cōtra Maioris impium dogma de neceſſitate bonorum operum ad ſalutem, contra Hoſiandri καινοφωνίαν, Suenckfeldij deliria, Serueti blaſphemias, Caluini & Zuinglij errorem de cœna Domini, cōtra Villorum & Synergiſtarum falſum dogma, contra Anabaptiſtarum furores, nec diſcedimus ab hac confeſſione, quam ſcimus eſſe æternam Dei veritatem. &c.* Hunc igitur tam inſignem virum, tam nobilé veritatis Euãgelicæ vindicem quum adeo multos haberet veros errores hoſteſq;, cum quibus ſeriò depugnaret, non eſt credibile voluiſſe falſos errores confingere, contra quos ſuas vires ſimulatè & ioco experiretur, & grauiſſimo obiecto crimine Bezam, Gallaſium, & totam Eccleſiam Geneuenſem ſine cauſa laceſſere. Quid ſi autem hac in re eadem ſit Libertinorũ & Geneuenſiũ fides? quid ſi nihilo omnino Libertini teneant, quod non à Caluino, & Zuinglio & Beza didicerint? Quanquam reuera cõijcio Caluinum huius erroris palinodiam cecinisſe, quando aliàs neceſſe eſt eum fuiſſe omnium, quos ſol vidit, mortalium impuriſſimũ, ſi deteſtabile idolum, quod in Libertinis execratus eſt, ipſe volens & ſciens vnius ſummi, veriq; Dei loco ſibi adorandum propoſuerit. Hãc ergo quæſtionẽ, vt potero, ſuccinctè planeq; explicabo, & quia cũ hoc argumẽto, quod tractamus, eſt cõiuncta, & quia eadẽ opera tria vel quatuor, quę promiſi, ſum exolututus. Quod ſi deinde adiecero paucula de morte diuinitatis, quæ ſunt in Germanorũ ſcholis maximè trita & decantata, tum ſtatim videbis Samuel & iſtis hactenus diſputatis eſſe tetriora, quæ vobis poſſunt obijci, & tu ipſe ſi ab ipſis hominibus ad nos demigraueris, à quam infœlici ſolo, manifeſtis impietatibus, ſectis, & contentionibus tanquam dumetis & vepretis horrenti', ad quam fœlicem paradiſum vnitate fidei, vacuitate ſectarum, trãquillitate animorum, tanquam ſuauiſſimorum florum amęnitate beatum peruecheris. Dixi quibus eſt à natura impreſſum vnũ eſſe Deũ, illis multò altiùs infixum eſſe, eum non eſſe effectorem mali, & cum vera Theologia magis congruere, vt quis nullũ planè Deum credat, quam vt eum peccati cauſam efficiẽtem ponat. Dixi tamen hoc ſenſiſſe Caluinum, & Zuinglium, ſed ita vt

Heshuſ. in Antidoto contra Illyric. partes. fol 212.

Calui-

Vide Theodorit. de curandis Græcorum affectibus libr. 5.
Plato in Dialog. 2. de Republ. ſiue de iuſto.
Plutarch. aduerſus Stoicos.
Munſterus Annotat. in Exo. c. 7
Petrus Martyr adRoman. cap. 9.
Corpus doctrinæ German. & in examine ordinandorum, ca. de definitionibus appellationum.

Caluinus tandem quum huius doctrinæ peſtilentiſſimos fructus in Libertinis videret, ab hac nequitia deſtitiſſe videatur. Age iſta quam poſſumus breuiter expediamus. Et de eo quod caput eſt, quam quærimus firmiorem probationem, quam ipſam naturæ vocem in optimis Philoſophis, & omnibus etiã hominibus clamantem. Princeps autem Philoſophorum in Repub. ferendum non cenſuit eum, qui Deum malorum authorem mutire auderet. *Modis* (inquit) *omnibus pugnandum eſt, ne Deus qui bonus eſt, dicatur eſſe malorum cauſa, nec qui iuſtis legibus victurus eſt, verba hæc dicat in ſuæ ciuitate, nec aliũ loquentem audiat.* Eſt *enim probitatis, & vitæ communis, & legum, & ciuitatum extrema corruptio.* Alter *eos qui Deum natura bonum malorum cauſam ſtatuunt, contra communes notitias loqui, & infinitis partibus eſſe tolerabilius imbecillitatẽ Deo tribui, diciq́; multa vi quadam improbè fieri contra eius naturam & voluntatem, quam nullam eſſe libidinem, nullum ſcelus, quod non Deo authori imputandum ſit.* Quærunt Iudæi in nota illa Pharaonis hiſtoria, quemadmodum Deus, *quum iuſtus ſit & rectus, nec peruertat iudicium, dicatur tamen indurasse cor Pharaonis, & deinde obſtinatum varijs afflixiſſe plagis.* Reſpondet Rabbi Abraham, & Rabbi Salomon, Deum indurasse nõ immittendo malitiam, nõ actuosè cor eius peruertendo, ſed tantum permittendo Pharaonem pro ſuo arbitratu furere, & non largiendo gratiam, nec molliendo obſtinatam voluntatem, *quia Pharao voluit impiè agere, & Deum irritare, nec dignus fuit, vt ſpiritus Dei deſcenderet in illum, & daret ei cor tractabile.* Quam eandem generalem eſſe Rabbinorum ſententiam omniumque veterum Chriſtianæ Eccleſiæ Patrum, nominatim Origenis, Ambroſij, Chryſoſtomi, Hieronymi, Photij, cõqueritur Petrus Martyr, & eſt per ſe euidens, Quid autem? An nõn ratio in mentibus omnium inhærens idem conuincit? Certè ſi Deus flagitiorum author eſſet & effector, à diabolo nihil diſtingueretur, quem veſtri definiunt eſſe *perſonam exercentem ſpiritualem ſæuitiam in genus humanum, impellentem alios ad ſcelera, ad blaſphemias, cædes, mendacia, libidinum confuſiones, &c.* Quo peccandi & non peccandi affectu Deum & diabolum, filios Dei & filios diaboli diſcriminat Euangeliſta. Quod ſi homines in ſcelera ruentes Dei ſpiritum, ductum & inclinationem ſequerentur, quanta eſſet & improbitas in Magiſtratu ea facta ſupplicio conſtringere, ad quæ Deus hominem incitat & impellit, & iniuſtitia in Deo ea facta cruciatibus æternis vindicare, quorum ipſe fuit primarius author & effector?

Ioan. epi. 1. cap. 3.

effector? Quibus aliiſq; rationibus plurimis permoti veteres Chriſtiani peccati cauſam effectricem à Deo lõgiſſimè remouendam cenſuerunt, & in ſola hominis voluntate collocandam, & *ita* (inquiunt) *ſentiendum eſſe à maioribus noſtris edocti ſumus, ipſiq; cæteros mortales edocemus.* Et quamuis varia Scripturæ loca ita quidem ſonare videantur, quaſi Deus homines ad peccandum impelleret, & in peccatis obfirmaret & induraret, tamen illi collatis perdiligenter Scripturis omnibus, & veræ Theologiæ regulis inter ſe accuratè comparatis, nihil magis abominandũ eſſe demõſtrant, quam vt ad Deum peccati effectionem reuocemus. Quare in auditorum auribus perpetuò vociferantur; *Hoc firmiter & fideliter tenete, hoc certiſſimè, hoc definitiſſimè credite, hoc omnino pietas religioſorum in concuſſum debet tenere*, peccata non *diuina potentia*, ſed *patientia*, non operatione, & impulſu, ſed *indulgentia & remiſſione generari.* Quid ergo inquies? Imbecillitatem Deo affingemus, vt contra eius voluntatem aliquid in mundo fieri ſuſpicemur? fiunt enim peccata, quo modo? nunquid Deo nolente an volente potius? Si nolente & inuito, eſt igitur Deus impotens & imbecillis. Si volente, quum voluntas eius actuoſa ſit & efficax, quid (malum) efficacem hanc Dei operationem à peccatis hominum ſecludimus. Agnoſcis vti opinor (Samuel) cornutum argumẽtum Caluini tui, & in quo ſibi mirificè placet. Sed reſponſio non eſt difficilis. Peccata fiunt volente quidem Deo, quia vult permittere, & ad maius bonũ conuertere; nolente tamen, quia abſolutè non vult, nec vt ad virtutes, ſic ad flagitia perpetranda homines mouet, aut vim improbè agendi propriè ſubminiſtrat. Ita nimirum iam olim reſpõdit Gentilis Philoſophus, *homines præſtantes, & purè de Deo ſentientes hoc credũt, illum eſſe omnium bonorũ principem, omniũ pulchrarum rerum parentem, nefas eũ aut agere aut pati mali quicquam. Vt enim caloris non eſt refrigerare, ſed calefacere, ita boni quoque non eſt nocere.* Non vult ergo ſimpliciter malum, nec efficit. Quod tamen permittat, & ad maius bonum dirigat, audi ex eodem: *Deus tyrannos non facit, nec eis crudelitatem implãtat, ſed illis tanquam carnificibus vtitur ad ſumendas de alijs malis pœnas.* Quemadmodum enim quarundam beſtiarum venena medicorum tractatione fiunt hominibus ſalutaria, vt in præſtanti Antidoto, quod Mithridaticum vocamus, experimur: *Sic nonnullis pœna indigentibus Deus iniiciens tyranni alicuius ſæuitiam implacabilem, non ante tyrannum ſuſtulit, quam vitioſos morbo liberaſſet ac purgaſſet.* Eodem modo etiam Plato, ſed

Theodoret. vbi ſupra.

Auguſtin. Tom. 10. ſerm. 58. & in Ioan. tract. 53.

Caluin. Inſtitut. lib. 1 ca. 17. & 18 §. 3. libr. 2.

Plutarch. li. non poſſe ſuauiter viui ſecundum Epicurum.

Plutarch. de ijs qui ſerò à numine puniuntur. Tom. 1. fol. 373.

Plat. Dialog. 2. de Repub ſiue de iuſto.

paulò generalius tradit. Quod autem hic de vno crudelitatis peccato optimè dicitur, id ad omnia peccata pari ratione accommodari poteſt. Quod ſi agricola ex ſpina colligat aſparagum, quanto procliuius eſt Deo ex hominum vitijs elicere bonum? Cęterùm hoc genere permiſſionis & actionis non contentus Ioannes Caluinus aliam, eamque propriam peccati efficientiam Deo vindicat. Satis intelligo Caluini de Deo ſcelerum authore mentem tibi eſſe perſpectam & cognitam, ideoque quam primum de eo mentionem inieceram, te ſtatim interceſſiſſe. Quare breuiter oſtendã ex eius doctrina & ſemente quæ concluſio, quæ meſſis, qui fructus in Republ. Chriſtiana cõſequuti ſunt, ſi prius vnam vel alteram ex eius libris ſententiam deprompſero, quo ea quæ dicenda ſunt, & ex Caluini ſentẽtia pendent fiant illuſtriora. Ille igitur plurimis in orbem Chriſtianum emiſſis libellis ſuos diſcipulos hac opinione imbuit; Deum *intus operari in cordibus peccantium, Dei non tantum permiſſu, ſed etiam voluntate homines peccare, eos nihil efficere niſi arcano Dei nutu, nec quicquam deliberando agitare, niſi quod Deus apud ſe decreuit, & arcana ſua directione conſtituit. Abſalon* (inquit ille) *inceſtu coitu patris thorũ polluens deteſtabile ſcelus perpetrat, Deus tamen hoc opus ſuum eſſe pronunciat. Quãtum ad arcanos motus ſpectat, quod de corde Regis prædicat Salomon flecti huc vel illuc, prout Deo viſum eſt, ad totum certe genus humanum extenditur, tantumq; valet ac ſi dixiſſet arcana Dei inſpiratione ad ſuum finem dirigi. Et certe niſi intus operaretur in mentibus hominum, non rectè diceretur auferre cor Principibus terræ. Nihil autem clariùs eſt, quam ibi toties pronunciat ſe excæcare mentes, incutere amentiam, obdurare corda, quæ omnia friuolè quidã de permiſſione interpretantur, ſed Deus palam ſe facere affirmans effugium illud repudiat. Ipſe enim dat homines in reprobum ſenſum, & proijcit in fœdas cupiditates, quia iuſtæ ſuæ vindictæ præcipuus eſt author, Satan verò tantum miniſter, Deus autem hominum malorum & conſilia deſtinat, & voluntates excitat, & conatus firmat.* Multus eſt ille & copioſius in hoc vrgendo, ſed ad tria quaſi puncta & capita video argumenta eius omnia poſſe reduci. Primum enim reijcit Papiſtarum iudicium de permiſſione, & Deum actiua atque efficaci voluntate peccatum velle aſſerit. Tum Deum non ſolum peccata ad certos fines ordinare & dirigere, ſed vt in virtutibus, ſic in peccatis quoq; illum propriè operari affirmat. Deinde Deũ vult non modo deſerere impios, & ſic peccandi cauſam præbere, ſed eos etiam incitare, commouere, & ad peccã-

Caluin. Inſtit. lib 1. cap 18. §. 1. 2.

dum

dum neceſſitate quadam impellere. *Dei enim voluntas* (inquit ille) *ſic eſt rerum omnium cauſa, vt non ſolum electos ſpiritu ſuo regat, ſed etiam reprobos in obſequium cogat, & dicente Apoſtolo Deus excitauit Pharaonem, vt oſtenderet potentiam ſuam, ſequitur abſconditum Dei cõſilium indurationis eſſe cauſam. Et quum idem Apoſtolus dicat: Cui vult Deus miſeretur, & quem vult indurat, eo admonemur nihil cauſæ quærere extra eius voluntatem.* Denique omnia vniuerſè peccata ex hoc ampliſſimo diuinæ voluntatis & deſtinationis fonte manare contendit. Si de ruina Angelorum quæras, *Angelorum* (inquit) *defectionis non alia poteſt cauſa adduci, quam reprobatio, quæ in arcano Dei conſilio abſcondita eſt.* Si de lapſu primi parentis, & qui inde ſequutus eſt malorum Oceano interrogas; *Lapſum* (inquit) *humani generis Deus decreto ſuo ordinauit, nec modò primi hominis caſum, & in eo poſterorum ruinam præuidit, ſed arbitrio quoque ſuo diſpenſauit. Quia vt ad eius ſapientiam præſcientia, ita ad potentiam ordinatio & deſtinatio rerum omnium pertinet.* Et iterum: *Dei voluntate ceciderunt vniuerſi filij Adam, & redeundum ſemper eſt ad ſolum diuinæ voluntatis arbitrium, cuius cauſa ſit in ipſo abſcondita.* Denique poſt multa huius generis concludit: *Non dubitabo igitur cum Auguſtino ſimpliciter fateri voluntatem Dei eſſe rerum neceſſitatem, atque id neceſſariò eſſe futurum quod ille voluerit, ſicut verè futura ſunt quæ præuiderit.* Et alibi contra Albertum Pighium: *Perſpicuum eſt non minus interiores affectus regere Dei manum, quàm externis actionibus præeſſe: neque Deus quæ decreuit hominum manu perficeret, niſi in eorum cordibus operaretur ipſum velle (in quo eſt ipſiſſima & intrinſeca peccati eſſentia) quod operis effectum præcedit. Sicq; opus ſuum in reprobis adimplet, vt videas efficaciam agendi penes ipſum fuiſſe, illos miniſterium dũtaxat præbuiſſe* Ita Caluinus. Ex qua doctrina quantum turpitudinis fluat non ſolùm ad homines corrumpendos, ad totas Reſpublicas peruertendas, ſed maximè ad omnem religionem profanandam, ad ipſam Dei maieſtatem blaſphemandam, non eſt mihi neceſſe oratione longa exponere. Manifeſta enim paucorum annorum experientia in totius Europæ oculis manifeſtò demonſtrauit. Hæc enim & huiuſmodi poſtquam Caluinus in Inſtitutionibus, Harmonijs Euangelicis, Commentarijs, Prælectionibus & Concionibus ſeminaſſet, paruo interiecto tempore illis in regionibus, vbi potiſſimũ Caluini doctrina graſſabatur, hoc eſt, in Gallia, Anglia, Flandria, Hollandia, & tota inferiore Germania pullularunt innumeri Caluiniſtæ, qui ex

Inſtitut. lib. 1. ca. 18. §. 2. & lib. 3. ca. 22 §. 11 & cap. 23. §. 1.

Ibi. §. 4. 6.

Ibi. §. 2.

Calui. lib. de æterna Dei prædeſtinatione pag. 1001.

Inſtitut. lib. 2. ca. 4. §. 4.

Caluin. Inſtruct. contra Libertinos cap. 13.

hac doctrina has & fidei & vitæ regulas ipſo Caluino narrante deduxerunt, *ſolum Dei ſpiritum efficere omnia, & quicquid in mundo fit, opus ipſius directò cenſendum eſſe* Hoc primum. Deinde, *nullam homini voluntatem tribuunt, ac ſi eſſet lapis.* Quid deinde? *Nihil eorum iudicio perperam fieri poteſt, quum Deus ſit author omnium. Ita quum homicidium fit à Deo fieri aiunt, & quod nos facimus, Deus efficit.* Ex eo quid ſequitur? *Hoc cōceſſo imputandum eſſet Deo peccatum, aut concludendum, nullum in mundo peccatum fieri, quum omnia ſint opera Dei* Quid tum poſtea? *Licebit hominibus, velut laxis habenis, quicquid in mētem venerit, peragere, non ſolum quia ſumus extra periculum peccandi, ſed etiam quia deſideriū aliquod cohibere ſit impedire Deum. Ita ſcortationes, rapinæ Deo probabuntur, cuius ſunt opera. Ita non eſt curandum, vt rapta reſtituantur. Neque enim conueniens eſt, vt Deus corrigatur.* Denique, ne in ſingulis longius immorer, quicquid vnquam geſtum eſt, vel ab adulteris impurè, vel à prædonibus iniuſtè, vel à tyrannis immaniter, vel à Iudæis & Gentibus flagitiosè & idololatricè, vel ab ipſis damnatis ſpiritibus diabolicè, omnia ſunt probāda, quia omnia ſunt potius Dei, quam aut hominum, aut dæmonum opera. Mirabilis effectorum ſeries, & ſtupenda conſequentia, ſed in qua tamen ita ſunt inter ſe nexa & iugata omnia, vt vno poſito, reliqua conſtituantur. Singula autem ex Caluini prædicatione tanquam ex ſeminibus germina, tanquam ex arbore rami, ex fontibus aquæ naſcuntur. Quid eſt enim iſtorum, quod aliquis vel mediocri prudentia & pudore inficiari poterit eſſe purè & ſimpliciter Caluinianum? Quod eſt horum præcipuum caput & radix? *Solum Dei ſpiritum efficere omnia & quicquid in mundo fit, id Dei opus directò cenſendū eſt.* At euidenter docet Ioannes Caluinus *nihil peccando homines efficere niſi arcano Dei nutu, nihil niſi arcana eius inſpiratione; Deum eſſe, qui eorum & voluntates incitat, & conatus firmat.* Huic quod proximum eſt, homini liberum arbitrium non magis adeſſe, quàm lapidi, vt generalis eſt Proteſtantium fides, ita ex Caluino verbatim ſumitur. Ezechiel enim cap. 36. verſ. 26. *vocat cor hominis lapideum.* Quo ex loco ſic diſputat Caluinus: *Si qua eſt in lapide mollities, quæ adminiculo tenerior facta flexum quemlibet recipiat, neq; ductile eſſe cor hominis negabo* *Neque verò* (vt idem ait) *quippiam vel minutum liberæ hominis facultati arrogari poteſt, quin Deo ipſi ſuus honos præripiatur.* Et Lutherus integro libro probat *Liberum arbitrium planè nihil eſſe.* Quod ita viget & vehementer conculcat, vt eos qui ſecus ſentiant, affirmet *fidem &*

Caluin. Inſtitu. lib. 2. c. 3. §. 6. Ibi lib. 3. cap. 2. §. 1. & in Ieremi. cap. 10. ver. 23. Lutherus Tom. 2. lib. de ſer-

dem & timorem Dei penitus è mundo tollere. Nec quicquam eſt vulgatius quàm Lutherum & Lutheranos, & Zuinglium cum Zuinglianis, inprimis autem Caluinum cum Caluiniſtis homini in agendo liberam voluntatem funditus adimere. Tertium verò illud de Deo omnium authore, cui propterea & homicidia ſunt attribuenda, iiſdem verbis Caluinus aſſerit, nec ſemel, ſed ſæpe repetit, *Deum eſſe authorem omnium, etiam peccatorum*, & poſtquam varia Scripturarum loca ad illud demõſtrandum congeſſerat, elatè & magnificè quaſi inſigni parta victoria contra Papiſtas ſecus opinantes ita gloriatur: *Iam ſatis apertè oſtendi Deum vocari eorum omnium authorem, quæ iſti Cenſores volunt otioſè tantum eius permiſſu cõtingere.* Quod ſi *Abſolonis mœſto coitu patris thorum polluentis deteſtabile ſcelus Deus opus ſuum eſſe pronunciet*, quis neget pari ratione & homicidia, & adulteria, & rapinas, & quæcunque alia ſcelera maximè infanda eſſe vocanda opera Dei? Iam verò an iſti reprehendendi ſint nec ne, qui in Dei opera iudicium ſibi arrogare audent, & dicere *eorum aliquod perperam fieri*, ipſe Caluinus, aut quiſquis ex Caluiniſtis Caluinum maximè admiratur, imò quiſquis ſe hominem, aut creaturam Dei nouerit, iudex eſto. *Væ enim qui contradicit fictori ſuo, teſta de ſamijs terræ. Nunquid dicet lutum figulo, quid facis? & opus tuum abſq; manibus eſt?* Horret Propheta tanquam monſtrum, & væ denunciat illi, *qui dicit patri, quid generas? & matri, quid parturis?* Quantò magis execrabilis eſt homuncio, qui omnipotentem Dominum ad tribunal ſuum arceſſit, & opera eius perperam facta blaſphemat? Ergo & reliqua quæ ſequuntur, vel *Deo imputandum eſſe peccatum*, vel, *omninò peccatum non eſſe vocandum*, quod Dei inſtinctu ſuſcipitur, & operatione perficitur, quod eſt veriùs opus diuinum & ſanctiſſimum, & deniq; ſcortationes, rapinaſque non eſſe comprimendas & reſecandas, ſed fouendas potius & proſequendas, quum Dei efficaci voluntate, motu, & inſpiratione perpetrentur, quis eſt vel adeò impius, vt dubitet, vel ita ſtupidus vt non intelligat? Quemadmodum enim in Republica Romana, poſtquam lege Senatus, populiq; conſenſu lata bellum Carthaginenſibus indicebatur, ius deinceps erat vnicuique Romano Carthaginenſem inuadere, ſpoliare, occidere, atque hoc propter legis authoritatem iuſtè fiebat & legitimè: ſic item & multò fortiùs, quum voluntas Dei certa & æterna ſit humanarum actionum lex, regula, & menſura, ad quam præſtandam omnes animi, corporiſque neruos debemus intendere, ſi hæc lex incitet ad rapinas,

uo arbitrio fol 456.

Ibid lib 1. cap.18. § 3.

Eſai. 45. verſ. 9.

Ibidem.

Exod.12. verſ.36. Oſeæ.1. verſ.2. Geneſ.22. verſ.10.

pinas, impellat ad latrocinia, adulteria, &c. Glorioſum erit rapere, honorificum latrocinari, in meritis præclaris numerandum adulterari, ruere in libidines, & reliqua inexplebili cum auiditate perficere, ad quæ hæc æterna Dei lege cõmouemur. Hęc enim ſola eſt cauſa, vt Iudæi fraudantes & ſpoliantes Ægyptios, Oſea generans *filios fornicationum*, Abrahamus volens interficere filium, non ſolum liberi ſint à peccato, ſed etiam multis laudibus cumulentur. Quare vbi hæc eadem voluntas nobis certò innotuerit (quæ iam per Caluini Euangelium innoteſcit plurimis) hominis eſt prophani, perditi & furioſi ei velle obſiſtere. Ergo grande piaculum, & contra Dei ipſius maieſtatẽ ſcelus cõmittitur, ſi quis auaritię, inuidiæ, irę, libidinis æſtro percitus, inflãmato ſtudio iſtiuſmodi flagitijs patrandis totus non incumbat: quando hic eſt humanæ creationis finis, hæc dignitas, vt Dei creatoris voluntati obtemperet. An non exhorreſcis hanc concluſionem? Aut potuit infeſtior peſtis rebus humanis importari? Promiſcuis omniũ clamoribus ad ſuſpendia damnantur aulici adulatores, qui tenera Regũ ingenia improbis moribus corrumpunt, quia neceſſe eſt Principis exemplum latè ad multitudinis cõtagionem ſerpere. Si quis publicos ciuitatis fontes, & aquæductus veneno inficiat, quam certum eſt ciues ſtatim varijs morborum generibus languere & extingui. Si fieri poſſet, vt Sol ſuo priuatus lumine in craſſam caliginem verteretur, quã miſera foret mortalium conditio, in quam ſpiſſis tenebris mundus ſepeliretur? Quum verò Deus vniuerſalis Monarcha, quem omnes intuẽtur, fons perennis à quo omnes hauriunt, æternus Sol cuius luce omnes colluſtrantur, ita deſcribatur corruptus & denſiſſima nocte inuolutus, vt velit ſcelera, impellat ad peccata, author ſit omnis turpitudinis, ad fœdiſſimas libidines hominem inſtiget, excitet, operetur, dirigat, & (quod non puduit Caluinum veſtrum ſcribere) ita ſit *iſtarum rerum cauſa, vt nõ ſolum electos ſpiritu ſuo regat, ſed etiam reprobos in obſequium cogat, vt in obduratione impiorum nihil cauſæ quærẽdum ſit extra Dei voluntatem, voluntatem enim Dei eſſe rerum neceſſitatem, atque id neceſſariò futurum quod Deus voluerit*, quanta hinc in priuatas domos nequitia & impudentia, quanta in ciuitates ſtupra & cædes, quanta in totas Reſpublicas confuſio, deſperatio & vaſtitas eſt exundatura? Quemadmodum ergo quum olim Epicurus Deum ſuum fingeret *nihil agentẽ, nullis occupationibus implicatum, nulla opera molientem*, Romani hanc orationem refellebant, quod & *Deũ ſpoliabat actione diuina, &*

Inſtitut. lib.1.ca.18. §.1. lib.3. c.22. in fine. & 23. §.1.4.6.8.

Cicero lib. To... lib. de ſe...

... mino

homines reddebat inertes: ſic veſtram hanc diſciplinam, qua Deus ſingitur volens, efficiens, incitans, impellens ad flagitia, omnes veri Mahumetani, & Chriſtiani multò magis abominantur. quod & verum Deum ſua exuit bonitate atque natura, & mortales efficit in quibuſq; ſceleribus ſuſcipiendis prorſus impudẽtes. Et eſt certè veſter Deus hoc modo negotioſus multò funeſtior, quam fuit otioſus ille Epicuri Deus. Vnde & quidam familiares aliquando Caluini homines certè clari & pereruditi, hanc ob cauſam Caluini amicitiam deſeruerũt, & ſe manifeſtè Caluino oppoſuerunt. Ex quorum numero erat Caſtalio, qui ita eius placita de prædeſtinatione confutauit, vt vnà cum, deiecto vero Deo; in thronum eius, falſum Deũ, hoc eſt, ipſum Satanam extuliſſe probauerit. Sic enim ex effectis ei à Caluino attributis eum deſcribit. *Falſus Deus eſt tardus ad miſericordiam, propenſus ad iram, qui maximam mundi partem creauit ad perniciem, eoſq; non ſolum ad damnationem, ſed etiam ad damnationis cauſam prædeſtinauit. Itaque decreuit ab æterno, & vult, efficitq; vt peccent neceſſariò, ita vt nec furta, nec homicidia, nec adulteria committãtur niſi eius impulſu. Suggerit enim hominibus prauos affectus atque inhoneſtos non ſolùm permiſſiuè, ſed efficaciter, eoſq; indurat, ita vt dum impiè agunt, potius opus Dei, quàm ſuum faciant, Satanam facit eſſe mendacem, ita vt non tam Satan, ſed Deus Caluini ſit pater mendacij. At ille Deus, quem ſacræ literæ docent, eſt huic planè contrarius, &c.* Iam verò quod erat cõſequens vt qui talem Deum haberent, & ad eius voluntatem mores ſuos effingerent, ſimul euaderent omni flagitiorum diritate tetri atq; immanes; hoc etiã in Caluini diſcipulorum moribus manifeſto eluxiſſe, eodem in loco confirmat. *Verus* enim *Deus* (inquit ille) *venit, vt deſtrueret illius Caluiniani Dei opera. Et hij duo Dei vt ſunt natura inter ſe contrarij, ſic gignunt filios etiam inter ſe contrarios, videlicet ille immiſericordes ſuperbos, immites, inuidos, ſanguinarios, calumniatores, fictos, aliud in corde aliud in ore gerentes, impatientes, malitioſos, ſeditioſos, cõtentioſos, ambitioſos, auaros, voluptatis magis quàm Dei amantes, deniq; omnibus prauis & inhoneſtis affectibus plenos, quos eis ipſorum pater ſuggerit: at alter Deus miſericordes gignit, &c.* Vnde conſtat non ſolùm Lutheranos hoc in Caluini doctrina notaſſe, quòd Deum in Satanã, & Chriſtianos in Sataniſtas transformarit, quod tu in Heshuſio tam ægrè tuliſti, ſed etiam Caluiniſtas ipſos propter hoc dogma Caluinum fuiſſe execratos. SAMVEL. Mirum profectò eſt, quod ais de Caſtalione, ſi eum intelligis quem ego ſuſ-

Caſtalio in lib. ad Caluinum de prædeſtinatio.

Ibi. Deus Caluini quales effecerit cultores ſuos.

Humfre. de ratione interpretandi lib. 1 pag. 26. 63. Conrad. Geſner. in Bibliothe. in nomine Sebaſtianus Caſtalio.

picor, & quem tu ſignificare videris, eum familiarem Caluini nominans. Nunquid enim hic ille eſt Caſtalio, qui Geneuæ cum Caluino diu verſatus, ſub Caluino ita in Euangelio profecit, vt Caluini doctrinam vehementer amaret, & præter varios quos ſcripſit de religione libros, integrum Teſtamentum vetus & nouum ex Hebræis Græciſque fontibus in Latinum ſermonem traduxit, idque tam accuratè, vt à Melanchthone propterea mirificè cõmendetur, ab Humfredo noſtro & Conrado Geſnero alijs omnibus præferatur, *tanquam omnes omnium verſiones hactenus editas longo poſt ſe interuallo reliquerit*? quòd excellens opus Edouardo Regi noſtro dedicauit? Si vir iſte eſt, multò certè minus quàm hactenus apud me Caluini, hac ſaltem in re valebit authoritas, eo quod hunc virum Caluinianæ doctrinæ valdè aliquando ſtudioſum, & tam diligenter ſingulas veteris nouiq; Teſtamenti ſententias & verba quoque ponderantem, credibile eſt nunquam à Caluini fide fuiſſe diſceſſurum, niſi à Propheticis & Apoſtolicis ſcriptis eandem diſcrepare comperiſſet. MICHAEAS. Non alius Samuel, ſed eſt ille idem Caſtalio. Et hoc eodem in libro ingenuè fatetur ſe plurimum aliquando fauiſſe doctrinæ Caluini, in eaque exactè percipienda plurimum laboris inſumpſiſſe, & voluiſſe quidem perlibenter quo cœperat curſu progredi, ſed reuerentia nominis diuini, & veritatis euidentia coactum reſtitiſſe, ideoque vt & Caluinum ipſum à tanta impietate, reuocaret, & alios etiam erroris huius admoneret, ad Caluinum iſta amicè ſcripſiſſe, & deinceps euulgaſſe. Et quid apud alios effecerit neſcio, Caluino certè multũ profuit, qui his & ſimilibus aculeis excitatus, vidit tandem erratum ſuum, & quod in ſtirpe elidere debebat, in arbore iam grandiore recidere ſtuduit. Quare & diſcipulos ſuos huc vſque prorumpentes grauiſſimè refutauit. *Qui enim Deum mali authorem conſtituunt, atrociore & ſceleratiore contumelia Deum afficiunt* (inquit ille) *quam ſi poteſtatem aut iuſtitiam eius aliò transferrent. Quũ enim Deo nihil ſit magis proprium, quam ſua bonitas, ipſum à ſe abnegari oporteret, & in diabolum transformari, vt malum efficeret, quod ei ab iſtis tribuitur.* Hæc Caluinus, & alia huius generis multa ad hanc impietatem profligandam fortia & neruoſa. Neque enim Deus poteſt velle peccatum, quum ſit natura bonus, magis quam lux poteſt inducere tenebras, aut aqua exiccare, aut ignis cauſa eſſe frigoris, & peccatũ non eſſet peccatũ, ſed virtus, ſi Dei voluntati cõgrueret, quemadmodũ curuum aut diſtortũ eſſe non poteſt quod regulæ & gnomoni

Calui. Inſtructio. contra Libertin. cap. 14.

apte

apte reſpondet. Quare qui peccati cauſam & efficientiam ad Deum authorem reuocat, is non modò peccata omnia virtutum nomine & natura honeſtat, nec modo Dei bonitatem inſitam in diabolicam malitiam commutat ſed etiam Deum ſibi format ipſo diabolo longè ſceleratiorem. Eſt enim in ſana Theologia receptum, diabolum homini neceſſitatem peccandi non poſſe afferre, nec voluntatem illius compellere, nec vllo modo ita deuincire, quin ſemper in eius libera facultate relinquatur diaboli motiones comprimere & diſſoluere, quum Deus iuxta priorem Caluini doctrinam ad peccandum compellat, & neceſſitatem iniiciat, & ita voluntati dominetur, vt cogat ad obſequium. Vnde in peccato efficiendo, Dei huius quàm diaboli operatio, longè eſt potentior & efficacior. Atq; hæc à me in eum finem dicta ſunto, partim vt quæſtionis huius veritatem intelligas, perſpiciaſq; quo iure illud initio tanquam certum & exploratum poſuerim, Deum non eſſe peccati effectorem, partim etiam vt Ioannem Caluinum licet aliquando contra hæc naturæ communis principia errantem, poſtea tamen re maturius conſiderata reſipiſcentem (vt ego mihi perſuadeo) defendam, eiuſque quantum potero honori conſulam, quem Mahumetani omnes gratè concedunt rebus noſtris fuiſſe valde vtilem, & Alcorani pomæria non mediocriter dilataſſe. Et eſt mihi ſanè permoleſtum, quod Huldericus Zuinglius, qui minus quidem callidè, ſed non minùs fructuosè & magis apertè cauſam Alcorani noſtri egit, hoc totū de Deo peccati authore adeo craſsè tractauit & obtusè, vt illi excuſando nihil poſſim prætendere. Quanquam fortaſſe repētina eius mors, quia in ciuili Heluetiorum bello extinctus eſt, ſpatium illi hac de re maturius cogitandi præripuit. Quamobcauſam in eius opinione declarando breuior ero, & vno tantum vel altero loco quid ſenſerit, attingam, idq; vt tu non quidem ad hanc Hulderici Zuinglij fidem auerſandam, quam ad Mahumeti fidem amplectandam tanquam Zuingliana longè puriorem commouearis. Sic itaq; Zuinglius tuus: *fortiſſimum verbū Dei ſtat à nobis, nempe Deum omnia operari in nobis, nos nihil quàm inſtrumenta eſſe, per quæ operatur Deus, & vaſa quæ Deus ipſe preparauit, quemadmodum faber non malleo vomeris opus, ſed ſibi tribuit & vendicat qui & malleum fecit. Vomer ergò & malleus ambo ſunt opera fabri, ſic & opus Dei eſt. & nos inſtrumenta, per quæ operatur.* Rurſus. *Quia lex homini eſt data, ſemper homo peccat, quum contra legem facit, quantumuis nec ſit, nec viuat, nec operetur niſi in Deo, ex Deo, & per Deum. Sed*

Thom. 1. 2. quæſt. 80. art. 2. 3.

Zuinglius to. 1. in explanatione articuli 20.

Ibi. lib. de prouidētia Dei fo. 365.

Digitized by Google

quod Deus operatur per hominem, homini vitio vertitur, nō Deo. Et quando tamen facimus adulterium aut homicidium Dei opus eſt motoris, authoris, atque impulſoris. Latro Deo impulſore occidit, & ſæpenumero cogitur ad peccandum. Denique vt in libertinis negatio liberi arbitrij, quod illi nō magis in homine agnoſcunt, quam in lapide, fundamētum eſt eorum omnium, quæ poſtea contra Deum ſacrilege, vel contra ciuilem vitam impurè inſeruntur, non aliter Huldericus Zuinglius idem principium cum illis aſſumens, & liberam in agendo facultatem non magis homini quàm malleo, aut vomeri tribuens, in eoſdem ruit ſcopulos, & maiore quā Libertini audacia ea de Deo prædicat, quæ noſtræ quidem aures reſpuunt & horrent. Neque verò hęc obiter & ſparsè certis in locis ei excidunt, ſed totis libris diſputantur, integris capitibus vrgentur, & (vt ipſe loquitur) *exercitu ſcripturarum* confirmatur, qui hanc teneri vult *ſummam ſummarum, quod omnia quæ circa hominem fiunt, ſiue pertineant ad corpus, ſiue ad animum, à Deo ſunt tanquam vera & ſola cauſa, vt nec peccati actus ab alio ſit quàm à Deo, quumque vicinioribus, ſiue cauſis, ſiue inſtrumentis quid tribuimus, non magis illorum eſt, ſi rem penitus ſpectes, quam agricolæ ſuus prouentus.* Quum autem aduerſarius contra obiecisset, hoc modo homines fatalibus quibuſdam vinculis impeditos ad infernum deturbari, illicque ſempiternis flammis confici ob ea quæ vitare nullo modo poſſunt, immò quæ non tam homo, qui quaſi malleus eſt & ſolum inſtrumentum, quàm Deus, qui eſt author, motor & impulſor in homine operatur, ad hoc quia reſpondere non poteſt, indignabundus ſupra modum quod contra eius ſententiam aliquis mutire auderet: *De hoc* (inquit) *ipſum Deum interroga, ego enim non fui ei à conſilijs, certus tamen ſum, quod creaturis ſuis vtitur pro ſuo arbitrio. Vnde & cor Pharaonis ſic indurauit, vt nec ſigna, nec pericula quicquam ipſum mouere poſſent: impoſſibile vero fuiſſet eum tantis ſignis nihil commoueri*, niſi Deus eum in ſua peruerſitate obſtinatum reddidiſſet. Cùm alij quererentur ex hoc non tantùm homines effici in peccando deſperatos, ſed etiam Deum in condemnando iniquum, qui inſtrumenta pro factis non ſuis ſæpenumero plecteret (quod eiuſdem eſt dementiæ, ac ſi villicus, cuius ager opportune non araretur aut ſereretur, vomerem propter eam negligentiam aut boues, non autem colonum verberaret, ex quo ſequitur naturæ iuſtitiæque diuinæ, & cœli, & inferni, & iudicij extremi, & omnium capitum religionis tum Chriſtianæ, tum Mahumetanæ, ac-

Zuinglius tom. 1. libr. de prouidentia Dei cap. 6.

Ibidem in explanat. artic. 20.

næ atque etiam Gentilis & Paganæ euerſio) nec hoc Luthero & Zuinglio videtur abſurdum, ſed confidenter tanquam oraculum diuinum pronunciant hoc verum eſſe, Deumque vt aliquando quia bonus eſt & miſericors, nihil bene operantibus gratiam largiri, ſic ſæpiſſimè quoniam iracundus eſt, & ſine cauſa ad vindicandum pronus, de hominibus nihil tale promeritis ſempiternas pœnas expoſcere. Ita quod eſt in tyrannis huius mundi maximè nefandum & deteſtabile, vt homines innocentes, nocētium pœnis ſubijciant, id iſti Apoſtoli veſtri miſſi (vt vos prædicatis) *ad illuminandum terrarum orbem*, ſed vt res ipſa loquitur, ad occæcandum potius & ſpiſſiſſimis tenebris inuoluendum, ipſi Deo æquiſſimo omnium iudici aſcribere non verentur. Sic enim Lutherus de ſeruo arbitrio. *Si Deus ſic operatur, vt merita ſpectet vel in damnandis, vel in ſaluandis, cur illi expoſtulant Rom. 9. cur Paulus vt compeſceret eos, addit voluntati eius quis reſiſtet? quis enim miratur, non dicam indignatur aut expoſtulat, ſi meritus damnetur? Id quidem videtur abſurdum, vt damnet eum qui vitare non poteſt meritum damnationis. Deinde vbi eſt poteſtas figuli faciendi quod vult, ſi meritis & legibus ſubiectus non ſinitur facere quod vult, ſed exigitur facere quod debet?* Et mox: *Deus vt merita non reſpicit in ſaluandis, ita neque in damnandis, illic indignos coronat, hic indignos punit, ſine meritis coronat, & immeritos damnat, quod ſi tibi placet (Eraſme) Deus indignos coronans, nec debet diſplicere immeritos damnans. Illic gratiam & miſericordiam ſpargit in indignos, hic iram & ſeueritatem ſpargit in immeritos; vtrobique nimius & iniquus apud homines, ſed iuſtus & verax apud ſeipſum.* Hæc Lutherus furioſè potius quam Theologicè, immò diabolicè potius quàm humanè. Etſi enim & hūc etiam virum propter multa eius in Rempublicam noſtram merita honoro, tamen Dei cauſa, cuius maieſtas adeò indignè violatur, illud flagitat, vt nec ipſis Angelis hoc modo blaſphemantibus parcatur. Et quis eſt vel ex infima plebe, qui non ſtatim hanc orationem impietatis & inſulſitatis coarguat? Fas quidem eſt Principi opes ſuas conferre in indignos, de ſuo enim liberalis eſt, nec cuiquam facit iniuriam. At nihil prometitos carceribus mācipare, ſupplicijs exanimare, nefas & inſignis iniuria eſt. Homini indigenti quanquam nihil debeas, dare eleemoſynam quis ſanæ mentis reprehenderit? At eundem licet nec verbo nec facto te offenderit, detrudere in piſtrinum, vincire funibus, lacerare verberibus quàm eſt agreſtè & immanè? Neque vero iuſtæ eſt iracundiæ aut ſe-

Apolog. Anglic.

Lutherus tom. 2. lib. de ſeruo arbitrio. fol. 461.

Digitized by Google

aut ſeueritatis immeritos damnare, ſed eſt potius furoris, eſt amentiæ, eſt crudelitatis non Deo ſolùm, ſed etiam homine indigniſſimæ. *Miſericordia* autem *Domini* iuxta Prophetam *eſt ſuper omnia opera eius*, ideoque & indignis ſuam gratiā gloriamque poteſt impartire. Et quanquam non ſolùm *miſericordiam*, ſed etiam *iudicium Domini* idem Propheta *concinat*, nūquam tamen in eo commendat crudelitatem & iniuſtitiam, quę in vlciſcendis iis, qui nihil commeruerunt, perſpicuè cernitur. Comminatur *ignem, ſulphur, & ſpiritum procellarum*, ſed *peccatoribus*, qui cōtra legem eius nefarijs ſeſe ſceleribus polluerunt, *quia iuſtus Dominus, & iuſtitias dilexit, æquitatem vidit vultus eius*: iuſtus autem non eſſet nec iuſtitiam amaret, ſed manifeſtam iniquitatem, ſi homines nutu, ſpiritu, & volūtate ipſius Dei quæcunque ſcelera committentes damnaret: ſi damnaret (inquam) propter ea, in quibus committendis homines mera ſunt inſtrumēta, ipſe autem primarius eſt motor, impulſor & author. Ad quod probandum etiamſi Martinus Lutherus Pauli nomine abutatur, mihi tamē certum eſt Paulo nihil tale vnquam veniſſe in mentem. Et tamen ex eodem loco Pauli idem ipſum concludit Huldericus Zuinglius. *Quid eſt enim aliud dicere Rom. 9.* (inquit Zuinglius) *miſerebor cuius miſerebor, quam dominantium more pronunciare ac definire, miſericordiam impartior pro meo placito, non pro implorantium meritis, aut eiulantium miſeria ita indurat Pharaonem non hyperbolicos loquendo, ſed verè indurat etiamſi reluctetur.* Vt quamuis Pharao cuperet Deo per Moyſem præcipienti obtemperare, Deo tamen intrinſecus operante, & voluntatem eius frænante, & ne pareret coercente, quod ſummè deſiderabat, exequi nō potuit. Quæ oratio ad quantam deſperationem homines Deum timentes præcipitet, ſicarios autem & flagitioſos quam immodicè in ſua nequitia firmet ac roboret, cuiuſuis eſt exiſtimare. Quid enim eiulas, & continuis lamentis te affligtas miſer, quum de capite tuo ſortem iecerit diuina prouidentia, cuius decretum ratum eſt & immutabile? Quid ſibi volunt hæc tua peruigilia, pietatis opera, ieiunia, preces ſupplicationes, quaſi iſtorum apud Deum vlla ſit ratio? qui in ijs quos ad cæleſte ſuum regnum perducere cogitat, iſta omnia prorſus contemnit, non pendit opera, nihili facit charitatem, nihil reliqua quæ vulgus hominum putat eſſe grata & remuneratione digna, nec fidem quidem ipſam, qua multi ſola æternam fælicitatem inuadere ſe poſſe gloriantur. Nec enim ſola fide, ſed ſola ſua obfirmata voluntate horum omnium nihil

Pſalm. 144. 9.

Pſalm. 100. 1.

Pſalm. 10. verſ. 6.

Zuinglius tom. 1. libr. de prouidentia Dei cap. 6. pag. 367.

nihil ponderante, alios his medijs eius ſeueritatem inflectere cogitantes repellit, & ad inferos amandat; alios iſtiuſmodi nihil molientes cæleſti beatitudine donat. Et quemadmodum Lucius Sylla quatuor legiones in campo Martio miſericordiam ſuam implorantes in veſtigio obtruncari iuſſit, & Alexander Magnus Lyſimachi, Cliti, & Calliſthenis veterum amicorum repentinis cædibus ſe funeſtauit, & Romani Imperatores Nero, Caligula, & Domitianus multos præfectos militares quorum, diu fideli opera fuerant vſi, ſubito interfecerunt, & alios obſcuros terræ filios ad ſupremum dignitatis faſtigium extulerunt, non quod vel illi quicquam oſſenderant, vel iſti quicquam præclare geſſerant, ſed tantum vt tyranni iſti oſtenderent ſuam potentiam, & quam libero in ſuorum vitam & fortunas dominatu potirentur: iſtorum ita dominantium more (iuxta Zuinglium) Deus homines pios & bonos quibus offenſi rationibus eius miſericordiam implorantes æternis ſupplicijs mactat, alios autem nihil de his rebus ſolicitos, ſed in vtramque aurem ſecurè dormientes, & ſiue miſericordiam impartiat, ſiue ſeueritatem exerat ſuſque deque habentes, in ſuā amicitiam aſciſcit, & immortalitatis præmijs coronat. Hæc eſt Lutheri, hæc Zuinglij de Dei maieſtate prædicatio, quæ quam ſit in eum contumelioſa iudicent alij, mihi certè hæc Dei (vt ab iſtis explicatur) crudelitas ſuperare videtur regum, qui vnquam truculentiſſimi habiti ſunt, immanitatem. illi enim etſi ſine cauſa homines innocentes punirent, minus tamen nocent, quia certo & temporis ſpatio, & pœnarum grauitate eorum ira circumſcripta erat: at Deus quum in immeritos iram ſuam & vindictam effundit, in æternum iniurioſus eſt, quia nullo nec temporis ſpatio, nec ſupliciorum magnitudine eius vindicta definitur. Sed non eſt opus pluribus. Hoc enim quod eſt per ſe euidens, & ab Heshuſio luculenter poſitum, & à Caluino confirmatum, & ratione firma ſubnixum, eum qui liberum ab homine arbitrium tollit, & Deum peccati authorem conſtituit, eadem opera Deo naturæ ſuæ bonitatem eripere, eiq; contrariam planè naturam affingere; hoc ſolum (vt reliqua omnia ſileamus) ſatis demonſtrat me non ſine cauſa initio tanquam certum axioma ſumpſiſſe, Deum eſſe vt vnum, ita bonum, vt bonum, ſic etiam mali non effectorem; quod qui docet, ille longe horribilius & contra Deum & contra hominem peccat, quàm ſi cum veteribus paganis multitudinem Deorum rurſus in orbem introducerent. Quumque Principes iſti Euangeliſtæ Lutherus & Zuinglius hac doctrina de Deo

Appia de bello ciuili lib 1.

Curtius.

de Deo peccatorum effectore & impulſore, mundum imbuerint, & deinde illam iudicij peruerſiſſimam iniquitatem Deo attribuerint, certum eſt ita eos fundamenta omnis religionis, potiſſimum Chriſtianæ & Turcicæ ſuſtuliſſe, ita iudicij extremi formam inuertiſſe, ita Dei bonitatem (horreſco referens) in diabolicam quandam malitiam commutaſſe, & prima naturæ communis de Deo principia in hominum mentibus corrupiſſe, vt infinitè ſatius fuerit cum Epicuro Deum otioſum & nihil agentem, vel cum Diagora Deum omnino nullum poſuiſſe, quam hoc modo induxiſſe crudelem, iniuſtum, omnium ſcelerum & flagitiorum fontem.

ARGVMENTVM
CAPITIS XVIII.

Pergit Michæas deinceps explicare Proteſtantium turpem & nimis barbaram fidem de diuinitate Chriſti mortua, ſine qua negant mortem eius quicquam profuiſſe, & qua diuinitas propterea à Luthero & pleriſq; ſcriptoribus Lutheranis, nonnullis etiam Zuiglianis aſſeritur in cruce mortem obijſſe tam propriè vereq; quàm Chriſtus homo mortuus eſt. Ex quo infertur eos Deum penitus è mundo ſuſtuliſſe. Deinde Proteſtantium fidem Michæas comparans cum abſurdiſſimis variarum gẽtium Idololatrijs, docet nullam vnquam vel maximè agreſtem nationem tam turpiter de Deo ſenſiſſe, quàm Proteſtantes. Poſtremò breuiter repetens nonnulla quæ impiè & de Deo & Chriſto ab illis tradita, in hoc libro iam fuerunt diſputata, concludit Alcoranum quoad fidem de Deo & Chriſto iſtorum nouo Euangeliſmo eſſe infinite præſtantiorem.

CAPVT XVIII.

ATQVI hoc peccatum vt eſt Lutheranorum & Zuinglianorum commune: ita illud quod ſequitur, Lutheri & Lutheranorum eſt magis proprium. Et quanquam ad Dei naturam tollendam directè pertinet, tamen ad Chriſti etiam paſſionem abolendam non minus

nüs commodè referatur. Si enim Chriſti mors Dei morte i-ta ſit implicata, vt alteram ab altera ſeparare nequeas, an non multò præſtaret Chriſtum à mortis conditione eximere, quæ eſt fides noſtra, quam vt vos facitis, ita eum occidere, vt vna ipſum quoque Deum, vel (vt ad rem aptius loquar) ipſam diuinitatem morte afficiatis? Vt enim præſcindam cauillos veſtros de perſona Chriſti & natura, è quibus perſonam Chriſti Deum & hominem mortuum conceditis, naturam diuinitatis, quæ cum Patre & Spiritu ſancto, veſtro ſæpe iudicio eadem penitus eſt, non eſſe mortuam, nec mori quidem potuiſſe aſſeritis, dico Martinum Lutherum, hoc eſt Euangelij veſtri patrem ita vobis hoc de Chriſti morte, fidei veſtræ (vt tu vocas) fundamentum explicare, vt niſi diuinitas etiam ſit cum vita Chriſti extincta, Chriſti mors vobis omnino nihil vtilitatis attulerit. Quod ſi talis fuerit Chriſtus veſter, vt corporea morte vos non potuerit redimere, niſi etiam anima dānatorum ſpirituum tormenta ſubiuerit, vti contendit Ioannes Caluinus, Theodorus Beza & Caluiniſtæ: & iam deinceps nec illa corporis morte externa, nec hac animæ ſpirituali damnatione quicquam profuerit, niſi etiam quoad diuinam eſſentiam interierit, quod eſt Deum prorſus è mundo & cælo tollere, quid ego dicam noſtram fidem hac veſtra eſſe infinitè præſtabiliorem, quum veſtra nec leuiſſimam habeat vmbram fidei, ideoq́ue cum noſtra non magis poſſit comparari, quam ſi quis ſolari claritati præuſtam ſudem, aut Angelicis mentibus canem aut aſinum velit componere. Fides enim non eſt, niſi quæ refertur ad Deum: Dei autem proprium & eſſentiale eſt *eſſe*. Omnis enim cuiuſcunque compoſitionis expers, actus puriſſimus, perfectiſſimus & ſimpliciſſimus hanc habet eſſentiam, quod ſit, quemadmodum ſeipſum nobis ipſe deſcripſit. Hanc ergo eſſentiam mori vel interire idem valet, quod hanc eſſentiam non eſſe, non exiſtere. Si ergo morte aliquando occubuerit, vitam rurſus vnde eſt adepta? quæ fuit vſpiam ſuperior vis, natura aut poteſtas, quæ Deo eſſentiam rurſus ſit largita? Chriſto enim quoad humanitatem mortuo vitam reſtituit Chriſtus quoad diuinitatē ſemper viuens. Si Deum Patrem, & Spiritum ſanctum, à Chriſto quoad naturam diſtinguitis, & tres Deos inæquales approbatis, tum Chriſtum mortuum ad vitam reſuſcitare potuit vel Deus Pater, vel Deus Spiritus ſanctus: Sin verò Deum vnum cogitetis, eiq́ue naturam vnicam numero, & indiuiduam, & maximè ſingularem vendicetis, hanc vnicam naturam vbi

Exod. 3. verſ. 14.

ſemel

ſemel morte ſuſtuleritis, viuentem poſtea Deum nunquam vel cogitatione poteſtis concipere. An vero Martinus Lutherus ad tantam amentiam non prorupit? Immò in pleriſque eius contra Zuinglium libris hoc dogma eſt frequentiſſimum. Lege quum in Germaniam redieris (puto enim opera eius in Anglia eſſe rariora) libellum eius de Patribus & Concilijs, illic videbis eum vehementer Zuinglium & Zuinglianos obiurgare, imò tanquam abſurdos hæreticos obſtupeſcere, & Neſtorianos vocare, quod contra Lutherum, *diuinitatem pati non potuiſſe pertinaciter diſputarent.* Lege *confeſſionem* eius *de Sacramento*, & reperies eum in hoc dogmate aſſerendo acerrimum fuiſſe, & valdè pertinacem. Aut ſi Zuinglianorum ſcripta tibi ſint gratiora, lege Lauatheri hiſtoriam Sacramentariam, lege Orthodoxam Eccleſiæ Tigurinæ confeſſionem, nec de hac te quicquam dubitabis. Lege Zuinglij reſponſum ad ſuperiorem Lutheri confeſſionem, & audies Lutherum canora voce proclamantem: *Si in Chriſto ſola humana natura pro me paſſa ſit, Chriſtus ille vilis, nec magni pretij Saluator eſt, imò ipſe quoque alio Saluatore opus habet.* Et ne me opineris verba Martini Lutheri in alienum ſenſum detorquere, & durè premere vt eliciam ſanguinem, ipſe Zuinglius aperte fatetur, niſi Chriſtus in cruce etiam quoad diuinitatem mortuus fuerit, à Luthero Chriſtum Saluatorem abnegari. *Hoc enim* (inquit Huldericus Zuinglius) *nullis rationibus explanari vel excuſari poteſt. Clarè enim & dilucidè fatetur Chriſtum ſuum Saluatorem ſe nolle agnoſcere, ſi ſola humanitas ipſius paſſa fuiſſet.* Quam Martini Lutheri ſententiam Zuinglius laborioſè refutat. *Quid enim* (inquit) *dici poteſt blaſphemum magis? Num Deus quoque pati poteſt? Num eundem etiam mortuum eſſe fatebimur? Hic quo ſe vertere poterit Lutherus, ſi Pontificij dictum hoc arripientes eum in diuinitatem quoque blaſphemum eſſe dixerint, vt qui illam quoque mortuam eſſe pronunciat? Si denique hoc ipſum ſcriptis hinc inde in totum mundum ſparſerint, nonne illud in æternum pro ſumma ac omnium longè ſtultiſſima blaſphemia apud omnes reputabitur? Nam Philoſophos quoque eò notitiæ perueniſſe videmus, vt τὸ θεῖον ἀθάνατον, Deum, immortalem palam faterētur* Hæc & alia multa huius generis diſputat amicè Zuinglius, vt fratrem & Coapoſtolum ſuum ab ea inſania auerteret. Sed quum de eius ſanitate deſperaret, vt quantum à Lutheri furore abhorreret, vniuerſo mundo teſtaretur, & ipſe etiam clariſſimè vociferabatur ſe propterea ita Lutherum execrari, vt eundem cum Luthero Chriſtum noluerit profiteri.

Luther. de Concil. parte. 2. pag. 276.

Lauatherus in hiſtoria Sacramentaria Confeſſio Tigurina & c. tractat. 1. folio 36. Zuinglius to. 2. reſponſio. ad Luther. confeſſionem fol. 458.

Contra

Contra (inquit) *ego de me illud libere dico. ſi Chriſtus Deus iuxta Deitatem quoque paſſibilis eſſet, Deus certè non eſſet, nec hunc pro Deo meo vnquam eſſem agniturus*: manifeſtum vt ſit alterum iſtorum de Chriſto diſparatè & deſperatè quoque ſenſiſſe, eumque talem efformaſſe, vt ſimul religionem non ſolùm Chriſtianam, ſed Mahumetanam quoque, atque adeò quamcunque radicitus & à fundamentis euerteret. Vtque prius Zuinglius & Lutherus coniunctè Dei bonitatem corrumpendo, Deum conſequentia quadam rationis, ſed ea tamen certa, euidenti & neceſſaria deleuerunt; ita hoc loco Lutherus in Chriſti perſona naturam diuinam interimēdo, nulla circuitione vſus, ruſticè planè, & directè eſſentiam diuinam tollit & extinguit. Quod quum ſit & dictu infandum, & cogitatu horrendum, credibile quidem erat primos tantæ impietatis authores æſtu quodam contentionis abreptos temere id effudiſſe potius, quam cogitato & ſobriè dictauiſſe, ideoque admonitos ſtatim voluiſſe corrigere. Et tamen vt his experimentis edoctus miſerabilem Eccleſiæ tuæ conditionem intelligas, & quam ea ſit fœcunda diſſidiorum mater, quæ leuiſſima quaq; occaſione ſectas continenter peperit, nullam autem aliquando via & legitimis rationibus compreſſit, hæc opinio adeò blaſphema, & (vt verè Zuinglius ait) non minùs blaſphema, quam ſtulta & fanatica, ſemel à Luthero inchoata, ad eius poſteros ſtatim propagata eſt, apud quos ea ſic inueterauit, vt hodierno die vix aliqua ſit controuerſia vel maiore contentione, vel maiore argumentorum præſidio defenſa. Qui enim Luthero proximè ſucceſſit Ioannes Brentius, hoc etiam inter reliqua Lutheri dogmata amplexus eſt, illudque ita propugnauit, vt inde celebris *Brentianorum* ſecta emerſerit, qui niſi diuinitas in Chriſto mortua ſit & paſſa, clamitant *Filium Dei ab opere redemptionis flagitioſa impietate ſegregari*. Quorum argumenta refellit Ioſias Simlerus in libro quem inſcribit. *Narratio controuerſiarū de vna perſona & duabus naturis in Chriſto*, quem ex altera parte diligenter confutant, & Martini Lutheri, Brentijque ſententiam tuentur, & ad *eam confirmandam varia ſcripturæ teſtimonia proferunt*. Iſlebius & Andreas Muſculus ſcriptores magni in Eccleſijs Lutheranorum nominis, & qui doctrinā hanc in Germania longè lateque diſſeminarunt. Ad quos ſeſe adiunxerunt omnes ferè qui nuper contra vel Papiſtas, vel Caluiniſtas fidem Brentij & Martini Lutheri defendunt. E quibus Gerlachius, quem ſuperius ſemel atque iterum memoraui, & conciſè aſſerit veras eſſe

Zuinglius vbi ſupra.

Cap. 17.

Beza epiſtol. 60.

Gerlach. contra Bu… pag. …120.

ras eſſe has propoſitiones: *Diuinitas eſt nata, crucifixa, mortua*, & fuſè varijs argumentis diſputat *naturam verbi communicaſſe naturæ humanæ ſuam propriã maieſtatem, quæ ſimul facta eſt conſors affectionũ illius, quas vnà cum natura participatione ſibi proprias fecit.* Quod manifeſtè idem valet, ac ſi dixiſſe diuinam naturam non minùs quam humanam morti fuiſſe ſubiectam. Et Doctor Iacobus Andreæ Smidelinus, qui librum Gerlachianum ſua præfatione honorat, quamq; ſolemni hac prece contra ſuæ cum Gerlachio communis ſententiæ aduerſarios, tanquam perditiſſimos Euangelij Lutherani hoſtes ita concludit: *Dominus Chriſtus Ieſus illuſtri ſuo aduentu citò his Ieſuitarum, & Caluiniſtarum ſociorum ipſorum impietati & blaſphemijs horrendis finem faciat.*

Iac. Andr. Theſ. 156. &c. & in Repetit. VVirtenberg. pag. 210. 257. 258. 265. 276. Selnecc. in confutat. accuſat. fol. 192.

Iſte antiquus Lutherani Euangelij Doctor & defenſor varijs in libris ſæpè clare fatetur *pati & mori, nomine & re pertinere ad diuinitatem*, & in colloquio Montpelgartenſi cum Beza: *Natura* (inquit) *diuina propter ſummam perfectionem ſuam in ſe nullas recipere poteſt paſſiones, ſed tamẽ quia ſe carni communicauit in Filio, ideo paſſio etiam in illam redundat.* Et Nicolaus Selneccerus: *Nemo dicere vel poteſt, vel debet Deum non eſſe paſſum, vel mortuum; licet hæc propria, & nunquam ferenda phraſis in Dialogis Theodoreti, aliquoties extet, in quantum Deus, non fuit obnoxius paſſionis, &, Quatenus Deus, impatibilis eſt Chriſtus.* Et Andreas Muſculus libro de Concordia diſcipulorum Lutheri, hac in quæſtione pluribus Lutheri teſtimonijs, probat Martinum Lutherum ſemper ſenſiſſe & docuiſſe, quod *Chriſti Diuinitas in cruce ſit paſſa.*

Ann. 1580.

Vide Reſſe… contra Gerlach. … fol. 69.

Quin & Principes atque Superintendentes Lutherani, illi qui vltimis his annis *formulam*, vti vocant, *Concordiæ*, librum videlicet ſummam Lutheranę Theologiæ continentem, multorum millium ſubſcriptione roboratum ediderunt, & omnibus *Auguſtanæ Confeſſionis* fidelibus credendum impoſuerunt, non obſcurè ſuos omnes ad hanc *de Deitate mortua* fidem impellunt, quando hac de re agentes, aiunt *…ſonam Chriſti perſonam pro nobis paſſam, crucifixam, mortuam, deſcendiſſe ad inferos.* Hoc enim certum eſt ab illis dici in ſenſu Lutherano de *vtraque* Chriſti *natura*, ex quibus *tota perſona* conficitur. Idemque non minùs perſpicuè liquet ex Nicolao Selneccero, & Martino Chemnitio eius *formulæ* contra Bremenſes & Anhaldinos defenſoribus. Denique ne longior ſim, huius eiuſdem ſententiæ & Gaſpar Suenckfeldius, qui *copioſè & abundanter* (narrante Ioſia) illud vrget, *niſi in Chriſto Diuinitas ipſa credatur mortua & paſſa, Deum & hominem in paſſione*

paſſione ſeparari & vnitatem perſonæ Chriſti ſolui. Quanquam illud mihi ingenuè dicendum eſt, ne totam huius nefarij dogmatis inuidiam in ſolos Lutheranos deriuando ſupra quam par eſt, eos onerem, Suenckfeldium nobilem illum Sileſium non fuiſſe Lutheranum, ſed Zuinglianum potius, quem Tigurini opera Zuinglij à Catholica religione ad Euangelicam conuerſum, & in re ſacramentaria & pleriſque alijs controuerſijs Zuinglianè ſentientem, & Zuinglio familiarem, & Zuinglianis Eccleſijs amicum, ipſi Zuingliani glorioſè prædicant. Neque verò hic è Zuinglianis ſolus hoc morbo laborauit, quin potius ad Bezam, Martyrem, & Geneuenſes Theologos, ad Iuellum quoque & alios Anglos Doctores eiuſdem morbi contagio peruadat, neceſſe eſt, eos dico, qui Chriſtum quoad diuinam naturam ſacrificaſſe, & Sacerdotis officio in cruce perfunctum aſſeuerant. Nam ad perfectam eius ſacrificij rationem mors ſacrificantis pertinebat, quod ſæpius affirmat & probat author epiſtolæ ad Hebræos. *Chriſtus enim* non *per ſanguinem hircorum aut vitulorum, ſed per proprium ſanguinem introiuit in ſancta, æterna redemptione inuenta.* Ideoque *noui Teſtamenti mediator eſt, quia morte intercedente redemit, & deleuit præuaricationes,* & ſuis cultoribus æternam hæreditatem acquiſiuit. Et *vbi Teſtamentum eſt, mors intercedat teſtatoris neceſſe eſt. Teſtamentum enim in morte confirmatum eſt, alioqui non valet, dum viuit qui teſtatur.* Ideoque ſi Chriſtus quoad diuinam naturam & humanam ſacrificauit, ſi Sacerdos fuit, ſi mediator Teſtamenti noui; etiam neceſſe fuit, vt ſecundum vtramque naturam moreretur, alias (vt ſcriptor iſte diſputat) nec redimere potuit præuaricationes, nec comparare vobis ſalutem, nec Teſtamentum ſuum ratum facere, quod irritum eſt, nec iuſtam obtinet authoritatem, priuſquam teſtator interierit. Quare vt Lutherani palam, apertè, & armata quaſi manu: Sic Zuingliani clam, diſſimulanter, & tanquam ex inſidijs, vtrique autem verè coniunctiſque animis in eo conſpirant, vt DEO mortem afferant, & Diuinitatem interijſſe Deumque planè non eſſe doceant. Hoc enim vt ſupra probauimus ex Chriſti Diuinitate mortua efficitur, quia etſi vos de eo litigetis, nemo tamen ſobrius, nemo ſanus, nemo humana mente præditus præter veſtros nouos Apoſtolos alium vnquam verum Deum niſi vnum, vllam Deitatem niſi vnam, & ſimpliciſſimè vnicam mente concepit. Quod & nos alibi demonſtrauimus, & Philoſophi fatentur, & Scripturæ ſa-

Simler. in vita Bullingeri. fol. 17. &c.

Sup. cap. 5.

Hebr. 9.

cræ innumeris locis conuincunt. Quare Chriſti Deitatem interimendo, Deum verum & vnum interemiſtis, ipſum ſolem è mundo ſuſtuliſtis, non ſolem hunc viſibilem, (quod tamē antiqui vt portentoſum quid, & rebus omnibus maximè exitioſum prouerbij loco vſurpabant) nō inquam, creaturam hanc bipedalem, vt Philoſophi quidam volebant, vt alij paulò maiorem, ſed quantacunque magnitudine ſit, vix tenue veri Dei ſimulachrum gerentem, eiuſdemque Dei iuſſu nobis illuminandis, & terræ aliquo modo fœcundandæ ſeruientem, ſed ipſum ſolem iuſtitiæ, ipſum ſolis cælique huius, & omnium in cælo, & ſub cælo creatorem, Dominum atq; Deum infra quarundam ſuarum creaturarum conditionem abieciſtis, è cælo mundoque expuliſtis, exterminaſtis, trucidaſtis. Quod eiuſmodi eſt, vt ſi cum hoc veſtro opere omnes veterum Poëtarū fabulas conferamus de Briareis, Enceladis, Typhæis, Ægæonibus, & reliquis illis monſtris & Gigantib. qui montes montibus imponentes ſuis ſunt

Plutarch. de placitis Philoſophorum lib. 2. cap. 21.

Ouidius. Metam. Virg li. 6.

-----manibus magnum reſcindere cælum
Aggreſſi, ſuperisq; Iouem detrudere regnis:

quæ poëticè conficta ſunt ad experimendam hominum audaciſſimorum impietatem & immanitatem tantam, qua nulla maior cogitari poterat; tamē nec hæc figmenta tale aliquid ſignificant, quale hoc veſtrum Tragicum & Giganteum Euangelium ſummo Deo verè & propriè necato (quod maius eſt quam è cæleſtibus ſedibus deiecto) reipſa molitur, & in Euangelicorum innumerabilium mentibus tanquam certiſſimam veritatem altè inſculpſit atq; impreſſit. Quod totum etiamſi adeò horribile non ſit vel abſurdum, quam illud quod proximè de Deo peccati authore diſputauimus, tamen ſatis ſuperque per ſe ſolum probat Euangelium veſtrum hac ſaltem ex parte non eſſe humanum, non ſapere vulgarem prudentiam, non habere ſpeciem aliquam rationis, ſed eſſe omnino agreſte, eſſe barbarum, immò prorſus eſſe diabolicum, eſſe Luciferianum, ſine dubio à nemine alio quam à diabolorum Principe inuentum & inſpiratum. Nam quid ego admoneam, quod cæcis & ſurdis eſt euidens, ex hoc eminere ſupra Euangelium veſtrum clariſſimam excellentiam Alcorani noſtri, qui ab iſtis omnibus prodigioſis mendacijs & blaſphemijs (quæ enim ego leuiori nomine vti potero) tam eſt alienus, vt omnia quam diligentiſſimè caueat, quæ vel leuem iſtorum contineant ſuſpicionem. In nullis enim apud nos libris, in nullis Sacerdotū cōcionibus, in nullis vulgi ſermonibus iactatur verbulum aliquod

Digitized by Google

quod de Deo peccati authore cauſa efficiente vel impulſore, de Deo innocentes damnante, de Deo transformato in diabolum, efficacius quam ipſe diabolus in hominib. peccatum operante, nihil de Deo interfecto, de diuinitate mortua, nihil de reliquis illis paradoxis; quæ agreſtes Scythas, & immanes Tartaros, vel Tartareos potius ſpiritus decēt, quam homines ingenioſos, & ciuili humanitate præditos, artibuſque liberalibus inſtructos. E nobis certè quicunque ſumus vobis & religioni veſtræ Turcæ infeſtiſſimi, ita horremus opinionem veſtram de morte Deo illata, vt Chriſtum diuinum hominem ab ea miſeria liberemus, quem credimus (vt antea ſæpius admonui) quum mortem ei machinarentur Iudæi, diuina prouidētia ex eorum manibus ereptum, & in ſuperas beatorum ſedes translatum, vbi immortalis viuet, donec ad Antichriſtum cōficiendum illinc in mundum deſcenderit. Et quis eſt vel mediocris intelligentiæ, qui non hanc fidem adeò ſinceram, planam, expeditam, rationi conſentaneam cum vera Theologia congruentem, Deo non indignā, veſtræ confuſioni adeò multiplici, ſpinoſæ, impeditæ, cum ratione, cum ſenſu, cum omni Theologia pugnanti, varijs iiſque nunquam explicandis difficultatibus tanquam præruptis ſaxis & montibus, & foſſis, & fluminibus obſitæ, & humana prudentia, & Diuina maieſtate indigniſſimæ, millies non anteponat? Exiſtimo quidem certè nullas eſſe hodierno die in orbe terrarum gentes, quæ cum vobis Euangelicis quoad has horribiles de Deo opiniones sūt comparandæ, niſi fortè quis extremos Orientis populos propè Calecutium obijcere velit, qui planè & directè Satanę ſacrificant, cuius in templis ſuis ſimulachrū formidabile, quatuor inſigne cornibus, hians ore vaſtiſſimo, naſo deformi, toruis luminibus, minaci & truculēto vultu, hamatis digitis vncorum vel harpagum inſtar, flammis emicantibus vndiquaque rutilans adorant. Quod idolum Sacerdotes ſingulis diebus aqua roſacea aſpergunt, & varijs odoramentis ſacrificijſq; placant. Quanquam præ vobis iſti quoque orthodoxi, rectéq; ſentientes iudicentur. *Deum enim optimum maximum cæli terræq; potiſſimum architectum, et præcipuum authorem profitentur*: Satanam aūt idcirco venerantur, quia credunt *à Deo illi vicariam operam iudicandi orbis delegatam, factamq; poteſtatem vt vnicuiq; pro bene aut male factis debitam mercedem referat.* Ergo iſti vel hunc Principem tenebrarum illis cancellis à Deo incluſum credunt, vt vnicuique iuxta operum meritum iuſtā mercedem rependat; vos & Deum ipſum hoc idolo longè tetriorem a-

Ludouic. Patritius Roma. nauigat. lib. 5. capit. 2. & Munſter. in Coſmograph. in fine Aſiæ.

Ibid.

rem animis veſtris atque auditorum veſtrorum impreſſiſtis, & eum non minùs iuſtis quam iniuſtis, bonis quam improbis formidabilem: eumque depinxiſtis abſque vlla operum vel piorum, vel impiorum ratione infernum nihil promeritis, & cælum latronibus in ſcelere obfirmatis diſtribuentem, quam iſti idololatræ iniquitatem ne Satanæ quidem tribuendã cenſuerunt. Hoc Euangelium ecquis fratrum Euãgelicorum tam duri oris eſt, qui cum noſtro Alcorano audeat cõtendere? Ecquis qui hos Lutheros, Caluinos, Bezas, Brenzios, *Zuinglios* noſtro audeat Mahumeto, Sergio, Eubocaro, Homari, vel Hali comparare? Ecquis hac ſaltem ex parte eos Apoſtolos & Euangeliſtas appellare, quos naturali prudentia maximè rudes ſtultiſſimæque gentes ſuperarunt? Feruntur eſſe in extremis Muſcouiæ ad Septentrionem finibus quidam, qui ſimulachrũ quoddam quod vocant ſuo idiomate Czlababa, formam *aureæ vetulæ* præſeferens religiosè colunt eam ob cauſam, *quia idolum hoc Sacerdoti conſulenti quid ipſis faciendum, & quo migrandum ſit, certa* (vt aiunt) *dat reſponſa*, eiuſque potiſſimum ductu in illa vaſta terrarum ſolitudine diriguntur. Qua eadem ratione ante paucos annos commoti eorum vicini Tartari pro Dijs certas ſtellas adorabant, quarum intuitu in illis montibus, & nemoroſis deſertiſque locis ſeſe gubernabant, qui in dies ſedes & domicilia mutabant. Error quidam ſuperſtitioſus & anilis: illud tamen in Dijs talibus ſequebantur quod humana infirmitas à diuina potentia requirit. Quum enim natura ſuggerat nos indigere numinis auxilio, hæc illi numina ſibi obſeruanda propoſuerunt, quę eſſent vtilia & benefica, quæ vacillantes confirmarent, labentes ſuſtinerent, errantes dirigerent, & vbi humana prudẽtia deficeret, diuinum præſidium ſuppeditaret. Quod item antiquitus Ægyptios commouit, vt Ibides, Ichneumones, Crocodilos, feles conſecrarent, quia nimirum magnas ex illis vtilitates percipiebant. Sic item Patrum noſtrorum memoria ſtupidiſſimi Americani farinam ex ſeminibus apud ipſos vſitatis conficientes, eamque ſanguine humano temperantes varia idola ſibi effingebant, eiſq; ſacella ſeparatim extruebant, nullum autem huiuſmodi Deum ſibi fabricabant, niſi à quo inſignem aliquã vtilitatem attendebant. Quũ victoriam in bellis expetebant, idolum formabãt, à quo hanc gratiã expoſcerẽt: ſi vberẽ meſſem cupiebant, idolũ temperabant, quod hoc eis bonũ tribueret. ſi qua alia re indigerẽt nouus ab illis ſtatuebatur De° qui huic eorũ indigentię ſuccurreret, nec aliquem formabant ſibi, niſi à quo

Ortelius in Theat. mundi. Matthias à Michou. de Sarmatia Europæa libr. 2. cap. 4. Iouius hiſtor. lib. 13.

Cicero de natura Deorum lib. 1.

Ferdinan. Corteſij narratio 2. in nouo orbe. p. 110.

Digitized by Google

à quo magnum aliquod expectabant commodum. At vos ſoli ex omnibus mortalibus ſelegiſtis Deum, & Tartarorum, & veterum Gentilium, & Americanorum Dijs tetriorem, quem ipſe communis naturæ inſtinctus maximè abominatur, qui errantes nō corrigit, ſed magis peruertit, ſeu. ter peccantes grauioribus flagitijs inuoluit, in mentibus hominum anequi non malorum operatur turpiſſimorum flagitiorum deſiderium & effectum, & quaſi ex altiſſimæ rupis crepidine labi incipiētes non ſuſtinet, ſed cōtra impellit & pręcipitat; & qui alias ſua culpa vix leue vulnus accepturi erat, hic illis ceruices frangit, & omnia membrorum oſſa comminuit. Inter multa Talmudiſtarum inſana deliria nullum eſt dementius eo, quod fingūt Deum magno dolore angi, & valdè ſe affligere propter quinq; ab eo factitata, quod creauerit Chaldæos, Iſmaelitas, peccatū originale, idololatriam, exilium vel captiuitatem Babylonicā. Inſania ſtupidiſſima, & neſcio vtrum riſu an lamentatione dignior. At quanto iſte dementiſſimorum Rabbinorum Deus veſtro Euangelico præſtat? tanto certè, quāto vir olim improbus, nunc eorum peccatorum quæ in adoleſcētia admiſit pœnitens, illi antecellit, qui obfirmato in ſcelerib. animo ac præteritis ſecurus, nouis ſeſe indies cōtaminat, & nullum ſibi ſtatuit improbitatis modum. Nunquam opinor, ſi omnes Aſiæ, Africæ, & Europæ angulos, vltimaſq; Americæ oras peragrauero, inueniam tamen nationem aliquam à ſuis legiſlatorib. tali de Deo fide inſtitutam, quali vos veſtri præcones Euangelici imbuerūt, nec quicquam reperio ſimilius, quam quod de damnatis apud inferos ſpiritibus traditur, quorum à viris eruditis hæc vna æternæ damnationis pœna aſſeritur, quod tenebris mentium interioribus occæcati *blaſphemant Deum, appellantes tyrānum iniuſtum, &c.* Ad quos hij Doctores veſtri (Samuel accedunt proximè. Sed nolo diutius hanc Camarinā mouere, ne videar in illorum miſeria nimium inſultare, & hęc dico tui inſtruendi, non illorum exprobrandi gratia, quorum ego magis miſereor infœlicitatis, quam inuideo gloriæ: qui ſi cum hac fide ex hac vita deceſſerint, etſi alias fidem habuerint perfectiſſimam, & opera quoq; præclariſſima (quibus tamen non arbitror eos abundaſſe, qui in ſolā fide acquieſcētes, opera cōtempſerunt) admodum vereor, ne à cæleſti regno excluſi ad eorum ſocietatē ſint adiuncti, quos hac doctrina maximè expreſſerūt. Quare illis omiſſis hoc tu (Samuel) tecum meditare & pondera, & quoniam optimè noſti, quantū tua intereſt rectā de Deo tenere fidem, noli ſalutem tuam negligenter cō-

Rabbini in Geneſ. c. 6. Vide Sixtum Senenſem, Tom. 1. lib. 2.

cum Ioannes Benedict. en la ſomme des pechez lib. 1. cap.

temnere. Recordare eius principij, quod tu ipſe huic diſputationi ſubiecisti, & ego quidem prorſus non reprehendo, alia eſſe primaria fidei capita & fundamenta, alia eſſe quæ his fundamentis ita ſunt ſuperſtructa, vt hæc tamen immoto fundamento, ſuo loco moueri poſſint, & hominum eruditorum diſputationibus ventilari. Omnia autem quæ tu iecisti religionis tuæ fundamenta, oſtendi eſſe incerta, ruinoſa, & à veſtris Doctoribus concuſſa atq; euerſa. Trinitatem perſonarum in Deitate prædicabas. At ea à plerisque manifeſtè refellitur. Vnitatem naturæ deinceps vrgebas, at ea cum tribus Dijs ingenitis, & à ſeipſis ſeparatim & ſingulatim naturam habentibus, & quoad effectus & proprietates non minùs quam naturæ originem diſtinctis qui poteſt conſiſtere? Propter Chriſti nomē multum vobis placetis, & præ cæteris vos ſolos apud Deū gratioſos arbitramini. At quid illud eſt ſingulare, propter quod tantopere criſtas erigatis, & alios aſpernemini? Chriſtum ſæpenumero quidem Deum vocatis, ſed eundem Patre minorē aſſeritis, naturalē Patris filium non creditis, ex Patris ſubſtantia genitum negatis, adorationem ei detrahitis, imò nudum eſſe hominem contenditis, & obiecto idololatriæ terrore veſtros ab eo colendo deterretis. An ſaltem vt diuinum hominem, & communibus Prophetis longè præclariorem admiramini? Recollige totam incarnationis hiſtoriam, quam frigidè doctrinam ſuam promulgauerit? quam imbecillem & deformem, & breui tempore perituram Rempublicam inſtituerit? quam inutiles ei leges præſcripſerit? quam flagitioſum populum doctrina ſua informauerit? in quibus peccatis, in qua deſperatione mortem obierit? quam nihil morte ſua profuerit, qui ſiue in effectu mortis, hoc eſt, in Eccleſia & populo Chriſtiano cōſideretur, perexiguum ſanè mundo attulit fructum, quum Eccleſia paucis poſt annis defecerit, & ea nullam omnino ſanctitatem, aut à peccato liberationem eius morte acceperit, ſiue mors ea per ſe ponderetur, multò minus fructuoſa erat, vt quæ nihilo plus valuit ad ſalutem hominum procurandam, & abolenda peccata, quam mors Abelis, aut Iſaæ, aut etiam beſtiarum, quæ in veteri Teſtamento immolabantur. Quæ capita maturè expenſa, tuæ profeſſionis innumerabiles viros bonos eò compulerūt, vt iſta de paſſione & Chriſti morte omnia myſticè, tropicè, & figuratè ſint interpretati, & hanc de Chriſti morte hiſtoriam tanquā omnium abſurdorum abſurdiſſimum exploſerunt, & crudeliſſimam in medijs ignibus mortem ipſi tolerare quam illam Deo indignam mortem cō-

ſiteri

fiteri voluerint. Denique quod principale quiddam eſt, hæc ego oſtendi eſſe alijs tui Euangelij regulis conſentanea, illa nimirum priora de ſublata perſonarũ Trinitate & vnitate, quia Trinitas eiuſmodi manifeſtis ſacrarum literarum teſtimonijs non comprobatur, & hęc poſteriora de tropica Chriſti paſſione, quia & Lutherani, & Zuingliani, alios eoſque proximos & coniunctiſſimos fidei Chriſtianæ articulos ſimili tropicarum locutionum diſtinctione interpretantur. Et quod ſupremum eſt, tuorum ego Euangelicorũ non certos Doctores, non paucos auditores, ſed integras prouincias, ciuitates, populos innumeros, Polonos, Hungaros, Trãſyluanos, Germanos, Gallos, Heluetios, Geneuenſes, Flandros, Brabantos, Hollandos, noſtros quoque Anglos, & noui etiam orbis Americanos ſuo nutu & ipſa Euangelij veſtri inclinatione ad hanc fidem propendentes, & ad eam vſq; iam dudum prouectos demonſtraui. Si iam ab iſtis diſceſſeris, & ad noſtrum Alcoranum intuendum oculos cõuerteris, quam inſignem metamorphoſim intuebere? Ex quali inferno horrendas contra Deũ, & Chriſtum blaſphemias eructante, in quam beatam alterius quaſi paradiſi amœnitatem transferere? Quanta enim eſt doctrina noſtra ab iſtis fœdiſſimis erroribus liberior? quanto de Dei vnitate purior, ſimplicior, & conſtantior? quanto de Chriſto vel hic in mundo agente præclarior, vel Eccleſiam ædificante glorioſior, vel in cælum, ne ab impuriſſimis hominibus interficeretur, ſublato, honorificentior? Mitto quæ poſtremo dicta ſunt de Deo ſcelerum cauſa, & diuinitate mortua, eiuſmodi nimirum, vt non homines, imò ne pecudes quidem deceant. Sunt enim (vt dixi) diabolorum propria, atque vtinam ſempiterna obliuione poſſent obrui. Ex quo tamẽ hunc fructum colligere poſſumus, vt quum eorum deformitatem aſpexerimus, tanto vehementiùs ad ea tanquam periculoſiſſimos ſcopulos velis remiſque fugienda incitemur.

ARGVMENTVM
CAPITIS XIX.

Ludouicus ex huius diei colloquio magis quam ex præcedentibus iudicat Caluiniſtarum doctrinam eſſe peſtiferam: quia perſpicuè ducunt ſuos ſectarios ad abnegationem SS. Trinitatis, in qua impietate Trinitarios plurimum confirmant, dum eos videntur refellere. Bezæ qualis Theologus, & quibus argumentis libros ſuos implere ſolet. De concilio primo Nicano. Hæretici

 à Chri-

à Chriſti Eccleſia recedentes, etſi ad tempus à ſuis ſectarijs tanquam doctiſſimi prædicātur, tandē tamen probantur eſſe prorſus ignari. Sic Melanchthon ad aliquot annos in ſumma fuit gloria, tanquam Princeps quidam Euangelij, poſtea etiā à ſuis maximè contemptus tanquàm planè impius & infidelis. Illius vt item Caluini (quorum vterq; S. Trinitatem pluſquam Arrianè impugnauit) ignorantia in maximis fidei myſterijs, ab omni vel infima ſortis Chriſtiano certa fide credendis, rectè à Stancaro Caluiniſta notatur. Caluini ſibi ſæpenumero contrarij & Bezæ, Arriana argumenta ſoluuntur cum explicatione Catholicæ fidei de S. Trinitate & myſterio Incarnationis; quæ quoad ſingulas vtriuſq; partes ab iſtis conuulſa eſt.

CAPVT XIX.

VT ptimum digreſſus eſt Michças, crepuſculo vt alias dirimente colloquium, & reliqui duo ſuum iter cœperunt, ſtatim quaſi indignatione, aut dolore aliquo incitatus Ludouicus ita Samuelem aſtatur. LVDOVICVS. Equidem diuina gratia à primis ferè incunabulis improbaui (Samuel) religionem iſtam nouam, eiuſq; authores, Lutherum, Caluinum, Bezam & cæteros tanquam hęreticos & hoſtes Eccleſię à bonis omnibus fugiendos cenſui. At verò huius diei ſermo igni iam olim accenſo plurimum infudit olei, meq; Euangeliſmum hunc totum tāquam ſentinam quandam & gurgitem Antichriſtianę impietatis facit exhorreſcere. Quid enim tetriùs, quid fœdiùs; quid contra Deum, contra Chriſtum, contra fidem rectam, contra bonos mores portentoſiùs fingi poteſt, quā quæ à veſtris hominibus publicè ſcripta vulgataq; oſtendit Michæas? Equidem ſi hic ſit Euangelij veſtri character & ſenſus, hęc inconſtantia & varietas, ſi hęc verſandi exponendiq́; ſcripturas, & quiduis ex eis exprimendi contra totā antiquitatem licentia ſingulis ſectarijs in facta (& ab hoc iure libertateq́; Euangelica vnū ſectarium magis quam alium, Ochinum magis quam Bezam, vel Stancarum quam Caluinum, qua fronte, quo iure arcere poteſtis?) Mihi quidem abundè perſuaſum eſt millia Zuinglianorum vel Caluiniſtarum in Turcarum Moſqueas trāſituros (quod etiam experimento vſu venire conſpicimus) priuſquā vnus Turcarum à ſua fide quam habent firmam, conſtantem, & ab his quotidianis rixis, ſectis & factionibus liberā, in Zuin-

gliano-

glianorum cuiuſcunque ordinis congregationes ſit venturus. Qui enim hoc poſſibile eſt, quando iſti veſtri ductores, qui fratribus ſuis Trinitarijs ad Alcoranum proximè accedentibus valdè ſe infeſtos ſimulant, vna generali Euangelij ſui regula plus nocent, ad eos in errore confirmand[illegible]s, quam integris libris proſunt ad veritatem eis perſuadendam. Ex ea enim regula de nullo fidei dogmate amplectendo, quod nō in literis ſacris *apertè planeq́;*, & vt addit Caluinus, *copioſè* deſcribatur, certo certius eſt præcipua religionis Chriſtianæ myſteria fuere, quæ vt ex tota ſcriptura conſtat, & ex fide primitiuæ Eccleſiæ conuincitur, in literis ſacris vel non omninò, vel ſaltem adeo breuiter, conciſè obſcureq́; ſunt poſita, vt quemadmodū non eſt cuiuſuis hominis ex quibuſuis venis metallicis aurum, ex quouis flumine vel maris ſinu piſces optimos, aut gēmas pretioſas, ex quauis arbore Mercurium, imaginem ſcitam & elegantem extrahere; ſed iſta & ſimilia omnia artificèm peritū, induſtrium, & in illis ſeparatim rebus exercitatum requirunt: non aliter, imò multo magis, ſcripturæ quæ diuinæ ſapientiæ aurum, & Chriſtianæ fidei pretioſiſſimas gemmas habent abſconditas, vt ea effodiantur, neceſſario exigunt hominē Chriſtianum, in religionis officijs enutritum, & in primis eo ſpiritu imbutum, cuius eſt Eccleſiam in omnem veritatem ducere, & quam Eccleſiam iam mille quingentos annos in omnem veritatem actu & re ipſa duxit. Quare ex eo impio Canone, ſacroſanctæ Trinitatis & trium perſonarum pleraque arcana, creditu tamen neceſſaria, fuiſſe neganda, prius ex Bernardino Ochino Apoſtolo veſtro præmonui, & cuiuſuis erat hominis vel minimum quid in his rebus intelligentis aduertere. Cæterùm (quod eſt mirabilius) non tantum generalibus iſtiuſmodi ſententijs, ſed proprio & peculiari modo, illis dico locis, in quibus videri vultis iſtos homines occiſione vltima ad internecionem delere; illis ipſis in locis eos admodum erigitis, & contra veram fidem armatis. Expende enim hanc ipſam Bezæ epiſtolam, in qua magno molimine ſimulat ſeſe cum iſtis ſuis bellum crudeliſſimum gerere, vbi Patres Nicænos *præſtantiſſimos Dei Angelos* vocat. Vnà enim adijcit *fuiſſe in eis neuos* & errores. Si fide neuos habuerint, quemadmodum perſuadebimus homini Trinitario eos fuiſſe *præſtantiſſimos Dei Angelos*, quādo minimi Angeli, imò infimi homines, ſi tamen ſunt Chriſtiani, fidem habent puram & incorruptam, & nullis errorum neuis maculiſue contaminatā. Si Patres iſti ad vnum omnes habuerint *neuos*, quàm promptum eſt Trinitario, Beza Ioan. 14.

ſic ad-

ſic admonente, ſubijcere eorum de Trinitate fidem fuiſſe vnum ex illorum neuis maximis & craſſiſſimis? Quem hîc exitum habet Beza aut Bezanus aliquis, niſi vt reſpondeat, qui fuerint neui, qui non, iudicium petendum eſſe à ſeſe, & à ſuo Geneuenſi miniſterio? (vel quod idem valet) à ſacris literis quemadmodum Beza & ſui Geneuẽſes pro ſuo ſpiritu eas expoſuerint. Sic rurſus eodem in loco homo impudens garrit: *Nititur, fateor, veritas verbo Dei: & cum iudicio legendi ſunt Patres*, &c. quo? proprio, an alieno? Si proprio, ita *cum iudicio* iam dudum legerunt Ochinus, Philippus Melanchthon, Blandrata, Gentilis, Seruetus; & eos in fide Trinitatis grauiter erraſſe definiunt. Si alieno; explicent quorum, Lutheranorum, Arrianorum, Brentianorum, an Geneuenſium? Quid habet quod reſpõdeat, niſi Geneuenſium, hoc eſt, eorum hominum, quorum Princeps & Deus quidam eſt Theodorus Beza. Si enim aliter reſpondeat, eadem opera liberum facit illis ſuo vti iure, hoc eſt, Patres omnes, Concilia omnia, Eccleſiã omnem pro ſua (vt faciunt) libidine aſpernari. Nam quod crambem ſuam ter & amplius recoctam ſubiungit: ſed *quis nullam adhuc fuiſſe Eccleſiam (vt certe nulla fuit, ſi iſti vera dicunt) conceſſerit*, pueri & mulierculæ norunt in Bezam retorquere, & Caluiniſtas: videlicet nullam fuiſſe hactenus Eccleſiã, ſi Caluiniſtę vera dicunt, quando de ſacrificio, de ſacramentis, aliiſque permultis Eccleſia Catholica omnibus temporibus ſecus quam iſtos ijs de rebus ſenſiſſe notiſſimum eſt. Non eſſe autem Eccleſiam Chriſti, quæ publico iudicio & fide hæreſim vnam vel falſam doctrinam quamcunque comprobat, vnicuique Chriſtiano tam eſt certum & exploratum, quàm certò credit ſymbolum fidei ſuæ, in eaque *vnam Eccleſiam Catholicam*, quam nõ credere, ſed horrere & execrari debet, ſi vllius hæreſis & impietatis ſit aut fuerit magiſtra. Sed iſta ſatis dextrè & copioſè tractauit Michæas, ideoque ego prætereo. Vnicum illud te notare velim, Samuel, Bezam qui in hæreticis illis refellendis tot epiſtolas conſumit, in quibus ſemper *Eccleſiam Catholicam* ſuis illis fratribus tanquam arcem inuictam opponit, qui in vna prolixa epiſtola plus quam viginti paginas continente, ſemel, iterum atque iterum ad *Eccleſiæ Catholicæ* præſidiũ cõfugit, in omnibus aũt illis, nec vnã profert ſcripturæ ſacræ ſententiam, quæ per ſe ſola abundè ſuffeciſſet ad obſtruenda illorũ hęreticorum ora, & quã illi toties tã procaciter flagitabant: iſtũ hominẽ hoc ſuo ſilentio ſatis apertè clamare, ſe non potuiſſe claris ſcripturis in hac noua ſcripturas peruer-

Beza epiſt. 81. pag. 337

tend.

tendi licētia hęreticos illos coarguere, ideoq; ſcripturas feciſſe miſſas, & in ſolius Eccleſiæ Catholicæ & Conciliorũ maieſtate, Catholicis quidē auguſta & veneranda, Trinitarijs autē & ipſi nominatim Caluino Bezæq;, leui & cõtempta (quã quiſq; Miniſter, authore Caluino & Beza, ad priuatũ iudicij ſui examen reuocare poteſt) conquieuiſſe. Ideo quod tu Bezam adeo magnificè extollis, eumque facis in aduerſarijs debellandis tam inuictum & robuſtum Theologum, facis tu quidem aliorum Euangelicorũ more, qui ſinguli ſuæ ſectæ magiſtros, alij Illyricum, alij Heshuſium, alij Maiorem, alij Ioannē Caluinum & Theodorum Bezam, ſinguli propalati ſui varietate tollunt ad ſydera: verum homines magis æqui & indifferentes longè aliter de Beza ſentiunt & ſcribunt. Certè quidam illius (iuxta Eccleſiæ tuæ Anglicanæ, & ipſius etiam Bezæ confeſſionem) amicus & frater, Lutheranus, idemq; Superintendens eum aſſerit ſophiſticum eſſe nugatorem omnis ſolidæ Theologię inanem, qui victoriam ſtatuit in maledictis potiùs quàm argumentis, in cuius ſcriptis *viuum exemplum* (inquit ille) *ruſticorum & imperitorum hominum, qui cum deſunt rationes & argumenta, recurrunt ad conuitia: vel etiam hæreticorũ, quorum vltimum præſidium eſt, proſilire ad contumelias.* Neque enim aliter *impurus ille, ille obſcenus & abiectus Beza, ſatanicas blaſphemias velut incarnatus diabolus euomit* (non diſcedo à verbis authoris) *homo ex dolis, fraudulentia, impietate, totus cõflatus*, cuius ſingula verba, imò *ſingulæ penè ſyllabæ & literæ adeò tinctæ ſunt conuitijs, mendacijs, & blaſphemijs*, vt iſte Superintendens grauiſſimè pronunciet, *ſe hoc tempore nullorum Sacramentariorum ſcripta legiſſe* (præfatur autem ſe *per 23. annos totos vltra 220. talia legiſſe & relegiſſe*) *vbi plura conuitia & blaſphemia reperiantur, quàm in huius beſtiæ inuectiuis.* Sic ille. Alibi cum omnium *Caluiniſtarum libros obſcenitatibus, blaſphemijs, erroribus, & plurimis palpabilibus nugis ſcatere aſſerat*: Hocne ſine argumento maledicè potiùs quàm Theologicè dictum videretur, omiſſis alijs Theodorum Bezam exempli gratia proponit, ex cuius ſcriptis *non modo contra Papiſtas, ſed etiam Lutheranos hoc* (inquit) *abundè poteſt demonſtrari. Et hac adeo ſunt vera, vt ipſos Sacramentarios pigeat & pudeat ſubtilitatum & blaſphemiarum, quas Beza ſine metu diuinæ maieſtatis euomuit, ſicut ipſe Lauatherus fateri cogitur, & aliquot nobiliores Caluiniſtæ apud ipſum Bezã conqueſti ſunt.* Et quanquam Beza excuſet omnia, vocans *ſanctam vrbanitatem*: *hac tamen vrbanitas* (inquit iſte Patriarcha) *non Theologos in pie-*

tatis

Calui. Inſtitut. lib. 4 ca. 9 §. 8

Beza Epiſt. 5. pag. 47.

Conrad. in Theol. Caluiniſ. lib. 2. fol. 2.

Ibi. fol. 8. 14. 20. 60.

Ibi. lib. 1. fol. 92. In præfatio.

lib. 3. fol. 34.

Beza epiſt. 6 pag. 62.

Digitized by Google

Beza in creophagia fol. 77.
Vbi ſupra fol. 35. & li. 2. fol. 77. 78. 127.

tutis ſchola verſantes, ſed lenones effrontes, & ſcurras ſpurciſſi- quos in ludo meretricio à Thaide vel Candida profuga eruditos decet. Vnde haud dubiè noſter ille Beza floſculos ſuarum elegantiarum decerpſit. Mox fortiùs vrgens atque probans hoc de Bezæ maledico & elumbi in diſputationibus & ſcriptionibus charactere. *Si quis* (inquit) *de hac re ambigere velit, ille duos famoſiſſimos dialogos Bezæ contra D. Heshuſium legat, qui certè non ab homine, ſed ab ipſo incarnato Beelzebub exarati eſſe videntur. Horret animus blaſphemias obſcenas, & diabolico atramento tinctas referre, quas iſte impurus conuitiator & Atheus in dialogis illis, in articulo grauiſſimo blaſphemè, impiè & ſcurriliter eructauit.* Certè adeo ſunt fœdæ, vt ipſe Beza paulò poſt quò ſpecioſiùs priorem editionem ſupprimeret, ſecundam procurarit, *in qua ſeptem folia integra omiſit, & loca plurima expunxit, quæ erant in editione priori.* Quanquam iſte bonus & grauis Superintendens hac qualicunque caſtigatione nõ contentus, optat *vt non modò iſti dialogi in vniuerſum, ſed ſimul alia eius omnia impia & blaſphema ſcripta quæ ſunt plurima, abolerentur, ne à teneris, pijs, & caſtis hominibus viderentur in æternum.* Sic ille. Hoc, Samuel, ſatis clarum indicium eſt, Theologiæ Bezanæ robur alibi quam in ſcripturis ſacris aut argumentis *ex verbo Dei* petitis conſiſtere; & ſi quam de hoſtibus victoriam conſecutus eſt, eam non *verbo Dei*, ſed verbo ſuo comparaſſe, lingua ſua obſcenitatis, maledicentiæ, conuitiorum & blaſphemiarum pleniſſima quæ homines Chriſtiani ferre non poterant, eos in fugam vertiſſe. Certè ſuæ Candidæ quædam honeſtè non nominanda, ne cogitanda quidem adeo turpiter & ſcurriliter alicubi ad Lutheranorum ora confert & præfert etiam, vt ſi aliundè teſtatum non eſſet, vel ea ſola ſpurciſſima obſcenitas non leue præberet argumentum, Bezam bonam ſuæ Theologiæ partem in luſtris & fornicibus didiciſſe, ideoque non fuiſſe, nec eſſe potuiſſe tam magnum Theologum quàm tu imaginaris. Sed mittamus Bezam cum ſua Candida, vt ad alia maiora veniamus: eamque etiam ob cauſam ne nimis ſim prolixus, mitto quod eſt à Comminiſcento tuo contra Niceni Concilij authoritatem & canones excogitatum. Nam nec Canones illi in vulgatis conciliorum exemplaribus reperiuntur, & de numero & veritate Canonum qui alicubi extant, inter doctos magna eſt controuerſia & in illis recenſendis explicandiſque, Rufini error à doctis hominibus iure coarguitur, & tãtum abfuit à Patribus illis omnis immoderata ſeueritas, vt potius conſtet eos magna vereq; paterna

Vide Caluiniſt. Theolog. lib. 2. fo. 14

p 426. 427 A.

Vide Cæſarem Baronium Tom. 3.

Digitized by Google

Indulgentia plurimum laxaſſe ex eis, quæ antegreſſi Patres in *ann. 325.*
quibuſdam Synodis Prouincialibus arctiùs aſtrinxerant: & *à ann. 270.*
deniq; quodcunq; ſit ab illis 318 Apoſtolicis epiſcopis conſti- *ad 280.*
tutum, abſque vlteriori aliqua diſceptatione apud hominem
moderatum communi fide & honeſtate prȩditum multo plus
ponderabit, & certo iudicio, ratione, veraq; Theologia nitĩ lõ-
gè magis æſtimabitur, quàm iſtorũ Venetzeorum Miniſtrorũ
loquaciſſimæ battologiæ: qui ſi audiant aliquid de ſeria pœ-
nitentia ad peccatorum deteſtationem conſtitui, aut contra
carnalem licentiam & cõplexus fœmineos, ſtatim excl̄amāt
quaſi pugionibus confixi totum Euangelium ruere. Hȩc ita;
mitto, ne longis & non neceſſarijs diſputationibus non multũ
profuturis, nec huic loco multum congruentibus me inuol-
uã: & ad labyrinthum illum vel potius Chaos pugnãtium de
ſanctiſſima Trinitate opinionum accedo, in quo tamen pro
rei magnitudine & amplitudine breuiſſimus ero, quia pleraq;
ab ipſo Michæa non malè explicata ſunt. Et hæc quidem hi-
ſtorica certaminum veſtrorum, quemadmodum ſemel à veri-
tatis Eccleſiȩq; Catholicæ via digreſſi, in nouos ſubinde hȩre-
ſum anfractus & præcipitia delapſi eſtis, narratio abundè do-
cere poteſt Chriſtianos omnes, vt nulla ſcientiæ iactatione,
nulla de ſcripturis apertis pollicitatione, nulla hominũ quam-
uis alioqui excellentium admiratione, ab antiqua & Catholi-
ca maiorum ſuorũ fide abduci ſe patiantur. Illa enim promiſ-
ſa magnificentiſſima ſemper in fumos reſoluuntur, clariſſima
quæ promittitur lux, deſinit in tenebras, & qui ſua ſuorumq;
opinione putantur homines longè doctiſſimi, manifeſtis tan-
dẽ experimentis probant ſe vulgaribus & ſimpliciſſimis Chri-
ſtianis, ipſis pueris & aniculis ſtolidiores. Egregiè Propheta
Dauid. *Super ſenes & doctores intellexi, quia mandata tua cuſto-* *Pſalm. 118.*
diui. A quibus Dei mandatis, maximè à fide per Chriſtum &
Eccleſiã eius nobis tradita ſi quis ſemel recedat, etſi totos dies
noctesq; ſcripturas verſet, & propter multiplicis & ſummæ do
ctrinæ opinionem ſectarijs ſuis videatur Propheta vel Euãge-
liſta admirabilis, eſt tamen (vt verè inquit Apoſtolus Paulus) *1. Timoth.*
ſuperbus, nihil ſciens. Iſtorum documentum accipe in tuis ip- *6. 4.*
ſius etiam Theodori Bezæ Magiſtris, huius ætatis hæreſiar-
chis, idque quoad hanc Sacroſanctæ Trinitatis fidem, quæ
debebat eſſe in omnibus Chriſtianis, ipſis etiam pueris & mu-
lierculis fundatiſſima. Cœpit primo Martinus Lutherus, for-
taſſe non tam rem, quàm vocem illam *ὁμοούσιος* carpere, &
quia ſancti Patres in Concilio Nicæno non illud ſanxerant

& deſi-

Digitized by Google

& definierant expreſsè à ſcripturis petitum, ſed à maioribus certa traditione ſumptum: idcirco iſte quia nihil volebat niſi expreſsè ſcriptum. *Odit* (inquit) *anima mea hoc verbum ὁμοούσιον*: qui erat primus gradus ad Eccleſiæ in Concilijs generalibus loquentis contemptionem. Excepit illum Melāchthon, & de illo tremēdo myſterio ſuopte ingenio loqui & ſcribere auſus, quæ monſtra peperit, quas blaſphemias euomuit? qualem Deum Chriſtum, qualem Spiritum ſanctum effinxit? qui particulas quaſdam diuinæ eſſentiæ detractas illis impartiuit. Erat quidem Melanchthon vir elegans, in politioribus literis egregiè verſatus, per totam Germaniam in omnibus Synodis, colloquijs, & conuentibus vel Theologorum, vel Principum, quoties de Religione agebatur, actor primarius, & vbique apud Proteſtantes valde celebris, & in primis Caluino gratioſus, vt ex plurimis eorum epiſtolis apparet. Ad multos certe annos in tanta fuit apud Proteſtantes gloria & exiſtimatione, vt alij eum cum Luthero vocarint *Euangelicæ doctrinæ inſtauratorem*, & *noſtri ſeculi ornamentum ſingulare*, alij *Phenicem*, alij *virum incomparabilem, ac omni virtutum & doctrinarum genere inſtructiſſimum*, alij alijs modis incredibiliter extulerint. Et tamen quia verè ſuper petram non fundabatur, ſed à firmitate & ſtabilitate vnius Chriſtianæ fidei diſcedens nouā ſibi fidem commentus erat, in ea adeo erat varius & inſtabilis, ita ſingulis ferè annis mutabat Cōfeſſiones ſuas, vt ipſius diſcipuli ex eius ſcriptis eius turpiſſimam mutabilitatem deprehendentes eum tantum non æternis inferorum flammis adiudicent, quem aiunt *ſpiritu vertiginis & cæcitatis à Deo percuſſum, vt poſtea ex vno errore in alium ſit prolapſus, & tandem neſciuerit quidnam fuerit credendum*: quòd *manifeſtè veritati diuinæ contradixerit turpiter & cum perpetua ſui nominis ignominia. Vtque Aaron ſuis auditoribus vituli aurei adorandi, ita Philippus non minoris idololatriæ Germanis author fuit trahentis adhuc telam longam errorum & idololatriarum, addo & [illegible]tionum diuinarum.* Hic eſt exitus illius magnificæ Theologiæ Melanchthonis ita aliquando decantatæ, quæ ab incomparabili ſplendore & Euangelij puritate deſijt in tenebras infernales, in infidelitatem, in idololatriam, in Atheiſmum. Qui enim nullam certam fidem habet, quis dubitet eum eſſe ſimpliciter Atheum? Et tamen eum complexus Ioannes Caluinus tanquam Oreſtes ſuum Piladem à pari adulatorum glorificatione, qua aliquando fruebatur, tandem in parem contemptionem incidit, qui quamuis & ſibi ipſi videbatur aliquid, & à ſuis commu-

Luther. contra Latom. Tom. 2. fol. 252.

Beza in Icon. Lauather. in hiſt. Sacramen. fo. 47. Martyr contra Gardin. parte 4. pag. 768.

Theolog. Caluiniſ. lib. 2. pag. 91. 93. 92. Ibi. pa. 117.

Plura de Melancht. vide ſup.

Beza in Iconibus.

communi more aliorum ſectariorum ſuos hæreſiarchas alijs omnibus anteſeratium celebretur pro doctore excellentiſſimo, cui parem à temporibus Apoſtolorum Eccleſia neminem vidit, quem eius ſectarij nominatim Miniſtri Pinczouienſes in Polonia, & alij vocant *Doctorem doctorum, & Theologum Theologorum, qui vnus plus valet quã centum Auguſtini*: quia tamen poſt defectionem ab Eccleſia nimium fauit Melanchthoni, vel quòd æquè verum eſt nimium amauit inuenta ſua, his magiſtris confiſus in errores contra Deum illis Melanchthonicis nihilo minus portentoſos incidit. Præiuit Melanchthon in illo Arianiſmo de Chriſti Deitate infra paternam imminuta, & vna corrumpendo textum Euangeliſtæ (tam ſunt iſti noui Euangeliſtæ in veri Euangelij doctrina tractanda religioſi) ſic Chriſtum loquentem introducit: *Nunc miſſus ſum ſubiectus cruci, & ſeruio meæ vocationi: Deinde verò gloriam ò Pater mihi reſtitue, quam ante conſtitutionem mundi apud te habui. At hoc dictũ de eſſentia loquitur Ioan. 1. Verbum erat Deus. Hæc ibi blaſphemus Melanchthon Deus tuus Caluine.* Vbi diligenter notandum eſt, verbum Chriſti & Euangeliſtæ δόξασον, quod hoc in loco nihil vnquam ſonuit apud aliquos fidos interpretes, niſi *glorifica* vel *clarifica*, hunc bonum Melanchthonem ad Arrianiſmum ſuum colorandum peruertere, *reſtitue mihi*, quaſi Chriſto incarnato aliquid de cæleſti Deitatis gloria deceſſerit. Sequutus Melanchtonem Ioannes Caluinus, quia Melanchthonem vehementer amauit, & in *Melanchthonis perſona* aliquo modo reprehenſa *totum Euangelium nouum dedecore aſpergi, & impijs proſtitui ad ludibrium putabat* (ac ſi Philippus Melanchthon vnicus eſſet Euangelij fabricator, aut vt alter Atlas cælum Euangelicum ſuis humeris ſuſtineret) ne Melanchthonem relinquendo totum *Euangelium dedecore aſpergeret*, Melanchthonis Commentarium arripiens, veriſſimam & concordem Eccleſiæ Catholicæ, omniumque Chriſtianorum ab Apoſtolicis temporibus fidem nequiter & prorſus Lucianicè irriſit. Hæc enim ſunt illa ludicra & iocularia: *Vnus Deus, id eſt, Trinitas: Credo in Deum, id eſt, in Trinitatem. Vt cognoſcant te vnum Deum, id eſt, Trinitatem.* Hoc (inquit ille) *non modò tanquam inſipidum, ſed prophanum quoque repudiamus*, perinde ac ſi Chriſtianis alius eſſet Deus quã Trinitas, aut in alium Deum quam Trinitatem credi oporteret, aut Chriſtus, ſanctuſque Spiritus excluderentur, vbi de vnius Dei agnitione agitur. Deinde particulatim de imminuta Chriſti incarnati Deitate, idem prorſus cũ Melanchthone ſentiens

Aug. [illegible] contra [illegible] M. 8.

Melanch. in locis communibus an. 45. p. 43. Stat. contra Caluin. Epiſt. N. 5. Ioan. 17. 5.

Caluin. Epiſtol. ad Polonos. pag. 946.

 & docens,

Digitized by Google

& docens, quemadmodum varijs in locis demonſtrauit Michæas, in ſuis ad Polonos epiſtolis eandem impietatem ſeuit, tam improbè & flagitioſè, vt iuſto dolore correptus eius aliquando admirator, poſtea hac occaſione aduerſarius exclamet contra eum: *Quis diabolus ò Caluine te ſeduxit, contra Filium Dei cum Arrio obloqui, vt oſtenderes eum priuatum fuiſſe gloria ſua, nunc autem petere eam ſibi dari, quaſi non ſemper eam habuerit! Antichriſtus ille Septentrionis quem tu adoras imprudenter, Melanchthon Grammaticus hoc fecit.* Et paulò poſt graui vſus admonitione, quam ego tibi quoque Samuel cupio eſſe ſalutarem: *Caue* (inquit) *Chriſtiane Lector, & maximè vos Miniſtri omnes verbi Dei, à libris Caluini cauete, & præſertim in articulo de Trinitate, incarnatione, mediatore, de Sacramento baptiſmatis & prædeſtinatione. Continent enim doctrinam impiam, & blaſphemias Arrianas, vt in Caluinum ſpiritus Serueti combuſti ſecundum Platonicos remigraſſe videatur.* SAMVEL. Satis quidem mordaciter, ſed eo opinor acrius Caluinum inſectatus eſt Stancarus, quia priùs eum Caluinus apud Polonos tanquam Neſtorianum traduxerat. Quare vt par pari referret, ipſe viciſſim Caluinum inclamauit Arrianum. Aut fieri poteſt ægrè tuliſſe, quod Caluinus Melanchthonis, contra quem tanquam apertum Arrianum multa & priuatim, & publicè ſcripſerat Stancarus, defenſionem ſuſcepiſſet, ipſumque *Stancarum ambitione excæcatum* dixit, quod non *reputaret in eius perſona totum Euangelium dedecore aſpergi, & impijs proſtitui ad ludibrium*, quæ verba ad æmulum ſuum extollendum tam ampla & magnifica altius fortaſſe in Stancari pectore inſederunt, eumque ad hos aculeos commouerunt. Quanquam etiam in peculiari Reſponſo, quod Caluinus ſcripſit *ad fratres Polonos, quomodo Chriſtus ſit mediator ad refutandum Stancari errorem*, non leuiter hominem perſtrinxit tanquam *faſtu turgidum, & ambitione communi hæreticorum morbo laborantem.* LVDOVICVS. Quæ cauſa hùc impulerit Stancarum, non meretur longam inquiſitionem. Si vera dixerit, illud eſt multo magis curandum. Si Caluiniſta tantummodò clamaſſet Arrianum, clamores talis hominis abſque ratione & argumento, ego nõ minùs quàm clamores hominis furioſi & phrenetici æſtimaſſem. Cęterùm quando per multas paginas ſuos clamores ratione & veritate niti oſtendit, quando capita, loca, paragraphos ex epiſtolis, ex Inſtitutionibus, ex Harmonia & Commentarijs in Euangelia & Epiſtolas Apoſtolicas adducat, quæ copioſè ſolideq; demonſtrent has accuſationes eſſe

Stancar. vbi ſupra N.4.

Ibi. O.3.

Caluin. in Epiſtol. ad Polonos p.940.945.

Inter Tractat. Calu. pag.939.

A fol.97. ad 122. L.3. ad O3.

veras,

veras, nos ex talibus documentis colligamus ad hæreſes has cauendas quod nobis poteſt eſſe vſui, cauſas talium criminationum ipſis, eorumque Sectariis relinquamus. Quanquam quod Caluinus eum Neſtorianum dicit, fortaſſe nihil eſt quam maledictum ex malitia Caluini profectum. Verum poſtea in hæreſim eam inciderit, in alterutram partem nihil ſtatuere poſſum, quia libros eius poſteriores non vidi. In iis certè quos ſcripſit & inſcripſit *de Trinitate & mediatore Chriſto Ieſu aduerſus Henricum Bullingerum, Petrum Martyrem, Ioannem Caluinum, & reliquos Tigurinæ, & Geneuenſis Eccleſiæ Miniſtros, Eccleſiæ Dei perturbatores*, arbitror nihil directè Neſtorianum contineri. Plurimis ſanè in locis Neſtorium & Neſtorianam hæreſim execratur, refellit & anathematizat: & nominatim Tigurinis eundem Neſtorianum obliquè vocantibus ita reſpondet: *Hoc profiteor, & coram Deo & hominibus fateor, me nihil negotij habere cū Neſtorio & Neſtorij doctrina. imò phraſes omnes de Chriſto frequentes tam in magiſtro ſententiarum, quam in Doctoribus ſcholaſticis aliiſq́; Doctoribus antiquis accuratè cognoſcere volui, & diligentiſſimè intelligere curaui, ne forte ex ignorantia in phraſes Neſtorianas impingerem. Verum (quia omnis homo peccat) ſi quis mihi errata mea oſtenderit, Deo imprimis, deinde illi maximas agam gratias de admonitione & increpatione, & ſtatim retractabo.* Sed quid opus eſt tempus conſumere in iſtis aranearum telis litigare de lana caprina? Etiamſi Neſtorianus non fuerit, hæreticum Zuinglianum fuiſſe certum eſt: & quæ de Caluino ſcripſit, quia ratis, certis euidentiſſimiſq́; probationibus aſtruit, idcirco ſiue ſit Neſtorianus, ſiue Zuinglianus, ad Caluinum Arrianiſmi conuincendum valent, & ad te a Caluini ſtudio deterrendum valere debent Samuel. Sed nondum abſolui quod propoſueră, & quod fortaſſe magis Caluinum pupugit, quam reliqua omnia vel à Michæa, vel a te cōmemorata, & quod mirabar à Michæa fuiſſe prætermiſſum, cum apud te Caluiniani nominis authoritatē eleuare vellet: niſi quia ſuſpicor aliquas reliquias priſtinę de Caluini excellentia exiſtimationis eius animo inhęreſcere, vt noluerit omnia quæ illi erant in promptu, & eius cauſæ inſeruiebant, in mediū proferre. Illud intellige, quod Caluinus in hoc argumento de Trinitate, de Deo, de Chriſto & perſonis diuinis tam pueriliter errat, toties & tam breui ſpatio ſibi contradicit, ita cōtra communia Theologię Chriſtianæ principia labitur, vt iſte eius Coapoſtolus cum cū Melanchthone magis Grammaticis, quam Theologis annumerandū cenſeat, quod

Ibi in Caſtigation.

vnum

vnum fortaſſe pluſquam reliqua omnia Caluinum contra il-
Vbi ſupra N.4. lum acuit & incendit, Sic enim ille ad Caluinum: *De illo loco Scripturæ* (quemadmodum Chriſtus poſt reſurrectionẽ à Patre glorificari poſtulabat) *& ſimilibus cur non potiùs conſuluiſti ſupradictos Theologos, Cyrillum, Auguſtinum, Athanaſium, Chryſoſtomum, &c. quam vnum Grammaticum Melanchthonem? At omne ſimile (ait Philoſophus) appetit ſuum ſimile. Sic ſemper iſti Grammatici religionem, & fidem Catholicam perturbarunt, vt olim Creſcentius Donatiſta, &c. & iſte mente captus, & ſciolus Melanchthon in Saxonia, Frãciſcus Dauidis in Tranſyluania, & vos quoq; alÿ Grammatici.* Alibi præfatus veniam:
M 8.4. *Iſte*(inquit) *ter infœlix & indoctus Caluinus ſæpè in ſcriptis ſuis contra ſeipſum loquens, duos Deos conſtituit. Neſcit enim quid ſcribat, aut de quibus affirmet. Modò vnam ſententiam ponit, immediatè addit contradictoriam, quæ priorem deſtruit: quod priùs affirmat, poſtea negat. Et ob id velle omnes eius ineptias, ne dicam ſtultitias & impietates corrigere, immenſus eſſet labor.* Id quod etiamſi ex Michææ diſputatione potuiſti colligere, tamen vno exemplo, quod eſt huic loco aptiſſimum, ego breuiter illuſtrabo. Si rectè notaſti locos à Michæa productos, quibus Ioannes Caluinus Chriſti Deitatem, Patris Deitate minorem probauit, illi reſtringunt inæqualitatem ad tempus incarnationis Chriſti, eamque eius aſſignat cauſam, quia *tum cùm ad nos deſcendit, medius eſſe cœpit inter Deum & nos. Alter au-*
Caluin. de Chriſto mediatore aduerſus Stancar. pag. 941. *tem*(inquit Ioannes Caluinus) *ſe medium inter Patrem & nos interponere nõ potuit: quin diſpenſationis ordine ſupra ipſam mediatoris perſonam emineret Patris gloria.* Et tamen proxima pagina nõ ſolum verbo aſſerit, ſed etiam fuſiùs probare laborat, *mediatoris nomẽ Chriſto quadrare non ſolũ ex quo carnẽ induit, vel ex quo munus ſuſcepit recõcilandi cũ Deo humani generis, ſed ab initio creationis verè fuiſſe mediatorẽ; quia ſemper fuit caput Eccleſiæ, & primatũ tenuit etiã ſuper Angelos.* Et mox. *Vnde colligimus nõ modò poſt Adæ lapſum fungi cœpiſſe mediatoris officio, ſed quatenus æternꝰ Dei ſermo eſt, eius gratia coniũctos fuiſſe Deo tam Angelos quã homines, vt integri perſtarẽt.* Quam ſunt hæc inter ſe manifeſtè contradicentia, & quàm prætetea manifeſtus eſt in his Arrianiſmus, diſtinguens in Deitate eſſentias, & Chriſtum Deum Patrem inferiorem ſtatuens. An Chriſtus ſolus à principio mundi in Deitate ſua fuit caput Eccleſiæ, & non fuit item Pater & Spiritus ſanctus? an ſolus primatum tenuit inter Angelos, caruit eodẽ Pater? caruit Spiritus ſanctus? Quemadmodum eſt igitur *vna harum perſonarum Diuinitas,*

æqualis

æqualis gloria, coæterna maieſtas! Ruſus ſi *quatenus Dei æternus ſermo eſt*, mediatione ſua apud Deũ effecit, vt Angeli perſtarent integri, & tam homines quam Angeli Deo coniungerentur: aut hæc Angelorum hominumq; conſeruatio per mediatorem Deo Patri, ſanctoque Spiritui (quorum opera exteriora omnia inſeparabilia ſunt, vtpotè quæ ab eadem natura, tanquam vero certoque principio fluunt) debet attribui, aut Chriſti natura à paterna hoc peculiari opere ſecernitur: & quia mediatio, vt deprecatio, ſupplicatio, interceſſio eſt inferioris ad ſuperiorem, Chriſtus Deus, Deo Patre inferior hac ratione concluditur. Neque enim de vlla alia natura Chriſti quam diuina, hæc mediatio cogitari aut accipi poteſt. Verba autẽ Chriſti quæ toties inculcat Caluinus, nihil prorſus huic impietati ſuffragari aduertiſſet, niſi vel in ſeipſo, vel in ſolo illo Grammatico Melanchthone (vt ille alter loquitur) defixus, omnes interpretes vel antiquiores, vel recentiores penitus cõtempſiſſet. Sic orat Chriſtus Patrem ſuum: *Ego te clarificaui ſuper terram: opus conſummaui, quod dediſti mihi vt faciam. Et nunc clarifica me tu Pater apud temetipſum claritate quam habui priuſquam mundus eſſet apud te.* Quibus verbis nihil aliud petit, quam quod paucis poſt diebus effectum eſt, vt quemadmodum ipſe prædicatione ſua, operibus, miraculis, morte & paſſione Patrem glorificaſſet in terra, hominemque reconciliaſſet Deo; ita etiam ipſe qui hoc operatus erat, & qui ad hæc conficienda humanam naturam in diuinæ perſonæ vnitatem aſſumpſiſſet, ſecundum eandem humanitatem à terris in cælos aſſumptus, ſedenſque ad dexteram Dei Patris; in eadem perſona iam humanitatem non minùs quam antea diuinitatem complectente, à creaturis omnibus æternus Deus coleretur, & humana natura hoc modo hypoſtaticè diuinæ coniuncta pari gloria, pro humanæ naturæ modulo, quæ nihilominus humana, creata, finitaque permanſit, nec eſt in diuinitatem mutata, frueretur. Hoc eſt quod Apoſtolus Paulus ait: *Chriſtus factus eſt obediens ad mortem, mortem autem crucis, propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, vt in nomine Ieſu* incarnati, paſſi, crucifixi, *omne genu flectatur cæleſtium, terreſtrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris*, clarificatus homo Deus ea claritate quam habuit Deus ſolus apud Patrem ante creationem mundi. Hoc nihil eſt aliud, quam quod vbique in Euangeliſtis, & in Symbolo communi traditur, *Dominus Ieſus* tali tempore poſt paſſionem & reſurrectionem,

Symbolum Athanaſ.

Ioan. 17.

Philip. 2. 8.

Marc. 16. 19.

Digitized by Google

aſſumptus eſt in cœlum, ſedetq; ad dexteram Patris. Hic eſt facilis & expeditus loci ſenſus. Sic eum explicant recentiores. Sic explicarunt antiqui omnes, nemine excepto. Neque præter Arrium & Arrianos quiſquam inuentus eſt, qui ad Deitatem Chriſti à Patris gloria ſeparandam, aut quouis modo obſcurandam hæc verba exponeret. At vrget Beza, & pro magiſtro ſuo pugnat: Cùm *remittere peccata ſit propriè diuinæ naturæ; noſtra autem reconciliatio à remiſſione peccatorum pendeat:* præterea, cùm *reſurrectio ſit Chriſti mediatoris periodus; & ea diſtinctè manarit à verbo, quis ſanæ mentis negauerit, Chriſtum etiam ſecundum diuinam naturam eſſe mediatorem?* Itane vero? Quid ni ergo & Patrem, & Spiritum ſanctum mediatorem concludamus. Nam & remiſſio peccatorum, & ſanctificatio, & iuſtificatio, quia ſunt propriè naturæ diuinæ, non minùs propriè exacteque pertinent ad Patrem & Spiritum ſanctum; quam Chriſtum; vtpotè quæ à tota Trinitate manarunt, manantque æqualiter, identicè, & perfectiſſimè. Erit ergo tota Trinitas mediatrix. Eſt ſiquidem certiſſimum iſta omnia ſiue in hominibus alijs, ſiue in Chriſto non magis efficienter aut propriè fluxiſſe à Chriſti Deitate, quam à Deitate reliquarum diuinarum hypoſtaſeôn. Nequaquam verò inſtat Caluinus, & eum ſequutus Theodorus, qui etſi Chriſtus per ſe ſit æqualis Patri, *tamen habita ratione officij, & cùm ad nos deſcendit, medius eſſe cœpit etiam ſecundum diuinam naturam.* Quid? Ergo *officij ratio* & incarnatio aliquam in natura eius diuina fecit mutationem? & quod ſe *exinaniſſe* dicitur ſerui forma aſſumpta, ad diuinam naturá erit referendum? Quin ergo pergunt cum fratribus ſuis Lutheranis, & dicant etiam, quoad diuinam naturam *humiliaſſe ſe vſq; ad mortem, mortem etiã crucis*, & diuinam eius naturam fuiſſe crucifixam & mortuam. Neque enim per incarnationem medius fuit aliter aut magis quam antea, niſi quatenus humanam naturam in diuinæ ſuæ naturæ (tam longè quam prius ab humana ſpecie, naturaque diſſidentis & remotæ, neque cum ea magis communicantis, quam communicauit natura Patris; ideoque nec magis inter nos & Patrem mediæ quam fuit antea) hypoſtaſin aſſumpſit: in qua mediationis & redemptionis illa diuiniſſima myſteria peregit. Quod ſi contendant diuinitatem Chriſti humiliatã, exinanitam, de gradu excellentiæ & gloriæ ſuæ motã; & tum demum mediam factam inter Deum & homines, quæ priùs erat Deo prorſus & perfectè æqualis: eadem opera & duas diſtinctas in Patre, Filioque diuinitates ponunt (id quod reuera faciunt:)

Vide Hilarium de Trinitate lib. 3.

Ibi.

Philip. 2.7

faciunt) & eandem Chriſti diuinitatem ad cætera quoq; me-
diatoris officia trahant neceſſe eſt. *Cumq́;*, vt Bezæ argumen-
to vtar, *præcipuum mediationis & redemptionis opus vel perio-
dus* ſit, iuſtificatio & peccatorum remiſſio (*mortuus eſt enim
Chriſtus propter peccata noſtra; mortuus eſt ad exhauriēda mul-* Rom. 5. 6.
torum peccata: per mortem deleuit chirographum quod erat con- Hebr. 9.
trarium nobis, pacificans per eandem mortem omnia quæ ſunt in Epheſ. 1. 2.
cælis & in terris, &c.) *Quis ſanæ mentis* cum Lutheranis non di- Coloſſ. 1.
xerit Chriſtum fuiſſe mortuum ſecundū diuinam naturam? qua & 2.
morte mediatio, & reconciliatio facta eſt, pretiumq; redem-
ptionis noſtræ plenè, perfectè, cumulatè perſolutum? Niſi for-
tè diuinam naturam mediatricem contendentes, quod eſt in
mediatione ſummum & præcipuum, ei mox auferre volue-
rint. Vel ſi iſtud argumentum Bezæ non placet, quamuis ma-
teria formaque, cum ipſius maximè conueniat; hoc alterum
quod eiſdem omninò verbis ſenſuque texitur, ei non poteſt
non probari. *Si reſurrectio eſt mediatoris Chriſti periodus & ea
diſtinctè manauit non à carne, ſed* à Deo Patre nō minùs quam
à Deo verbo (Deus enim *Pater, ſuſcitauit à mortuis Filium ſuū,* Act. 2. 24.
vt vbique docent Apoſtoli) *quis ſanæ mentis dixerit Deum Pa-* c. 3. 15. 26.
trem nobis non eſſe mediatorem etiam ſecundum diuinam natu- cap. 4. 10.
ram (neque verò habet aliam) diſtinctè conſideratam. Hanc cap. 5. 30.
tu concluſionem vtramq; ſi vt impiam, vt horribilem, execra- cap. 10.
bilemq́ue auerſaris Samuel, ſi credis cum Catholicis & Zuin- 40. &c.
glianis (opinor) omnibus, eam ex Diametro principijs fidei
omnis eſſe oppoſitam: certus eſſe potes, argumenta quibus
Caluinus, Beza & ſimiles quotquot Chriſti diuinam naturam
mediam & mediatricem inter Deum & homines faciunt, ex
ſumma craſſiſſimaq; ignorantia ipſorum principiorum reli-
gionis Chriſtianæ procedere: qui ſi verè cū vulgaribus Chri-
ſtianis crederent Articulum incarnationis, & vnius ſimplicis
in ſanctiſſima Trinitate eſſentiæ; nunquam ad hæc portenta
blaſphemiarum prolaberentur. Et quis reprehendat illum al-
terum Caluiniſtam, quanquam Ioannis Caluini hac in parte
aduerſarium, ſi eum quoad iſta fatuum, Grammaticum, in-
doctum, à Grammatico præceptore ſeductum tam odioſè
exprobret, qui commune quidem Chriſtianorum Symbo-
lum videtur ignoraſſe; quod rectè intellectum ad rectam re-
rum intelligentiam abſque vlla moleſtia aut ſtudio eum du-
xiſſet? ſi illum confirmet *horribiliter à Deo cum ſuis Symmi-
ſtis excæcatum propter horribiles cōtra Trinitatem blaſphemias?*
ſi eum moneat *vt diſcat* priuſquam doceat *veram Theologiā*,

nec hæreſes ſpargat loco Euangelij : Si denique cum non minus quam magiſtrum ſuum Melanchthonem *Antichriſtum Sep-*
Ioan. 17. 3. *tentrionis* appellet, qui ſub ſpecioſo Euangelij prætextu innumerabiles Chriſtianos *à vero Deo, & quem ille miſit Ieſu Chriſto* abduxit ad falſum Deum iam nuper ab ipſis fabrefactum, ad falſum Chriſtum planè alium ab eo qui à Patre miſſus eſt, per Apoſtolos *Gentibus prædicatus eſt, à mundo creditus eſt, aſ-*
1. Timot. 3. 16. *ſumptus eſt in gloria.* Conſidera enim apud te Samuel, an aliqua pars fidei Chriſtianæ de Deo ſalua remaneat, ſi iſtis duobus Theologis nos tradamus informandos. Ecquid credis Chriſtum *eſſe Filium Dei, Deum de Deo, lumen de lumine, verū Deum de Deo vero*, vt eſt in antiquiſſimo Nicęni Cōcilij Symbolo? Nihil minus eſt enim Deus ex ſe, non ex Patre: Nicæn. Concil. ita definiendo, durè, impropriè, periculoſè definiuit: & vtcunq; Patres illi ita ſtatuerunt iuxta fidem à primis Apoſtolis traditam, & ad eos perductam, Caluinus tamen ſuique longè aliter de Chriſto ſentiendum prædicant. Nunquid eſt Chriſtus Patri quoad diuinitatem, gloriam, & maieſtatem par & æqualis, vt eſt in Symbolo D. Athanaſij? nequaquam. Nec enim à tempore *incarnationis* tantum, *ſed à tempore primæ omnium rerum creationis, fuit apud Patrem pro hominibus Angeliſque mediator. Mediatorem autem inter Patrem & nos ſe non potuit interponere, quin diſpenſationis ordine ſupra mediatoris perſonam emineret Patris gloria* : & cùm in eo ſit *aliquid* tantum *diuinæ naturæ*, non poteſt in comparationem venire cum Deo Patre, in quo eſt tota diuinitatis plenitudo & maieſtas. Saltem credere in Trinitatem neceſſarium eſt, Patremque & Filium cum Spiritu ſancto, vnum illum Deum agnoſcere, ex qua cōfeſſione pendet æterna Chriſtianorū ſalus: abſit. *Credere enim in Deum, id eſt, Trinitatem: cognoſcere vnū Deum, id eſt, Trinitatem*, hoc non modò *vt inſipidum, ſed vt prophanum quoque repudiare* Caluino Doctore iubemur. Nunquid S. Trinitatem inuocare poſſumus, aut ab vno illo veriſſimo Chriſtianorum Deo in tribus perſonis aliquid poſtulare? Nec hoc per iſtum Geneuenſem Apoſtatam fas eſt. Ad ſanctiſſimam enim Trinitatem preces dirigere planè barbarum eſt. Et tanquam alter Ariſtarchus, & fidei pro ſuo arbitratu cenſor; *Mihi* (inquit) *non placet*, vt quis in Eccleſia Chriſti *ſanctam Trinitatem vnū Deum* pro miſericordia & peccatorum ſuorū remiſſione precetur.
Ann. 1543. Quam precandi, hoc eſt, Trinitatis inuocandę formam iam diu antea ſuis Lutheranis Eccleſijs interdixerat, & ex earum Letanijs vniuersè prorſus deleuerat Martinus Lutherus.

Iſtæ

Iſtæ ſunt Samuel, Caluiniſtæ, Melanchthonis, & huius Apoſtolici Miniſtrorum nouorum chori *κύριαι δόξαι*, rata, firma, & immota axiomata. Et quantulum iam à Mahumetiſmo iſte Caluiniſmus abeſt! quam leuis eſt differentia inter Mahumetis Alcoranum, & Caluini Euangelium! Et tu iſtas peſtes non cauebis? non execrabere? Qui etiamſi ſanè, ſincereq́; aliquando de myſterijs religionis noſtræ loqui videantur, tamen ſub inuolucro verborum communium tot fabricāt dolos, tot fingunt Chymeras, & ſenſus nefarios, vt cùm Chriſtianiſſima vſurpant verba, etiam tum hæreticè, Antichriſtianè, & prorſus Mahumeticè ſentiant; quod eſt à Michæa rectè annotatum, & pluribus aliorum hominum exemplis liquet. Quanquam hic & in rebus, & in verbis quoq; labuntur turpiſſimè. Nam & vocem S. Trinitatis non ferunt, & adorationem atq; inuocationem S. Trinitatis improbant, & Chriſtianis hominibus in S. Trinitatem credere prohibent: pariq; modo verba Eccleſiaſtica de Filio Dei reprehendunt, Chriſtum Dei Filium conſubſtantialem audire non ſuſtinent; Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, hoc eſt, tum voces verbi diuini generationem quam fieri poteſt aptiſſimè ſignificantes reijciunt, tum rem ipſam, æternam Chriſto à Patre communicatam eſſentiam, eiſdem cum Mahumete argumentis refellunt: & ita tum quoad verba, tum quoad ſenſus verborum planè ſunt Antichriſtiani, & in veriſque Symbolo Chriſtianorum, & Chriſtianorum Eccleſiæ vniuerſali, apertiſſimè nuntium remiſerunt.

ARGVMENTVM
CAPITIS XX.

In Eccleſiæ politia etſi hodie maior appareat forma & ordo apud Turcas, quam quod Proteſtantes, tamen Mahumetes eandem reliquit cum ciuili ſtatu non minus confuſam, quam hodie in Anglia, & alijs pleriſq; Germaniæ & Heluetiæ ditionibus cernitur. Et Mahumetis proximi ſucceſſores poſt aliquod Caliſarum cædes eodem ferè modo diuiſi ſunt quoad ſuum Alcoranũ, & alij alios pro execrandis hæreticis habebant, quo modo Lutherus, Zuinglius, Menno & ſimiles Euangelicorum Principes ſeſe mutuis execrationibus deuouerunt. A nulla autem ſecta Euangelica quocunq; modo diuiſa quicquam labis aut præiu-

 dicij ad

dicij ad Eccleſiam Chriſti redundat: vt neque ex vita Chriſtianorum, quæ ante exortos iſtos nouos Euangeliſtas, erat generaliter bona & honeſta, per eorum Euangeliſmum, nō fidem Catholicam facta eſt turpis & inquinatiſſima.

CAPVT XX.

IN argumento de Eccleſiæ vtriuſque, Mahumetanæ, & Lutheranæ, vel Zuinglianæ forma, ordine, gubernatione comparanda, viſus eſt Michæas plurimum ſibi, ſuiſque Mahumetanis ſupra Euangelicos aſſumere. Etſi quidem ad noſtra tantum tempora attendamus, & Imperium Turcicum cum Proteſtantium Eccleſia Anglicana vel Germanica comparamus, negari non poteſt, quin illius ad iſtas magna ſit excellentia & perfectio. Vobis enim Sectæ ſunt infinitè plures, & regimen Eccleſiæ vel à nullo capite, vt in multis locis, vel à capite fœmineo, vt in Anglia pendens, non habet ſpeciem Eccleſiæ maieſtati, conſtantiæ, perpetuitati conſentaneam, & mutationes doctrinæ, quæ à 40 vel 50 annis in omnibus penè Europæ Eccleſijs Euangelicis, potiſſimum in Germania & Anglia fuerunt frequentes, ſtabilitati & vnitati religionis in Turcia neceſſariò multumque debent concedere. Sed tamen ſi originem Mahumetiſmi conſideres, & ſtatum eius quemadmodum à primo Propheta Mahumete fundatus eſt, conſtabit nihilo melioribus principijs, aut firmiore ordine extructum fuiſſe, quam eſt Eccleſia Anglicana, vel Zuingliana. Verum eſt diſtinctum iam eſſe apud nos principatum ciuilem & ſpiritualem, & ab huius tractatione, quæ tota in Mufty, vel ſummo Pontifice noſtro reſidet, Imperatorem eſſe remotum. Sed quis ita ordinauit? quis inſtituit? non quidem Mahumetes qui prophanè, & more Anglicano Pontificatum ſummum attexuit Regi, tanquam vmbram corpori, aut ſubiecto accidēs: qui item vti apud vos carnali generatione deſcendebat à Patre ad Filium, niſi quod ab eius adeptione arcebantur filiæ. Neque vero Muftys eſt ſucceſſor Mahumetis ſed Caligha, hoc eſt, nō ſolus Pontifex abſque Imperio, ſed Imperator Pontificius, vel Imperator in cuius imperio eſt incluſus Pontificatus, qui cum nuſquam appareat in imperio Turcico, ſequitur nec hic vſquam eminere verum ſucceſſorem Mahumetis. Ergo hac in parte ſi ad originem

niem aſcendas, quoad Principes *laicos vtriuſque religionis ſuprema capita & duces*, par eſt Mahumetiſmi & veſtri Euangeliſmi in Anglia ratio (niſi quod fœminas, vt dixi, vos ad eorum honorem attollitis) & ſi propter hanc cauſam nulla ſit *ſpecies aut forma religionis* in Anglia, nulla itidem fuit ſpecies, aut forma religionis ſub Mahumete, & primis eius ſucceſſoribus. Deinde neque contra ſchiſmata pro vnitate Synagogæ ſuæ magis peccauit Mahumetes, quàm veſter Martinus Lutherus, aut Hulderieus Zuinglius, aut potius Henricus Octauus (In hoc enim eſt aptior comparatio) quia vterque gladio, hoc eſt, ſuo ciuili, Regia vel dictatoria authoritate omnes lites emergentes ſuſtulit: quæ via humana eſt, non diuina, eſt Regia, non Pontificalis, ad compeſcendos tumultus exterius referetur, non ad ſanandos interius animos, & veras hæreſium, ſchiſmatum, falſarum opinionum cauſas, fibras, origines extrahendas. Nam quod in hoc imperio ſecus fiat, attribuendum eſt Imperatorum noſtrorum pietati, prudentiæ, humanitati, religioni, hac in re ad Chriſtianorum veram Eccleſiam & Eccleſiaſticum regimen reſpicienti, ſeque aliquantiſper conformanti, non ad religionem, pietatem aut inſtitutionem Mahumetis, qui moriturus Califam deſignauit iuuenē quendam nomine Alym generum ſuum. Sed ſocer Mahumetis Eubocara, cuius potiſſimum opibus & fauore Mahumetes eam potentiam fuerat adeptus, excluſo Aly, Califam ſe creauit, adiutus maximè ab Homare & Oſmeno viris fortibus magnæque potentiæ, qui quod Mahumeti ad ſectam propagandam & comparandam regnum plurimum opis tuliſſent, proptereaque & ipſi ad illud aliquando capeſſendum inhiarent, malebant Eubocaram ſenem, & ipſis ſanguine coniunctum, Calyfam fieri quàm Alym, qui nec cognatione aliqua ſanguinis eos contingebat, & per ætatem tam diu poterat regnare, vt illis ſuccedendi ſpes omnis penitus intercideretur. Sic igitur Eubocara, Mahumetis ſucceſſor contra Mahumetis voluntatem effectus eſt: cuius intra triennium (nec ſine veneni ſuſpicione) mortui locum excepit Homar, qui poſt decennium à ſeruo quodam ſuo lęthaliter vulneratus, priuſquam expiraret, Oſmenum ſucceſſorem conſtituit. Oſmenum duodecimo Pontificatus anno, ætatis annos habentem octuaginta ſeptem, turba Saracenorum, qui Alym Califam deſiderabant, in domo ſua obſedit, quorum manus vt euaderet Oſmenus, manus ipſe ſibi intulit; neque tamen Alys, verus (vt apparet) à principio Mahumetis ſucceſſor locū Califę eſt cōſecut⁹.

Calius Hiſtor. Saracen. lib. 1.

Duo

Digitized by Google

dicij ad Eccleſiam Chriſti redundat: vt neque ex vita Chriſtianorum, quæ ante exortos iſtos nouos Euangeliſtas, erat generaliter bona & honeſta, per eorum Euangeliſmum, nō fidem Catholicam facta eſt turpis & inquinatiſſima.

CAPVT XX.

IN argumento de Eccleſiæ vtriuſque, Mahumetanæ, & Lutheranæ, vel Zuinglianæ forma, ordine, gubernatione comparanda, viſus eſt Michæas plurimum ſibi, ſuiſque Mahumetanis ſupra Euangelicos aſſumere. Etſi quidem ad noſtra tantum tempora attendamus, & Imperium Turcicum cum Proteſtantium Eccleſia Anglicana vel Germanica comparamus, negari non poteſt, quin illius ad iſtas magna ſit excellentia & perfectio. Vobis enim Sectæ ſunt infinitè plures, & regimen Eccleſiæ vel à nullo capite, vt in multis locis, vel à capite fœmineo, vt in Anglia pendens, non habet ſpeciem Eccleſiæ maieſtati, conſtantiæ, perpetuitati conſentaneam, & mutationes doctrinæ, quæ à 40 vel 50 annis in omnibus penè Europæ Eccleſijs Euangelicis, potiſſimum in Germania & Anglia fuerunt frequentes, ſtabilitati & vnitati religionis in Turcia neceſſariò multumque debent concedere. Sed tamen ſi originem Mahumetiſmi conſideres, & ſtatum eius quemadmodum à primo Propheta Mahumete fundatus eſt, conſtabit nihilo melioribus principijs, aut firmiore ordine extructum fuiſſe, quam eſt Eccleſia Anglicana, vel Zuingliana. Verum eſt diſtinctum iam eſſe apud nos principatum ciuilem & ſpiritualem, & ab huius tractatione, quæ tota in Mufty, vel ſummo Pontifice noſtro reſidet, Imperatorem eſſe remotum. Sed quis ita ordinauit? quis inſtituit? non quidem Mahumetes qui prophanè, & more Anglicano Pontificatum ſummum attexuit Regi, tanquam vmbram corpori, aut ſubiecto accidēs: qui item vti apud vos carnali generatione deſcendebat à Patre ad Filium, niſi quod ab eius adeptione arcebantur filiæ. Neque vero Muftys eſt ſucceſſor Mahumetis ſed Calipha, hoc eſt, nō ſolus Pontifex abſque Imperio, ſed Imperator Pontificius, vel Imperator in cuius imperio eſt incluſus Pontificatus, qui cum nuſquam appareat in imperio Turcico, ſequitur nec hic vſquam eminere verum ſucceſſorem Mahumetis. Ergo hac in parte ſi ad originem

tiem aſcendas, quoad Principes *laicos vtriuſque religionis ſuprema capita & duces*, par eſt Mahumetiſmi & veſtri Euangeliſmi in Anglia ratio (niſi quod fœminas, vt dixi, vos ad eorum honorem attollitis) & ſi propter hanc cauſam nulla ſit *ſpecies aut forma religionis* in Anglia, nulla itidem fuit ſpecies, aut forma religionis ſub Mahumete & primis eius ſucceſſoribus. Deinde neque contra ſchiſmata pro vnitate Synagogæ ſuæ magis peccauit Mahumetes, quam veſter Martinus Lutherus, aut Huldericus Zuinglius, aut potius Henricus Octauus (In hoc enim eſt aptior comparatio) quia vterque gladio, hoc eſt, ſupremum Regia vel dictatoria authoritate omnes lites emergentes ſuſtulit: quæ via humana eſt, non diuina, eſt Regia, non Pontificalis, ad compeſcendos tumultus exterius refertur, non ad ſanandos interius animos, & veras hæreſium, ſchiſmatum, falſarum opinionum cauſas, fibras, origines extrahendas. Nam quod in hoc imperio ſecus fiat, attribuendum eſt Imperatorum noſtrorum pietati, prudentiæ, humanitati, religioni, hac in re ad Chriſtianorum veram Eccleſiam & Eccleſiaſticum regimen reſpicienti, ſeque aliquantiſper conformanti, non ad religionem, pietatem aut inſtitutionem Mahumetis, qui moriturus Caliſam deſignauit iuuenẽ quendam nomine Alym generum ſuum. Sed ſocer Mahumetis Eubocara, cuius potiſſimum opibus & fauore Mahumetes eam potentiam fuerat adeptus, excluſo Aly, Caliſam ſe creauit, adiutus maximè ab Homare & Oſmeno viris fortibus magnæque potentiæ, qui quod Mahumeti ad ſectam propagandam & comparandam regnum plurimum opis tuliſſent, proptereaque & ipſi ad illud aliquando capeſſendum inhiarent, malebant Eubocaram ſenem & ipſis ſanguine coniunctum, Calyfam fieri quàm Alym, qui nec cognatione aliqua ſanguinis eos contingebat, & per ætatem tam diu poterat regnare, vt illis ſuccedendi ſpes omnis penitus intercideretur. Sic igitur Eubocara, Mahumetis ſucceſſor contra Mahumetis voluntatem effectus eſt: cuius intra triennium (nec ſine veneni ſuſpicione) mortui locum excepit Homar, qui poſt decennium à ſeruo quodam ſuo lethaliter vulneratus, priuſquam expiraret, Oſmenum ſucceſſorem conſtituit. Oſmenum duodecimo Pontificatus anno, ætatis annos habentem octuaginta ſeptem, turba Saracenorum, qui Alym Caliſam deſiderabant, in domo ſua obſedit, quorum manus vt euaderet Oſmenus, manus ipſe ſibi intulit; neque tamen Alys, verus (vt apparet) à principio Mahumetis ſucceſſor locũ Caliſę eſt cõſecut⁹.

Calius Hiſtor. Saracen. lib. 1.

Duo

Duo enim alij Pontifices electi, Mahumetes Oſmeni filius, & Muauias ſeſe Aly oppoſuerunt, ſed interfectus ab Aly Mahumetes, ius Califatus diſputandum illis duobus reliquit, qui ſuperſtites acre bellum pro illa Helena aliquādiu geſſerunt. Verum callidior erat Muauias, habebatque milites Ægyptios atque Aſſyrios in bellis valde exercitatos: & Oſmeni cædis vlciſcendæ cauſam prætexendo plurimorum animos ſibi conciliauit: & deniq; poſt varia certamina in templo quodam prope Cufani Arabiæ vrbem Muauiæ inſidijs cæſus eſt Alys. Et quamuis Arabes filium eius Alhacemum ex Fatema Mahumetis filia genitum, qui auum maternum Mahumetem forma prorſus referebat, Pontificem Regemque ſuum elegiſſent, tamen is paucis poſt menſibus veneno (quod illi Muauias dederat) ſublatus, plenam & quietam abſque æmulo Mahumeticæ potentiæ poſſeſſionem Muauiæ ſoli dimiſit: qui intelligens Perſas, quamuis Alcorani & Mahumetis ſtudioſiſſimos, tamen fidem à ſuis Syris longè diuerſam ſectari, exercitu in Perſiam ducto ſectam illam depreſſit, & ſuam quæ in Syria vigebat, extulit. Sub hoc homine eiuſque imperio memorabilis illa Synodus, de qua Saraceni tantopere gloriantur, & quā Michæas ita celebrauit, ad tollenda Saracenorum de religione diſſidia, Damaſci coacta eſt. Et quanquā authoritate quadam dictatoria, cæteris ſcriptis omnibus in flumen coniectis, pauci aliquot libri ſex calidiſſimorum hominum ſtudio collecti ſunt, quos iſte Califaminus, gladio, ſanguine crudeliſſimis pœnis adiectis, abſque vlla deinceps diſputatione ratos & ſacroſanctos eſſe iuſſit: tamen non ita potuit omnia componere, quin ab eo tempore quatuor notiſſimæ ſectæ generales, Melici, Aſaphij, Alambeli, & Buaniſi, quaſi Lutherani, Zuingliani, Anabaptiſtæ, Libertini, Mahumetanas nationes occuparint. Afri enim tunc Melici: Arabes & Damaſceni, Aſaphij: Armeni & Perſæ, Alambeli: Alexandrini & Aſſyrij (quos ſequuntur Turcæ) Buaniſi. Neque tamē Alcoranus in hac quadruplici ſecta ad aliquod tempus conſtitit, ſed in plurimas alias multiplicatus eſt: & continenter alibi, maximè in Africa & Hiſpania pro vero ſenſu Alcorani mutuis ſtragibus depugnatum. Perdiu quidem Reges Toleti & Cordubæ in Hiſpania tum à Mauris poſſeſſa ſe vocarunt *Miralmumenim*, id eſt, *rectè credentium Principes*, contra omnes alios Reges Mahumeticos, alia quam ipſi fide præditos: ad quem titulum Almāzor octauus Rex Cordubæ adiunxit Ananzer Iedin Alla, id eſt, defenſorem legis diuinæ, quo ſe nomine à ſuis præterea nuncu-

Belleſor. Coſmogra. uniuerſa. tom. 2. lib. 6. ca. 6. col. 1837.

Belleſor. vbi ſupra c. 12. & 13. col. 1887. 1890. 1893. Anno 939. Ibid. colu. 1889. vide lib. 4. c. 21.

nuncupari voluit, perinde atq; Regina veſtra in literis ad Imperatorem noſtrum ſcriptis, ſimilem ſibi titulum aſcribit. Sed non multæ ætates interuenerunt, cum pauper quidam figuli Mauri filius, Abdelmon nomine, Aſtrologicis cuiuſdam inſignis Philoſophi prędictionibus excitatus, & ab Almohadi doctore quodam legis Mahumetanę clariſſimo, ſed opinionibus ſuis vehementer dedito, res nouas moliri cœpit. Iſte doctor tanquam nouus Martinus Lutherus, vel Huldericus Zuinglius, vbi partes ſuas mediocriter confirmatas vidit, quod prius in angulis muſſitauerat, deinceps apertè cœpit profiteri Alcoranum eſſe ab alijs peſſimè corruptum: qui ſe legis diuinæ defenſores vocabant, fuiſſe eius euerſores: Reges qui tum dominabantur, fuiſſe immanes tyrannos, qui contra legem & volũtatem diuinam pro ſua libidine fidelibus Mahumetiſtis imperabant: Iam ex litus aduenisse Abdelmonem ex vero ſanguine magni Prophetæ oriundum, qui rectam Alcorani ſententiam & ſenſum contra eius corruptores eſſet defenſurus, & per orbem terrarum propagaturus. His ſimilibuſq; rationibus cõmota plebs mutationis auida, & Almohadi & eius fictitium regulum, ex recta (vt ille mentiebatur) Mahumetici ſanguinis linea deſcendentem ſe adiuuit. Et tandem poſt varia certamina minora, vltimum cum ſupremo Africæ & Cordube Rege, *rectè credentium Principe*, Mauriſque Hiſpaniæ eius partes tuentibus bellum commiſſum eſt, in eoque Rex ille *rectè credentium Princeps* interfectus, eiuſque thronum fictor vel figulus ille Abdelmon aſcendit, & Africæ Rex, vnaque Rex *Miralmumenim* proclamatur: eadem opera hæretici Almohadiſtæ, quaſi dicas Zuingliani vel Caluiniſtæ, ſuprema & in Synagogis, & in Republica obtinuerunt rerum omnium gubernacula. Moritur ille Propheta Almohadi, anno Domini 1150. cui perinde atque Monarchæ alicui perhonorificas exequias fecit Rex Abdelmon, & poſtea ſepulchrum ei ſumptuoſiſſimum extruxit, tanquam magnæ celebritatis ſancto & Prophetæ. Quantæ autem potentiæ fuerit hic Abdelmon, conijci poteſt ex mahumeto *viridi* (ſic vocabatur) qui paucis poſt eum annis regnauit, & ex Africa traiecit in Hiſpaniam cum octoginta millibus equitum, & peditatu infinito, totque alijs Regibus Maurorum, tot Principibus, tam immenſo apparatu bellico, vt nullus vnquam Miralmumenim Rex tam formidabilis Hiſpaniam inuaſerit: contra quem progreſſi Chriſtiani Reges Caſtiliæ, Leonis, & Nauarræ in vno prælio dubio ad aliquod tempus & ancipiti, ſed tandem Chriſtianis ſecundo, ducenta millia

Belfor vbi ſupr. ca. 13. col. 1894. 1895.

An. 1212.

millia Mahumetanorum trucidauerunt, præter captiuos innumerabiles. Sed intra non multos annos elanguit iſte furor & feruor tum poteſtatis, tum religionis Almohadicæ. Quidam enim Mahumetanus, occupata poſt mortem Regis Murtiæ, illius ditionis parte, prætendens ſe velle exterminare hæreticos illos Almohadiſtas, & ſuis veterem maiorum ſuorum religionem reſtituere, bellum Almohadiſtis crudele & immortale intulit, quos etiam captos promiſcue ſine miſericordia obtruncabat, ipſaſque illorum Meſquecas non ingrediebatur niſi prius luſtralibus aquis expiatas, & multis ſuperſtitionibus purgatas a nefanda impietate, qua per eos putabatur contaminatæ. Ad quem iſta grauiter gerentem tanta hominum multitudo confluxit, tantoque zelo ſub eius auſpicijs militabant, vt breui ſpatio ei totam Murtiam bonamque partem Andaluziæ & Granatenſis regnis ſubiugarent, Almohadiſtis interim magnam partem veteris imperij cum religione ſua retinentibus. Hanc ergo narrationem hiſtoricam primæ fundationis & conſequentis ſucceſſionis Mahumetanæ idcirco tibi ob oculos propono, vt videas nihil in ea fuiſſe ſingulare, nihil excellens, nihil quod non ſit in cuiuslibet regni initio tritum & vſitatum, niſi quod Dominus Deus propter mundi ingratitudinem, & Chriſtianorum impietatem, pluri maſque ſectas contra vnam veram Chriſti fidem vbique per Orientem eo tempore graſſantes, hanc abſurdiſſimam ſectam ad reliquarum caſtigationem inualeſcere permiſit. Pontificatus iſte cæleſtis à Patre (vt vides) ad filium hæreditarius deſcendit, vt alius quiſpiam principatus politicus. Si de vero Pontifice incidit controuerſia ad arma conclamatur, & in armis deciditur. Si emergunt ſectæ; ſecta potentior infirmiorem armis deprimit, & ſic veritatem Mahumetanam armis ſibi vendicat. Nam alia ad extinguendas hæreſes ratio nulla nec à Mahumete, nec à Mahumetanis hactenus fuit præſcripta: ideoque & hac ætate fides Mahumetana, quæ à Perſis defenditur vt vera, à noſtro Imperatore reijcitur vt hæretica, nullo alio iudicio examinatur niſi Marte: & populi inter noſtros opinione fides Mahumetana Turcica putatur illa Perſica verior, quia defenſorem nacta eſt fortiorem & potentiorem. Quod ſi hodierna die Mahumetes viueret & Califarum qui eius ſe ſucceſſores dixerunt, facta moreſque tyrannicos cognoſceret, fortaſſe eos omnes tanquam hæreticos aut ſchiſmaticos à ſuo ſolio & Pontificatu repelleret: Nam cum ius ſucceſſionis & tanquam ſpiritum ſuum lega-

An. 1227.

Hiſtor. vbi ſupra. pag. 1096.

uerat

perat Aly: illi autem alij Eubocara: Homarus, Osmenus, Muauias, obtruncato Aly eiuſque liberis, ad ſuos poſteros ſucceſſionem hanc vi, cæde & ſanguine innocentium auerterunt, quomodo hi Pontifices Mahumetis ſucceſſores iectare poſſunt, qui ſucceſſionem Mahumetis funditus ſuſtulerunt? Certè ante annos centum quis eſſet verus Calipha, ipſis Saracenis erat ignotum. Vnus illud nomen arrogans ſedebat Babyloniæ in Meſopotamia, à quo tanquam vero Pontifice Imperator noſter Solymannus illac tranſiens honoris gratia, imperialia ornamenta & inſignia accepit. Cæterum Cayri in Ægypto erat alter, qui ſe genuinum Mahumetis Caliſam aſſerebat. At contra hos vtroſque pugnabat Princeps Caiorani vel Caruem æ in Africa, quod tridui itinere abeſt à Tunete. Eius Calyfa ſe *Miralmumenim*, id eſt, rectè credentium principem, tanquam certiſſimus Mahumetanæ & poteſtatis & fidei hæres appellat propterea que locus ille tantopere colitur, vt Maurorum *proceres morientes vel è longiſſimo tractu illuc corpora ſua ad ſepulturam deferenda* præcipiant, perſuaſi *eius loci ſanctitate, animas illic ſepultorum citius ad cæleſtem fælicitatem peruenire*. Quanquam Marochi Calyfa hunc titulum & prærogatiuam (*Miralmumenim*) ſibi potius vendicet, & cum Caioranio de præcepto ſibi honore & annulo Mahumetico tanquam Cathedra veritatis perpetuo expoſtulet. Et tamen poſt iſtos & alios aliquot ſi quis noſtra hac in ciuitate Muſti ipſam Mahumetanæ doctrinæ medullam negaret, & ſuis Conſtantinopoli ſepultis viam ad Paradiſum Mahumetis negaret eſſe æquè rectam & compendiariam, quàm eſt Caiorani, ille ſine dubio magnum ſibi capitis diſcrimen arceſſeret, & tanquam infidelis à Turcarum communione excideretur. Nam ne putes iſtos de rebus leuiculis contendere, & fraternam nihilominus inter has contentiones charitatem conſiſtere, noueris inter hos tanquam inter aduerſarios infeſtiſſimos, tanquam inter Lutheranos, & Caluiniſtas, æternum eſſe de religione certamen: & alij alios, verbi gratia, Turcæ Perſas tanquam hæreticos omnium mortalium ſceleratiſſimos execrãtur: eaque ſi non vnica, præcipua certè eſt cauſa, cur noſtri Imperatores perpetuis ferè bellis eos laceſſunt: quod ita iuſtum & ſacroſanctum hic putatur, vt qui in aula Imperatoris reſidet Muftys ſolenni ſententia decreuerit, *gratius eſſe & acceptius Deo, religionis Mahumetanæ cauſa occidere vnum Perſam, quàmuis ſit profeſſione Mahumetanus, quàm ſeptua-*

Cl. ut in bello Saracen. li. 1.

Leunclauius in Pandect. Turcicarum ca. 237.

Iouius in ſtor. l. 33.

Leunclauius in Supplement.

Annali. Turcicorũ pag. 138.

ſeptuaginta Chriſtianos, quaſi peccatum Perſæ tanquam Apoſtatæ à lege, eſſet immenſa proportione grauius, quam Chriſtiani, qui legem eam nũquam profeſſus eſt. Iam ſi rectè comparationem inſtituere voluiſſet Michæas, hanc ſuam Synagogam cum Eccleſia Chriſti contuliſſet, & tum vidiſſet non maiorem eſſe Alcoranicæ Synagogæ cum Eccleſia ſimilitudinẽ, quam æris & ferri cum auro & argento, Chriſtus enim vnum ſuum vicarium reliquit Apoſtolum Petrum, & ſucceſſores Petri. A Chriſti tempore inter perſecutionum procellas, inter medios Imperatorum gladios Romæ cõſederunt, Romæ Eccleſiam Catholicam gubernarunt, triginta Pontificibus continua quaſi ſucceſſione trucidatis, veri nihilominus ſucceſſores emerſerunt. Nihil priorum morte deterriti poſteriores inter tot pericula, Eccleſiæ cœperunt gubernacula, eamq; contra tot monſtra hæreſum, tot inſultus ſchiſmatum, tot oppugnationes Gentilium ſola pietate & conſtantia defenderunt, & per terrarum orbem propugnarunt. Quando more Mahumetano cruentis prælijs & exercituum ſtragibus, vel ſchiſmata ſublata ſunt, vel repreſſæ hæreſes, vel de vero Chriſti vicario diiudicatum (Longè alio diuinio re modo vnitas in hac Eccleſia fuit conſeruata. Coacta ex orbe vel in Synodis prouincialibus, vel in generalibus, vt Nicææ, Conſtantinopoli, Epheſi, Calcedone Epiſcoporum millia conuenerunt; Doctiſſimorũ Presbyterorum chori, qui ratione, argumentis, verbo Dei, ſpirituali ac natura, nõ haſtis & gladijs reſecarunt errores, exciderunt hæreſes ſtabilierunt veritatem. Eccleſia noſtra vt eſt *Catholica* & *Apoſtolica*, ſic eſt *vna*: & iſta vocula vna ſi rectè intelligatur, non minùs certò quàm Catholica vel Apoſtolica, eam ab omnibus vel domi conuenticulis Pſeudochriſtianorum, vel foris congregationibus infidelium diſcriminat. Quod ſi omiſſa Chriſti Eccleſia, congregationem Proteſtanticam cum hac ſua à me verè deſcripta contuliſſet Michæas: aut ſi tu eum iam laborem velis ſuſcipere, comperies omnia admodum eſſe apta, & ſibi inuicem reſpondentia. Nam Lutherus Superintendens Ienenſis, vt Flaccius Illyricus tanquam vnius loci Calyfa ſibi ſoli ſuiſque diſcipulis Lutheranis rigidis verum Euangelij ſpiritum, & doctrinam Apoſtolicam vendicat: ſed cui vehemẽtiſſimè obſiſtunt VVittembergenſes & Lypſenſes, eorumque Calyfa ſibi cum ſuis mollioribus & moderatioribus ipſam Euangelicæ puritatis medullam & florem aſſumit. Vtrique autem Zuinglianos & Caluiniſtas non aliter execrantur, quam Turcæ Perſas. Nam doctrinæ Caluinianæ, *non modò*

profeſ-

profeſſoribus, ſed approbatoribus etiam aqua & igni interdicendum cenſent, contra quos hortantur magiſtratus, vt eos toto orbe exterminent: indignos enim eſſe, quos terra ſuſtineat, quod niſi repente exterminẽtur è mundo, non poſſe cum eis mitius agi, quàm vt ad Schytas vel Indos ablegentur, accuſant principum ſegnitiẽ, quod nõ exerto gladio protinus delent eorum memoriam. Ita horum Caliſarum iudicio ſoli Lutherani ſunt veri Euangelici, quorum multiplicationi omnium Principum gladij debent inſeruire. At horum iudicium reſpuit Calyſa Anabaptiſtarum Menno, qui Lutheranos ait *ſua diſſoluta, carnaliq́ue* (non Apoſtolica) *doctrina diſſolutum & carnalem populum ad eam morum turpitudinem vitæq́ licentiam induxiſſe, vt nec inter Turcas & Tartaros tam impij & abominandi inueniantur.* Et breuiter tam Lutheranos quam Sacramentarios & Caluiniſtas clamat eſſe *extra Chriſti ſpiritum miſſionem et verbum, qui diſſolutam carnalemque vitam ducunt, qui Chriſtum iterum crucifigunt, qui blaſphemant ſpiritum eius, & gratiam contemptui habẽt, qui dilucidam & claram veritatem Chriſti & iuſtos Dei filios coram carnalibus & cæcis ſuis auditoribus, virulentis linguis & maledicis labijs calumniantur, & Principes atque magiſtratus ad perſequendum regnum Dei, atque electos eius* (Anabaptiſtas) *commouent.* Ita ſi hunc Calyſam audis, nulla eſt vera Eccleſia, nullus Dei ſpiritus niſi apud Anabaptiſtas, tanquã apud Cayrũ Ægypti. Verũ ſupereſt Calyſa Caiorani vel Marochi, Patriarcha Geneuenſis, ipſe *Miralmumenim* verus vtriq; rectè credentium Princeps, qui ſolos Geneuenſi Caluiniana fide præditos pro diſcipulis ſyncere Euangelicis habet, apud quos ſolos eſt genuinus & germanus noui Euangeliſmi ſpiritus. Nam Lutherani ſunt *homines vertiginoſi, Cyclopes, ſuperba factio Gygantum, phrenetici beſtiæ, prodigioſe cæci, deſperatè impudentes, nihil aliud quàm falſarij & improbi calumniatores, præterea ipſius ſatis bardi & faſtuoſi & ſimul ita ignari, vt quod pueris in Catechiſmo traditur, id eorum veterani Theologi ignorent: bruti homines qui quid valeat, quorſum ſpectat cœna, nunquam guſtarunt: qui nec guttam ingenui pudoris habentes, perinde ac ſi toto vitæ curſu nihil præter Anathemata didiciſſent, ſingulis propè ſcriptorum ſuorum verſibus in nos* (Caluiniſtas) *fulminando omnes Papæ ſcribas & Datarios ſuperant: atque ita debacchando optimam Euangelij* (Caluiniani) *cauſam ſe obruere poſſe ſperant.* Nam de Anabaptiſtis nihilo minus quàm de Lutheranis certum eſt, *eorum doctrinam eſſe letale venenum, aduerſus quorum omnes errores & falſas opiniones ſi quis ſcribere vellet,*

Calu. in vltima ad moni. ad VVeſtphalum pagin. 1091. & 1131.

Menno lib. de vera Chriſtiana fide & lib. de Lutheranorum. Idem in fundamento lib. de doctrina Concionatorum.

Calu. Admonitio. 3. ad VVeſtphalum.

Calui. Inſtructio aduerſus Anabaptiſtas.

ſtas in initio.

vellet, longum opus ſuſciperet, & ingrederetur abyſſum, vnde nullus pateret exitus. Nam iſta colluuies ab alijs hæreticorũ (Lutheranorum) *ſectis in eo differt, quod non tantùm certis in rebus erret, verum ſit immenſum quoddam ſtupendorum deliriorum mare, &c.* Vt certum ſit ipſiſſimam Euangelij noui veritatem, quæ in Lutheranis & Anabaptiſtis deficit, in ſolo Caluino & ijs qui Calipham Geneuenſem ſequuntur, exiſtere. Ad hunc modum potuiſſet Michæas aptè componere ſimul ſuam veſtramque Synagogam; & ſumma inter vtramque eluxiſſet ſimilitudo & cognatio. Eundem etiam errorem in proximo capite committit, vbi tam infinitè pietatem Turcicam & doctrinam Alcorani ad mores honeſtos edocendos accommodatam veſtris Proteſtantibus & Euangelicæ Chriſti diſciplinæ prætuliſſe videbatur. Nihil enim commune Lutheraniſmo ve Caluiniſmo cum fide Chriſtiana & Apoſtolica & verè Euangelica: ideo ab illo improbato concludere aliquid de Chriſto aut fide Chriſti, erat deſilire ab aſinis ad equos, vel verius ab Apoſtatis ad Apoſtolos, à Satana ad ipſum Apoſtolorum magiſtrum & Doctorem. Nihil enim vnquam docuit Chriſtus, aut eius Apoſtoli de illis Epicuri traditionibus, de ſola fide iuſtificante, de operibus optimis ſemper labe mortalis peccati aſperſis, de certitudine ſalutis quam iſti boni fratres ſibi finxerunt, & per quam vel flagitioſiſſimi in fœlicitatis ſempiternæ poſſeſſione collocantur, à qua non magis quam Chriſtus ipſe poſſunt excidere. Iſta ſunt Bezana, ſunt Caluiniana, ſunt Lutherana, ſunt Anabaptiſtica, vno verbo ſunt diabolica: at nullo modo ſunt Chriſtiana; à Chriſto, ab Apoſtolis, à Chriſtianis doctoribus hæc portẽta nunquam ſunt profecta. Quis autem miretur, ſi diſcipuli ferè omnes toto impetu tanquam canes ruant ad libidinem, quorum magiſtri prædicant non poſſe magis abſtineri à Venere, quam à cibo potuque? ſi fraudent, mentiantur, peierent, & teterrima quæque admittant, quorum Euangelium docet has feſtucas noua iſta fide, quaſi flagrantiſſimo igne, abſorberi in momento: ſi denique prorſus cõtemnant & irrideant omnes pœnas inferni, qui per iſtam fidem tam ſunt certi de cælo quam Chriſtus ipſe. Antequam verò hæc Epicuri ſchola in orbe Chriſtiano per iſtos nouos Apoſtatas eſt aperta, ſummam fuiſſe Chriſtianorum hominum probitatem, ſinceritatem, veritatem, Rerumpublicarum omnium monumenta loquuntur, hiſtoriæ teſtes ſunt, ipſi aduerſarij in ſuis ſcriptis clariſſimè confitentur. Vnicum ego eiuſdem generis teſtimonium adijciam ad ea, quæ breuiter

hac de

hac de re Michæas perſtrinxit; eoque magis quod hoc aptiſſimè illis omnibus quæ à Michæa pro ſuis Turcis in contrarium partem recenſentur, opponi poterit. Commune eſt veſtrũ omnium dogma ab anno Chriſti ſexcenteſimo, euanuiſſe Euangelium Chriſti, & Eccleſias vbique Chriſtianas à Catholica Papiſtarum doctrina fuiſſe occupatas. Ab eo tempore aduertas Samuel, quemadmodum Chriſtianorum mores continuata propemodum ſerie deſcribant Lutherani. *Etſi* (inquiunt) *hoc ſæculo* (proximo poſt ſextum) *veri Dei cultus, & vera virtutum officia traditionibus & ſuperſtitionibus humanis* in ſenſu Lutheranico *obſcurata erant, tamen ſtudium ſeruiendi Deo, & piè iuſteq; viuendi miſera plebecula non defuit. Quantus enim fuit amor pietatis, quãtus ardor hominum erga religionem, inde poteſt æſtimari, quod nullus modus fuit cumulandi opes Eccleſiaſticas. Precationibus verò adeò fuerunt intenti, vt ferè totũ diem illis tribuerent. Nec Chriſtianus habebatur, qui ignorabat, aut nõ aliquoties recitabat vſitatas formulas precationum, præſertim Orationem Dominicam & Symbolum. Quanta fuerit reuerentia erga miniſterium & Miniſtros* (non Lutheranos, aut Zuinglianos, vel Caluinianos qui cum nulli erãt in rerum natura, ſed Chriſtianos & Catholicos) *quantus concurſus ad conciones publicas ſupra dictum eſt. Magiſtratibus honorem & reuerentiam exhibuerunt debitam. Amicitiæ, concordiæ & ocietatis erant ſtudioſiſſimi, adeò vt offenſas & iniurias citra negotium remitterent. In honeſta quoq; vocatione & labore verſari ſingulis ſtudio fuit: in egenos & peregrinos, maximè fuerũt humani & liberales. In iudicijs quoque & contractib. maximè fuerunt veritatis amantes.* Hic viues omnes eas virtutes (præter intrinſecam animarum puritatem, Chriſtianis propriam, ſine qua ad vitam æternam iſta omnia nihil valent, etiamſi huic vitæ temporali, & Reipublicæ ciuili conducant multũ) quas ſuis Turcis vendicabat Michæas, & propter quas contra vos ita exultabat, in veris Chriſtianis ſemper plurimũ eluxiſſe. Quæ ſi in Synagogis Lutheranorum & Caluiniſtarum nuſquam appareant, ratio iam dudum reddita eſt, quia eorum Euangeliſmi cum Euangelio Chriſti nihil prorſus cõmunicant, ſed planè contrariã tum credendi, tum agẽdi viam inſinuant. Vt ergo ea Michææ comparatio de Legiſlatoribus vim ſuam haberet, cõferre debebat Alcoranum ſuum cum doctrina non Chriſti, vel Apoſtolorum, ſed Caluini, Zuinglij, & Lutheri. Et deinceps quod fecit paucis, id proſequi potuiſſet largè copioſeq; pluribus, vt oſtenderet quoad regulas vitæ honeſtæ pæque, quantum ille

Magdeburgen. Cenſu 7. ca. 7. pagin. 181. 182. 183. Eadem ferè habetur Cent. 8. ca. 7. col. 327. 328. Cent. 9. ca. 6. col. 281. 282. 283. & ca. 7. col. 349. 350.

Pag. 569. F.

Ibidem.

iſtis prçcellat; vt ille impellat ad honeſtatem, pietatem, liberalitatem, eleemoſynas, omnia opera bona, propoſita benè viuentibus mercede fœlicitatis æternæ, & ſecus agentibus miſeria damnationis æternæ: Caluiniſmus autem, Zuinglianiſmus, & Lutheraniſmus opera bona inquinata & damnabilia prædicans, ſolaque fide omnia metiens, & ſola fide prçditis æterna præmia largiens, & per ſolam fidem æternç illius fœlicitatis pignus, & arram tanquam certiſſimum futuræ poſſeſſionis authoramẽtum aſſignans, & omnes ieiuniorum, votorum, & diſciplinæ ſeuerioris regulas tanquam Euangelicæ libertati aduerſas abrogans, & ad carnis concupiſcentias implendas neceſſitate naturæ homines incitans, & in mulierum amoribus ſummum quoddam huius vitæ bonum ſtatuens, ad nefandam morum turpitudinem vitæque diſſolutionem ſectarios ſuos præcipites agit. Vnde ſequitur Alcoranum Mahumetis horum Euangeliſmis multò eſſe puriorem. Ex quo ſi deinceps ad Mahumetem his Euangeliſtis vel æquandum, vel prçferendum etiam aſcendatur, non iniqua erit gradatio.

ARGVMENTVM
CAPITIS XXI.

Chriſtus in omnibus paſſionis ſuæ circumſtantijs, in verbis, votis, precibus nihil commiſit affine reprehenſioni, multò minus peccato (quorũ vtrumq; ex Satanica Caluini doctrina ſequitur) quod nec in homine quidem eſt propriè, quamdiu is à concupiſcentiæ motibus cohibet voluntatis aſſenſum. Chriſtus non ignorauit conſilia diuina, quorum tamen notitiam Caluinus & Beza contra totam antiquam Eccleſiam detrahentes Chriſto, attribuunt ſibi ipſis. Beza quam ſtupidè & ſtultè ſe ſuamq; ſectam quoad pleniſſimam veræ Theologiæ cognitionem Eccleſiæ primitiuæ anteponat, qui tamen nec ipſa principia & elementa Chriſtianæ fidei norunt.

CAPVT XXI.

AD ea quæ de Chriſti vita morteque & redemptione à Michæa dicta ſunt, non opus eſt multa addere, præſertim apud hominem Chriſtianum, hoc eſt, qui verè credit Chriſtũ eſſe Meſſiam, Deum & hominem,

minem, & redemptorem mundi. Attenta enim horum verborum conſideratio abſque verbis pluribus vi ſua ſtatim proſternit ea non tam mendacia, nõ tam hæreſes & blaſphemias, quàm portenta quædam blaſphemiarum, impietatum & Atheiſmorum, quæ contra has firmiſſimas veritates euomuit Synagoga Geneuenſis. Sed ego tamen attingam aliqua quæ mihi videntur cauſas & origines reliquorum penè omnium continere. In Chriſti oratione primum eſt & maximum iſtorum Rabbinorum ſcandalum. Quid ita? quia petit Chriſtus à *ſe tranſire calicem paſſionis ſuæ.* Hinc enim eliciunt iſti tot mi- Pag 174. G.
rabiles conſequentias; quod Chriſtus facit *preces aliorum piorum more implicitas & perplexas*: quòd *ſecum pugnat*, quòd *renuat defungi mediatoris officio*, & cætera planè ſtupenda. Equidem ſi Chriſtus in hoc articulo conſtitiſſet, neque progreſſus fuiſſet vlterius, aliqua fuiſſet ita blaterãdi occaſio: at cum eodem ſpiritu & verborum continuatione adiunxerit, veruntamen *non mea, ſed tua (pater) voluntas fiat*, quanta eſt improbitas & impudentia magis ex priore parte exprimere, quòd *renuat officium* ſibi à Patre impoſitũ, quàm ex poſteriore, quòd libera firmaq; voluntate illud amplectatur, quãdo perſpicuè & clarè ita precẽ terminat, vt non ſuam, ſed patris voluntaté cupiat impleri! Si Deus omnipotens in veteri Teſtamento ſæpenumero teſtetur *ſe nolle mortem peccatoris, ſed magis vt conuertatur & viuat*; ſe enim eſſe patrem *miſericordiarum & miſerationum*, qui tamen chariſſimos ſibi Iudæos vitulum aureum adorãtes, & cum Chore & Dathan ſchiſma facientes, gladio, igne, & terræ diſcedentis hiatu ad quadraginta ferè millia eadẽ hora abſumpſit, an aliquis Caluiniſta (vt veteres olim Manichæi) bacchabitur Dei voluntatem eſſe *implicitam & perplexam*: Deum *pugnare ſecum*, obliuiſci officium & nomen Dei patris miſericordiarum? an non ſi vel guttulam haberet humanæ mentis & pudoris, diſceret potius diſtinguere Deum eſſe miſericordem hominibus de peccato pœnitentibus omnes homines ſaluos fieri, nec vnum perire morte æterna, qui tamẽ eſt alioqui *Deus zelotes*, hominum peccata contra diuinam eius clementiam & bonitatem commiſſa grauiſſimè tũ in hoc ſeculo, tum in futuro vlciſcens. At in Chriſti oratione multo eſt adhuc minor repugnantiæ ſpecies. Si pater filio delinquẽti dicat: Cupio quidem tibi fili mi parcere, & verbis ſolis te ad bonam frugem: ſed quando ea via non proficio, verberibus agendũ cenſeo. Si paterfamilias vxori ſuæ narraret ſuum quidẽ deſideriũ eſſe pecunias non exponere, ſed ſeruare propter mul-

Marginal references: Ezech. 33. Pſal. 102. Pſal. 124. Exod. 32. Num. 16. 1. Tim. 2. Exod. 20.

tas quæ poſſunt accidere difficultates & publicas, & priuatas: ſed tamē quia aliqua pars domus eſt ruinoſa, vel minus commoda, ſe velle eam dirui, vt poſt exædificetur commodius; ecquis niſi planè rationis expers hos homines repugnantia velle, & ipſos ſecum diſcordare garriret? Omnes homines, docti pręſertim naturaliter multa ſcire, multa legere concupiſcunt, & tamen ſi quis alioqui librorum helluo maximus, ſe Caluini Inſtitutiones & Commentaria perluſtrandi vehementi flagrare deſiderio proteſtaretur. Cæterùm ſe ab illis inſpiciēdis propter millia mendaciorum, hæreſium & blaſphemiarum illic congeſta abſtinere velle, ego prius illud *votum* nunquam *abruptum* dicerem, nec cum poſteriore voluntate confligere, ſed illud prius & hoc poſterius rectè eſſe temperatum, & ab omni reprehenſione remotiſſimum. Illic enim naturali impetu ductusque vt homo cognitionis appetens, quonam moueatur indicat, hic quid rectà & conſtanti ratione facturus ſit, exprimit; quorum neutrum aliquid habet vel leuiſſimæ culpę affine. Sic glorioſi martyres quum rigore, inedia, ſiti, eculeis vexati rapiebantur ad mortem, cupiebant quidem natura incorrupta eo impellente contra frigus calorem, contra inediam cibum, contra tormenta leuationem, vtque declinantes mortem vita diuturniore fruerētur: qui tamen abſque aliqua paſſione, perturbatione vel iactatione turbulenta, illa omnia quamuis naturæ inimiciſſima appetebant, quando rectà ratio, Chriſtiq; profeſſio vt vita pro eius nomine contemneretur, poſtulabat. Et tamē magna eſt differētia inter iſtiuſmodi affectiones Chriſti, & quorumcunque hominum vel optimorum: quemadmodum perſona eius à perſona aliorum omnium longiſſimo interuallo ſeparatur. In hominibus enim in quibus eſt originalis peccati labes, huiuſmodi affectus ſæpenumerò prorumpūt in deſideria illicita: quod in Chriſto nunquam contigit. Deinde motus iſti in nobis crebrò præueniūt iudicium rationis: quæ imperfectio & infirmitas longè aberat à Chriſto: & denique quod eſt potiſſimum, non in ſenſu inferiori conſiſtunt, & cōtinentur tanquam intra ſuas ripas & limites; ſed exundant ad turbandum & ſubijciendum ſibi rationis imperium: in Chriſto autem naturaliter omnes appetitiones ita ſuo loco manebant, vt nihil prorſus impediretur libera rationis facultas. Quam diſtinctionem fluētem ex ipſa Chriſti, hominumque vulgarium differente perſona, quoniam ille in immaculata genetrice ex Spiritu ſancto conceptus eſt, iſti in iniquitatibus generantur & naſcuntur, ſi Doctor ille Geneuenſis at-

tendat-

tendiſſet, aut verò crederet, nunquam tanquam alter Ebion & Cerdon adeò prophanè Chriſtum hac in re cum hominibus alioqui bonis confudiſſet: nunquam Chriſti preces aliorum fidelium precibus in eo feciſſet pares, quod *non continuò tenore ad finem vſque fluerent, non ſemper æquabile temperamentum ſeruarent, non ſemper diſtincto ordine eſſent compoſita, ſed implicita & perplexa conſl.gerent ſecum*; Et quæ ſequuntur de inconſiderato votorum feruore, nimis quidem in diuinam Chriſti perſonam contumelioſa, vt quæ abſque aliqua vitioſitate ne cogitari quidem poſſunt: imò nec abſq; peccato propriè dicto, & damnationem merente, vt ex iſtorũ noua Theologia rectè deduxit Michæas. Sed quanquam in iſtis ad peccandum motibus Chriſti perſona à noſtra longè ſeparãda eſt, vt modò explicauimus; tamen iſtas ad peccandum incitationes, hoc ipſum ſtimulari cõcupiſcentia, vel titillari cupiditate aduerſus legem Dei, quamdiu nullus accedit voluntatis conſenſus, falsò traditur eſſe *peccatum*, idque tale, *cui maledictio Dei ſemper incumbit, quia eſt tranſgreſſio legis, & cuius ſtipendium eſt animæ & corporis mors ſempiterna.* Nihil minus cogitauit Apoſtolus, quum contra potius quamdiu à talibus motibus & paſſionibus cohibemus voluntatis aſſenſum, iiſque vt Chriſtianos decet viriliter obſiſtimus, nõ *maledicimur à Deo*, ſed benedicimur, nec *legem trãſgredimur*, ſed cuſtodimus; eaque de cauſa non *æternæ mortis ſtipendium*, ſed æternam in cælo coronam iuxta Apoſtolum eundem legitimè certantibus promiſſam à diuina bonitate poſſumus expectare. Quemadmodum miles à duce ſuo ad excubias caſtrorum poſitus, ſi ab aduerſario duce præmijs, pollicitationibus, precibus ad tranſfugiendum vel prodẽdum caſtra ſolicitetur; hoc ipſum ſolicitari, orari, poſtulari, nihil habet cum proditione aut transfugio commune; quin potius ille quamuis plurimis modis tentatus, tamen quamdiu tentationes reijcit, ſtationem ſuam nõ deſerit, excubias ſeruat, & viriliter contra hoſtem dimicat, probus miles & ſtipendio militari atq; remuneratione dignus merito iudicatur. Quare autem & quo ſenſu concupiſcentia illa prima, peccatique fomes, ab Apoſtolo peccatum dicatur, vel quia per peccatum facta eſt, vel quia ad peccatum inclinat, vel quia per ſe materiale quoddam peccatum vocari poteſt, cuius dominatui reſiſtimus, etſi vera peccati forma ipſo Apoſtolo teſte careat: hoc toties, tam copioſè & euidenter demonſtratum eſt ex cõmuni omnium Patrum ſenſu qui ab Apoſtolicis temporibus ad noſtram hanc tempeſtatẽ in Eccleſia

Pag. 578. H.

1. Cor. 9. d.

Rom. 7. v. 17. 20. 23.

præfuerunt, vt inanis ſit labor in argumento adeò trito orationem longam conſumere. Et quæ te nefas erit in Apoſtolo, ſi vocet illam peccati radicem *peccati* nomine, non quidem vitioſè, ſed tamen non propriè & exactè, ſi ad formalem peccati rationem attendimus, qui fas potuit abſque aliquo vitio aut offenſione Chriſtum ipſum ab omni peccati ſpecie cauſaque remotiſſimum, peccato ex diametro repugnantem, & vnicum peccati euerſorem, *peccatum* tamen appellare. (*2. Corint. 5. 21.*) Si nefas ſit in priori impropriam phraſim, aut loquendi modum aſcribere Spiritui ſancto, multò magis nefas erit in poſteriori. Sic tui noui magiſtri nouo more Apoſtolum interpretari didicerunt. Quanto ſatius & honorificentius fuiſſet illis antiqua maiorum omnium via ingredi, quam inanis gloriolæ fumos aucupando in hos ſe laqueos inducere, vt ipſa Chriſtianæ fidei principia labefaciant, & blaſphemiis blaſphemiis cumulado, vltra ipſos opinor diabolorū furores exultant! Nam vt Chriſtum in extremum deſperationis barathrum præcipitent, qui anxius trepidabat, ne *à morte* ſempiterna vt alter Iudas & *peccator abſorberetur*, ignorantiam ei affingunt, qua de cōſilio diuino incertus ancepſq; hærebat, neſcius vtrum Pater cæleſtis eū in ſaluandorū numero collocaturus erat: an verò cum dānatis, reprobiſque abiecturus in æternas tenebras. Monſtrum hominis, vnde tibi de Chriſto in quo *omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei ſunt reconditi*, cui *omnia à Patre tradita ſunt*, cuius *omnia ſunt quæ ſunt Patris*, de hoc ſaluatore tuo vnde tibi tam fœda, tam ſordida, tam belluina cogitatio? (*Coloſſ. 2. Matth. 11. 27. Ioan. 15. 15. Ioan. 17. 10.*) Tu ſuperbia maiori quam olim Lucifer elatus, tibi ipſi certam de tua ſalute & electione cognitionem ſecuritatemq́, vendicas, & audes Filio Dei deſperatā de ſalute ſua trepidationem affingere? Quin ergo tu pro illo, non ille pro te mediatorē apud Deū agas, qui de tua apud Deum gratia & ſalute multò es quā ille certior. Si .n. ille *diuinæ maledictionis horrore perculſus, metuq́; horribilis exitij inter cruciatus tremebat, ne malis obrutus ſuccūberet, vel morte abſorberetur, vt qui ignorabat arcanū Dei de ſua ſalute cōſilium, putabatq́; ſe à Deo derelictum & alienatum*: tu autem ex altera parte arcani illius de tua ſalute conſilij optimè cōſcius nihil horū omnium pertimeſcis, nihil ſentis diuinæ maledictionis, à morte abſorberi nō times, nec tu horribilis exitij nihil omnino cruciaris, noſti te à Deo derelictum non eſſe, neq; verò ab eo alienari poſſe, de ſalute tua *certam habes & fixam certitudinem, qualis de rebus probatis, & compertis eſſe ſolet: Deum tibi propitiū beneuolumq́; Patrem ſolida perſuaſione perſuaſus es:*

& per

& per vnam vel minimam Euangelicæ fidei guttam menti tuæ inſtillatam faciem Dei placidam & ſerenam, tibiq́; propitiam intueris, adeò vt ſalutis tuæ ſecuritati innixus Diabolo & morti confidenter inſultes; an non tu gratioſiores apud Deum quàm Chriſtus, & ad mediatoris partes inter Deum hominesq́; ſuſcipiendas magis quàm ille idoneus? Quando fateris Deum à Chriſto auerſum & alienatum, & tãquam hoſtiliter affectum in *perniciem eius conſpiraſſe*, qui tibi *propitius eſt beneuoluſq́; pater*, teque *placida, ſerena, & propitia facie* intuetur, & accedentem ad ſe ſtatim nquam obuijs vlnis amplectitur? O admirabilem Euangeliſmi noui Metamorphoſim, per quam Caluinus & Beza, & Lutherus, & Rotmannus cũ ſuis Catherinis, & Candidis & Andebertis in locum Chriſti extolluntur, & in longè maiori apud Deum omnipotentem gratia collocantur. Neque tamen deeſt ſcriptura his & alijs quantumuis ſupra modum turpibus & ethnicis colorandis accommodata. Eſt enim huius Euangeliſmi ille peculiaris genius, vt quicquid à quoquam ſtultiſſimè flagitioſiſſimeque confingatur, illud ſtatim ſcripturarum inciſis vndique collectis honeſtetur. Chriſtum Dominum diuina conſilia ignoraſſe ex certo Marci Euangeliſtæ loco probant: & verum eſt tale quid in certis D. Marci verbis ſignificari. At cur vnicum illum Marci locum ex plurimis illius & aliorum Euangeliſtarum, Pauliq; & Petri locis, quibus Chriſto omnes *ſcientiæ diuinæ theſauri*, plus *diuinitatis plenitudo omnis* aſcribitur, nõ interpretantur potius, quam illum vnicũ rigidè præmentes, Chriſtum ipſa natura ſua, hoc eſt, vera diuinitate ſua ſpoliant, cui diuinorum conſiliorum notitiam eripiunt? Hoc vnde fit, niſi quia ſunt veri Chriſti maſtyges, qui omnes captant & aucupantur occaſionum vmbras, quibus eum deforment, & ad vulgarium hominum infimam conditionem redigant. Et quemadmodum iſti Doctores Zuingliani, qui (vt ſcribit Lutheranus quidam) ſummo faſtu & inſolentia *Helluones Patrum* videri ambiunt, quaſi in Patrum omnium monumentis eos nihil prorſus lateret, neſciunt cõmunem in Patribus huius loci expoſitionem, qui in eo conueniunt omnes, vt *arcanorum Dei conſiliorum ignorantiam* Chriſto tribui horreant: qui hanc ſentẽtiam in Agnoitis, in Neſtorianis, Arrianis, Photinianis, & neſcio quibus alijs hæreticorum quiſquilijs vt Antichriſtianam à primis Eccleſiæ initijs damnarunt. Non ego aliquam particularem ingredior diſputationem de iſtis ſingulis Atheiſmis,* qui ſunt à viris doctiſſimis vberrimè refutati, vt Chriſtum probem non

Caluin. ibid. Inſtitut lib. 3. ca. 2. § 19. Liberatus in breuiario cap. 19. Grego. lib. 8 epi. 42. Sophron. in 6. Synodo. Act. 11. Ambroſ. lib. 5. de fide cap. 8. Baſil lib 4 in Eunom. Auguſt. li. 1 de Gen. contra Manichæ. c. 22. & de Trinit. lib. 1. capit 12. Chryſoſt. & Theophyla in 24. Matt. Hilar. de Trini. Nicepho. hiſtor. lib. 18. cap 30.

** Vide Henricũ Vicẽ Oſthou. de deſcenſu Chriſ. ad inferos à pag. 143. ad 100.*

nes vel concluſiones quaſdam memoriæ & euidentiæ maio-
ris gratia contraham, quæ ſunt à Michæa fusè largiterque diſ-
putata: & deinceps adiungam aliquid de Deo peccati cauſa
& authore, maximè quia Michæas ob Caluiniani nominis ho
norem videtur eum excuſaſſe, quaſi tandem diſcipulorũ ſuo-
rum Libertinorũ experientia edoctus, palinodiam eius blaſ-
phemiæ hæreſis cecinerit, & redierit ad ſanam mentem: quod
longè ſecus eſt. Imò verò vt in reliquis à ſe inuentis hæreſibus
& Atheiſmis, ita maximè in his duobus, etiam ab amicis com
monefactus adeo perſtitit peruicax, præfactus & inexorabi-
lis: vt quod de Caluino Lutherani ſcribunt, *Deum etiam in* Conrad.
hoc ſæculo iudicium ſuum in Caluinum pateſeciſſe, quem in vir- in Theolo.
ga furoris viſitauit, atque horribiliter puniuit, ante mortis infœ- Calui. lib.
licis horam tremendam. Deus enim manu ſua potenti adeo hunc 2 fol. 72.
*hæreticum percuſſit, vt deſperata ſalute, dæmonibus inuocatis iu-
rans, execrãs & blaſphemans miſerrimè animam malignam ex-
halarit: vermibus circa pudenda in apoſtemate ſeu vlcere fœten-
tiſſimo creſcentibus, ita vt nullus aſſiſtentium fœtorem amplius
ferre poſſet*: hanc Dei iuſtitiam in Caluinum hic exercitam re-
cta opinor iudicio ob has potiſſimum blaſphemias exiſtima-
re poſſumus. Nam Chriſtianum hominem ſub Chriſtiani &
talis Euangeliſtæ nomine, Chriſti Dei paſſionem tam Ethni-
cè & Iulianicè deſpicere, & peccatorum omnium cauſam pro-
priam & efficaciſſimam ab homine ac diabolo in Deum opti-
mum maximumque referre, duo ſunt tam nefanda blaſphe-
miarum atrociſſimarum monſtra, vt à Chriſto nato his vtriſ-
que nemo vnus mortalium omniũ ſeſe contaminauerit. Nam
vide mihi gradus, quibus iſti Geneuenſes ad conculcandam
penitus ſacrã Chriſti paſſionem & ſanguinem progreſſi ſunt.
Primum negant Chriſtum fuiſſe mortuum pro peccatis om-
nium hominum, ſed eius opera, preces, agones, & quæ cum
paſſione & morte cohærent, ſegregant penitus & abſtrahunt
ab omnibus ad paucos certoſque ſui ordinis, nec ea pro gene-
rali redemptione totius mundi à Chriſto fuiſſe ſuſcepta, acer-
rimè contendunt. Hæc propoſitio tam eſt frequens in omni-
bus Caluiniſtarum libris, vt nihil magis. Caluinus cõtra Heſ- Caluinus.
huſium pag. 39. affirmat *impios non veſci carne Chriſti in cœna,
nec accipere eius ſanguinem, quia Chriſti caro pro impijs non ſit
crucifixa, nec ſanguis Chriſti expiandis eorum peccatis ſit effuſus.
Theodorus Beza in colloq. Mompelgar. 1 pag. 522. concludit D. ũ* Beza.
*in æterno & occulto ſuo cõſilio decretum immutabile feciſſe, quòd
maiorem hominum partem non velit ſaluare, neque in Chriſtum
credere.*

credere, & ad agnitionem eius peruenire (directè contra Apoſtolum Paulum 1.Timoth.2.) *neq; etiam pretium ſanguinis ſui illis prodeſſe: ſed quod eos ad æternam condemnationem deſtinauerit, ordinarit & creauerit. Ideoq; in Timoth.c.4. ait Chriſtum non veniſſe in mundum propter omnes homines, nec promiſſionem gratiæ pertinere ad omnes & ſingulos homines, ſed tantum ad electos. Bucerus ſuper Ioan.pag. 14. aſſerit Chriſtum tantum electorum peccata morte ſua expiaſſe, eiuſque mortem electorum tantum redemptionem eſſe. Andreas Muſculus in locis Theologicis fol 363.367. docet Chriſti mortem tantum pro credentium & electorum peccatis eſſe ſatisfactionem. Zanchius in Miſcellaneis pagina 3. dictũ illud Ioannis 2. vbi traditur Chriſtum eſſe propitiationem pro peccatis totius mundi, reſtringit ad electos vniuerſos per totum mundum diſperſos. & pagina 200 & 206. ſcribit Chriſtum tantum eſſe propitiationem pro peccatis electorum mundi, neq; ſanguinem Chriſti fuiſſe effuſum ſecundum propoſitum Dei, pro reprobis, vel pro omnibus hominibus, in genere, ſed tãtum pro electis. Aretius quoque, licet aliàs ſatis modeſtus videtur, tamen aſſerit contra apertiſſima verbi diuini teſtimonia, Chriſtum non omnium hominum, ſed tantum electorũ redemptorem eſſe: Chriſtum non eſſe datum omnibus redemptorem: nec Deum velle omnes homines ſaluare, &c.* Denique hæc controuerſia inter Lutheranos & Caluiniſtas eo vſque excreuit, vt ſinguli ferè anni nouos pariant libros de hac Chriſti redemptione. Exempli gratia, anno 1590. Theologi Lutherani Tubingenſes impreſſerunt *theſes* quaſdam probantes *Chriſtum eſſe mortuum pro peccatis omnium hominum.* Mox refutationem oppoſuerunt Caluiniſtæ Heidelbergenſes, eam vniuerſalem Chriſti redemptionem improbantes. Pauci menſes interuenerunt, cum rurſus inſurgunt Tubingenſes, & *theſes* demonſtrantes *Ieſum eſſe mortuum pro peccatis totius mundi, denuò excuſas, & ab authore recognitas* in Heidelbergenſes emittunt, *cum confutatione blaſphemiarum Cimedontij Theologi Heidelbergenſis* anno 1592. Atque ita ad hunc vſque diem lis illa continuatur, & durabit ſine dubio, quamdiu iſtorum Euangelia durauerint, Caluiniſtis vt hactenus illam partem defendentibus, quæ Chriſtum non vniuerſalem mundi redemptorem, ſed paucorum tãtum fidelium & electorum aſſerit. Deinde nec hæc propoſitio minus apud eos certa eſt, hos electos ſolos, eſſe fideles, eoſque reperiri tantum in congregatione Caluiniana. Nam cum fides huius electionis & ſalutis conſequentis vnicum ſit medium; ea autem fides Caluinianis iudicibus nec ſit Anabaptiſtica, nec Li-

Bucerus.

Muſculus.

Zanchius.

Aretius.

Vide hæc & alia in Theol.Caluin. vbi ſupra lib.1. ar.6.fo.25. 26. & lib. 2.fol.42.

Heidelbergenſes.

Digitized by Google

nec Libertina, nec Lutherana, ſed vera & Euangelica illa, quæ à Ioanne Caluino & Theodoro Beza docetur, hinc efficitur hos electos & fideles in illa tantúmodo cógregatione reperiri. Litigant quidem cum Ioanne Caluino pro hac fide, certo electionis ſigno Lutherani, litigant & Anabaptiſtę: litigant item pro Eccleſia, ſed quia hoc in loco Caluiniſtarum doctrinam ſequor, & quid illi de Chriſti morte doceant, oſtēdere laboro, eorum hac de re fidem tanquā reliquis veriorem cōcedamus. Quod vero ſola Eccleſia & fides Caluiniana ſit vera, in qua & per quam electi ſaluantur & iuſtificātur, docent tot librorum plauſtra à Caluiniſtis in orbem emiſſa: docent perpetuæ confutationes, maledictiones, execrationes, Anathemata Caluiniſtarum quotidiana contra aliam doctrinā, & Eccleſias quaſcunq;, non modo Catholicam, ſed Euangelicas cuiuſcunque ordinis, vt ſæpenumero dictum eſt. *Duas aut tres Eccleſias inuenire non licet* (inquit Ioannes Caluinus) *quin diſcerpatur Chriſtus, quod fieri non poteſt. Vnica ergó eſt Eccleſia, eiuſq; dinoſcenda ſymbola ſunt, pura verbi prædicatio & obſeruatio ſacramentorū. In huius ſinū congregari vult Deus filios ſuos, non modò vt eius miniſterio alantur quamdiu infantes ſunt ac pueri, ſed cura etiam materna regantur, donec adoleſcant ac tandem perueniant ad fidei metam. Hæc enim quæ Deus coniunxit, ſeparari fas non eſt, vt quibus ipſe eſt pater, Eccleſia etiam mater ſit. Non eſt quidem aditus in vitam ingreſſus, niſi nos iſta Eccleſia concipiat in vtero, niſi pariat, niſi nos alat ſuis vberibus: denique ſub cuſtodia & gubernatione ſua nos teneat donec exuti carne mortali ſimiles erimus Angelis. Adde quod extra eius gremium nulla eſt ſperanda peccatorum remiſſio, nec vlla ſalus, teſtibus Iſaia, Ioele, & Ezechiele,* &c. Fidem autem ſolis iſtius Eccleſiæ electis dari, nec cum aliquo alio communicari, magis quam verum paſſionis Chriſti effectum, id eſt, vitam in cælis ſempiternam, hoc quoque Caluiniſtarum eſt dogma certum, fixum, irrefragabile. *In fidem enim non illuminantur* (inquit Ioannes Caluinus) *nec Euangelij efficaciam verè ſentiunt, niſi qui præordinati ſunt ad ſalutem: Solos electos Deus ſemine incorruptibili in perpetuum regenerat, Reprobi nunquam ſenſum gratiæ niſi confuſum percipiūt, vt vmbram potius apprehēdant quàm ſolidum corpus: quā peccatorum remiſſionem Chriſtus propriè in ſolis electis obſignat, vt eam ſpeciali fide in vſum ſuum applicent,* &c. *Fides eſt peculiariter electorum.* Et Theodorus Beza. *Hoc eſt axioma certiſſimum ſine vlla exceptione, fidem eſſe donum Dei ſolis electis pro-*

Calu. Inſt. lib. 4. ca. 1. §. 2. 11.

Ibi §. 2.

Ibi. §. 4. & lib. 3. cap. 24. §. 10.

Calui. Inſtitu. lib. 3. cap. 2. §. 11

Ibi. §. 12.

Beza in Confeſſio.

prium

fidei ca. 4. §. 20. Muſculus in locis communibus cap. de fide num. 6 pag. 220. cap. de electione. in initio pag. 227.

prium & peculiare. Et Andreas Muſculus. *Fides non eſt de vulgaribus donis Dei, ſed ſelectis: non omnium, ſed electorum tãtum. Cenſemus dari fidem veram ſolis electis, quos Deus ante mũdum cõditum elegit, vt in illis gloria gratiæ ſuæ illuſtretur.* Paulò poſt. *Diximus in præmiſſo tractatu citatis ſacræ ſcripturæ teſtimonijs, fidem non eſſe omnium, eſt electorum tantum.* Progrediamur paulò longiùs. Iſta Eccleſia, & huius Eccleſiæ fideles atque electi, quibus ſolis *Deus eſt Pater,* vt *Eccleſia Mater;* quibus ſolis datur *peccatorum remiſſio:* pro quibus ſolis Chriſtus eſt mortuus, Eccleſia hæc num à Chriſto mortuo ſemper fuit in mundo? num perpetuo Chriſti fidem Euangelicam retinuit, eamq́ue prædicauit infidelibus? Nequaquam (inquit Caluinus) ſed ante annos mille ducentos & ſexaginta cœpit in angulis & cauernis bubonis inſtar deliteſcere, ſed ita *vt electas à ſe reliquias admirabili gratia ſeruauerit Dominus.* Iſtas verò reliquias quis mortalium nouit? quis audiuit? in qua parte terrarũ orbis, in qua prouincia Europæ, Africæ, Aſiæ, aut etiam noui orbis, hæ reliquiæ à quoquam mortalium pluſquam reliquiæ Chymericæ, aut Ideæ Platonicæ vel intellectu hactenus conceptæ ſunt? Ad ſcriptores ſiue ſacros, ſiue prophanoś, qui eodem ſeculo eiſdem in regionibus vixerunt cũ iſtis reliquijs (ſi in orbe vllæ tales extiterunt) nulla vel tenuis fama, nulla aura peruenit. Et vnde Caluino de iſtis reliquijs poſt mille trecentos annos tam eſt certa & indubitata notitia? Eſt ergo hoc figmẽtum, id eſt, mendacium Caluiniſticum. Certò enim certiùs eſt nullas tales Caluinianæ fidei aut Eccleſiæ reliquias ab annis mille ducentis ſexaginta magis extitiſſe, quam reliquias ſectæ Anabaptiſticæ, quàm reliquias ſectæ Lutheranæ, Puritanæ aut Libertinæ, multò minus quam reliquias ſectę Arrianæ & Samoſatenianæ. Et Caluiniſtæ alij, qui rei ipſius & totius antiquitatis euidentia conuicti fatentur Eccleſiam, qualem ipſi iam fabricarunt, non fuiſſe hoc toto tempore occultam & inuiſibilem, ſed *funditus euerſam, prorſus extinctã, abolitam, proſtratam, deſtructam,* vti nos prius ex alijs, ipſoq́ue etiam Caluino demonſtrauimus, apertiſſimè refutant hoc Caluinianum mendacium. Cæterum poſt noui Euangelij exortum, iſti fideles & electi cum Eccleſia Caluiniana in magnitudinem incredibilem excreuerunt. Vbi? nõ in Germania; quæ penè tota vel Catholica, vel Lutherana Caluiniſtas & Caluinianam fidem horret, & electionem eorum nullam niſi ad inferos cognoſcit, non in Hungaria, Polonia, aut Tranſyluania, cum quibus Eccleſijs aut Arrianis aut Trinitarijs Caluiniſtæ

ſimulant

Digitized by Google

ſimulant ſe nullam communionem habere. Nec in A[illegible] ibi tamen Caluiniani electi, & cōgregationem ſtabilem videtur habere ſedē. Audiui enim nuperrime, proximo nimirum anno exijſſe librum ab Anglicanæ Eccleſiæ Superintendentibus, vel ſaltem cum eorum voluntate & approbatione contra Puritanos (ſectam Caluiniſticam) in quo bonam partem Euangelij Geneuenſis vocant *Cancrum & Talmud Sabaudicum*, quaſi parum à Iudaiſmo differētem: Caluinum & Bezam depingunt ſuis coloribus, probantque eos fuiſſe homines ſeditioſos, qui in nefaria contra legitimum Principem rebellione ſuum fundarunt Euangelium & Eccleſiam, ſuperbos, ambiētes & vſurpantes iniuſtam dominationem ſupra reliquas Eccleſias, in qua tyrannide Romanos Pontifices, illos ipſos qui à Proteſtantibus indicantur reliquorum ambitioſiſſimi, longè ſuperarunt: qui item *immoderata audacia & arrogantia ſeipſos anteponunt & opponunt omnibus antiquis doctiſſimiſq; Patribus, omnibus concilijs generalibus, omnibus florentiſſimis Eccleſijs, quæ in mundo à Chriſti tempore extiterunt; penè omnibus quoque præſtantiſſimis noſtræ ætatis doctoribus* qui denique ſacras literas corrumpunt adeò fœdè & turpiter, vt iſti Angli grauiſſimè tanquam in præſentia omnipotentis Dei proteſtentur, *ſe nullum ſcripturæ locum reperire ab illis eorumúe diſcipulis citatum, ad confirmandas res iam inter Eccleſiā Geneuenſem & Anglicanam controuerſas, quin vno vel altero mòdo diſtortus ſit in ſenſum nunquam cognitum Eccleſiæ Chriſti, vel vni alicui antiquorum Patrum ab Apoſtolorum temporibus: adeò vt ſi Auguſtinus, Ambroſius, Hieronymus, Chryſoſtomus, & reliqui illi antiquiſſimi Patres nunc reuiuiſcerent, & intelligerent quem in finem ſcriptura ab illis Geneuenſibus Doctoribus citarentur, planè obſtupeſcerēt eſſe in orbe hominem Chriſtianum, qui auderet tam immoderata audacia, & tam exigua veritatis ſpecie ita abuti verbo Dei, ſeipſis, lectoribus, & vniuerſo mundo.* Deniq; ab illo Geneuēſi fonte tam *improbam & ſeditioſam planeq; Catilinariam doctrinam in regnū Angliæ* fluxiſſe aiunt, vt horum iudicio longè melius actum fuiſſet cum *illa inſula, ſi nullus vnquā Anglus aut Scotus Geneuenſis Eccleſiæ, aut Doctorum Geneuenſium notitiam aliquam habuiſſet.* Et quid opus eſt ſententias aliquorum Anglorum contra Geneuenſem ſectā hinc illic decerpere, quando tota forma Eccleſiæ Anglicanæ Miniſtris, Epiſcopis, Archiepiſcopis, & Principe ſuprema ſuper eos omnes *in omnibus rebus Eccleſiaſticis non minus quàm ciuilibus gubernatrice* conſtans, ex diametro pugnat cum Synagoga Geneuenſi.

A ſuruey of the pretended holy diſcipline &c. Londini impreſſ. ann. 1593. pag. 44.

Reſpons. ad iuſtitiā Britan ca. 1. pag. 10.

Parlam. Elizab. an.1. cap.1. Formula confeſſionis fidei cui ſe aſtringere tenentur omnes &c. apud Caluin. in tractat. p. 150. Caluin. epiſt. 84. Survey vbi ſupr. p. 25'. Beza epiſt. 8. & 79. Calui. Inſtit. lib. 3. cap. 2. §. 11.

uenſi, vbi æqualitas Miniſtrorum omnium tanquam prorſus Euangelica ab ipſo Chriſto præcepta defenditur: vbi Academia ad illud docendum obligatur: vbi omnes & ſinguli *tenentur iuramento ſe aſtringere,* non ſolùm quod ſint adhæſuri Geneuenſi illi diſciplinę, ſed etiam quod *illam Papiſtica* (Anglię) *hierarchiam execrentur vt diabolicam confuſionem, idcirco ſtabilita, vt Deus ipſe deſpiciatur, & Chriſtiana religio ludibrijs & opprobrijs ſit expoſita.* Sed nolo curioſiùs omnes prouincias & Eccleſias rimari. Sic enim fortaſſe extra Geneuã & Puritanos Angliæ Geneuenſem Eccleſiam, intelligo Caluinianam propriè puraeq; nullam poterimus inuenire. Eſto igitur quod reliquiæ quædam Caluinianæ ſint in Hollandia inter Anabaptiſtas, ſint in Tranſyluania & Hungaria inter Arrianos, ſint in Gallia inter Politicos, ſint in Heluetia inter Zuinglianos & Libertinos ex iſtis reliquijs perpauci ſunt electi, ideoq; perpauci fideles. Nam ſui ordinis vix *decimũ quemq;* eſſe qui non Euangelio dederit nomen eum in finem *vt ſolutius in omnẽ laſciuiam diffluerct ipſe teſtatur Caluinus.* Ita adhuc eorum electorum vereq; fidelium, pro quibus Chriſtus mortuus eſt, nõ ita multos inuenimus. Cæterùm iſti non multi ex morte Chriſti quid conſecuti ſunt? aliquam veram remiſſionem peccatorũ? aliquam intrinſecam & inhærentem iuſtitiam? aliquam ſanctificationem? nequaquam. Tantummodo illud lucrati ſunt, vt eorum peccata ſint obtecta, ſint velata, nõ imputentur ipſis ad damnationem, quæ tamen eorum animis altè inhærent, & quibus peccati non minus inquinati & turpificati ſunt quam reprobi. Imo nequiores ſunt ipſis Ethnicis, ipſis Turcis & Tartaris: quid hos nomino, qui aliquãdo in quibuſdam actionibus non peccant, iſti verò ipſis diabolis & ſpiritibus apud inferos damnatis ſimillimi, in omni opere, etiam eo quod videtur optimũ, peccant, nec poſſunt vitare, quin perpetuò & continenter peccent, ſemper ſordeſcant, ſemper promereantur Dei maledictionem, & quæ per gratiam & ſpiritum ſuum Euangelicũ faciunt opera præſtantiſſima, illa ipſa opera ſunt fœda, ſunt turpia tanquam panni menſtruati, ſunt donorum Dei pollutiones, probro magis digna quã laude. Differentia inter hos electos fideleſq;, & hos infideles vel etiam damnatos ſpiritus, in hoc ſolo poſita eſt, quod propter Chriſtũ Deus pater ab iſtis electis oculos ſuos auertit, nec eorum peccata ſuo iudicio examinat & plectit, quę in alijs omnibus ſeueriſſimè caſtigat, & æterna dãnatione perſequitur. Nihil præterea commodi ex morte & paſſione Chriſti ad iſtos fideles permanat? Maximè.

Digitized by Google

Maximè. Nam vt illi [illegible] ſpectans datur, et qua ſe electos eſſe certiſſimo norũt, ita norunt ſe ab hac fide & electione nunquam poſſe excidere, non ſi in quæuis flagitia turpiſſima ſeſe per omnem vitam ingurgitent. Nam fideles arrogare ſibi debere indubitam diuinæ voluntatis de ſua æterna electione & ſalute notitiam, & qui ſecus affectus eſt, cum verè & Caluinianè fidelem vocari non poſſe ſuperius demonſtratum eſt. Et Ioannes Caluinus antiquos Patres qui ſecus crediderunt, nominatim D Gregorium Magnum, *peſſimè & pernicioſè* docuiſſe ait, eo quod ille ſcribat *homines vocationis tantum ſuæ conſcios electionis autem incertos.* Hoſque fideles nulla vitæ fœditate hanc ſuam fidem & electionem amittere poſſe, non minus eſt certum. *Neceſſe eſt profectò* (iuxta Theodorum Bezam, & fidem Eccleſiæ Geneuenſis) *vt fateamur donum veræ illius fidei, qua iuſtificamur, nunquam à perſeuerantiæ dono diuelli poſſe, quamuis interdum labefactetur fides.* Eius autem fidei *vel ſola fidei ſcintilla, ac proinde etiam vel minimum fidei in nobis effectum, ſi modo verum ſit, & ex vera fidei* non Lutheranæ, aut Anabaptiſticæ, ſed Caluinianæ *ſcaturigine promanet, hactenus eſt efficax, vt verè nobis de noſtra ſalute ſecuros reddat.* Et mox. *Affirmo eum qui vel ſemel tota vita ſenſerit certum veræ fidei teſtimonium, ſecurum eſſe debere de ea non modo permanente, ſed etiam permanſura ad finem vſque: tum quoque, cum ea tempora inciderint, quibus abeſſe penitus videatur. Neque enim ebrium hominem dicimus ratione & intelligentia ſpoliatum, etiamſi neque mens, neque pes in eo officio facit: neque vitalis omnis facultas eum deſeruit, qui eſt ad tempus mortuo quam viuo ſimilior,* &cæt. Hæc in eum finem dicuntur, vt ſi iſti electi Caluiniani ruant ad furta, adulteria, ſacrilegia, libidines cuiuſcunque generis, exemplo Apoſtolorum ſuorum, in eiſque ætatem totam conterant: tamen poſtquam ſemel fidem Geneuenſem guſtarunt, ſemper firmiſſimè ſtatuere debent, ſe à Deo conſtanter amari, ſe ſemper eſſe in præſens & in futurum eadem, vera fide Deique ſpiritu præditos, ſemper eſſe electos, proptereaque de vita æterna adipiſcenda non minùs quam illi ſui in hac fide Doctores, perpetuò debent eſſe ſecuri: de quo ſi ambigant, ſi vacillent, hoc argumentum eſt valdè ſuſpicioſum, eos non eſſe rectè fideles. Sic Beza in Colloquio Mompelgart. affirmat *fidem veram nunquam poſſe à credentibus amitti, licet ruant in peccata contra conſcientiam:* vbi addit; *Dauidem perpetrantem adulterium cum Bathſeba vxore Vriæ, fidem & Spiritum ſanctum non amiſiſſe,*

Calu. Inſtit. lib. 3. ca. 24. §. 4.

Confeſſio Chriſtianæ fidei ca. 4. §. 20

Beza in Colloquio Mompelg. pag. 463.

ſiſſe, ſed retinuiſſe. Quoniam enim Dauid in electorum numero fuit, ideò gratia Dei non potuit excidere: nec Petrus abnegando Chriſtum amiſit fidem aut Spiritum ſanctum. Sic item Zanchius Principis Palatini Theologus:

Zanch. in Miſſella. fol. 63. 3.

Spiritus ſanctus ſemel alicui renato datus, cum eo manet in æternum. Electis in hoc ſæculo ſemel tātum vera fides à Deo datur: qua donati, Chriſtoq́ per Spiritum ſanctum verè inſiti, fidem prorſus amittere, Spiritum ſanctum omnino excutere, & à Chriſto excidere penitùs non poſſunt. In cuius Caluiniſmi defenſione vſq; eo prouehitur, vt fortiter pro-

Ibi. fol. 271

nunciet. *Si quis dicat peccatorum remiſſionē ſemel impetratam, per inſequentes lapſus in ſanctis fieri poſſe irritam, is totum Euangelij euertit ſcopum.* Nec ardore diſſimili Beza, *monſtrum* vocat cōtrariam Lutheranorum aſſeuerationem, quod *peccatis grauiſſimis excutiatur fides & Spiritus ſanctus.* Eadem eſt Marlorati, eadem Oecolampadij, eadem Tigurinorum, eadem Gallorum, eadem plurimorum Caluiniſtarū fides.

Beza in Confeſſ. pag. 17. Vide Theologiæ Caluin. lib. 1. fol. 27. 28. 46. & lib. 2. fol. 42.

Iam ergo peruenimus ad contuendum fructum paſſionis Chriſti, & quam latè ſanguinis eius & redēptionis virtus diffundatur iuxta fidem Geneuenſem. Redemit nimirum non omnes, ſed certos ſelegit ex toto terrarum orbe, ex omnibus ab eo paſſo [ſæculis] Chriſtianos nullos aut certè perpaucos, qui ante 60. annos mortui ſunt. Selegit autem his proximis ſexaginta annis ex Eccleſia quæ vocatur Chriſtianis Catholica, Proteſtantibus Papiſtica & Antichriſtiana neminē, neminem ex tot alijs noui Euangelij ſectis Trinitana, Lutherana, Anabaptiſtica, &c. Sed tantummodo incarnatus eſt, mortuus eſt, paſſus eſt, & reſurrexit propter Eccleſiā Caluinianam, nō eam quidem totā non propter omnes Caluinianā in ea fidem profitentes, ſed ex eis vix decimum, fortaſſe non centeſimum quemque, n[imirū] propter electos tātummodo, pro illis totam eam incarnationis œconomiam ſuſcepit: in horum gratiam non tantū *morte corporea defunctus* eſt, nō *ſanguinem modò effudit*, & illa immenſa crucis tormenta humano more quoad corpus ſuſcepit: hæc enim omnia iſtis fidelibus *nihil profuerunt*, nullius erant momenti, ſed *maius erat precium, & excellentius*, nimirū quod *diros in anima cruciatus damnati ac perditi hominis pertulit*: quod *eam mortem pertulit, quæ ſceleratis ab irato Deo infligitur*, quod *erat flāmis inferni addictus, profundo inferni gurgite ſepultus: horribilibus anguſtijs anima eius conſtricta fuit, ac ſi Deum haberet infenſum vſque eo, vt metu horribilis exitij ei cruci tro vox deſperationis elaberetur. Timebat enim, ne malis obrutus ſuccumberet*, & in æternum damnaretur, &c. Et quo-

ſum

ſum hæc omnia? vt illi pauculi Caluiniſtæ omni peccatorum ſorde purgati in ſanctitate viuerent? vt legem eius ſeruarent vt pie viuendo ad vitam cum eo ſempiternam eius gratia perducerentur? nihil minus. Viuunt enim non aliter quam diabo li in peccandi neceſſitate perpetua, lex Chriſti quamuis in ſe *iugu ſit ſuaue, & onus leue*, tamen illis eſt inſtar legis Moſaicæ *onus importabile*, quod nec ipſi, nec eorum fratres vlli poſſunt ferre. Legem enim Chriſti ſeruare eſt planè impoſſibile, & qui piè viuendo ad cæleſtem ſanctorum communionem aſpirat, ille rectam ſibi viam munit ad inferos, toti Euangelio contradicit, eſt hypocrita, eſt Monachus, eſt Turca, ſupra modum iniurioſus eſt in ſanguinem Chriſti. Cæterùm ne in his damnatu, perditiq; hominis pœnis à Chriſto propter iſtos ſolummodo ſuſceptis nihil ſit vtilitatis, ita ſtatuẽdum eſt, quod etiamſi hæc Chriſti apud Deum paſſio nihil *verè apud Deũ merita eſt*, tamẽ gratuitus Dei fauor intercedẽte aliquo modo hac Chriſti paſſione erga eos tantus eſt, vt ab omnibus eorum peccatis auertat oculos, vt ſpeciali à Deo fide donentur, quæ ſola abſq; operibus eos iuſtificat, quæ ſola certũ eſt eis æternæ vitæ conſequendæ pignus, quæ propterea nũquam in eis poteſt poſtea deficere, per quam in adeo certa poſſeſſione diuini fauoris, in tam quieta, conſtanti & immutabili diuinæ gloriæ poſt hanc vitam conſequendæ ſecuritate collocantur, vt quocunq; modo deinceps crediderint, quæcunque ſcelera admiſerint, etſi Chriſtum Deumq; millies abnegauerint, etſi cum *ſpiritualibus* illis fratribus ſuis Libertinis genuinũ huius doctrinæ fructum capientibus, *quæſcunque proſtitutæ libidinis ſcortatores, quoſcunq; ex profligatiſſimis ac prorſus deſperatis hominibus impuritate ſuperent*: etſi non *modo omnem Dei timorem & ſanctitatem vitæ euertant, verumetiam honeſtũ omne quod etiã apud gentes ſemper tam ſtabile fuit, atq; ſibi ipſis alyſq; omnibus ſi ena la cant, vt ſinguli in omni libidinũ etiam beluis immum genere volutentur*, tamen ſemper fideles, ſemper Eccleſiæ Caluinianæ electi remanent, ſemper ſpiritum poſſidẽt, & per Chriſti mortem eorum conſcientijs ſigillo nunquam fallente obſignatur, quod Deus illos amet, & amabit perpetuò: & propter talem ſpecialem fidem, poſt vitæ huius terminum, quamprimum mors in illo peccatorum cœno volutantibus diuturnus facultatem eripuerit: ſtatim, abſq; vllo purgatorio (quod talibus electis non eſt comparatum) in parem gloriam, in æqualem fœlicitatem cum Petro, Paulo, ipſaque beatiſſima Dei matre virgine [illegible] mer. Valdè enim cauendum eſt, ne in hæreſium eam *monſtroſam*

Mat. 11. 30
A. Act. 15

Caluin Inſtr. a tio cont. a Libertinos. c. 10 & 18.

ſam (vti vocat Theodorus Beza) labamur, quod vllis peccatis aut Atheiſmis atrociſſimis hanc fidem illis poſſe eripi, aut Dei amore beneuolentiaque eos poſſe deſtitui arbitremur.
Matth. 26 Etſi enim cum *iuramentis*, cum *Anathematis* & *deteſtationibus* (vti de Diuo Petro ſcribitur) negent Chriſtum, nec ita
74. *Marc.* 14. deſinunt eſſe fideles,& ſancti Spiritus domicilia. Etſi in con-
71. temnendo Chriſto Iulianum, etſi Lucianum & Porphirium imitentur,etſi nequiſſima vita Heliogabalos, Nerones, Apitios, Epicuros omnes præcurrant; ſi tamen vel ſemel fidem illam Geneuenſem guſtauerint, aut aliquam eius ſcintillam vnquam habuerint, Spiritum ſanctum in ſe nec ſi maxime velint, *poſſunt excutere*, à Dei fauore non poſſunt excidere, de æterna in cælis beatitudine non poſſunt, nec debent dubitare: *peſſimeque & perniciosè* errant cum Gregorio & Papiſtis,imò & cum Lutheranis quicunque ſecus opinantur. Non aliter quam ille turpiter errat, qui *hominem adeò ebrium, vt neque manus, neque pes in eo officium faciat*, propterea *ratione & intelligentia dicit eſſe ſpoliatum*. Nonne vides Samuel egregium Euangelij tui colophonem? Nonne hic eſt mirabilis Chriſti incarnati & patientis operatio & effectus? vt paucos conuenas in flagitioſiſſima peccandi licentia confirmet? vt eos excuſſo timore Dei ad omnem turpitudinem impellat præcipites? Nonne iſti ſunt, de quibus prædixerunt
1.Pet.2.16. Apoſtoli,quod *velamen malitiæ habent libertatem* Euangelij,
Iud.4. & *Dei noſtri gratiam transferunt in luxuriam*? Nonne grauiſſima ſuppetebat Ioanne Caluino & Theodoro Bezæ cauſa mortem Chriſti corpoream contemnendi, reliquam crucifixionem acerbiſſimam deſpiciendi, & ſuam illam nuper ab aliquo inferni ſpiritu ſuggeſtam cum inferni damnatis ſpiritibus carnificinam animæ deſperantis comminiſcendi, vt tantis ſtudijs, laboribus,& inuentis ingenioſiſſimus hanc ſuis electis Epicureæ vitæ in peccatis obfirmatæ arcem extrueret? Sed hæc ego tibi expendenda relinquo. Neque verò mihi animus erat de his diſſerere: tantum ea quæ à Caluiniſtis hic illic varijs in locis ſunt diſperſa, & à Michæa diſputata prolixiùs, in breuiorem formam redigere, & tibi quaſi ob oculos proponere volui, vt initia tui Euangelij & media cum fine copulans, tanto ſolidiùs & conſtantiùs de eius puritate poſſes ſententiam ferre. Priuſquam autem ad illud vnicum quod ſupereſt de Deo peccati authore accedo, breuem appendicem huic quæſtioni addam, de deteſtabiliori contemptione ſanguinis & mortis Chriſti, quam video eſſe multos

iam

ſam annos inter Caluiniſtas & Lutheranos agitatam. Dictum eſt à Michæa, Lutheranos moleſtiſſimè ferre in Caluino, quòd vili æſtimet ſanguinem Chriſti; quòd *negarit Chriſti meritum opponi poſſe iudicio Dei*, quòd Euangelizauerit quædam *in Chriſtum & eius pretioſiſſimum ſanguinem contumelioſa, & nobis pernicioſa, quia nos non ex merito ſolius Chriſti pendere docent*: quòd docuerit non ex iuſtitia, ſed *ex gratuito fauore ipſum etiam Chriſti meritum ſuam dignitatem, vires & robur accepiſſe*: qua ratione cuiuſcunque viri boni meritum poterat eſſe in ſummo gradu digniſſimum. Diſcipuli Caluiniani vt magiſtri ſui dogma ſiue fandum, ſiue infandum tueantur, ita de Chriſti ſanguine Ethnicè ſcribunt & contumelioſè, vt credibile ſit Iulianum Apoſtatam aut Lucianum, nunquam ſcurriliùs de eo fuiſſe locutum. Deſcribam breuiſſimè pauca ex multis, quæ à Lutheranis video notata, idque eorum verbis, ne quicquam de rei aut veritate, aut grauitate mutetur. Sic ergo illi: *Curæus Caluiniſta ideas Epicureus in Spongia contra D. Eberi confeſſionem de cœna Domini*, ſcribit *ſanguinem Chriſti pro nobis effuſum in cruce dudum diſſipatum eſſe. Thomas Eraſtus medicus & Caluiniſta Heidelbergenſis, in fundamentali ſua declaratione, & alijs eius complices ſimiliter aſſeuerant ſanguinem Ieſu Chriſti pro noſtris peccatis effuſum in terram, ante annos mille quingentos computruiſſe, nec amplius eſſe in rerum natura. Eandem blaſphemiam repetit Fridericus Aulackius Boruſſus Caluiniſta in ſua confeſſione, in conuentu Prouinciali Raſtenburgenſi in Boruſſia exhibita. Similes blaſphemias in paſſionem & ſanguinem Chriſti euomuit in Boruſſia, Regio monte, Andreas Oſiander in ſua confeſſione, & inuectiua contra optimum virum D. Morlinum* (Lutheranum) *vbi docet & aſſerit nos per opus redemptionis Chriſti non poſſe iuſtificari, quandoquidem illud acciderit ante annos 1500. & iam euanuerit. Ibi & alibi ſæpè ſcribit non poſſe ex verbo Dei probari ſanguinem Chriſti eſſe noſtram iuſtitiam. Idem Oſiander ſæpè pro concione dixit, ſanguinem Chriſti effuſum in terram computruiſſe: ergo nos per eum non poſſe iuſtificari, vel accipere remiſſionem peccatorum* &c. *Germanus Barnarus* (Caluiniſta) *in examine contra D Selneccerum* (Lutheranum) *affirmat cum Thoma Eraſto Atheo, & Friderico Aulackio Lucianiſta Chriſti ſanguinem ſubſtantialem pro nobis effuſum non præberi nobis in vſu cœnæ ſacræ, quandoquidem in terra corruptus ſit.* Hæc Ioannis Caluini diſcipuli: quæ ego pauca ex aceruo magno, hiſtoriæ & exempli cauſa seligo.

Conrad. in Theolo. Caluiniſt. lib 1. art. 6. fol. 26.

Vbi ſupra art. 20 fol. 84. 85. 87.

Curæus in Spongia fol. 250.

Eraſtus pag. 29.

Frideric. Boruſſ. pagin. 45.

Oſiander in Confeſſione. B. 2.

Contra quæ non exclamabo cum Lutheranis, *has eſſe abominandas & prorſus diabolicas blaſphemias, quas toto pectore debemus execrari: & increpet te Dominus, Satan cum tuis impuris & blaſphemis porcis Sacramentarijs:* neque verò argumentis è Scriptura petitis pro dignitate ſacroſancti ſanguinis Chriſti pugnabo. Quid eſt enim apud Chriſtianos magis præpoſterum? perinde ac ſi apud Philoſophum diſputes, eſſe Solem qui luceat in cælo: tantum notari velim ordinem & progreſſionem huius Euangelij Caluiani, vergentis fortaſſe nō ſemper ad Mahumetiſmum, qui quidem eſt Caluiniſmo quoad hæc longè ſincerior, ſed planè ad Atheiſmum, vel Antichriſtianiſmum & Sataniſmum. Primum vocant in quæſtionem, an Chriſtus ſit vniuerſalis redemptor omnium, an paucorum tantum: & concludunt, libriſque in dies multiplicatis defendunt; paucorum. Proximè inquirunt, an mors & ſanguis ille Chriſti vi, merito, virtute, & efficacia ſua, hoc eſt, vi, merito, dignitate & authoritate perſonæ Chriſti iuſtum fuerit pretiū illis paucis redimendis? Reſpondent non fuiſſe iuſtum, non fuiſſe *locum aliquem merito,* ſed tamen *gratuito Dei fauore* fuiſſe acceptum pro iuſto: qua ratione inter ſanguinem Chriſti & Abelis nihil prorſus diſcrimināt, vt antea notatum eſt. Tertiò, perdiu, vt Chriſti à ſacramento præſentiam corporalem quàm longiſſimè remouerēt, eius corpus & ſanguinem in certum cæli locum includebant, vbi contendebant illud eſſe circumſcriptum, finitum & deuinctum vſque ad extremum iudicij diem. Ita quanquam Eccleſiam eius participatione fraudabant, tamen alicubi ſupereſſe & in loco honoratiſſimo *contineri & capi.* Iam verò nec hic conſiſtentes, in ſacrum illū ſanguinem totamq; paſſionem fœdiſſimè bacchantes, aiunt ſanguinem illum ante tot centurias annorum *computruiſſe, non eſſe iam in rerum natura,* nec in cælo, nec in terra: eſſe iam *olim corruptum,* opus paſſionis & redemptionis Chriſti, nihil iam valere ad iuſtificationem noſtram, quod ante tot ſecula *totum euanuit.* Quaſi illæ Chriſti infernales pœnæ, pœnæ (inquam illæ) *damnati & perditi hominis* ad hanc vſque horam durarent, & Chriſtus adhuc iaceret illo *onere diuinæ maledictionis* obrutus: ac ſi adhuc *torqueretur ea conſcientiæ anxietate, addictus flammis inferni, &c.* Deniq; ac ſi iſta omnia inuenta Geneuica (quę ante Caluinum in nullius hominis ſobrij cogitationē venerūt) iam non multo magis euanuiſſent, quam reliquę illę paſſionis acerbitates, in quibus iſti Gehēnenſes Chriſtiani opus redemptionis Chriſti collocant. An nō hoc eſt recta re-

ſta redemptionem Chriſti tollere? An iſti gloriæ Chriſti ſunt
tam magnifici buccinatores, quam ipſi ſe venditant, qui ſa-
cratiſſimum Chriſti ſanguinem *corruptum & putridum* (ô por-
tenta!) appellant? Nonne iſti ad literam & ſyllabatim ſe profi-
tentur eſſe ex eorũ numero, quos Apoſtolus ait *filium Dei con-* Heb. 10.
culcare, & ſanguinem teſtamenti pollutum ducere, in quo ſancti- 29.
ficati aliquando fuerunt, & ſpiritui gratiæ facere contumeliam?
An iſti de Chriſti ſanguine & redemptione per eum parta ali-
quam ſibi portionem vendicare poſſunt, magis quàm Iudas,
aut ipſe diabolus, quorũ eſt de ſanguine Chriſti multò Chri-
ſtianior & honorificentior confeſſio? Sed quid ego diſputo eos
Chriſti ſanguine redemptos non eſſe, quod ipſi liberrimè præ-
dicant, qui negant ſanguinem illum quicquam valere ad iu-
ſtificationem ſuam: qui manifeſtè ſe præferunt Chriſto, vt ſe
potius eius redemptores, quàm è contra faciant: qui & de gra-
tuito Dei fauore longè magis quã Chriſtus ſunt ſecuri, vt cla-
rè demonſtrauit Michæas; & qua ratione Chriſti ſanguinem
tanquam tot ſæculis *putridum, & corruptum*, neque verò *in re-
rum natura exſtantem* adeò Satanicæ deſpiciunt, eadem ratio-
ne ſuum ſanguinem, qui nõ modò in rerum natura exiſtit, ſed
etiam viuit & calet, & ad facinora quæcunque (ad quæ ipſorũ
Deus eos impellit) perperranda feruidus viget ſanguini Chri-
ſti qui non eſt, ideoque nec quicquam poteſt, clariſſimè & ar-
gumento tam inuicto præferunt. Deniq; ſi vt Apoſtolus Pau- 2. Cor. 15.
lus ſtatuit, reſurrectio Chriſti eſt baſis, eſt fundamentum, eſt
ſumma totius Chriſtianiſmi, qua negata religionis Chriſtia-
næ tota ſtructura, ædificatio tota corruit: iſti puriſſimi Euan-
geliſtæ, an non hoc vnico Sataniſmo ſuo totum Chriſtianiſ-
mum funditus demoliuntur? Spiritus ſanctus prædixit, quòd
caro Chriſti *in ſepulchro nõ videret corruptionem*, eodemq; iure Actor. 2.
neque *ſanguis in terra*, quia tertio poſt die vtrumq; erat ad vi-
tam integrã pleneq; reuocandum, & Chriſti corpus illud idem
quod crucifixum eſt, omnibus humanæ perfectionis & inte-
gritatis numeris abſolutum (quod ſine ſanguine fieri non po-
terat) hypoſtaticè animæ rurſus vniendum, atque ita virtute
Deitatis inhabitantis in cæleſtem gloriam deducendum, vbi
in æternum ſederet ad dexteram Dei Patris. Si iſte ſanguis à
tempore effuſionis, corruptus & putridus euanuerit; non mi-
nùs corrupta & putrida remanſit caro, quæ ſine ſanguine non
potuit in ſua integritate reſurgere. Sed hoc argumentum, &
quemadmodum inde negatur vniuerſalis omnium reſurre-
ctio, quia in promptu eſt, & facilè, & ex benè conſideratis pri-

mis fidei Chriſtianæ initijs ſtatim ſua ſpontè viuit in hominis Chriſtiani qualiſcunque cogitationem, illud ego curioſius non perſequar, ſed tantum vt a Lutheranis contra Caluiniſtas vrgetur, recenſebo: vt tu obiter aduertas & exhorreas portentoſum illud mēdacium Apologiæ Anglicanæ, quod etiam eſt ſæpenumero ab alijs repetitum, & ante paucos annos in præfatione Caluini Inſtitutionum Geneuę impreſſarum, ſine vlla fronte poſitum, quòd nimirum Lutherus & Zuinglius cū ſua vtriuſque ſobole, *de vna re Sacramentaria non tam diſſident, quam diſſidere videntur*, *de cæteris mirificè congruunt*: & ea res vna, res eſt *leuicula*, quæ fraternam Zuinglianorum & Lutheranorum charitatem, & communionem Eccleſiaſticam non impedit. Sic igitur de hoc ſanguinis & reſurrectionis argumēto Lutherani ex locis proximè citatis cōtra Caluiniſtas diſputant: *Si ſanguis Chriſti in paſſione eius effuſus computruit, & tertio die non rurſus cum corpore eius vnitus glorioſè reſurrexit, & iam in æternum viuit: tum certè nulla ſpes affulget, vel ſanctorum Martyrum ſanguinem effuſum vel aliorum piorum defunctorum ſanguinem in extremo die denuò reſurrecturum eſſe, ita vt rurſum cum corporibus eorum vniatur. Atque hinc apparet Caluiniſtas, licet ore & ſcriptis affirment, tamen in corde ſuo non credere reſurrectionem ſuorum corporum. Qui enim non credit Chriſti Filij Dei ſanguinem effuſum, cum corpore à Deo Patre reſuſcitatum eſſe is profectò nunquam credet mortuos in cinerem redactos, reſurrecturos eſſe.* Qua demonſtratione euidenti perſpicuè conſtat Caluiniſtas intus & ex animo reſurrectionē mortuorum nequaquam credere. Quò præterea totum Caluinianum Euangelium vergere & inclinare, quam probabiliorem perſuaſionem quærimus, quam quod vnus ex primis eius ſatoribus G. Farellus, quem Caluinus *venerandum ſuum collegam* nominat, & cuius partes & doctrinam Euangelicam non minùs quam ſuam ipſius propriam contra Sadoletum Cardinalem, & alios aduerſarios ſemper ſe defenſurum promittit: quem Beza non *Geneuenſes tantum, ſed Lauſannenſes quoque & Neocomenſes Chriſto lucri feciſſe* ait; *eumq́ Caluinum & Viretum, vt eiuſdem muneris functione, ſic etiam animis coniunctiſſimos, quandam præſtantiſſimorum paſtorum triadem* vocat: hic tantus Apoſtolus vt primum ſe ad hoc nouum Euangeliū Geneuēſibus cudēndum dedit, ſtatim de vera corporum noſtrorum reſurrectione profeſſus eſt ſe nihil certò credere. Id enim patet ex epiſtola Caluini ad eum miſſa, in qua ab hæreſi Chriſtianis (imò & Mahumetanis) execrabili cū auocare conatur;

Impreſſ. Geneuæ ann. 1515.

Vbi ſupra in Theolog. Caluiniſtarum.

Caluin. in præfat. cōſen. Eccleſ. Tigur. & Geneu. pagin. 1035. Reſponſ. ad Sadoletum in initio. Beza in Iconibus.

aut

aut ſaltem cohibere, ne ad illam Euangelij vltimam concluſionem ſtatim prorũpat, priuſquam media eò deducta fuerint diſcipulorum ſuorum mentibus aliquanto plenius inſtillata. Sic autem Caluinus venerandum illum Coapoſtolum & collegam ſuum alloquitur: *Quod tibi res incredibilis videtur huius carnis reſurrectio, nihil mirum. Quod autem hac ratione permotus ſufficere ſtatuis, ſi credamus nos* (non iſtis quæ iam habemus ſed alijs) *nouis corporibus aliquando induendos, hoc à ſcriptura doctrina eſt alienum, &c.* Quod ſi ſub Euangelij primam ſementem, in illo inſigni Apoſtolo hic fructus tam citò erupit, poſt quinquaginta annorum maturatione in quam probabile eſt in magnitudinem immenſam creuiſſe & imbuiſſe Sectatores immutabiles? Cuius rei, Libertini cum Euangelio Geneuenſi vbique copulati, & vbicunque Caluiniana fides ſerpit in Gallia, in Anglia in Hollandia, & alibi, tam certò & indiuiduè quam vmbra corpus, quàm calor ignem, fidem eam comitantes, cuique mediocriter hiſtoriam noſtri temporis aduertenti experimentum & demonſtrationem exhibent clariſſimam.

Caluin. in epiſtol. ad Farellum fol. 194.

ARGVMENTVM
CAPITIS XXIII.

In peccatis hominum quouſque interueniat operatio Dei. Caluini de eo doctrina impia. Diſtinctiones, quibus eam excuſare vel defendere conatur, nihil eius impietatem iuuant. Non primum quòd Deus agit per hominem, non vt truncum, ſed vt rationis & voluntatis participem. Nec ſecundum quod Deus agit propter diuerſum finem. Nec tertium quòd homines cogitant obſequi voluntati ſuæ non diuinæ. Nec quartum quod tenentur voluntatem Dei reuelatam in verbo ſcripto ſequi, non aliam abſconditam: quæ omnia ſemper relinquunt Deum propriè peccati authorem. Caluini ſuperbia, & cum Caſtalione de hac quæſtione ſophiſtica diſputatio, in qua negat Deum vocari debere peccati authorem, quem tamen reuera eſſe peccati authorē clariſſimè affirmat, & multis argumentis nullius momenti probare laborat: vſq; eo vt Deo tribuat contrarias voluntates, præcipiendi peccatum, & peccatum vetandi: in qua execrabili blaſphemia, & ſi abſurda inde ſequentia vitare non poteſt, eſt tamẽ pertinaciſſimus. Caluin. vna hæc doctrina de Deo peccati authore,

authore, hodierno die à diſcipulis eius defenſa, condemnatur ab alijs Proteſtantibus, tam Zuinglianis quàm Lutheranis D. Auguſtini (quem aliquando Caluinus patronum ſuum venditat) & Eccleſiæ Catholicæ de hoc Atheiſmo ſententia. Concluſio cum recollectione prædictorum: & quòd iſta doctrina non ſit ex ſe magis prophana, quàm prophanè & ſuperbè cum aliorum omnium ſcriptorum, & veterũ & recentiorum, tam Catholicorum quàm Euangelicorum cõtemptione à Ioanne Caluino propugnatur.

CAPVT XXIII.

ABEAMVS iam à Chriſti paſſione & ſanguine: veniamus ad Deum peccati authorem, in quo Michæas perhumaniter quidem & amiciſſimè Caluinum excuſauit, quaſi prioris ſuę doctrinæ palinodiam cecinerit, & ad Chriſtianarum nationum ſub ſole omnium fidem acceſſerit, quod Deus impietatis & peccati in homine cauſa & author non ſit. Fateor quidem Caluinum, vt in S. Trinitatis myſterio, ſic in hac item re varium eſſe & inconſtantem, *à ſe diſſidere, ſibiq́ ipſi contradicere ſæpenumero* (Quod *eſſe Sacramentariorum proprium* aiunt Lutherani) cuius idcirco libros hac de materia rectè vocarunt quidam *Labirinthos inextricabiles*, & *ferragines contradictionum*: ſed tamen ſi quis ſubductis omnibus, Caluinianę ſcriptionis ſummam conſideret, videbit, imò & manibus quaſi ſuis palpabit Caluinum fuiſſe in hoc item Atheiſmo obſtinatiſſimum. Vt autem clarius huius quæſtionis veritas eluceſcat, & in quo poſita ſit vis controuerſiæ inter Catholicos & Caluiniſtas, tu facilius diiudices, explicabo primum quantum concedant Catholici, & quouſq; illis cum Caluiniſtis in hoc argumento conueniat: & tum quid præterea exigunt Caluiniſtæ, potiſſimum Caluinus, cuius reliqui ductum & magiſterium ſequuntur. Primum, quòd Deus præſciat omnia peccata, & voluntate permiſſiua, peccata velit, hoc eſt peccata velit permittere. Hoc non eſt controuerſum. Deinde quod nefaria hominum conſilia & molitiones ad fines ſuæ bonitati conſentaneos dirigat, ad probationem bonorum, ad caſtigationem malorum, ad ipſorum molientium ruinam, denique ad ſua iuſta iudicia (mortalibus ignota) exequenda: & de hoc item conueniunt vtrique. Tertio peccati efficiendi cauſa vicinior & terribilior eſt, quod homini-

In Theol. Caluin. li. 1. fol. 85.

gratia diuina abſtentibus gratiam ſuam auferat, Satanæ laxet habenas, quo potentius ad eos ſeducendos & peruertendos incumbat, & cauſas atque occaſiones ruinarum eis suppeditet, vt in filijs Iſraël per ſcorta Madianitica corruptis, in Achabo rege per Pſeudoprophetas decepto, in Iobo per vaſtationem bonorum, ſpoliationem Chaldæorum, interitum filiorum, per fœdiſſimum & vniuerſale totius corporis vlcus, per vxorem denique improbiſſimam, valdè potenter (vt loquitur Diuus Auguſtinus) ad deſperationem vel blaſphemiam diuinæ maieſtatis incitato perſpicitur. Sed tamen hæc omnia propriè peccati cauſa non ſunt, in homine propriè, peccatum efficiunt nec ſcortum, nec Pſeudoprophetæ, non latrones, nõ proſpera, non aduerſa, nullę tentationes, nec ipſe quidem diabolus, cuius ſunt in tali actione partes efficaciſſimæ. Nam diabolus etiamſi ſæpenumero hominum corpora poſſideat, eaque violento quodam impetu rapiet vt vult, & compellat ad actiones in genere malas & improbandas: tamen nec diabolus talem dominatum prouidentia Dei conſecutus, ſua actione quæcunq; in homine illo peccatum exactè loquendo poteſt producere, neceſſitatem peccandi non poteſt inijcere, quia ſemper remanet libera hominis voluntas, in quam niſi accedente hominis illius aſſenſu nõ poteſt agere, hoc eſt, peccatum propriè non poteſt efficere, quod à ſola hominum voluntate naſcitur, quanquam ad tentandam, mouendam, ſeducendam, & deprauandam eandem voluntatem mille occaſiones artifex malitioſiſſimus poteſt ſuggerere. Et hactenus quidem his tribus modis potentiam & actionem Dei in peccato hominis interuenire Catholici non negant. Sed iſtis omnibus non contentus Caluinus cum ſuis ſectarijs, longe alias in Deo peccati efficiendi cauſas, longeque magis actuoſas, magis efficaces, & prorſus ſummoque in genere neceſſarias comminiſcitur. Confer enim in propoſitiones breues ea quę ſuperiùs ex varijs Inſtitutionum locis citauit Michæas, & quæ Caluinus in alijs ſuis ſcriptis perſequitur copioſiſſimè, & iudica, an non Caluino Deus ſit peccati effector proprius, & maximè actuoſus. Primo, Deus *non tantum permittit, ſed vult homines peccare.* Secundo, in omnibus hominibus *arcanos cordium motus flectit huc & illuc prout vult, eoq; intus operatur. Nam niſi intus operaretur in mentibus hominum, non rectè diceretur excæcare, obdurare, &c. quia Deus non permittit* (vt friuole aiunt quidam) *ſed facit. Tertio proijcit hominem in fœdas cupiditates, quia iuſtæ ſuæ vindictæ præcipuus eſt author, Sathã verò tan-*

Num. 25.
3 Reg. 22.
Iob 1 & 2.

ro tantum miniſter. Quarto, *Impiorum hominum voluntates* (ad malum) *Deus excitat & conatus firmat.* Quintò, *Dei voluntas ſic eſt omnium rerum cauſa, vt non ſolùm electos ſpiritu ſuo regat, ſed reprobos in obſequium cogat: in quorum peccatis nulla cauſa eſt quærenda extra voluntatem Dei.* Sextò, *Voluntas Dei eſt rerum neceſſitas, & neceſſario futurum eſt quod ille voluit, ſicut verè futura ſunt quæ præuidit.* Septimo, *Hoc ſolo diuinæ voluntatis arbitrio, ordinatione & deſtinatione lapſus eſt Adamus.* Octauo, *Deus vt quæ decreuit hominum manu perficiat, in eorũ cordibus operatur ipſum velle, quod operis effectum præcedit, ſicq́ opus ſuum in reprobis adimplet, vt videas efficaciam agendi penes ipſum fuiſſe. illos* (reprobos) *miniſterium tantum præbuiſſe.* Denique, *permiſſione* quidem Dei omnia in mundo mala, omnia flagitia perpetrari Catholici ſemper agnouerunt: at Ioannes Caluinus poſtquam in contrariam partem plurima dixit, tandem quaſi hanc illorum opinionem penitus confutaſſet, *iam* (inquit) *oſtendi*, idque *apertè*, *Deum vocari eorum omnium ſcelerum authorem, quæ iſti volunt otioſo eius permiſſu contingere.* Et quid iam euidétius eſt, quàm à Ioanne Caluino Deum ſtatui omnium flagitiorum authorem, quando tam expreſſè & enucleatè ſcribit, ſeque ex ſcripturis *apertè* oſtendiſſe gloriatur Deum eſſe vocarique *eorum authorem*, quæ alij dicunt *eius permiſſu* fieri? Ergo Libertiniſmus faciens Deum peccati authorem, ex eoque illa nectens corollaria quæ recenſuit Michæas, naturalis eſt Caluiniſmi fœtus: & Libertini (quicquid contra cauillatur Ioannes Caluinus) in ſuis illis plus quam beluinis opinionibus perfecti ſunt Caluiniſtæ, qui in hoc Euangelij Libertinici capite Magiſtri & Apoſtoli ſui Caluini veſtigia & diſciplinam exactè ſequuntur. SAMVEL. Et tamen Ioannes Caluinus varijs modis hanc à ſe opinionem remouet: imò ſæpiſſimè negat ſe velle Deum facere peccati authorem, & calumniatores vocat qui hoc ei aſcribunt. LVDOVICVS. Eo eſt magis cõſpuenda hominis impudentiſſimi frons, qui ita negat ſe facere quod facit luculentiſſimè, immò quod clariſſimè & verbo docet, & argumento probat. Nam & Deum vocat *authorem eorum omnium*, quæ alij volunt eius duntaxat permiſſu contingere: & cum in effectione peccati, maiorem operationem & efficientiam tribuat Deo, quã vel Diabolo, vel homini, *penes quos eſt tantum miniſterium exequendi ea, quorum Deus præcipuus & efficaciſſimus author* (vt ex 3. & 8. propoſitionibus proximè notatis conſtat) vel peccati nullus omnino eſt author, vel primarius & principalis illius author

eſt De-

eſt Deus. Sed oſtende varios illos modos & diſtinctiones, vel
ſi quę habes adiumēta alia, quibus Caluinus hanc à ſe calumniam propulſat, vel quibus tu loco Caluini eandem potes repellere. Collige autem quæ tibi videntur grauiora, leuia & minuta reijce. S A M V E L. Duo ſunt vel ad ſummum tria, quæ mihi videntur alicuius ponderis. Primum eſt, fines actionum earum quæ ſunt peccata, & à Deo, diabolo, hominéque procedunt, eſſe diuerſos: Deum verò ſemper ad bonum finem dirigere ea quæ per hominem facit, & quæ ſunt in hominibus peccata. Sed vtar ipſius Caluini verbis, vt ſi fortia ſint ad refutandos calumniatores, Caluinus ſua fruatur gloria & victoria; ſin verò eam vim non habeant, penes ipſum Caluinum reſideat huius quæſtionis defendendæ moles. Sic ergo ille contra Libertinos. Quod *Libertini non tantùm cælum cum terra,* *Calu. contra Libertinos c. 14*
ſed Deum cum diabolo confundunt, inde accidit, quod exceptiones duas valdè neceſſarias non aduertunt. Prior eſt, Satanam & iniquos non ſic eſſe inſtrumenta Dei, quin ipſi etiam ſuas agant partes. Neque enim Deus operatus per hominem iniquum, vt per lapidem vel truncum, ſed vt per creaturam rationis participem, *Prima Caluini diſtinctio.*
ſecundum natura quam ei dedit qualitatem. Sic ergo Deus per creaturas operatur, vt etiam impij ſua ex parte operentur. Hæc exceptio oſtendit, quæcunque ſit Dei in hominibus impijs actio, impios iuſtè plecti ob peccata, quæ *ipſi ſua voluntate admittunt.* Altera exceptio eſt, *magnum eſſe differentiam inter opus Dei & opus impij, cum eo Deus vice inſtrumenti vtitur. Impius enim ſua auaritia, aut ambitione, aut inuidia, aut crudelitate incitatur ad facinus ſuum, nec alium finem ſpectat. Ideo ex radice illa, id eſt, ex animi affectione, & fine quem ſpectat, opus qualitatem ſumit, & malum meritò iudicatur. Sed Deus reſpectum omnino contrarium habet, nempè vt iuſtitiam ſuam exerceat ad conſeruandos bonos, gratia & bonitate ſua vtatur erga fideles, malè autē meritos caſtiget. Sic in hiſtoria Iobi, Domini conſilium eſt ſerui ſui patientiam exercere. Satan molitur eum ad deſperationem adigere: Chaldæi extra aliena præter ius & fas lucrum quærunt. En quo pacto inter Deum, & hominem, & diabolum diſcernendum, &c.* Alibi tertiam ponit expoſitionem, *Calu. ibid. & Inſtitu. lib. 2. ca. 4. §. 2. Secunda.*
quæ neſcio an harum præcedentium alterutra quicquam ſit improbabilior. Obijciens enim ſibi ipſi: *Si in homicidijs, in furtis, in adulterijs Dei voluntas intercedat, ſi Dei voluntati ſeruiunt huiuſmodi omnes, quare punientur?* Reſpondet, *Sed eos Dei voluntati ſeruire nego. Paret ille Deo, qui de voluntate eius edoctus eò contendit, quò ab ea vocatur. Vnde autē edocemur niſi ex* *Calu. Inſtit. libr. 1. cap. 17. §. 5. Tertia. Quarta. .. §. 2.*

eius

eius verbo. Proinde in rebus agendis ea eſt nobis perſpicienda Dei voluntas, non abſcondita, ſed patefacta, quam verbo ſuo declarat. id requirit vnum Deus à nobis, quod nobis præcipit. At niſi vellet (nos facere) *non faceremus. Fateor. Sed an facimus mala in hunc finem, vt ei obſequium præſtemus?* Hæc ſunt quæ notaui in Caluino maximè commoda ad declinandam huius dicti inuidiam, quod Deus ſit cauſa & author peccati: ſaltē mihi iam ad memoriam quæ poſſum reuocanti alia non occurrunt. LVDOVICVS. Atqui hæc ad leniendam Atheiſmi Caluiniani atrocitatem nihil omnino faciunt: quin potius duplicant, quia palam declarant Caluinum in eo fuiſſe præfractum & pertinacem. Nam primò, dum luculenter ponit homines *iniquos eſſe inſtrumenta Dei*, dum peccent, Deum *per eos operari*, nonne perſpicuè fatetur Deum eſſe ſcelerum in eis authorem, effectorem, operatorem? Agunt quidem homines impij voluntate ſua, arbitrio ſuo: ſed arbitrium illud, illam voluntatem ad omnia flagitia inſpirat illis Deus. Ita quanquam actionis eius ipſi cauſæ & authores ſunt inferiores & ſecundarij, tamē cauſa prima & potentiſſima eſt Deus, qui etiam voluntates in malum flectit, deſtinat & impellit. Contemplare hoc in rebus naturalibus, vel etiam moralibus. Arbores omnes & ſata habent hanc naturam, vt fructus ſuos pariant: ſed quia ſuperior cauſa ſimul requiritur, elementorum diſpoſitio, conuerſio cęlorum, motus & calor ſolis, ſine quo arbores omnes, vt in hyeme, ſterileſcerent, nec terra quicquam ad maturitatem perduceret: idcirco illis cauſis primis & vniuerſalibus magis quā his particularibus & proximis, rerum naturalium productiones aſcribimus. In Rebuſp. vbi agentes ſunt liberi, motuque feruntur non naturali, ſed voluntario, maior eſt cum noſtra materia ſimilitudo. In Anglia veſtra, ſingularum ciuitatum & prouinciarum iudices authoritatem habent ſuſpendendi, torquendi, in partes diſcerpendi Catholicos Sacerdotes: illique libera ſua voluntate & poteſtate plurimos tales viros innocentiſſimos memoria noſtra trucidarunt: Regina interim in palatio ſuo moratur: eorum tribunalibus non adeſt, neque de ſingulorum martyrum capitibus ſententiam dicit. Tamen quia illa cauſa eſt vniuerſalis, quanquam remota talium interfectionum (iudices enim legibus ab illa latis eas lanienas exercent, eius authoritate iudicant, eius nomine Sacerdotes illos addicunt ſuſpendio & carnificinæ reliquę, denique eius nomē, poteſtas, authoritas coniungitur cum particularibus ſingulorum iudicum ſententijs:) non dubium eſt, quin illa ſit

Digitized by Google

la ſit potior cauſa illatum cædium, quam aliquis particularis iudex quicunque. Refer iſta ad argumentum noſtrum. Nonne Deus eſt actionum humanarum peſſimarum cauſa, quanquam Caluino remota, id eſt, generalis, tamen efficaciſſima & verè proxima, quia in ſingulorum hominum cordibus & ſingulis actionibus, proximè & ſimul cum humana voluntate coniunctiſſimè operatur? Ioannes Caluinus centies confitetur, *ſummam & præcipuam omnium cauſam eſſe Dei voluntatem: & hoc minime dubium eſt.* Rurſus: *Omnium prima cauſa eſt Dei voluntas. Nec obliuione tegenda eſt illa, quam poſui cauſarum diuerſitas, quod alia eſt propinqua* (voluntas hominis) *alia autem remota cauſa, voluntas Dei.* iterum. *Summam omnium quæ in mundo aguntur, cauſam eſſe prædico Dei voluntatem. Idem prædicarunt ante me Bucerus ac Lutherus.* Deinde: *Si Dei voluntas ſumma eſt vel remota indurationis cauſa homo ipſe ſibi cor indurans proprior cauſa eſt.* Præterea: *& vniuerſalis eſt Dei motio, vnde creaturæ omnes vt ſuſtinentur, ita efficaciam quiduis agendi ducunt, & eſt ſpecialis Dei actio quæ in vnoquoque facinore apparet, qua Deus & concilia impiorum deſtinat quo viſum eſt, & voluntates excitat, & conatus firmat.* Denique: *Omnipotentiã ſibi vendicat, & à nobis deferri vult Deus, non inanem & otioſam, ſed vigilem, efficacem, operoſam, & quæ in continuo actu verſetur: non quæ generale tantum ſit principium confuſi motus, ſed quæ ad particulares & ſingulos motus intenta ſit, & ſic omnia moderatur, vt nihil accidat niſi eius conſilio, deliberata voluntate, ordinatione, deſtinatione, potentia, mandato, vt penes Deum, non hominem ſit humanarum viarum arbitrium, &c. Vt in communi,* Dei atque hominis *opere, propter quod homo iuſtè damnatur, Deus opus illud per hominem agat: agat* (inquam) *non permittendo ſed volendo & verè faciendo.* Etſi ergo concedit Caluinus homines peccare voluntate ſua, & hanc eſſe proximam peccati cauſam: tamen quia ſimul in peccati actione facit voluntatẽ Dei cauſam ſuperiorem, efficaciorem, potentiorem, & voluntatis illius humanæ in quouis particulari peccato verã cauſam, illa Caluini exceptio prima non ſemouet Deum à peccati in homine effectione, ſed contra probat Deum potiorem eſſe authorem quam hominem. Nam quemadmodum in iſtiuſmodi omnibus, vbi Deus operans cũ inſtrumentis eius voluntati ſeruientibus concurrit, vtraque quidem coniunctè opus efficiunt, ſed propter excellentem efficaciam à Deo manantem, illi magis quam alteri opus ipſum attribuitur: Deus magis nobis ſubminiſtrat ſemen, fruges,

Caluin. de æterna Dei prædeſtinat. pagin. 1002. pag. 1003. Ibid. Reſponſio ad nebulonis calumnias, pag. 1006. 1026

Caluin. Inſtit. libr. 2. ca. 4. §. 1. 2. Ibid. libr. 1. c. 16 § 3. 4.

Ibi. § 6.

Ibi. cap. 18. § 1.

2. Corinth. 9. 10.

vitæ neceſſaria, quam colonus, quam lanio, quam piſcator? Deus magis Rempub. Chriſtianam gubernat quam Princeps vel optimus: Deus omnibus hominibus magis dat eſſe quàm pater vel mater, imò comparatione facta ad primam illam & potentiſſimam cauſam, effectus ſæpenumero in ſcripturis negatur cauſis inferioribus & ſecundis: nō aliter ſi in homine ad peccatum patrandum Dei voluntas intercedat, eiq; vt inſtrumentum quanquam pro naturæ ſuæ qualitate liberum ſeruiat voluntas humana, cauſa, effectio, operatio peccati magis ad Deum, quam ad hominem reuocabitur. Quamuis ergo homines liberè agant, tamen quamdiu hæc libera & humana actio à ſuperiore illa cauſa fluit, illam eſſe peccati cauſam, hæc exceptio nō negat, ſed confirmat, & deinde ſequitur ex ea hominem peccantem iuſte non plecti, quia etſi voluntatem quidem ſequitur & appetitum ſuum, tamen non aliter ſequitur, quā quatenus illa voluntas & appetitus à Deo mouetur, quod magis præmium meretur quam pœnam. Nec altera illa exceptio à diuerſis finibus ſumpta Deum à peccati efficientia liberat. Nam contra Dei legem eſt, vt mala fiant (etiamſi permitti poſſunt) propter bonos fines. Quis enim dicat fas eſſe latrocinari, vt ſubuenias pauperibus, ſcortari, vt generes filios, per quos Reſpub. defendatur, vel honoretur Deus? negare fidem Chriſti ad tribunal hæreticorum, profiteri Alcoranum coram magiſtratu Turcico, vt deinceps ſecurius inter hæreticos vel Turcas agens, hos vel illos religionem Chriſti doceas? neque vero ſemper iſti diuerſi fines, qui in hiſtoria Iobi à Deo, & Satana, & Chaldæis diuerſa intentione afflicti, & alijs nonnullis apparent, in omnibus flagitijs reperiuntur. In Sodomæ enim & Gomorrhæ fœdiſſimis libidinibus, in idololatrijs, in periurijs, in blaſphemijs, vt hæc admittantur, quæ fingi poteſt cauſa, finis, intentio probabilis? Et tamen in horum perpetratione non minùs quam in afflictione Iobi, Caluino iudice, partes Dei ſunt potiores, *penes quem eſt agendi efficacia, penes homines miniſterium duntaxat.* At homines impij quando in ſcelera ſibi placentia ruunt, ſequuntur voluntatem ſuam, non Dei, neque de eius voluntate exequenda, ſed de ſuis cupiditatibus explendis cogitant. Hoc reſponſum Caluinus in pleriſque locis magnificè crepat, & eo omnem doctrinæ ſuæ abſurditatem ſapientiſſimè abſterſam exiſtimat. *Sic enim* (inquit) *impij in ſuis intus conſcientijs ſentiunt iuſtam damnationis ſuæ cauſam, vt non poſſint ad Dei in ipſis operantis patrocinium confugere.* Sed hoc quoque non minùs eſt quam reliqua friuolum

Matth. 23. 9.
2. Mach. 7. 22.
Rom. 3. b.

& impium. Nam quod impij in ſuis impietatibus, non cogitauerunt facere voluntatem Dei qui ad eas impietates concitabat, cauſa erat ignorantia: quia nimirum de tali Euangelij noui ſenſu nunquam fuerant edocti, nunquam aliquid acceperant, nunquam cogitauerant, non putabant Deum optimum voluiſſe peccata eorum, aut illis vti tanquam ſuis inſtrumentis ad ſcelera committenda. Hæc autem ignorantia quū non fuerit affectata, immò cum hactenus fuerit planè inuincibilis, excuſat à peccato ſaltem grauiore iuxta ipſius Saluatoris doctrinam. Quoniam autem etſi Deo parere non cogita- [*Ioan. 15. d.*]
uerint per ignorantiam, tamen reuera & actu Deo paruerunt per operis efficientiam, hæc realis, verax, & actiua operatio voluntatem Dei omnipotentis exequens plus valet ad eos à peccato liberandos, (quia verè paruerunt voluntati illi, quæ eſt æterna & immutabilis æquitatis & iuſtitiæ regula) quam ad eos damnandos ignorantia, non ea quidem poſitiua, ſed merè priuatiua, per quam de voluntate ſua voluntati diuinæ conformanda non cogitarunt, quia voluntatem diuinam cum humana in flagitijs patrandis concurrere, & hanc ab illa moueri, incitari, deſtinari, impelli nunquam arbitrabantur, quia nunquam ita didicerant. Etſi literæ ſacræ dicunt illum Filium Patris ſui *voluntatem feciſſe*, qui à Patre miſſus in vine- [*Matth. 21.*]
am ire, primo recuſauit, & ſe *nolle* reſpondit, poſtea tamen iuit: quanto magis iſti dicendi ſunt feciſſe voluntatem DEI, quam verè quidem & ſemper præſtiterunt, neque vnquam ſe nolle dixerunt, ſed cum ita præſtarent, tamen ne id explicatè ſcirent, & ſibi proponerent, ineuitabili inſcientia prohibebantur? Adde quod hæc ignorantiæ excuſatio iam penitus ſublata eſt. Poſtquam enim Caluiniani Euangelij ſplendor ſuorum filiorum oculis illuxit, & deterſit illis Papiſticæ ignorantiæ tenebras, iam omnes ſciunt & profitentur ſe Dei voluntate peccare, profitentur ſe *facere mala in hunc finem, vt Deo obſequium præbeant*; iam omnes hoc habeant inter certa fidei ſuæ capita: & vt ex millibus Libertinorum hoc vbiq; prædicantium, ſcribentium, imprimentium, ad mortem vſq; defendentium patet, norunt & profitentur ſe inprimis Dei voluntatem ſequi, vbi quiduis aliorum opinione turpiſſimum admittunt. Deum enim *eſſe authorem omnium, Deum eſſe* [*Caluin. Inſtruct. contra Libertinos. c. 13.*]
qui in ipſis, vt inſtrumentis ſuis, ſed ratione præditis (ſunt enim homines) *agat. Quod enim nos facimus, id* (inquiunt) *Deus facit: Concupiuit quis vxorem proximi ſui, ea potiatur ſi poteſt, certo enim ſcit ſe nihil à voluntate Dei alienum facere.*

Audacter arripiat vel vi, vel fraude fortunas proximorum: nihil enim ſuſcipiet niſi Deo volente & probante, & cæt. Ita cum iam prædicant, & vbique vociferentur illuminati Caluiniſtæ depulſa prioris ignorãtię caligine, illa exceptio quod ſciant ſe parere voluntati ſuæ, non autem diuinæ, manifeſtè ſublata eſt, quia manifeſtè falſa eſt. Nam quod addit, Dei voluntatem ſequendam eam, quæ in verbo eius ſcripto exprimitur, hoc non minùs quam reliqua eſt futile & ſceleratum. Primum enim omnes qui ante Moyſen extiterunt, hac ratione à peccatis ſuis excuſantur. Eo enim toto tempore quia ſcriptum Dei verbum voluntatem Dei declarans non extabat, non tenebantur homines eò reſpicere, ſed liberè abſque freno poterãt ſuis cupiditatibus indulgere. Deinde poſtquam à Moyſe lex ſcripta eſt, in eaque declarata voluntas Dei, hæc Dei voluntas voluntati priori in creaturis ſuis à mundo condito, & vſque ad eundem finiendum agenti, conſentanea erat, vel contraria. Si cõſentanea, ergo voluntas ea declarata nihil quicquam impedit liberrimas peccatorũ actiones: ſi contraria, quis credat Moyſi, aut mortalium alicui, vel etiam immortalium Angelorum, ſi in ſcriptum conferat, quod æternæ Dei voluntati fatetur eſſe repugnans? Sic enim vel duas in Deo contrarias ponit voluntates, vel ſeipſum nefarium impoſtorem, & diuinæ bonitatis & vnicæ voluntatis corruptorem probat. Quinimo ſi hæ duæ ſunt contrariæ, quanto æquius eſt voluntatem in libris quibuſdam comprehenſam, & paucis hominibus (Caluinianæ Chriſtianis) notam, credere voluntati alteri in omni hominum genere ab Adamo vſque ad vltimum in mundo futurum, in omnib. per quatuor orbis plagas nationibus, in Chriſtianis, Iudæis, infidelibus, Barbaris, & non Barbaris ſeſe exerenti. Quid quod hæc declarata & verbo Dei patefacta voluntas à priore illa nihil omnino diſcrepat. Vnde enim Caluinus niſi ex verbo Dei haurit ſuam hanc Theologiam, *Deum velle peccatum*, cum homines inflectere, inclinare, cogere, compellere ad peccatum? Nonne ex verbo Dei, plurimis verbi eius ſententijs citatis iſta omnia docet, inculcat, confirmat? Aut ergo Caluinus verbi Dei deprauator eſt planè diabolicus, aut verbum Dei, & in eo patefacta Dei voluntas non minùs peccatum vult, quam illa altera voluntas ſecreta & abſcondita. Ita iſti omnes frigidi cauilli non expediunt Caluinum, ſed magis conſtringunt, & fortius probant eum nunquam ſententiam ſuam de Deo peccati autore reuocaſſe, vt ſimulabat Michæas. Ad quod euidentiſſimè conuincendum quam quærimus

rimus pleniorem demonſtrationem quam huius Euangelicæ inter fratres reformatos litis, hiſtoricam narrationem? Viuente Caluino hæc doctrina per eum ſata innumerabiles contra eum commouit non ſolùm Catholicos, ſed Proteſtantes etiam, Lutheranos, Zuinglianos, ipſos quoque Caluiniſtas. Inter alios Caſtellio, homo ad mortem vſque Caluiniſta, & Caluino in vario doctrinę genere vel par, vel etiam ſuperior, in Eccleſijs certè Caluinianis ſummę exiſtimationis, peramicè ſcripſit ea de re ad Caluinum. Sic enim exorditur admonitionem ſuam: *Habet omnino tua doctrina fautores multos Ioannes Caluine vir penè toti mundo celeberrime, ſed habet etiam eadem aduerſarios multos. Ego qui cupio vnam eſſe doctrinam, ſicut eſt vna veritas, & omnes in eandem conſentire ſi fieri poteſt, putaui te admonendum eſſe familiariter de iis, quæ contra tuam doctrinam de prædeſtinatione dictitantur: vt ſi falſa ſint refutes, & ad nos refutationem mittas, quo poſſimus aduerſus eos conſiſtere, &c.* Deinceps propoſitiones 14. ex libris eius colligit, directè & planè hoc quod dicimus de Deo peccati authore aſtruẽtes, quas adiectis argumentis ex communi plurimorum Euangelicorum ſenſu verboque Dei petitis refutat. Quid contra Caluinus? homo ad miraculum vſque ſuperbus & arrogans, quaſi peccatum eſſet atrociſſimum, *in cælum clamans*, eius doctrinam vel extremo digito attingere, ſtatim libellum emittit, quem inſcribit: *Breuis reſponſio ad diluendas nebulonis cuiuſdam calumnias, quibus doctrinam de æterna Dei prædeſtinatione fœdare conatus eſt.* Et quænam eſt prima ſententia ſuperiori illi Caſtellionis præfationi oppoſita? Audi: *Multos doctrinæ meæ eſſe aduerſarios neque ignoro, neque miror: quia nouum non eſt Chriſto, ſub cuius auſpicijs* (inſignis Dux) *milito, multos blaterones obſtrepere. Hoc tantum nomine doleo, quod per latus meum configatur ſacra illa & æterna Dei veritas, quam reuerenter à toto mundo ſuſpici adorarique decebat.* O magnificum Thraſonem, vel potius Luciferum alterum! Turpiſſimum illud ſuum, & ter quaterque deteſtabile inuentum, de Deo peccati effectore, quod ipſius confeſſione Deum transformat in Satanã, appellari *æternam Dei veritatem à toto mundo ſuſpiciendam & adorandam?* Quid verò mirum, ſi alia minus nefanda decreta ſua armis & rebellionibus ſuaſerit orbi Chriſtiano, & Galliæ inprimis inferenda, qui hunc Sataniſmum vocat *æternam Dei veritatem*, quam totus mundus debeat adorare? Cæterùm hanc *æternam Dei veritatem* quibus modis tuetur? Num credibile eſt vel poſſe eum probare, quod tam & naturæ humanę

Caſtellio ad Caluin. de prædeſtinatione initio.

odioſum erat, & naturæ diuinæ contrarium? Aut velle Caluinicum hominem ſui ipſius admiratione (ſi quis vnquam) inflatum & turgidum, reuocare quod toties docuerat? aut verò medium aliquod cōminiſci potuit, quo ſimularet ſe tam portētoſum delirium horrere, cum interim iuxta antiqua ſua placita illud ipſum fortiter aſſereret? Ita verò hæc ei ſtultiſſima ſophiſticè maximè placuit. Ideo poſtquam Caſtellionem quaſi toruitate aſpectus & verborum maledicentia protelaſſet, vocans *nebulonem canina improbitatis, cuius intolerabilis erat latratus, qui tot* Caluini *labores cæco imprudentiæ impetu calcans, ter & quater actum agere iubebat*: ac ſi difficultates illas iterum atque iterum dextrimè explicuiſſet, & tamen Caſtellionem & *ingenij prauitas, & rixandi libido, & diabolicus faſtus ita excæcabat, vt nihil cerneret in meridie: vt nec alij impuri nebulones eius ſimiles*: Poſtquam hoc poſito futuræ diſputationis principio, criſtas deinceps paulò altius erexiſſet, & libellos quoſdam ſuos de hoc argumento æditos laudaſſet, nominatim illum contra Libertinos, *vbi quam dextre* (inquit) *refutauerim Libertinos*, Deum authorem peccati aſſerentes, *non iacto*; ac ſi tropheum de illis honorificentiſſimum retuliſſet iſte Scipio, non Africanus, ſed verè Libertinus (ita enim Libertinos illos refutat, vt ipſum Libertiniſmi fundamentum Deum omnia in hominibus ipſa etiam peccata operari planè cōcedat) cum rem ipſam aggreditur, ſic in ſingulis ferè paginis reuocat quod in Inſtitutionibus præfractè ſtatuit Deum *eſſe & vocari peccati authorem*, Deum eſſe eorum omnium ſcelerum *authorem, quæ Papiſtæ otioſo eius permiſſu volunt contingere, &c.* Vt tamen Deum, quem peccati authorem deinceps nominari non vult, eundem clarè, manifeſtè, verè, & expreſsè eius quod eſt in homine peccatum, authorem & effectorem concludat; tanta quidem ſtupiditate planè belluina, vt fortaſſe nemo mediocriter eruditus putaret hominem illum tantò faſtu alios tanquam canes deſpicientem, tam multa pollicentem, libros ſuos dextre de hac ipſa materia ſcriptos tam putidè iactantem, adeò ſtolide, pueriliter, & ſibi ipſi repugnanter (quod eſt ei crebertimum) diſputare potuiſſe. Ecce enim eius reſponſionis ſummam, quemadmodum eſt ab ipſo collecta, *Homines cum furtum, homicidium, adulterium, idololatriā perpetrant, ideo peccant quia ſunt fures, homicidæ, adulteri, idololatræ. In furto & homicidio, &c. ſceleratum eſt conſilium; Deus qui illorū malitia vtitur, ſuperiore in gradu locandus eſt. Longè enim aliud ſpectat, quia alterum vult caſtigare, alterius exercere patientiam:*

Caluin. de æterna Dei prouidentia, p.

Pag. 1022.

Ibi. pagin. 1022. reſponſ. ad Propoſ. 6.

Digitized by Google

tientiam: atque ita nunquam à natura ſua, hoc eſt, perfecta recti-tudine deflectit. Hoc paulò poſt exponit clarius: *Quod*, (inquit) *cædibus adulterijs, rapinis, fraudibus ſe contaminant impij, doceo eſſe ex propria eorum malitia. Deum tamẽ qui lucem elicit ex tenebris arcano ſuo & incomprehenſibili iudicio, ita intus ipſos regere, vt per eorum malitiam iuſta ſua iudicia exequatur. Radix malitiæ eſt intus in corde impiorum, nec alibi quærenda eſt culpa; & tamẽ Deus prauas eorum voluntates quo viſum eſt flectendo, malis benè vtitur.* Hic ſi conſiſteret Caluinus, iſta verba Chriſtianum habent ſenſum, & ex eis verè infertur Deum non eſſe peccati authorem, qui vtitur tantum homicidarum & furum malitia ad homines caſtigandos, vel exercendam ſuorum patientiam. Cum verò adijcit ideo *Deum non eſſe peccati authorem, quia maleficium à fine & conſilio, quo quiſque tendit, æſtimatur*, quum, *voluntatem hominis malam*, quam rectè vocat peccati cauſam, mox iterum atq; iterum contendit à Deo fieri in homine; confirmat fortiſſimè Deum magis propriè eſſe peccati authorem, quam vel hominem, vel Satanam, vt modo declaratum eſt. Nam crambem illam de diuerſis finibus, & conſilijs, ex quibus vult peccata æſtimari, etſi antea refutauimus, tamen quia Caluino mirificè placet, & in ea ponit ſummam defenſionis ſuæ, nec eam continenter ceſſat ingerere, quam ſtulta & ſtupida ſit, vel ex eo licet aduertere, quod non minùs diabolũ quam Deum à peccati effectione excuſat. *Homines* (inquit Caluinus) *cùm furtum homicidium, adulterium perpetrant, ideo peccant quia ſunt fures, homicidæ, adulteri. In homine peccatum facit ambitio, vel auaritia, vel libido, &c. At in Deo nihil reperies tale*, nec in diabolo quidem. Diabolus enim aliorum bona non ſurripit, non concumbit cum vxoribus, non iugulat viatores, non eſt auarus, non libidinoſus, quia hæc omnia ſunt vitia naturæ humanæ & corporeæ: in Angelos & ſpiritus corporum expertes non magis conueniunt, quã ebrietates, comeſſationes & reliqua carnis peccata. Expreſſè verò fatetur Ioannes Caluinus iterum atque iterum *velle Deum atque diabolum*; verbi gratia, hominem adulterium committere, *ſed non eodem modo*. At qui quocunque modo vult adulterium committi, nonne vult omni modo diuinæ legis tranſgreſſionem? quod eſt directè velle peccatum? Certè ſi peccatum ſit omnis diuinæ legis præuaricatio, omne concupitum, dictum vel factum contra legem Dei, vt eſt omnium Chriſtianorum fides, & ſacrarum literarum doctrina, ergo Deus hanc volens præuaricationem, has cupiditates

Ibi pag. 1027.

Ibi

De æterna Dei prædeſtinat. pag. 1003.

Galat. 5.

Idem Ibid. pag. 1007. & 1005.

hominibus inſpirans, ad huiuſmodi dicta vel facta homines impellens, vult peccatum, & ad peccatum homines impellit? & ſtultiſſima eſt ſophiſticè in illa altera materiæ circa quā quędam peccata verſantur fruitione peccatum quærere, quod ipſos diabolos peccati effectione liberat. Eiuſdem ſapientiæ eſt, quod blaterat ſibi *nunquam veniſſe in mentem, vt illaquearet Deum aliqua culpa: ſe teſtari Deum ab omni culpæ ſocietate eſſe remotiſſimum, &c.* Quaſi de eo diſputetur, an Deus in alijs peccata operando ipſe culpam aliquam conciſcat, aut incurrat reatum: quo de alij doctiſſimi viri egregiè ſcripſerunt, & firmioribus argumentis hoc ex Caluini doctrina ſequi probant, quam omnes Caluiniſtæ, & Libertini, & Anabaptiſtæ in vnum conſpirantes poſſunt diſſoluere. Sed quæſtio hic agitatur, an eius quod eſt in homine peccatum, & propter quod homo à Deo iuſtiſſimam damnationis æternæ ſententiam accepturus eſt, à Deo volente, mouente, impellente, & efficiente fiat. Et hoc quidem dicimus eſſe Caluini dogma perpetuum. Quare alijs nugis & quiſquilijs omiſſis, quod Caluinus non quidem priorem doctrinam condemnet & abiudicet, vt amicè concedere videbatur Michæas, ſed confidentius prædicet & vrgeat, ex plurimis iiſque clariſſimis locis vbique occurrentibus eſt euidens. Maximè quod pleraſque omnes propoſitiones à Caſtellione obiectas, totidem verbis agnoſcat eſſe ſuas, & profitetur eſſe veriſſimas: Exempli gratia. *Deus creauit & prædeſtinauit ad damnationem, voluitquę & ordinauit vt Adamus laberetur.* Reſpondet Caluinus: *hanc eſſe meam doctrinam agnoſco: non ſolo Dei permiſſu, ſed arcano etiam conſilio lapſum fuiſſe Adamum, omneſquę poſteros ſuo lapſu in æternum interitum traxiſſe.* Et rurſus. *Etſi ſe & ſuos perdidit Adam: corruptionem tamen & reatum arcano Dei iudicio aſcribere neceſſe eſt. Quia nihil ad nos vnius hominis culpa, niſi nos cæleſtis iudex æterno exitio addiceret. Fateor me ſcripſiſſe Adæ lapſum fuiſſe occulto Dei iudicio ordinatum: & incredulitas Adæ poſterorum Deo inuito non contigit, ſed potius eo authore.* Deinde. *Peccata non ſolùm permiſſione, verum etiam voluntate Dei committuntur. Nam inter Dei permiſſionem & voluntatem diſcrimen aſſignare friuolum eſt.* Reſpondens Caluinus acerrimè hoc verum eſſe confirmat. *Quid?* inquit ſtomachosè: *vbi Deus Satanam miniſtrum ſuæ vindictæ accerſit, & dat apertum fallēdi mandatum, an hoc nihil differt à ſolo permiſſu?* Differt quidem, ſed non minùs differt à vera actione & operatione, vt antea declaratum eſt. Pergit Caluinus. *Neq; quiſquam ſanæ mentis il-*

Pag. 1006. 1007.

Bellarminus Tomo 3. lib. 2. De amiſſio. gratia & ſtatu peccati ca. 4. 5. 6.

1. & 2. Propoſitio.

3. Propoſ.

Digitized by Google

tis iudicem in pœnis exigendis nihil agere dicat, vel otioſum permittere alijs quod eius officij proprium erat. Si ergo eadem ſit ratio Dei & Sathanæ in homine decipiendo, quæ iudicis & carnificis in homine plectendo, quum Caluino teſte plectendi nocentem *officium magis proprium ſit iudicis* quam carnificis, pari modo efficacior & potentior erit operatio Dei iudicis quam diaboli carnificis in homine decipiendo: quod apud Caluinum non eſt nouum aut rarum, ſed valdè frequens & vulgare. Præterea vrget Caluinus *Quia Dauid clam aliena vxore abuſus fuerat, pronunciat Deus ſe facturum, vt eius vxores ad probrum ſimile palam in ſolis conſpectu trahantur. Non dicit, patiar fieri ſed faciam. Scire velim, an idem ſit facere quod permittere?* Equidem ſi omnium antiquorum ſententiæ acquieſcere velit Caluinus, reſpõſio in promptu eſt, vbi agitur de peccati alicuius, alicuius flagitij aut impietatis cauſa, quæ ad Deũ refertur, tum *facere* in literis ſacris idem eſſe quod permittere. Sic verba ea, *tradidit Deus homines in reprobum ſenſum: in fœdas cupiditates*, &c. Exponunt DD. Baſilius, Chryſoſtomus, Cyrillus, Theodoretus, Cyprianus, Auguſtinus, Ambroſius, Hieronymus, Græci, Latinique Patres nemine excepto omnes. Sic plerique ex nouis Lutheranicis Euangeliſtis; imò in proxima hoc ipſum Scriptura eſſe admodum vſitatum tradit Caluinus: *Quaſi verò* (inquit) *non conſtet inter omnes, Deum ſimilibus loquendi formis interdum iubere, interdum concedere,* (id eſt, permittere) *Dicit in lege, ſex diebus operaberis, conceſſio eſt* vel permiſſio, *non præceptum. Nam ſeptimum quemq; diem ſibi cõſecrans, reliquos hominibus liberos facit.* Non eſt ergo adeo nouum & peregrinum vt dicamus, (maximè vbi de peccatis agitur) *facere* ex parte Dei non eſſe reuera *peccatum facere*, ſed permittere, quãdo *conſtat inter omnes* hanc loquendi formam eſſe Deo valdè familiarem. Proximè. *Omnia quæ à quouis homine perpetrantur facinora, bona ſunt iuſtaq; Dei opera.* Hic Caluinus queritur illum ſuum fratrem eſſe *falſarium, qui quod à Caluino aliter dictum fuerat, mutatis verbis malignè ad inuidiam torquet.* Fatetur quidem Caluinus, ea *quæ ſunt ab hominibus ſceleratè facta, eſſe opera Dei, & Deum eſſe eorum authorem ſed abſque peccati nota.* Quaſi Caſtellio dixerat Deum ita operando *peccare.* At ſi peccata *ſunt opera Dei, bona autem & iuſta* non ſint, quid efficitur niſi opera Dei eſſe mala & iniuſta? & tum quomodo ſtabit *Deum eſſe eorum authorem, ſed abſque peccati nota? Niſi fortè in operibus malis & iniuſtis nulla ſit peccati nota.* Deinceps. *Nullum adulterium, furtum, homicidium*

Pag. 1018.

Pag. 1019.

4. Propoſ.

Propoſ. 5. & 6.

committitur, quin Dei voluntas intercedit. Et: *maleficia deſignantur Deo non ſolum volente, ſed authore.* His quid reſpondeat Caluinus, ſuperius expoſitum eſt. Sed quia pleniorem reſponſionem iubet peti ex fine libri ſui de prædeſtinatione; *vbi de prouidentia diſputat,* illinc ſumemus, quæ his propoſitionibus vberius explanandis inſeruiant. Illinc, *hoc* (inquit Caluinus) *principium ſumo. 1. Quæ perperam & iniuſtè ab hominibus fiunt, eadem recta & iuſta eſſe Dei opera.* Vbi notari abs te velim (Samuel impudentem) Caluini frontem, qui modò propter hanc propoſitionem, quaſi mutatam & inuerſam, Caſtellionem *falſarium* dixerat, quando hîc vides illam propoſitionem totidem verbis à Caluino eſſe poſitam. 2. *Tum memoria tenendum eſt quod ante poſui, vbi Deus per media, & inferiores cauſas virtutem ſuam exerit, non eſſe ab illis ſeparandum.* 3. Illis in rebus, *in quibus interueniunt hominum conſilia, voluntates, ſtudia, conatus, illic regnat Dei prouidentia, non modo ne quid geratur niſi ex eius nutu, ſed etiam ne quid deliberando agitent homines niſi quod ipſe inſpirat.* Quod vbi varijs exemplis excitatis, ſtuporis, cædium & ſimilium illuſtrauit, tandem concludens: *Summa* (inquit) *huc redit: Quamuis homines vt indomitæ beſtiæ, nulliſque vinculis coërcitæ laſciuiant; arcano tamen fræno gubernari, vt ne digitum quidem mouere queant, niſi ad exequẽdum Dei magis quam ſuum opus.* Mox quæſtionem proponit, *agátne Deus in cordibus hominum, huc illuc flectat voluntates ne quid agãt niſi quod ipſe ordinauit? Nec quærimus hic* (inquit) *an pios ſanctosq; affectus in cordibus ſuorum operetur, quia cõtrouerſia caret, ſed an prauos quoque impiorum affectus in poteſtate ſua habeat, flectat huc & illuc vt velint quod per ipſos perficere decreuit.* Reſpondet, in vtroque genere tam in pijs affectibus quam impijs *generaliter verum eſſe, non minus voluntatẽ quam externa opera Dei arbitrio regi. Obduratum ab eo cor Pharaonis dicit Moſes: fruſtra hic ad permiſſionem confugitur* (quo tamen confugiunt Patres & Doctores antiquiſſimi ad vnum omnes quos propterea Caluinus pro ſua Apoſtolica authoritate ſtrenuè contemnit, & *friuolo effugio* vſos ait, *qui in locutionis aſperitate mitiganda dum nimis ſunt anxij, & quoquo modo ſeſe expedire ſtudent, ad rem ipſam minus attenti fuerunt, quaſi Deus feciſſe dicatur, quod fieri tantum paſſus eſt. Clarè enim duritiem illam Dei opus fuiſſe Moſes affirmat,* &c. Nec verò *Satan ideò tantum iræ Dei eſt miniſter, quod animos ad malas cupiditates ſollicitet, ſed quia efficaciter trahat, Deiq; mandato Satan ſuis impoſturis ita reprobos illaqueat, vt ratione priuati in errorë neceſſariò*

Caluin. de æterna Dei prædeſtinatio. pag. 998. Propoſ. 4.

Ibi. p. 999.

Pag. 1000.

Pag. 1009.

Pag. 1001.

Digitized by Google

ſæpiò trahantur. Poſt quæ tam de impijs, quam de pijs concludit: *Perſpicuum eſt, non minus interiores affectus regere Dei manum, quam externis actionibus præeſſe: neq; Deus quæ decreuit, hominum manu perficeret, niſi in eorũ cordibus operaretur ipſum velle, quod operis effectum præcedit.* Deniq; concluſio eius, eſt illa vltima Caſtellionis propoſitio, cuius elucidandæ gratia hæc omnia congeſſimus, videlicet; *quæ mala ſunt, ea ſcriptura Deo non tantum volente ſed etiam authore fieri pronunciat.* Ex quo *Propoſ. 6.* ſequitur 7. Propoſito, quæ mihi erit vltima. Septem enim reliquas omittam vel breuitatis ſtudio, vel quia eiuſdem ſunt generis, vt ex iſtis antegreſſis de reliquis conſequentibus iudicium fieri poſſit. Eſt ergo ſeptima: *Quod homines faciunt dum peccant, ex voluntate Dei faciũt: ſiquidem ſæpiſſimè pugnat Dei voluntas cum præcepto in literis ſacris tradito.* Contra quã *Propoſ. 7.* propoſitionem obijcit Caſtellio, *ex hoc duas contrarias poni in Deo voluntates: quia in literis ſacris vbi exprimitur voluntas Dei, Deus non vult peccatum: & tamen voluntate ſua occulta vult peccatum. Atqui eandem rem ſimul velle & non velle, contraria ſunt.* Hanc propoſitionem, ſuam eſſe, fortiſſimè quidem negat Caluinus, & tamẽ ex omnibus ſuperius deſcriptis quid eſt euidentiùs quam hoc eſſe maximè Caluinianum? An non Deus lege ſua vetat adulterari, & ſe peccata nolle teſtatur? Concedet ſine dubio Caluinus. Et tamen nonne Caluinus diſertè pronunciat *inceſtum Abſolonis*, quando *patris ſui thorum polluit*, fuiſſe opus Dei? Nonne Ioannes Caluinus inculcauit ſæpiſſimè Deum *operari in cordibus hominum affectus tã pios quam impios*, tam cupiditatem adulterandi quam caſtè viuendi, vti iam nunc oſtendimus? An non poſtremò aſſeruit, *iuxta Scripturam peccata non tantum volente, ſed etiam authore Deo fieri*? Ergo Deus voluntate ſimplici, abſoluta & poſitiua (nam permiſſiuam reſpuit Caluinus) vult peccatum: & eadem voluntate, ſi ſacris literis, ipſiq; Caluino credendum ſit, non vult peccatum. Quid quod Caluinus more ſuo, hoc eſt, inconſtantiſſimè, ſibi repugnando fatetur paulò poſt clarè, quod paucis antea lineis clare negauerat? Hæc ſunt eius verba: *Nihil obſtat, quo minus Deus inenarrabili ſuo cõſilio quæ fieri non vult, & facere vetat: fieri velit in diuerſum finem.* Quæ di- *Pag. 1028.* uerſitas finium nihil minuit de contrarietate voluntatũ, quia ſemper conceditur voluntate ſimplici & abſoluta, eum nolle peccatum & velle. Simpliciter enim & abſolutè vult omnes homines rectè viuere, ſuiſq; diuinis legibus obedire: & tamen æquè ſimpliciter & abſolutè vult Pharaonem ſuo [illegible]

obſtinatè

obſtinatè reluctari, ſuam voluntatem & mandatum tranſgredi: eamq́; in Pharaone obſtinationem *Deus fecit, Deus operatus eſt, fuitq́; opus Dei*, vt modo Ioannem Caluinum docentem audiuimus. Paulò antea in reſponſione ad articulum 3. *Deum* (inquit) *ſeuerè prohibere & vetare conſtat quicquid eſt contrarium eius mandatis. Cur autem volens errare ſinat, imò arcano decreto errori addicat quos rectam viam tenere iubet, ſobriæ modeſtiæ eſt neſcire.* Alibi planè & ſyllabatim fatetur ſe *in Deo ponere duplicem voluntatem.* Vbi *D. Auguſtinum & alios pios Doctores* mendaciter in ea blaſphemia ſocios ſibi fingit. Alibi fuſiùs tractans hæc ænigmata, & obijciens, *vnã & ſimplicem nõ fore Dei naturam*, ſi voluntas illi alia tribuitur, quam quæ ab ipſo in lege patefacta eſt, multis exemplis oſtendere laborat ita eſſe: *Mente* (inquit) *captos eſſe oportet, quibus nihil ſignificãt tot Scripturæ teſtimonia, quæ cum admiratione prædicant, quam ſit profunda iudiciorum Dei abyſſus.* Alia nimirum eſt *voluntas Dei abſcondita, alia in verbo ſuo expoſita: & diſtinguere oportet inter profundam illam iuſtitiam & admirabilem quæ humanis mentibus non capitur; & iuſtitiæ regulam quæ regendæ hominum vitæ in lege præſcripta eſt.* Quod *Deus filios Heli patri morigeros eſſe noluit, voluntas illa à legis præcepto differebat, quo iubet filium parentibus obſequentem eſſe.* Mox. *Sicut iam oſtendi idem Deum velle cum ſceleratis & improbis, ſed diuerſo modo: ita nũc tenendum eſt, quæ in ſpeciem diuerſa ſunt, eodem modo eum velle.* Quod vltimum ænigma ſupra quam dici aut fingi poteſt arduum & abſtruſum nec Caluinus (opinor) ipſe capit. Nam quomodo hæc quæ Caluinus propoſuit, non *in ſpeciem* tantum ſed reipſa *diuerſa & pugnantia*: vt aliquem *adulterari & non adulterari, filios Heli patri ſuo morigeros eſſe & rebelles*, Deus *eodem modo velit*, non magis comprehenſibile eſt quam Deum *eodem modo* poſſe velle bonum & malum, rectum & iniquum, ſanctam legis ſuæ obſeruationem, & nefariam eiuſdem legis ſuæ violationem: quod tamen ſi Caluino verum eſt, verum quoque erit homines *eodem modo Dei voluntati* parere, ſiue iuſti ſint, ſiue latrones, ſiue pudici, ſiue adulteri, ſiue fideles Chriſtiani, ſiue Athei, Caluiniſtæ, & Libertini. Sed quia hoc eſt portentoſum & planè impudens, obtrudere auditoribus, quod nec ipſe, nec quiſquam mortalium concipiat, ideò alibi conatur ſeipſum expedire paulò honeſtiùs, & tamen eodem ferè recidit: vbi nimirum hæc ſua inuenta de cõtrarijs in Deo voluntatibus, tanquam mirabilia Angelicis mentibus ſuperiora exaggerans præcipit, vt homines nihil de iſta contradictione

Pag. 1019. 1020.
Pag. 1007. Ibi de æterna Dei prædeſtinat. pag. 1004. 1005. 1028.
Calui. Inſtit. lib. 1. ca. 17. §. 2.

Digitized by Google

ctione inquirant, ſed ſimpliciter tanquã ſtulti arripiant, quod
iſte Gehennenſis Doctor pronunciat eſſe Euangelicum *Stul-*
teſcere nimirum oportet proprioq; ſenſu exinaniri, & Caluini ſen- Pag 1020.
ſu impleri, qui in eius ſchola proficere cupiunt. *Hæc myſteria* 1021 1018.
qui non capiunt, ea reuerenter adorare & admirari debent, &
exclamare, O altitudo. Vbi Caluinus docet *Deum quæ fieri non* Pag. 1023.
vult & facere vetat, ea fieri velle in diuerſum finem. Hic ſi *tu*
obijcias, ſecum Deum pugnare, viciſſim à te quæret Caluinus, *an*
tuum ſit ei legem præſcribere, ne modum tui captum excedat. Cla-
mat Moſes Deo ſua arcana eſſe: in lege verò patefactum eſſe ho-
minibus quod vtile cognitu eſt. Quod perinde ſonat Caluino Pag 1005.
ac ſi diceretur, vnam eſſe Dei voluntatem arcanam ... longe
diuerſam, quæ in lege declaratur. Hac Deum præcipere pie-
tatem & honeſtatem, illa impellere ad impietatem & omnem
turpitudinem, id quod non minùs luculenter docet Petrus
Martyr, qui interpretans Apoſtoli locum 1. Theſſal. 4. *Hæc eſt* Martyr
voluntas Dei ſanctificatio veſtra: ait *iſtum locum & ſimiles in-* comment.
telligi debere de voluntate patefacta in ſcripturis & in lege, non ad Roma.
autem de voluntate Dei arcana & efficaci, ac ſi illa voluntas ar- cap. 9.
cana, qua Deus vult homines eſſe ſceleratos, quam *efficacem* fol. 404.
quoque vocat, eſſet efficacior, plenior, & à Deo magis inten-
ta, quam illa altera, quam nõ efficacem, ſed *patefactam in ſcri-*
pturis dicit, qua Deus vult homines eſſe ſanctos. Quod ſi nec
adhuc iſta concipimus, quia cohærere non poſſunt cum Dei
natura, quę ſumma eſt bonitas, & ſumma ſimul vnitas, occur-
rit huic malo Caluinus panchreſto ſuo medicamento: *Si do-*
ctrinæ huius tam immenſus ſplendor mentis noſtræ aciem per-
ſtringit, quid mirum? Quod ſi nec iſtis omnibus Chriſtiani ho
mines obſtrui ſibi ora patiantur, ſed ſemper inſtent & obijce-
re non ceſſent *duas iſtas in Deo contrarias voluntates: monitos*
(inquit) *volo lectores hoc cauillum non in me, ſed Spiritum ſan-* Calui. In-
ctum torqueri. Hoc vero ſi nihil eſſe aliud, quam nugari & ter- ſtit lib 1.
giuerſari dixeris, adijcit non eſſe quidem duas contrarias in ca. 18. § 3.
Deo voluntates, ſed quum in *ipſo vna ſit & ſimplex, nobis ap-*
paret multiplex, quia pro mentis noſtræ imbecillitate, quo modo
idem diuerſo modo nolit fieri & velit non capimus Nec mirum,
cum nec ipſe Ioannes Caluinus ſatis probè norit, nec ſibi con
ſtet quidnam illud ſit quod capere debeamus, qui hic capere
nos iubet *Deum idem diuerſo modo, fieri velle & nolle:* qui pro-
ximè docuit nos capere contrarium, quod *Deus eodem modo*
diuerſa voluit. Quin imò certo certius eſt, neque ipſum Ioan-
nem Caluinum horum alterutrum capere aut comprehende-

re, vt

re, vt de priore iam explicatum eſt. Eademque eſt ratio poſterioris. Nam vt in eodem exemplo moremur, cum Deus *vult filios Heli patri ſuo obedire, & eidē rebelles eſſe*, quomodo Deus hæc contraria volendo, vult *idem*, nec cogitari quidem poteſt, longeque exuperat captum & comprehenſionem mentis humanæ. Et quid manifeſtiùs eſt, quam hanc voluntatem Dei non tantum nobis videri, ſed verè eſſe diuerſam & multiplicem, à qua actiones voluntatis propriè circa idem obiectum procedunt contrariæ: velle nolle, iubere vetare? Quare ſi nec hoc ſatisfaciat, illud addatur vltimum, vel potius repetatur penultimum, quo Ioannes Caluinus iubet ſuos omnes eſſe contentos, quia longiùs non habet quo progrediatur: *ubi non capimus* (inquit) *quomodo fieri velit Deus quod facere vetat, ideoque fieri nolit, veniat nobis in memoriam noſtra imbecillitas, & ſimul reputemus lucem quam inhabitat, non fruſtra vocari inacceſſam.* Extrema ergo concluſio & periodus eſt, Deum quidem nolle peccatum, nolle vt homines peccent: & tamen illud veriſſimum quoque eſt, Deum *velle peccatum*, eumque homines *ad peccatum compellere*, eorumque mentibus *affectus prauos* & cum lege ſua pugnantes *inſpirare*. Quod ſi tu non comprehendas quomodo Deus hoc fieri nolit quod fieri volit: & facere te prohibeat, ad quod faciendum te concitat & impellit; memineris hoc eſſe vnum ex arcanis iſtius Geneuēſis Pythagoræ myſterijs, pro quo illud vnicum *ipſe dixit*, tibi debet eſſe omnium rationum Theologicarum inſtar. Hic ego Samuel fideliter in vnam ſummam contraxi Caluinianam de hac grauiſſima quæſtione Theologiam, ex qua videre potes clariſſimè Caluinum non modò in primis libris docuiſſe Deum fuiſſe peccati omnis in homine authorem & architectum (quamuis ſtolidè & ſophiſticè illud vt à Deo fit, peccatum vocari nolit) ſed etiam in eo Atheiſmo poſtea perſeueraſſe, ad eum colorandum varijs, ſed leuiſſimis & ſua mox ſponte euaneſcentibus effugijs vſum fuiſſe, demum eò peruenisſe, vt cum vitare non poſſet, quin ita Deum faceret ſibi ipſi contrarium & repugnantem, idem volentem & nolentem (id quod veteres hæreſiarchas & alios induxit ad duos Deos, duo principia contraria ſtatuendum, quod illis videbatur minus abſurdum quam vnum ſibi contrarium fingere) tamen in hoc Sataniſmo maluit iacere & illic terminare Theologiam ſuam, ſuiſque diſcipulis hunc contradictorium Deum obtrudere, omneſque quæ contra afferri poſſent ex communi ſenſu, ex ratione, ex Eccleſiæ fide, ex literis ſacris inuictiſſimas rationes autho-

Ibid.

authoritate ſua obruere, & proteſtari hæc ſua inuenta quamuis humanæ vitæ pernicioſiſſima & in Dei maieſtatem ſummè blaſphema, abſque inquiſitione *à toto mundo* ſimpliciter eſſe *ſuſpicienda & adoranda*, quam quicquam decedere ab opinione, quam ſemel conceperat, & ſcriptis ſuis mundo infœliciſſimè propoſuerat. Valdè quidem Catholicis placet illud de diuinis myſterijs curioſè non inquirendis: iudicia Dei eſſe arcana, & vias inſcrutabiles. In omnibus ſiquidem Eccleſiæ Catholicæ Patribus, in D. Baſilio, in D. Gregorio Nazianzeno, in SS. Auguſtino atque Ambroſio nihil docetur ſtudioſiùs, nihil præcipitur religioſius. Cæterum qui in diuiniſſimo Sacramento, in Sacramentis reliquis, in incarnatione Filij Dei, in morte eius, & cruce & iudicio futuro, in mundi regimine & Eccleſię gubernatione, in tolerandis hominum improborum peccatis, in ferenda Turcarum, Iudæorum, Ethnicorum, idololatrarum infidelitate & impietate, eaque ad vtilitatem vel gloriam ſuam conuertenda, in abditiſſimo diuinæ Trinitatis myſterio, in hypoſtatica duarũ Chriſti naturarum vnione in tot alijs diuinæ prouidentiæ, & prædeſtinationis, & reprobationis actionibus mirabilibus nihil inuenit vbi exclamet, ô altitudo, & *ſtulteſcere nos oportet ſenſuque proprio exinaniri*: & ſine examinatione reuerenter *ſuſcipiendum & adorandum eſſe quod non capimus*: niſi tantum in hoc dogmate, quo Deus ſtatuitur peccati in homine (etſi non in ſeipſo) cauſa & author: ſtatuitur prædeſtinare & creare hominem ad damnationem æterna, & cætera eiuſmodi portenta quæ iam percurrimus, idq; cum ad tale Sataniſmum velandum pauca tantummodo ſcripturę verba ſuppetant, plurima loca contrarium docent, tota Eccleſia primitiua & Apoſtolica hanc nefariam hęreſim deteſtata ſit, quam & communis omnium mortalium ratio ſenſuſq; reſpuit: talem ego hominem quanquam ſibi prudentiſſimus videatur, qualem ſe putat & prędicat Caluinus, tamen cum vniuerſa Eccleſia non modò ſtultũ, ſed planè inſanum & *humano ſenſu exinanitum*, & ſenſu Satanico impletum iure optimo dixerim. Nam Caluinum paucis ſcripturæ verbis ſententijſq; ſuo proprio & priuato ſenſu contra plurimas alias ſcripturas, omniumq; qui vnquã à mundo cõdito extiterunt hominũ bonorũ fidem detortis hãc ſuã phreneſim defendere, ex ijs quæ à Michæa dicta ſunt liquet abundanter. Philoſophos ipſo naturæ lumine edoctos aliter ſcripſiſſe oſtẽdit Michæas: veteres Hebręorum Rabbinos contrarium docuiſſe fatetur Petrus Martyr, & probat ex eorum cõmentarijs

Sebaſtia-

Sebaſtianus Munſterus. Veteres Eccleſiæ Chriſtianæ Theologos, illos nominatim qui proximè Apoſtolis ſucceſſerunt, & per Apoſtolos Eccleſijs regendis præfecti fuerunt, & ab ipſis Apoſtolis traditum Apoſtolicæ doctrinæ ſincerum Canonem acceperunt, Caluini opinionem damnaſſe teſtantur ipſi Proteſtantes. Eius enim *ætatis Patres perſpicuè ſentiunt cũ ſcriptura, Adamum libera ſua voluntate à Deo ſe auertiſſe, Deo nec volente nec incitante, nec approbante*, vti ſcribunt Magdeburgenſes, parique modo aiunt Deum nec velle aliorum peccata, nec homines ad peccãdum incitare. Doctores autem proximos, & in eis nominatim D. Auguſtinum ſuorum maiorum veſtigijs inhæſiſſe, & per ſe eſt euidens, & Caluinus non grauatè concedit, qui *Auguſtinum ſuperſtitionis* arguit, eò *quod dicit indurationem & excæcationem nõ ad operationem Dei, ſed ad præſcientiam ſpectare.* Et Bullingerus alioqui Caluiniſta cũ deteſtatione Caluinianæ opinionis hoc idem demonſtrat de Patribus vniuerſis & Eccleſia tota: Ad Patres ſiquidem aggregans varia ſcripturæ teſtimonia ex Geneſ. 1. Sapient. 1. Eccleſiaſt. 7. Iob. 34. Pſalm 5 Roman 3. & 5. & Iacob. 1. & 1. Ioan. 1. *Ex his* (inquit) *lucidiſſimis Scripturarum teſtimonijs concludimus illud Catholicum dogma, quod ab Apoſtolorum temporibus multa cum diligentia defenſum eſt: Deum non eſſe mali authorem, vel cauſam peccati, ſed corruptam noſtram voluntatem & concupiſcentiam ac diabolum, qui* (diabolus non Deus) *illam agitat, excitat, atque inflammat.* Id quod Senatus Bernenſis magna ſeueritate populo ſuo edixit credendum, & Miniſtris prædicandum, grauiſſimiſque pœnis additis præcepit, ne vel libri Caluiniani hunc Atheiſmum tractantes in ſuam ditionem inueherentur, vel à quoquam legerẽtur, neue aliquis ſui territorij quouis prætextu hunc Caluiniſmum ſuſciperet defendendum. Germani vero Proteſtantes Confeſſionis & fidei Auguſtanæ in *doctrinæ ſuæ corpore*, ante triginta annos edito, extremo odio hanc furioſam inſaniam perſequũtur, & ex Eccleſijs Chriſtianis exterminandam eſſe iudicant. *Eſt hæc* (inquiunt) *vera ſententia vtraque manu & toto pectore retinẽda, Deum non eſſe cauſam peccati, nec velle peccatum, nec impellere voluntatem ad peccandum, ſed verè & horribiliter iraſci peccato. Hæc eſt firmiſſima veritas, & ſententia contraria eſt reijcienda & deteſtanda. Eſt Stoicus & manifeſtiſſimus furor, eſt opinio monſtroſa, contumelioſa in Deum, & pernicioſa moribus &c.* Et tempeſtatis huius Lutherani quo zelo Patres Caluinum, eodem iſti quoque Caluini diſcipulos & ſectatores execrantur, qui ho-

dierno

Centur. 2. cap. 4. pag. 43.

Calui. Inſtitutio. lib. 2. cap. 4. § 3.

Bullinge. decade 3. Serm. 10.

Literas Senatus Bernenſis ad Miniſtros, &c. anno 1555. vide apud Claudium Xanteſiũ in Reſpon. ad Apologiam Bezæ fol 47.

Corpus doctrinæ Chriſtianæ, &c.

dierno die virus illud & toxicum Magiſtri ad peſtem plurimorum diſpergere, laborioſè ſatagunt. Id quod Lutherani confirmant ex varijs Caluiniſtarum, maximè recentiorum libris: quorum alij ſcribunt *reprobos per potentiam Dei compelli in peccata*; & diſertè tuentur hanc propoſitionem, *Deum velle peccatum. Sicut autem electi ad vitam perire non poſſunt, ideoq; ſaluantur neceſſario: ita quoque qui ad vitam æternam prædeſtinati non ſunt, ſaluari non poſſunt, ideoque damnantur neceſſario.* Lutheranos autem *aſſerentes Deum omnes homines pro ſua bonitate ad ſe vocare ſeriò, Lucianicè arrodunt & clamant illud, ſeriò, in ſcripturis ſacris non inueniri, quaſi Deus nobis non ſeriò ſuam gratiam & peccatorum remiſſionem offerret & polliceretur, nec ſeriò & ex animo iuraret ſe velle vitam & conuerſionem peccatoris, Ezechiel. 18.* qui niſi electus nunquam iuxta Caluiniſtarum Theologiam à Deo ad pœnitentiā vocatur ſeriò, nunquam vera fide donatur, ſed ficta tantum & fucata. Alij ſcribunt *Deum velle inclinare & impellere volūtates hominum ad grauia peccata.* Theodorus autem Beza toto Magiſtri ſui ſpiritu, mente & myſtagogia perfuſus ipſam medullam Euangeliſmi eius ſoboli Caluinianæ tradens, Stoicamq́ue & pluſquam fatalem peccandi neceſſitatem à Magiſtro inuentam amplexus, vbique inculcat tanquam puriſſimè Euangelicum, *omnia ita neceſſariò ex Dei immutabili decreto euenire, vt ſecundum illud Iudas neceſſariò Chriſtum prodiderit: Herodes & Pilatus Chriſtum neceſſariò condemnarint, reprobi peccant neceſſariò, & neceſſario pereunt, qui nec poſſunt credere: Adamus neceſſariò lapſus eſt, quanquam creatus quidem fuit bonus ad tempus, ſed ita vt ex ineuitabili decreto Dei, Deo ſciente & ordinante laberetur: qui non potuerit ita labi, niſi ex Dei decreto, voluntate & ordinatione: quem aliquoties* (contra expreſſum Dei verbum Sapient. 1.) *negat ad vitam æternam & beatam fuiſſe conditum, &c.* Hanc autem Caluiniſtarum Theologiam, per quam Deo ſimulatio, diſſimulatio, cauſa & fons omnis nequitiæ clariſſimè tribuitur, cuius impulſu & voluntate homines ad peccandum trahuntur neceſſariò, pluſquam fatalis, iniquā peccandi neceſſitas eis imponitur (*voluntati enim Dei quis reſiſtat?* illa quo fato non eſt potentior? & quas non ſuperat ſecundarum cauſarum connexiones, à Stoicis ſub fati nomine confictas?) Lutherani Theologi iuſtiſſimè damnant, vtpote quæ omnino & *Dei voluntatem nobis incertam facit* (*dum dicunt Caluiniſtæ Deum qui foris & propalam verbo ſuo ſeuere prohibet peccatum, occulto concilio ac decreto vt omninò fiant mala ordina-*

pro Eccleſijs Saxonicis & Miſnicis pa. 311 312. pag. 919. 920. Vide Melanchtho. in locis commun. ca. de cauſa peccati. Zanchius in Miſcel. pag 248. Idem in Theſ. 22. Martyr ad Roma. ca. 1. pa. 38. Beza in ſumma Chriſtianiſmi. pag. 171. 177. 178. 286. Tom. 1. pa. 701. & contra Heſhuſium, & contra Caſtalion. pag. 418. Ibid. pag. 319 320. 4'5. Vide in Caluiniſ. Theol. li. 1. fol. 29. 30. 31 41.

Rom. 9. Ibid. fol. 32. 46.

ordinare, ac efficaciter vt à nobis peragatur peccatum, operari) & Deum peccati cauſam facit: & quidem eum eſſe primarium authorem primi illius lapſus, qui eſt fons omnis mali, aſſerit. Qui Caluiniſticus error eſt in Deum horribiliter contumelioſus, & humano generi longè pernicioſiſſimus. Et iuxta hanc Caluiniſtarum Theologiam Deus iniuſtus erit tyrannus: qui item ludificat homines, alijs veram, alijs falſam fidem inſtillando: qui non ſeriò homines ad pœnitentiam vocat, ſed ſolum illudit & inſultat miſeris. Denique hoc modo non diabolus, ſed Deus erit verus & genuinus pater mendacij: Hoc eſt, Deus in diabolum mutabitur, quemadmodum contra Libertinos diſputauit Caluinus: ipſumque idem contra Caluinum & Caluiniſtas eodem iure & pari veritate rectiſſimè inferunt Lutherani. Denique huic Caluinianæ fidei opponunt fidem Eccleſiarum ſuarum hac quidem ex parte longè ſinceriorem. *Verbum* (inquiunt) *Dei clariſſimè affirmat Deum non eſſe cauſam peccati, nec Deum velle peccatum, nec impellere voluntates ad peccandum, nec adiuuare peccantes. Cum enim voluntas Dei ita bona & iuſta ſit, vt immutabiliter velit ordinem qui in lege expreſſus eſt, impoſſibile eſt eum velle, efficere, adiuuare aut approbare contrarium. Pſal. 5. Non Deus volens iniquitatem tu es. Baſilius in concione de cauſa mali, praeclarè ait: eandem eſſe blaſphemiam negare eſſe Deum, & aſſerere Deum eſſe cauſam peccati.* Vides hic Samuel, Lutheranos hanc Caluiniſtarum tuorum opinionem acerrimè deteſtari. Iſtam faciunt permulti etiam Zuingliani, vt modo ex Bullingero audiſti. Eodem modo affectę ſunt ſemperque fuerunt per vniuerſum terrarum orbem nationes omnes Iudæorum, Gentium, Chriſtianorum. Quoniam tamen Caluinus reiectis alijs Patribus quibuſcunque tam Græcis quam Latinis, quorum neminem doctrinæ ſuæ patronum vel prætendere audet, ſolum D. Auguſtinũ (quem tamẽ aliquoties directè ad reliquorum in hac materia errãtium numerum aggregat) ſibi aliquando aſſumit, eiuſque ſententijs & verbis Sataniſmũ ſuum exornat: ex ipſo D. Auguſtino breuiter audies, & quid ille cum Eccleſia Catholica crediderit, & quam honeſtè Caluinus eius verba ad impietatem ſuam detorſerit. Vtinam verò quemadmodum alicubi gloriatur Caluinus hac in cauſa ſibi *communem eſſe cum D. Auguſtino rationem*, & ex ſuis ſcriptis inuidioſè articulos quoſdam deſcriptos eſſe, non aliter quam inimici ex libris D. Auguſtini mutilas quaſdam ſententias eodem pertinentes ſelegerant: ita D. Auguſtini in reſpondendo pietatem ſuiſſet ſecutus, melius Eccleſiæ Dei, melius ſaluti a-

Caluin. in principio lib. contra Caſtel. de occulta

nimæ

Digitized by Google

nimæ ſuæ, melius honori & gloriæ nominis diuini conſuluiſ-
ſet, & iuſtius in hac cum aduerſarijs dimicatione D. Auguſti-
num commilitem ſibi aduocaſſet. *Sed quæ ſocietas luci cum te-*
nebris? quæ conuentio Chriſti cum Belial? quis conſenſus templo
Dei cum idolis? Nolo ego varios Auguſtini libros perluſtrare
& excerpere ex ſingulis, quæ huc pertineant. Sic enim integrū
volumen implerem, & nullum facerem loquendi finem. Sed
vna & altera D. Auguſtini concluſio oſtendet clarè, quæ fuerit
illius firma & conſtans hac in re fides. Ex certis eius verbis, ſcri
ptiſq; non benè intellectis, colligebant quidam eius temporis
homines indocti idem ferè quod ex eiſdem ſcriptis modo ſu-
xit Caluinus, D. Auguſtinum facere Deum peccati in homi-
nibus authorem, cum prędeſtinaſſe homines ad peccata, ciuſ-
que voluntate peccata ab hominibus committi. Siquidem D.
Auguſtinus hanc opinionem habuiſſet cum Caluino cōmu-
nem, quidni eandem cum Caluino reſpōdendi viam ingrede-
retur, vt Deum quidem peccare negaret, homines autē a Deo
volente & prædeſtinante ad peccandum impulſos peccare aſ-
ſeueraret, idq; ſcripturarum fragmentis atq; minutijs Caluini
more expoſitis defenderet. At longe aliter reſpondet D. Augu
ſtinus, quia longè aliter credebat, & in ſchola Spiritus ſancti
Eccleſia Chriſti Catholica longe aliter erat inſtructus: *Since-*
riſſimè (inquit) *credendum eſt atq; profitendum Deum velle, vt*
omnes homines ſalui fiant. Siquidē Apoſtolus cuius eſt hæc ſenten-
tia, præcipit quod in omnibus Eccleſijs piiſſimè cuſtoditur, vt pro
omnibus hominibus ſupplicetur. Labuntur per ſæpè homines Chri-
ſtiani in prophanos errores, aut in damnabiles mores irreuocabili-
ter tranſeunt: & non dubium eſt, quod talem voluntatem haben-
tes ſalui eſſe nolunt: & quamdiu ſalui eſſe nolunt, ſalui eſſe nō poſ-
ſunt. Sed nullo modo credendum eſt huiuſmodi homines in hanc
deſperatam voluntatem ex Dei voluntate cecidiſſe: quum potius
Dominus allenet omnes qui corruunt, & erigit omnes eliſos. Po-
ſtea objicientibus, *quod inceſtus, adulteria, & parricidia ideò fiunt,*
quia Deus prædeſtinauit vt fierent, quod Caluinus facile largi-
tus fuiſſet, modo ne Deus ipſe his peccatis affectus diceretur,
reſpondens D. Auguſtinus: Si (inquit) *diabolo objiceretur,*
quod talium facinorum ipſe eſſet author & incenſor, puto quod a-
liqua ratione exornare ſe poſſet hac inuidia: quia etſi delectatus
eſt furore peccantium, probaret ſe tamen non intuliſſe vim crimi-
num. Qua ergo inſipientia, quàue dementia deſinitur ad Dei refe-
rendum eſſe conſilium, quod nec diabolo in totum poteſt aſcribi?
qui in peccantium flagitijs illecebrarum adiutor, nō voluntatum

Dei prouidentia 2. Corinth. 6.

August. ad obiectiones vincentianas Reſp. 2. 7.

1. Timo. 2.

Reſpons. ad obie. 11.

credendus eſt eſſe generator. Nihil ergo talium negotiorum Deus prædeſtinauit vt fieret,&c. Vbi aduerte (Samuel) D. Auguſtinum longè contrario ordine Deum & diabolū in peccati efficacia comparare, quam ſolet Caluinus. Ille enim nihil Deo, plurimum diabolo in ea actione tribuit: Caluinus è cōtra primas, illud quod eſt potiſſimum, totam peccati efficaciam Deo tribuit: diabolo autem hominiq; peccanti *miniſterium duntaxat.* Nam quod Caluinus confidentiſſimè agnoſcit & ſibi obiectum cōfitetur, Deum *velle peccatum*, hoc eſt, velle vt homines ſeruiant diabolo & eius faciant voluntatem, hoc idem

Reſpons. au obie. 4. quum D. Auguſtino obiiceretur, reſpondet: *Inſanum omnino & contra rationem eſt dicere voluntatem Dei ex Dei voluntate non fieri, & damnatorem diaboli eiuſq; famulorum, velle vt diabolo ſeruiatur.* Quod dicunt illi qui dicunt Deū velle homines peccare. Nam quod Caluiniſtæ Dei prædeſtinationem ęqualiter extendunt ad damnationis perinde ac ſalutis fines & media, & propter prædeſtinationem homines neceſſariò peccare docent: hoc cuiuſmodi viſum ſit doctori præſtantiſſimo, ex

Ibi Reſpōs. 10. his eius verbis apparet. *Deteſtanda & abominanda opinio eſt, quæ Deum cuiuſquam malæ voluntatis aut malæ actionis credit authorem, cuius prædeſtinatio nunquam extra bonitatem, nunquam extra iuſtitiam eſt. Non ergo caſus ruentium, aut malignitatem iniquorum, aut cupiditates peccantium prædeſtinatio Dei aut excitauit, aut ſuaſit, aut impulit: ſed planè prædeſtinauit iudicium ſuum, quo vnicuique retributurus eſt prout geſſit, ſiue bonum, ſiue malum: quod iudicium futurum non eſſet, ſi homines*

Nota.

Ibi. Reſpon. 12. 13. *Dei voluntate peccarent.* Et mox. *Hæc* (inquit) *eſt fides Catholica, hæc doctrina ſana, quod prædeſtinatio Dei multis eſt cauſa ſtandi, nemini eſt cauſa labendi. Omnibus quidem à fide ad infidelitatem, à ſanctitate ad turpitudinem relapſis, & ante finē vitæ nulla purgatione purgatis, nihil aliud quam mors æterna debetur: Sed nefas eſt Deo aſcribere cauſas talium ruinarum. Qui etſi ex æterna ſcientia præcognitum habet, quid vniuſcuiuſque meritis retributurus ſit, nemini tamen per hoc quod falli non poteſt, aut neceſſitatem aut voluntatem intulit delinquendi. Si ergo à iuſtitia & pietate quis deficit, ſuo in præceps fertur arbitrio, ſua concupiſcentia trahitur. Nihil ibi Pater, nihil Filius, nihil agit Spiritus ſanctus, nec in tali negotio quicquam diuinę voluntatis interuenit: cuius ope multos ſcimus ne laberentur retentos, nullos autem vt laberentur impulſos.* Deniq; ne longior ſim illas propoſitiones quas à Caſtellione collectas Caluinus agnoſcit ſuas, probat, confirmat vt Apoſtolicas & Euangelicas, & accerſitis

ſitis

Digitized by Google

ſitis vndique ſacrarum literarum floſculis exornare molitur, illas omnes & ſingulas D. Auguſt. reijcit & reſoluit vt opiniones *inſanas, dementes, blaſphemas, contra omnem rationem, contra ſcripturas Dei, contra ſinceram fidem, diabolicas, deteſtandas, abominandas*; vt ex breuiſſimo illo libello ad obiectiones Vincentianas copioſè liquet. Quare concluſio illa Caluini contra Libertinos, quod Deum *in diabolum transformabant: & ex Deo idolum efficiebant, quod nobis deteſtabilius eſſe debet omnibus gentium idolis*: idcirco quia Deum peccati authorem prædicabant: hæc eadem concluſio contra ipſum Caluinum valebit: & Caluinũ euiſdem Libertiniſmi corã ſanis & Chriſtianis iudicibus condemnabit, quia Caluinus Deum peccatorum omnium quæ ab homine ſuſcipiuntur authorem cauſamque facit, non minus euidenter, clarè, verbatimque quam Coppinus aut Quintinus Euangelij Libertinici principes. Pluribus vero argumentis & argutijs ad illud ſtabiliendum vſus eſt, quam illi homines ſimplices & idiotę vnquam comminiſci potuerunt. Atque huius vnius barbaræ & ſupra modum inſanæ hæreſis defenſio, quam Caluinus non maiore impietate cœpit, quã ſuperbia & impudentia perſecutus eſt, omnes Chriſtianos ſatis ſuperque monere debet, vt Caluinum iſtum horreant tanquam anathema deteſtandum, quale nemo ſub pœna maledictionis diuinæ poſſit attingere. Vt enim antecedentia contra Chriſtum, eius humanitatem & paſſionem, cõtraque S. Trinitatem prætereamus, ſi huius vnius hæreſis ſummam aduertimus, talis eſt, vt diuinitate exuat, vt è Deo diabolum fabricet: hæreſis inſana, monſtroſa, qua nulla vel cogitari poteſt ſceleratior. In cęlo enim & in terra, in cęleſti hierarchia, in Eccleſia Chriſti & Repub. ciuili ius faſq; omne peruertit & diſſipat. Nam & Luciferum omneſque illos rebelles ſpiritus, qui ſua præuaricatione è cælo in inferos ceciderunt, contra Deum armat, dum eos diuina vi, voluntate, deſtinatione magis quam ſuo arbitrio ad illam præuaricationem, propter quam in æternum damnantur, neceſſariò impulſos aſſerit: & Eccleſiam non minus perturbat & fœdat, dum primum Symboli Chriſtiani caput, Deum omnipotentem, ita explicat vt omnipotentem non agnoſcat, niſi omnia in omnibus, non minus peccata in impijs, quam virtutes & affectus pios in ſanctis operatur: & quum in diuiniſſimo Euchariſtiæ ſacramento Deo omnipotentiam adimat, ne præſtet quod eſt pollicitus, hic omnipotentiam ei pugnaciter vendicat (quæ potius verè infirmitas & impotentia eſt) vt flagitiorum omnium eum

 faciat

credendus eſt eſſe generator. Nihil ergo talium negotiorum Deus prædeſtinauit vt fieret,&c. Vbi aduerte (Samuel) D. Auguſtinum longè contrario ordine Deum & diabolũ in peccati efficacia comparare, quam ſolet Caluinus. Ille enim nihil Deo, plurimum diabolo in ea actione tribuit: Caluinus è cõtra primas, illud quod eſt potiſſimum, totam peccati efficaciam Deo tribuit: diabolo autem hominiq; peccanti *miniſterium duntaxat.* Nam quod Caluinus confidentiſſimè agnoſcit & ſibi obiectum cõfitetur, Deum *velle peccatum*, hoc eſt, velle vt homines ſeruiant diabolo & eius faciant voluntatem, hoc idem

Reſpons. ad obie. 4. quum D. Auguſtino obiiceretur, reſpondet: *Inſanum omnino & contra rationem eſt dicere voluntatem Dei ex Dei voluntate non fieri, & damnatorem diaboli eiuſq; famulorum, velle vt diabolo ſeruiatur.* Quod dicunt illi qui dicunt Deũ velle homines peccare. Nam quod Caluiniſtæ Dei prædeſtinationem æqualiter extendunt ad damnationis perinde ac ſalutis fines & media, & propter prædeſtinationem homines neceſſariò peccare docent: hoc cuiuſmodi viſum ſit doctori præſtantiſſimo, ex

Ibi Reſpõs. 10. his eius verbis apparet. *Deteſtanda & abominanda opinio eſt, quæ Deum cuiuſquam malæ voluntatis aut malæ actionis credit authorem, cuius prædeſtinatio nunquam extra bonitatem, nunquam extra iuſtitiam eſt. Non ergo caſus ruentium, aut malignitatem iniquorum, aut cupiditates peccantium prædeſtinatio Dei aut excitauit, aut ſuaſit, aut impulit: ſed planè prædeſtinauit iudicium ſuum, quo vnicuique retributurus eſt prout geſſit, ſiue bo-*

Nota. *num, ſiue malum: quod iudicium futurum non eſſet, ſi homines*

Ibi. Reſpon. 12. 13. *Dei voluntate peccarent.* Et mox. *Hæc* (inquit) *eſt fides Catholica, hæc doctrina ſana, quod prædeſtinatio Dei multis eſt cauſa ſtandi, nemini eſt cauſa labendi. Omnibus quidem à fide ad infidelitatem, à ſanctitate ad turpitudinem relapſis, & ante finẽ vitæ nulla purgatione purgatis, nihil aliud quam mors æterna debetur: Sed nefas eſt Deo aſcribere cauſas talium ruinarum. Qui etſi ex æterna ſcientia præcognitum habet, quid vniuſcuiuſque meritis retributurus ſit, nemini tamen per hoc quod falli non poteſt, aut neceſſitatem, aut voluntatem intulit delinquendi. Si ergo à iuſtitia & pietate quis deficit, ſuo in præceps fertur arbitrio, ſua concupiſcentia trahitur. Nihil ibi Pater, nihil Filius, nihil agit Spiritus ſanctus, nec in tali negotio quicquam diuinæ voluntatis interuenit: cuius ope multos ſcimus ne laberentur retentos, nullos autem vt laberentur impulſos.* Deniq; ne longior ſim illas propoſitiones quas à Caſtellione collectas Caluinus agnoſcit ſuas, probat, confirmat vt Apoſtolicas & Euangelicas, & accer-

ſitis

Digitized by Google

ſitis vndique ſacrarum literarum floſculis exornare molitur, illas omnes & ſingulas D. Auguſt. reijcit & reſpuit vt opiniones *inſanas, dementes, blaſphemas, contra omnem rationem, contra ſcripturas Dei, contra ſinceram fidem, diabolicas, deteſtandas, abominandas*, vt ex breuiſſimo illo libello ad obiectiones Vincentianas copioſè liquet. Quare concluſio illa Caluini contra Libertinos, quod Deum *in diabolum transformabant: & ex Deo idolum efficiebant, quod nobis deteſtabilius eſſe debet omnibus gentium idolis:* idcirco quia Deum peccati authorem prædicabant: hæc eadem concluſio contra ipſum Caluinum valebit: & Caluinũ eiuſdem Libertiniſmi corã ſanis & Chriſtianis iudicibus condemnabit, quia Caluinus Deum peccatorum omnium quæ ab homine ſuſcipiuntur authorem cauſamque facit, non minus euidenter, clarè, verbatimque quam Coppinus aut Quintinus Euangelij Libertinici principes. Pluribus vero argumentis & argutijs ad illud ſtabiliendum vſus eſt, quam illi homines ſimplices & idiotę vnquam comminiſci potuerunt. Atque huius vnius barbaræ & ſupra modum inſanæ hæreſis defenſio, quam Caluinus non maiore impietate cœpit, quã ſuperbia & impudentia perſecutus eſt, omnes Chriſtianos ſatis ſuperque monere debet, vt Caluinum iſtum horreant tanquam anathema deteſtandum, quale nemo ſub pœna maledictionis diuinæ poſſit attingere. Vt enim antecedentia contra Chriſtum, eius humanitatem & paſſionem, cõtraque S. Trinitatem prætereamus, ſi huius vnius hæreſis ſummam aduertimus, talis eſt, vt diuinitate exuat, vt è Deo diabolum fabricet: hæreſis inſana, monſtroſa, qua nulla vel cogitari poteſt ſceleratior. In cęlo enim & in terra, in cęleſti hierarchia, in Eccleſia Chriſti & Repub. ciuili ius faſq; omne peruertit & diſſipat. Nam & Luciferum omneſque illos rebelles ſpiritus, qui ſua præuaricatione è cælo in inferos ceciderunt, contra Deum armat, dum eos diuina vi, voluntate, deſtinatione magis quam ſuo arbitrio ad illam præuaricationem, propter quam in æternum damnantur, neceſſariò impulſos aſſerit: & Eccleſiam non minus perturbat & fœdat, dum primum Symboli Chriſtiani caput, Deum omnipotentem, ita explicat vt omnipotentem non agnoſcat, niſi omnia in omnibus, non minus peccata in impijs, quam virtutes & affectus pios in ſanctis operatur: & quum in diuiniſſimo Euchariſtiæ ſacramento Deo omnipotentiam adimat, ne præſtet quod eſt pollicitus, hic omnipotentiam ei pugnaciter vendicat (quæ potius verè infirmitas & impotentia eſt) vt flagitiorum omniũ eum

faciat authorem, Rempub. ciuilem ſurſum deorſum verſat, quæ nunquam iuſte latronem, adulterum, homicidam ſupplicio caſtigare poteſt, ſi Deus eorum ſcelerum in homine, vel cum homine ſit operator. Neque tamen hæreſis ipſa magis eſt portentoſa, quam defenſionis modus à Caluino initus eſt admodum prodigioſius. Nūquam enim præter ſeipſum aliquam habet omnium Chriſtianorum vlla ætate cœtum aut Eccleſiam, quæ illi vel in ſpeciem ſuffragatur. Imò omnes omnium temporum Chriſtianos ſibi agnoſcit aduerſarios: & tamen illis ſimul omnibus ſuam authoritatem inſolentiſſimus Lucifer vultu audaciæ pleniſſimo anteponit. D. Auguſtinus, D. Ambroſius, cæteri Patres Latini & Græci hanc blaſphemiam deteſtati ſunt. Ita eſt, inquit Caluinus: ſed erant homines *ſuperſtitioſi, & ad rem*, hoc eſt ad Scripturam, *minus* quam ego ſum *attenti*, ideoque *friuola effugia quæſiuerunt*, vt peccata hominum *ad Dei præſcientiam, non autem ad operationem* referrent. Quinimo non ſolum Catholici, ſed etiam plerique huius tempeſtatis Euangelici, ipſe Caluini præceptor Philippus Melanchthon, Confeſſionis Auguſtanæ Eccleſiæ Paſtores, Superintendentes, in Sacris literis nō minus quam Caluinus diligentiſſimè verſati, eandem cum antiquis illis Patribus viam ſequuntur, & à via Caluini tanquam recta ad infernum ducēte ſuos ſectarios deterrent. At iſti, (inquit Caluinus) *ſunt homines bardi, vertiginoſi, prodigioſè cæci, exſerati, impudentes, adeò ignari, vt quod pueris in Catechiſmo traditur, id Lutheranorum veterani Theologi non intelligant.* Quare eorū contra Caluinum nihil valere debet iudicium. At nec iſti ſolum, ſed ipſi quoq; Zuingliani, Bullingerus cū Eccleſia & Magiſtratu Heluetico, omnes purè Euangelici, imò Caſtellio Caluiniſta doctiſſimus & cōſtantiſſimus, & alij plurimi eius approbatores, eiſdemq; quoad cætera ipſius Caluiniani Euangelij fautores zeloſi, in hoc tamen Caluinum deſerunt, & propter infandam impuritatem dogmatis omnibus odioſi, & reliqua Caluinianę doctrinæ capita vocantis in dubiū, hortantur eum, vt hac vna in re ſe corrigat & emēdet, & cum ſæculorum omnium Chriſtianis Deum bonum iuſtumq; profiteatur. Cæterùm nec iſti quicquam apud Caluinum profecere. Quin amiciſſimum ſibi Caſtellionem, & ſi qui in eius in hoc à Dei maieſtate depellendo ſcelerum efficiendorum contagio partes tuebantur, eos omnes vocat *improbos & impuros nebulones, blaterones, canes*, &c. Nam de Caſtellione ipſo, qui primus ob hanc impietatem Caluino ſe oppoſuit, & Caluinianæ ſuperbiæ & ignoran-

norantiæ vlcus moderatis hominibus nonnihil aperuit, de eo vicisſim teſtatur *coram Deo* (ſuo) Caluinus, atque ita teſtari *operæpretium* ait, vt nimirũ par pari referat, ſe quidẽ ſatis probè noſſe Caſtellionem *quem domi ſua aluit*, vt Caluinus & Caſtellio perdiu fuerunt contubernales, ſed *nullum vnquam vidiſſe magis ſuperbum, vel magis perfidum, vel humanitatis expertem. Qui te* (inquit) *& impoſtorem, & Cynica impudentia deditum, & ſcurram ex profeſſo pietati oblatrantem* quia ita apertè & *ex profeſſo* Caluini de Deo iniuſto, & in tyrannum, diabolumque transformato pietatem oppugnare auſus eſt, *non agnoſcunt, nihil prorſus iudicant.* Ioannes Caluinus autem qui iudicio pollebat optimo, quique ex familiari & domeſtica conſuetudine talem Caſtellionem ſciebat, & fortaſſe talem formauerat: vt ſeipſum è contra valdè pium & moderatum probet, eodem ſtilo per totum libellum perbacchatus, vt extrema primis aptè reſponderent, cum hac Geneuica benedictione Caſtellionem dimittit, eaque libellum concludit: *Compeſcat te Deus Satan. Amen, Geneuæ Anno. 1558.* Ergo nec Caſtellio, nec Caſtellionis amici, nec Bullingerus, nec Miniſtri, vel etiam Magiſtratus Heluetici pro Caſtellione contra Caluinum audiendi ſunt, qui niſi *facilè perſpiciant* (quod abundè ex præcedentibus apparet) *Caluino* reſpondenti *non defuiſſe illum ſpiritum cuius eſt dare os & ſapientiam* (ita enim vir modeſtus de ſeipſo teſtatur) Caſtellionem verò obijcientem egiſſe *impoſtorem, ſcurram, impurum, nebulonem, canem ex profeſſo pietati oblatrantem*, ſunt homines imperiti, rudes, ſtupidi, *nihil prorſus iudicant.* Saltem ſi nulla authoritas nec antiquorum, nec recentiorum, nec Catholicorum, nec Proteſtantium, nec Eccleſiæ primitiuæ, nec huius nuper reformatæ, nec ipſius Caluinianæ contra Caluinum admittenda ſit, ipſe certè Caluinus audiatur, qui ſæpenumerò negat Deum eſſe authorem peccati, negat Deum velle peccata: damnat Libertinos filios ſuos naturales, quod ita docuerunt. Hoc quidem verum eſt, ſed ex altera parte non minus verum eſt, quod ab eodem Doctore traditur Deum velle peccatum, Deum eſſe cauſam & authorem peccati, neque verò aliàs Deum eſſe omnipotentem. Atqui iſta quemadmodum cohærent, vt Deum idem velle & nolle, iubere & vetare, facere & facientem propterea dãnare credamus? quod idem eſt ac ſi Deum ſibi contrarium, ſibi repugnantem, contradictoria voluntate præditum imaginemur? Imò verò nec propter hoc negandum eſt, Deum eſſe *eorum authorem, quæ* Papiſtæ *eius permiſſu volunt*

Caluin. de occulta Dei prouidentia. pag. 1018.

Semper excipitur persona loquentis.

Caluin. de occulta Dei prouidentia. pag. 1034.

Ibidem.

lunt contingere. Deus enim verè peccata vult, Deus verè peccatum in homine operatur, Deus eſt qui in lege patefacta ſcriptaque prohibet quidem peccata: at in lege occulta abſconditaque decernit & deſtinat ad peccata: voluntate ea quam in verbo declarauit, homines à peccato damnationem æternam comminatus deterret: at voluntate arcana *affectũ* peccandi *inſpirat*, & peccatum *in mentibus operatur: voluntates ad peccandum excitat, & conatus firmat & in obſequium cogit.* Atqui iſta an non ſunt planè contradictoria, ideoque nec poſſunt vtraque eſſe vera? Ita quidem apparet: ſed vt hoc abſurdum vitetur, omnes mortales ſtultè ſcere oportet. Et quanquam nec poſſibile quidem ſit hæc vtraque credere, tamen contra mutire nemo debet, ſed *reuerenter amplecti, ſuſpicere et adorare.* Hæc pugnantia Gehennenſis Apoſtoli ſomnia, & cùm comprehendere non poſſunt quod tantus Euangeliſta docet, quomodo *Deus fieri velit quod fieri nolit*, tum ſenſum communem omnem, & humanam quoque rationem exuere oportet potiùs quam quicquam diſputare contra tam inſignem Apoſtolum, in quo omnes ſe ipſo teſte niſi facilè perſpiciant ineſſe extraordinarium quẽdam ſpiritum, cæci ſunt, nihil planè vident, nihil iudicant. Hæc ſunt axiomata Euangelica, hæc modeſta pronunciata Doctoris Geneuenſis: ſibi nouo homini contra omnem antiquitatem, vni contra innumerabiles eſſe credendum: contra ſuam authoritatem nec audiendas, nec Eccleſias antiquas, nec Patres omnes etiam ſcripturis abundantiſſimè armatos, nec Doctores nouos, nec Eccleſias Euangelicas: imò contra communem ſenſum & rationem eius vnius decretis eſſe inſiſtendum: idque in hoc argumento quod Dei omnipotentis maieſtatem ita deformat, vt contra eam nihil fingi, nihil cogitari poſſit blaſphemum magis. Quę adeò infinita ſuperbia, incredibilis aliorum omnium deſpicientia, impietas in Deum cõtumelioſiſſima, manifeſtus Atheiſmus & Sataniſmus, ſi homini Chriſtiano nõ ſufficiunt ad omnem talis beſtiæ Euangeliſmo fidem detrahendam, ſi non probant eum à cõmuni hæreticorum omniũ ſpiritu, hoc eſt diabolico planè faſtu ſingulari quodam & excellenti modo poſſeſſum, ſi non conuincunt eum nihil omninò commune habere cum ſpiritu Dei miti & manſueto, ideoque ineptiſſimum eſſe veræ Theologiæ tradendæ Doctorem: huic rei demonſtrandæ quid tandem ſufficere, quid ſatis eſſe poterit? Certè qui videt Ioannem Caluinum in hoc Atheiſmo defendendo tã ſuperbè pręfractum & obſtinatum, ad eum tuẽdum

Scripturæ

Google

Scripturę locos & fragmēta plurima corrodere, & neſariè corrumpere, & pro huius Helenæ putidiſſimæ meretricis, infandæ hæreſis amore, non modò cum Græcis & Latinis, ſed cum vniuerſo mundo, vniuerſa Eccleſia Chriſti, toto exercitu Dei viuentis, manum conſerere, & illis ſimul omnib. indicere bellum: ille quiſquis eſt qui iſta nouit, & talem tamen ductorem in hac dubia & ancipiti via ſalutis, vel perditionis æternæ ſequi nō detrectat: ſi qui aliquando à Deo ad peccatum & damnationem impulſi ſunt, neceſſitate coacti ſunt, & talibus vinculis conſtricti, vt damnationem vitare non potuerint, iſtum ego ad illum numerum aggregarem. Sed quia hoc Chriſtiana fides auerſatur, concludam potius cum D. Auguſtino, & Eccleſia Catholica: quod ſi quis ſit ita animatus, nihil quidem in eo affectu & obſtinatione generanda *egit Pater, nihil Filius, nihil Spiritus ſanctus, qui vt præuaricatoribus Angelis, non indidit illam qua in veritate non ſtetit voluntatem, ita nec hominibus hunc affectum, quo diabolum imitarentur inſeruit: cuius opere multos ſcimus ne laberentur retentos, nullos autem vt laberentur impulſos.* Sed quanquam neminem ad hanc pertinaciam prædeſtinauit Deus, tamen planè prędeſtinauit *iudicium ſuum, & de tali iuſtè ſe iudicaturum praſciuit*, eumq́; æternis inferorum ſupplicijs cum magiſtro ſuo addicturum, quia in eo pertinaciter imitando, & hæreſes eius amplectendo, nec eas cum monebatur deſerendo, *non Dei, ſed ſuam executus eſt voluntatem.*

Auguſt. ad obiectio. Vincent. reſp. 6. & 18.

Ibi. reſpon. 10. 11.

Finis Libri Tertij.

CALVINO-TVRCISMI, SIVE DE COGNATIONE ET COMPARATIONE CALVINIANAE ET TVRCICAE Religionis.

LIBER QVARTVS.

ARGVMENTVM CAPITIS PRIMI.

Samuel fatetur errorem ſuum in eo, quod Beza, Iuello, & alijs fidem habens, crediderat maiores eſſe apud Euangelicos, ſaltem de fundamentis fidei ſuæ conſenſum, quam nunc experitur. Sed quamuis propterea Caluiniſtarum fidei incipiat diffidere, & aliam nouam malit aſſumere, tamen proteſtatur ſe nunquam velle fieri Mahumetanum, ſed ſuo potius ſtudio veritatem aliquam indagare. Quod refellit Michæas, & vna perſtringit caſtra infinita diuiſionis quæ eſt inter Euangelicos. Michæas autē obſcurè ſignificat, ſe in regno quoque non ſolùm in fide Turcica, multa improbare, quæ tamen metu periculi non audet eloqui. Quare poſt quædam vtrinq; dicta, de ea Reipublicæ forma cuiuſq; [illegible]da quam populi cuiuſque regionis ſibi elegerunt à Samuele poſtulat Michæas, vt exponat liberè quæ reliqua putet eſſe in Alcorano vitia.

CAPVT PRIMVM.

SAMVEL.

HAc die vbi conueniſſent, & poſt ſalutationes ordinarias cogitabundus aliquantiſper conticuiſſet Samuel, & fluctuantis animi quædam ſigna dediſſet, adeò vt Michæas de eo Mahumetanis ritibus ſtatim initiando non modicè ſperaret, colligens ſe, gratias, inquit,

inquit, ago tibi Michæa pro hac adeò diligenti tam multarum & difficilium rerum explicatione, quam te mea gratia ſuſcepiſſe, & perfeciſſe ſcio. Et quanquam diſputatio hæc non eſt fortaſſe eum exitum quem ominaris habitura, ex ea tamen multum me profeciſſe ingenuè agnoſco, neque certè diſſimulare poſſum. Nam quod initio de fundamentis obieceram, *Lib.8. c.4.* putabam eſſe firmius quā vt à te poſſet tam facilè, & tam perſpicuè labefieri. Non ignorabam quidem tritas illas de cœna Domini Lutheranorum & Zuinglianorum velitationes, nec noſtras domeſticas Puritanorum de Epiſcopis, de publica Liturgia, & tota Eccleſiæ adminiſtratione rixas, illam tamen Bullingeri & Muſculi de fundamentis tam ſubtilem diſtinctionem, putabam mirum fore ad omnes tuos arietes excipiendos & frangendos planè aheneum. Memineram enim illud ipſum à Beza Papiſtis admodum confidenter opponi. *Oſtende* *Beza epiſt. Theolog. 1. pagin. 5.* *(inquit ille) in quo religionis capite noſtra Eccleſiæ diſſideant?* Noſtras *Eccleſias definio, quæ ſunt* a *Auguſtanæ Confeſſionis,* b *Helueticæ & Gallicanæ.* *a Luther. b Zuing. c Caluin.* Memineram & credideram veriſſimum quod non minùs rotundè aſſeruit Apologiæ noſtræ Anglicanæ ſcriptor. *Illi quidem quos iſti (Papiſtæ) contumeliæ cauſa appellant Zuinglianos et Lutheranos, reuera ſunt Chriſtiani & verè amici inter ſe & fratres. Non de principijs aut fundamentis religionis noſtræ, non de Deo, non de Chriſto, non de Spiritu ſancto non de ratione iuſtificationis, non de æterna vita. Tantum de vna nec ea adeò magna quæſtione inter ſe diſſentiunt.* *Apologia Anglica.* Quod autem viri tam eruditi, & in iſtis cōtrouerſijs adeò exercitati, & temporum, & regionum interuallo tam longè diſiuncti, adeò conſtanter aſſerebant, qui poteram ego non minùs conſtanter opinari fuiſſe Sibillinis folijs certius? Cæterùm nec intelligo longè aliam eſſe Euangelij noſtri conditionem & ſtatum, quum de fundamentis non minùs grauia ſunt quam de alijs controuerſijs quibuſcunque certamina. Quare in hoc non ero deinceps pertinax, neque horum magiſtrorum placita contentioſè defendam, ſed vel alios mihi perfectiores Doctores aſſumam: vel ex his, qui mihi videbuntur ad genuinum ſcripturæ ſenſum propius accedere ſeligam: vel fortaſſe vires ipſe meas experiar, & conabor ſine cortice nare, hoc eſt, ex ſcripturis inter ſe diligēter collatis ſinceram aliquam mihi ipſi religionis formam excerpere (ſic enim fecerunt Lutherus, & Zuinglius, & cur ego de Spiritus ſancti lumine mihi affuturo deſperem?) vel aliam aliquam rationem inibo, vt ex ijs cotibus enauigem quibus tam me concluſum & circumſeptū video.

Cæterum

Cæterum quoniam electionis meæ exitus eſt incertus, & rei difficultas longam poſtulat deliberandi curam,&mihi iam tales dubitationum ſcrupuli ſunt iniecti vt cum veteribus Academicis potius quid falſum ſit, quam quid verum: quid non facturus, vel quid non crediturus ſim,quam quid facturus vel crediturus poſſim conſtituere, illud de tua religione Turcica quam intrinſecè & familiariter noui, definitè auſim pronũciare,ad eam me ſine quæſtione nunquam tranſiturum, ita mihi multa ob oculos obuerſantur,quæ adhuc eam reddũt improbabilem, etiam ſi ea quæ hactenus tractauimus eius capita, cum noſtris comparata, maiorem habeant ſpeciem & veritatis ſimilitudinem. MICHAEAS. Quod ita obfirmatus es contra clariſſimam veritatem Mahumeto diuinitus reuelatam tua impietatis cauſa vehementer doleo. Fieri enim non poteſt quin hoc tanti beneficij ſingulari Dei bonitate oblati contemptu, magnam tibi ipſi & Dei offenſionem,& æternum corporis animæq; periculum ſis conflaturus: maximè ſi (quod ego admodum vereor) non tam ratione quam pertinacia,nõ tam conſcientia bona, & amore veritatis indagandæ, quam inductione animi,& odio Alcorani ad hanc voluntatem quaſcunq; potius nouas religiones exquirendi,quam noſtram antiquiſſimam aſſumendi impellaris. Quod quam à te dictum ſit inconſideratè velim iterum atque iterum cogites. Tu de fide qua Deum placaturus es, quaſi talos iaciens, eam arripias quæ fortè fortuito obtigerit, potius quam noſtram quæ tam multarum nationum, tot prudẽtiſſimorum hominum eſt iudicio comprobata: aut verò tuo vnius ingenio in ea peruestigãda niteris,in qua expertus es tot acutiſſimos in Europa Doctores tam fœdè hallucinatos? Noui quidem eam eſſe veſtram extremam in omnibus difficultatibus anchoram, vt de Scriptoribus, de Patribus, de Eccleſijs, de Concilijs vniuerſalibus,vltimam vobis ſinguli cenſuram arrogetis. Ita nimirum vos erudiũt Magiſtri,ſic inſonant Concionatores, ſic inſtruũt libri: ſed aliud ſuggerit ratio, aliud docet vera Theologia, aliud loquitur omnium populorum mos & conſuetudo. Finge enim illud verum eſſe quod ego initio ex Luthero, *Zuinglio*, *Lib.1.ca.5.* Caluino, Muſculo, Martyre, Beza, Brentio, Humphredo veſtro, & alijs oſtendi eſſe in Eccleſijs veſtris maximè receptum, vt maiorum omnium decreta nihil habeant põderis,niſi quatenus ad ea roboranda veſtra quoque priuata ſuffragia acceſſerint: Transfert deinde eandem poteſtatem ad priuatos homines de quibus verum ſit illud eorundẽ Eccleſiæ veſtræ fundatorum.

datorum. *Chriſtus adimit Epiſcopis, Doctoribus & Concilijs, tum ius, tum poteſtatem iudicandi de doctrina, at tradit illa omnibus Chriſtianis in genere. Oues meæ vocem meam audiunt. Ioan. 10. Papa, Epiſcopi, Doctores, alij Paſtores ouium Chriſti habēt quidem poteſtatem docendi, ſed oues debent ferre iudicium, vtrum illi vocem Chriſti vel alienorum proponant:* Accommodetur (inquam) ad ſingulos quoſque concluſio, quæ iuxta Magiſtrorum veſtrorum interpretationem ex Chriſti verbis deducitur: *Quapropter conſtituant, ordinent, decernant Papa, Epiſcopi, Concilia, pro libito & arbitrio ſuo quid velint, non impediemus; Sed penes nos qui oues Chriſti ſumus erit iudicium, vtrum vera & conſentanea voci Paſtoris noſtri proponant, an non, ac ipſi nobis cedere, ac noſtra cenſura, & ſententia ſubſcribere & obtemperare debent, &c.* Iſtud horum exemplo ſi tu feceris, & exemplum tuum alij ſequantur, & libertatem omnibus promiſcuè oblatam, qui volent arripiant; quantam religionum confuſionem & infinitatem pullulare neceſſe eſt, quum vnuſquiſque ſingularem elegerit? Quanta rerum inuerſio & conturbatio fiet, cū oues Paſtoribus, ſubditi Magiſtratibus, ignari peritis, pedes oculis & capiti quid fugiendum, quid ſequendū ſit præſtituerit? An quis vnquam ſana mente præditus exiſtimet Chriſtum adeò fuiſſe barbarum & agreſtem, vt ſuos Apoſtolos, Euangeliſtas, Epiſcopos, à colonis, bubulcis, militibus, fœminis & pueris (qui omnes ouium numero continentur) voluerit regulam petere veritatis? illos neceſſitate popularem libidinem ſequendi obligare, hos viciſſim ab Apoſtolica & Epiſcopali authoritate liberos relinquere & ſolutos? Sic vos Scripturas ſacras exponitis? Quid? An Geneuæ quod à Conſiſtorio definitum eſt, cuiuis ciui aut mulierculæ Geneuenſi fas eſt perfringere? Aut quod in Anglia de Euangelica veritate Parlamentum decreuit, num in cuiuſq; Angli poteſtate eſt admittere, vel repellere? Quis hanc appellauerit fidem, aut non potiùs phātaſticam opinationem, quauis veterum Philoſophorum ſecta inaniorem? Et tamen ex Magiſtrorum tuorum dictatis hæc (fateor) manifeſtè conſequuntur, & per hæc tibi in nouæ illius fidei quam iam moliris poſſeſſionem eſt eademq; libertas, ius idem omnibus & ſingulis fratribus eſt tribuendū, veniendum; quum tu nihil tibi ſingulare vendicare poſſis, quod iure Euangelico ad reliquos fratres non debeas traducere. Abſit verò, Samuel longiſſimè à te, abſit vt hanc cogitationem vel ad punctum temporis retineas. Continet enim errorem turpiſſimum, apertam atque manifeſtam à Deo apoſtaſiam.

Luth. tom. 2. li. 2. Rationes iudiciũ Eccleſiæ de quauis doctrina.

Ibidem.

Vox lupi non ouis.

ſtaſiam. Neque ſanè dubito quin ſi paululum modo adnixus fueris & ad veritatem eruendam animum adieceris, perſpicies religionem noſtram, quam aliqua ex parte tuo Euangelio iam puriorem intelligis, ſimpliciter & ex omni parte eſſe præferendam, vt poſtquã ab ea diſceſſeris nullam ſis aliam inuenturus ad quam ſecurius adhæreſcas. Et illud vnum quod de fundamentis malè poſitis fateris, plurimum habet ad reliqua conficienda momenti. Qui enim in his grauiſſimis de Deo & Chriſto quæſtionibus fidem adeò nefariè corruperunt, in alijs quas non adeò accuratè & religioſè tractant quemadmodum eis credas? qui fortunis & ſanguini meo inſidiatus eſt, illi ego vnquam ædium, aut ægrotum meorum procurationem committam? Quod autem iam tandem ais te perſpicere eorum etiam de fundamentis Euangelij ſui diſſidia, neſcio an magis tua cauſa lætari debeam, cui hoc ſpero non mediocriter profuturum; an eorum cauſa dolere, quando tam præfracta clariſſimarum rerum negatio apud aduerſarios, maximè Papiſtas inſignem conciliabit de eorum improbitate & impudentia opinionem. Notaui prius quod Sturmius Argentoratẽſis, perelegans ſanè ſcriptor, & inter antiquiſſimos Euangelicos numerandus (in prima enim Zuinglianorum confeſſione ſeparatim à Lutherana Carolo Quinto in Auguſtano conuẽtu exhibita, actor erat) quum ante paucos annos conciliationis inter Lutheranos & Zuinglianos faciendæ ſpes iniecta eſſet, & ipſe poſtularetur ſuam in tam præclaro negotio operam interponere, ideoque præcipuas controuerſias (nam de omnibus infinitum erat diſputare) in breuiſſimam epitomen vellet redigere, *inter Eccleſias inquit Euangelicas præcipuæ controuerſiæ hæ ſunt, de cœna Domini, de Prædeſtinatione ſeu prouidentia Dei, & de perſona Chriſti. De cœna duæ ſunt præcipuæ inter Theologos factiones, altera eorum quos Lutheranos, altera quos Caluiniſtas vocant.* Paulò autem poſt, multò verius & verecundius quàm vel Muſculus, vel Beza, vel Iuellus homo ad hiperbolicè loquendum reliquis longè prouectior, addit Lutheranos illos & Caluiniſtas, *præcipuos Religionis Chriſtianæ articulos labefacere, & fidei fundamenta conuellere.* Imò eodem loco ominatur, quod ego te Samuel inprimis aduertere cupio, *iſtis contentionibus maximam Eccleſiarum Euangelicarum vaſtitatem ſubſecuturam, & planam ad Mahumetiſmum parari viam, vt in Aſia, Africa, & Græcia propter ſimiles cauſas* (inquit ille) eueniſſe vidimus. Intelligis quam vaſtitatem ſignificet? florentem nimirum his in locis Alcorani religionem,

Sturmius de ratione concordiæ ineundæ.

quam

quam ille non attribuit diuinæ bonitati, ſed ſectarum multitudini qua olim Regiones iſtæ laborabant, quæ tamen ſi vera fuerit Alcorani in illas inducendi cauſa, ampliſſimam ſanè ſpem habemus Alcoranum eundem in veſtra Europa breui triumphaturum vbi ſectæ granſſantur multò crebriores, & Alcorano magis cognatæ,& quibus multò eſt euidentius *planam & non dubiam ad Mahumetiſmum parari viam.* Quare cum omnes Euangelici fratres vno curſu ad Mahumeti ſacra contendant, vide ne turpè tibi ſit ſoli ab hac via plana & recta in ſemitas aſperas & tortuoſas ruere, & nouas ſalutis adipiſcendæ rationes expiſcari? Quum verò ex vna cæna tantum diſſidiorum flumen exortum ſit, quam immenſum pelagus ex reliquis duobus diſſidiorum generibus emanare credibile eſt? quum perſona Chriſti in multa membra ſit diſpertita,& vim comprehendat controuerſiarum de natiuitate, de vita, de paſſione, de natura corporis in cælo & in terra, de vbiquitate, de perſona mediatoris, de merito quemadmodum fuerit redemptor, de Deitate, vtrum ſit eadem numero in Patre & Filio, vtrum cum humanitate interierit necne, quorum nos aliqua ſuperius tenuiter libauimus. Alterum autem genus de prædeſtinatione non minùs eſt fertile & fœcundum, & quod diuiditur in varias quæſtionum formas, exempli gratia, an Deus ſit cauſa peccati, an Adami lapſum non tantùm præuiderit, ſed etiam conſtituerit,an ſit in homine liberum arbitrium, quid ſit iuſtificatio, an operibus cum fide iunctis vel potius ſola fide præficiatur, quod ſit operum bonorum meritum, quale præmium,quæ ſalutis vel damnationis cauſa,præter alia innumera quæ ad nullam Sturmianæ diuiſionis partem commodè reducuntur, vt de Sacramentorum numero & efficacia, de Baptiſmo quid operetur, de fide infantium, de peccato originali, de libris Canonicis,de miniſterio Eccleſiaſtico, de confeſſione peccatorum, de abſolutione, de politia Eccleſię,de cælo,de inferno,&c. De quibus ſingulis apud ſcriptores veſtros acerbiſſimæ ſunt & interminatæ contentiones. Quare qui in veſtris nullam vel ſaltem vnicam eamque leuem controuerſiam eſſe affirmauerit, ille in Hercinia ſilua nullam arborem,& in Danubio nullam eſſe aquæ guttulam,vel vt plurimum non niſi vnicam eodem pudore cõteſtetur:& ego certè parem ei fidem ſum habiturus.Sed hoc mendacium quanquã nimis luculentum,tamen vt ab hominum talium non malitia ſed zelo profectũ,qui ita honori Euangelij conſulere volebãt,

præterea.

prætereatur. Illud ego magis aueo ſcire quænam ea ſint tam horribilia peccata quæ te ab Alcorano penitus approbando adeo efficaciter retardent, vt certo pronuncies cuicunque te ſectæ potius traditurum quam Mahumetanæ. Si enim ex omnibus ſectis Chriſtianis Caluiniana ſit pręſtantiſſima, quod nobis à principio tanquam fixum & ratum communi aſſenſu poſuimus, & deinde Caluiniana Mahumetiſmus noſter tanto ſit perfectior, quanto iam oſtendimus, adeò vt huic Caluiniſmus nō aliter quam domino famulus inſeruiat, quam tu magis ſalutarem deliberationem ineas, quàm vt reliquis omnib. proculcatis huic te vni adiungas? Quanquam nec illud nimis vehementer à te requiro, quum ſciam omnes piè rectęque viuentes in ſua quemque religione poſſe ſalutem æternam adipiſci, modo tamen religio illa apertam non contineat diuini nominis contumeliā, in quo tua Caluiniana fides nimis craſsè offendit. Quod autem flagito de erroribus Alcorani noſtri proponendis, id & tua cauſa deſidero, cuius plurimum intereſt priuſquam vnam religionem eligas, noſcere quales ſint religiones aliæ è quibus hanc vel illam eligere velis (alioquin enim electio non eſt ſed ſortitio) & ipſius inprimis Alcorani cauſa flagito, quem quia certo noui nihil habere iuſta reprehenſione dignum, ei propterea defendendo & animum & corpus hoc deuoui, eiuſque deuotionis quoad vixero, ſpero me non pœnitebit. SAMVEL. Nimis es Michæa, religionis tuæ amator, ſi ita eam putas vndequaq; eſſe limatam & expolitam vt nulla inquinetur labecula, nullo maculetur errore. Quin tu videris ne idem tibi vſuueniat cuius modo noſtros arguiſti, vt in denſiſſimis ſiluis arborem quęras, aut in mari Adriatico fluctus. Probas Chriſtum in mundo prædicantem, & homines ab infidelitate pagana cōuertentem ad ſua dogmata? Improbas ergo Paganorum infidelitatem & idololatriam quā Chriſtus ipſe improbauit, & à qua eos traduxit. Damnas Papiſtarum Eccleſiam, & Zuinglium, Lutherum, Caluinum laudas, qui ei minuendæ & quantum poterant excindendæ ſe totos impenderunt. Damnas ergo Papiſtarum ſuperſtitionem ad quam extirpandam vires illi ſuas contulerunt, & quam in varijs Europæ regionibus funditus eliſerunt. Hæc vtraque ſi recordaris & deinde ad Alcoranum applices, non egebis monitore qui eius certa vitia commonſtret. Hæc enim notatio nimis multa perabſurda deſignat quę in Eccleſiaſticis veſtris cętibus quotidie eluceſcūt. Vt nihil interim dicam de ciuili imperij adminiſtratione, quę cuiuſmodi ſit vtriq; experti ſumus,

& Aſia,

& Aſia, & Græcia, atque Hungaria magno ſuo malo ſentit, & Germania iam incipit conticeſcere. Noſti quid Salomonis filius Roboam reſponderit Iudæis poſtulantibus deonerationem à quibuſdam tributis quę eis impoſuerat Salomon Pater eius. *Minimus (inquit) digitus meus groſſior eſt dorſo patris mei: pater meus cæcidit vos flagellis, ego autem cædam vos ſcorpionibus.* Si Principem veſtrum cum quibuſcunque vicinis contuleris, cum Perſarum, cum Abiſſinorum, cum Germanorū Imperatoribus, aut alijs Europę Regibus vereor ne quoad regendi terrorem & ſeueritatem, tantum Principes alios ſiue Chriſtianos, ſiue Mahumetanos antecedat, quantum Roboamus patrem ſuum Salomonem. Sed de iſtis præſtat fortaſſis ſilere: fertur nimirum vulgari prouerbio tutum non eſſe de illis ſcribere qui poſſunt proſcribere, & à Domino monemur *Dijs non detrahere, et Principi populi non maledicere, quia ſicut Leonis rugitus, ita terror eius.* Communis quoq. ratio & prudentia docet, peregrini cum à patria ſua abeſt officium eſſe *nihil præter ſuum negotium agere, nihil de alio inquirere, minimeq; in aliena Repub. eſſe curioſum.* Alteque inſidet in animo meo id quod cū Venetijs eſſem, in Raguſæ ciuitate in extremis Imperij Turcici verſus Occidentem finibus ad litus Adriaticum ſita geſtum audiui: vbi cum duo Florentini familiari colloquio ſermocinantes, inter alia permulta forte fortuna de illius quoq; Reipub. ſtatu differerent (ad quod genus diſputationis populus ille valdè eſt procliuis) & alter dixiſſet Venetis qui in illo tractu latè dominantur, & claſſem ſemper habent paratam, non fore admodum difficile ciuitatem eam capere, quum hoc & illo modo pręcipua ciuitatis arx & portus occupari poſſent: huncq; ſermonem eorum ſuſurrones quidam inaudiſſent & ad Magiſtratum retuliſſent, illi eodem die in iudicium vocati & damnati, proximo die diuerſis mortis generibus, alter laqueo ſtrangulatus, alter in mediam turmam militarem miſſus, eorumque iaculis confoſſus interijt: quanquam certò conſtabat eos ſui tantū obiectandi, & animos relaxandi cauſa ad eum modum confabulatos, non autem ciuitatis inuadendæ, aut Venetis prodendæ, quorum magnitudini hoſtes erant infenſiores quam ipſi Raguſæi. Vſque adeò periculoſum eſt de Principum rebus vel iocosè & familiariter colloquio, quando omnium verborum noſtrorum nō ipſi nos ſed aduerſarij futuri ſunt interpretes. MICHAEAS. Valdè probo prudentiam & circumſpectionem tuam, neque ſanè arridet mihi illa priuatorum hominum in rebus politicis, & arcanis ſummorum

3 Reg. cap. 12.

Exod. 22. 28.

Prouer. 20.

Cicero off. lib. 1.

Theuet Coſmogra. lib. 1. ca. 4.

Monarcharum negotijs ventilandis curioſitas. Eſt ſiquidem in ſubditis ſpecies arrogantiæ, non ferendæ, in peregrinis vero audacia magis intolerabilis. Sunt enim quidam in iſtis rebus nimis arrogantes & ambitioſi, qui cum vxorem & domunculam ſuam regere non nouerint, tamen de Regum actionibus & rerum publicarum formis corrigendis vel immutandis cenſores haberi cupiunt, & nihil probant quod eſt ab alijs prudentiſſimè ordinatum, niſi idem inaniſſimæ ideæ quam ipſi ſuo cerebro conceperunt ad amuſſim reſpondeat. Ea (inquiunt) Reſp. eſt nimium popularis, altera nimium tyrannica: Hic plus quam par eſt populus imperat, illic infinita eſt procerum poteſtas: alibi mirantur maximorum Principum ſegnitiem & tarditatem, quod vicinas Reſp. tenues & infirmiores nõ inuadant, ſed patiantur ſuo iure viuere, quę fortaſſis temeraria garriendi libido erat Florentinis illis quos narras pernicioſa. Carpebant enim (vt eſt probabile) Venetos toto eo mari valde potentes, quod Ragugiam ciuitatem iam olim ſibi nõ ſubiugaſſent, ſed liberam tam diu agere permiſiſſent, vel aliter in Reipub. eius forma aliquid reprehendebant quod alijs exemplo nocere poterat, ideoq; Magiſtratui videbatur ſeuerius vindicandum. Neque enim arbitror eam ciuitatem verè liberam, ſed quæ eſt in tutela Imperatoris noſtri, & cui certum tributum annuum pẽdit, propterea que Venetos iam nequaquam extimeſcit, quæque mercatoribus externis quorum commercio maximè locupletatur, valde indulget; vnquam voluiſſe ea ſeueritate ludicros amicorum ſermones caſtigare, niſi maius aliquid ſubeſſet quam tua narratio præ ſe fert. Id vtcunque ſit certè à priuatis colloquijs ad totas ciuitates, ad populos, ad leges, ad publicos ſtatus carpendos aſſurgere, hoc non eſt in homine priuato, multò minus in peregrino ferendum. Habent nimirum ſingulæ ferè regiones eiuſmodi regimen, quale ipſi elegerunt ſuis morib. maximè conueniens. Heluetij fruuntur Democratia: quædam per Germaniam ciuitates optimatibus parent: Franci, Hiſpani, Angli regnum prætulerunt, ſed certis legibus aſtrictũ, Veneti dominatum quendam finxerunt ex his omnibus temperatum, ſed optimatum politiæ proximum. Et his ſingulis populis ea Reipub. forma proſtantiſſima dicenda eſt quam ipſorum maiores inſtituerunt tanquam ſuis rebus & publicæ tranquillitati maximè accommodatam. Et ſeditioſum eſt in menſis vel circulis Heluetios præ Germanis, aut Venetos prę Gallis & Anglis beatos florenteſque dicere. Singuli enim ſub

bonis

bonis rectoribus & domi & foris rebus pulcherrimè geſtis glorioſi euaſerunt. Hoc noſtrum Ottomannicum Imperium abſoluta eſt Monarchia quæ intra 300 annos ita ſtatum ſuũ auxit, vt tantulo tempore nulla vnquam Monarchia vel Babilonica, vel Perſica, vel Macedonica, vel etiam Romana tam latè fines ſuos extenderit. Hęc Rempub. noſtram à primo eius exordio ita conſeruauit, vt nulli eam rebelles ſubditi domeſticis ſeditionibus perturbauerint, nulli eam hoſtes externi, niſi ſuo magno malo, inuaſerint. Huic nos Imperio aſſueti aliud non appetimus ideoq́ue neq; nos, Samuel, de vnius aut alterius excellentia inaniter litigemus: Vobis Anglis gratioſior eſt Regalis poteſtas, & nobis has terras incolentibus aptior eſt hęc imperialis authoritas. Quare hæc comparatio vtrinq; remoueatur. Eſt quoque aliena ab inſtituto noſtro niſi forſan ita hoc argumẽtum proſequamur quatenus cum Religione coniunctum eſt. Ad hunc autem modum ſi contendere volueris, non detrectabo certamen, ſiue enim regimen Turcicum conferas ad religionem Mahumetanam quam colit, vel Chriſtianam quam tolerat, vtroque modo multa habet ſummè prædicanda. Et ſi vtroq; modo dixerim hoc Imperium veſtræ Reipub. eſſe anteferẽdum fortaſſis admirabere, ſed ego manifeſtis rationibus, ſi opus fuerit, euincam. Illa certè quam tu dicis Roboami acerbitas in alios multo aptius quam in noſtros Imperatores quadrabit. Sed eſt quod huic quæſtioni ego præuertendum puto, illud nimirum quod de Alcorani vitijs ſub ſignificas potius quam perſpicuè narras. Ego quidem Chriſtum admodum honoro, & eos viros bonos fuiſſe exiſtimo qui paganiſmum in fidem eius mutauerunt, neque tamen colligo quid hoc Alcorano noceat. Improbo quoque Papiſtarum Eccleſiam, & Caluinum Lutherumq́ue egregiam laudem promeritos fateor, quod eam afflixerint & ſuperſtitiones eius patefecerint. Neque tamen concipio quid hinc detrimenti ad vllam Alcorani lineam magis quam ad Euangelium veſtrum, aut legem Moſis redundet. Quare planius quæſo ſententiam tuam exprome. Neque enim eſt cur quippiam extimeſcas: nam ſoli ſumus neque vlli adſunt teſtes, vel auditores, vel exploratores, & ſi aliquod immineret periculum, illud iam pridem incurriſti, tum cum in ipſum Mahumetem eiuſq; legem toties tamq́ue aſpere inuectus es, non cùm has appendices & quaſi extremam veſtis laciniam capitis.

ARGVMENTVM
CAPITIS SECVNDI.

Recenſentur quinque capita propter quæ Alcoranus improbatur. De quorum primo, inuocatione Sanctorum diſputatur an ſit idololatrica necne vt vult Samuel, negat Michæas, itē an idcirco ſit reijciendum quia olim à Paganis et Gentibus vſurpatum. Qua occaſione Michæas oſtendit Ethnicos ſemper imitatos fuiſſe veritatem, & in eorum religione multa fuiſſe Iudæorum & Chriſtianorum ſacris & dogmatibus ſimillima, quod varijs exemplis illuſtratur.

CAPVT SECVNDVM.

SAMVEL.

SI eò oculorum acumine in Alcoranum tuum introſpiceres quo Euangelium noſtrũ ſoles limare, hæc generalia quæ attigi multorum tibi memoriam renouarent. Neque (enim ſat ſcio) obliuiſci potes quam ego multa ex Alcorano collegi, partim Paganica, partim Papiſtica. Neque ſatisfacis argumento meo quum reſpondes aliqua in Paganorum fide fuiſſe certa & laudabilia, Ideoque hæc à me obiecta non eſſe vituperanda. Multò enim probabilius contra opponi poſſet, pleraque eorum eſſe fœda & abſurda, ideoque & hæc cum reliquis illis eſſe proijcienda. Ea certe quæ ego notaui eiuſmodi erant vt neſcio an aliquid reperias in tota Paganiſmi ſuperſtitione ſtupidius. Quid enim homines alios peregrinis, alios maritis, alios parientibus, alios calamitoſis, alios militibus curandis aſſignetis, an non eſt expreſſa Papiſtarum & Paganorum imitatio? Quorum illi Georgium, Rochum, Mariam Virginē & neſcio quos alios; Iſti Martem, Mercurium, Iunonem eiuſmodi muneribus præficiebant? Tum quod ab hac cæcitate in denſiores tenebras proruitis, vt ad certos locos hominum vota alligetis; quemadmodum vos ſi bellum auſpicato gerere velitis ad Sanctum illum qui eſt in Ottomannorum & Caramanorum finibus confugitis. An vlla excuſatione defendi poteſt, an non eſt

& ho-

& hominibus iniurioſum quos ad labores ſumptuſq; non neceſſarios compellitis, & Deo indignum cuius immenſam bonitatem ad anguſtiſſima templi ſpatia coarctatis? Et tamen fortaſſe tertiũ quod eſt duorum antecedentium caput & fons eſt illis duobus longè terrius & ſceleratius, videlicet quod omnino ad Sanctos, hoc eſt, homines mortuos preces dirigitis, quod ſine ſacrilegio fieri non poteſt, quando ea ratione honor ſoli Deo debitus ad miſerabiles creaturas transfertur. Hæc autem & craſſiora ſunt & impuriora quam vt vllis Rethoricæ coloribus poſſint honeſtari, quoniam & cum orationis natura pugnant quæ ſpiritualis eſt, & ex intimis mentis penetralibus eruenda, & cum infinita Dei poteſtate, qui vbique præſens ſingulos quouis in loco precantes æqualiter exaudit: & tamen apertiora ſunt quã vt poſſint negari, quando ea varijs in regionibus Aſiæ Africæque facta vidimus, & orationes audiuimus, & earum aliquas noſtris tabulis excepimus. Et ego certè (vt ingenuè quod res eſt fatear) prorſus obſtupui cum Mauros & Arabes (qui Chriſtianos à ſuis tẽplis ingrediendis non ea crudelitate prohibent, qua Turcæ) eundem ipſum cum Papiſtis Georgium inuocantes audirem, & orationis verba poſtea diligentius attenderem. Quod ipſum fieri à Turcis militibus, & Baſſis maximè quum ſe iam ad prælium committendum parant, tu non ignoras. Quorum etiam adeo eſt incredibilis cæcitas, vt cum ipſi in bello effusè latrocinentur, & per fas & nefas omnium bona prædentur, ſi quis tamen die feſto S. Georgij vel vnum denarium furto ſurripuerit, abſque vlla ſpe miſericordiæ laqueo ſtatim ſuſpenditur. Hæc pauca multorum tibi aliorum poterunt memoriam redintegrare, quæ cum ſint ex ipſis fecibus Papiſtarum & Ethnicorum in Alcoranum traiecta, vt Papiſtica & Ethnica ſumma cum ratione abominor. Et tu quoque ſi Papiſtas & Paganos eo loco haberes, quo ego exiſtimo, hæc eorum inuenta vna mecum deteſtabere. MICHAEAS. Percipio iam tandem quid velis, & recordor quæ mihi ferè è memoria exciderant: ſed iam à te admonitus, eorum & numerum & ordinem facilè recolligo, & etiam quo tu argumento illa refutaſti. Primum enim ſolius fidei iuſtificationem plurimum commendaſti, & Papiſtas nobiſcum copulaſti, qui opera etiam bona tanquam ad vitam æternam conſequendam neceſſaria requirimus. Deinde ſtatas certis diei temporibus orationes quaſi ſuperſtitioſas irriſiſti. Tum Sanctorum inuocationẽ, templorum ornatum, & itinera Religionis ergo ſuſcepta refutaſti, in quæ hic rurſus inueheris. Poſtea

Theuet. Coſmogra. lib. 5. ca. 6.

Digitized by Google

reprehendiſti quod Alcoranum in lingua Arabica in qua primum ſcriptus eſt, ſeruemus, nec in alias linguas transferimus. Quod tu ſignum diffidentiæ & animi male ſibi conſcij interpretatus es. Denique quod pro defunctis preces & vota facimus reprehendiſti, & vno ferè generali argumento ad hæc omnia refellenda vſus es, quia hæc dogmata ex Papiſtarum vel Ethnicorum ſcholis ad nos manauerunt. In quo imprudens Papiſtis magis gratificaris quam Magiſtri tui ferunt. Cum enim certiſſimum ſit, & clariſſimis teſtimonijs probetur, hæc omnia ab ipſo Mahumete ad nos eſſe delata, ſi à Papiſtis Mahumetes ea hauſerit, Papiſtarum ergo Eccleſiam fateris eſſe longè antiquiſſimam. Quam tamen Lutherus, Bullingerus, Foxus, & ex veſtris ſcriptoribus multi aiunt nuper intra 500. aut 600. vel ad ſummum 700. annos eſſe exortam. Sed eſto ſit hoc Papiſticum, ſit Ethnicum, fuerint iſta in Schytarum & Afrorum, & aliorum barbarorum ritibus & moribus contrita: quid ex eo concludis? an Papiſtæ homines fuerunt nulla ingenij vel mediocritate præditi? an tu veteres Ethnicos Schytas & Afros pro beſtijs habes in quibus omne rationis lumen fuerit extinctum? an non ijdem rationis dictu nouerunt, honorandos eſſe parentes, iuſtè viuendum, nemini nocendum, ſuum cuique tribuendum, adeo vt rara eorum erga patriam, & parentes, amicoſque tum fidelitatis, tum pietatis extent exempla? imò an non ijdem rationis eiuſdem monitu cognouerunt vnum eſſe Deum, eumque certis officijs eſſe propitiandum? quod cum eis & vera Philoſophia, hoc eſt, vera ratio conuincit, & Chriſtiana quoque Theologia, vt Apoſtolus veſter confitetur. Hæc quæ generaliter negari non poſſunt, quid ſi ego ad iſta particularia inter nos controuerſa ita deducam, vt hæc ex eodē naturę non ſuperſtitionis fonte manaſſe contendam? quid ſi ita tecum diſputem, ipſi Pagani Prophetarum & Apoſtolorum oraculis deſtituti & ſolo naturæ lumine colluſtrati, cælites cum Deo regnantes his honoribus proſequuti ſunt. Ita fecerunt rudes Afri, ita fecerunt immanes Schytæ, & Papiſtæ, quanquam plurima habeant corrupta & inquinata, in hoc tamē vel naturæ rectè inſtitutæ, vel veterum maiorum ſuorum ſequuntur veſtigia, Mahumetani etiam quorum eſt toto terrarum orbe ampliſſima multitudo, qui & ingenij bonitate alijs nihil concedunt, & prophetarum numero longè ſuperant, hunc putant cultum eſſe Deo gratiſſimum, vt cum eo amici eius honorentur, ſoli Euangelici, hoc eſt, noua Chriſtianorum ſecta nuper ante paucos annos exorta, ita naturę & religio-

Lutherus apud Slei. lib. hiſto. 1. Bulling. in Apoc. concio. 87. Foxus in act. et monum. præfatio.

Rom 1.

...ol multi...

religioni bellum indixerunt, vt Sanctis æterna in cælo beatitudine fruentibus eum honorem detrahant, quem non tantùm Turcæ & Mahumetani, ſed etiam imperiti Papiſtæ, & ignari Afri, & agreſtes barbarique Schytæ eis largiuntur. Hoc argumentum nunquid tuo minus eſt probabile. Ita nimirum diſputauit Paulus, quādo Gentium comparatione ſuos Chriſtianos Corinthios redarguit. Ita diſputauit quando ex Poëtis
Arato & Callimacho, nos *Dei genus* vocantibus, *in quo viui-* 1. Cor. 1. 1.
mus, mouemur & ſumus, concludit Idolorum cultum pugna- Actor. 17.
re cum illa diuina naturæ humanæ præſtantia quam ipſi quo- v. 28.
que Gentiles agnouerunt. SAMVEL. Optimè nimirum diſputauit Paulus, quia homines ab idololatria auertit; at tu peſſimè qui contra Paulum hoc argumento ad idololatriam inducendam abuteris. MICHAEAS. Verba audio, & verba pueris ſophiſticè litigantibus quam viris Theologicè argumentantibus aptiora. Is enim ſumis pro certo quod non modò eſt ambiguum, ſed etiam apertè falſiſſimum. Quis enim dixerit cultum Sanctorum eſſe idololatriam, niſi qui planè humanum ſenſum exuit? Niſi enim Abrahamus, Moſes, Helias, Maria virgo, Chriſtꝰ Georgius idola fuerint, nos idola adorare dum eos veneramur quanta vecordia aſſeritur? Et quam hoc nouum & admirabile eſt Turcas vocare idololatras, qui omnium ſimpliciſſimè vnum Deum colimus, idola autem ſic abominamur, vt nullam cuiuſcunque hominis imaginem vel viui, vel mortui, aut in templis, aut in priuatis Turcarum domibus per vniuerſam ditionem quam latè patet Imperatoris noſtri potentia toleremus. Immò vos ipſi idololatriæ periculo multo quam nos eſtis propiores. Si enim quemadmodum vos vt plurimum arguitis, idolum idem ſit Græcè, quod imago Latinè, & qui aliquem imagini honorem tribuit idololatra ſit, tum certè vos hoc nomen effugere non poteſtis, qui Lutheri, Caluini, Zuinglij, Aurangij & ſimilium imagines elegantiſſimè typis effictas æneis publicè venales proponitis, illiſque Muſæa, & domos veſtras adornatis, ad inſignem mortuorum illorū honorem & venerationem. Sin verò (quod video eſſe doctiſſimorum hominum conſenſu receptum) idolum propriè ſit falſa imago facta ad ingenerandam de quocunque homine diuinam opinionem quam ille nunquam eſt promeritus, verbi gratia, cum imago Mercurij, Veneris, aut Simonis Magi in eum finem depingitur vt illum Deum, hanc Deam, tertium egregium DEI Prophetam reuereamur, quos fuiſſe latrones, meretrices, & impoſtores certū eſt, adeo

vt alio tendat noſtriſq; cogitationib. aliud repreſentet imago, quam homini ipſi cuius eſt imago hiſtorica rerum geſtarũ veritas aſcribi patiatur. Hoc ſi ita ſit, tum etiam vos qui imagines Hulderici Zuinglij, Martini Lutheri, Farelli, Ioannis Caluini, Philippi Melanchthonis, Brentij, Muſculi, Caſtalionis, Buceri, Bezæ & aliorum contrariè de Deo ſentientium, adeo eleganter imprimitis, & honorificè proſtituitis, idq; eo animo vt populus eos habeat pro eximijs Dei ſeruis, illuſtribus Euangeliſtis, æternaq; apud Deum gloria fruentibus; quorũ tamen aliquos immaniter Deum blaſphemaſſe, & fœdiſſimè, veram de eo doctrinam corrupiſſe docuimus: Vt valdè timendum ſit eos in inferno potius quam in cælo agere: Vos (inquam) qui huiuſmodi imagines ad eum quem dixi finem publicè proponitis, idololatriæ crimẽ difficulter à vobis remouebitis quamdiu has imagines diſcipulis veſtris commendatis Sed ſiue hoc modo idolum definitis, ſiue alio quocunq; (ſcio autem in huiuſmodi quæſtiunculis nullum eſſe cauillandi modum) nobis certè idololatriæ nomen & crimen abſurdiſſimè intenditur, qui nullam prorſus imaginem cuiuſcunq; hominis, quocunq; conſilio fictam admittimus. Quod ſi more tuorum fratrum obieceris diuinum honorem Deo ereptum, Sanctis impartiri cum eos inuocamus, illa ipſa breuis Afrorum & Arabum precatio quam tu modo ſignificaſti & quam vterq; deſcripſimus, huic ſcrupulo abundè ſatisfaciet. Sic enim verbatim habet: *Allah hu Allah, &c. hoc eſt, Deus eſt Deus, neque eſt alius Deus preter vnum, cui ſit laus & gloria, qui Dominus meus eſt, & nouit omnia ſecreta, plenus miſericordia, qui iudicabit in die iudicij, is ne me iudicet tanquam infidelem. Conſidera Domine quemadmodum rogo meorũ peccatorum veniam, & vt infideles velis ad tuam fidem cõuertere per tuam ſummam bonitatem, & interceſſionem Sanctorũ Prophetarum Eliæ, Moſis, Danielis, Abrahæ, magni Prophetæ Ieſu, virginis Mariæ matris ſuæ, et Mahumetis qui à Deo quoq; miſſus eſt, &c.* Hæc ſunt precis illius verba quæ Dei gloriam à Sanctorum honore longè lateq; diſcriminãt, quum Sanctis ſola interceſſio & deprecatio tribuatur, qua eos etiam in hac mortalitate degentes omnis antiquitas, & Scripturæ tum Apoſtolicæ, tum Propheticę dignantur. Quid enim eſt in vtroque Teſtamento frequentius quam viros probos, Prophetarum precibus innixos diuinam miſericordiam implorare, vt vota ſua Deo fortaſſe per ſe non ingrata, eorum fierent adiuncta ſupplicatione gratiora? An nõn ita *a* Abimelech per Abrahamum, *b* amici Iobi per Iobum, *c* Sunamitis per Heliſeum,

Icones Bezæ.

Theuet Coſmogra. vniuerſel. lib. 2. c. 14.

a Gene 20. verſicul. 7. b Iob. 42. verſic. 8. c 4. Reg 4 verſic. 22.

liſeum, *d* Rex Ezechias per Heſaiam, & *e* Iudæorum populus generaliter per Aaronem, & Sacerdotes ſuos à Deo quod opus erat poſtularunt & impetrarunt? An quicquam eſt in quacunque primitiuæ Eccleſiæ hiſtoria crebrius quam martyres, agricolas, mercatores, Imperatores miſiſſe ad ſpectatæ probitatis Monachos in montibus, & locis ſolitarijs degentes, vt eorum maximè apud Deum interceſſione fierent liberorum, copioſæ meſſis, proſperæ nauigationis, victoriarum in bello compotes: Euolue Ruffinum, Sozomenum, Euagrium, Palladij Lauſiacam, & Theodoreti religioſam Patrum hiſtoriam, & iſtiuſmodi exemplorum occurrent tibi examina. Legimus et in quodam veſtrate rerum Scoticarum Scriptore, homine admodum Euangelico, quòd ante annos mille ducentos in primis Eccleſiæ apud eos naſcentis temporibus, quum Britannia tribus regnis eſſet diſtincta, Britonum, Pictorum & Scotorum; Hoc tempore Pictos commiſſo cum Scotis bello, & ijs ad internecionem ferè occiſis, reliquos Scotos inſula tota profligaſſe tanta immanitate, vt nec *Sacerdotibus, nec Monachis parcerent, qui propter magnam ſanctitatem in ſummo apud omnes erant honore.* Paulò autem poſt Picti ipſi cum multis miſerijs premerentur, diligenter apud ſe cogitauerunt quibus peccatis tantam in ſe Dei iram concitauerant. Poſt multam meditationem illud tandem ſuccurrit meritò Deum illis iraſci, meritò ſuas preces à Deo contemni, qui fratres eorundem ſacrorum participes tanta ſæuitia eſſent proſequuti, *vt & Monachos etiã per quos Deus exorari poſſet,* ſimul exterminaſſent. Semper nimirum omnes nationes aliqua pietate aut naturæ bonitate celebres (multò magis Chriſtiani & Mahumetani) in bonorum precibus magnum ſibi præſidium paratum crediderunt. Nos certè qui innumeros habemus Monachos perbonos, eorum quoddam genus incredibili pietate excellens ita ſuſpicimus, vt libenter eos tum noſtros apud Deum Patronos, tum huius *Turcici Imperij totius conſeruatores* exiſtimemus. Quod ſi mortales, & per infirmitatem carnis aliquando labentes tanta apud Deum polleant gratia: poſtquam huius mortalitatis vinculis exoluti immortalem gloriam ſunt adepti maiorem illis eſſe & gratiam & potẽtiam non dubitamus, quum ipſi Angeli teſtentur hoc eſſe illorum cæleſtium ſpirituum aliquod officium, vt quando nos intento flagrantique ſtudio precamur, ipſi *offerant orationes noſtras Domino.* Qua ratione antiquiſſimi Chriſtiani ad Sanctorum in cælis degentium preces in ſuis omnibus vel corporis vel animi anguſtijs

d 4. Reg. 19 verſ. 4.
e Num. 16. verſ. 46.
Leui. 24. 4
Buchananus hiſto. Scotica lib. 4. pag. 124.
Ibi. pa. 127
Tob. ca. 12. verſ. 12.

ſtudioſiſſimè confugerunt, quod memini eſſe generaliter ab Eccleſiæ veſtrę vel Hiſtoricis, vel Doctoribus conceſſum, licet non approbatum. Eam enim fuiſſe veterum Chriſtianorum cõſuetudinem ex Sulpitio Seuero, Chryſoſtomo, Theodoreto, Leone, Athanaſio, Nazianzeno, Ambroſio, Prudentio, Ephrene, oſtendunt Magdeburgenſes, ex Baſilio Ioannes Brentius, ex Hieronymo Bullingerus, ex Auguſtino Petrus Martyr, ex totius Eccleſiæ primitiuæ ſuffragio & Patrum ſacris literis hoc confirmare laborantium, concedunt Theodorus Beza, & Zuinglius. Quare Paganorum conſuetudo ita Sanctos venerantium non nos coarguit ſuperſtitionis, ſed vos condemnat impietatis, qui eas religionis ſcintillas deleuiſtis, quas natura ipſis barbarorum mentibus inſeuit. SAMVEL. Mirabilis profectò & cedro digna concluſio, qua noſtram Chriſtianorum fidem doceatur Gentilium ritibus eſſe conformandam. Quin igitur & Phœbo ſacra faciamus, vt antiqui Perſæ, vel ſtellis vt Babylonij, vel Dijs inferis, vt Græci & Romani, & his aliiſque humanorum corporum hoſtias immolemus, vt olim Scythæ, Carthaginenſes, & alij permulti. MICHABAS. Ne hoc quidem conſequetur magis, quam quod Chriſti imitatio Chriſtianos omnes obligat vt per flagella, & contumelias, verbera, & crucifixionem, vita defungãtur, quemadmodum vos Chriſtum ex hac vita deceſſiſſe contenditis. Vos enim & hoc, & alia multa excipitis, qui tamen Chriſtianos ad Chriſtum & in morte, & in vita imitandum Apoſtolorum exemplo cohortari non deſinitis. Res ſiquidem à Chriſto in vita & morte geſtæ, & vobis inſtar ſigni propoſitæ quo dirigamini, certis ſunt generibus comprehenſæ, nec ad omnes Chriſti actiones vniuersè pertinent. Nec aliter multa ſunt à Gẽtilibus egregie facta & dicta, ex quibus etiam Apoſtoli argumenta ſumunt ad Chriſtianos officij ſui commonendos: Neq; tamen quæcunque eorum flagitia regulæ ſunt quibus Chriſtiani animentur ad eadem ſcelera ſuſcipienda. Et tua quam obijcis vel ſeriò, vel iocosè cauillatio idem prorſus valet ac ſi cum ego Anglos noſtros hortarer, vt veteri maiorum exemplo fortiter pro libertate patriæ contra publicos hoſtes dimicarent, Sophiſta quidam opponeret eodem argumẽto poſſe eos communibus vti vxoribus, eo quod antiquiſſimos Britannos *denos duodenoſque vxores inter ſe habuiſſe communes, & maximè fratres cũ fratribus, parentes cum liberis*, vt teſtis eſt Iulius Cæſar. Sed vt certi aliquid conſtituatur in quo vtrique figamus pedem, ſi hæc quæ ex Alcorano noſtro decerpta, vt Pagana & Papiſtica reijcis,

Centur. 5. cap. 20. & Centur. 4. cap. 4.

Brent. in Apolo. confeſſio. VVirtember. ca. de innocatione Sanctorum.

Martyr in Rom. c. 8.

Beza in præfa. noui teſta. Zuinglius tom. 1. ex plana. art. 20.

1. Petr. 2.

Cæſar de bello Galli. lib. 5.

reijcis, eadem ego oſtendam eſſe contrarijs veſtri Euangelij dogmatibus ſanctiora, an tum demum Euangelio tali Alcoranum noſtrum antepones, & circumciſionem Mahumetanam admittes? SAMVEL. Magnum eſt quod poſtulas, quanquam de priore non ero difficilis, Euangelium enim non verebor eatenus poſtponere, quatenus tu perſuadebis quod iſta Euangelio Alcoranum eſſe præſtabiliorem. At vero de circunciſione alia quæſtio eſt. MICHABAS. Valdè es mehercule in largiendo munificus & liberalis. Tu tanto concedis Euangelium eſſe indignius Alcorano, quanto ego cõtendo Alcoranum eſſe digniorem Euangelio, hoc eſt, tanto Solem eſſe maiorem Luna, aut argentum melius ferro, quanto aliquis probauerit Lunã eſſe minorem Sole, aut ferrum deterius argento. Acutè quidem & circumſpectè. Quod ſi tantam cautionem adhibuiſſes, quum primum deſerta Catholica ad Euangelium migraſti, vix adhuc opinor ex ijs in quibus baptizatus es erroribus emerſiſſes. Sed nõ extorquebo aſſenſum inuito, niſi enim circũciſionem ſponte & libens amplectare, nihil tibi Mahumetes proderit, & inanis erit circunciſio. Tantum vt profeſſus ſum, vel tui iuuandi, vel Alcorani defendendi gratia explicabo harum quæſtionum veritatem. Et primum generaliter oſtendã quam ſit imbecillum illud inſtrumentum, quo vel ſolum vel potiſſimum ad hæc omnia proſternenda niteris, quiã videlicet tale dogma eſt Paganum vel Papiſticum, ideò eſt reſpuendum. Poſtea ſingulas quæſtiones ſeparatim percurram & examinabo. Illud ergo aduertendum eſt, Samuel, Paganos veteres vel ab arcano Dei inſtinctu, vel rationis lumine, vel Philoſophorũ doctrina, vel illis ſimul omnibus multa habuiſſe veræ religionis ſemina, quæ quanquã poſtea partim humanæ naturæ improbitas, partim dęmonum mãlitia quibuſdam impijs additamentis quaſi admixtis fermento zizanijs corrũpebat, Iſta tamen ſemina & principia fuiſſe diuina, & diuinitùs ſuã traxiſſe originem, eorum cum diuinis legibus comparatio perſpicue demonſtrat. Vt enim prætercam totam mundi creationem, hominis formationem, diluuium vniuerſale, Abrahamum immolare volẽtem Iſaac, ſed liberato Iſaaco arietem eius loco ſuppoſitum & immolatũ, ſcitè adumbratum fuiſſe in Poëtarum fabulis, de Ioue mũdum creante, Prometheo hominem formante, Deucalionis diluuio, Agamemnone filiam Iphigeniam ſacrificaturo, & (quũ ea fuiſſet erepta) cerua eius loco ſubiecta atq; in ſacrificio mactata; Hæc vt omittam nullũ erat in Synagoga diuinæ erga homines prouidentiæ argumentum

mētum maiùs aut illuſtriùs, quam quod Deus familiari quodam modo cū populo ſuo ageret, & eos de rebus agendis cōmonefaceret. Hinc enim gloriabatur Moſes *nullam fuiſſe nationem ſub cælo tam grandem, quæ haberet Deos appropinquantes ſibi, ſicut Deus noſter adeſt nobis.* Duplici autem oraculorū genere voluntatem ſuam ſignificabat altero vocali, quū Deus ipſe ad propitiatorium reſponſa dabat, altero muto, quum ex lapidum pretioſorum qui erant in Ephod ſacerdotali inſpectione volūtas Dei percipiebatur. Atqui horum oraculorum neutrum Paganis deerat. Habebant enim Iouis Hammonis oraculum in Lybia, quod poſteriori Iudaico erat ſimile, habebant & Iouis Dodonei in Græcia quod alteri Iudæorum vocali reſpondebat, quæ duo omnium antiquiſſima vocat Herodotus, & quæ eodem ferè tempore oriebantur, quo ſua Iudæis conſtituebat Deus. Iſtis duobus in illo Dei populo finitimum erat quod Prophetæ Spiritu ſancto afflati futura prænunciabant. At nec iſtius Prophetici ſpiritus Pagani carebant ſignis, vel veris vel ſimulatis, de quo canit Poëta.

Deutero. cap. 4. 7. Num. 7. verſ. 89. Vrim Thūmim.

Herodot. lib. 2. 1. Reg. c. 28

Eſt Deus in nobis, agitante caleſcimus illo:
Impetus hic ſacræ ſemina mentis habet.

Ouid. faſt. 6.

Et paucæ erant Reſpub. vel magni nominis Imperatores qui res arduas aggreſſuri, Vates ſuos priùs non conſulerent. Græcos verò nullam vel coloniam deduxiſſe ſine Pythio, aut Dodonio, aut Hammonis oraculo, memoriæ proditum eſt. In hoc autem genere futura prędicendi excellebant Sybillę, quarum ex prędictionibus & reſponſis, collectos libros Sybillinos religioſiſſimè ſeruabant Romani, & ex illis Rempub. ſuā adminiſtrabant: Vtque difficillimis Reipub. temporibus Sacerdotes Iudæorum libros Propheticos; ſic Decemuiri Romanorum libros Sybillinos adiri iuſſi. Ignem cælitus delapſum ne extingueretur magna cura in templo ſuo cuſtodiebant Iudæi; at non maiore (quam *æternum* vti appellabant) Veſtæ *ignem*, primum Troiæ, poſtea Romæ tuebantur Veſtales. Hęc autem quatuor, totidem erant ſingulares prærogatiuæ, propter quas antiqui Hebręi non modo ſe reliquis in orbe nationibus præferebant, ſed etiam ſtatum ſuum, templumq́; quod Babylonicam captiuitatem antecedebat, altero quod liberationem ex illa captiuitate ſequutum eſt, putabant fuiſſe diuiniùs & auguſtiùs, quoniam huic poſteriori quatuor iſta deerant, quibus priùs illud ornabatur. Reliqua in Iudæorum ceremonijs, pręclara templi magnificentia, crebra in eo dum res ſacra fieret lumina & ornamenta, Sacerdotum ordo, Ponti-

Cicero de diuinat. libr. 1. Liuius decad. 1. lib. 5. 7. & deca 3. lib. 1. 2. &c. Leuit. 6. verſic. 13. 2. Mach. 1. Virg. lib. 2. Petrus Galatinus de arcanis Catholicæ veritatis. lib. 4. cap. 5 & 17.

ficatus

ſatus ſummus, ſacrificiorum varietates, ita in illo populo eminebant, vt tamen his aliæ nationes non eſſent destitutæ. Lex Moſaica Deo authore, Magiſtratu ciuili eos cancellos circundedit, vt is procurationi rerum Politicarũ intenderet, ſacras non auderet attingere: Pagani eandem diſtinctionem ita obſeruabant, vt Iulianus quoque Apoſtata vir alioqui ſceleſtiſſimus eam obſeruaret. Sic enim ad ſuum ſacrorum Gentilium Pontificem in Galatia ſcribit. *Præfectis Prouinciarum in vrbem ingredientibus nemo Sacerdos obuia prodeat, niſi quando ad templa Deorum accedunt, & tum ſolum inter veſtibula eos intrantes nullus miles præcedat, ſequatur autem qui vult. Nam ſimul vt ingreditur limen delubri* (etiamſi alias toti Aſiæ imperet) tamen *priuati perſonam induit. Siquidem vt noſti, ipſe ijs quæ intus ſunt præeſt, propterea quod diuina lex iſtud poſtulat.* Iudæi ſacrilegium ducebant ſi quis diuino cultui dedicata diriperet, & ad prophanos vſus transferret, adeò vt Ioſephus illorum Hiſtoricus, inter flagitioſiſſima ſeditioſorum zelotarum facta recenſeat, *quod etiam ſacris materijs ad templum illud reficiendum deſtinatis, ad bellica inſtrumenta conficienda ſint abuſi.* Fatebantur quoque Pagani *etiamſi iure ciuili præſcriptum non eſſet, lege tamen naturæ, communi iure gentium ſanctum eſſe, vt nihil mortales à Dijs immortalibus vſucapere poſſent.* Et Romani in antiquiſſimis Reipublicæ ſuæ legibus ſcriptum habebant, *Sacrum ſacrove commendatum qui clepſerit rapſeritve parricida eſto,* & parricidarum pœnis obnoxius. Certa Iudæorum ſacra in intimis tẽpli penetralibus Sacerdotes ſoli peragebant, ea religione & cæremonia, vt laicis non modo præſentes eſſe, ſed nec aſpicere fas eſſet. Atque hæc ita reuerebantur Iudæi, vt cũ à Pompeio poſt diuturnam oppugnationem caperetur Hieroſolyma, & irrumpentes Romani milites ſupra duodecim millia Iudæorum occiderent, atque (vt in talibus direptionibus vſu venit) plurima fanda & infanda patrarent, *nihil tamen grauius in illa cæde, Iudæorum genti viſum eſt quam ſanctum illud arcanum, neque cuiquam prius viſum, iam alienis* (*Romanis*) *eſſe detectum.* In illud enim ſecretius templi aditũ irruerant milites, & repoſita illic ſacroſancta Iudaicæ religionis myſteria contemplabantur: Non aliter Romanis quoddam erat ſacrificium vetuſtiſſimum, ipſis ciuitatis Romanæ fundamentis æquale, *adeò occultum, vt non ſolum curioſos oculos excluderet, ſed etiam errantes, quo nec imprudentia poſſet intrare.* Quod ſacrificium nemo vnquam adijt, nemo aſpexit, præter vnum Clodium, quem propterea vt monſtrum impuriſſimum, Dijs, hominibuſq;

2. Paralip. 20.
Sozom. lib. 5. ca. 15.
Ioſeph. de bello Iudaico li. 6. c. 1.
Cicero de Aruſpicũ reſponſis.
Idem de legibus li. 2.
Leuit. 10. 16. 17.
Luc. 1. v. 10
Ioſeph. de bello Iudaico lib. 1. c. 5.
Cicero de Aruſpicũ reſponſis.

minibuſque inuiſum Romani horrebant. Populus Hebræus Dei ſui nomen nec effari audebant. Et quamuis vos curioſa quadam audacia Iehoua pronunciandum ſtatuatis, illi tamen vocem hanc non agnoſcunt, & quæcunque ſit, nolunt in vulgus efferri, ſed religioſo ſilentio contegi. Ita prorſus Romani

Cicer. ibid. eius Deæ cui illud ſacrificium offerebatur, *ne nomen quidē ſciri* fas putabant. Hæc & huius generis alia multa, vel Dei erga homines prouidentiam, vel hominum erga Deum pietatem & officium demonſtrantia, quiſquis à Paganis & Idololatris facta reprehenderit, ipſe impius eſt, & Pagano deterior, quando pari ratione ipſius Dei præcepta ſint carpenda. Quod ergo hæc fecerint Pagani, rectè & ordine fecerunt, quod autem talibus Dijs Ioui, Marti, Apollini, Veneri tribuerint, in eo eſt peccatum, non in mente qua viderunt hæc agenda eſſe, ſed in praxi qua ſtatuerunt hoc modo & in hunc finem agenda; non in generali notitia colendi Dei, ſed in particulari concluſione hos honores talibus idolis applicandi. Quædam ſunt dogmata partim vobis Chriſtianis propria, partim nobis vtriſq; communia, eademque & ſubtiliora inuentu, & difficiliora comprehenſu. Qualia ſunt potiſſimum temporalis Chriſti ex virgine Matre, & æterna ex Deo Patre natiuitas. Neque tamen Paganis iſtorum abditiſſimorum deerat quædam adumbratio. Pallas enim Dea ſapientiæ ex cerebro Iouis prognata, quā aptè deſignat increatam, quam vos vocatis ſapiētiam ex Deo Patre per intellectus operationem non humana & vſitata, ſed diuina & inexplicabili ratione generatam! Id cum reſciret Iouis vxor;

Ouid. faſt. 5.

Sancta Iouem Iuno nata ſine patre Minerua,
Officio doluit non eguiſſe ſuo:

Quare & ipſa apud ſe de referendo par pari deliberans, inquit:

Cur ego deſperem fieri ſine coniuge mater:
Et parere intacto dummodo caſta viro?

Neq; verò iuxta Poëtarū opiniones ea ſpes eam fefellit, nam ſine virili congreſſu peperit Martem. Et quam hoc appoſitè repræſentat temporalem Chriſti ex virgine Matre natiuitatem!

Plutarch. in Numa Pompilio. Veteres quoq; Ægyptij dicere ſolebant, *Mulieri ſpiritum Dei appropinquare poſſe, & quadam ſobolis principia ingignere.* Et quid aliud nos vtriq; credimus, quum per ſpiritum Dei Ieſum Chriſtum ex virgine Matre natum profitemur? De hominum ſceleratorum ſempiternis in inferno ſupplicijs, bonorumq; in cælo æternis gaudijs, quid vel Chriſtiani, vel Mahumetani credunt, cuius apud Poëtas in ſua Tartari Camporumq; Elyſiorum de-

rum deſcriptione, non ſit aperta mentio? Quid ergo nobis ſupereſt ſi veſtræ Theologiæ credimus, niſi vt hæc omnia peruertamus, nec cum Chriſto inferorum pœnas dicamus eſſe ſempiternas, eumq; locum immutabili Dei iuſtitia impijs torquēdis ſic diſtinatum, vt nulla illic iuxta literas ſacras expectari poſſit redemptio; Quia Poëta Poëtice canit eſſe *Matth. 25.*

Mænia lata orci triplici circumdata muro, *Virg. lib. 6.*
Ingentes portas, ſolidoq; Adamante columnas:
Vis vt nulla virum, non ipſi exſcindere ferro
Cœlicolæ valeant.

Nec cum Apoſtolo auaros, iniuſtos, adulteros, inceſtuoſos, illis inferni cruciatibus addicamus, quia & illud Poëticũ eſt: *1. Corin. 6. verſ. 9.*

Hi qui diuitijs ſoli incubuere repertis,
Quiq; ob adulterium cæſi, quiq; arma ſequuti
Impia, nec veriti dominorum fallere dextras,
Qui patria leges fixit pretio atque refixit,
Qui thalamum inuaſit natæ, vetitoſq; hymeneos, *Virg. ibid.*
Incluſi pœnam expectant.

Denique ex contraria parte nec ad cæleſtem hæreditatem attollendi ſunt viri boni, fortes, caſti Sacerdotes, Prophetæ: nec propter pia opera cælitum numero aſcribendi, ne in opiniones Paganorum incidamus commendantium

Locos lætos & amæna vireta,
Fortunatorum nemorum ſedeſq; beatas.

Vbi eos collocant qui

Fortiter ob patriam pugnando vulnera paſſi: *Virg. ibid.*
Quiq; Sacerdotes caſti dum vita manebat:
Quiq; pij vates, & Phœbo digna loquuti:
Quiq; ſui memores alios fecere merendo.

Et fortaſſe hęc ratio ne ad Paganorum opiniones accederēt Lutherum & reliquos Euangeliſtas commouit, vt generalem nationum omnium de cęlo & inferno opinionem corrumperent. Eaque non ex operum malorum vel bonorum merito, bene & male viuentibus, ſed ex ſolius fidei gratia bene vel male credentibus aſſignarent. Percurre fere omnia veteris nouiq; Teſtamenti, ſiue ea ſint à Deo ipſo mãdata, ſiue à Dei Prophetis præſcripta, ſiue in fide neceſſaria capita, ſiue in hiſtoria res verè geſtę, iſtorum nihil iuſtam authoritatem obtinebit ſi hac tua ſtatera ponderentur. Neq; enim Moyſes in aquis vt ſubmergeretur expoſitus, Dei prouidentia per filiam Pharaonis liberatus eſt vt poſtea populi Hebræi princeps & conditor eſſet. Quia Romulus eodem modo in flumē Tiberis proiectus, ita que- *Exod. 2. verſ. 3.* *Liuius li. 1.*

Exod. 34. 28. Plutarch. Liuius.

ita quoque ſeruatus eſt per Fauſtuli Paſtoris vxorem vt populi Romani Princeps & author euaderet. Nec idem Moſes quadraginta dies in monte cum Deo verſatus ab eo legem accepit, quia omnes fere Paganorum legislatores. Minos Cretenſium cum Ioue, Licurgus Lacedæmoniorum cum Appolline, Zaleucus Locrentium cum Minerua, & Numa Romanorum cum Ægeria ſimilem habuiſſe conſuetudinem, & leges quas ſuis populis dabant, à Dijs accepiſſe referuntur. Nec verum erit Iudę Machabæo cõtra Græcos pro lege Dei prælianti cælitus demiſſos tuliſſe auxilium *duos equites qui Machabæum medium habẽtes protexerunt ab hoſtium impetu, & in hoſtes tela ac fulmina iecerunt*, Quia *apud Regillũ bello Latinorum cum Poſtumius Dictator Tuſculano prælio dimicaret, in Romana acie Caſtor & Pollux ex equis pugnare viſi ſunt*, vt memorant Romanorum hiſtoriæ. Atque idem iudicium de reliquis Iudæorum & Chriſtianorum miraculis eſto, quorum omnium ſimilia in Ethnicorum hiſtorijs reperiuntur. Denique totam Hebræorum hiſtoriam quæ res ab ipſa mundi origine factas ad ſua vſque tempora recenſent falſitatis condemnemus. Quoniam certum eſt Babilonios mentiri qui non quidem id ſibi vendicant vt continuato hiſtoriæ curſu ad mundi vſque originem pertingant, ſed tantum *quadraginta ſeptuaginta millia annorum monumentis hiſtoricis comprehenſa* ſe tenere aſſeuerant. Improbiſſima nimirum eſt hæc ratio & infirmiſſima, & flexibili Lesbiorum regula lõgè deprauatior, quaſi fidem noſtram metiamur, breui dum Paganorum infidelitatem fingimus declinare, quocunque Paganorum genere erimus infideliores. Quia nec Chriſtum filium Dei appellare poſſumus, quem ita vocarunt dæmones, nec Deum omnino credere, quem credit & contremiſcit Satanas.

2. Mach. c. 10. v. 30. Cicero lib. 2. de natura Deorũ. Cicero de diuinatione. lib. 1. Marc. 3. 12. Iacob. 2. 19

ARGVMENTVM CAPITIS III.

Pergit Micheas explicare quemadmodum Deus in omnibus gentibus impreſſerit veritates quaſdam primas & ſemina virtutum, quibus & Deum colant, & iuſtè inter ſe viuant, quæ ſunt omnium & legum & religionum initia, & quæ quamdiu ſequuntur Ethnici tamdiu rectè faciunt & nobis ſunt imitandi. Modus autem cognoſcendi quando ea ſequuntur nec ne, eſt vel

vel vt ipſi rectâ ratione eorũ facta exiſtimemus, vel aliorum bonorum iudicia in eo ſequamur. Ad quæ conferens Euangelicorum doctrinam de ſola fide, manifeſtè probat eam cum primis naturæ legiſq; diuinæ principijs pugnare. deinde cum omnium nationum, & Philoſophorum, & fidelium, & infidelium, & ſapientium iudicio, & eſſe verè Epicuream & Ethnicam: vbi ſimul docet, quid ſit dicendum propriè Ethnicum & Iudaicum. Denique defendit Turcarum ſtatas & varias ſingulis diebus orationes: & eas prophanis Euangelicorum orationibus probat eſſe meliores.

CAPVT TERTIVM.

QVin ergo (inquis) tum Paganorum ſuperſtitio erit nobis veritatis menſura & regula? Non ita dico, neque tamen Paganorum opinio nobis erit certum falſitatis argumentum. Sed diſtinguendum eſt inter ea quę Pagani à vero naturæ lumine & recta ratione, quæ item à deprauatis moribus, vel nefaria ſuperſtitione traxerunt. Naturę enim lumen quod à diuino lumine deriuatur, & eſt illius participatio, principia mẽtibus hominũ impreſſit quibus Deum eſſe & eum colendum eſſe, ſeque huius Dei auxilio indigere ſcirent, eumque propterea pietate & certis corporis animæque officijs adorandum, quoniam & corporis & animæ creator eſt intelligerent. Quatenus his principijs adhiberent, & vt boni ratiocinatores deducunt concluſiones his principijs aptas & conſentaneas, Ethnicorum exemplum nobis eſt regula qua dirigamur. Sin vero ex his principijs aptè nõ colligunt, vel ea contemnentes, diſtortam aut naturæ vitiatæ, aut corruptæ ætatis ſuæ conſuetudinem ſequuntur, hic à Paganorum regula diſcedimus eo quod ipſi à generali naturę regula ſuas actiones deflexerunt. Quod de illis quos tu obijcis vel ſtellis ſacrificãtes, vel Dijs infernis humanorum corporum hoſtias immolantes liquido conſtat. Quoniam autem fides erga Deum & ratio verſandi inter homines, adeò ſunt inter ſe iugata & nexa vt alterum fere ex altero pendeat, & vtrumque ijſdem quaſi radicibus nitatur vtrumq;, mutua comparatione quoad poſſumus, illuſtremus. Sunt enim hæc obſcuriora, nec ſtatim à quibuſuis percipiuntur. Quemadmodum igitur Poëtæ fingunt Prometheum in cælum aſcendiſſe, atque illinc ignem à ſolis globo ſurripuiſſe, quem poſtea cum limo terræ

Plato in phædone ſiue de anima. Cicero Tuſcul. 3.

contemperauit & naturæ humanæ inſeruit, Philoſophi quoque alij animos hominum à natura Dei hauſtos & delibatos eſſe tradunt. Alij rectiùs igniculos ſcintillas, ſemina, elementa diuinæ cuiuſdam virtutis animis noſtris eſſe inſita, quæ ſi non prauitate morum & peruerſitate opinionum corrumperemus, ſed ſinceremus adoleſcere, ad beatam nos vitam perducerēt: Sic vera Theologia ponit Deum in natura hominis inſcripſiſſe legem quandam iuſtè honeſteq; viuendi, qua etiamſi leges ſcriptæ penitus ſilerent, homines tamē ad probitatem & iuſtitiam erudirentur. Quæ eſt enim natio ſub ſole adeò efferata, quæ comitatem, benignitatem, gratum animū, & officij memorem non diligat: quæ non maleficos, ſuperbos, crudeles, ingratos odio proſequatur? Aut quis ſanæ mentis ius aut iuſtum vocaret latrocinari, adulterari teſtamēta falſa ſupponere, ſed hæc populorum iuſſis, Principum decretis. Iudicum ſententijs, aut horum ſimul omnium ſuffragijs & ſcitis probarentur? Quid ita! quia vt Deus vel mens diuina, vel (quod idem ſignificare volo) lex æterna mentis diuinæ ſumma eſt lex & Princeps, & vltima, probans ea quæ bona ſunt, & prohibens contraria: Sic recta in homine ratio quæ eſt quidā quaſi circulus ab illa diuina arbore defractus, aut lumen exiguum ab illa immenſa ſolari luce delibatum, & naturalis lex dicitur, vi & impetu ſuo abſque humanarum legum adminiculo ad rectè faciendum impellit, & à delicto, nequitia, ſcelere auocat. Atque ex hac rurſùs naturali lege origo eſt omnium ciuilium legum. Ille enim à primis Legiſlatoribus ad ſalutem ciuium & ciuitatum incolumitatem vitamque hominum quietam & beatam ſcriptæ ſunt. Quæ ſi vel iniuſta, vel pernicioſa iuberent qui eas ferrent, quiduis potius dicendi erant tuliſſe quam leges, quia in huiuſmodi præſcripta legis nomen nullo modo conueniat, quæ à lege æterna & lege naturæ primarijs ciuilium legum fontibus tam manifeſtè diſſentiunt, & ab ipſa legis generali notatione, hæc hoc continet, vt ſit vis & ſententia iuſti iubendi & iuſtitiæ iuriſque colendi, prohibendi autem ea quæ ſunt his contraria. Ius ergo à natura ortum habet, non à voluntate populorum. Neque vt mutetur in eorum magis eſt poteſtate quam vt noctem vertant in diem, aut lucem in tenebras. Vnde eleganter nonnulli, quemadmodum Roma Populi Romani, & Venetia Venetorum ciuitas vocatur, quia legibus à populo, ſenatuſq; Romano, & Veneto latis ciuitates illæ reguntur. Sic vniuerſum mundum Dei ſupremi ciuitatem nominandam cenſent, quia immutabili hoc natu-

ræ iure in hominum cordibus impreſſo & ingenerato gubernatur. Ex quo primum emanat ius illud gentium in quo hic pactis & conuentis omnes nationes ipſa naturæ inclinatione conſentiunt, proximè illa particularia populorum, Senatus, Imperatorũ, Plebiſcita, Senatus conſulta, præſcripta, vel quocunq; nomine vocantur leges ab eo qui authoritatem habet conditæ, iuſtæ tamen & cum illo iure vniuerſali gentium, & magis vniuerſali iure naturæ, & maximè vniuerſali lege Dei congruentes: a qua ſi aberrent, omnium populorum & Principum ſimul (ſi ita accidere fingamus) conſpirantium authoritas eas non poſſet efficere leges: quemadmodum cum Imperator noſter aliquem ex ſuis purpuratis, verbi gratia Synambaſſam certis legibus conſtituit Aſiæ minoris præfectum, ille aliũ Sangiaccum ſub ſe Galatiæ regendæ præficit ſcriptis ei tabulis ſecundum quas regere debeat, iſte viciſſim amicũ aliquem iuxta ordinem ſibi præſcriptum in Ancyra collocat qui eam ciuitatem gubernet, gubernator iſte non præeſt legitimè, ſi obediri ſibi poſtulat tum cum aliquid contra omnibus illis agendũ imperat, quod poteſtatem ſibi traditam a Sangiacco, vel huc datam à generali Præſide excedat, maximè verò ſi pugnet cũ ſupremi Imperatoris voluntate & imperio, a quo omnes ius imperandi ſuum hauriunt. Idem prorſus hic dico, quod ſuperius de religione dicere volebam. Diuina enim mens fons eſt vtrinq; primarius, ab eo in animos hominum quædã facta eſt deriuatio. Hoc & veræ religionis, & iuſtæ actionis regula eſt minimè fallax. Sed quoniam in priore minus acuta eſt perſpicientia noſtra ſi quando fallimus, quã in poſteriore, & apertiora ſunt peccata in moribus, ſubtiliora in fide, vnde crudelitatem, perfidiã, fraudes, latrocinia, omnes ferè nationes deteſtatæ ſunt; ſuperſtitionem, idololatricos ritus, impura in Deo colẽdo ſacra, & illicitas cæremonias non item, ex eo fit vt huius poſterioris generis exemplis ad prioris veritatem percipiendam facilius deducamur. Huc iam reuocemus quæ de Paganorũ vel fide vel moribꝰ dicta ſunt, & perſpiciemus quid valeat vtrinq; argumentũ noſtrũ, quo vel tu improbas multa, quia à Paganis probata, vel ego admitto, quia à Paganis ſuſcepta. Quũ enim certũ ſit eos alia hauſiſſe à Deo, à naturę lumine, à lege æterna, à recta ratione, vt colere Deum, credere eum eſſe omnium rectorem, vt nemini iniuriã facere, ſuũ cuiq; tribuere, honorare parentes, defendere vxorem & liberos, & quæ ſunt ſimilia, alia verò a natura corrupta & peruerſa conſuetudine, à dęmonum fraudibus, ab impoſtorum præſtigijs, vt immolare ſanguinem huma-

humanum,negare Deo eſſe rerum humanarum curam, diuinos honores tribuere beſtijs,vel rebus inanimatis, latrocinari,verberare parentes, non curare familiam & liberos,& quæ ſunt his affinia, ſi quæ tu reprehendis, ſint prioris generis,iniqua eſt reprehenſio,& qui ea redarguit,Deo & naturæ bellum indicit: ſin autem in poſteriori ſunt ordine,rectè argumentaris,& talia quidem ſunt iure meritoque deteſtanda. Hoc autem vt diſcernamus, duplex nobis ſuppetit via. Altera eſt,vt id particulare,de quo cõtrouertitur ad generalia naturæ principia rectamque rationem conferamus & diligenter diſpiciamus, vtrum ab ea manauerit,vel ei poſſit aptè coniungi & continuari. Quemadmodum autem riuuli plærique, qui in locis Mediterraneis longè à mari diſtantibus oriuntur, certo curſu in alios maiores riuos,& hij deinceps in alios influunt,& omnes deinde in mare illabuntur, nonnulli autem in ſtagna & paludes incurrunt (vt Iordanes in lacum Alphaltiten, quod mare mortuum vocant) & ab illis abſorbentur: qui vero ad illum naturalem locum deferuntur, & qui in iſtis paludibus corrumpuntur, diligens indagator, qui in harum rerum cognitionem animum intendit, verè vt plurimum deprehendit: ſic in populorum religionibus & moribus,quæ ad principium illud diuinæ mentis,æternæque legis, vel rectæ in hominibus rationis poterunt ordinatè referri, quæ verò ad præpoſteram diſciplinam & impiam ſuperſtitionem quaſi ad mare illud mortuum reuocari, quiſquis ſedulam iſtis eruendis nauat operam,& conſequentia cum antecedentibus comparare,& alia ex alijs nectere ſtudioſè laborat, ſine errore vt plurimum expiſcabitur. Sed quoniam hæc via ſemper eſt laborioſa, & propter infirmitatem iudicij atque intelligentiæ noſtræ non ſemper explorate vera, altera via eſt aſſumenda, videlicet vt populorum mores & inſtituta contemplemur, eorum qui vel prudentia egregia, vel præclaris legibus, vel doctiſſimorum hominum præceptis ad publicam honeſtatem fuerunt compoſiti, maximè verò quos ſanctiſſimæ à Deo ipſo datæ leges, Principes & Prophetæ ad pietatem formarunt, quales vtrique confitemur fuiſſe veteres Iudæos,& primos Chriſtianos,quibus ego adiungo Mahumetum & Mahumetanos, tu Lutherum & Lutheranos, & qui à Luthero; Zuingliòque ſunt procreati. Neque enim (vt reliquos mittam) vel ipſe Moyſes, vel etiam Prophetæ aliud magna ex parte contenderunt, quam ſepultam hanc naturæ legem renouare; & excitare homines ad diligentem eius obſeruationem. Neq; Decalogus Moyſis quic-

Pauſanias Græciæ deſcriptio li 5

quicquam eſt aliud, quam perſpicua & particularis illius legis declaratio, eoque pertinent & Prophetarum cõciones, & morales Salomonis & Siracidis libri, & Socratis, Platonis, Solonis, Numæ, Licurgi, & reliquorum bonorum Principum leges, & Philoſophorum monumenta. Hæc vniuerſe dicta quia ſunt tam euidentia, vt ea nemo liberalibus diſciplinis vel leuiter tinctus inficiari poſſit, non dilatabo pluribus, tantummodo ad hoc accommodabo ea, quę tu in Alcorano reprehendis dogmata, & quorum contraria, tuorum nimirum Doctorum placita extollis vt purè Euangelica. Primum erat, quod nos bonis operibus æternam vitam promittimus, quam tu & tui ſola fide vultis acquiri, cuius tantam dicitis eſſe potentiam, vt quæcunque fuerit hominis vita, eum tamen in certa æternæ fœlicitatis poſſeſſione collocet. Ecquid verò dici poteſt legi & Dei & naturæ magis contrarium? Quum enim vtriuſque legis, & legis cuiuſcunque vis atque eſſentia in hoc ſit poſita, vt virtutes præcipiat, & à vitijs deterreat, & legem tranſgredientes ſupplicio conſtringat, hæc doctrina iſta ſimul omnia diſſoluit. Nam Chriſtianum nulla neceſſitate deuincit ad bene operandum, & nullo mortis ſempiternæ terrore coërcet à ſceleribus, & ſolam fidem habentibus æternam beatitudinem promittit, quam innumeris ſanctiſſimorum hominum operibus negat. Alterum eſt legis diuinæ, & naturalis officium vt homines bonos efficiat, quod item eſt legibus ciuilibus magna ex parte propoſitum. Cæterùm veſtra doctrina hoc quoque penitus euertit. Nam cum quæuis hominum bonorum opera ſordida, polluta & fœdiſſimis pannis inquinatior dicitis, quum iuſtum in omni opere bono peccare contenditis, ideoque ſola fide iuſtitiam definitis: hominem nulla ratione fieri poſſe bonum concluditis. Neque enim bonus eſt qui diuinas leges mente comprehenſas tenet, & ſine dubitatione veras eſſe profitetur, niſi etiam voluntatem ijſdem ſubijciat, & earum vim vitæ ſuæ actionibus exprimat: quemadmodum in Repub. ciuili bonus ciuis non eſt qui leges vniuerſas memoriter ad vnguem tenet, ſi tamen eaſdem pro libidine licenter tranſgrediatur. Rurſus quænam eſt cauſa ortus noſtri: Et quem ad finem in mundum venimus? an vt more beſtiarum paſcamur? vt voluptatibus otioſè fruamur? vt nihil egregiũ, nihil excelſum moliamur: Quęre à Philoſophia, adhibe in cõſilium mentem tuam: perſpicies ad duas res nos eſſe natos, ad intelligendum, & agendum: Alterum vt animos noſtros ſciẽtijs bonis, alterum vt eoſdem virtutibus excolamus. At vos

Digitized by Google

tollitis quod eſt horum præſtantiſſimum, cum enim vltimum hominis bonum ſempiternam dicis fœlicitatem, ſoli fidei nō autem operibus à Deo promiſſam eſſe dicitis, omnes bene agendi neruos planè inciditis. Ergo nō actuoſam, ſed otioſam, hoc eſt non humanam ſed belluinam hominum vitam iſta ſolius fidei commendatione efficitis. Quid præterea altius homini à natura inſitum quam vt Deum, Dominum & creatorem ſuum revereatur? At vos qui fidem hanc cum tanta confidentia, & ſecuritate, & certitudine ſalutis veſtræ cōiunctam eſſe vultis, quanta eſt de rebus maximè notis & compertis, qui requiritis vnicuiq; è veſtro grege illud eſſe conſtantiſſimè perſuaſum. Deum non minus ipſi fauere, quam ſancto in cælis cuicunque, imo quam ipſi filio ſuo Chriſto Ieſu, quem locum timori relinquitis, vbi tam inſigni fiducia & plerophoria (quā ſæpè vſurpatis) mentes veſtræ complentur! Nec minus principijs naturæ aduerſarium eſt quod vos ad huius ſolius fidei regnum conſtituendum, liberum ab homine arbitrium tollitis, & in agendo neceſſitatem inducitis: Quo verbo & virtutis laudem, & vitij turpitudinem, & præmia vitis bonis in ciuitatibus propoſita, & ſupplicia malis conſtituta, & ipſam alacritatem, conatumque bene agendi eripitis. Quæ omnia à libera in homine & voluntaria boni maliq; electione pendent. Imò hoc tradi errore naturam humanam cum belluina planè confunditis, quarum hæc naturali tantum habitu & inclinatione ſequitur quod eſt ante oculos: illa autem libera cum electione, & deliberatione, & conſilio res obiectas conſiderante, alteram quam probat appetit, alteram improbatam reſpuit. Mitto alia ipſam Dei naturam incredibili improbitate deſtruentia, & ex hac tamen ſola fide manantia, vt cum Deum fingitis à iniuſtis hominibus nequiſſimis, ſola tamen fide præditis æterna præmia tribuentem. Hæc enim ſuperius expoſita non eſt neceſſe repetere, de quibus ſuo loco ſatis dictum exiſtimo, & ego iſta non tam diſputationis quam exempli gratia percurro, vt oſtendam quemadmodū multæ ſunt controuerſiæ quæ vel ſolo rationis iudicio poſſint determinari, quæ idcirco non eſt reſpuenda, etiamſi ab Ethnicis afferatur, quæ vna eademq; in Ethnicis, Chriſtianis, & Mahumetanis à Deo & natura ingenerata reperitur. Atque iſta quidem adeo ſunt per ſe nota & euidentia, vt lumine aliunde adducto illuſtrari non ſit neceſſe. Fingamus tamen eſſe obſcuriora, & ea nos noſtris ingenijs indagare non potuerimus. An in hoc genere maximis clariſſimorum Philoſophorum ſtudijs, inſigniū populorū moribus,

bus, ſummorum virorum iudicijs nihil tribuemus, ne tum quidē quum ad iſtos, & veterum Iudæorum, & deinceps Chriſtianorum quos per Prophetas & Apoſtolos ſuos Deus inſtruxit ſuffragia acceſſerunt? Pulcherrimè autem egregius Philoſophus: *fluctus* (inquit) *marinos concitari & tempeſtatem in-* *Plutarch.*
gruere videns Gubernator, votis quidem ſalutem expetit, ac Deos *de ſuperſti-*
Seruatores inuocat: inter vota nihilominus clauum adducit, an- *tione.*
tennas demittit. Heſiodus agricolæ præcipit vt ante arationem atque
ſationem ſtiuam tenens vota nuncupet Diis ac Cereri. Et apud *Iliad. II.*
Homerum Aiax ſingulari prælio cum Hectore congreſſurus, Græcos iubet Deos pro ſe comprecari, ipſe illis precantibus ſe armat. Et Agamemnō poſtquam pugnaturis præcepit, haſtam quiſque acuat, clypeumque fideliter aptet: Tum quoque Iouem ſic precatur.

Da Priami nobis euertere funditus aulam.

Ecquid dici potuit ad ſolam fidem profligandam euidentius? Ita nimirum inuocandus eſt Deus, vt ipſi ſimul collaborem*, ita vota facienda, vt ipſi rebus gerēdis manum admoueamus, hoc eſt, ita nitendum fide vt ſimul coniungamus opera. Hoc cum natura docuerit, & Nauclerum in gubernanda naue, & agricolam in conſerenda terra, & militem in aggrediendo hoſte, & Imperatorem in armādo exercitu, ſola vos veſtra Theologia id non docuit in Satana grauiſſimo hoſte debellando, & quem conatum noſtrum Deus cum prouidentia ſua in multiſſimis terræ commodis præcipiendis cōiunctum eſſe voluit, eum vos ab omnium maxima, & ampliſſimo regno, videlicet cæleſti adipiſcendo remouetis, atqui.

Non eſt è terris mollis ad aſtra via. *Seneca in*
Vt rectè aſſeruit alter: ſed *homini datur aſcenſus in cælū pro-* *Hercule*
pter mentem, pietatem, virtutem, fidem, non propter fidem ſo- *furente.*
lam. Neque vllus fuit aliquando Philoſophorum alicuius no- *Cicero in*
minis qui aliter auditores ſuos inſtituit, ſi tamen Epicurū ex- *Lælio.*
cipias. Nam antiquiſſimos Chriſtianorum Magiſtros hoc penitus modo ſenſiſſe, hiſtorici veſtri ſponte confitentur. Proxima poſt Apoſtolos ætate celebres numerantur *viua Apoſtolorum voce in doctrina vera, rectè inſtituti Ignatius, Theophilus, Antiochenus, Serapion, Papias, Policarpus, Agrippa, Miltiades, Policrates, Theophilus Cæſarienſis, Pantenus, Clemens Alexandrinus, Quadratus, Ariſtides, Dionyſius Corinthius, Iuſtinus, Ireneus & alij.* Illuſtriſſimus quidem partim Epiſcoporū, partim Martyrum, partim diſcipulorum ab ipſis Apoſtolis edoctorum chorus, quorum certè apud vos ſacroſancta debet eſſe authoritas. Iſti vero quid? Num in ſola fide integram Chri-

Chriſtiani hominis iudicium poſuerunt? Nequaquam, ſed docuerunt opera neceſſariò eſſe adiūgenda. Nunquid eorum ſententia ita obſcurè propoſita eſt, vt eam non comprehendatis, aut ita ambiguè, vt de ea dubitetis, aut ita inconſtanter, vt eius pœnituiſſe Patres iſtos appareat, & palinodiam ceciniſſe? Imò perſpicuè loquuntur, & in varijs libris inculcant, & tota vita fidem hanc monſtrarunt, & ad extremum in ea ſunt mor-
Ibidem. tui: nec de eo ipſi quicquam ambigitis. Vos ergo cur non iudicium hoc admittitis, & voci Dei, & naturę per iſtos expreſſæ obtemperatis? Ipſi nimirum horum iudicū cenſores eſſe vultis, & de ijs pronunciatis quod *in hoc articulo errarunt, & operibus plus quam debebant aſcripſerunt, id quod fortaſſe ex Pſeudoapoſtolorum errore de neceſſitate operum ad ſalutem promana-*
Centur. 3. *uit.* Non ergo Apoſtolorum ſed Pſeudoapoſtolorum diſcipu-
pag 13. 79. los eos fuiſſe liquet, quorum doctrinam imbiberunt, & deſe-
80. 81. rentes Apoſtolicam, hanc Pſeudoapoſtolicā ad poſteros tranſ-
Centu 5. c. miſerunt. Nam hanc eandem doctrinam ab illis traductam
10. & 4. in poſteritatem inualuiſſe ijdem Hiſtorici ex Tertulliano, O-
& Cent. 5. rigene, Methodio, Cypriano, & fatentur & probant. Probant
c. 4. & 10. deinceps ex Chryſoſtomo, ex Auguſtino, ex Cyrillo, ex Proſ-
Luth. Tō. pero, ex Theodoreto, Paulino, Hieronymo, qui directè *ſolam*
5. in Gal. *fidem* negant ſufficere, & opera bona vti non minus neceſſaria
c. 4. f. 400. requirunt: quos idcirco Lutherus mordaciter vocat *Papiſtas*
Centur. 5. & *Iuſtitiarios* regni Papiſtici. Neque verò magiſtri tui volunt
pag. 1363. hunc errorem fuiſſe iſtorum Patrum ſingularem, ſed Eccleſiæ totius eo tempore communem. Sic enim de Proſpero ſcribūt: *Retinuit* (inquiunt) *Proſper non paucos ſuæ ætatis næuos, qualis*
Centur. 4. *eſt fidem ſine operibus non iuſtificare.* Et alibi poſtquam fusè La-
cap 4. ctātium, Chromatium, Ephrenem, Hieronymum, Gregorium
pag. 292. Nyſſenum, Nazianzenum, Hilarium, Ambroſium probaſſent ſolius fidei iuſtificationem non agnoſcere, addunt. *Iam cogitet pius Lector quàm procul hæc ætas in hoc articulo ab Apoſtolorum doctrina deſciuerit.* Eccleſia ergo Chriſtianorum omnesq; Doctores vſque ad quingenteſimum à Chriſto annum credit operibus bonis cæleſtem hæreditatem parari, non fide ſola.
Chronic. An expectas vt in medium proferam Eccleſiæ noſtræ Caly-
Saracen. phas, Pontifices, & Prophetas Homares, Hoceīros, Eubecaras,
iunctum Zeydos, Muauias, Odmenios, viros propter eruditionem
Alcoran. & ſanctitatem omnibus in locis vbi Mahumetis doctrina viget, celebratiſſimos? At certum eſt illos nunquam, vel latum vnguem ab Alcorano deflexiſſe, quia tanquam Cinoſura & dicta & ſcripta ſua direxerunt. Quare cùm Alcoranus expreſsè

opera

Digitized by Google

opera poſtulet, certiſſimum eſt ſolam fidem more veſtro nunquam extuliſſe. Denique; ne longior ſim quoſcunque velis populos, Reſpublic. Legiſlatores, ſapientes, Iudæos, Mahumetanos Chriſtianos, Gentiles, Philoſophos, & Philoſophorum ſcholas (ſi libet) perueſtiga, tuæ ſententiæ nullos authores, nullos ſectatores reperies. Vnus fortaſſe Epicurus, non ille quidē directè & affirmatè, ſed conſequentia quadam hanc opinionem introduxit. Dum enim de alijs Philoſophis cōquereretur quod *hominum ceruicibus impoſuerunt ſempiternum omnia prouidentem, & cogitantem, & animaduertentem, & omnia ad ſe pertinere putantem curioſum & plenum negotij Deum, quem dies & noctes timerent*: Dum gloriatur ſe *ſoluiſſe homines his terroribus*, & perſuaſiſſe Deum non eſſe metiendum, maximè dum Deum deſcribit planè deſidem, eumque omni prorſus actione priuat: Ex his duobus, quod Deum otioſum fingeret, & timendum negaret, rectè colligebatur homines ab eo ad deſidiam & ignauiam vocari, quando Deum imitari hominibus eſt laudabile. & ad otioſam, inertē, ſomniculoſam. & (vt ita loquar) ſolifidianam vitam, magnum addat calcar ſublatus diuinę vltionis timor, quem planius & perniciolius ſua perſuaſione nō ſuſtulit Epicurus, quem vos extinguitis hac ſolius fidei iuſtitia, & abſoluta quam illi adiunxiſtis ſecuritate & confidentia. Cicero de natura Deorum. libr. 1.

Quum verò Epicurus præterea referret omnia ad voluptates corporis, quanquam commodè interpretando leniret ſermonis turpitudinem, vehementer tamen auocauit ſuos à ſeueritate vitæ, & grauitate morum. At vos longè vehementius hominum libidines inflammatis, quum neceſſitate rerum venerearum inducta, & ſepulta bonorum operum mercede, inculcatis Deum ipſum in æterna beatitudine cultoribus ſuis adiudicanda, vitæ pietatem nihil reſpicere, preces, vigilias, caſtitates, profuſas in eleemoſynis opes, præſtantem ſanctimoniam, excellētem charitatem nihil pendere, ſed ſola fide metiri omnia, quam qui eſt aſſecutus, parem in cœlo dignitatem cum ipſa ſanctiſſima Virgine ſibi poterit fidenter polliceri. Atque ex his tam non magno negotio percipitur quantum ſit pōderis in illo ariete, quo hæc & alia multa volebas proſternere, idcirco videlicet ea eſſe reijcienda quia fuerunt in Papiſtarū Eccleſijs, vel Ethnicorum Synagogis, vel Philoſophorum ſcholis recepta. Vt enim ſolidè aliquid refellas, nō ſatis eſt vocare Papiſticum aut Ethnicum. Multa enim fuerunt Papiſtarū, multa Ethnicorum inſtituta admodum preclara. Quanquam ego cur hoc Papiſticum aut Ethnicum appelles cauſam non intel-

Digitized by Google

ligo. Si enim Ethnicum voces quod ab Ethnicis eſt factitatum, ita Ethnicum eſt arare, ſerere, honorare parentes, pugnare pro patria, iuſtè, temperatè, continenter viuere, ædificare templa, venerari Deum, credere aliquem eſſe ſupremum rerum conditorem & rectorem. Iſtorum enim omnium, in Græcis Romaniſque hiſtorijs extant exempla perinſignia. Quare ſi hic ſit verbi huius ſenſus, eſt quidem abſurdus & valdè iniquus. Cur enim magis Ethnicum dicas, quam Iudaicum, quã Mahumetanum, quam Chriſtianum, quam Euangelicum, quando hæc iſtis ſimul omnibus ſunt communia: Imò quam diuinum & cæleſte, quum hæc in omnibus hominum generibus inſint è ſummo Creatore, qui hanc vim & naturalem ad hæc agenda facultatem pectoribus noſtris cum ipſo vitali ſpiritu infudit. Hæc enim (vt iam oſtendi) à natura veniunt non ab errore; à ratione non à ſuperſtitione, à ſemine diuino non à corruptione humana. Sin verò id potius ſit Ethnicum, quod à corrupta natura, à praua conſuetudine, ab infidelitatis origine fluxit, quod ita eſt Ethnicis proprium, vt illud Ethnici ſoli admittant, Iudæi, Chriſtiani, & Mahumetani reijciant: Tum certè vt forma loquendi eſt ſanior, ita probatio tua eſt infirmior, quoniam eorum quæ tu enumeraſti nihil eſt Ethnicum, quia nihil eſt hoc modo Ethnicorum proprium, præter illud vnicum quod tui Doctores ponunt, vt primam Euangelij ſui baſim. Nam ſola fides (vt ſupra oſtendimus) cum ratione, tum diuina, tum humana pugnat, vt proficiſci neceſſe fuerit ab authoribus ſenſu & ratione recta deſtitutis: & paucorum Ethnicorum, Epicuri (verbi gratia) & Epicureorum ita eſt dogma ſingulare, vt alij meliores Ethnici illud reſpuant, Iudæi reijciant, Chriſtiani damnent, Mahumetani abominentur. Atque hoc modo de Iudaicis vel Ethnicis, vel Papiſticis loquendum eſt, niſi prorſus inſanire, & omnia permiſcere atque confundere velimus. Quid enim ſtupidius quam vocare Iudaicum vt credas vnum eſſe Deum, Legem fuiſſe Moſi à Deo traditam, Prophetas fuiſſe diuinitus inſpiratos: Quę quidem Iudæi tenent, ſed & nobiſcum Turcis, & vobiſcum Chriſtianis tenent, iique ſanctiſſimè. Quid ergo Iudaicum eſt? Quicquid Iudæi cæcitate & pertinacia occupati falsò ſentiunt Chriſtum non eſſe Meſſiam, Meſſiam nondum veniſſe, templum Salamonis ex ingentibus Smaragdis in fine mundi denuo eſſe conſtituendum, & quæ habent huius generis mendacia ipſorum ſectæ peculiaria, nobis improbata, vobis execranda. Et hæc pauca probè animaduerſa, iudicio probi Le-

ctoris

ctoris manifeſtè diluunt reliqua penè vniuerſa quæ in Abomi-rano vel ritibus noſtris inſectatus es. Quod enim certis & precibus, & horis in ſingulos dies Deum adoramus, quis ob-ſecro probabili vel in ſpecie reprehenſione carpat? Quod DEVM adoramus, eſt iuris naturalis, & præcepti diuini. Quod ſtatis temporibus precibuſque, eſt [illegible] humanæ, & admodum laudabilis, ne libero cuiuſque arbitrio prætermittenda, ab illis ſtricte à paucis obſeruetur, negligatur à pleriſque. Quod crebro faciamus ſignum, eſt maioris pietatis, & externæ teſtificationes eò frequentius in rerum diuinarum [illegible] ne verſari. Quod Papiſticum vocas, iam oſtendi [illegible] ludere & friuolum, etſi enim ſimili more Papiſtæ vtuntur, & rectè quidem, non tamen eſt illis magis aſſignandum quam nobis, nec nobis magis quam illis, quod neutri ab alteris vi-ciſſim accepimus, ſed vtrique à Prophetis, ab Apoſtolis, à Deo ipſo. Statis enim horis in ſingulos dies orarunt Apoſto-li; ad eundem modum orarunt ante Apoſtolos Prophetæ, & ante Prophetas ſacrificia matutina & veſpertina cum certis precibus offerendi, quæ ſine magno ſcelere non poterant o-mitti, ipſe præſtituit Dominus. Eam verò legem ſibi tradide-runt primitiuæ Eccleſiæ Chriſtiani, non vt raro & tortuitò o-rarent, certis vnius horulæ quadrantibus; ſed vt orando ma-gnam diei noctiſque partem in certa tempora diſtinctam continuarent. Quid ipſi vos? An non in congregationibus veſtris quum dies Dominicus occurrit, definitum Pſalmo-rum numerum legendum, definitam orationum multitudi-nem Miniſtris è libro recitandam præſcribitis? An non gra-uiſſimas mulctas pecuniarias laicis impoſuiſtis, qui talium precum lectioni intereſſe recuſant? Quod niſi fieret, an non putas populum veſtrum qui tota reliqua ſeptimana de Deo non multùm eſt ſolicitus, etiam illis feſtis diebus nihilo ma-iorem curam & cogitationem in rebus diuinis poſiturum? Non enim inter nos animorum receſſus: tantum ea noto quæ ſunt in promptu. Ex quibus ſi iudicium faciendum eſt, colligitur populum veſtrum in prophanam Dei & Sacrorum neglectionem degeneraſſe, in quo ſex diebus nulla appa-rent externa pietatis indicia, & ſeptimo ad templa frequen-tes concurrunt, magis vt conſerucnt pecunias, quam vt ſer-uiant Deo. Turcæ autem qui ſola pietate, & diuini nomi-nis reuerentia longè maiorem religionem vnoquoque die præferunt quam vos multis ſeptimanis; Non illi quidem propterea arguendi ſunt, ſed vobis ad imitationem ſuſpici-endi, qui ab iis quos tantopere contemnitis tam longo in-

Act. 3. & cap. 10. [illegible]
Daniel. 6. verſic. 10.
Pſalm. 118. verſ. 164.
Exod. 29. verſic. 38.
Liber com-munionis Anglica.

ligo. Si enim Ethnicum voces quod ab Ethnicis eſt factitatum, ita Ethnicum eſt arare, ſerere, honorare parentes, pugnare pro patria, iuſtè, temperatè, continenter viuere, ædificare templa, venerari Deum, credere aliquem eſſe ſupremum rerum conditorem & rectorem. Iſtorum enim omnium, in Gręcis Romaniſque hiſtorijs extant exempla perinſignia. Quare ſi hic ſit verbi huius ſenſus, eſt quidem abſurdus & valdè iniquus. Cur enim magis Ethnicum dicas, quam Iudaicum, quã Mahumetanum, quam Chriſtianum, quam Euangelicum, quando hæc iſtis ſimul omnibus ſunt communia: Imò quam diuinum & cæleſte, quum hæc in omnibus hominum generibus inſint è ſummo Creatore, qui hanc vim & naturalem ad hæc agenda facultatem pectoribus noſtris cum ipſo vitali ſpiritu infudit. Hæc enim (vt iam oſtendi) à natura veniunt non ab errore, à ratione non à ſuperſtitione, à lumine diuino non à corruptione humana. Sin verò id potius ſit Ethnicum, quod à corrupta natura, à praua conſuetudine, ab infidelitatis origine fluxit, quod ita eſt Ethnicis proprium, vt illud Ethnici ſoli admittant, Iudæi, Chriſtiani, & Mahumetani rejciant: Tum certè vt forma loquendi eſt ſanior, ita probatio tua eſt infirmior, quoniam eorum quæ tu enumeraſti nihil eſt Ethnicum, quia nihil eſt hoc modo Ethnicorum proprium, præter illud vnicum quod tui Doctores ponunt, vt primam Euangelij ſuſ baſium. Nam ſola fides (vt ſupra oſtendimus) cum ratione, tum diuina, tum humana pugnat, vt proficiſci neceſſe fuerit ab authoribus ſenſu & ratione rectâ deſtitutis: & paucorum Ethnicorum, Epicuri (verbi gratia) & Epicureorum ita eſt dogma ſingulare, vt alij meliores Ethnici illud reſpuant, Iudæi rejiciant, Chriſtiani damnent, Mahumetani abominentur. Atque hoc modo de Iudaicis vel Ethnicis, vel Papiſticis loquendum eſt, niſi prorſus inſanire, & omnia permiſcere atque confundere velimus. Quid enim ſtupidius quam vocare Iudaicum vt credas vnum eſſe Deum, Legem fuiſſe Moſi à Deo traditam, Prophetas fuiſſe diuinitus inſpiratos: Quę quidem Iudæi tenent, ſed & nobiſcum Turcis, & vobiſcum Chriſtianis tenent, idque ſanctiſſimè. Quid ergo Iudaicum eſt? Quicquid Iudæi cæcitate & pertinacia occupati falsò ſentiunt Chriſtum non eſſe Meſſiam, Meſſiam nondum veniſſe, templum Salamonis ex ingentibus Smaragdis in fine mundi denuo eſſe conſtruendum, & quæ habent huius generis mendacia ſuorum ſectæ peculiaria, nobis improbata, vobis execranda. Et hæc pauca probè animaduerſa, iudicio probi Lectoris

ctoris

Digitized by Google

ctetis manifeſtè diluunt re[illegible] penè vniuerſa quæ in Alcorano vel ritibus noſtris in[illegible] eſt. Quod e[illegible]m certis precibus, & horis in ſingulos dies Deum ado[illegible]mus, quæ ob-ſecro probabili vel in ſpecie reprehenſione carpat? Quod DEVM adoramus, eſt iuris naturalis, & præcepti diuini. Quod ſtatis temporibus precibuſque, eſt [illegible] humanæ, & admodum laudabilis, ne libero cuiuſque arbitrio [illegible] relictum à paucis obſeruetur, negligatur à pleriſque. Quod crebro faciamus ſignum, eſt notionis [illegible], & externæ [illegible]ſtificationis [illegible] in rerum diuinarum [illegible]ne verſam. Quod [illegible]um vocas, iam oſtendi e[illegible] illud [illegible] & [illegible]ulum, etſi enim ſimili more [illegible]tur, & recte quidem, non tamen eſt illis magis a[illegible]dum quam nobis, nec nobis magis quam illis, quod neutri ab alteris viciſſim accepimus, ſed vtrique à Prophetis, ab Apoſtolis, à Deo ipſo. Statis enim horis in ſingulos dies [illegible] Apoſtoli; ad eundem modum [illegible] ante Apoſtolos Prophetæ, & ante Prophetas ſacrificia matutina & veſpertina cum certis precibus offerenda, quæ ſine magno ſcelere non po[illegible]ant omitti, ipſe præſtituit Dominus. Eam verò legem ſibi indixerunt primitiuæ Eccleſiæ Chriſtiani, non vt raro & fortuito orarent, curtis vnius horulæ quadrantibus; ſed vt orando magnam diei noctiſque partem in certa tempora diſtinctam continuarent. Quid ipſi vos? An non in congregationibus veſtris quum dies Dominicus occurrit, definitum Pſalmorum numerum legendum, definitam orationum multitudinem Miniſtris è libro recitandam præſcribitis? An non grauiſſimas mulctas pecuniarias laicis impoſuiſtis, qui talium precum lectioni intereſſe recuſant? Quod niſi fieret, an non putas populum veſtrum qui tota reliqua ſeptimana de Deo non multùm eſt ſollicitus, etiam illis feſtis diebus nihilo maiorem curam & cogitationem in rebus diuinis poſiturum? Non excutio inter nos animorum receſſus: tantum ea noto quæ ſunt in promptu. Ex quibus ſi iudicium faciendum eſt, colligitur populum veſtrum in prophanam Dei & Sacrorum neglectionem degeneraſſe, in quo ſex diebus nulla apparent externa pietatis indicia, & ſeptimo ad [illegible] frequentes concurrunt, magis vt conſeruent pecunias, quam vt ſeruiant Deo. Turcæ autem qui ſola pietate, & diuini nominis reuerentia longè maiorem religionem vnoquoque die præferunt quam vos multis ſeptimanis; Non illi quidem propterea arguendi ſunt, ſed vobis ad imitationem ſuſpiciendi, qui ab ijs quos tantopere contemnitis tam longo in-

Act. 3. & cap. 10. 30.
Daniel. 6. verſic. 10.
Pſalm. 118. verſi. 164.
Exod. 29. verſic. 38.

Liber communionis Anglica.

teruallo ſuperamini. Quod ſi nõ orationes improbas ſed proſtrationes, reijcio te ad eos quos ſupra nominaui Prophetas, Apoſtolos; ad totum teſtamentum vetus & nouum, ad Patriarchas, ad Chriſtum ipſum quem hoc geſtu in precando fuiſſe vſum Euangelica hiſtoria teſtatur. Et quis modus vel cogitari poterit conuenientior? Breuiter ergo concluſum ſit: (in re et enim apertiſſimis quas neque tu niſi leuiter, & molli brachio prætereuns attigiſti, diutius immorari nolo) quum Deus & corpore adorandus ſit & animo, tanquam corporis animique creator & gubernator, illa oratio maximè eſt integra, & tum diuinæ maieſtati, tum humanæ imbecillitati maximè idonea, quæ vtrumq; honorem & animo & corpore exhibitum complectitur. Vterque cum in noſtra reperiatur, non poteſt ab eo redargui, qui quid ſit oratio ſerio & maturè conſiderat. Veſtræ autem vel ſtationes, vel accubitus, vel deambulationes quas in maximis Liturgiæ myſterijs adhibetis, adeò ſunt prophanæ vt nihil omnino pietatis redoleant, cum noſtra autem ſanctimonia nonnihil perinique comparentur.

Geneſ. 24. 52. Pſa. 94. 6. Iud. 10. 1. Matth. 2. 11. & cap. 26. 39.

ARGVMENTVM

CAPITIS IIII.

Quod certi Sancti, ijq; certis in locis inuocentur, oſtendit Michæas non magis eſſe iniurioſum Deo, quam quod à Sole, ſyderibus, terraq;, mariq; certa beneficia corporalia nos percipere fateamur, Deus enim vt per illa corpora quædam corporibus, ſic per ſuos Sanctos multa corporibus & animabus beneficia confert. Eſtque ea fides & praxis Iudæorum & Chriſtianorum fidei in veteri nouoq; Teſtamento valde conſona.

CAPVT IIII.

DE Sanctorum interceſſione ſatis mihi dixiſſe videor, quum non ſolùm Turcarum, nec ſolum Gentium, ſed antiquiſſimorum quoque Chriſtianorum morem fuiſſe oſtendi, vt per eorum ſiue viuentium, ſiue mortali hac vita functorum præſidium ad Dei gratiam poſtulandam confugeretur. Sed quoniam præter generale dogma

le dogma improbatum, duo adieciſti particularia: alterum quod à diuerſis Sanctis petamus diuerſis calamitatibus remedia; alterum quod ad certa loca peregrinantes hanc Sanctorũ opem imploremus: De his duobus ſigillatim nonnulla dicẽda ſunt. Petitio autem & conceſſio quoniam iam euidenter confirmauimus, Sanctorũ interceſſione nos diuinę beneficẽtiæ participes fieri, illa Sanctorum aliquorum in certis locis inuocatio magna ratione nititur. Nõ enim aliquam imbecillitatem fingimus in Deo, vel affingimus Sãcto, quin & ille omnia poſſit, & per Sanctos omnibus in locis poſſit. Sed vt in priore, quũ per Sanctos Deus operatur, in eo vehementius elucet Dei bonitas & potentia. Sic in vtroque poſteriore, & quum ad certos Sanctos conuertimur, eoſque in quibuſdam celebrioribus locis inuocamus, magis in nobis accenditur zelus, pietas & deuotio. Quod quam rectè à nobis aſſeratur, & quam inique à vobis tanquam Deo iniurioſum carpatur, ſedato & tranquillo mecum animo conſidera. Duo ſunt beneficiorum genera quæ ab vno Deo tanquam ampliſſimo bonorum omnium fonte ad nos emanant. Alia ſunt corporalia, alia ſunt ſpiritualia. Corporalia, quæ quotidie percipimus oculis, tractamus manibus, toto corpore perfruimur, & quibus mortalis hæc vita ſuſtinetur. Terra ſuppeditat fruges, paſtum beſtiarum, perennia flumina, varietates montium & vallium, viriditates camporum, propagationes vitium, reconditas auri argentique venas, ſaxa ad ædificandum, ligna ad nauigandum, & reliqua innumerabilia, partim ad neceſſitatem, partim ad iucunditatẽ vitæ pertinentia. Nec mare nobis minus fructuoſum eſt quam terra, quod & tantam largitur piſcium multitudinem, & gemmis nobiliſſimis eſt ferace, & opportunitate nauigandi terras quãquam immenſo ſpatio disiunctas ita copulet & connectat, vt ea commoda quibus vna regio abundat exportando, & ea quibus altera eget inuehendo, ex vniuerſo mundo vnam quaſi Rempublicam efficiat. Cœlum verò quod hæc ambitu ſuo cõtinet quantum affert hominum vſum & commoditatem? Quum aëris aſpiratione viuamus, temperamento elementorum corpus noſtrum conſtet, ſolis ſyderumque curſu dies & noctes diſtinguantur, eorum occultis viribus tepefacta & grauidata terra fructus omnes pariat, eſt enim Sol omnium rerum quaſi ſeminator & ſator, cuius appulſu & receſſu non ſolum dierum & noctium, ſed etiam hyemis & æſtatis fit viciſſitudo, cuius luce ſtellæ omnes illuminantur, cuius calore afficitur omnibus quæ terra procreat, & maturitas gignendi & tempeſtiuitas.

tas. Quæ beneficia tam inſignia ſunt, & humano generi tam ſalutaria, vt terram, mare, cælum, ſtellas, multi propterea in Deorum numero habuerint, in eo quidem flagitioſè errantes quod harum rerum contemplatione ad altiorem diuinitatem non fuerint excitati: & quod eiuſmodi beneficia ab iſtis creaturis accipere ſe faterentur, nemo ſobrius eos vnquam reprehendendos putauit. Quanquam enim primaria iſtorum effectuum cauſa & fons ſit Deus qui hæc ipſa cæleſtia & terrena corpora fabricatus eſt, & cui propterea multò magis iſti effectus aſſignandi ſunt quam cauſis medijs: Tamen quia Dei omnipotentis prouidentia illis hanc efficientiam ad noſtros vſus impreſſit, vt terra quædam funderet animalia, quædam mare, aër ſpirandi præbet facultatem, corpòra ex elementis concreſcerent, omnia vitali ſuo colore foueret Sol, verum eſt ab iſtis creaturis vitam humanam huiuſmodi quæ numeraui commodis affici, & ita loquentem nemo (vt dixi) vel Philoſophus, vel Theologus coarguit aſſiduitate, nimirum quotidiana & conſuetudine oculorum hæc intuentium aſſueſcit quoque animus nullos illic curioſè exquirere, aut ſuſpicari ſcrupulos, vbi communis ſenſus tollit dubitationem, & experientia percipit veritatem, ratio autem facilis, & cuique obuia expedit diſtinctionem qua & Deo ſua reſeruetur integra Maieſtas, & tamen naturæ non negetur, quam ei Dominus noſter Ieſus Chriſtus largitus eſt efficacitas. Intueamur iam ex altera parte beneficia ſpiritualia, quę Deus in animas noſtras non minùs cumulatè, & ſuis item medijs effundit. In eo ne nimis multa, & à conſpectu remotiora conſecter, illud præcipuum eſt, quod per Moſen legem voluntatis ſui explanationem nobis dedit: per Prophetas eandem legem clarius explanauit: per magnum Prophetam Ieſum, eiuſque Apoſtolos homines eandem legem ſceleratiſſimè tranſgreſſos, perfectiore diſciplina erudiuit, miraculorum virtute, & multitudine plurimorum, & animis & corporibus proſint, & operoſa prædicandi potentia ad veritatis cognitionem à Gentilitijs erroribus conuertit. Denique quod hoc opus, hanc fidem, hanc Eccleſiam perfectam poſtquam hominum improbitas deſtruxerat, per Mahumetum & qui eum ſequuti ſunt Prophetas ad nouam quãdam integritatem in Aſia, Africaque reſtaurauit, & (quoniam illud video tibi placere, nec ego admodum repugno) eandem ipſam per Papiſtas in Europa dirutam, per Martinum Lutherum, & Zuinglium aliquantiſper refecit & reparauit. Si jam aſſeramus hos Prophetas veritatis nos cognitione illuſtraſſe,

ſtraſſe, depuliſſe tenebras quibus prius occæcati tenebamur, purificaſſe mentes, multorum corporibus mortuis vitam corporalem, omnium animis quos ad Dei cultũ deduxerunt ſpiritualem vitam contuliſſe. Ecquis reprehendere poterit niſi Momus aliquis, vel potius Zoilus Momo longè peruerſior & importunior? Neque enim vt Momus Veneris ſandalium, ſed Prophetas & Apoſtolos, ipſumque Dei ſpiritum cogetur inſectari: quum Paulus glorietur ſe Corinthios Deo genuiſſe, ſe fuiſſe eorum Patrem, architectum; Galatas ſe parturiiſſe & ſaluaſſe: Chriſtus autem adijciat Apoſtolos eſſe lucem mundi, ſalem terræ, fundamenta Eccleſiæ, Patres fidelium. Quibus verbis vel perſpicuè aſſeritur, vel clarè pronunciatur Apoſtolos eam hominibus intrinſecam & ſpiritualem lucem, formam, & vitam tribuere, quam externam & corporalem accipiunt à Sole, architecto, patre & matre, plantæ, ædificia, liberi. Neque verò in vlla parte veteris Teſtamenti manifeſtius habetur quod *terra germinet herbam virentem, quod ſtellæ illuminent terram, aquæ producant piſces,* Quam quod *Apoſtoli remittant peccata, aperiant regnum cælorũ, claudant, ſoluant, ligent, per impoſitionem manuum conferant Spiritum ſanctum, dent ſanitatem, eijciant dæmones, mundent leproſos, curent infirmos, & ſuſcitent mortuos.* Illa ſunt opera Dei per naturam, iſta per gratiam, illic vis ineſt rebus inanimatis, ſed à Deo inſita: Hic virtus ineſt Apoſtolis & viris ſanctis, ſed ab eodem Deo donata. Si in altero ſcripturis credimus de eo cuius effectum oculis videmus, in altero dubitamus vel negamus, quia ſenſus experientia deficit: quid eſt manifeſtius quam nos nec illa credere quia Deus in Scripturis ſic eſt loquutus, ſed quia ſic oculi nobis in quotidiana corporum generatione annunciant; hoc eſt, oculos corporis habere, oculos mentis & fidei non habere, nec credere Deum eſſe creatorem rerum, ſed opinari tantum. Neque enim fides eſt vbi ſenſibus aliquid comprehendimus, vel ratione concludimus, ſed vbi Deo loquenti pleniſſimo mentis aſſenſu credimus, & eius verbo ſine vlla dubitatione firmiter adhæremus. In prima & puriſſima Eccleſiæ infantia fideles quando vel animis, vel corporibus malè erant affecti, varia in loca ad Apoſtolos excurrebant vt remedia conſequerentur. An tu hoc profectum putas à ſuperſtitione vel pietate? Poterat aliquis veſtro more cauillari Deum eſſe potentiæ infinitæ, eius bonitatem non fuiſſe ad Apoſtolorum perſonas aſtrictum, cum vbique æqualiter præſentem, vbique purè inuocantes exaudire, vbique animos intueri, vbique calamito-

1. Cor. 3. 10. & 4. [illegible] 2. Cor. 11. [illegible] 4. 19. [illegible] verſic. 20. Matth. [illegible] ver. 13. 14. Ioan 1. 42. 1. Corint. 4. 17. Matth. 16. verſ. 19. & c. 18. v. 18. Ioann. 20 verſic 23. Actor. 8. verſ. 17. & ca. 28 v. 8. Mar. 10. verſ. 8.

lamito-

lamitoſis ſuccurre: ſignum eſſe diffidentiæ quod quis à Deo ad homines, à creatore ad creaturas, ab vno loco ad alium vagaretur. Populare eſt hoc genus declamandi, & procliue eſt cuius multa in hanc ſententiam coaceruare. Sed non minùs promptum eſt refellere ex vera ratione & perpetua conſuetudine ſcripturarum. Nam cum Thabita *plena operibus bonis & eleemoſynis quas faciebat* mortem obijſſet, eamque ad vitam reuocare valdè cuperent *Diſcipuli* non ſe continuerunt loco vbi iacebat corpus exanimæ, vbi tamen Dei præſentia & omnipotentia non deerat, nec argute diſputabant Deum ſi vellet poſſe vitam reſtituere, ſi nollet fruſtrà homines aduocari, aut eorum expectari ſubſidium, ſed ſtatim *miſerunt duos viros ad Petrum, rogantes vt veniret ad eos: Quem, vbi veniſſet, duxerunt in cœnaculum, & circunſteterunt flentes: & denique miſericordia motus Petrus ponens genua orauit, & conuerſus ad corpus dixit Tabitha ſurge, quæ mox aperuit oculos ſuos*, & Petrus quãquam eſſet incredibili humilitate & ardentiſſimo diuinæ gloriæ propagandi zelo, nec ignoraret eam ſibi facultatem eſſe, non à ſe-ipſo ſed diuinitus tributam, hoc tamen factum ſuum eſſe, nõ diſſimulauit, quin potius omnibus teſtatum eſſe voluit, *quare & dans Tabithæ manum ſuam* ſic *eam erexit: & cum vocaſſet Sanctos* & Sanctas, ita demũ illis *aſſignauit Tabitham viuam.* Cum Chriſtus & Apoſtoli in Iudæa morabantur, & ea miracula patrabant, quæ in hiſtorijs Euangeliorum legimus, poterat quidem Deus & per illos & ſine illis in diſiunctiſſimis Aſiæ, Africæ, Europæ, & Americæ regionibus eadem beneficia hominibus pręſtitiſſe, nihil enim Apoſtolorum virtus Dei potentiæ adiecit, nihil amplitudini detraxit. Neque tamen vel ſine illis Deus eiuſmodi miracula confecit, vel per eos erga alios oſtendit, quam qui ad eorum perſonas concurrerẽt, ſimbrias veſtimentorum attingerent, & per ſe, vel per amicos eorum opem efflagitarent, veſtium, palliorum, interularum partes aliquas ſibi compararent, aut alias quamuis leuiſſimas reculas illorum tamen tactu corporum tanquam ſanctificatas acquirerent, & cum opus eſſet ad vſus ſuos applicarent. Vnde hiſtoria Apoſtolica diligenter annotat, quum valdè aucta Hieroſolymis fuiſſet *credentium multitudo virorum & mulierum*, in hac egregiè eluxiſſe eorum fidei claritatem & vigorẽ, quod *eijciebant in plateas infirmos, & ponebant in lectulis & grabatis, vt veniente Petro, ſaltem vmbra illius obumbraret quemquam illorum, & liberarentur ab infirmitatibus ſuis.* Quid alij per alios Iudææ vicos diſperſi & varijs morborum generibus laborantes?

Actor. 9. verſ. 36.

Ibidem.

Ibidem.

Matth. 4. v. 24. c. 9. 20. cap. 14. 36. cap 8. 8. 13. &c. Actor. 19. verſic. 12. Actor 5. v. 14. 15.

rantes? Num ſuis ſe domibus continebant, Dei bonitatem & potentiam vbique ſe diffundentem prætexentes? Imò *concur-* *Ibidem.* *rebat* (inquit hiſtoria ſacra) *multitudo vicinarum ciuitatũ Ieruſalem afferentes ægros & vexatos à ſpiritibus immundis, qui curabantur omnes:* qui ſi domi fuiſſent commorati non magis probabile eſt fuiſſe curandos, quam calefaciendum eum qui frigore rigens ad ignem nõ accedit, aut à morbo liberandum, qui periculosè ægrotans non accerſit medicum, fuit enim hæc medicina quoque, diuina quidem & non naturalis: & naturali vel Galeni, vel Hippocratis, vel Machaonis, aut quiſquis fuit in illa ſcientia illuſtris, longè fortior & efficacior: in hoc tamen cum naturali conueniens quod vtrumque Pharmaca quædã præſcribat, , vtrumque eorum ad partes affectas applicationem requirat, neutra hominibus otioſis & de ſalute recuperanda minimè ſatagentibus medeatur. Vnde pulcherrime recenſetur in eadem hiſtoria Deum mirabiles curationes feciſſe *per manum Pauli*, ita vt etiam *ſuper languidos deferrentur à cor-* *Ibid. cap.* *pore eius ſudaria, & ſemicinctia, & recedebant ab eis languores,* *19. v. 11.* *& ſpiritus nequam egrediebantur.* Tam mirabilem virtutem hauriebant à corpore Pauli ſudaria, eamq́; ad illorum beneficium exercebant, ſed tum cum *ſuper languidos eſſent poſita*, nõ quum in ciſtis iacerent obuoluta. Eamq́; fuiſſe tritam in populo Dei conſuetudinem demonſtrat Eliſeus, qui filio Sunamitidis mortuo volens vitam reſtituere, tradidit famulo Giezi *Baculum ſuum* eiq́; mandauit *vt poneret ſuper faciem pueri:* & *4. Reg. 4.* licet effectus reuiuiſcendi non ſit conſequutus donec Elizeus *verſ. 29.* ipſe veniret, tamen Prophetæ egregij factũ oſtendit hunc morem fuiſſe admirandis illis Dei ſeruis vſitatum. Et quod Ieſus dicit huius Elizei temporibus *multos fuiſſe leproſos in Iſrael, &* *Luc. 4.* *neminem fuiſſe mundatum niſi Naaman Syrum:* Ideircò vide- *verſ. 27.* tur potiſſimum contigiſſe, quia Iſraëlitę ad infandam ſub impijs Regibus idololatriam delapſi magis ſuam ſalutem neglexerant quam prophani Gentiles: ideoque vel propter infidelitatem, vel propter ignauiam ſanitatis recuperandę cauſa, eos labores nolebant ſuſtinere, quos Syrus iſte à remotioribus Syriæ partibus Samariam vſque profectus libenter ſuſcipiebat. Sed ſentio me nõnihil deflexiſſe de curriculo quod mihi propoſueram. Quum enim primum de Sanctis, deinde de locis dicere cogitaueram, paulò negligentius dum primum explico ſecundum cum eo confudi: Et tamen quæſtionis veritati, vel eius declarãdæ perſpicuitati, perparum aut fortaſſe nihil omnino error hic offecerit. Nam cum locis perſonæ, & cum per-

Digitized by Google

ſonis loca ita ſunt colligata vt laborioſum fuerit alterũ ab altero ſecernere. Et qui ad ſingulares perſonas horum beneficiorum gratia accurrerunt, certis in locis perſonas illas adierunt. Et quæ hic narramus vniuerſa, ad paucorum Apoſtolorũ vel Prophetarum perſonas reſtringuntur, & ad particularia loca in quibus illi verſabantur, vt dum alterum proſequor, vtrique mihi ſatisfeciſſe videor.

ARGVMENTVM
CAPITIS QVINTI.

Samuel vrget quod hæc Sanctorum certis in locis inuocatio abducit homines à Deo ad creaturas: Et quod primorum Chriſtianorum in Eccleſia primitiua ad Apoſtolos viuos pro beneficijs accipiendis concurſus non ſuffragatur Turcis qui peregrinantur ad homines mortuos, atque falſo illic Sanctum aliquem credi, vbi nec anima eius eſt, ſed ſolum cadauer, & ſæpè nec cadauer, ſed vix minutiſſima cadaueris pars. Cõtra probat Michæas ex hiſtoria Naamannis Syri tali Sanctorum inuocatione nihil decedere de honore Dei, opinionem autem Euangelicorum, hoc improbantium inde oriri, quod Sanctos hac mortali vita defunctos non credant melius & perfectius viuere apud Deum, quia in re declarat fidem Euangelicorum eſſe nequiorẽ fide gentilium, animamque hominis & in hac vita, & in altera magis abijci ab Euangelicis quam à Paganis, quia illi cum antiquiſſimis Chriſtianis credebant ſeparatam à corpore magis, quam in corpore viuere & vigere, & hominibus in hoc mundo prodeſſe: Euangelici autem vt primum à corpore ſeparantur, animæ, vel omnino interire, credunt, vel quod idem valet nihil ſentire, ſed ſomno æterno vna cum corpore ſepeliri.

CAPVT QVINTVM.
SAMVEL.

ALIQVID fateor probant rationes iſtæ: ſed tamen quęſtionem penitus ita non expediunt quin aliquę ſemper difficultates hæreant. Neſcio enim quomodo mihi ſemper videtur iſta ad Diuos percurſatio aliquid de Dei vel poteſtate, vel bonitate abſtrahere, & ad creaturas trans-

Digitized by Google

transferre,& propterea animos colentium à creatore ad creaturas auertere. Deinde magna eſt inter primos Chriſtianos & vos Papiſtaſque differentia. Illi enim conuolarunt adeo frequenter ad Sanctos viuos, vos autem ad vita defunctos. Illi adeo cupidè attigerunt veſtimenta viuentium; vos veneramini cadauera & putrida oſſa mortuorum. Illi denique loca frequentarunt vbi præſentes erant Sancti: Vos concurritis ad loca vbi nulla talis eſt Sanctorum præſentia. Veſter enim ille magnus Caramannorum Sanctus, ibi non eſt vbi eum vos inquiritis. Si enim vir bonus fuit eſt fortaſſis in cælo, ſi malus eſt certo in inferno, Siue bonus ſiue mal⁹ fuerit, vbicunq, eſt, certè in illa Caramanniæ loco non eſt, quem vos tā crebris peregrinationibus venerabundi contetitis. Finge autem ibi ſeruari mortuum illius hominis corpus, exangue certè corpus non magis vocari poteſt nomine Sancti, quia lignea aut lutea eiuſdem imago multò minus pars aliqua corporis à toto ſeparata. Quod ſi dixeris Sanctum illum aliquando corpore conſtitiſſe, & hoc vel brachium, vel pedem fuiſſe Sancti eius, partem non contemnendam ne ſic quidem Sanctum appellaueris partem hanc niſi eodem argumento arboribus, domus, aut nauis, & velleribus ouium, veſtis tuæ nomen velis attribuere, eo quod ex arboribus domus & naues, & ex velleribus ouiū primum pannus, & deinceps veſtis tua ſit confecta. Quo argumento commodum non mediocre præſtabit patrifamilias ſi quis domum eius diſturbaret, quoniam pro vna multas ei fabricaturus eſt, ſi cæmentum, & lutum, & lapides, & ligna & rudera & quæcunque ad domum conficiendam ſunt neceſſaria, poſt eandem euerſam totius vim & appellationem conſequantur. Nam perraro vobis integra Sanctorum veſtrorum corpora ſuppetunt, ſed ex qua tantum fruſtula, verbi gratia, oſſa, brachia, carnium & tales quiſquiliæ, imò vt plurimū minutiora talium quoque partium fragmenta. Idem enim de vobis ſuſpicor, quod de Papiſtis noui, quorum reliquiæ ferè omnes ſunt iſtiuſmodi. Quæ autem ratio patitur vt Sanctum aliquem dicamus eſſe tali loco præſentem, propter minutam aliquam corporis ſolius particulam illic ſuperſtitioſè reconditam, magis quam abſentem propter reliquum corpus totū abſens, & vel in mari à piſcibus, vel in terra ab ignibus cōſumptum? Quo genere mortis plurimi veterum Martyrum interierunt. MICHAEAS. Idem ferè omninò ſaxum voluis & reuoluis, Samuel, nec noui aliquid texis, quod non ſit iam antea luculenter diſſolutum; niſi quod illa de viuorum & mortuo-

rum, præſentium & abſentium, partis & totius differentia homini ignaro ſpeciem fortaſſe præbeant alicuius acuminis & ſubtilitatis. Sed facilè & nullo negotio hæc refelluntur omnia. Nam de honore Dei imminuto vel ad creaturas translato, nihil opus eſt quicquam adijcere quia nihil fingi poteſt contra nos Sanctorum patrocinio confidentes quod non æquè conueniat in primos illos Chriſtianos ad Chriſtum, ad Petrum, ad Paulum, ad quemuis ex Apoſtolis vel Prophetis confugientes: quod non item in omnes vbique homines, Turcas, Mahumetanos, Perſas, Chriſtianos, Euangelicos cuiuſcunque generis conueniat qui ea beneficia idololatricę iuxta hanc Theologiam creaturis cæli terrique non verentur aſcribere quæ Dei ſolius liberalitate nobis impartiuntur. Neque tu, Samuel, vllam reperies diſſimilitudem cur hoc ſit licitum, quod quia vſitatum non vis reprehendere, ſi alterum ſit nefarium, quod propter rei inſolentiam, quamuis eadem ſit ratio, recuſas admittere. Eodem nimirum tecum argumento commotus (opinor) Rex Iſraël, quum ad eum veniſſet ille quem dixi Naaman, & per eum poſtularet à lepra curari, mirum in modum attonitus *ſcidit veſtimenta ſua*, & exclamauit, *nunquid Deus ego ſum, vt occidere poſſum & viuificare & curare hominem à lepra?* putauit nimirum, aut ſaltem præſeferebat magnum diuinæ gloriæ zelum: hoc eſſę diuinæ maieſtatis opus proprium, ideoque ab eo ita poſtulandum, vt ſine eius iniuria ab homine non poſſet expectari. Quid autem Elizeus Propheta? *Veniat* (inquit) *Naaman ad me, & ſciat eſſe Prophetam in Iſrael.* Ad quem cum acceſſiſſet, *vade* (inquit) *& lauare ſepties in Iordane, & recipet ſanitatem caro tua atque mundaberis.* Longè alia eſt ſententia Sanctiſſimi Prophetæ, alia nequiſſimi & flagitioſiſſimi Regis. Et tamen hic idololatra in ſpeciem loquitur multò dimiſſius & religioſius, Propheta autem elatè magnificè & cum minore Dei reuerentia. Sed reliqua hiſtoria pulcherrima eſt, & ad inſtitutum noſtrum valdè accommodata. Nulla enim altiori ratione, ſed communi ſenſuum & eorum quæ oculis quotidie vſurpamus iudicio ductus nobilis ille Syrus idē ferè apud ſe meditabatur & ruminabat, quod veſtris Cōcionatoribus ſemper eſt in ore. Iudæorum Dei potentiam admirabilem audiuerat: eiuſque nomine inuocato res maximas confici poſſe credebat: at quod eum Propheta ad contemptiſſimum Iudeæ flumen ablegaret, quo multa ampliora, & pleniora, & puriora, & ſalubriora, & quibuſcunque naturæ qualitatibus ornatiora ſuppete-

4. Reg. 5.

Ibid. v. 5.

Ibid. cap. 3. verſ. 13. 14.

Digitized by Google

petebant in Regno Syriæ. Quodque in eo ſuperſtitioſam ſepties lauandi ceremoniam præſcriberet, hoc verò magicas præſtigias ſapere putabat, & iam eum adeò longinqui itineris ob effectum tam improbabilem ſuſcepti pœnitere incipiebat. Sic nimirum apud ſe diſputabat, *putabam quod egre- deretur ad me Propheta, & ſtans, inuocaret nomen Domini Dei ſui, & tangeret manu ſua locum lepræ, & ſic curaret me.* 4. Reg. 5. verſ. 11 Quid eſt autem in illo Iordanis riuulo ſupra naturalem aliorum fluminum bonitatem eximium & ſingulare? *Nunquid non meliores ſunt Abana, & Pharphar fluuij Damaſci omnibus aquis Iſrael, vt in eis tantum lauer & munder*: quaſi reliquæ omnes Dijs iratis, genioque ſiniſtro naſcerentur, hæ autem ſolæ fortunato ſiderum concurſu & aſpectu in fœliciotis terræ viſceribus generatæ, eam contineant medicam ſanandi virtutem quæ eſt reliquis fluminibus toto Syriæ tractu denegata? Cæterùm poſtquam contra perſuaſus à famulis *deſcenderat, & lauerat in Iordane ſepties iuxta ſermones viri Dei; reſtituta eſt caro eius ſicut caro paruuli, & mundatus eſt.* Ibidem. Hæc breuis hiſtoriola non ſolùm perſpicuè veritatem huius doctrinæ complectitur, ſed etiam & hæc tua argumenta, & multò plures tuorum fratrum cauillationes eleganter refutat. Abducimus hominum mentes à Deo & traducimus ad creaturas. Ita obijciebat nefarius Idololatra, at contra prædicabat vir & Propheta Dei. Homines hac doctrina mouentur ad longinquas terras peragrandas, ad labores non neceſſarios. Ita nimirum vt Naaman ab extremis Syriæ finibus Samariam vſque profectus eſt, & à Samaria rurſus mittitur ad Iordanem, & propter hoc iter à Propheta, ipſoque Ieſu commendatur. Selectionem locorum facimus, & alia alijs præferimus? non aliter quam Propheta Iordanem Pharphari & Abanæ, & vniuerſis fluminibus Syriæ. Illud ſaltem negandum non eſt immenſam diuini nominis amplitudinem hac ratione coërceri & tanquam in priſtinum compingi, quaſi ille non poſſet liberare niſi creaturarum adiumentum acceſſerit. At quid Deus poſſit facere alia eſt quæſtio; poteſt quidem omnia: idque non minùs expeditè ſine creaturis quam earum opera, vt etiam poteſt terram illuſtrare ſine ſole, & irrigare ſine fluminibus. At ſi quid velit Deus, & quid ſoleat quæris, aliter reſpondendum eſt, non ſolere eum hæc beneficia præſtare niſi creaturarum adminiculo: Vt neque Naamanum ſanauit niſi per Elyſeum, & etiam per Iordanem, & deinde per lotionem in eius aquis, eamque certo numero repetitam. Deni-

Digitized by Google

que ex vna hiſtoria conuincitur, & ad certos homines pro beneficijs maximis obtinendis accurri poſſe ſine vlla idololatriæ nota, & in illorum ope ſpem & fiduciam collocari nihil imminuto Dei honore vel noſtra in illum confidentia: & ad certum opus alligari poſſe ſine ſuperſtitione, & ad certam operandi formam ſine magica ſuſpicione; Et denique ad certa loca, ſine quantulacunque impietate: Quum Syro huic ſolæ Iordanis aquæ ſanitatem reddiderint eam quam omnes Syriæ fluuij non potuerant præbere, non ſi ſimul adiunxiſſet immenſa Nili, Danubijque aut Tigris & Euphratis flumina. Quibus hoc ad extremum addatur, tuam opinionem quam ita venditas tanquam ſanctiſſimam & Euangelicam, eſſe Paganam & impiam, vt hic animaduertis, meam verò eſſe Propheticam, & Chriſtianam, & diuinam; hoc eſt, à Propheta, à Chriſto, à Deo ipſo approbatam, id quod hiſtoriæ illius circunſtantiæ declarant. Illud vnicum ex hac narratione probabiliter colligere potes (quod ego facile concedam) improbe fieri ſiquis ad idololatras, ad Pſeudoprophetas & improbos homunciones pro huiuſmodi rebus impetrandis profugiat, hoc eſt enim perinde ac ſi à pumice expectes aquam, & ab arena frumentum.

1. *Cor.* 12. *v.* 4. 7. Et iure Rex Iſraëliticus ad talis poſtulati mentionem obſtupuit, neque enim Deus talibus hanc inuſitatam gratiam ſolet elargiri. Et huius generis quædam audiui à Pſeudoeuangelicis in Polonia, Germania, Subaudiaque infœlici exitu tentata. Cæterum à veris Dei famulis hæc attendere, à Moyſe, ab Elia, ab Eliſeo, à Petro, à Paulo. Hoc Dei & bonitati, & prouidentiæ valdè eſt conſentaneum. Quod non malè notauit Caluinus veſter, qui aptè hanc totam controuerſiam paucis ad hunc modum concluſit,

Caluin. in Catech. cap. de oratione. *Etſi ſolus Deus inuocandus ſit, licet tamen homines ad opem nobis ferendam implorare. Quum inuocamus Deum, teſtamur nihil nos aliunde boni expectare, nec alibi nos collocare totum noſtrum præſidium. Interea tamen auxilia quoad nobis promittit, quærere fas eſt.* Hæc ſumma eſt eorum quæ hactenus à me dicta ſunt. Atque hæc vna diſtinctio rectè animaduerſa finem imponat inanibus multorum clamoribus, qui ſine ingenio, ſine ſenſu, Dei inuocationem tolli inuocatione Sanctorum vaticinantur: Ac ſi hæc duo diſparata eſſent & extremè contraria quorum vnum ab altero deſtrueretur, quum ſint potius cognata & finitima, quorum alterum ab altero inferatur & confirmetur. Sequitur in eodem loco. *Homines non aliter imploramus niſi quia benefaciendi facultate eos inſtruendo beneficentia ſua Miniſtros nobis*

quodam-

quodammodo deſtinauit Deus, quorum per manus nos adiuuare, & quæ apud illos depoſuit ſubſidia erogare nobis voluit: Ergo miranda illa ſupra naturę conditionem beneficia quum tribuunt Sancti, verè quidem tribuunt: ita tamen vt ipſi à Deo recipiant, non aliter quam ſtellæ lucem præbent mundo quam ipſæ mutuantur à Sole: Et ramus humorem ſubminiſtrat buccis ſed quem haurit à radice. Neque illud eſt in Theologia magis contra gloriam Dei, quam hoc eſt in Philoſophia contra ordinem naturæ: Et quæ contra hanc ſententiam à veſtris diſputantur, verba ſunt & friuolæ potius nugæ ſophiſticæque captiones, quam rationes vel ſpecies probabiles. Si quidem homines adeo ſtupidi eſſent & agreſtes, vt in his commoditatibus defixi mente ſua altius non aſſurgerent, ſed ſolem ipſum, ſtellam, terram, mare à quibus hæc commoda percipiunt eos eſſe putarent vt à quibuſdam Paganis factum eſt. Vel ſi Prophetas aut Apoſtolos hæc operantes ad diuini nominis, & honore communionem attollerent, quale quid in Apoſtolica hiſtoria legitur, vbi Lyſtris Aſiæ *Act. 14.*
quadam ciuitate de Paulo & Barnaba quod claudum quen- *verſ. 11.*
dam ex vtero matris ſanaſſent, populus exclamauit *Dij ſimiles facti hominibus deſcenderunt ad nos. Et vocabunt Barnabam Iouem, Paulum verò Mercurium: Sacerdos quoque Iouis tauros afferens & coronas cum populo volebat Sacrificare:* Hoc quidem loco pro Dei gloria contendere, & veſtro more Dei maieſtatem à Creaturis ſecernere, tempeſtiuum eſt & laudabile. Cæterùm apud nos Turcas, vbi Dei ſimpliciſſima vnitas & eius immenſa ſupra creaturas omnes, poteſtas ipſis pueris & mulierculis eſt notiſſima. Hæc prædicare, perinde eſt ac ſi quis per ciuitates noſtras concionaretur magna ſolicitudine cauendum eſſe, ne homines ſolem qui æſtate terram fructuoſam reddit, & ignem qui hyeme frigora depellit & nos calefacit, Deorum loco habeat: quoniam iſta beneficia non à ſole & igne vi ſua, ſed à Deo per ſolem & ignem creaturas ſuas nobis impartiantur. Neque ſanè ego de Catholicis veſtris aliter poſſum ſentire. Non negauerim alia eſſe apud eos corrupta. Cæterum hanc tam craſſam idololatriam in homines ingenioſos & prudentes poſſe cadere mihi quidem non fit veriſimile: qui ſcio ex ipſis Gentilibus pleroſque omnes alicuius doctrinæ & iudicij ab hac inſania abhorruiſſe. Et Iudæi quamuis olim ad idololatriam valdè erant procliues, vt qui viliſſimas creaturas diuinis

 hono-

Digitized by Google

Ioan. 5.

honoribus afficiebant, tamen temporibus Meſſiæ à quadam piſcina feſtis tantum diebus per miniſterium angeli mota, admirandum morborum alias incurabilium ſanationem expectabant & conſequebantur, ſine vlla leuiſſima ſuſpicione, quod idcirco piſcinam, aut Angelum, aut tempora feſta, loco Dei idololatricè venerarentur. Venio iam ad firmiſſimum præſidium qui in hac noſtra fide refellenda niteris, & nos à primis Chriſtianis ſeparas, quod videlicet nos colamus mortuos, illi coluerint viuos, & ab hominibus viuis illam opem petierint; quam nos poſtulamus à *mortuis*, & in hoc *mortuorum* nomine inculcando mirificè vobis placetis, hinc clamat Melanchthon *Ethnicum eſſe morem inuocare mortuos.* Lutherus, *mortuos ſic dormire vt prorſus nil ſciant nec intelligãt*, ideóque ſtultiſſimum eſſe ab eis auxilium rebus noſtris expoſcere. Caluinus & Muſculus *nullum eſſe nobis cum mortuis commercium.* Et tu ſemel atque iterum præſtiſti hunc eſſe errorem maximè intolerabilem, nec quicquam fuiſſe in Paganorum impietate ſtupidius. Sed vide, Samuel, quantum inter nos interſit. Ego ſanè cum multa in Alcorano aduerterim egregia propter quæ Euangelio veſtro plurimum ſit anteponendus, tum neſcio an aliquid vel nos retineamus diuinius, vel vos condemnetis flagitioſius, quam hunc Sanctorum cultum. Neque hoc dico æſtu contentionis abreptus, quo tibi vehementius contradicam, ſed euidenti veritate commotus: cuius rei iudicium ne tibi quidem committere verebar, ſi eam placidè & moderatè expendere volueris. Perſpicies enim Euangelium tuum, tota quaſi mole & impetu ſuo ad manifeſtum Atheiſmum ruere. Id vt intelligas paulò altius diſputationis exordium ſumendum eſt, neque tamen ego te ad arcanam Theologiam, ſed ad communis naturæ, & rationis principia deducam, vt cum tui Doctores nos Paganis ſtupidiores criminentur, tu aduertas an non hoc iſtorum Euangelium verè ſit Paganiſmus, quinimo Paganiſmo ſceleratius, & Deo hominiq; magis aduerſarium. Illud itaque mecum fateberis mundum hunc vniuerſum hominis cauſâ fabricatum, cuius vſibus terra, mare, elementa, ſolis, ſyderúmque ortus & occaſus, & reliquæ cælorum conuerſiones inſeruiunt. Deinde nec illud inficiabere, hominem cum ex duabus partibus conſtet anima & corpore; alteram eſſe mortalem; alteram æternã; & hanc illa longè præſtantiorem. Animam ergo hominis omnium in mundo creaturarum diuiniſſimam, vide mihi quemadmodum tui abiecerint; & quãtum in ipſis eſt prorſus extinxerint. Ea

Melancht. locis commun. ca. de inuocatione & prædicatione. Luther. tomo 4 in Eccleſiaſt. ca. 9. v. 5. Caluin. Inſtit. lib. 3. c. 20. §. 24. Muſcul. in locis cõmun. cap. de Decalogo. præcept. 5.

rint. Ea duobus modis conſideratur, vel vt eſt cum corpore colligata, vel vt eſt ab eodem diſtincta. In corpore quamuis tota vbique eſt, neq; verè diuidi poteſt, tamen explicationis gratia in tres vel partes, vel potentias diſtribuitur, quarum princeps quæ eſt ratione prædita communi Philoſophorum ſententia in capite tanquam arce collocatur reliquarum rectrix & moderatrix vt temperet facultates iraſcendi & potiſſimum concupiſcendi quę inferioribus corporis mēbris reſidens belluæ inſtar ad voluptates carnales ſuo motu impellitur. Hanc vos principalem animę partem ex qua homo hoc habet vt vocetur homo non beſtia, quæ domina & regina eſt omnium actionum humanarum, lux & lumen vitę quam à diuina natura libatam non omnino ſine cauſa putarunt Philoſophi, & propter cuius prerogatiuam hominem paruum quendam Deum exiſtimarunt, hanc vos rationem libidini, hoc eſt, potentiæ belluinæ qua cum feris immanibus conuenimus, conſtringendam dediſtis, eamq; omni libertate & electione bonum appetendi, & eligendi deſpoliantes, & inuictam libidinis potentiā, indomitamque neceſſitatem conſtituentes ita affixiſtis, vt libidini non præſit ſed pareat, ab eaque trahatur & rapiatur captiua, quo effrenata cupiditas inclinat, non quo ratio velit. Quid dico *quo velit*, cum omninò velle non poſſit, nec voluntatem vllam habeat magis quam malleus, aut inſtrumentum artificis inanimatum. Hæc eſt vobis authoribus miſerrima animæ conditio adhuc in corpore exiſtentis, vt à ſuo deiecta principatu turpiſſimam ſeruitutem ſeruiat. Cum enim ea libidini tanquam domina ancillæ, tanquam Sara Agari debuerit imperare, vos contra libidinem liberam & ſolutam voluntare feciſtis, eique rationem captiuam catenis Stoicorum fatalibus implicitam ſubieciſtis. Sed age hæc ſit infœlicitas animę in hoc terreno ſtatu laborantis, depreſſam enim pondere corporis eiuſque ſordibus inquinatam, *Luthe de ſeruo arbitrio.*

Et terreni hebetant artus, moribundaq; membra: *Virgilius AEneid. 6.*

neque perfectionem ſuam adipiſcitur, quamdiu

Corporeis clauſa eſt tenebris & carcere cæco.

Cæterùm poſtquam iuſſu Dei ex *his corporum vinculis tanquam è carcere ſuo euolauerit* (vt ſanctè loquitur diuinus ille Plato) tum demum exerit ſuam diuinitatem, & explicat illas egregias facultates, quæ prius terrenæ concretionis mole iacebant compreſſæ. Atqui hic rurſus vide incredibilem Magiſtrorum tuorum peruerſitatem: Hoc enim loco quando animæ longè maiorem & perfectiorem quam prius vim, energiā, *Plato in phadone ſiue de anima.*

operationē tribuere debebant, tum eam iſti contrà omni ſenſu & intelligentia ſpoliarunt, & quaſi homo nihil eſſet aliud quam corpus, & cum corpore anima quoque moreretur, nihil niſi mortuos ſonare & reſonare didicerunt, in eo omnibus Philoſophis qui animam putarunt immortalem abiectiùs atque impuriùs de anima tum ſentientes, tum prædicātes: Pulcherrimè enim admonet Publius Scipio filium ſuum Africanum: *Tu enitere & ſic habeto, te non eſſe mortalem, ſed corpus hoc, neque enim is es quem forma iſta declarat: ſed mens cuiuſq; is eſt quiſq; non ea figura quæ digito demonſtrari poteſt.* Illudq́ue Pithij Apollinis præceptum: *Noſce te ipſum*, præclarè expoſuerunt antiqui *eo præcipi non vt membra noſtra aut ſtaturam figuramue noſcamus. Neque enim nos corpora ſumus, neque ego hæc tibi dicens corpori tuo dico, ſed animo. Ab animo tuo quicquid agitur, id agitur à te.* Et tanquam magna obſeruatione dignum doctiſſimus vir oſtendit, non ſolum præſtantiores Pphiloſophos Socratem, Pithagoram, Platonem; ſed ipſos quoq; Poëtes manifeſtè exiſtimaſſe, & ſcripſiſſe hominem nihil aliud eſſe quam animam, & cum iiſdem Philoſophis ſentire *corpus eſſe quodammodo carcerem animæ, ideoque eos corpus viuentium ſemper appellare δέμας.* Hoc illi fundamento inſiſtentes, Heroës egregios hac vita defunctos, corporis vinculis liberatos, non eſſe mortuos, ſed efficaciùs perfectiuſque viuentes colligunt, quemadmodum homo quiſque ſuis muneribus expeditus fungitur, poſtquam è carcere quo tenebatur emittitur. Quare admodū præclarè diuinus Plato: *Cumè ſomno vocatus eſt animus à ſocietate & contagione corporis, tum meminit præteritorum, præſentia cernit, futura præuidet. Iacet enim corpus dormientis vt mortui, viget autem animus. Quod multò magis faciet poſt mortem, quum omninò corpore exceſſerit.* Et Plutarchus: *Hominum animæ quamdiu hic à corporibus & affectionibus continentur, nihil habent cum Deo conſortij, niſi quatenus Philoſophiæ adiumento velut per ſomnium, intelligentia eum attingunt: at poſtquam ſolutæ migrauerunt in cælum purum, & viſui atque perpeſſionibus non obnoxium, ibi tum eorum ductor ipſe Deus eſt, ab ipſo pendentium ſpectantiumq; abſque vlla ſatietate, & deſiderantium ineffabilem hominibus pulchritudinem.* Nunquid, Samuel, Doctores & Magiſtri tui, Mariam, Georgium, Petrum, Paulum ita perpetuò mortuos inclamarent & nobis probroſè mortuorum cultum obijcerent, ſi vel adeò piè & Theologicè de æterna Sanctorum vita & Dei contemplatione, vel adeò humanè & Philoſophicè de animarum immortalitate

Cicero in ſomnio Scipionis.

Cicero Tuſcul. 1.

Plutarch. lib. de Homero.

Cicero de diuinat.

Plutarc. de Oſiride.

talitate ſentirent quam Pagani iſti Philoſophi & Poëtæ. Hæc enim ſola Philoſophica de immortali animæ ſtatu doctrina antiquiſſimum Heſiodum induxit, vt ſcriberet viros aureæ ætatis ſanctos, poſtquam ex hac vita exceſſerant, non eſſe mortuos, ſed tunc multò magis & diuinius viuere, inquit enim: *Tales*

Heſiodus oper. lib. 1.

Hac vita defunctæ iuſſu Iouis omnipotentis
Cuſtodes hominum fiunt, diuiq; beati,
Atque inuiſibiles terras luſtrando, malorum
Obſeruant hominum malè, vel benefacta bonorum.

Et Marcus Tullius ſapienter docet peruulgatam opinionem veterum, & Romanorum, & Græcorum, & inſigniorum Europæ nationum qui Herculem, Caſtorem, Pollucem & alios plurimos in Deorum numero collocarunt, & totum propè cælum humano genere compleuerunt, ex eo enatam *quod illis mors non erat interitus omnia tollens atque delens, ſed quædam quaſi migratio commutatioque vitæ quæ in claris viris & fœminis dux in cælum ſoleret eſſe.* Hæc eſt veterum Philoſophorum, hæc omnium hominum ſolam naturæ lucem intuentium ſententia, viros bonos poſt mortem corporis vitam adipiſci beatiorem, & humano generi magis quam antea ſalutarem. Neque verò vt ibidem admonemur, *collocutio hominum aut conſenſus hoc effecit: non inſtitutis hæc opinio confirmata eſt, non hominum legibus, ſed ipſa lege naturæ.* Quid veteres Chriſtiani ad quorum humanam ſapientiam acceſſit confirmatio gratiæ & illuſtratio lucis diuinæ; non modo idem opinati ſunt, ſed eodem quoque fundamento opinionem ſuam ſtabiliunt & roborant. Ex quo eſt illud Hieronymi quod legi apud Bullingerum. *Si Apoſtoli & Martyres adhuc in corpore conſtituti poſſunt orare pro cæteris, quanto magis poſt coronas & triumphos?* Et Bernardi vt citat Vrbanus Regius: *Paulus qui potens erat in terris, potentior eſt in cælis ante faciem Domini Dei ſui.* Quod argumentum per ſe firmiſſimum indignè à Bullingero, & Zuinglio, & Vrbano Regio carpitur & ſtultiſſimè refutatur, quod tamen in Auguſtino quoque Zuinglius & cum eo Vrbanus admodum inurbanè & ruſticè reprehendit. Neque dubium eſt quin reliqui vetuſtiſſimi Eccleſiæ Doctores qui omnes vno ore (vobis fatentibus) hanc fidem tuentur, hac quoque ratione eandem roborent & ſtabiliant. Quorum in monumentis quanquam me minus verſatum eſſe non nego (retardabat enim me generalis eos inſectandi conſuetudo noſtris tum

Cicero Tuſcu li. 1.

Ibidem.

Bullinge. de origine erroris lib. 1. cap. 16.

Zuinglius tom. 2. de vera & falſa religione cap. de Sanctorum inuocatione. fol. 222.

Concio-

Vrbanus in locis Theologicis cap. de Sanctis. Martyr in diſput. Oxonien. Cranmer. contra VVintonienſem. Iuellus vbique. Theodoretus in hiſtoria Sanctorum Patrum c. 26. Ibid. ca. 7.

Concionatoribus, tum Scriptoribus nimium familiaris) tamen ex Hieronymo, Auguſtino & illis quos noſtri citauerunt, & ex Theodoreto quem ſemel atq; iterum euolui de reliquis omnibus coniecturam facio. Theodoretus autem quem tantis cum laudibus contra Papiſticam de Euchariſtia fidem producebant noſtri, Petrus Martyr, Crammerus, Ridleus, Iuellus, Foxus & quotquot realem præſentiam oppugnarũt, & quem hac de cauſa ſincerè putabam Euangelicum & vehementem vbique noſtræ ſententiæ defenſorem, idcirco verſaui paulò diligentiùs. Hic autem talis ac tantus Doctor; Num illuſtrium virorum gratiam morte determinari, & cum corporis interitu concludi docet? Imò contrariam veritatem & frequenter & ſtudioſiſſimè inculcat. Admiranda enim Simeonis narrata hiſtoria. *Manet* (inquit) *& huic & cæteris Chriſti Athletis poſt mortem victoria, variorum certè morborum curationes, & miracula & diuinarum virtus operationum, ſicut quando erat ſuperſtes, ita nunc quoq; fiunt, non ſolum ad loculos ſanctarum reliquiarum, vbi corpus depoſitum erat, ſed etiam apud ſummæ eius virtutis & diuturnæ decertationis monumentum magnam illam & celebratam columnam in qua degebat.* Sic idem teſtatur ex Palladij Monachi *ſepulchro in hodiernum vſque diem ſcaturire omnes morborum curationes*: idq; multo magis poſt mortem, quam quum Sancti illi hac mortali vita fruerẽtur. Vnde loquens de Aphrate quodam quem ipſe viuentem ſolebat inuiſere ſæpenumerò, & eius benedictionem expoſcere, addit

Ibid. cap. 8.

piè: *Ea nunc quoque fruar, vt qui credam eum nunc viuere, & vna cum Angelis choros ducere, & maiore quam olim apud Deũ vti fiducia. Eam enim tunc metiebatur corpus mortale ne occaſio arrogantiæ euaderet ſi fuiſſet maior quam par erat fiducia, nunc autem depoſito onere perturbationum vt Athleta victoria potitus, fiducia & libera loquendi facultate vtitur apud Agnothetam Deum. Qua de cauſa oro vt eius conſequor interceſſionem.* Et vt breuis ſim, nullam ille Sancti alicuius hiſtoriam ſcribit quam non hac ſolenni poſtulatæ interceſſionis clauſula definit. Cuius exemplum ſit hoc in vita Euſebij corollarium:

Ibi. cap. 18.

peruenit Euſebius ad metam curſus, *ego autem rogo vt illam conſequar interceſſionem quam percepi dum eſſet adhuc ſuperſtes. Credo enim eum viuere & habere puriorem ad Deum fiduciam.* Sic

Alcoran. Azoar. 2.

ille. Quos omnes inſequutus Diuinus noſter Propheta *peremptos* (inquit) *in obſequio Dei nemo mortuos exiſtimet, ſed illos potiſſimum viuos & ſanos*, ideoque ad hominibus benefaciẽdum maxime idoneas. Vos autem contra cum hæc irrideatis, cum

Paganam,

Paganam, Papiſticam, & Turcicam ſuperſtitionem inclamatis ſi quis hanc fidem de Sanctorum ſtatu & gloria præſeferat. Vnde oritur hæc contraria ſententia niſi ex contraria perſuaſione? Quod videlicet Sanctos hac mortali vita functos viuere non credatis, poſt hanc vitam aliam neſciatis, de animæ dignitate nihil diuinum, imò nihil humanum concipiatis, de eius gloria & immortalitate non modo à nobis Turcis & Mahumetanis, à veteribus Chriſtianis, à Gentilibus Romanis & Græcis, à Philoſophis & Poëtis honeſtioris famæ & nominis ſuperemini, ſed etiam à pleriſque barbaris nationibus, imò proximè ad belluarum diritatem & immanitatem acceditis: Quorum ita in iſtis corporis & mundi ſordibus demerſa eſt cogitatio, vt de mente hominis nihil diuinum, eiuſque altitudini conſentaneum prædicetis, nihil ſcribatis, nihil loquamini: ſed eam & in hac mortalitate turpiter & flagitioſè corrũpitis: & poſt tranſactam corporis vitam, etiam vitam animæ, eiuſq; energiam vel actionem omnem eripitis, & in naturam hominis ſceleſti, & in dignitatem animæ nefarij, & in Deum ipſum contumelioſi. An tu me putas, Samuel, hæc ſtomachoſiùs exaggerare, aut tuorum ſententiam odioſè peruertere, aut ſecus quam veritas eſt exponere? Teipſum interrogo quem alium ſenſum habere poterit hæc communis veſtræ linguæ petulãtia, quod mortuos inuocem^9. Inuocam^9 (vt tu noſti) Eliã, *Busbeq.*
Moyſen, Georgium & alios quorũ corpora in cineres reſoluta *iter Con-*
ſcimus: neq; verò ea alloquimur aut precamur. Ex ipſa autem *ſtantinop.*
non modo Theologia ſed etiam Philoſophia didicimus, ani- *pag. 80.*
mã Eliæ, Moſis, & Georgij viuere, & hãc eſſe principalem eorum partem quos ab ea nominauimus, & quos propter hanc inuocamus. Si vos animas diuiniſſimorum hominum apud Deum viuere creditis qua fronte à nobis mortuos inuocari nugamini? Alia fortè ratione fidem hanc noſtram refellere potetus: at hoc argumento infamare quod mortuos colamus & falſum eſt & ſtupidum. Ergo ad animæ mortem hæc maledicentia neceſſariò pertinet, & animam cum corpore ſepeliri, nec vllam ei deinceps vitam ſupereſſe ſignificat. Qui Atheiſmus quantum in tuorum fratrum moribus & fide inueterauit nollem dicere niſi doctrina ipſa loqueretur. Eſt enim eiuſmodi vt licet diu in corde hæſerit, altaſque illic radices egerit, externè tamen vt plurimum non prorumpat, nec ad aliorum notitiam ſerpat foris. Nam quemadmodum qui eſt natura ad proſequendas corporis libidines promior, quanquam vbi poteſt genio ſuo indulgeat & laxet habenas voluptati, propter

verecun-

Digitized by Google

verecundiam tamen diſſimulat hunc appetitum, & ei vacat quam poteſt occultiſſimè: Sic qui ad eam feritatem degenerarunt vt hac vita beatitudinem Epicuricè metiantur, de altera autem nihil quicquam cogitent; præmunt intra ſe hanc opinionem, nec eam cum alijs quam ſuis familiaribus idq́; furtim communicant, nec ſpontè patiuntur ad multorum cognitionem emanare. Et tamen in Euangelio veſtro non deeſt & publica ex moribus diſcipulorum teſtificatio & certior ex doctrina Magiſtrorum demonſtratio, Euangelij veſtri nō ſolum hunc eſſe effectum, ſed hunc eſſe finem & deſtinatum ſcopum vt anima ſimul cum corpore interire credatur, & alterius æternæ vitæ hanc caducā excepturæ memoria funditus ex hominum mētibus deleatur, eamq́; veram eſſe radicem ex qua hæc tam infeſta contra Sanctorum memorias & honores dimicatio enaſcitur. Ita ad omnem perditiſſimam nequitiam ſectatores ex hoc Euāgelio diſcunt obdureſcere, & in flagitijs à natura humana alieniſſimis impudentia bacchari. Neq; vt hoc probem opus eſt argumenta ſubtiliora è longinquo petere, cū
Brent. in Luc. c. 20. Homil. 35.
preſto ſit clariſſima tuorum Doctorum confeſſio. Audi enim Brentium, *etſi nulla ſit inter nos publica profeſſio, quod anima ſimul cum corpore intereat, & quod non ſit mortuorum reſurrectio, tamen impuriſſima & prophaniſſima illa vita, quam maxima hominum pars ſectatur, perſpicuè indicat, quod in animo ſuo ſentiant non eſſe vitam poſt hanc vitam, aut ſaltem quod de futura vita dubitent.* Quod efficax argumentum a vitæ impuritate quam latè pateat, & quam parum deſit ne vniuerſam Euangelicorum tuorum multitudinem comprehendat, alio in loco eſt explicatum. Ad hoc autem argumentum adeò probabile & ſuſpicioſum accedit aliud magis vehemēs & neceſſariū.
Ibidem.
Nonnullis etiam tales (inquit Brentius) *voces quibus ſignificant ſe non credere mortuorum reſurrectionem tam ebrijs quam ſobrijs in familiaribus ſuis colloquijs excidunt.* Quid autem eos ad hanc deſperatiſſimam improbitatem peruexit niſi Magiſtrorum ſuorum iniquitas, qui dum fingunt ſe Papiſticum quem vocant, & Ethnicum errorem inuocādi mortuos, & pro mortuis orandi euertere, immortalitatem animæ, & cæli inferniq́ue fidem in mētibus ſuorum ſubditorum extinguunt. Hinc ſolenne eſt Luthero, cum in aliquem incidit Scripturæ locum huic ſuæ opinioni leuiſſimè ſuffragantem ſtatim annotare: *Hic locus eſt fortiſſimus pro mortuis dormientibus, & nihil intelligentibus earum rerum noſtrarum, contra Sanctorum inuocationem & purgatorium.* Et rurſus: *alius locus quod mortui nihil*

Digitized by Google

nihil ſentiant. Senſit ergo Salomon mortuos omninò dormire, & nihil prorſus ſentire. Iacent ibi mortui non numerantes dies vel annos, ſed excitati vix videbuntur ſibi momentum dormiuiſſe. Atque hoc ſemel atque iterum vir ille inculcat in exponendo vno breui Scripturæ capite. Et ne ex plurimis eius voluminibus loca huius generis colligendo moleſtior ſim, in *Enarratione in Geneſim* quam proximè ante mortem ſcripſit, & quam propterea Philippus Melanchthon dicit, eſſe velut Cygneam eius cantionem: vt videas Cygnum illum hanc ſententiam ad mortem vſque tenuiſſe (tertio enim menſe poſt commentarium illum finitum deceſſit) quanquam in nonnullis ambiguus & anceps videtur, tamen hæc vt certa vel ſaltem ſibi maximè credibilia ponit. Præfatus ſe de induſtria *hanc diſputationem attingere, vt remoueat curioſas aliorum quæſtiones & diſputationes*, denuò ait: *animas mortuorum ingredi non in mortem, purgatorium, aut infernum: ſed in pacem* Deinde: *Somnus animæ in futura vita profundior eſt quam in hac, & hac ſimilitudine quam habeo à ſomno viuentis hominis côtentus ſum.* Tum: *Papiſtarum ſtultitia taxanda eſt, qui poſt mortem fecerunt quinque loca. Primum infernum damnatorum, qui eſt cruciatus ignis æterni, &c.* Denique: *Sancti ſunt in pace & quiete, non in regno Chriſtus: non quieſcit ſicut Sancti dormientes, & magnum diſcrimen eſt inter Sanctos dormientes, & Chriſtum regnantem. Illi dormiunt & neſciunt quid agatur.* In fine autem ſuæ Enarrationis videtur locum huius dormitionis conſtituere ſepulchrum ipſum, quaſi illic anima cum corpore ſepeliatur. Sic enim habet. *Mira ſanè res eſt quod Deus nos faciat ſimiles beſtijs, dormiendo, vigilando, comedendo. Anima enim humana dormit omnibus ſenſibus ſepultis: & lectus noſter inſtar ſepulchri eſt, in quo tamen nihil graue eſt aut moleſtum. Ita nec mortuorum locus cruciatus vllos habet, ſed vt dicitur requieſcunt in pace, quemadmodum in excitatis è ſomno & vigilantibus nulla doloris aut moleſtia ſignificationes ſunt, tamen neſciunt quid interea geſtum ſit.* Quo in loco propter eâdem rationem quia nimirum certo ſtatuit animam, à morte animam omnis eſſe ſenſus, actionis, affectionis vel etiam cogitationis expertem, idcirco negat purgatorium & limbum. *Ideò* (inquit) *negamus purgatorium & limbum, in quo dicunt eſſe ſpem & certam expectationem liberationis.* Ita ſiquidem anima *dormit placidiſſimo ſomno & quiete ſine paſſione deſiderij*, vt nihil ſperet, nihil timeat, nihil perſentiſcat. Sic Lutherus. Quæ illius fides & ſcripturæ interpretatio procreauit varias & copioſas

Ibi. ver. 10.

Lutherus Enarrat. in Geneſ. cap. 25.

Fol. 351. Vide hoc item c. 26. fo. 392. 393

Ibi. in cap. 49. ver. 33

pioſas Euangelicorum ſectas hanc doctrinam propagantes. Hanc enim Anabaptiſtæ pertinaciter defendunt: *Mortuos* videlicet *& corpore & anima dormire vſque ad diem iudicij.* Libertini quoque quorum infinitus eſt numerus, animam cum corpore prorſus interire docent, quam *omnino ſubſtantiam eſſe negant, aut immortalem,* vnaq́ue (quod neceſſe eſt) *negant reſurrectionem, & irrident ſpem omnium de reſurrectione.* Vt authore eſt Caluinus & Sleidanus oſtendit hoc eſſe inter Lutheranos dogma ratum & receptum: Qui hiſtoricè ſcribit Papiſtarum de purgatorio & Sanctis inuocandis dogma à Luthero funditus euerſum hoc inuicto argumento: Quia *Lutherus docet è ſacris litteris mortuorum animos* (ſine ſenſu) *quieſcere, & iudicij diem expectare ſupremum.* Caluinus autem ſignificat ne ſuam quidem ſectam ab hac ſententia fuiſſe abhorrentem, cũ ait ſe *ſcire nonnullos viros bonos quibus iſta de animarum ſomno placuit opinio.* Et præter Anapabtiſtas, eſſe multa hominũ millia qui mortuorum animas dormire aiunt, idq́ue Lutheri ratione motos vt *purgatorij figmentum tollerent,* eoſq; per totam Galliam, Brabantiam, Flandriam, Germaniam eſſe diſperſos & diſſeminatos, neque vero in noſtra Anglia minus eſſe frequentes fidei iſtorum articuli typis expreſſi teſtantur, quibus apertè *animas omnium qui non ſunt ſua profeſſionis, in æternum vna cum corporibus mori* aiunt, quiq́ue ſic credunt in omnibus Angliæ partibus ſua habere conuenticula Miniſtri veſtri fatentur. Quamuis autem iſti homines diſpertiantur in duo genera à Caluino, alterum maximè vulgatum & populare *eorum qui animam hominis à morte ad iudicij vſque diem quando à ſomno ſuo expergefiet ſine memoria, ſine intelligentia, ſine ſenſu dormire putant.* Quo in numero ſunt Lutherani, Anabaptiſtę, Libertini, & Caluiniſtæ plerique. Alterum eorum *qui animam nihil minus quam ſubſtantiam eſſe volunt, ſed vim duntaxat vita qua ex ſpiritu arteria aut pulmonum agitatione ducitur, ſed ideo cum corpore interire & euaneſcere fingunt donec totus homo ſuſcitetur,* tamen in hac verborum diſcrepantia magnum eſſe quoad ſummam rei conſenſum, cuiuis accuratè & preſsè conſideranti liquet, & Caluinus fatetur: aufer enim ab anima ſenſum & intelligentiam, memoriam, nõ quidem verbo dicis ſed re & neceſſaria ratione conuincis eam interijſſe, cuius natura & eſſentia in his tribus vertitur, quemadmodum qui homini facultatem videndi & audiendi adimit, eumq́ue cæcum & ſurdum dicit, vero oculorum & aurium ſenſu priuat, vnde veriſſimè Caluinus. Qui *animam viuere fatentur*

Zuinglius tom. 2. Elenchus contra Anabaptiſt. fol. 39.
Calui. Inſtruct. contra Libertinos cap. 11 & 22.
Sleidan. lib. 9.
Caluin. in præfat. lib. de Pſichopamichia
Ibid. in præfat.
Gallaſij. Articuli Familiæ amoris impreſſi Londini. 1579.
Calui. lib. de pſychopamichia pag. 136.

(Vt Lutherus, Sleidanus, & eius profeſſionis alij) *illamque ſimul omni ſenſu ſpoliant, prorſus animam fingunt quæ nihil animæ habeat, aut animam ipſam à ſeipſa auellunt: quum eius natura ſine qua conſiſtere vllo modo nequit, ſit mouere, ſentire, viuere, intelligere: atque (vt ait Tertullianus) anima animæ ſenſus ſit.* Hæc ego pauló enucleatius & fuſius, Samuel, expoſui in eum finem vt tu quum verum intelligis fontem & originem huius tuorum fratrum doctrinę contra Sanctorum in cælis inuocationem, & orationē pro defunctis, de qua poſtea acturus ſum, vna perſpicias Euangelij tui hac ex parte fœditatem, & quam fœlici commutatione non pro æreis aurea, non pro carbonibus theſauros, vt eſt & in veteri prouerbio, ſed pro inferno ipſum planè cælum adepturus ſis, ſi Euangelio tuo, horrenda (quoad iſta ſaltem) turpiſſimorum errorum laſua deſerta, Alcoranum noſtrū amplexus fueris. Si enim is es quem ego ſpero, negare nō potes quin noſtra hæc ſententia ſit humana, veſtra belluina, noſtra à naturæ & veræ rationis principijs ducta, veſtra à Philoſophis melioribus damnata, ſoli Epicureorum & Sadduceorum ſcholæ probata: noſtra Chriſtiana, Angelica, diuina, veſtra ſordida, carnalis, impura, & (vt vno verbo dicam) prorſus diabolica, immenſum totius & infidelitatis & nequitiæ chaos atque ſeminarium.

ARGVMENTVM
CAPITIS SEXTI.

Michæas largiùs proſequitur & explicat cauſas cur ad Sāctos certos, & certis in locis oratur. Quod declarat fuiſſe maximè vſitatum in Eccleſia primitiua, & eum modum verè orationi maximè conuenire. Simul refellit quod ſupra cap. 5. obiecerat Samuel de parte corporis. Sancti nomine appellata, cuius rei rationem reddens, particulatim recenſet & vrget omnes in orbe terrarū, vel Mahumetanos, & Turcas, & Perſas, vel Chriſtianos, Latinos, Græcos, Georgianos, Abyſſinos, S. Thomæ, & alios. hoc modo per certos Sanctos & in certis locis Deum colere. Denique concludit Euangelicorum contrariam opinionem eſſe merè Epicuream.

CAPVT SEXTVM.

NEQVE vero eſt quod mireris ſi fidē noſtram & Alcoranum præ tuo Euangelio Chriſtianum appello. Quo enim magis hæc ponderabis & meditabere eo plenius aduertes quã verè hoc à me aſſeueretur. Quod & ſi fortaſſe iam dudum ſatis eſt comprobatum, tamē quia in hoc maximè vertitur Alcorani noſtri gloria, propter quod ſolum, ſi nihil aliud ſuppeteret eſſet Euãgelio veſtro infinitè præferendus: tum etiam quia in hoc conuellendo Doctorum veſtrorum nimis effrenatè ſe iactat audacia, & præterea ad quæſtionis huius veritatem exactiùs cognoſcēdam maximè conducit, dabis mihi veniam vt in hac materia aliquanto diutiùs hæream. Neq; verò erit cur tu moleſtè feras quando nihil ſum dicturus quod non apprime cum religione Chriſtiana conueniat, & fortaſſe non ingratam tibi memoriam renouabit eorum qui in hac peregrinatione vidiſti, dignaque ſunt quæ cum tuis in Anglia comminiſtris communicentur.

1. *Corin.* 15. Apoſtolus Paulus in reſurrectione corporum ponit vinculum omnis non ſolum fidei ſed etiam honeſtatis, hoc ille vrget, inculcat, & argumentis neceſſarijs, probabilibus, quocunque poteſt modo communit, tanquam primarium religionis ſuæ caput. De immortalitate animæ confirmanda non laborat, quæ tamē reſurrectioni corporis neceſſario ſubſtruenda erat, & ſine qua non modo abſurdum ſed etiam ridiculum erat de corporum reſurrectione loqui. Sed illud ratio docebat, Philoſophia probabat, antiquitùs in eorum, quibus cum agebat mentibus natura duce inſculptum erat. Hoc autem de corporibus etiam reſuſcitandis, vt quemadmodum anima cum corpore Deum in hac vita offenderat vel placauerat, ita anima cū corpore in altera vita pœnas vel præmia aſſequeretur hoc erat fidei, hoc Chriſtianæ tantummodo Theologiæ, quam cælitus Chriſtus & Apoſtoli in mundum detulerunt. Et hæc corporum reſurrectio clariſſimè & maximè neceſſariò animæ ſimul immortalitatem aſtruebat. Hinc factum eſt vt non ſolum veteres Chriſtiani, ſed Mahumetani quoque qui ſe à Chriſto & Chriſtianis antiquis præcipuos fidei ſuæ articulos hauſiſſe nō inuiti concedunt, in hac corporum reſurrectione & glorificatione fidelium animis altiſſime inſculpenda plurimum operæ ſtudijque poſuerint, Mahumetem ſequuti qui hoc in ſingulis ferè Alcorani ſui capitibus frequentiſſimè & diligentiſſimè

repetit.

Digitized by Google

repetiit. Quorum pietatem ipſe Deus comprobauit quum ad Sanctorum ſuorum monumenta ſtupendis miraculis editis eorum memoriam glorioſam reddidit, & hāc in bonorum animis religionem vehementiùs impreſſit. Poſſem ego huius generis plurima ex libris noſtris commemorare, quæ nec Lutherus veſter inficiatur vera miracula, ſed ne tibi cauſam reclamandi præbeā, noſtra prętermitto, illo vnico teſtimonio contentus quo is quem proximè nominaui Theodoretus egregius hiſtoricus deſcripſit generalem primitiuę Chriſtianorum Eccleſiæ praxim. Sic autem ille: *Nullus certum quos gentilitas in numero Deorū repoſuit, quali Martyres noſtri honore affecti ſunt quoad templa, ſepulchra, dies feſtos.* Cuius comparationis alteram partem cum fusè perſecutus eſſet, quemadmodum nimirum Deorum Gētilium honos & celebritas prorſus euanuerit. *At Martyrum, inquit, templa conſpicua cernuntur, magnitudine & pulchritudine præſtantia omníq; præterea ornatus genere variata. Neq; vero huc per annum ſemel, aut bis, aut quinquies aduentamus, ſed in iis ſæpenumero dies feſtos agimus, quinque homines proſpera ſunt valetudine, conſeruari ſibi eam à Martyribus petunt, & qui ægri ſunt ſanitatem expetunt. Inſuper & ſteriles, & viri, & mulieres, dari ſibi filios petunt: & qui parentes ſunt, orant integra ſibi conſeruari quæ conſequuti ſunt dona. Item qui peregrè proficiſcuntur petunt ſibi Martyres comites eſſe in via, vel potius itineris duces: qui vero iā ſoſpites redierunt gratias agunt acceptum beneficium confitentes.* Hæc erat primorum Chriſtianorum fides, hæc conſuetudo. At non veniebat illis in mentem magnus & ſubtilis iſte ſcrupulus quem veſtri Doctores diuinæ gloriæ vindices (vt ſibi ſoli videntur) acerrimi nuper ita cæperunt exaggerare, his ſupplicationibus Sanctos in Dei ſolium attolli, Dei gloriam hoc modo obſcurari, eius honorem ad creaturas transferri, eaque ab illis idololatricè flagitari quę à ſola Dei maieſtate erant poſtulanda. Cogitabant quidem iſta, & alia permulta grauiora iſtis opponebant Pagani, ſed quæ vel ipſa ratio, multo autem magis diuina prouidentia, & Chriſtiana fides ſolidè confutabat. Non enim ad iſtos accedebant tanquam ad Deos, ſed tanquam diuinos homines, eos non vt totidem Deos, ſed vt interceſſores, ſibi apud vnicum Deum aduocabant, & dum hoc modo afficiuntur, Chriſtianos illos non impiè & ſuperſtitioſè, ſed piè fideliterque precatos, & propterea conſequi ea quæ deſiderant, teſtantur illa quæ votorum rei perſoluunt, manifeſta nimirum adeptæ ſanitatis indicia: Suſpendebant enim quædam monumenta,

dicetur Azorr. l. 3. 1 9. 2- 27. 28. 27. 29. 31. 34 &c.

Septem caſtrenſ. editus à Luthero. cap. 14. 15. de ejus miraculis veris poſt.

Theodore. de curand. Græcorum affectibus. lib. 8.

 tabu-

tabulas, & anathemata, quibus ſe votorum ſuorum compotes factos poſtea impetrata declarabant. Hoc autem tantum abeſt à Dei maieſtate potentia lædenda, vt eam multò magis commendaret. *Ex his enim* (inquit vir iſte) *ſepultorum ibi Martyrum quis ſit virtus oſtenditur, Martyrum autem virtus quem illi coluerunt Deum verum eſſe declarat. Hæc erat, Samuel, ſi ſes, hæc praxis Eccleſiæ primitiuæ Chriſtianorum, & hæc egregiè noſtrum probat morem & Alcorani diſciplinam* qui eadem fide & cultu Dei Sanctos proſequitur, atque hoc veſtrum Euangeliũ manifeſtè damnat, quod in hoc excellenti pietatis officio non tam à primitiua Eccleſia defecit quam eandem Eccleſiam impietatis & idololatriæ Paganicæ accuſat. Nam quod illi Chriſtiani eundem quem nos honorem mortuorum (vt tu vocas) Sanctorum corporibus, vel corporum membris & fragmentis exhibebant idem Doctor locuples eſt teſtis. *Nam animæ* (inquit) *triumphantium Martyrum in cælis vitam agunt. Corpora verò non ſingulis monumentis ſingula conduntur, ſed ciuitates, oppida, & pagi hæc inter ſe ſortito partiti ſunt, laborantibusq; animis ac ægrotis corporibus ſalutares eos confiteri non ceſſant. Nihil æquè ſecius* (etiamſi corporum illorum partem tantummodo retineant) *vrbium cuſtodes, ac locorum præſides venerãtur, quorum interuentu & precibus* apud Deum vtentes, per eos diuina munera conſequũtur. Hæc de Sanctorum interceſſione & patrocinio, de peregrinatione ad eorum ſepulchra, de corporibus mortuorum, & de corporum fragmentis Theodoretus. Et ex omnibus infert, nõ Paganiſmum eſſe Deum ita in Sanctis venerari, ſed è contra Sanctum & Chriſtianum eſſe ita facere, & Paganicum eſſe ſi quis non aduertat his omnibus Deus glorificari. Sic enim contra Gentiles Græcos concludit: *Vos autem* (O Græci) *ne hæc quidem adducunt vt Deum Regem Martyrum laudetis? ſed cum deriſu* (ad tuorũ fratrum exemplum) *damnatis eum qui à cunctis latè mortalibus Deo honor defertur, ſcelus putantes ſi ad Martyrum buſta propius accedatis.* Ergo omnes latè per orbẽ Chriſtiani ad Martyrum ſepulchra Deum maximè coli putabant, & ſoli Pagani hæc irridebant, id quod ex alijs quoque antiquis Eccleſiæ veſtræ hiſtorijs ſi eas mihi legere vel vacaret, vel liberet, vberrimè cõfirmari poſſe fidem mihi faciunt Magdeburgenſes, qui ex illis varia recenſent diuinæ maieſtatis opera ad hanc perſuaſionem roborandam, vt quod *Angeli & Martyres Conſtantino Magno apparuerint, quibus Imperator ille Eccleſias extruxit vbi multi varijs morborum generibus correpti, Deo ſupplicantes ſanati ſunt Sozomenus lib. 2. cap. 3.*

Centuria 4. cap. 3. pag. 1441. 445. 146.

cap. 3 Nicephorus lib. 7. cap. 10. Quod ad monumentum Hilarionis Monachi etiamnum multi ægroti & dæmoniaci curentur, idque tam apud Cyprios vbi mortuus eſt, quam etiam in Palæſtina quo tranſlatus eſt Sozom lib 3. cap 14. Quod Daphnæus Apollo conſultus à Iuliano de euentu expeditionis in Perſas reſpondit ſe à vicinis mortuis impediri ne reſponderet, ijs vero alio translatis ſe velle prænuntiare futura promittebat. Erat autem in eo loco ſepultus Babylas & alij martyres Theodoretus lib 3 ca 11. Sozom. lib 5. cap. 19. 20. 21. Et huius generis multa ab Apoſtolis à Martyribus, à Prophetis geſta, Imperatoribus, Epiſcopis, & Archiepiſcopis oſtēſa, à fideliſſimis hiſtoricis Theodoreto, Euagrio, Sozomeno, Zonara, Socrate, Ruffino perſcripta ibidem reperies, quæ quanquam illi vocant *Antichriſtiana, fallacia, ſuperſtitioſa, diaboli præſtigijs effecta vt vim Sanctis mortuis affingeret, & ſuperſtitionem reliquiarum confirmaret,* tamen plus apud me valet & diuinarum literarum quas ſupra citaui maieſtas, & veterum Imperatorum authoritas, & tot doctiſſimorum virorum Sanctitas, & veneranda Eccleſiæ Chriſtianæ antiquitas, & Mahumetis, Turcarum, Perſarum, Arabum, omniumque nationum in quibus vnius Dei nomen colitur, prudentia: & denique ipſius rationis euidentia firmiſſimis argumentis ſtabilita, quam horum paucorum nuda aſſeueratio, quos licet ſcio non eſſe indoctos, & eorum labores non aſpernor, tamen niſi amens ſim, neceſſe eſt vt & plures paucioribus, & antiquos recentibus, & rationes tam ſolide communitas, tot præſidijs humanis diuiniſque inſtructas inanibus verbis anteponam, maximè cum ex eorum præceptore Luthero planè videā profundam Atheiſmi voraginem in quam iſti & ſeſe & lectorem conentur præcipitare. Quæ ſi iam coniunxeris, & ea quæ antea de vita & æternitate animæ, & hic de gloria & præſtantia corporis Sanctorum commemorata ſunt, eaque ſimul ad Sanctum quemcunque retuleris, ſiue Georgium, ſiue Abrahamū, aut eum quem ita frequenter obijcis à nobis in Caramania cultū tum demum cauſam huius ritus vel à nobis, vel à Chriſtianis & veteris Eccleſiæ, atq; etiam huius tempeſtatis in Europa, & in Aſia, & in quacunque orbis regione obſeruati, cur nimirum Deum per Sanctos aliquibus potiſſimū in locis obſecremus, perfectè intelliges. Eſt quidem verum quod à vobis creberrimis ſermonibus vſurpatur, Deum vbique eſſe præſentem: & verum eius cultum in intrinſeca animi pietate conſiſtere. Hoc quidem non eſt dubium, imò apud nos nemo ſeptennis vel octennis puerulus cum circumciditur ignorat. Cæ-

Centu. 4. & 5 ca. 15

terùm in Dei colendi ratione nõ ſolum attenditur quanta ſit Dei omnipotentia & maieſtas, ſed etiam qualis ſit hominis natura & [illegible] potiſſimum conuenit certa locorum & ceremoniarum in hoc genere præſcriptio. Ideoq; & Deus ipſe populo Hebræo per Moſen ſui adorandi modum tradens primum in tabernaculo, deinde in templo Salomonis ſacrificia immolari præcepit, peculiare Sacerdotum genus & Leuitarum ordinem ſelegit: diſtinctamq; veſtium formam, ceremoniarum apparatum, beſtiarum ſpeciem & varietatem ordinauit. Poſtea temporibus Apoſtolorum veri Dei notitia ad omnes mundi regiones propagata eſt, nec tamen hæc Dei colendi ratio eſt ſublata. Nam & pleraque templa Mahumetano ritu Deo iam ſacra à primis Chriſtianis ædificata ſunt: & non pauca, tum in Armenia & Perſide ſub Sopho Perſarum, tum in Aſia minore, maximè autem in Iudæa circa Ieruſalem in ditione noſtri Imperatoris, ab iiſdem Chriſtianis extructa Chriſtianis adhuc poſſidentur. Quare cum hoc abſque controuerſia verum ſit & Deum eſſe vbique, & exaudire, & vel per Sanctos, vel ſine Sanctis opitulari poſſe vbique illud potius expendendum eſt, quid magis aptum ſit ad illuſtrãdam Dei gloriam, & ardorem deuotionis hominum in mentibus excitandum. Quæ ſunt autem ex omnibus operibus Dei benefacta vel per ſe inſigniora, vel ad mentes noſtras eius amore inflammandas efficaciora, quam ea quæ nobis priuatim collata, nos tanquam peculiarem Dei populum à cæteris gentibus diſcreuerunt. Præclara quidem ſunt opera creationis & prouidentiæ generalis qua Deus mundum hunc adminiſtrat, at ea ſunt nobis cum vniuerſis ſub cælo nationibus communia. Cæterùm quod Prophetas miſit ſuæ voluntatis interpretes, quod per eos veritatem edocti ſumus, quod illi hanc veritatem à Tyrannorum furore ſanguine ſuo vindicatam fideliter ad nos tranſmiſerunt, quod eos propterea ſempiterna cum Deo fœlicitate potiri & in æternum potituros credimus, quod eorum corpora tempore præfinito reſuſcitanda, & rurſus cum animabus copulanda, & ſimul beatitudinem nunquam defuturam adeptura confidimus, quod per eos nobis Deus admiranda naturæque viribus ſuperiora beneficia largiatur, quod eorum exemplo nobis & ſpes inijciatur ad eandem fœlicitatem perueniendi, & alacritas accendatur eorum veſtigia perſequendi, hæc ſunt miſericordiæ erga nos diuinæ paternæque bonitatis argumenta, & hæc ſunt quæ cum veteres Iudæi, tum Chriſtiani in ſuis ſacris attenderunt, & propter quæ potiſſimum

Digitized by Google

mum Deo gratias egerunt. Ad hæc autem omnia, magnam habet vim locus Prophetæ vel Martyris alicuius monumento celebratus. Nam in eius historia; Dei erga nos & miſericordiam perſpicimus, & voluntatem à tali viro denunciatam recordamur, & animam in cælo æternis gaudijs fruentem ſuſpicimus, & glorioſam corporis hic in terra iacentis reſurrectionem credimus, & tanti Patroni ope Deum fore nobis beneficum non iniuria confidimus & ijs ſingulis ad flagrantiorem eius amorem extimulamur, & in ijs omnibus quid credere, quid agere, quo tendere debeamus admonemur. Quare ſi religio externa, ſit externa declaratio fidei, ſpei, & Charitatis erga Deum, quod omnes fatentur: eaq; externa media religioni exercendæ ſunt aptiſſima quæ maximè has in nobis virtutes augeant: tum certè monumentum Martyris eſt locus orationi faciendæ maximè idoneus, vbi præſenti teſtimonio & in animos & oculos incurrente, roboratur fides, fouetur ſpes, & inflãmatur charitas. Exercemus enim & ſtabilimus fidem dum præcipuos profeſſionis noſtræ articulos recolimus: & rectè ſperamus nos eo ſequuturos quo alter eiuſdem nobiſcum conditionis anteceſſit: Et ad Deum diligendum prouocamur quem aduertimus expeditam viam tam incredibilis gloriæ nobis aperuiſſe. Sic Deus populum ſuum non ſolum ad vnum templum ſacrificij peragendi cauſa alligauit, ſed etiam templum illud eo loco conſtrui præcepit in quo prius Abraham Pater credentium Dei iuſſu filium ſuum ſacrificare voluit, vt ipſe locus eſſet poſteris aliquod incitamentum ad imitandam Abrahæ fidem atq; obedientiam. Ad hoc rurſus nouam quandam vim & efficaciã addit, ſi præter Eccleſiam, ſacellum, monumẽtum Sancti alicuius nomine ſacratum præſens ſit etiam Sancti corpus aut pars aliqua à reliquo corpore præciſa. Nam illud tuum de minutijs corporis vel Philoſophicum vel medicum argumentum, ſi non iocosè ſed ſeriò obijcis, nõ tam nos ſuperſtitionis & erroris cõuincit, quã vos infidelitatis dãnat. Scio quidẽ in philoſophia multum differre partem à toto, nec arborem eſſe domũ, nec vellus tunicã, & ſi pharmacum ſumas minus eſſe virtutis in vncia quam in libra. Sed in Euchariſtica veſtra cœna, num putas eum fructuoſiùs cõmunicare qui integrum panem, quam qui buccellam vnam ſumpſerit? qui integrum poculum exhaurit quam qui modicum quid guſtãrit? aut in baptiſmo qui toto flumine mergitur, quam qui paucis aquæ guttis aſpergitur? Si quidem à natura corporis hæc virtus proflueret, aliquid diceres cum ſic pro toto contra partes

 arguetes.

argueres. Sed cum ea non à natura veniat ſed à gratia, à gloriâ qua iam anima perfruitur, & qua corpus etiam potietur, à Dei & potentia quæ corpus cum anima glorificabit, & voluntate qui hoc modo Sanctos ſuos honorare & ſuam in eis omnipotentiam oſtendere decreuit: Friuola eſt, & inanis, vel potiùs impia & prophana, penè dixeram blaſphema hæc de corporum partibus quas quiſquilias dicis argutia, & quam is quem modo notaui Theodoretus tantoperè à vobis laudatus egregiè ex generali Chriſtianorum fide & moribus explodit, qui poſtquam vehementem Chriſtianorum in partiēdis Sanctorum corporibus zelum & pietatem explicaſſet adiungit: *Sectis itaque eorum corporibus, integra tamen vis & gratia perſeuerat, tenueſq. ac tantulæ reliquiæ toti parem vim habent, perinde ac ſi corpus omnino non diuideretur, gratia enim quæ pollens vigenſq. perſiſtit, petentibus dona diſtribuit, fidei ſupplicantium liberalitatem ſuam commenſurans.* Audis optimam rationem cur & veteres Chriſtiani, & nos parti alicui totius appellationem tribuamus? Cùm enim attendamus illic non quid natura formauit, ſed quid diuina bonitas operetur, Deus autem per partem eadem mortalibus beneficia conferat quæ per integrum Martyrem olim impartire conſueuerat, ſumma cum ratione Martyrem illic verſari dicimus vbi cum parte Martyris totam Martyris virtutem & gratiam, vt olim cum apud nos ageret, efficacem eſſe deprehendimus: Id quod author ille ex ipſis Euangelijs eruditè quidem oſtendit. In illa enim Angeli verba: *Venite, videte vbi poſitus erat Chriſtus. Ita* (inquit) *nos quoque facere cōſueuimus. Communibus enim nominibus etiam partem appellamus, in Sanctorum enim Apoſtolorum, vel Prophetarum, vel Martyrum ædes ſacras ingredientes, interrogamus quis ſitus eſt in Arca: Qui verum ſciunt reſpondent vel Thomam fortè Apoſtolum, vel Ioannē Baptiſtam, vel Stephanum primum Martyrem, vel alium aliquem ex Sanctis nominatim dicentes: licet nec anima, nec totum corpus, ſed valdè parua nonnunquam reliquiæ in eis ſitæ ſunt: Idem fecit Sanctus Angelus qui perſonæ nomen corpus appellauit.* Ergo vt reliqua omnia ſuperius à me poſita de rebus ipſis, ſic hoc etiam extremum quanquam minoris momenti, cum literis ſacris & Euangelicis congruit: & proinde vobis qui Euangelici audire cupitis, neutra videri debent mira aut peregrina. Quę ſi maturè & ſeriò ponderare volueris, Samuel, quod ego tui ſane cauſa imprimis opto, deſines in res grauiſſimas iocis & cauillis ludere, deſines ſi Chriſtianus es veterum Chriſtianorū & primorum, Eccleſiæ tuæ noſtræq;

ſtræque ſtabilitam fidem iſtis non Philoſophicis ſed Sophiſticis ratiunculis exagitare. In ſumma deſines irridere quę ſæpenumerò in noſtro per Imperium hoc itinere intuitus es huiuſmodi pietatis officia in Mahumeranis, in Turcis, in Perſis, in Afris, in omnis generis Chriſtianis, Græcis, Latinis, Aſianis, Abiſſinis, Indis, Calecutijs, qui etiamſi rationes non poſſent adferre, authoritate tamen ſola te tuoſque debuerunt frangere, niſi forte tam inflati eſtis vt vobis ſolis omnem ſcientiam arrogetis, vniuerſi præterea mundi iudicium inſolenter aſpernemini. SAMVEL. Equidem de induſtria neminem vnquam mortalium, præſertim his in partibus propter religionem ſuã irridere volui. Noui enim id fieri nõ potuiſſe ſine magno meo periculo. Imò & nonnunquam publicè cum neſcio quæ monumenta pertranſiremus, demiſi me in genua, vel alias venerationem præ me tuli, ne te & Turcas in quorum comitatu eram, offenderẽ. Cæterùm perdiu ipſa rei nouitas, & mihi nunquam antea viſi multorum hominum in adorando geſtus atque cæremonię admirationem commouebant, maximè cum cauſas rerum gerendarum non intelligerem. Et tamen adhuc aliquid eſt quod in hac veſtra conſuetudine deſidero. Neque enim video quemadmodum cohæret quod in Iudæa colitis Chriſtum, & in Arabia Mahumetum, & vtriuſque locum natalem Bethleem & Medinam religioſè veneramini, alterutro certè contenti eſſe deberis, vtrumque enim colere non poteſtis quorum doctrina adeò eſt contraria. Denique quam multos habetis Sanctos de quibus non nobis modò dubium eſt, ſed ne vobis quidem exploratum vtrum in cœlo ſint an inferno. Quod rectè ab Apoſtolo ſcriptum eſt *nullam eſſe participationem iuſtitiæ cũ iniquitate, aut ſocietatem luci ad tenebras, aut conuentionem Chriſti ad Belial: Si lex Domini prohibet arare in boue & aſino ſimul, & ſerere agrum diuerſo ſemine:* tu hunc Turcarum morem quemadmodum approbabis, qui Chriſto ſimul & Mahumeto, noſtriſque Chriſtianis Sanctis, & Mahumetanis quoque diuis ſimilem honorem impendũt; hoc eſt qui Deo ſimul & Belial inſeruiunt. MICHAEAS. Inuertis quęſtionis ſtatum, Samuel, & ab ea in qua hactenus decertauimus palæſtra, ad aliam longè differentem me abducis. Neq; enim cõtenditur inter nos an veſtri noſtriue Sancti ſint veriores aut magis colendi, ſed generaliter vtrum Sancti quicunq; ſint inuocandi; Vtrum eorum honor non imminuat gloriam Dei, vtrum per eos ſua hominis chariſmata, Deus diſtribuat, non vtri Turcæ, an Chriſtiani in certa Sanctorum deſignatione minus er-

1. Corinth. 6. 12.
Deut. 22. & 10.
Leuit. 19. v. 19.

nus er-

nus errent. Neque tamen ratio tua tam eſt efficax quam tu ſuſpicaris. Neque fortaſſis inter Chriſtum & Mahumetem adeo eſt extrema repugnantia quàm veſtri comminiſcuntur. Et ſi legem cum Euangelio conciliare poteſtis; ſi Moſem cum Chriſto, ſi Prophetas Teſtaměti veteris cum Euangeliſtis noui, ſi totam Synagogam tanquam à Deo ordinatam reuereamini, cuius tamen ritus, & ſacrificia cruenta, & circuncisiones, & feſta reijcitis; cur Mahumetem etiam non poteſtis admittere qui Euangelij veſtri capita pleraque admittit, & Chriſti gloriæ imprimis conſulit? Vobis certè minimè omnium hæc conciliatio videri debet ardua & difficilis, qui non modò veteres illos legis Moſaicæ Patres cum Teſtamenti noui Apoſtolis copulare nouiſtis, ſed primitiuæ etiam Eccleſiæ Doctores Auguſtinos, Hieronymos, Gregorios cum veſtris Doctoribus Lutheris, Zuinglijs, Caluinis, & iſtos inter ſe eorumque diſcipulos hoſtiliter prorſus diſſidentes Zuinglianos & Lutheranos, Brentianos & Caluinianos, vt veſtros in Euangelio Patres, fratreſque, & Euangelicæ Eccleſię præcipua membra numeratis. Quare vobis laborioſum non erit Mahumetum & Chriſtum ſimul iungere, inter quos longè maior eſt quam inter Lutherum, & Zuinglium vnitas & conſenſio. Sed non hærebo in iſta quæſtione, quæ alicubi difficiles fortaſſe explicatus habet: Ad ſuperiorem ego te materiam reuoco: non vt ad Sanctos huius vel illius ciuitatis, aut patrię, aut legis recurras, ſed vt hanc vniuersè doctrinam veram eſſe fatearis, vt hanc Dei colědi formam non improbes, vt tuorum hominum impietatem condemnes, vt eorum argumenta & clamores de mortuorum adoratione, de putridis oſſibus, de idololatria, inanes & ſceleratos eſſe perſpicias. Et deinde ſi ad particularem inquiſitionem de his & illis Sanctis deſcendere volueris, ne ſic quidem dubito quin Sanctos noſtros contra impetum tuum commodè poſſem defendere: Sed prius ea quæ ſunt latè patentia, & ab omnibus per orbem populis celebrioribus approbata vrgeo, & vt ijs aſſentias requiro, & hæc quia veſtri reſpuunt, eos veterum Gigantum inſtar Deo naturæque bellum indicere ſtatuo. Mahumetes Medinæ in Arabia natus eſt, ibique ſepultus, quanquam alij Mechæ natum opinantur. Vtraque in ciuitate pulcherrimum templum eſt fabricatum, in honorem quidem Dei, ſed tamen ad tanti Prophetæ memoriam. Excellit autem illud Medinæ, cuius tectum quadringẽtis magnis & egregijs columnis ex candido latere cõfectis ſuſtinetur, quas circumcirca coronant pluſquã tria millia lampadum

Ludouic. Patritius nauig. li.1. cap. 11.13. Theuet. li.6. cap.3. Cuſpin. in

padu-

padum ardentium, vterq́; locus annuatim innumerabili mul- *Mahume-*
titudine fidelium Mahumetanæ profeſſionis ex Turcia, Æ- *te Ludo-*
thiopia, Africa, Græcia frequentatur. Vos ſi Mahumetem *uic. Rom-*
contemnitis, cur Chriſto hunc honorem non defertis, cur e- *na lib. 1.*
ius natiuitatis locum religioſè nunquam aditis? cur adeuntes *cap. 12.*
laceſſitis, redarguitis, inſectamini? non obliuiſceris ſat ſcio tē-
plum Bethlemiticum Chriſti natiuitatis locū, quem in Iudęa
vterque inuiſimus, incredibili ſumptu & magnificentia deco- *Theuet.*
rum, quod Chriſtiani Sacerdotes cuſtodiunt. Legitur in hiſto- *Lib. 6. c. 10.*
rijs Ægyptijs fuiſſe Sultanum quendam nomine Melechda-
rum, qui præceperat templum illud funditus diſturbari. Id v-
bi Mauri, Arabes, & Mamaluchi qui fuerunt eius præſidiarij
milites audierant, conſpirarunt contra Principem ſuum, im-
pedituri ne tantum ſacrilegium committeret. Quem eo ipſo
die quo tegulis tectum Eccleſiæ denudari cæptum eſt, ſuus i-
pſius filius interfecit. Eum locum quanta cura Turcæ conſer-
uent cuique notum eſt, & res ipſa loquitur. Vos qui Medinam *Supra.*
Prophetæ noſtri non honoratis, cur Bethlehem Prophetæ, &
Saluatoris, & Dei veſtri (vt gloriamini) adeò prophanè con-
temnitis. Non eſt quod dubios vel ignotos Sanctos cauſeris,
ſunt quidam toto orbe honoratiſſimi, quales ſunt Catharina,
Georgius, Maria virgo non minùs apud Chriſtianos Romanę
Eccleſiæ quam Græcæ, non minùs apud Mahumetanos, Per-
ſas, quam Turcas, apud Africanos, quam Aſianos, non minùs
in Oriente quam Occidente celebrati. Cur vel iſtos debito
honore non proſequimini. Si prętenditis more veſtro ſcriptu-
rarum authoritatem, quia in ſacris literis iſti non continen-
tur (quanquam de Maria virgine ita cauillari non poteſtis)
Prophetas & Patriarchas ab ipſo ſancto Spiritu in ſacris lite-
ris commendatos cur non veneramini? Cur non vel noſtrum
exemplum vos officij veſtri commonefacit? Abeſt ab Haran
oppido Armeniæ in extremis Turciæ & Perſiæ confinibus par
uum quoddam oratorium è rupe exciſum, vbi Armeni, Geor-
giani, Chaldæi, & Neſtoriani fideli traditione à maioribus ac- *Theuet.*
cepta referunt natum fuiſſe Abrahamum. Quem locum Tur- *li. 8. ca. 13.*
cæ victores Chriſtianis eripuerunt & ad ſuos vſus tranſtule-
runt. Quis tandem vel mediocri probitate non plurimum cō-
moueretur & ad maiorem pietatem exardeſceret ſi ſemel ſpe-
ctaret quanta ſollicitudine noſtri oratorium illud cuſtodiunt,
quanto zelo frequentant, & ex tanti Patriarchæ præſenti me-
moria quemadmodum ad Dei laudes extimulantur? In Iudęa *Bellon. lib.*
prope Ieruſalem ſepulchrum eſt Eſaiæ Prophetæ, vt perhi- *2. des ſin-*
bent

Digitized by Google

gula. c.83. bent Græci,& qui proximè habitant Iudæi. Quis illac tranſit
Theuet. li. 6.cap.14. Turca, Arabs, Iudæus, aut Chriſtianus qui in genua non procumbat, & ſinguli per ſuas quaſi turmas diuiſi Prophetæ precibus ſeſe commendent? Quod adeò ſeuerè obſeruatur, vt nõ rarò illac cum cæteris peruagantes Euangelici, ne totius multitudinis contumelijs vexentur, ad Chriſtianos ſeſe adiungere cogantur (intelligis quid dico) ſeque in terram ſupplicandi
Ibidem. cap.10. gratia abijcere. Prope Bethlehem in ſummitate montis non magni monſtratur ſepulchrum Prophetæ Amos, iuxta quod, ſacellum elegans conſtruxerunt Arabes, vt illic per Sanctiſſimum Prophetam ſuas Deo preces offerant. Relinquamus Turciam, exeamus è Iudæa vbi omnia Prophetarum Abrahæ
Belon. li.2. cap.87. & Iacobi monumenta ſeruantur ſtudioſiſſimè, proficiſcamur ad Perſas, qui inquam à nobis nõnulla acerrimè diſſentientes, in hoc tamẽ quod ante Homarim vel Halim natos, antiquior ratio vtroſque docuit mirificè concordes. Sita eſt in flumine quodam quod in Tygrim dilabitur, parua inſula Ruppia nomine, vbi tumulus eſt Nahum Prophetæ. Non tantùm Chriſtiani, non Perſę, nõ Iudæi, ſed remotiſſimi ab Auſtro Arabes, à Septentrione Tartari eò Dei adorandi cauſa frequentes ventitant. Armenia maior abundat Chriſtianorum multitudine qui varios habent Epiſcopos, & per multa parricidarum millia ſunt diſtributi. Quia tamen ſub Sopho Perſarum degunt,
Theuet. ibid. lib.8. cap.14. paſſim omnibus in pagis admiſti ſunt Perſæ. Habebant Chriſtiani ante non multos annos in mõtis eius accliuitate vbi requieſcebat arca Noë, exiguum quoddam ſacellum, ad quod oraturi præter Turcas, & Perſas, & Chriſtianos, & Arabes, ipſi etiam Schytæ confluebant. Eripuit Chriſtianis locum illum Imperator, & noſtros in eo Sacerdotes collocauit. Sed ita vt nuper ſumptuoſam Moſqueam fecerit, eique ampliſſimum hoſpitale adiunxerit, in quo omnes ex quacunque orbis parte, & cuiuſcunque ſunt fidei nationes humaniter excipiuntur, & ad certos dies gratis & liberaliter paſcuntur. Hæc ſunt duo ampliſſima ſub ſole Imperia. Alterũ Turcarum, alterum Perſarum, quorum ſummam vides in hac fide conſenſionem: Quod ſi Sultanorum Ægypti opinionem ſcire deſideras, vel ex ijs quæ tota Iudæa ſuperſunt pulcherrimæ templorum fabricæ, vel breuius ex vna montis Sinai deſcriptione potes quid illi ſenſerint exiſtimare. Sin vero ad extremas Africæ ſolitudines penetrare volueris, & illic ſub Æquatore Tropiciſque poſitos Abiſſinos conſulere, qui non minùs amplo prete-iannis imperio reguntur. Illi ſingulis annis, quadrageſimali tempore, ſo-

re, ſolemni legatione magno numero (quum enim illic agere- mus erant ſexcenti cum tribus Epiſcopis, & alijs viris nobiliſ- ſimis) à ſuo Principe miſſi ad Iudææ ſacrata loca inuiſendum, ibique pro ſuo Principe deprecandum, abunde teſtantur quæ ſit illorum Chriſtianorum mens & ſentẽtia. Georgiani autem in diuerſa orbis parte regionem incolentes multo minorem, nobis, autem longè infeſtiores, vt qui conſociatis cum Perſa- rum Sopho cuius vt plurimum fœderati ſunt viribus, quoties belli tempeſtas inter hos Monarchas ingruit, imperium no- ſtrum inuadunt, & prouincias effusè populantur: hi ipſo no- mine (multo magis operibus) fidem ſuam de hac quæſtione prædicant; Iſti enim temporibus Cõſtantini Magni ad fidem Chriſtianam conuerſi, eo quod ſemper magno zelo D. Gre- gorium Patronum ſuum colebant, cuius imaginem in ſignis militaribus, tertius eorum Rex iuſſit perpetuo deferri, hac ob cauſam Georgiani dicti ſunt. Et hi etiam vt alij Chriſtiani ſin- gulis annis ſepulchri Chriſti, honorandi gratia, Hieroſolymã (vbi & ſacellum habent Georgianæ gentis proprium) religio- sè admodum commeant, ſolique ex omnibus Chriſtianis lo- ca illa ingrediuntur explicatis vexillis. Nam hoc priuilegium eorum ſingulari fortitudini indulſit olim Sultanus quidam, & ſunt quidem viri fortiſſimi, quorum inuicta virtutis, hoc eſt, argumentum egregium, quod libertatem ſuam tot iam annis tueantur, quum tamẽ poſiti ſint inter quatuor potentiſſimos totius orbis Imperatores, Turcam, Perſam, Tartarum, & Mo- ſcouitam, qui diuerſis temporibus ſinguli eorum regioni in- hiarunt: quanquam noſter nõ ita pridem bona eius parte po- titus eſt. Quod ſi vlterius in Orientem vltra Calecutium pro- gredi libuerit ad regnum Narſingæ apud extremos Indos, il- lic cum innumeri ſint Chriſtiani, ijque magna libertate fru- antur (quanquam in regno publicè vigeat Idolorum cultus) habeantq; varia in diuerſis ciuitatibus ſacella & templa, tum nullum eſt ſumptuoſius eo quod in continente ex aduerſo In- ſulæ Zeilanæ in ciuitate Malepurana D. Thomæ dedicatur, & infinitis lampadibus nocte dieque ardentibus collucet, vbi & eiuſdem Apoſtoli corpus in monumẽto exquiſiti operis iacet reconditum, quo Chriſtiani per totum illum tractum ſparſi ſæpenumero orationis cauſa confluunt. Qui etiam tempore Quadrageſimali Hieroſolymam proficiſcuntur, ibiq; in tem- plo quod ſuæ ſectæ hominibus iam olim fabricarunt Deum adorant. Illud verò Apoſtoli ſepulchrum adeò eſt apud eos populos venerabile, vt pauci ſint in proximis aliquot regnis Princi-

Haython. de Tartaris cap. 58. Thenet. vbi ſupra libro 9. ca. 1. Vide Socr. Eccle. hiſt. lib 1. c. 16. Belforeſt. Coſmogra. Tom. 2. libro 3. ca. 6.

Thenet. li. 2. c. 18. Paulus Venetus de regionibus Orient. lib. 3. cap. 27. Belforeſt. Coſmogra. Tomo 2. li. 3 cap. 22.

Digitized by Google

Principes, aut proceres inſigniores qui nō annuatim aliquod tranſmittant donarium ad huius Apoſtoli templum, magno Sacerdotum & aliorum Chriſtianorum qui eius curam habēt commodo. Quare quod ad Sanctorum patrocinium confugere, eoſq́; certos certis in locis inuocare nihil contineat, vel Dei gloriç repugnans, vel verç pietati, ſed contra potius & Dei gloriam ſtatuat, & hominum fidem, & charitatem, & ſpem augeat, & ſanæ religioni maximè conueniat, clarè demonſtratū opinor. Cuius ſi rationem quæras; Ratio & diuina, & humana ei ſuffragatur, ſi authoritatem, ad nullam controuerſiam decidendā authoritas adhiberi poteſt locupletior. Si Teſtamenti veteris formam cōſideras; ad loca, ad tempora, ad homines, ad ritus admodum definitè populum ſuū alligauit Deus, deuinxerunt Prophetç. Si Teſtamenti noui ſpeciem intueris, idē fecerunt Apoſtoli, idem facto conſuluit Petrus, idem perſuaſit Paulus. Si primorum Chriſtianorum veſtigia ſequeris, hac via inſiſtēdum eſt. Si poſterorum, qui vel domi in Europa verſantur, vel in extremis Africæ, Aſiæq́ue finibus dominantur, vel per interiectas regiones vbiq; diffunduntur, varijſq; ſectarum nominibus diſtincti ſunt, Græci, Neſtoriani, Armeni, Iacobitæ, Georgiani, Indi, & iſti quoque omnes quacunq; alias ſchiſmatica cōtentione laborent, hic certè ſunt concordes. Si Turcas, ſi Perſas, Arabes, Afros, ſi omnes ſimul Mahumetanos audire volueris, illi vniuersè conſentiunt hanc eſſe ſanctiſſimam Dei colēdi viam; & à Dei Prophetis edocti eoſdem cum Chriſtianis Sanctos docent eſſe inuocandos, idq́ue potiſſimum talibus in locis, vbi huiuſmodi Sanctorum monumenta aliqua conſeruātur. Quod ſi quis ſit adeo in ſuſcepta opinione peruicax, vt nec iſtis vniuerſis velit concedere, quo eum argumento conſtringemus? Neque tamen ſcio vtrum quenquam magis commouere debet, hæc tam multiplex & grauis authoritas, an verò Magiſtrorum tuorū in ſuo errore defendēdo prophana abſurditas. Ita enim contra diſputant, vt planè ſe demonſtrent Atheos, & cuiuſcunque religionis inanes: vt animæ immortalitatem tollant, vt animam cum corpore extinguant, vt de æterna vita nullam ſpem, nullam ſolicitudinem præferant, vt ad belluinam quandam feditatem dilabantur, & cum hanc certam veritatem horrere ſe fingant quia Paganis probatam, tum ipſi impietatem apertiſſimam ſectantur quam pauci Epicuræi, & ij reliquorum Paganorum impuriſſimi excogitarunt.

ARGV-

ARGVMENTVM

CAPITIS SEPTIMI.

Euangelij in vulgares linguas translatione nihil plus vtilitatis adepti ſunt Euangelici, quam ſi omnino translatum nõ fuiſſet, quia nihil omnino prodeſt ſed magis obeſt Euangelium, niſi de vero ſenſu conſtat, de vero autem ſenſu aſſequẽdo nullam vnquam regulam aut ordinem ſuis ſectatoribus Principes Euangelici tradiderunt. In Anglia ex Scripturis populus non poteſt de rebus controuerſis libere iudicare, quia ipſe legibus crudeliſſimis aſtringitur ad credendũ iuxta voluntatem Reginæ. Alibi vbi liberius iudicare poſſunt, perpetua eſt ſectarum & hæreſium ſeges. Deinde oſtendit magis conuenire maieſtati Scripturarum, ipſiſque noui & veteris Teſtamenti per Chriſtum & Moſen lationi vt in vulgares linguas non transferatur. Denique probat nec Euangelicos cupiuiſſe Scripturas in vulgaria idiomata verſas, niſi quatenus eas ipſi vertendo corruperant ad ſuarum particularium ſectarum commendationem: nec eas verſiones vllo modo eſſe neceſſarias, quia de illis in Scriptura ſacra nihil præcipitur: quibus tamen nunquam populo Chriſtiano penitus fuit interdictum.

CAPVT. SEPTIMVM.

DE Alcorano à nobis in Arabica lingua quo primum ſcriptus eſt conſeruato, nec in varia nationum idiomata traducto nõ eſt cur multa dicam. Quare ſuperioris quæſtionis longitudinem huius breuitate compenſabo. Quod fingis metum in cauſa eſſe ne iſtiuſmodi translationes probemus, non eſt ratio ſed diuinatio, vel deliratio potius. Neq; enim ſi nationibus omnibus Alcoranus eſſet familiaris quicquã ex eo detrimenti poſſemus metuere, quum certo experimẽto perceperimus ex quo Lutheri, Melanchthonis, & Bibliandri opera cum Germanis eſt cõmunicatus, lõge plures quam ante ad nos ex Germania & vicinis prouincijs aduolaſſe. Vtrum autem ſatietas Euangelij, vel virtus Alcorani, vel alia quæcunque cauſa hanc mutationem effecerit,

fecerit, quanquam certò nolim definire, tamen Alcorani magnam fuiſſe vim, partim coniecturis, partim domeſticis conuictorum colloquijs, partim quoque meo ſenſu comperio, & tamen Pontifices noſtri vt in veteri maiorum conſuetudine perſiſtant, nec paſſim in populares omnium gentium linguas, quæ ſunt in imperio noſtro transferri ſinant, & grauiſſimis alioqui rationibus, & veſtro quoque in Europa exemplo, valde (vt ſuſpicor) adducuntur. Et tu fortaſſe ſi diligenter eos excuſſeris qui hoc requirunt, inuenies inanem curioſitatem potius in cauſa eſſe quam ſolidum aliquod vitæ corrigendi deſiderium. Ego certè quum in Anglia communes Doctorum veſtrorum libros euoluerem, & magno ſtudio ad huius quæſtionis medullam, & quaſi fundum penetrare niterer, quanquam in re non maxima à communi reliquorum fratrum ſententia non diſcederem, nunquam tamen diligentiſſime quærendo inueſtigare potui, vel cauſam tantis cõuertendi laboribus parem, vel effectum tanta contentione dignum. Quæ enim vulgaribus Miniſtrorum concionibus iactabantur, de voluntate Dei omnibus patefacienda, de veritatis clariſſima luce eo modo inuecta, falſiſſima erant & ſtultiſſima, vix digna lucubratione anicularum. Ita enim hac varia Scripturarum conuerſione profeciſtis, vt non modò nullam certam cognoſcatis veritatem cui adhæreatis, ſed nec vllam omnino certam eſſe veritatis inueniendæ viam ex ijſdem Scripturis doctiſſimi apud vos viri magna vehementia confirment. Age vero tu mecum expende, an non tuorum in hoc genere labor non fuerit & inconſiderate ſuſceptus, & admodum etiam pernitioſè? An tu enim putabis Principem eſſe ſapientem qui magno ſumptu exercitum colligit nulli deinceps Reipublicæ vſui futurum? An eius mercatoris laudabis ſolertiam qui tabernam ſuã longè petitis mercibus replet, quas ignorat an futuræ ſint ſuis ciuibus commodæ? Quis eſt vſus veſtium niſi vt induamur? quę vtilitas ſecuris niſi vt ea ſcindamus? quis pecuniæ fructus, niſi vt eam ad neceſſitates noſtras expendamus? Niſi primo conſtet & de exercitus duce à quo regatur, & de fine in quem cõgregetur, & de medijs quibus alatur, & niſi denique in ordine militari contineatur, præſtaret exercitum nunquam collegiſſe qui ſine magno populi detrimento colligi vix poteſt; quam eundem contrahere & populo grauem, & Reipublicæ inutilẽ, & propter ductoris & ordinis inopiam mox diſſoluendum. Idem de reliquis iudicium eſt; Qui enim pecuniam ſignauit, veſtem confecit, merces coëmit, gladium fabricauit, niſi horũ

Caſtell. in præfatio. Bibliorũ.

tractan-

tractandorum certos fines & media animo præuideret, ſtultus
& amens exiſtimandus eſt. Vos magnis ſudoribus Teſtamen-
tum è Græco & Hebræo in vulgaria multorum populorum i-
diomata tranſtuliſtis, vtque nos idem in Alcorano moliamur,
hortamini. Sed quem in finem? quam inde vtilitatem eſtis cō-
ſecuti, quæ nos permoueat ijſdem veſtigijs ingredi. Voluntas
(inquis) & verbum Dei, omnibus hoc modo eſt clarum & ma-
nifeſtum. Quid ais? An omnes qui anglicè Teſtamenta lege-
re didicerunt, voluntatem & verbum Dei ſtatim ex ea lectio-
ne habent perſpectum & cognitum? Et eodem iure potiun-
tur Hollandi, Flandri, Galli, Germani, Poloni qui Teſtamen-
ta ſua Hollandicè, Flandricè, Gallicè, Germanicè, Polonicè
norunt legere? Ita nimirum dicendum eſt, eſt enim par omni-
um ratio, ius idem. Quid ex hoc efficitur? verbū Dei eſſe quod
ex ijs Teſtamentis vulgari cuiuſque populi lingua donatis &
lectis vulgus arripit. Eſt igitur verbum Dei, Deum eſſe autho-
rem peccati, Baptiſmum nihil prodeſſe, Chriſtum non aſcen-
diſſe in cælum, non deſcendiſſe ad inferos, eſſe merum homi-
nem, corpus eius eſſe vbique, non eſſe Trinitatem. Hæc enim
ex Teſtamentis ſuis populi iſti colligunt, & tanquam ipſum
Dei verbum & voluntatem defendunt, vt ſuis locis expoſui-
mus. An verò adijcies non eſſe verbum Dei quod externa li-
tera ſtatim oſtendit oculo, niſi accedat recta literæ intelligen-
tia quam mens concipiat? An fateberis quod initio tanquam
veriſſimum poſuiſti, aliquando verbis ſimpliciter inhærendum
eſſe, aliquando verbis derelictis abdita verborum ſenſa eſſe
perquirenda? hoc ſi dicis, quod eſt dictu neceſſarium (eſt enim
recta verborum intelligentia literæ ſcriptæ anima, ſine qua li-
tera per ſe non eſt ſolùm mortua ſed etiam mortifera & perni-
cioſa & innumerabilium ſectarum mater, id quod Eccleſia-
rum veſtrarum experientia demonſtrat) de certa intelligendi
& interpretandi regula prius conſtituendum erat, quam de li-
teræ ſcriptæ tranſlatione. At de huiuſmodi regula vos nun-
quam cogitaſtis. Immò nec hodierno die tot inteſtinis malis,
tot nefarijs ſectis admoniti, ſolidam aliquam rectè interpre-
tandi viam non dico inire, ſed neque cogitare poteſtis. Id e-
nim clariſſimè oſtendit non modò omnium Eccleſiarum Eu-
angelicarum in Anglia, Flandria, Germania & reliquis natio-
nibus, ſed etiam hominum & Miniſtrorum in vna Eccleſia
Anglicana, & Flandrica, pertinax & interminata de rebus gra-
uiſſimis diſſenſio. Scribit is qui apud vos maioris eſt quam Lu-
therus authoritatis Huldericus Zuinglius: *Si Græcam & He-* *Zuinglius*

tom. 2. in Eccleſiaſt. fol. 51.

bræam linguam perinde vt vernaculam teneremus nihil eſt in vtriuſque Teſtamenti oraculis, cuius ſenſus captum noſtrum poſſet effugere. Adeo vt omnes ſcripturarum interpretes, omnes etiam Doctores præ certa & ſolida linguarum cognitione nullius momenti & pretij videantur. Quod ex Pauli verbis præcipitur Non enim ait volo vos omnium Rabbinorum libros euoluiſſe, ſed volo vos omnes linguis loqui, inter quas tamen putamus imprimis intelligi Hebraicam. Ergo huic Principali Apoſtolo certa intelligendi regula eſt perfecta linguæ Græcæ & Hebraicæ, potiſſimum vero Hebreæ notitia: quam qui eſt aſſequutus ille Dei voluntatem in ſcripturis reuelatam certo & verè comprehendet. At vos veſtris translationibus conſequutos gloriamini, vt non minùs perſpicuæ Germanis ſint ſcripturæ in lingua Germanica, quam Hebræis in Hebraica. Et quin ita ſit ego non multum quidem dubito, & tamen priores difficultates in populo hærent. Quin etiam Magiſtri qui ex Hebræo verterunt, ideoque & Hebraici & Græci idiomatis peritiſſimos fuiſſe liquet, Huldericus Zuinglius, Leo Iudæ, Martinus Lutherus, Oecolampadius, Munſterus, Ioannes Caluinus, Caſtalio, Beza de ſenſu ſcripturæ non minùs quam reliqui tumultuantur, & quamdiu vixerunt hoſtiliter digladiati ſunt. Ipſi vero Iudæi quibus ſua lingua eſt naturalis non noſtra ſolum tempeſtate, ſed annis iam mille quingentis à tota Chriſtiana religione auerſi contumaciter perſtiterunt. Quare aut alia nobis ſubſidia ſunt comparanda, aut iiſdem perpetuo ſalebris impediti tenebimur. Exclamat magna cum iracundia contra Hieronymum Theodorus Beza. *Ego coram Deo & Angelis eius affirmo, intolerandam eſſe multis locis in detorquendis ſcripturis Hieronymi audaciam, vt in libro contra Iouinianum & Vigilantium.* Ita nimirum Bezæ videtur, quum mihi his maximè locis cõtra Iouinianum & Vigilantium ex ſcripturis optimè & fortiſſimè videatur probare profeſſionis monaſticæ vel cælibatus excellentiam, & Sanctorum inuocationem. Quod ſi Hieronymus adeo deprauatè ſcripturas expoſuerit, qui tamen & Latina, & Græca, & Hebræa, & Chaldæa accuratiſſimè intellexit, cui ego Iudæos noui perfectam ſuæ linguæ cognitionem tribuere, quique fuit & ætate prouecta, & iudicio maturo, & omnibus bonis diſciplinis abunde inſtructus, qui præterea tanta ſanctitatis laude floruit, quantam mundus admiratur, promiſcuum vulgus, rudem plebeculam, pueros, mulierculas, opifices, an non multò & frequentius & periculoſius erraturos probabile eſt? Sed iſta mitto, hoc tantum vrgeo, vos ſcri-

Beza in Act. Apo. c. 23. v. 3.

pturas

pturas vniuerſis publicaſſe, nec tamen ſimul tradidiſſe veram eas interpretandi rationem. Ita cum ſit vis, anima, medulla neruus ſcripturæ, concludo vos multò ſtultius feciſſe, quam is quem diximus Princeps in colligendo exercitu, vel mercator in conuehendis mercibus, deeſt enim vobis Imperator qui exercitum veſtrum regat: Merces comportaſtis, ſed cui futuras vſui neſcitis: ſecuri vos armaſtis, ſed cui nulla eſt acies, ideoque non poteſt ſecare: Moneta veſtra caret imagine Regis, ideoque publicis commercijs eſt inepta. Quæ tandem vel vtilitatis ſpecies ex rebus ijs exiſtit? aut quid vos populo Biblicis his translationibus profuiſtis? Nihil prorſus, niſi quod vt circulatores lucri vel delectationis gratia oculos ſpectantium falſis hominum, beſtiarum, arborum, nubium ſimulachris perſtringunt, quibus omnibus nihil adeſt ſoliditatis: ita vos ſpectatoribus veſtris vmbram quandam ſcripturarum obiecistis, quos omni ſolido ſcripturarum fructu priuaſtis. Vos enim inſtar huiuſcemodi Ludionum aureos montes promiſiſtis: ſed quidnam illi lucrati ſunt? an vitam emendarunt? imò ita corruperunt vt veſtra confeſſione nullis vnquam ſæculis vixerint flagitioſius? An ſanius crediderunt? immò multos fidei articulos quos antea tenebant firmiſſimè, multa capita, fundamenta, principia fidei, ſine quibus nec Chriſtiani, nec Mahumetani eſſe poſſunt primo vocarint in dubium, & deinde penitus abiecerunt. At iam ex hoc verbo Dei de omnibus controuerſijs liberè & incorruptè poſſunt iudicare. Hæc quidem eſt vulgaris Martini Lutheri & Lutheranorum, & veſtrorum Miniſtrorum iactatio. At quam abſurda, quam mendax, quam improbabilis? Nam quemadmodum illi ex ſcripturis magis de controuerſijs iudicare poſſunt quam cæcus de coloribus, quum de vera ſcripturæ ſententia qua iudicium eorum dirigendum eſt, nullam habeant vel tenuem coniecturam? Et quo illi modo liberè iudicare poterunt qui atrociſſimis mulctis, ſupplicijs, carceribus, tormentis, cruentiſſima denique morte ad veſtros parlamentares canones alligantur? Quod ſi populo libera fuiſſet iudicandi poteſtas, an non iam olim & Miniſtri è ſuis pulpitis, & Superintendentes è ſuis cathedris vel à Papiſtis, vel à Puritanis fuiſſent eiecti? Credit Anabaptiſta Chriſtum ex virgine carnem non ſumpſiſſe ſed aduexiſſe è cælo, & ita credit à ſcripturis ſacris quas verſat perſuaſus. At vos eum propterea incendio adiudicatis, & ante paucos annos nonnullos ita ſentientes Londini flammis abſumpſiſtis. Credit Papiſta non

Ann.1578. Reginam ſed Pontificem eſſe ſupremum Eccleſiæ Anglicanæ caput, & ita credit quia credit ſacrarum literarum vero ſenſu eam fidem commendari. At vos huiuſmodi hominem ad furcas abripitis, & teterrimo ſpectaculo, immani cum totius corporis laniatu trucidatis. Cæterum horum vterque ſcripturis falſum ſenſum affingit. Quinam ita iudicant? Num Papiſtæ aut Puritani, qui vobis ita iubentibus ſcripturas ſuo idiomate legunt, nequaquā, ſed Reginæ officiarij & canones parlamentares. Non ergo illis iudicium liberum (quod polliciti eſtis) relinquitis, ſed reſtibus & malleis illud iudicium quod vobis placet inculcatis: Quænam igitur eſt inter vos & Papiſtas, noſtramque ſententiam de Alcorâno non omnibus vbiq; communicando differentia. In Eccleſia Catholica proponebant Sacerdotes fidei articulos quos populo examinare & pro ſuo arbitratu admittere vel reijcere fas non erat. Eadem eſt conſuetudo noſtra. Ita fecerunt olim primitiuæ Eccleſiæ Epiſcopi, idem fecerunt Pontifices Iudæorum, & in ea à Prophetarū Moſiſque veſtigijs nihil deflexerunt. Quid autem vos? Re vera ſimilem viam ingredimini, & prorſus eandem, quoad neceſſitatem obediendi populo veſtro, impoſitam. Nam à veſtris placitis veſtrorum neminem diſcedere permittitis. In hoc autem veſtra docendi ratio Turcarum & Papiſtarum ordine eſt peruerſior, quod modo porrectis cuicunque laico ſcripturis ſacris, liberam eidem iudicandi, interpretandi, fidemque formandi poteſtatem facitis; mox autem inexorabili ſeueritate eandem poteſtatem eripitis, & crudeliſſimæ mortis terroribus ad veſtrum iudicium ſequendum compellitis. Quæ quidem ſumma eſt immanitas, & loco acerbiſſimæ pœnæ damnatis apud inferos infligitur, quali Poëtæ fingunt Tantalum excruciatum: cui nimirum

Stous in Chronic.

Virg lib.6.

Adſunt epulæ ante ora paratæ, Regifico luxu.

Et tamen ne veſcatur. *Furiarum maxima, iuxta*

Accubat, & manibus prohibet contingere menſas:

Exurgitq; facem attollens.

ad eum deterrendum ne guſtare audeat. Neque enim aliter vos ſcripturas populari lingua peruulgatis, populumque veſtrum ad eas euoluendas tanquam ad magnificum conuiuium inuitatis, & magna libertatis expectatione quam nunquam hactenus guſtarunt mulcetis, quod iam ſunt futuri omnium controuerſiarum iudices, iam perſpecturi quemadmodum fuerint ab inimicis Euangelij in tenebras & errores inducti, omnem iam Dei voluntatem explicatam ſint habituri

quum-

Digitized by Google

quumque iudicare illi incipiunt & conceſſa libertate frui, & ijs dapibus tanquam manum admouere, ſtatim ex talibus veſtris legibus, & lictoribus quaſi totidem furijs aſſidentibus & vigilantibus faceſque intentantibus deterreatur, ne ex tam liberali conuiuio ferculum aliquod audeant attingere. Ergo hactenus præter præſtigias, inania verba, magnificas pollicitationes ſed ad fraudem comparatas, nihil magis quam nos præſtitiſtis. Et tamen multo melior & religioſior eſt hæc Anglorum reſtricta legibus ſeueritas, quam aliarum Euangelici nominis Eccleſiarum exlex & effrenata licentia. Quemadmodum enim vulgari & vero prouerbio fertur: *melius eſſe Imperium Principis in quo nihil liceat, quam eius ſub quo omnia liceant*: ita in religione melius eſt populo nullam dare de rebus diuinis diſputandi facultatem, quam ſolutam eis quid velint credendi, interpretandi, nouandi præbere licentiam. Alijs autem in regionibus vbi retinetur adhuc illa Euangelij libertas cuius ſpem initio fecerant Miniſtri, quot continenter pullulant ſectæ, hæreſes, Atheiſmi, nouis perpetuo ſectis, hæreſibus, Atheiſmis fœcundi? Neque enim quicquam eſt adeo ſtultum & furioſum quin ſi ſemel frater aliquis in ſcripturis mediocriter verſatus arripuerit & palam aſſeruerit, ſtatim ſectarios congreget & inuentum ſuum perpetua deinceps contentione, & ſi poteſt ſcriptione defendat. Luctuoſa eſt Ioannis Caluini querimonia de hac ſuorum importunitate. Libertinorum ſecta, quam diximus adeo eſſe in tota Europa multiplicatam, originem *habuit à tribus vel quatuor Belgis*, teſte Caluino, *adeo ignaris vt nihil ſupra*. Sectam hanc vocat, *horribilem, belluinam, monſtroſam*. Clariſſimum quidem eſt eos animæ mortalitate ſtatuenda, omnes prorſus non ſolùm fidei & pietatis, ſed etiam honeſtatis & humanitatis neruos atque ſtirpes incidere. Qui tamen poſtquam ſemel iſtas opiniones imbiberunt, tanta diligentia eas plurimis ſcripturarum locis & fragmentis ornatas ſparſerunt in vulgus, vt ad ſe greges ſectatorum multis in regionibus pertraxerint. Neque vero hoc eſt proprium Libertinorum vitium, ſed commune omnium fratrum Euangelicorum morbus, de quibus in præfatione libri ſui de animorum pſychopannychia vel dormitatione animarum ita conqueritur Caluinus. *Quum* (inquit ille) *neſcire aliquid pudeat, confidentiſſimè de omnibus quaſi ex tripode reſpondens. Hinc rurſus tot ſchiſmata, tot errores, tot fidei noſtræ ſcandala. Tandem quod mali caput eſt, dum obſtinate tueri pergunt quod ſemel temere effutiuerunt, tum oracula Dei conſulunt,*

Caluin Inſtruct. contra Libertinos ca 4.

Caluin. in præfat. ad lectores de pſychopannychia

ex quibus errorum ſuorum patrocinia quærunt. Ibi bone Deus, quid non inuertunt: quid non deprauant? vt ad ſenſum ſuum non dico inflectant, ſed vt incuruent? Ita nimirum verſant & volutãt vt libidini ſuæ ſeruiant, vt ſenſui ſuo ſubijciantur. O ſonticam peſtem, & adhuc miramur vnde tot ſectæ inter eos qui primum nomen Euangelio dederunt & renaſcenti verbo? Sic ille, atque ego hæc ſchiſmata, errores, fidei ſcandala, deprauationes & diſtorſiones ſcripturarum vt probandis rebus turpiſſimis accõmodentur, has tot ſonticas peſtes inter eos graſſantes qui primum renaſcens Euangeliũ amplexi ſunt non adeò vehementer admiror. Sed quod à veſtra prædicandi forma peſtes iſtæ fluxerunt, quod renaſcentis Euangelij moribus & regulis cõgruant atque ex eis deducantur, quod ex ipſa ſcripturas transferendi & promiſcuæ multitudini proſtituendi, conceſſaque eas volutandi & examinandi, & exponendi licentia tanquam ex æquo Troiano hæc malo proficiſcantur, id ego imprimis noto, ex eoque concludo multo fore & ſcripturis ipſis honoratius, & religioni conſultius, & populo ſalutarius vt hæc ei facultas penitus adimeretur, ſine qua & piè credere, & ſanctè viuere; credendoque vt decet & viuendo, beatam vitam multò tutius & facilius conſequi poſſunt. Manifeſtum vt ſit eas quas veſtri nobis attribuunt Alcorani non emittendi cauſas, quod videlicet imbecillitatis alicuius nobis ſimus conſcij, vel populo ſuam vtilitatem inuideamus eſſe cauillos inaniſſimos Siculis nugis vaniores. Neque enim Iudæi olim legem Moſis infirmam aut vllo in apice vitioſam putauerunt, quamuis multis annorum centenarijs in aliam linguam nullam transferri paterentur, quando tamen in pleriſque omnibus ſub cælo regionibus Iudæi degebant & multiplicabantur, & linguam habebant à veteri Hebræa qua lex ſcribebatur diſtinctam: vt modo videmus in Iudæis per Germaniam, Italiam, Africam, totumque imperium noſtrum.

Actor. 2. a. b.

Et tandem vix trecentis ante templi poſterioris euerſionem annis, cum ad vicini & ampliſſimi & ipſis amiciſſimi Regis Ptolemæi Philadelphi petitionem in Græcam linguam verti conceſſiſſent, non quemlibet ex triuio arreptum dummodo linguæ Hebraicæ peritum vt modo in veſtris teſtamentarijs verſionibus fit, ſed 72. viros maturæ ætatis, iudicij, & prudentiæ magna cum deliberatione ex omnibus tribubus electos tanto operi præfecerant. Honor ergo & reuerentia quam diuinæ legi deferimus cauſa eſt tarditatis noſtræ: non autem alicuius in lege infirmitatis, vel erroris conſcientia. Inuidia autem contra populi vtilitatem

Ioſeph. libr. 2. cap. 2.

tem multò minus, quem rectores cupiunt perpetuo eſſe & fide & moribus probatiſſimis. Quin è contra & hic quoque ſtudium popularis commodi potiſſima cauſa eſt cur ſacratos legis noſtræ libros euulgandos non cenſeant, quod & ratione & experimento veſtro præcipiunt nihil eſſe populari commodo magis aduerſarium, à quo enim tempore vos hoc moliti eſtis, & mores hominum facti ſunt longè impuriores, & fides magis varia atque mutabilis vſque eò vt præcipuis fidei partibus amiſſis vix externam eius vmbram retineatis. Et quod eſt omnium in religione miſeriarum caput quamuis infinitæ iam multitudini turbarum & ſectarum hac ratione latiſſimam ianuam aperuiſtis, nullam tamen cogitaſtis neque verò cogitare poteſtis viam qua eas ad perniciem ſocietatis humanæ graſſantes coërceatis, aut modum aliquem imponatis. Et tamen fortaſſe nec hæc ſola grauiſſimorum malorum conſideratio prudentes Reipublicæ gubernatores ab hoc opere continet, ſed alia etiam ratio ex ipſa ſacrarum litterarum natura & charactere ducta. Nam etiam ſi poſſitis humana prouidentia his quæ recenſui malis occurrere, mihi tamen videtur hęc prophana miſteriorum diuinorum patefactio, ab ipſa miſteriorum natura & Dei voluntate, neſcio quomodo abhorrere. Vbi enim erit reuerentia ſacris literis debita, ſi tanquam Æſopi fabulæ omnium manibus & ſermonibus conterantur? negliguntur enim quæ ſunt communia, & quanquam ſint vtilia, ad eorum tamen auditum non magis quam ad agrorum, aut arborum aut fluminum aſpectum commouemur: Quumque hoc erit hominibus perſuaſum, ſpiritus ductu ſe ex ſola ſcripturæ lectione, ſcripturæ vim & intelligentiam comprehendere, quis Eccleſias adeundi deſiderio, quis Miniſtros & Concionatores audiendi ſtudio tenebitur? Quis longiore circuitu & magis laborioſo itinere aliorum ope eo & laborabit contendere, quo breui, & facili, expedita via ſuo marte poterit peruenire? Latent in ſcripturis myſteria, continentur diuinæ voluntatis arcana. At quemadmodum miſteria ſunt, quæ doctis & indoctis fidelibus, & infidelibus, omni hominum generi ſunt expoſita? Quomodo arcana & abſcondita quæ ita fiunt vulgata & popularia? Quem vero ſequi poſſumus tutiorem ordinem in ſcripta Dei lege cum populo communicanda, quam ſi Deum ipſum in eadem primum lege enuncianda imitemur? Deus autem quum legem veterem populo Hebræo daturus erat, non vniuerſum ſimul populum in montem iuſſit aſcendere, ſed Moyſen ſolum. *Moyſes*

Exod. 19 verſ. 3. (inquit ſcriptura) *aſcendit ad Deum, vocauitq́ eum Dominus de monte, & ait: Hæc dices domui Iacob, & annuntiabis filijs Iſraël.* Populo autem interdicitur magno cum terrore omnis ad montem appropinquatio: *Conſtitues* (inquit Dominus) *populo terminos per circuitum, & dices ad eos cauete ne aſcendatis in montem, nec tangatis fines illius, omnis qui tetigerit montem, morte morietur.* Et in tota legiſlatione Dominus alloquitur

Ibid. ca. 16. v. 2. 28. 32. cap. 17. 19. 20. 21. &c. Moyſen, Moyſes alloquitur populum, Dominus quid fieri velit ſignificat Moyſi, Moyſes voluntatem Dei denuntiat populo, quod vno eodemque tenore obſeruatur. Sic magnus ille Propheta Chriſtus perpaucis à ſe ſelectis Apoſtolis myſteria quæ vocat cæleſtis regni reuelat, ea mente vt per eos reliquæ

Matth. 13. verſic. 34. Ibid. v. 36. multitudini impartiantur. Vnde & expreſsè notant Euangeliſtæ eum ad *turbas loquutum eſſe in parabolis,* & ad eas *ſine parabolis non eſſe loquutum.* Idque iuxta Prophetarum de eo prędictiones. *Turbis autem dimiſſis in priuato domo accedunt ad eum diſcipuli,* & de abditis myſterijs interrogant, & ipſe dilucidè reſpondet, idque cum egregia illius quam inquirimus veri-

Ibid. v. 11. tatis teſtificatione. Cum ait: *Vobis datum eſt noſce miſteria regni cælorum, illis autem non eſt datum.* Quem morem ſequuti Apoſtoli non omnia fidei capita Papyraceis folijs conſcripta populo confusè tradiderunt, ſed doctrinam à Chriſto recep-

Tit. 1. v. 6. 2. Timoth. 22. tam certos quoſdam Titos & Timotheos edocuerunt, non præcipientes vt illi eandem ſcriptam proijcerent in manus omnium qui ſcirent legere, ſed *vt commendarent fidelibus hominibus qui idonei erant & ipſi alios docerent.* Et hæc docendi forma cum natura omnium cuiuſque Reipublicę legum & ſcientiarum conuenit. Peſſimè enim ordinata eſt illa Reſpublica: Neque diu poteſt conſiſtere, vbi eius politia & adminiſtrandi ratio ad popularem vulgi trutinam reuocatur. Neque carere poteſt periculoſis bellorum ciuilium tumultibus illa regio, vbi curioſæ plebeculæ in leges Principum, in Senatuſconſulta, in edicta publica liberum eſt inquirere, & quid rectè, quid ſecus poſitum diſcutere. Et tamen quid in Dialectica, in Philoſophia morali aut naturali, in Aſtronomia, in Geometria non concedimus, imò ſi populus flagitaret monſtroſum & amentiſſimum iudicaremus. Id in Theologia omnium ſcientiarum diuiniſſima & difficillima, & vbi ſi erratur, maximo cũ corporis animæq; periculo erratur, non modò nõ abominamur, ſed approbamus, & populo non appetenti obtrudimus. At (inquies) ſinguli fideles eſſe debent. Philoſophi & Mathematici non item. Et ſinguli quoque in Republica boni

boni ciues eſſe debent & honeſtè iuſteque viuere, & legibus obtemperare. Neque tamen propterea leges veſtras è lingua Normannica in Anglicanam traducitis aut populum ad earum ſtudium cohortamini. Satis eſſe putatis vt per Iudices, per Iuriſperitos, aliquando per edicta Regia ſui officij cōmoueantur. Nec aliter in religione ſatis eſt vt per Sacerdotes, per concionatores & Catechiſtas inſtituantur, multoque hoc ſit vtilius, multò fructuoſius, multo etiam religionis veræ indoli & naturæ conuenientius, quam vt ſinguli concionentur ſibi, ſinguli ſeipſos inſtruant & catechizent, ex quo neceſſe eſt euenire vt quot ſunt capita, tot ſenſus, quot homines tot ſententiæ, tot opiniones, tot ſchiſmaticæ contra fidem diuiſiones. Quod vt omnibus ciuitatibus rebuſque publicis peſtem attulit atque exitium, idque in Eccleſia ſua ne fieret præcauit Dominus Deus antiquiſſimæ legis Iudæorum author, præcauit Chriſtus nouæ Chriſtianorum legis inſtitutor: Apoſtoli ſugerunt, qui longè alia via in terrarum orbe conuertendo ſunt vſi. Sic Mahumetus, Sergius, Homanus, Arius & cæteri qui nobis deinceps, Perſis, Africanis vel alicui nationi Dei voluntatē prædicarūt: omnes denique antiqui legiſlatores qui vel Græcis, vel Romanis, vel Cretenſibus, vel Carthaginenſibus, vel alicui populo generoſo & prudenti leges aliquas condiderunt, hāc eandē rationem inierunt. Soli tēporibus noſtris nonnulli ſingularum apud vos ſectarū authores, Lutherus, Zuinglius, Rotmannus, Quintinus cum Euangelium ſpargere inciperent, ſimul Euangelicum textum populari idiomate ad vſum populi vulgarunt. Quod ego ſane eos homines prudenter interpretor feciſſe, non quia ſimpliciter ſine aliquo additamento literam Euangelicam populo cupiebant eſſe cognitam, tum enim nihil aut parum fuiſſent aſſecuti, ſed quia in tranſlatione ſinguli eam adhibebant ſolertiam & artificium, partim vt ipſi plurimum cōfidere ſacris literis viderentur, aduerſarij vero fugere & formidare, potiſſimum verò vt Sacras literas ingenioſè ad eas inflecterent opiniones, quas ipſi maximè probabant. Niſi enim cum nouis tranſlationibus nouos etiam ſenſus populi mentibus voluiſſent inſtillare, præſtitiſſet veteres tranſlationes quales extitiſſe ſcio, & Anglicanas, & Gallicanas, & Italicas: & alias alijs nationibus non defuiſſe coniicio rurſus imprimere, quam de integro nouum tranſferendi laborem ſuſcipere, quod erat eo tempore & ipſis inuidioſum, & populo minus gratum, & Principibus moleſtiſſimum. Vnde & contra huiuſmodi tranſlationes aliquot grauia emiſit

Vide Foxũ in Henricos.

Reginæ Pater Henricus Octauus edicta. Sed alium fuiſſe Martini Lutheri, Zuinglijque ſcopum atque voluntatem res ipſa loquitur. In ſuis enim Eccleſijs Martinus Lutherus nullam niſi ſuam translationem permiſit. Nec Huldericus Zuinglius aliam quam ſuam in ſuæ diſciplinæ cœtibus probauit. Similiter Academici ſolam Caſtalionis præferunt, & Libertini eam quæ à ſuæ ſectæ fautoribus eſt edita. Quorſum hoc ſi omnes vnam eandemque textus ſacri intelligentiam continerent, & nihil præterea? Miſit ad Lutherum, honoris gratia, Froſchouerus Typographus Zuinglianus Tigurinam Bibliorum tranſlationem. Lutherus contumelioſè reiecit, nec aſpectu dignatus eſt, acerbeque redarguit Typographum, *monetq; ne poſt hac tale aliquid mittat, ſe enim libros eorum nec recipere, nec legere velle. Nam Eccleſias Dei* (Lutheranas) *cum eis communicare non poſſe.* Nec minus acerbè varijs in locis Zuinglius viciſſim Lutheri translationem reſpuit, eumque ſæpè Scripturas *corrumpere & adulterare* confirmat. Nec minus inimicè Beza Caſtalionem eadem de cauſa laceſſit, & Caſtalio integro volumine Bezam corruptè improbeque hæreſis ſuæ capſa Scripturas transferentem refutat. Henricus Octauus vt primum ſe Eccleſiæ Anglicanæ caput effecit, mox Anglicano idiomate ſcripturas vulgauit. Pauci anni interuenerunt, & qua authoritate ſcripturas ita verſas publicauit, rurſus eaſdem ſcripturas tum veteris, tum noui Teſtamenti ſuppreſſit & interdixit. Poſtea cæteris damnatis vnam Bibliorum translationem authoritate Parlamenti ratam fecit & alias reiecit omnes. Paulò ante mortem, ſeueriſſimo edicto translationes ſcripturæ Anglicanas *omnes præter vnam authoritate Parlamenti anno regni ſui 34. & 35 approbatam* non modo prohibuit & interdixit, verum etiam *flammis aboleri mandauit*, grauiſſima pœna conſtituta & in bona, & in corpora eorum qui ſcripturas ab alijs, vel alio modo verſas penes ſe haberent. Ipſa nimirum experientia magiſtra didicerat nihil eſſe Rebuſpublicis peſtilẽtius, quã quoſlibet admittere ſanctiſſimorum librorum interpretes, quia eos à ſectarum magiſtris ad ſuæ ſectæ patrocinium vafrè applicari maniſeſto nouerat: Quemadmodum ipſius Henrici Parlamentari decreto probata traductio tota propendebat ad opiniones eas fouendas quas Henricus arripuerat; quam propterea Dux Somerſetenſis, & filia eius Eliſabetha quia cõtrarijs ab Henrico opinionibus erant imbuti reſpuentes, eas potiſſimum Bibliorum interpretationes prætulerunt, & in Eccleſijs legi mandarunt, quas Henricus maximè reprobauit,

Lauathe. in hiſt. Sacramentorum fo. 32.
Zuinglius Tom 2 reſponſ. ad Luther. li. de Sacramen. f. 412
Beza in annot. noui Teſtam. paſſim.
Caſtel. in defenſio. ſua trãslat.
Fox. in Henric. 8.
Ibid. in fine hiſt. Henr.
Vide edictum Henrici apud Foxum in

Ex qui-

Ex quibus perſpicis nec ipſa Eccleſiæ Anglicanæ capita ſcripturas populari lingua donatas, ſimpliciter & omnino cupiuiſſe, ſed tum demum & quatenus eas a ſuis fautoribus ad ea ſtudia & acta promouenda applicari ſciebant, ad quæ ipſi volebant populum & Rempublicam attrahi & perſuaderi. Vnde enim hæc tam pertinax ſingulorum pro ſuis verſionibus cum aliarum reiectione dimicatio, niſi quia ſuæ verſiones ad eius cauſæ quam ſuſceperant patrocinium magis erant inflexæ & aptatæ, aliorum alio tendebant, & priuatis aliarum ſectarum opinionibus inſeruiebant magis? Ex quo ſequitur quod Ioannes Caluinus paulò ante conqueſtus eſt, & quam recte *ſatanicam peſtem* vocat, vt quum iſtiuſmodi interpretes *ad ſenſum ſuum ſcripturas inflexerint & intorquauerint*, cum eas fecerint *libidini ſuæ inſeruire*, & cum ſenſum reddere non quem Spiritus ſanctus voluit, ſed quem ipſi animo ſuo conceperunt: Illud iam deinceps verbum hominis non verbum DEI dicendum eſſe, quod à verbo DEI non minus diſcrepat quam corrupta hominis voluntas a ſanctiſſima voluntate DEI, & fallax veritatis ſpecies à ſimplici & ſincera veritate: vel vt planius loquar quam ſtannum ab argento, aut aurichalcum ab auro, aut ſimia ab homine. Quod vnicum abſurdum tanti eſt ponderis apud nos qui DEI nomen fruſtra nunquam vſurpare audemus, qui ipſas literas quibus DEI & Prophetæ noſtri nomen perſcribitur, honoramus, qui Alcoranum noſtrum impuris manibus contingere non audemus, qui piaculum ducimus ſi quando fortaſſe pedibus calcetur, qui facinus nefarium, & capitis ſupplicio luendum cenſemus, ſi quis Turca volens & ſciens in manus Chriſtiani aut cuiuſcunque alterius à fide noſtra alieni, Alcoranum venire permittat; vt vel hanc ſolam ob cauſam ne transferendo corrumpatur in tam varias Barbararum gentium quæ Imperio noſtro ſubſunt linguas, vt apud vos in VVallicam, Hybernicam, Scoticam, Monenſem, Principes noſtri nunquam ſunt paſſuri. Denique vel hoc vnum tuorum Magiſtrorum axioma mihi ſufficere videtur ad quæſtionem hanc optimè definiendam. Iſtiuſmodi ſcripturarum verſiones nullo euidenti Dei mandato ſunt præceptæ, nihil eiuſmodi ſanciuit lex, nihil mandauit Chriſtus, nihil conſtituerunt Apoſtoli. Nec ergo Paſtores Eccleſiarum tenentur populo ſuo verſiones tales conficere, nec populus eas verſiones admittere, Euangelium enim vos liberat à iugo traditionum quæ ſine manifeſta Dei authoritate à ſolis hominibus vobis

ſine hiſtor. de Henric.

Bartholomæus Georgenits in epitome de moribus Turcarū.

vobis imponuntur. Quumque Magiſtri tui definiant, idque ſatis perſpicua ratione ſuffragante, nec ipſis Apoſtolorum præceptis quibuſcunque poſteros ſic teneri vt neceſſario ea ſemper obſeruare debeant; quanto minus ad hanc ſcripturarum in linguas vulgares translationem tenentur Eccleſiarum antiſtites de qua nullum extat Apoſtolorum præceptum, nullū conſilium, nulla talis eorum voluntatis vel leuiſſima ſignificatio. Nam quod nec omnia Apoſtolorum præcepta ætates cõſequentes perpetuo obligant vt probabilis ratio conuincit, ita Doctores veſtri apertè ſtatuunt. Apertè enim Petrus Martyr docet *Apoſtolorum canones de Miniſtrorum electione Timoth. 3. traditos non eſſe perpetuo ſeruandos. Idemque* vir concedit *in ipſius quoq; Dei præceptis diſcrimen illud eſſe, quod quædam ſint à quibus nunquam abſoluimur, vt omnia illa quæ prohibent, & ſumma illa vnde lex pendet & Prophetæ: alia verò ſunt* (inquit ille) *quæ non ſemper tenemur exequi niſi quando tempus, locus, & ratio exigit vt fiant.* Cuius exemplo ponit diuerſas Apoſtolorum de Eccleſia gubernanda ſanctiones. Quodque Apoſtolus Paulus non modo ſimpliciter requirit, ſed iterum atque iterum inculcat, & varijs argumentis probat, quemadmodum nimirum in Eccleſia viri ſeſe gerere debeant, quemadmodum mulieres; Ab eo Martyr iſte putat Chriſtianos eſſe ſolutos, nõ ſolum ſi vtilitas aliqua ſpiritualis, ſed ſi vel corporalis ſuadeat. Vnde & ab eo liberat populos Aquilonares, qui id obſeruare non poſſunt niſi cum aliquo valetudinis detrimento. Atque hanc eandem de præceptis Dei atq; Apoſtolorum diſtinctionem confirmat veſter Archiepiſcopus Cantuarienſis, eamque roborat authoritate Ioannis Caluini, Bullingeri, & Gualteri. Et Theodorus Beza hoc tanquam certũ atque immobile fundamentum ſtatuit, *quouis tempore, ſine exceptione recipiendos non eſſe ritus quoſcunq; Apoſtolica etiam Eccleſia, vel vt vtiles, vel vt ſuo etiam tempore neceſſarios vſurpauit.* Et Iacobus Acõtius in eo valdè ſubtili libro quem de *Stratagematis Satanæ* compoſuit, & Diuæ Eliſabethæ Reginæ veſtræ dedicat conſecratque, fusè diſputat longè aliam rem eſſe dogma aliquod, aliam verò eiuſdem dogmatis pondus ac iudicium, nec ſi in quæſtionem veniat an aliquid ſit factu aut creditu neceſſariũ, ſatis eſſe vt probes illud in ſcripturis ſacris præcipi aut cõmendari, *hic enim teſtimonijs opus eſt non quæ doceant tale quid licitum eſſe, ſed quæ doceant neceſſarium eſſe.* Quoniam vt ille ait *multa eorum quæ Chriſtus ipſe docuit etiamſi vera ſunt, non ſunt tamen cognitu aut creditu neceſſaria.* Scripturas autem neceſ-

ſariò

Martyr in 1. Corinth. 15. verſ. 9.
Ibid. in ca. 10. ver. 27.
1. Timot 3. ver. 2. 3. 4.
Tit. 1. 7.
1. Corin. 2. verſ. 5. 6. 7.
1. Corin. 13 à verſu 1. vſq; ad 17.
Martyr in 1. Corin. h. 2. verſ. 4.
VVithg. f. contra T. C. Tract. 1. pag. 105. & pag. 82.
Beza in præfat. noui teſtamẽ. Principi Condeodicati.
Iaco. Acõt ſtratagemat. Satan li. 3.

ſariò vertẽdas eſſe in omnium populorum idiomata, vbinam legitis? vbinam vlla talis præcepti veſtigia aut indicia habetis? imo vero quemadmodum ex literis ſacris hoc dogma nõ iam dico *neceſſarium, ſed vel licitum eſſe* concluditis. Quare multitudo & magnitudo malorum quæ ex his ſcripturarum translationibus manarunt contra Dei maieſtatem, contra ipſarum ſcripturarum ſanctitatem, contra tranquillitatem Rerum publicarum, contra mores fidemque hominum, ſatis magnam vim habere debuit ad iſtas translationes penitus ſupprimendas etiamſi diuina vel Apoſtolica authoritate niterentur. At vero cum in Teſtamento veteri vel nouo nihil tale præceptum appareat, nihil eiuſmodi mandauerint Moyſes vel Prophetæ, nihil Chriſtus vel Apoſtoli: quum præterea iſtę inuerſiones tantam contineant miſeriarum Iliadem, quantam Eccleſia veſtra magno ſuo incommodo ſentit, niſi planè ſenſus ſit expers: cõſilium noſtrum de ſacroſanctis Legis noſtræ libris in barbaras linguas non vertendis vobis probari debet, ſi vel Scripturas ipſas, vel rationem, vel Dei Chriſtique in voluntate ſua declaranda ordinem, vel veſtram ipſorum Theologiã ſequamini. Et de hac quæſtione iſta opinor ſufficerint. Neque enim ſi per ſe conſideretur, difficilis eſt vel impedita. Ex circumſtantiis autem longè eſſet impeditiór & pernicioſior. De qua hoc tibi confirmare auſim, quanto tu illam maturiore iudicio libraueris, & eius angulos omnes diligentiùs excuſſeris, eo clariùs perſpicies fratres tuos, etſi nuſquam iactent ſe glorioſiùs, nec vnquam victorias ſuas prędicent inſolentiùs, tamen fortaſſe nunquam alias diſputare ineptiùs, nũquam nugari peeriliùs. Tantum generalia quædam de laudibus verbi Dei quaſi nubes & inania captant: nullum autem iaciunt fundamentum ex quo aliquid de neceſſitate Scripturæ in vulgi gratiam vertendæ firmiter & ſolidè concludant. Neceſſitatem dico qualis à vobis vrgetur, nulla ſolida ratione poſſe concludi. Alioquin (vt hic de Alcorano taceam) non adeò ſum vulgaribus linguis infeſtus, quin quietis hæc eræ tẽporibus, & quando probabilis ſpes eſt populum ſcripturarum lectione ad emendationem vitæ, & gloriam Dei magis quam ad exugendas hæreſes, & fouendas perniciter lites contentioneſque vſurum, ſcripturas Propheticas & Apoſtolicas rectè in vulgares linguas traduci poſſe exiſtimem. Noſtros olim domi Anglos huiuſmodi ſcripturis nunquam penitus caruiſſe ex Eccleſiaſticis veſtris monumentis intelliges. Teſtatur enim Foxus veſter *venerabilem Bedam in Anglicam linguam tranſtuliſſe ma-*

pag. 184.
Ibidem.
pag. 219.

Plutarch. in Numa. tam, eaque poſt ædificata, in ciuitatem Romanam inuexit, non Sacerdos aliquis ſed Numa Rex prudentiſſimus, qui etiam primus Sacerdotes huic generi ſacrorum & ſacrificiorum præfecit. Quanquam ritus ipſe orandi & ſacrificandi & Numa & Ænea multis ſæculis eſt antiquior. Quam veritatem quoniam hic inueſtigare propoſuimus, age, reliquis omiſſis in illud incumbamus. Et quia Paganorum quippiam approbantium nomen oſtendi nihil prorſus valere vt vos Chriſtiani reſpuatis, ſed contra præiudicium aliquod continere, tale quid ab ipſis Paganis admiſſum à vobis non debere reijci: libenter ſcire velim, ecquas alias rationes habetis ad hanc opinionem homini indifferenti eximendam? SAMVEL. Plures Michæa quas mihi facilè eſt vel hoc loco ad memoriam reducere, vel in hac temporis anguſtia exponere, multa enim volumina in hoc argumento noſtri conſumpſerunt. MICHAEAS. non multa opinor volumina, vix enim arbitror aliquem eorum qui apud vos in maiori ſunt honore & gloria, vt Martinus Lutherus, Zuinglius, Muſculus, Oecolampadius, Bullingerus, aliquem omnino librum de hac materia emiſiſſe. In ſuis inſtitutionibus vel locis communibus capita nonnulli intexuerũt vt Caluinus & Muſculus: alij dum ſcripturas interpretantur obiter ſæpenumero refellunt. At qui integro libro de hac materia conſcripto eam plenè perfecteque tractârit, ex Euangeliſtis illuſtrioribus non memini me vidiſſe aliquem. Sed vtcunque illud ſit noſtra non multum intereſt. Neq; enim ego particularia argumenta requiro ſed generalia potius capta & tanquam fontes ex quibus reliqua argumenta particularia ducũtur. Ea autem (vt ego ſentio) non ſolum numero ſed etiã paucitate ſunt definita. Mihi certè animo & cogitatione perluſtranti quemcunque in eorum voluminibus legi, nullum occurrit firmum aut commemoratione dignum. SAMVEL. At ego tibi facilè ad memoriam reuocabo. Legiſti aliquando Inſtitutiones Caluini, legiſti locos communes Muſculi, Vrbani Regij, Melanchthonis, aut etiam Iuelli defenſionem contra Hardingum, vel Veronem noſtrum Anglogallum qui natione Gallus Anglicano tamen idiomate integrum hac de re librum emiſit? Iſti quum prolixè copioſeque hanc ſuperſtitionem refellant, tum ſi rectè memini, tribus potiſſimum argumentorum generibus ſententiam ſuam corroborãt. Primum eſt quod Patres Eccleſiæ primitiuæ hunc orandi morem condemnant. Alterum quod ſcriptura noui Teſtamenti reijciat. Tertium quod ſcriptura quoque veteris Teſtamenti non agnoſcat;

gnoſcat; vnde nec Iudæis nunquam fuiſſe in vſu aiunt. Cui &
hoc quartum poteſt addi, quod ex Paganorum officina ad vos
& Papiſtas manauit. Licet enim iam rationum tuis lenticulis ad-
ductus concedam Paganorum nomen ad rem aliquam depre-
hendam nihil valere, quando Paganorum conſuetudini ſuf-
fragatur ſcripturarum authoritas, tamen cum aliud ſentiunt
Pagani aliud docent ſcripturæ, hic (niſi fallor) etiam tu ſta-
bere ad rem eam damnandam in Paganorum nomine aliquid
eſſe momenti. MICHABAS. Abſit vt ſecus dicam, vel ſecus
ſentiam. Literis enim ſacris omnium hominum etiam & An-
gelorum authoritatem concedere volo. Et genera quidem ar-
gumentorum quibus tui vtuntur rectè collegiſti: Quid verò
de illis tu ſentias id demum ſcire cupio. Quamuis enim illa
recordabar (ita enim diligenter illa aliquando legi, vt nondum
mihi ex animo potuerint effluere) tamen quia eorum nullum
iudicaui validum & neruoſum, ideò nec repetitione dignum
cenſebam. Veteres enim Patres quanquam per ſe nō multum
probent, & à vobis omnium minimè afferendi ſunt, qui ma-
ximè eorum nomen, & authoritatem aſſiduè elidis, & vbique con
temnitis, tamen ſi eorum ſuffragijs controuerſia hæc decida-
tur, certum eſt nos eſſe abſoluendos, vos impietatis damnan-
dos. Id quod mihi promptum eſt multiplici iſtorum quos no-
minas Magiſtrorum tuorum confeſſione probare Neque vo-
bis aſtipulantur magis ſcripturæ veteris aut noui Teſtamenti.
Vbi enim vſpiam legitis in Euangelio, non eſſe orandum pro
defunctis? Vbi in lege aut Prophetis quippiam eiuſmodi re-
peritis? An non in hiſtoria Machabæorum contrarium planè 2. *Macha. cap. 12.*
occurrit. Iudam videlicet Machabæum pro peccatis mortuo-
rum obtuliſſe ſacrificium, SAMVEL. Atqui ille Machabæo-
rum liber Canonicus non eſt, ideoque in alterutram partem
nihil conuincit. Quod autem expreſſas aliquas ſcripturæ ſen-
tentias requiris quibus ſuperſtitio hęc refutetur, oblitus vide-
ris quod eſt in doctrina noſtrorum valdè tritum, etiam à ſcri-
pturis negatiuè non minus firmum duci argumentum quam
ſi manifeſtis ſcripturę verbis quippiam aſſeratur. Quum enim
fixum & ratum apud nos ſit, nihil eſſe inter fidei partes nume-
randum, quod nō manifeſtis ſcripturis ſuadeatur, perpetuum
ſcripturæ de re quapiam ſilentium non minus efficax ad illud
refellendum de quo ſiletur, quam eiuſdem ſcripturæ teſtifica-
tio valet ad illud aſtruēdum de quo affirmatur Quare etiam ſi
contra hunc orandi morem ſcripturæ nihil loquantur, tamen
conſtans earum taciturnitas eſt eius rei de qua tacent abun-

Digitized by Google

dans refutatio. MICHAEAS. Agnoſco ſolemne & antiquũ tuorum in dogmatis quæ ipſi non probant confutandis. Sed ſpero iam tandem ſententiæ huius manifeſtam falſitatem abundè eſſe perſpectam, quam ipſorum primarius fidei articulus de Trinitate radicitus euertit: quam tot argumentis, tot experimentis vt abſurdiſſimam exploſimus: Quam Apoſtoli & Euangeliſtæ toto ſcriptionis & prædicationis ſuæ tenore probarunt, quam omnes ſemper Chriſtiani damnarunt, quæ ipſa ſeipſam conficit & redarguit. Vbi enim Apoſtoli confluxerunt in vnum vt omnia religionis capita vobis præſcriberent? niſi fortè Symbolo eo quod Apoſtolicum vocatis omnia comprehendi velitis, ex quo & ipſi multa reſcinditis, & ſectatoribus veſtris credenda multa illic prætermiſſa obtruditis. Et vbi ſcripturæ hanc legem Chriſtianis impoſuerunt? vbi nihil eſſe credendum niſi quod ex illis ſcripturarũ libris quos vobis ipſi ſelegiſtis, perſpicuè non poſſit deduci? In Teſtamẽto veteri multos Propheticos libros intercidiſſe ipſa ſcriptura ſignificat: & in nouo Teſtamento non pauca Apoſtolorum & Apoſtolicorum virorum ſcripta perijſſe non minus certò liquet. Et in Eccleſia Catholicorum multa tum ex veteri, tum ex nouo Teſtamento Canonicã obtinent authoritatem quæ à vobis negliguntur, & in Eccleſijs Chriſtianorum, tum Aſianis, tum Africis multa monumenta pro Apoſtolicis honorantur, & vobis Euangelicis & ipſis etiam Catholicis incognita. *Habent Abiſſini librum quendam in 8. partes diſtinctum quem ab omnibus Apoſtolis* in vrbe Hieroſolymorum vna congregatis ſcriptum aiunt, cuius *contenta omnia ſtudioſè conſeruant.* Hunc librum ecquis veſtrum aliquando perlegit, multoſque alios *rituales & ſacros libros in AEthiopica Eccleſia extare* ex ipſis ſe audiſſe Æthiopibus teſtatur Poſtellus. Et Enochi librum quem citat Apoſtolus Iudas in eadem Eccleſia tãquam *ſcriptura Canonica partem ſeruari* ſcribit ad Principes Germaniæ Theodorus Bibliãder, quod de *Euangelio Iacobi* in Eccleſijs Perſicis alij memoriæ prodiderunt. Vos qui hæc monumenta nunquam inſpexiſtis, qui alia multa vobis à maioribus noſtris relicta repudiaſtis, adeò vt permagnam ſcripturarum portionem amputaueritis; qua fronte generaliter fidem omnem reijcere poteſtis, quæ nõ ſolidè demonſtratur ex illis ſcripturarum partibus quas vos pro veſtro arbitratu à reliquo corpore ſecreuiſtis, quando etiamſi totum ſcripturæ corpus ex Chriſtianis omnibus per orbem terrarum Eccleſijs collegeritis, ne ſic quidem hac lege Chriſtianos fas eſſet aſtringere, niſi

Supra lib. 9. cap. 3.

2. Paral. 20. ver 34. & cap. 12. verſ. 15. & c. 9 v. 29. 1. Corinth. 5. verſ. 9.

Franciſ. Aluareſ in itinerario. Vide Ortelium in theatro, in Abiſſinorum imperio: & Baleum, deſcript. Britan. pag. 3. Iudas. verſic. 14. Theodor. Biblian. ad Princi-

priùs ex iiſdem ſcripturis hanc eſſe claram Dei voluntatem perſpectis oſtendere? Cæterùm quod de Teſtamento veteri Iudæorum fide aſſumitis, falſiſſimum eſſe hiſtoria Machabæorum conuincit. At non habet ſcriptor ille Canonicam authoritatem, eſto, habeat ſaltem hiſtoricam, eiuſdem ſit ponderis cum de Iudæorum ſtatu agitur, qualis eſt Liuius cum de Repub. Romanorum, aut Thucydides cum de Græcorum legibus & rebus geſtis quærimus. Neque vero ſcriptor ille quicū que fuerit tanquam Propheta aut Legiſlator præſcribit quid fieri debeat, ſed hiſtoricè recenſet quid factum ſit. *Omnes* inquit in exitu *Iudæi conuerſi ad preces rogauerunt vt id, quod factum erat delictum à fratribus* in prælio occiſis *obliuioni traderetur. & facta collatione duodecim millia drachmas argenti Iudas Machabæus miſit Hieroſolymam offerri pro peccato* (mortuorum) *ſacrificium, benè & religioſè de reſurrectione cogitans.* Nihil hic nouum agit Iudas, nihil decreuit inſolens aut priùs inauditum. Vos ineptè cauillamini cum addidiſſe legi & hoc inuecto ſacrificio eius puritatem contaminaſſe. At ex tot millibus Iudæorum qui in exercitu erant in lege Moſis enutriti, qui ſi alias vnquam, hoc potiſſimum tempore legem obſeruabant accuratiſſimè, pro qua in acie contra Antiochum eiuſque duces quotidie ſtabant & omnibus ſeſe periculis exponebant. Ex tot Leuitis & Sacerdotibus qui Hieroſolymis morabantur, & ſacrificijs continuis illorum militum ſalutē Deo commendabant, nemo tale ſacrilegium ſuſpicabatur. Si Scriptorem hunc vt diuinum & Canonicum non admittitis, ſaltem vt hiſtoricum veracem recipite, vt fidum rerum geſtarum narratorem: Et quum Iudæi hoc fecerint, ſic orauerint, ſic pro mortuorum peccatis ſacrificauerint, non dubitabitis. Et tum proximè falſum eſſe ſcietis quod à veſtris nimis contentioſè aſſeritur, veteribus nimirum Iudæis hunc pro defunctis orandi morem nunquam innotuiſſe, quod nō ſolum liber Machabæorum, ſed etiam Tobias probat, vt colligit Conradus Pellicanus Tigurinorum magnus Euangeliſta & Hebraicæ linguæ in ea ciuitate profeſſor ſingularis. Ex eo enim quod monet Tobias *panem & vinum ſuper ſepulturam iuſti conſtituere*, elicit Pellicanus, Tobiam *ritum parentalia agendi & ſacrificandi pro mortuis approbaſſe.* Et Vrbanus Regius examinans verba illa Prophetæ Baruch, *Domine omnipotens noli meminiſſe iniquitatum Patrum noſtrorum*, verbatim fatetur Prophetam hunc *orare pro mortuis.* Quum autem Pellicanus teſtetur hunc *Baruchi librum nihil continere præter Prophetarum aliorū ſententias, adeò*

per Germaniæ.

Vide prot euangelium Iacobi impreſſum Baſileæ.

Macha. 2. c. 12. v. 41.

Pellican. Tom 5. comment. in Tobiam cap 4. verſ. 15.

Beza in Iconibus.

Baruch. 3. verſ. 5.

Regius in locis commun. ca. 3. de Sanctis. Pellican. tom. 5. præfat. in Baruch. Ioſe. ben. Gorion. c. 9

vt collectaneum aliquod ex lege & Prophetis videri poſſit, ſcripturis ſacroſanctis & canonicis per omnia in dogmatibus concordans, fruſtra hoc prætextu à veſtris Machabæorum liber reijcitur, niſi Tobiam & Baruch, & deinceps eodem iure legem & Prophetas velis repudiare. Memorat Ioſephus ben Gorionis quod oppugnata à Romanis ciuitate Iorpata, cum Iudæi 40. Ioſephum alterum ciuitatis præfectum in ſubterranea ſpecu deliteſcentem, ſeque ipſos cũ illo ad mutuas cædes vehementer cohortarentur, Ioſephum inter alia his verbis tantum facinus diſſuaſiſſe: *Ignoro milites quæ ſit propitiatio animæ hominis qui ſeipſum interficit. Quis intercedet pro nobis apud Deum ſi ſic peccauerimus, & quiſque ſuum proximum interficiat? quomodo amouebimus opprobrium hoc? quis tandem pro nobis intercedet?* Vbi perſpicuè ſignificat quum pro hoc peccato ſummè funeſto & nefario prohiberentur fieri orationes & ſacrificia, eadem pro hominibus communi ſorte morientibus fuiſſe vſitata & certa.

Symbol. fidei Iudæorũ è R. Moyſe impreſſũ Pariſijs ann. 1569.

Extat in communibus librariorum officinis *Symbolum fidei Iudæorum* & Latinè, & Hebraicè, vbi inter cætera habetur quemadmodum lugeant & ſepeliant mortuos. Illic autem quoties & quàm diſertè oratur vt *anima defuncti, N. requieſcat in cubili ſuo in pace, iaceat in pace, dormiat in pace.* Et deinde, *Patres ſæculi qui dormitis in Hebron portas horti Eden aperite illi atque dicite, aduentus ipſius eſto in pace.* Et rurſus: *Angeli pacis egredimini in occurſum eius, portas paradiſi voluptatis reſerate illi, atque pacem aduẽtui eius denunciate. Hoc exaudias Domine, eique dicas, eſto in pace aduentus tuus, &c.* Deniq; nil clariùs eſt quam Iudæos & quum aliquem ſepeliunt orare pro anima eius, & poſtea Sacerdotem vel ſua ſponte vel poſtulatum ab aliquo defuncti amico ſtatas quaſdã orationes quas haſcabas vocant, ex generali Synagogæ more pro anima defuncti perſoluere.

Vrbanus Regius in 2 parte operũ explanat. Pſalm 87. Munſter. in 1. Samuel cap. 25. ver. 29. Munſter. & Fagius in 14. Deuteron.

Et in ſepulchris perpetuò ferè ſolent inſcribere: *Sit anima eius ligata in Paradiſo viuentium*, vt in epitaphijs quorundam Iudæorum Baſileæ cernitur, vel *requieſcat anima ipſius in pace*, quod ſumptum ex *ſymbolo fidei Iudæorum* diuturna conſuetudine ita apud eos inueterauit vt Proteſtantes quidam in Iudæorum libris melius verſati, vel ex hoc ſolo concedant ſuos fratres craſsè errare qui affirmant Iudæos orationes pro defunctis in ſuis ſynagogis non admittere. Certè tantum abeſt Iudæos hanc pro mortuis orandi conſuetudinem improbare, vt contra in ea præcipuam religionis partem verſari exiſtiment. Sic enim Miniſter cum tota Synagoga dum mortuum ſepeliunt ſolenni ritu pronunciant: *Certè tribus re-*

bus fun-

hæc fundamenta mundi firmantur, lege (Moyſis) cultu (Dei) & pietate (erga mortuos) benedictus qui præmium rependit vacantibus pietati. Non ergo refutabant Iudæi, ſed potius ſummè bonum & neceſſarium ducebant hoc quo fundamenta mundi firmari & ſuſtineri docuerunt. Et nimis craſſa eſt eorum vel ignorantia vel impudentia qui contrariam opinionem Iudæis affingunt. Quod ſi hoc de Iudæis adeo ſit manifeſtè falſum, quanto magis eſt intolerabile illud de primis Chriſtianis allegere, quorum propter Eccleſiam tum in orbis terrarum plurimis regionibus diſperſam, multo eſt notior fides & illuſtriùs iudicium. Quare quicunque Euangelici primitiuam Chriſtianorum Eccleſiam ſecus quam nos hac in re crediſſe prædicant, eos ego iudico non ſolum in monumentis veterum Patrum, ſed etiam in ſuæ tempeſtatis & Eccleſiæ ſcriptoribus rudes & imperitiſſimos. Nemo certè eſt inter Proteſtantes ſcriptor alicuius famæ & celebritatis qui hanc fuiſſe veterum Patrum ad Apoſtolica vſque tempora ſententiam ingenuè non fateatur. *Scio* (inquit Bullingerus) *veteres oraſſe pro defunctis. Scio quid Doctor Eccleſiæ inſignis Auguſtinus, quid eloquentiſſimus Chryſoſtomus, aliiq; viri vetuſti & clari hac de re ſcriptum reliquerunt. Scio Patres dicere orationem pro defunctis eſſe traditionem Apoſtolorum. Et Auguſtinus ſerm. 32. de verbis Apoſtoli ſcribit in vniuerſa obſeruari Eccleſia vt ſacrificium offeratur pro defunctis. Scio damnatum fuiſſe Aërium quod huiuſmodi orationes improbaret. Sed quæro num hic Patres rectè fecerint quod fecerunt?* Ita nihil dubitat tam ſingularis Euangeliſta quin vt nos ita & veteres omnes Chriſtiani crediderint: quemadmodum nos ſic & illi quoq; pro defunctis orarint, & contra ſentientium opinionem vt hæreticam publicis iudicijs confixerint: ſed vtrum rectè an non illa demum quæſtio eſt? Nec aliter VVolffgangus Muſculus concedit, temporibus Auguſtini & Hieronymi fuiſſe hanc vulgatam opinionem, & receptam & Catholicam Eccleſiæ conſuetudinem. Quod item de Eccleſia paulò antiquiore, ante annos mille trecentos ætate D. Cypriani non minus clarè largitur Ioannes Caluinus. Cæterùm magis admiror Huldericum Zuinglium qui cum Apoſtolos huius fuiſſe opinionis approbatores inficiari nolit, tamen nec ſic ſententiam ſuam vult corrigere, & eorum iudicio ſuum confirmare. Sed vt Bullingerus de vniuerſa primitiua Eccleſia, ſic Huldericus Zuinglius de ipſis Apoſtolis cenſurã ſibi arrogat. Expugnatus enim authoritate multorum & nominatim Auguſtini & Chryſoſtomi qui hunc orandi morem

Vide iſta in Symbolo Iudæorũ.

Bullinger. decade 4. ſerm. 10.

Muſcul. in locis communibus cap. de cœna. pag. 515.

Caluin. Inſtit. lib. 3. cap. 5. § 10.

Zuinglius tom.1 epichereſis de canone miſſæ f.185.
Brentius in Apologia confeſ. VVirtẽb. cap. de baptiſm. pag. 449.
Caluin. comment. in c.5. v.14

ad Apoſtolos referunt reſpondet, *ſi ita ſit vt Auguſtinus & Chryſoſtomus aiunt, non puto Apoſtolos alia de cauſa quam indulgentia infirmitatis quibuſdam permiſiſſe pro mortuis orare.* Quemadmodum etiam Ioannes Brentius & cum eo tota VVirtembergenſis Eccleſia explicatè affirmant Chriſtianos non alligari exemplis vel præceptis Chriſti & Apoſtolorum, niſi etiam *ex ſcriptis Propheticis & Apoſtolicis* vnà probetur eos hoc animo feciſſe & præcepiſſe, vt ea ab omnibus deinceps Chriſtianis obſeruarentur. Quam item diſtinctionem probat & vehementer vrget Ioannes Caluinus, & poſt eos Iacobus Acontius. Quam operam ſi quis ab iſtis exigeret in ſingulis cõfeſſionum ſuarum articulis commonſtrandis, ſentirent opinor onus grauiſſimum, & vt conijcio, Herculanis illis multo laborioſiùs. Cæterùm ex iſtis illud apertè efficitur primitiuam Chriſtianorum Eccleſiam vobis in hac fide non placere, ideóque quod tui Magiſtri ſimulant quaſi veterum Hebræorum & Chriſtianorum Eccleſiæ primitiuæ exemplo ducerentur ad hanc religionis partem aſpernendam, friuolum eſt & falſum: Vtrique enim in eis hanc impietatem nefariam execrantur. Quare hæc omnia de Teſtamenti veteris aut noui partibus, cum nihil ſint niſi pigmenta, & fuci, & tanquam hiſtrionici apparatus natiuam rerum faciem occulentes, detrahendi ſunt vt nudam & ſinceram veritatem manifeſtè concipiamus. Nam ſi verum huius eorum ſententiæ fontem atque originem videre libet alio traducendi ſunt oculi, alio referendus animus. Quod quoniam eſt operæpretium, in eo perſcrutando exiguum laborem inſumere ne grauemur. Et ſupra cum de Sanctorum inuocatione ageretur quædam ſunt poſita quæ ſi memineris omni fere quæſtionis huius examinandæ moleſtia nos liberabunt, hæ enim duæ Proteſtantium opiniones de aliorum animabus beatis quos precari nõ licet, & aliorum animabus afflictis pro quibus precari nefas eſt, adeò ſunt finitimæ & cognatæ, vt ex eadem prorſus quaſi ſtirpe enaſcantur: quare & vnius initium veramque cauſam ſi noueris, alterius ſimul originem & fundamentum didiciſti. Vrbanus Regius qui cum Luthero in Sueuia & ducatu Luneburgenſi primam fecit Euangelij ſementem, hac de re agens, adeo eruditè & piè quæſtionem hanc pertractat, vt qui eius vnam & alteram paginam maturè expenderit, deinceps vel ad fidem veram confirmandam vel ad contrariam perfidiam refellendam nihil ſit deſideraturus, & præterea id quod nos quærimus planè comprehendet. Sic autem ille: *Apoſtolus quum*

Vrbanus Regius

Digitized by Google

Dum quum Theſſalonicenſes ne ſuos ſanctos ſuos immodicè Ethnico more lugeant, hortatur, non tollit omnino memoriam & curam pro mortuis, & memorias pias Chriſtianorum dormientium, ſed eas confirmat: tantum corrigit abuſum. Ineptè ergo Proteſtantes quorum permulti eo Apoſtoli loco ad euertendam hanc pro defunctis orationem abutuntur. Nec enim vnquam Apoſtolo venit in mentem hoc ſanctum pietatis officium reprehendere. Nam *recordari fidelium qui obdormierit, Chriſtianæ eſt pietatis: At Sadducæorum deplorata cæcitas mortuos ſimul ex domo & animo abiicit, quaſi nunquam ſint reuicturi, ſed perituri ſicut beſtiæ. Quare vir Dei Mei Martinus Lutherus in æternum obſeruandus Præceptor noſter, non putat à Chriſtiana pietate alienum eſſe ſi pro noſtris defunctis ſemel atque iterum ex libera deuotione orauerimus.* Quam ob cauſam, & iſte Apoſtolus ad Euangelij normam inſtauratas à ſe Eccleſias per Sueuiam & Luneburgenſem ditionem ſic informauit, *vt in funere peragendo Miniſter populum commonefaceret de futura reſurrectione, vt ſciant fratrem hunc non amiſſum, vt eum commendent ſedulò oratione Chriſto & Deo Patri: vt iuxta miſericordiam & verbum ſuum parcat delictis & miſeria carnis quæ fuerat in fratre dormiente, &c.* Non eſt ergo verè Euangelicus ſed Pſeudoeuangelicus, non eſt in Proteſtantium ſed Sadducæorum numero habendus, qui contra Martinum Lutherum Euangelicæ reformationis Principem, contra nobilem & verè Regium hunc verbi diuini Concionatorem quem doctiſſimi Proteſtantes vocant *ducatus Luneburgenſis Euangeliſtam & Epiſcopum primarium*, defunctis viuorum orationes & ſubſidia ademerit. At quibus argumentis firmatur hæc Lutheri ſententia quam poſteriores Euangelici tanquam Paganam & Papiſticam inſectantur? Multis, iiſque ſolidiſſimis ex intima Theologia, & ratione, & totius primitiuæ Eccleſiæ conſenſu petitis. Sic enim pergit: *Charitas enim Chriſtiana mirè efficax virtus eſt, nec ſe continet quin pro viuis & defunctis ſit ſolicitus ita vt commembra noſtra ex hoc ſeculo migrantia pia prece commendet Chriſto. Et hæc erat olim, & eſt hodie in Eccleſia Chriſti memoria defunctorum, quæ euidens eſt teſtimonium charitatis & fidei de glorioſa carnis reſurrectione. Et quum ſit fidei fructus qui per charitatem operatur, nemo eam reijciet niſi Epicuræi & Sadducæi.* Hic iam intelligis Samuel, veram radicem eius erroris qui hoc Chriſtianæ & Mahumetanæ pietatis officium oppugnat. Vt enim Proteſtantium infidelitas de dormitione (vti vocant)

Prima parte operis in Formula cantè loquendi. fol. 86.

Ibidem.

Ibid. in locis communibus. c. 19

Vide ibid. parte 3. fol. 78.

Idem vbi ſupra in prima part. &c.

animarum; quam planè & ſimpliciter loquendò interitum & mortalitatem dixeris, ſuſtulit omnem Sanctorum cultum. Sic eadem Sadducæa impietas verum caput & fundamentum eſt cur ijdem Proteſtantes omnem de animabus curam & recordationem è mundo exterminatam velint: quemadmodum ex altera parte Chriſtiana charitas & fides tum vniuersè, tum præcipuè de animarum immortalitate & glorioſa corporis reſurrectione vera cauſa eſt quare & Chriſtiani & Mahumetani tantam in exequijs mortuorum religionem adhibent. Veſtros autem illos qui ſecus opinantur, vt nos à noſtra ſocietate repellimus tanquam Turcico nomine indignos; ſic iſte Euangeliſta quem profero à communione Proteſtantium meliorum reijcit vt manifeſtè Epicuræos & Sadducæos, imo à tota primorum Chriſtianorum Eccleſia damnari probat vt Apoſtatas & Atheos. Sic enim perſequitur & concludit: *Defunctorum memoriam celebrauit vetus Eccleſia vt eſt apud Orthodoxos, à quorum ſententia recedere non eſt tutum niſi repugnet verbo Dei. Nazianzenus in oratione funebri ad Cæſariũ fratrem de matre ſua hoc oſtendit. Idem ait Gregorius Nyſſenus, idẽ Chryſoſtomus hom. 69. Ambroſius de obitu Theodoſij Imperatoris. Concilium Africanum cap. 8. Auguſtinus confeſſionum lib. 9. cap. 13. orauit pro matre ſua, & lib. 20. de Ciuitate Dei cap 9. Et de cura pro mortuis agenda cap. 4. Et lib. de 88. hæreſibus hæreſi 53. Et in libro de cura pro mortuis agenda cap. 1. ſcribit quendam hæreticum Arrianum dogmatiſaſſe non oportere pro mortuis orare. Damaſcenus in ſermone de ijs qui hinc in fide migrarunt dicit: Apoſtoli & Diſcipuli Seruatoris in tremendis vitalibuſq; ſacramentis memoriam eorum qui fideliter obdormierunt habendam eſſe dixerunt. Et dicit hanc eſſe Eccleſiæ Catholicæ receptam generalemquè obſeruationem & vetuſtam conſuetudinem*, quem in finem *allegati librum Machabæorum, Dionyſium Areopagitam capite vltimo Eccleſiaſticæ Hierarchiæ Nazianzenũ, Chriſoſtomum, Nyſſenum Athanaſium, Baſilium.* Denique alibi idẽ Vrbanus & vehementer aſſerit Apoſtolis Ieſu ita docuiſſe, idque ex Tertulliano, Athanaſio, Ambroſio perſpicuè oſtendit. Hæc ego paulò fuſiùs expono, primum, vt ipſe iudices quam craſſa ſit ignoratio & eorum qui huius erroris patronos accerſunt primitiuæ Eccleſiæ Chriſtianos, qui ſemper vbique hanc impietatem exhorruerunt, & eorum quoque qui ſaltem cum Græcis hunc errorem ſuum communicare deſiderant, quos ſecum orationem pro mortuis reſpuere clamant, quod hinc falſiſſimum eſſe conſtat. Neque enim illi qui adeo ſtudioſè colunt

Ibidem.

Idem in locis communibus c. 18. de purgator. Idẽ parte 1. de miſſa negotio. fol. 72.

volunt D. Baſilium; cuius ſolius monachis omnes prouinciæ Græciæ referciuntur, vnquam diſceſſuri ſunt ab eo quod non ſolum ipſe Baſilius approbauit, ſed etiam Apoſtolica authoritate firmauit, neq; Baſilius ſolum ſed etiam Gregorius Nazianzenus, & Nyſſenus, & Athanaſius, & Chryſoſtomus, & Damaſcenus, & Dionyſius Ariopagita ſcriptores in Eccleſia Græca longè illuſtriſſimi, & Eccleſias Græcas, tum Moſcouitas, tum Aſianas orare pro defunctis notiſſimum eſt vnicuiq; qui regiones eas peragrauit, vel horum populorum hiſtorias euoluit. Et quid opus eſt verbis aut coniecturis quando publicè in omnium manibus extat confeſſio fidei Græcorum à Ieremia huius ciuitatis Patriarcha anno Domini 1576 ad Lutheranos Germaniæ tranſmiſſa, in qua prorſus idem cum his ſuis Patribus ſentiunt, fidem ſuam eorum authoritate aſtruunt, vehementer contrariam opinionem refellunt, & deniq; ſuam tractationem hoc modo concludunt: *His de rebus qui plura cognoſcere velit, legat librũ D. Damaſceni de his qui in fide Chriſti dormierunt, indeq; facilè diſcet opera pietatis ac ſacras liturgias quæ pro mortuis inſtituuntur magnam vim habere, illiſque plurimum prodeſſe.* Tum deinceps, vt poſtquam tuorum errorem aduerteris vna perſpicias quanto purior ſit Alcoranus noſter Euangelio veſtro, quantoque propius ad Apoſtolicam & Chriſtianam primitiuæ Eccleſię fidem accedat, & deniq; hinc rectè iudicabis de Imperatorum noſtrororum ſumma & verè Euangelica pietate, quorum opera ſi quis æquus rerum æſtimator conſideret & deinceps cum *Principum* Euangelicorum factis conferat, ſine dubio pronunciabit noſtros vere habere religionem Chriſtianã, credere immortalitatem animarum credere reſurrectionem corporũ, credere iudicium futurum, quorum omnium veſtri ſi ex operibus coniecturam feceris, vix leuem ſuſpicionem præbent. Nec mirum quando eorum Concionatores omnem iſtarum rerum memoriam funditus abolere conantur. Dum enim auditores ſuos viuentes, in eorum proſpera valetudine lactant peſtifera illa doctrina ſolifidianæ iuſtificationis, eoſdem autem ægrotos & iam è vita diſceſſuros corrumpunt ſcelerato hoc dogmate de animarũ dormitione, id aſſequuntur vt nec in vita nec in morte aliquod vtile vel pium opus aggrediantur, nec vllo externo teſtimonio an aliquam omnino habeant iſtorum fidem patefaciant. SAMVEL. Iſta quam dicis opinio de dormitione animarum, eſt quidem (fateor) longè perniciosior quam initio cogitaram, nec ſolum Apoſtolorum fidei contraria, ſed etiam multorum

Cenſura Orientalis Eccleſiæ cap. 12.

ſcelerum parens. Si enim homines flagitioſos ſupplicij luendi timore liberes vſq; ad iudicij extremi diem, verendum eſt ne illi diem illum extremi iudicij vlterius ſua crudelitate prorogent ad æternitatem vſq; nec vnquam venturum ſibi perſuadeant, & interim ad extremam nequitiam magis præcipites ruant, quos iam pœnæ ſtatim poſt mortem ſubeundæ terror nonnihil à flagitijs coërcet. Quam perfidiam vt ego libenter condemno, neque vero in fide Anglicana aut in Liturgico noſtræ communionis libro vbi mortuum deſcribitur officium, vlla eius veſtigia apparẽt. Ita viciſſim Lutheranos obſtupeſco, qui hunc orandi ritum non ſolùm Eccleſiæ primituæ, ſed etiam Apoſtolis probatum fuiſſe confirment. Caluinus certè longè aliter ſentit, & cum Caluino, Beza, Iuelius, multiq; alij viri doctiſſimi. Sed quænam ſunt illa Principum veſtrorũ quæ ſignificas opera externa Chriſtianam (vt tibi vocare placet) eorum fidem declarantia non ſatis percipio. Noſtri olim maiores hac perſuaſione ducti quod opera in hoc mundo facta animab. ſuis in altera vita prodeſſent, monaſteria, templa, hoſpitalia, ſacella conſtruxerunt, atque non arbitror huiuſmodi opera Turcis nimis eſſe familiaria. Quanquã memini me vidiſſe nõ rarò in Aſia minore templa ſatis magnifica, & alia neſcio quæ ſacella minora columbarijs noſtris ſimillima, partim à Baſſis, partim ab Imperatoribus veſtris ædificata. Sed in quẽ finem, quoue conſilio non ſatis teneo. MICHAEAS. Non opus erat vt mare tranſmitteres in Aſiam ad huiuſmodi monumenta requirenda, cum hæc ciuitas eius generis multis ijſque ampliſſimis redundet. Etſi enim alia ſint opera propter quæ Imperatores noſtros vt valde religioſos commẽdare poſſum, de quibus in poſterum fortaſsè dabitur loquendi occaſio, tamen ego in primis illa ipſa reſpicio quæ tu notas templa, hoſpitalia, ſacella quę cum *vera fidei fructus* ſint, vt docet Regius veſter, ſi qui ea moliuntur veræ fidei illuſtria proferunt argumenta, qui diſturbant & demoliuntur *Epicurei ſunt & Sadducai*, vt idem Vrbanus veſter liberè pronunciat: Vereor ne Turcarum comparatione Euangelici veſtri longè aliud nomẽ ſiat promeriti quam illud de quo ipſi ſibi tantopere blandiuntur. Ab eo enim tempore quo Euangelium hoc cœpit, quid tu mihi oſtendere potes in Anglia, imò in Scotia quoque, & Gallia, & Germania, etiamſi tuos *Principes & Nobiles* Euangelicos in vnum conferas, ab illis ſimul omnibus ad animæ ſuæ ſalutem tota Europa conſtructum, quod poſſit cum vna hac ciuitate Conſtantinopoli, & vnius alicuius Imperatoris Turcæ pietate con-

te contendere? Hanc enim ciuitatem varijs regalibus Moſqueis, varijs ad excipiendos peregrinos Monaſterijs vel Xenodochijs Imperatores noſtri, Mahumetus, Baiazetes, Selymus, Solymannus exornarunt; Quum veſtri *Principes* demoliti ſint innumera, excitarint autem vel nulla, vel certè pauciſſima. Neque ſolum Imperatores noſtri ſed etiam ſubditi inferiores Baſſæ, Purpurati, militares Præfecti & ſimiles qui opibus abundant, & maximis occupationibus diſtrahuntur, ideoque & in varia peccata ſe incurrere non ignorant, huic generi pietatis plurimum impertiunt. Quod autem ignoras quem in vſum hæc monumenta ſint extructa niſi tu bene nummatus huc aduenisses iam pridem neceſſitas horum monaſteriorum & hoſpitalium conditionem te edocuiſſet, quam ego tibi paucis exponam, ne domum ad tuos reuerſus ignorantiam vna tecum deferas eius quod eſt Turcici Imperij ornamentum non mediocre; vtpotè quod tum ad Dei gloriam, tum ad hominum vtilitatem inprimis conducat. Illud ergo ſcias oportet, Turcas, Perſas, Arabes, Mahumetanos omnes ſic inſtructos eſſe, vt Deum bonis operibus placari credant, eorumque magnam fore in æterna vita mercedem non dubitent. Quod quia certiſſimo ſtatuunt, hinc fit vt & Imperatores, & Proceres, & infimum quoque vulgus pro ſua virili in vita quidem diligenter, in morte autem diligentius, iſtiuſmodi operibus ſtudeant quibus & Dei nomen glorificetur, & eorum authores probentur eſſe fideles, & ad Rempublic. noſtroſque fratres in fide maxima proueniat vtilitas. Sunt quidem inter variarum regionum Mahumetanos, vt nos & Perſas, & fortaſſe Mauros atque Arabes aliquæ de rebus alijs differentiæ, & etiam de ſepulturæ modo. Cæterum hoc commune eſt omnium, quod vt viros ſanctiſſimos, æterna ſtatim cum Deo & Angelis beatitudine frui, & impios ſempiternis ſupplicijs adiudicari credimus: ita credimus hominibus nec optimis nec peſſimis, ſed in quadam pietatis mediocritate vitam tranſigentibus medium locum diuina prouidentia præparatum, ad quos poſt obitum ſuum viuentium charitate multum accedit commodi. Hoc ergo vt eſt omnium commune, ſic & illud quoque, quod ſtatim vt quis ex morbo decumbit, primum ſe Deo commendat, locumque ſepulturæ deſignat, proximè eleemoſynas curat diſtribuendas pauperibus, & conſtituit quid vel certis diebus, vel menſibus, vel annis, aut etiam perpetuò fieri velit ad animæ ſuæ ſalutem. Baſſæ autem, Bellerbechi, Sangiacchi, Pontifices, Cancellarij, & reli-

Septem Caſtrenſis de moribus Turcarum cap. 13.

Theuet lib. Coſmogra. 10. cap. 10.

& reliqui locupletiores, quum templa quædam vel Xenodochia ad ſoluendos ſuæ religionis pauperes extruxerint, vel vetera collapſa refecerint, vel tenuiora annuis redditibus locupletauerint: poſtea quia fas non eſt quempiam in vrbibus, vel huiuſmodi tēplis vbi orationis cauſa conuenitur (præter Imperatorem ſolum) ſepeliri, ædificant ea quæ tu vocas columbaria, domos quidem non magnas & forma rotunda (quales fuerunt Eccleſiæ quædam veſtræ Flādricæ) in quibus eorum humantur corpora, & vbi Sacerdotes aliquando plures, aliquādo pauciores pro animabus fundatorum perpetuò Deum precantur. Tale, verbi gratia, Xenodochium hic eſt in proximo non longè extra muros huius ciuitatis, factum ab Halli primatio poſterioris Solymanni Theſaurario. Cui Xenodochio adiunctum eſt exiguum ſacellum, quale tu ſignificas rotundum, vbi perpetuò cōmoratur Sacerdos orans pro defuncti fundatoris anima, admiſcens precibus ſuis Pſalmos Dauidis, & alios veteris Teſtamenti libros, ſed lingua Arabica. Iam verò de ritu ſepeliendi, quem admodum viri virorum, & fœminæ curent funera fœminarum, quam honeſto comitatu ad loca præſcripta deducantur, quam piæ ſint Sacerdotum preces nihil continentes quod non ſacris literis apprimè conueniat, vt magnus Deus qui infinita miſericordia ſua Prophetas ſuos Dauid, Abrahamum, Salomonem, Mahumetum, & Halim complexus eſt, miſericordiam eueque impartiat huic fratri, qui tota vita ſua grauiter Maieſtatem eius offendit, &c. Vt hæc cantica lingua vulgari fiant, idque ſine cereis, fumalibus vel luminaribus quibuſcunque (ne vos vobiſcum, aut potius vos nobiſcum nihil quicquam communicare videamini) hæc omnia ſingulatim exponere non arbitror neceſſarium, quando ex ipſa radice, Turcarum noſtrorum ſupra quoſcunque Euangelicos clarè lucet pietas erga Deum, & erga homines charitas atque beneficentia. Ex ea enim quam primo dixi ſanctiſſima perſuaſione, fit vt nihil frequentiùs ſit in Teſtamentis Turcarum, eorum qui vel mediocriter pecunioſi ſunt, quā *legare certam pecuniæ ſummam vt viui deducantur ex lōginquis partibus ad aliquod hoſpitale aut templum, ſiue in locum quendam arduum qui frequentatur ab hominibus pietatis gratia & pro ſalute animæ: Reges vero alijque potentes templa & hoſpitalia extruenda conſtituunt ad vtilitatem peregrinorum* Hæc eſt cauſa cur à Conſtantinopoli per totam Aſiam minorem, Paleſtinam, Ægyptum, ad extremam vſque Arabiam publicis vijs, non pauca cernas extructa Xenodochia. Ex qua liberalitate illa duo

Theuet. Ibid. lib. 18. cap. 16.

Georgeuits de moribus Turcarū.

illa duo ſequuntur, quæ maxime authores ſpectarunt, videlicet vt & plures imitentur ad ſacrata Iudææ Arabięq; loca perluſtranda Deumque prædicandum qui noſtra cauſa tam illuſtres Prophetas quorum illic monumenta viſuntur, excitauit, hoc eſt, vt honoretur Deus, & ſimul ij qui hæc itinera pietatis ergo ingrediuntur, ea commoda percipiant, ſine quibus multi tantum terræ ſpatium nunquam poterant obire, hoc eſt, vt iuuetur proximus. Cæterùm hæc munificentia vt nobis eſt glorioſa, ita & vobis fortaſſe non adeò eſt vtilis, quoniam ferè a liberalitatis huius participatione definita ſuorum voluntate exclu[illegible] Chriſtiani. Et tamen vt ſcias fidem noſtram non eſſe otioſam & ſterilem, ſed actuoſam & fæcundã, & quæ ad omne hominum genus ſeſe porrigat, quanquã iuxta Mahumetis diſciplinam & eam cum Pauli veſtri regula cõgruentem, beneſacere ſtudemus, maximè ijs qui ſunt *domeſtici fidei* eundem que nobiſcum Alcoranum profitentur, tamen nec Chriſtianos quidem ſemper hac beneficientia priuamus. Et vel hæc ſola obſeruatio cuius ego te ſi volueris, teſtem oculatum faciam, digna eſt propter quam certo cognoſcendam multorum milliarium viam conficias, vt diſcas de nobis honoratius ſentire, quos perſpicies erga Chriſtianos multo maiore charitate affici, eoſq; magis fouere, & eorum neceſſitatibus ſublenandis magis prouidere quam veſtri Euangelici qui omnium mortalium ſoli volunt videri Chriſtiani maximè fideles. Nemo vnquam rem Chriſtianam magis afflixit quam Mahumetus noſter eius nominis Imperator ſecundus, qui expugnauit Conſtantinopolim & duo Chriſtianorum Imperia euertit Trapezuntium & Conſtantinopolitanum, & præterea duodecim vrbis [illegible] regna, cœpit ducentas vrbes, multas inſulas, Albaniam ferè omnem atque Slauoniam, & occupata denique in Calabria Hydrunte, totam Italiam fecit contremiſcere: ille autem in hac ciuitate pulcherrimum hoſpitale inchoauit maximè propter homines morboſos, quod abſoluit filius eius Baiazetes, redditusque annuos attribuit ſupra ſexaginta millia ducatorum. In hoc autem non ſolum admittuntur Mahumetani, ſed etiam Iudæi & Chriſtiani, ita tamen vt primo ſiſtant ſe rectoribus & ſuam in valetudinem declarent, ſeque poſtulent recipi *propter honorem Dei, & ſalutem animæ defuncti Imperatoris Mahumetis* Nec minus ſplendidum eſt alterum hoſpitale Selymi, eius qui profligato in campis Calderanis Perſarum Sopho Hiſmaële, & occiſis duobus poſtremis Ægypti Sultanis, detracta Perſis Meſopotamia, & maioris

Galat. 6. verſ. 11.

Genebrar. in Chronol lib. 4. Cominaeus de hiſtor. lib. 10.

Theuet. lib. 7. c. 14.

Ibidem. lib. 19. c. 3.

Sanſouino del gouerno de i regni libr. 5. fol. 37.

maioris Armeniæ magna parte, Syriaque, & Palæſtina, & Ægypto tota occupatis, poſt Anum Mahumetum, Imperium hoc maximè amplificauit. Is autem in hac ciuitate Moſcheæ quam fecit ampliſſimæ adiunxit & Xenodochium quo omnium nationum & religionum homines diuertunt, tribus diebus integris pane, aqua, oriza, melle, noctuque ſtratis more

Theuet. li. 2. cap. 12.

noſtro cōmodis humaniter & perbenigne excipiuntur: Quorum tantus eſt perpetuo concurſus, vt cōmunis ſit opinio ſingulis diebus pluſquam mille variarum nationum peregrinos

Annales Turcici translat. à Leuncla. pag. 7.

hac beneficentia ſuſtentari. Quod ſi temporum differentiam, & initia imperij huius conſideres, fortaſſe Orchanes ſecundus Imperator Ottomanni primi Filius, nihil Mahumeto, nihil Selymo concedit, cuius alibi hoſpitale eſt quidem magnum & ſumptuoſum, vbi in dies ſingulos largæ donantur eleemo-

Ibidem in ſupplemento Annal. Turcicar. pag. 1:0.

ſynæ *ad ſubſidium animæ ſuæ, patris, & fratrum.* Quanquam vt verum fatear, huius largitionis Chriſtiani rarius fiunt participes. Cæterum illorum neutri redditū amplitudine quicquam cedit, & fabricæ magnificentia multum ſuperat Moſchea & hoſpitale, cæptum quidem à Solymanno poſtremo,

Contarenus de bello Cyprian. libr. 1. Suri. An. 1370.

abſolutum autem à filio eius Selymo, & quod aliquam occaſionem dedit belli Cyprij, quo Chriſtiani Inſulam Cyprum amiſiſtis. Cum enim illa quidem ædificia abſoluiſſet Solymannus, ſed redditus ſatis amplos non attribuiſſet (tantummodo enim pauca aureorum millia ex ſubiugato Zigettano territorio in Auſtriæ finibus aſſignauerat, lege autem Mahumetis interdictum eſt talibus Moſqueis alios fundos donare quam qui recens bello ſanctæ legis noſtræ hoſtibus ſunt ablati) Selymus vt & paternæ pietatis illuſtre monumentum perficeret, & ſimile Xenodochium quod ipſe Adrianopoli inſtrueret eadem opera compleret, Cyprum Chriſtianis eripere deſtinauit, quæ erat & huic & illi operi abunde ſatisfactura. Illud autem Solymanni, vt item priora illa Mahumetis & Selymi ad certos dies, omnes promiſcuè cuiuſcunque nationis & religionis equites & pedites cum famulis, quicunque peregrini vel Medinam ad Mahumeti, vel Hieruſalem ad Chriſti nata-

Theuet. li. 8. cap. 2.

lem locum & ſepulchrum commeant, ſine vlla exceptione recipit & liberali munificentia fouet. Quanquam autem huic non eſt comparandum, bellum tamen eſt & egregium templum, & opulentum admodum Xenodochium quod hic propè ædificauit filia eiuſdem Solymanni Abraimi Baſſæ vxor, quod etiamſi in vſus Turcarum vel qui ſunt Mahumetanæ fidei eſt inſtitutum, tamen egregios demonſtrat Alcorani noſtri fru-

ſtri fructus, qui ita ſuorum corda excitat ad miſerorum & pio-rum neceſſitatem ſubleuandam. Et propter eandem cauſam dignum eſt æternis laudibus ſimile Barbaruſſæ monumen-tum, quod eidem Solymanno admirabilius erat ad peregri-norum vtilitatem, hoc eodem littore in Carauoli proximo no-bis pago, fabricarat; vbi iam eſt diuerſorium aſſignatum ora-tori Reginæ veſtræ. Et quorſum ego intra huius vnius ciuita-tis pomeria me contineo, vel vicina ei loca tantummodo per-curro, qui in tota Turcia, in omnibus Imperij huius prouin-cijs, in vniuerſis inſignioribus Monarchiæ noſtræ ciuitatibus hoc idem demonſtrare potero. Quo breuis ſim, illud vnum mihi ſatis ſit admonuiſſe, vulgo quidem notum, & à pleriſque tum hiſtoricis, tum peregrinis annotatum, quod quemadmo-dum olim Anglia noſtra celebrabatur propter quædã vel ter-ræ commoda, vel gentis opera ſingularia, montes herboſo & fertiles, fontes aquæ perennis clariſſimos, Eccleſiarum (qua-rum multa millia deſtruxit Henricus Octauus, reliquas par-tim ipſe, partim filius & filia diſpoliarunt omnes) multitudi-nem & ornatum: & alia quędam de quibus eſt illud antiquum carmen:

Mons, & fons, & pons, Eccleſia, fœmina, lana:

Vel vt alij recenſent addito ſeptimo Cornubienſium the-ſauro:

Fœmina, mons, fons, pons, Eccleſia, lana, metalla

Sic hodie Turcia commendatur propter totidem excellen-tes prærogatiuas, at nullas ferè à natura, ſed omnes à pietate in Deum, & charitate in homines, remque publicam fluen-tes. Primo ſunt Moſqueæ maximo numero & inſigni pul-chritudine, quarum hæc vna ciuitas habet pluſquam qua-dringentas. Proximè ſequuntur Imaretia, id eſt, Xenodo-chia deſtinata excipiendis pauperibus & peregrinis, quæ vt plurimum Moſqueis ſunt adiuncta, & ab vno eodemq; Prin-cipe, vel Baſſa, vel Bellerbecho fundata: quorum itidem in hac ciuitate tanta eſt multitudo, vt ſi quis in vno per tres dies moretur (quod eſt tempus peregrinis qui eo veniunt reficien-dis communiter præſtitutum) toto vertente anno ſingula I-maratia circuire & aſſignata in ſingulis liberalitate frui non poſſit. Quæ vt tantis impenſis ſufficiant, abundanter à fun-datoribus prouiſum eſt. Multa enim ſex, octo, decem, duo-decim millia ducatorum ex agris & fundis, vel alijs emolu-mentis colligunt annuatim. Sunt quæ 30. ſunt quæ 60. duca-torum millia iam olim perceperunt, quę nuper multum varijs

piorum

Leunclau in pandec. hiſtor. Turc. cap. 1.8. pag. 331.

Sanſou. del gouer. de i regni li. 3. fo. 21. Leunclau in pandec. hiſtor Turc. ca. 20. pag. 227 Poſtel. de la religion des Turc pag. 60. &c. Belforeſt. Coſmogra. vniuerſel. tom. 2. li. 1. cap. 40. 41.

piorum Principum donationibus dicũtur aucta. Aliæ autẽ ciuitates maximę, Cyri Antiochiæ, Damaſci Iconij, &c. pro ſua magnitudine & proportione ad hanc noſtram quàm proximè accedunt. Nā Africanę nonnullæ ſuperant, nominatim Feſſa, vbi ſupra quingentas eſſe Moſqueas omnis generis, & in ijs quaſdam excellentes, ampliſſimas, ditiſſimaſq; , vt item Imaratia, à Chriſtianis ipſis traditur. De quorum magnificentia ex eo coniectura fieri poteſt, quod in vno tali collegio ædificando & rebus neceſſarijs inſtruendo exornandoque Rex vnus inſumpſit quadringenta octoginta ducatorũ millia. Sed ego iam non egrediar limites Imperij noſtri, ideoque ad reliqua enumeranda redeo. Tertio loco ſunt Carauanſaraia, hoc eſt, magnæ capacitatis & amplitudinis hoſpitia ordinata ad excipiendos viatores ex æquo omnes Turcas, Chriſtianos, Iudæos, cuiuſcunq; ordinis & nationis: qui in hoc Imperio non ſparſe & ſingulatim, ſed turmatim bono numero ſolent à ciuitatibus ad ciuitates negotiorum cauſa commeare. Cuiuſmodi domus in plerisque vijs maximè tritis & ad maiores ciuitates ducentibus ſunt paſſim commodo interuallo fabricatæ: quæ etiam ex largitate fundatorum victum gratuito ſuppeditant viatoribus. Poſtea ſunt balnea publica partim ad religionem (crebras enim lotiones præcepit Alcoranus) partim ad ſanitatem. Tum fontes, qui ex locis remotioribus ad Xenodochia vel vias publicas deriuantur in gratiam & leuamentum hoſpitum vt ſit in promptu vnde ſe poſſunt reficere & ſitim depellere. & in hoc opere adeo eſt munifica & flagrans noſtrorum pietas, vt propterea hoc eis honorificum & glorioſum præconium tribuant ipſi Chriſtiani, ſe nimirum certo credere quod ſi lege Mahumetana biberetur vinum, ciſternæ & fontes non minus copioſè ſcaturirent vino, quàm nunc abũdant aqua dulci. Denique, ſunt pontes valde multi, & alicubi valde ſumptuoſi & pulchri, ad traiectionem fluminum: & poſtremo viæ lapidibus conſtratæ quæ alias futuræ erant hominibus & equis impeditiſſimæ. De quibus omnibus eſt vulgare diſtichon monaſticho veſtro ſuperiori reſpondens, & hæc Turcici Imperij ornamenta complectens:

Moſquaa Imaratum, Carauanſaraia, lauachra:
Fontes, & pontes, fluuiorum, ſtrata viarum.

Hæc autem conuincunt, tum magiſtros qui ad tãtam pietatem ſuos auditores informarunt, tum auditores, ſiue Principes, ſiue ſubditos qui hanc doctrinam ab illis hauſerunt non verbo & ſolifidiana perſuaſione, hoc eſt ad inanem ſpeciem &

externam

Belfor. vbi ſupra lib. 6 cap 6. co. 1828.

480000.

Vide Auger. Buſqu. inter Conſtantinopl. p. 30. 31. 73.

Poſtell. vbi ſupra. pag. 57.

Google

externā larvam, ſed re, actu, fructu, intrinſecus & ſolide fuiſſe fideles: & de Deo pijs operibus placando fuiſſe ſolicitos, & de altera vita iudicioque futuro ſerio cogitaſſe, & animæ ſuæ curam magnam habuiſſe, quod erat tum fidei, tum ſpei, & fidelium etiam commodis attendiſſe, quod erat charitatis, & ſimul Reipublicæ bonum & ornamẽtum procuraſſe. Iſta ſiquidem Reipublicæ multũ profuerunt & totidem glorioſis quaſi trophæis ſupra veſtras Euangelicas noſtram Rempublicam Turcicam prę̨clariſſimè extollunt. Quod autem, verbi gratia, de Turcia narro, idem de Perſia intellige. Vtrique enim hanc eandem doctrinam à Mahumeto hauſimus, vtque noſtri ſic & Perſiæ Principes ſolent ferè cum templis ad honorem Dei & Xenodochia ad vſus hominum conſtruere, idq; in multis Perſiæ locis licet aduertere: vbi ad certum tempus omnibus hoſpitibus vndecunq; venientibus ſine diſcrimine nationis aut religionis, non minùs Chriſtianis quam Mahumetanis neceſſaria omnia die nocteque liberaliter ſuppeditantur. Quod ſi vellẽ ea templa vel Xenodochia enumerare, quæ in Turcia vel Perſia ad Mahumetanorum vſus condita ſunt, nimium prolixus eſſem, & totas paginas eorum catalogo complere vollem. Si enim viam regiã inter clariores ciuitates inieris, iuſto paucorum milliarium interuallo, ſi non ſemper, certè crebro incides in domum aliquam huiuſmodi publicis peregrinãtium vſibus deſtinatam. Et tibi facile eſt diuinare quàm probabiliter ſit noſtrorum erga ſuos & ſubditos, & eadem fide imbutos charitas, quorum erga Chriſtianos & capitales ſuos hoſtes tã larga eſt munificẽtia. Finge iam noſtrates Turcas, aut Perſas, in Angliam viſendę vel regionis vel religionis Anglicanæ cauſa proficiſci. An vlla habetis liberalitatis huius veſtigia? Quid loquor de Turcis peregrinantibus: finge hoc de Chriſtianis Europæis, fac Germanos aut Geneuenſes Euangelicos hac de cauſa in inſulam adnauigare, vt primitiuam illic Eccleſiam Euangelicam ſuſpiciant: Quodnam templum ad Euangelij honorem, quas ædes, quæ tuguria ad hoſpitum ſolatium condiderunt Principes, Duces, Nobiles veſtri? quanquam nec Geneuenſes, nec Germanos qui extranei ſunt opus eſt nominare, quum veſtris ipſorum ciuibus & ſubditis vel fortuna aduerſa exhauſtis, vel bellorum infœlicitate mutilatis, vel ſenio deficientibus, vel communi naturę conditione ad ſummam miſeriam redactis, nulla huius generis ſubſidia, nulla adiumenta alicuius momenti comparetis, imò à diruendis ijs quæ maiores veſtri extruxerunt non omninò abſtineatis. Quod de ve-

Georg. de moribus Turcarũ.

ſtris quæro, de reliquis vniuerſis Euangelicis, Scotis, Danis, Sueuis, Saxonibus, Galliſque vel Principibus, vel ducibus interrogo, quos conſtat millia aliquod monaſteriorum & hoſpitalium diruiſſe, bona, fundoſque diſſipaſſe, & in fiſcos ſuos redigiſſe ea quibus alias multa pauperum millia nutrirentur. At verò qui è fiſco ſuo ad iſta opera pecunias impendent, neſcio an tu aliquem nominaueris: mihi certè nemo dignus commemoratione in mentem venit. Neq; ſanè dubito quin ſi totum gregem Euangelicum percenſere volueris, vix ſis inuenturus tot (vt inquit ille) quot ſunt:

Iuuenal. *Thebarum porta, vel diuitis oſtia Nili.*

Vt enim affirmare aſſerere nolim nil penitus eiuſmodi à vobis tentatum, quãdo etiam peruerſiſſimi impoſtores & ſicarij aliquando pietatem aliquam præſeferant, ita firmiſſimè opinor ad valdè exiguum numerum reuocari quæcunque eiuſmodi ædificia vel peregrinis, vel etiám religioſis veſtris fabricaſtis. Quod autem pro vno à vobis excitato pluſquam cẽtum euertiſtis, hoc nec mihi, nec cui quam mortalium poteſt eſſe dubium qui Scoticas, Germanicas, Anglicanas, & Gallicas reinas inſpexit. Ita peſtis illa ſolius fidei, & animarum à morte corporis dormientium eos corrupit, & à Dei honore curando, & fratrum ſuorum vtilitate procurãda auerſos, ſuis tantummodo priuatim commodis, ſuo genio & voluptati totos affixit. Quare non eſt, Samuel, quod ex hoc orandi pro defunctis, & pro animabus defunctorum benefaciendi ſtudio quo veſtra congregatio penitus caret, Eccleſiam noſtram tanquam Papiſticam aut Paganam refutes, & tibi declinandam arbitreris. Nihil enim eſt præclarius ad ſtat⁹ noſtri honorem & gloriam, nihil eſt efficacius ad Euangelij veſtri dedecus & contumeliam. Quodque ſupra in ilia de Sanctis inuocandis quæſtione huic cohærente admonui, idem hoc loco non minùs verè vſurpari poteſt; vos quum hunc religionis & pietatis articulum negatis ipſorum Ethnicorum immanitatem ſuperare, huncque morẽ dementiſſimè vocari Ethnicum qui maximè eſt religioſus, Chriſtianus Apoſtolicus & diuinus. Niſi fortè illud appelletis Ethnicũ quod ante Mahumetem, Apoſtolos, Chriſtum, & Moſen in Ethnicorum omnium mentibus creator Deus inſeuit. Et ſic fateor hoc Ethnicum eſſe quemadmodum Ethnicum eſt credere Deum, iuſtum iudicem, cælum inferos, animam immortalem. Neque enim hæc aut Moſes, aut Chriſtus, aut Mahumetus in mundum inuexerunt, ſed cum prima rerum omnium creatione hominum pectoribus inſculptum,

prum, legibus ſuis clarius aperuerunt, & diſcipulos ſuos operibus ad eorum tanquam actuoſam demonſtrationem induxerunt. Ex iſtis autem principijs religionem & Chriſtianorum & Iudæorum antecedentibus vt Ethnici rectè concluſerunt: Diuos fuiſſe *quoſdam quos in cœlum merita vocauerunt hominiq́ue aſcenſum dari in cœlum propter mentem, virtutem, pietatem, fidem* quæ Ethnica fortius deuixit & corroborauit Chriſtiana prædicatio: ita ex ijſdem principijs Ethnici hoc pro defunctis orandi officium collegerunt. Quæ enim ratio perſuaſit cælum eſſe viris bonis præparatum, & infernum ad plectendos impios, eandem fragilem ad peccandum humanæ naturę conditionem, & ſcelerum grauitatem, & pœnitentiæ vim, & Dei miſericordiam ſimulq́ue iuſtitiam conſiderans collegit quoſdā eo in ſtatu ex hac vita migrare quorum nec tanta ſunt merita vt eos iuſtum ſit ſtatim in cælos aſcendere, & tamen maior fuit probitas & grauior de criminibus commiſſis pœnitentia quam vt debuerint cum ſceleratiſſimis hominibus pœnas æternas ſubire, quos idcirco poſt mortem *iuſtitia excipit & plectit per ſatis longum tempus, ſingula vitia ijs luens doloribus & cruciatibus qui magnitudine & vehementia tanto ſuperant corporis dolores, quanto res vera eſt quam ſomnium efficacior. Poſt vero his luſtrationibus & pœnis omnia ſplendida atque macularum expers redditur*, quemadmodum vetus Philoſophia tradit, idemq́ue ſumptum ex vetuſtioribus Theologis Heroas prædicantes inducit clariſſimus Poëta. Neque hæc eſt Paganorū deliratio à ſacris literis (vt tu putas) abhorrens, ſed eſt vera ſententia à naturali lumine ducta, Deique iuſtitiæ & bonitati valdè congruens, & antiquiſſimæ tum Iudæorum, tum Chriſtianorum Eccleſiæ conſentiens, vt iam demonſtrauimus. Alij ex ipſa opinione immortalitatis quam animus à corpore ſeparatus obtinet, eliciunt hinc religioſam iuſta funebria perſoluendi conſuetudinem. Ex quo eſt illud egregij Philoſophi: *Omnis antiquitas quæ quo propius aberat ab ortu & diuina progenie, eo melius quæ erat vera cernebat, cenſuit animos remanere poſt mortem. Itaque vnum illud erat inſitum Priſcis quos Caſcos appellat Ennius, exceſſu vitæ non ſic deleri hominem & funditus interire, idq́; cum alijs rebus tum Pontificio iure & ceremonijs ſepulchrorum intelligi licet, quas maximis ingenijs præditi nec tanta cura coluiſſent, nec violatas tam inexpiabili religione ſanxiſſent, niſi hæſiſſet in eorum mentibus mortem interitum non eſſe omnia tollentem.* Hanc autem fidem multò altius ſuorum mentibus infixit Chriſtus, cum ad hanc veriſſi-

Cicer. de legibus libr. 2.

Plutarch. de ijs qui ſero à Numine puniuntur. fol. 582. Sic Auguſt. to. 10. Homil. libr. 16. & tom. 8. in Pſalm. 27. Virg. lib. 6.

Cicer. li. 1. quæſt. Tuſcul.

veriſſimam Ethnicorum ſententiam corporum quoque futuram reſurrectionem & immortalitatem adiunxit, & vtrique
Matth.25. tum animo, tum corpori hanc beatitudinem comparandam bonorum operum meritis prędicauit; Vnde factum eſt vt poſt eius tempora non homo, ſed monſtrum hominis haberetur qui de animæ immortalitate ambigeret, quãdo etiam de corporum reſurrectione & æterna fœlicitate certiſſima fides omnium bonorum mentes occupabat. Quæ fides ab antiquiſſimis Chriſtianis per orbem vniuerſum diſſeminata & à Mahumeto ſtabilita eam peperit bonorum meſſem, eam templorum, monaſteriorum & hoſpitalium extructionem ad religioſos, ad morboſos, valetudinarios, peregrinos, claudos, debiles, ad noſtros, ad alienos, ad omnia genera hominum miſerorum ſuſtentanda & reficienda, quibus & vęſtræ quoque Chriſtianę prouinciæ Hiſpania, Gallia, Italia, Polonia, & noſtra imprimis Turcia, Perſia, Ægyptus, & Africa abundat. Anglia quoq; veſtra, ſi qua alia Europę regio, ijs admirabilem incolarum commoditatem referta fuit, antequam vos Euangelio hoc importato ad incredibile totius Reipub. & maximum hominum tenuiorum incommodum ea diſſipaſtis. Hæc ſunt firmamenta fidei noſtræ quibus nitimur, hi duces quos ſequimur, non ſoli Pagani aut Papiſtæ quos tu obijcis, ſed cum omni antiquitate, cum Philoſophis, cum lege Moſaica, Chriſtus, Apoſtoli, Chriſtiani, & vniuerſæ per orbem nationes quæ Chriſtianis vel Mahumetanis ſacris ſunt inſtitutæ. Tam ſalutaris autem cauſæ, tam ſanctæ fidei quum vtiliſſimi fuerint effectus, cum hæc fides eam in mundo charitatem accenderit quæ tam pręclara effudit opera ad Dei honorem, ad Reipub. ornamẽtum, ad hominum vtilitatem, ad miſerorum ſolatium, ad fidem ipſam vehementius conteſtandam & hominum animis imprimendam, iſta & radix & fructus virtute ſua ſtant firma contra inanes aduerſariorum inſultus, & quum diuinis præſidijs muniantur, non poſſunt humanis commentis labefieri. Veſtra autem opinio peſſimum habet fundamentum, animæ nimirũ ſine ſenſu, ſine memoria & intelligentia dormitionem, quę ab interitu nihil quicquam diſcrepat. Duces quos ſequimini præter Sadducæos & Epicurum habetis nullos. Philoſophi meliores, Iudęi, Chriſtiani, Mahumetani omnes hoc loco vos deſerunt. Nec mirum, cum ipſe Lutherus & qui ſunt ex Euangelicis honeſtiores & doctiores hoc veſtrum dogma aliqua ex parte reſpuant & abominentur. Si quis doctrinæ veſtræ requitat fructus, nullos perferre poteſtis, de ſola enim fide confidentes,

dentes, & charitatem ſpernentes, hominumque ſanctiſſima opera peccati condemnantes, ipſas fibras benefaciendi euelliſtis. Hæc ergo tantummodo elucent opera & fructus infidelitatis veſtræ, quod quum ipſi nihil præclarum moliamini, præclariſſima tamen monumẽta à maioribus relicta diſturbatis, quorum luctuoſa admodum in omnibus Angliæ & Scotiæ prouincijs extant exempla adeo fœda & abſurda, vt ſi ad inſulam eã ferro & armis ſubiugandam Turcicus Imperatoris noſtri exercitus mandatus eam totam obtinuiſſet, multa fuiſſet templa & monaſteria ſarta tecta relicturus quæ vos funditus euertiſtis. Hæc eſt fides veſtra, hic fidei veſtræ effectus & hæc fides alios effectus non poteſt producere. Et ſi fides veſtra alioquin eſſet recta, talis prædicatio, tales doctores breui eam neceſſario corrumperent & vaſtarent. Dementis eſt enim operibus ſtudere ſi omnia ſunt peccata & Deum offendant: demẽtis eſt opera coaceruare, quorum Deus in iudicio ſuo nullam habet rationem. Dementis eſt & furioſi propter animam ſuam, vel parentum & mortuum amicorum diſtribuere eleemoſynas, ſuccurrere pauperibus, conſumere facultates, aliorũ preces efflagitare, ſi anima ſtatim poſt exceſſum è corpore Endimionis ſomnum dormiat & nihil recordetur, nihil ſentiat, nihil omnino intelligat. Neque multum valet quod dicis tuos Anglos de corporum reſurrectione & animarum immortalitate rectè credere, nec librum communionis de hac dormitione quicquam innuere, ego enim viciſſim dico ſolennem Miniſtrorum veſtrorum prædicationem, & receptos Eccleſiæ veſtræ mores, & doctores quos ſequimini, & generalem doctrinæ ſcopum tendere ad ſidem reſurrectionis & immortalitatis animarum ex veſtrorum mentibus radicitus euellendam & contrariam inſerendam. Vbi enim ſola fides extollitur, vbi operum ſtudium contemnitur, vbi corporis voluptatibus ſolutè & effuſè ſine ſcrupulo conſcientiæ indulgetur, vbi cum corpore defuncti ſepulto animę quoque recordatio extinguitur, vbi inſignia monumenta ab optimis principus ad animarum memoriã & ſolatium erecta laudabile eſt deijcere, vbi Regum & Sanctorum corpora propter plumbi quo inuoluebãtur cupiditatem exhumata, vel ſub dio relinquuntur, vel in ſterquilinia cum beſtiarum cadaueribus abijciuntur. Vbi Sanctis defunctis vel animarum æternam cum Deo beatitudinem aſſerere, vel particulam corporis quid in gloria ſurrecturum eſt ad teſtandam & fouendam de reſurrectione fidem circumferre periculoſum eſt, imò capitale & proditorium eſt, vbi æter-

na in cælis fœlicitas, vel ſempiterna apud inferos damnatio ſolum idque rarius auditur, quarum altera tantum inſigniter bonis tribuitur, altera nequiſſimis & in improbitate ad mortem vſq; perſeuerantibus debetur, nullus autem ſupplicij aut caſtigationis locus medio hominum generi, quorum infinita eſt multitudo, relinquitur, quum vera iuſtitia non minùs hoc poſterius quam illa priora requirat. Vbi tam multa dicuntur ad ſopiendas hominum cõſcientias & diuini iudicij terrorem eximendum: qui fieri poteſt quin illic tota ſi quæ inhæſerat de corporum reſurrectione & vita æterna fides ſenſum euaneſcat? Oleum ſi detrahas vel alia ignis fomenta, ignis extinguatur neceſſe eſt. Interrumpe canales qui in fontem influunt, neceſſe eſt fontem exareſcere. Sine quotidianis alimentis corpus humanum deficit, ſine quotidiana exercitatione quas didicimus artes ſenſim obliuiſcimur, & ſine externis operibus fideique roborandæ præſidijs & adminiculis qui fidem vllam maximè reſurrectionis conſeruari poſſe dicit is nunquam ſeriò quid ſit illa fides ſecum cogitauit. Quærit Petrus Martyr virum *recurrit argumentum illud Apoſtoli Pauli, vt quemadmodum ille dixit ſi non eſt reſurrectio commedamus & bibamus, ita è diuerſo poſſimus conficere, ſi quos viderimus ventri & voluptati deditos, illos eoſdem futuram vitam & reſurrectionem minime credere?* Reſpondet autem quod *licet argumentatio non ſit ἀποδεικτικὴ, nihilominus probabile eſt eos qui maximè ac fere ſemper ſtudent ijs voluptatibus, eos futuram vitam vel non credere. vel ſaltem frigide de ea ſecum cogitare.* Fatetur eodem loco *Libertinos* quorum tam latè patet ſecta in Eccleſijs Euangelicis & maximè in Anglicana, *reſurrectionem deridere & eludere ſcripturas, quaſi loquantur de reſurrectione animorum qui quum mortui eſſent peccato per Chriſtum & fidem in eum vitæ reſtituuntur.* Et quanquam nihil ſit hac inſania ſtupidius, quoniam ſcriptura varijs in locis clariſſimè de corporum reſurrectione loquatur, addit tamen idem Martyr: *dici non poteſt quam facile hi ſermones pernicioſi inhæreant in animis infirmiorum fratrum.* Quod ſi ex ſola vita diſſoluta ſumitur argumentum probabile, quod quia ſic viuant futuram vitam & reſurrectionem non credunt, in veſtris cœtibus vbi hanc effuſam luxuriam ipſorum amiciſſimi confitentur, vbi præterea ad hoc tam multa alia ſigna magni ponderis accedunt, quibus argumentum efficitur longè neruoſius immò vbi fratribus non modò *ebrijs intra pocula, ſed etiam ſobrijs inter ſamiliaria*

Martyr comment. in 1 Corin. cap. 15. fol 420.

liaria colloquia erumpunt illa voces, ſe non credere illam Papiſticam mortuorum reſurrectionem; quis non poterit de veſtro Atheiſmo ſecurè ſententiam ferre? Etſi veſtri Libertinorum fatuitatem tam craſsè & impurè ſcripturas de reſurrectione eludentium adeò tamen cupidè arripiunt? vbi cum Libertinis Lutheri & Lutheranorum, & Eccleſiarum non tantùm Germanicarum, ſed Flandricarum etiam, & Gallicarum & tot aliarum tum in diſputando ſubtilitas, tum in perſuadendo authoritas copulata fuerit: quanto magis neceſſe eſt eos huius perfidiæ amore incenſos & ad Libertinorum impietatem toto impetu totiſque gregibus procurrere? Atque hactenus. Samuel, ita defendi quæ tu in Alcorano noſtro reprehendiſti, vt vna in veſtrum Euangelium ferè omnia iuſtiſſime retorſerim, quorum tu iniquiſſimè Alcoranum accuſaſti. & ſpero me ſatis abunde præſtitiſſe quod ſim pollicitus, permulta quidem Euangelio veſtro cum noſtro Alcorano eſſe communia, permulta autem ita vobis eſſe propria vt quoad illa communionem nullam vobiſcum habeamus, & horum pleraque eſſe adeo turpia & ſcelerata, & ex fecibus non tam Paganorum, quam Sadducæorum, & Epicuri, & Diogeræ hauſta, vt niſi ea in vobis execraremur indigni eſſemus quos terra ſuſtineret. Vnde quemadmodum de Colubro narratur, quod cum Muræna congreſſus non priùs admittitur quam venenum depoſuerit, ſic vos ſi ad communionē Alcorani noſtri velitis recipi, has venenatas opiniones deponatis oportet priuſquam tantum honoris poteritis obtinere. Longiore autem in his vſus ſum oratione, vel quia rerum varietas & magnitudo paucis non poterat expediri, vel quia valde cupio tibi prodeſſe, & errores in quibus verſaris eximere, vel quia Alcorani defendendi officium eo me compulit, vel etiam quia eius excellentiam ſupra Euangelium veſtrum admodum deſidero veſtris hominibus innoteſcere, eo fine vt ſi maiorum & Apoſtolorum ſuorum exemplo ad nos commigrare nolint, ſaltem à talibus blaſphemijs abſtineant quibus quum Euangelium hoc ſcateat, eas tamen probare nemo poteſt niſi qui capitalem ſe Dei & hominum, imò & humanitatis & diuinitatis hoſtem profitetur.

Ælianus lib 12. cap. 5. & 23. Plinius lib. 9. cap. 23.

(:)

ARGVMENTVM CAPITIS NONI.

Addit Michæas antegreſſis duo corollaria, quo magis ad ſe trahat Samuelem. Primum, parem eſſe ſi non maiorem Turcis de ſua fide Mahumetana & conſequenter de ſalute æterna, quam Anglis vel quibuſuis Proteſtantibus de ſua fide Anglicana aut Euangelica certitudinem. Hoc autem probat duplici ratione, quarum prima eſt authoritas Eccleſiæ Dei, cuius inueniendæ ponit decem notas vel proprietates, communiter à proteſtantibus ſcriptoribus Eccleſiæ attributas: ex quibus omnibus aliquo modo conuenientibus Eccleſiæ Turcicæ, quarum vix vna vllo modo conuenit Eccleſiæ Proteſtanticæ ſiue inuiſibili vt ante Lutherum, ſiue viſibili vt poſt, cõcludit Eccleſiam veram veritatis Euangelicæ cuſtodem & Magiſtram, multo probabilius reperiri in congregatione Turcarum, quam Proteſtãtium. Deinde alio modo probat, ſaltem non minus certò Eccleſiam Mahumetanam eſſe veram Dei Eccleſiam, quam Euangelicam, quia quæcunque ſcriptores Euangelici ponunt doctrinæ puræ axiomata & principia ad conſtruendam Eccleſiam Euangelicam, non particularem, ſed generalem Proteſtantib. omnibus communem neceſſaria, ea ſi non magis, æquè ſaltem clarè plenequé in Eccleſia Turcica reperiuntur, atque in congregatione Euangelica, id quod ex vero & proprio Euangelicorum Symbolo fidei, illis & Turcis per omnia communi optime patet, multiplicíq; Doctorum & Eccleſiarum Caluinianarum idem atteſtantium authoritate. De altero corollario vide caput duodecimum.

CAPVT NONVM.

QVIBVS hactenus ita particulatim explicatis hæc præterea duo corollaria adijcio, vtraq; valde certè euidentia, ſi vel rationem audias, vel authoritatem etiam apud vos grauiſſimam. Alterum eſt, ſi verè de vita æterna adipiſcenda ſolicitus es, eam Turca quam Euangelicus multò ſecurius conſequeris. Alterum, ſi à recta ſalutis via errando excidas, hoc tuum peccatum multò eſt leuius coram Deo, & minus acerbè apud inferos caſtigabitur, ſi

tur, ſi cum Turcis, quam ſi cum Euangelicis erraueris. Hæc vtraque (quæ quanti ſunt momenti!) etiamſi homini rudi & imperito admirabilia videri poſſint, tu tamen poſt iſtam tam longam diſceptationem pro tuo ingenio & acumine non dubito, quin ſtatim veriſſima eſſe perſpicies. Si enim recordaris quænam Doctores veſtri neceſſaria faciant omnibus vniuerſa mortalibus, vt ad cæleſtem patriam aſcendant, noſti ea eſſe, primum, vt Eccleſiæ veræ ſe adiungant, extra quam nulla eſt ſalus: tum vt recta atque Euangelica fide ſint prædıti, qua ſola abſq; omni conſideratione operum iuſtificantur. Hæc duo ita ſunt inter ſe nexa & implicata, vt ex vno inferant & concludat alterum, ex vera Chriſti Eccleſia rectam fidem, & ex recta atque Euangelica fide veram Chriſti Eccleſiam, extra cuius communionem non eſt poſſibile vt aliquis æternam beatitudinem conſequatur. Hanc autem Eccleſiam (vt ab ea exordiar) certius apud noſtros Turcas quam veſtros Proteſtantes reperiri, & ſi ea quæ hactenus diſputata ſunt, planè conuincunt, tamen ego alijs principijs poſitis alio modo oſtendam. Statuamus ergo tanquam firmum & immobile, quod pro tali veſtri ſimpliciter omnes, non vnus Lutherus, aut Zuinglius ſolus, ſed Lutherani & Zuingliani, & Caluiniſtę, & Puritani, & Anabaptiſtæ, & reliqui Euangelici quicunque in Eccleſia definienda contra Papiſtas tãquam ſolidè fixum, & literis ſacris euidentiſſimè ratum conſtituunt; Eccleſiam nimirum veram eſſe, quæ habet puritatem doctrinæ, & rectam adminiſtrationem ſacramentorum. *Symbola Eccleſiæ dignoſcendæ ſufficientia & certa ponimus, verbi prædicationem, & Sacramentorum obſeruationem*, inquit Ioannes Caluinus. Eadem eſt ſententia Petri Martyris, eadem Philippi Melanchthonis, eadem Ioannis Brentij, eadẽ Bullingeri, Muſculi, Martini Lutheri, Theodori Bezæ, quorum ego verbis in re plana repetendis nolo tibi eſſe moleſtus. Cum his tamen ſignis eodem quo proximè loco Ioannes Caluinus legitimum miniſterium tamquam ſymbolum non minus neceſſarium copulat. Sic enim habet. *Notæ & ſigna Eccleſiæ ſunt verbi prædicatio, & miniſterium. Nihil magis molitur Satan, quam iſtorum vtrumque vel alterum tollere. Eius arte factum eſt, vt pura verbi prædicatio aliquot ſæculis euanuerit, nunc incumbit ad labefactandũ miniſterium, quod tamen ſic in Eccleſia Chriſtus ordinauit, vt illo ſublato huius ædificatio pereat.* Mox addit, *hæc eſſe ſigna & teſſeras quibus ſufficienter deſcriptam Eccleſiam Dominus putauit*. Adeò vt Caluino hæc tria, *verbi prædicatio, Sacramentorum adminiſtratio*, & legiti-

Caluin. Inſtit lib. 4. cap. 1. §. 9. 10.
Martyr Comment. in 1. Corin. cap. 1. v 2.
Melancht. in locis cõmunibus.
Calui. vbi ſupr. §. 11.
Ibidem.

legitimum miniſterium abundè ſufficiant ad Eccleſiam definiendam. Et tamen alibi ipſe Caluinus alia quædam videtur addere. In reſponſione enim ad literas quaſdam Cardinalis Sadoleti poſt multa de Eccleſiæ proprietatibus vltro citróque diſputata, ſic Cardinalem illum affatur: *Iam ſi definitionem Eccleſiæ tua veriorem recipere ſuſtines, dic poſthac Eccleſiam eſſe ſocietatem Sanctorum, quæ per totum orbem diffuſa, per omnes ætates diſperſa, vna tamen doctrina Chriſti, & vno Spiritu colligata, vnitatem fidei & fraternam charitatem colit atque obſeruat.* Vbi præter ſuperiora hæc quoque. Primo, *vt ſit diffuſa per totum orbem.* Secundo, *diſperſa per omnes ætates.* Tertio, præterea *fraternam charitatem.* Quarto, *ſiaeique vnitatem colat* hæc quatuor in definitionem Eccleſiæ verè includit. Quod ſi iam ego hæc omnia pleniùs, perfectiuſque in Eccleſiam Mahumetanam, quam Caluinianam & Lutheranam conuenire demonſtrauero, an non conſequetur noſtram hanc Eccleſiam eſſe veriùs Eccleſiam Chriſti, ideóque & hic eſſe ſecutiorem ad cælum viam? Sed quia cupio planè hoc expedire, & cauillos omnes præſcindere, & video quid contra hæc poſſit obijci, Caluinum nimirum ſolum non comprehendere omnia quæ ſunt de Eccleſię natura, nec Lutheranos eius libenter authoritati ſoli acquieſcere, age quemadmodum Lutherani doctiores, & ſacrarum literarum peritiores Eccleſiam definiant, & ad eam quid præterea requirunt, intueamur. Magdeburgenſes igitur qui diligenter & copioſè ex ſcripturis colligunt, quid ipſam Eccleſiæ eſſentiam attingat, ita ſcribunt *Ex Chriſti doctrina & prædicatione talis Eccleſiæ definitio contexi poteſt. Eccleſia eſt viſibilis cœtus amplectentium ſinceram Euangelij doctrinam, & rectè viuentium ſacramentis* &c. Vbi congeſtis multis ſententijs probant primam definitionis ſuæ partem, confirmatque Eccleſiam neceſſariò *ſemper eſſe viſibilem*, cui tamen rectiùs pernoſcendæ alibi ex Apoſtolis notas quaſdam peculiares attribuunt (præter eas quas modo perſtrinximus, puram doctrinam, & legitimum ſacramentorum vſum) *conſtantiam & perſeuerantiam in vera fide eiuſdemq; confeſſionem,* & deinde *obedientiam erga miniſterium.* Quod ſi harum ſingularũ vberem ex ſcripturis probationem experis, ad ipſos Centuriarum fontes ego te remitto, vbi affatim reperies quod ſitim tuam expleat. Quoniam ergo vt illi rectè Theologice asserunt, *vna eſt Eccleſia Dei omnibus ſæculis & vbique locorum diſperſa, vt Chriſtus docet, idem etiam docet duraturam ſuam Eccleſiam in hoc mundo vſque ad ſuum aduentum, quam*

Caluin. in reſponſ. ad Sadoletum. pag. 174.

Magdebu. Centuria 1. lib. 1. c. 4. pag. 170.

Centur. 1. lib. 2. ca. 4. pag. 179. 380. 381.

Ibid. lib. 1. cap. 4. pag. 175

tumnis ſæuiat diabolus & mundus. Matth. 7. Non cecidit, fundata enim erat ſupra petram. & Matth. 16. portæ inferi aduerſus eam non præualebunt: adeo vt Eccleſiam perpetuam eſſe articulus fidei ſit, de quo nulli Chriſtianorum ambigere licet: ſed quænam ſit illa Dei Eccleſia, & vbi ſit, id verò in controuerſia non parua hæret; Hanc controuerſiam ego Samuel facilè nullo planè negotio tibi explicatam dabo & conuincam clariſſimè non veſtram nuper exortam Euangelicam, ſed noſtram Eccleſiam Alcoranicam eſſe hanc Eccleſiam Dei. Idque vt quam planiſſimè, & craſſa Minerua à me fieri aduertas, collige diſtinctè & ſingulatim omnes iſtas à tuis Eccleſiæ Dei aſſignatas proprietates, quarum prima eſt, vt ſit *cœtus viſibilis*. *Secunda, publicè confitens veritatem, in eaque perſeuerans.* Tertia *diſperſus per omnes gentes.* Quarta, *idque omnibus ſæculis.* Quinta, *ſeruans fraternam Charitatem.* Sexta, *& vnitatem fidei.* Septima, *habens legitimum miniſterium.* (Octaua, *cui populus eſt obediens*). Nona, *ad rectum ſacramentorum vſum.* Decima, *puramque doctrinam.* Ad has notas ſi tibi placuerit examinare Eccleſias, de quibus contendimus Mahumetanam & Euangelicam; quam clarè videbis noſtram Eccleſiam eſſe omnino quoad has proprietates & veſtræ comparatione perfectam, veſtram autem non modo imperfectam, quaſi maculis quibuſdam fœdatam, ſed omninò nulla ratione Eccleſiam, vt quæ nullam habeat particulam, aut lineamentum Eccleſiæ formandæ neceſſarium. Nam ne opus ſit per iſta omnia ſingulatim peruagari, vno poſito quod tu Samuel initio tua ſponte poſuiſti, & eſt ſine controuerſia veriſſimum, Eccleſiam veſtram à tempore Gregorij Magni Pontificis Romani nuſquam terrarum extitiſſe vſque ad Martini Lutheri, & Hulderici Zuinglij, vel ſaltem VViclephi ætatem, an non hoc vno poſito conficitur Eccleſiam veſtram reliquis illis notis omnibus & ſingulis caruiſſe, quæ adeò ſunt ad eius eſſentiam neceſſariæ? Quæ non nuſquam erat, quæ à nemine mortalium conſpiciebatur, non poterat publicè confiteri veram fidem, in eaque perſeuerare; non erat diffuſa per omnes gentes; idque ſæculis omnibus, quæ nulla in gente erat, multiſque ſæculis prorſus extitit nulla; non poterat obedire legitimis Miniſtris, quæ nullum habebat cuiuſcunque generis miniſterium; & denique certo certius reliquis illis deſtituebatur, quæ niſi in certo cætu hominum non poterant vſurpari, ſed ne concipi quidem. Nam quanquam nonnulli è fratribus tuis minus docti & magis impudentes ad Eccleſiæ inuiſi-

& lib. 2. cap. 4. pag. 281. Centur. 10. in præfat.

Decem notæ & ſigna Eccleſiæ veræ.

inuiſibilis Platonicam idæam confugiunt, ibique ſe tutos arbitrantur, tamen & illud & paucorum phreneticorum figmētum, & ab iſtis Magdeburgicis denſa ſcripturarum acie refellitur; à teipſo qui *generalem Eccleſiæ interitum* agnoſcis, ab Eccleſia tua Anglicana, quę ante Lutherum & Zuinglium *Eccleſiam totam corruiſſe*, prorſus funditusq́ue extinctam fuiſſe veram religionem omnem aſſerit, vt nec *vlla ſcintilla ſupereſſet diuinæ lucis*, & breuiter à Luthero & Caluino multis in locis & libris refutatur, & ſi tu vel generalem tantum tuorum, ſaltem qui aliqua doctrina & ingenij acumine ſunt præditi, in Eccleſia deſcribenda formam recordaris, ſtatim fateberis eſſe inanem & futile. Ecquid enim dabis eſſe Eccleſiam Euāgelicam, quæ doctrinam non habet Euangelicam, ſed Euangelio planè contrariam, & quæ neceſſaria quadam conſecutione ipſa Euangelicæ veritatis & Chriſtianę ſalutis fundamenta euellat? Nequaquam, eſt enim nimis abſurdum, & ne cogitari quidē poteſt, multò minùs credi. Quænā verò ſunt illa dogmata adeò fundamentis ipſis Euangelicæ veritatis aduerſa & pernicioſa, vt non aliter quàm aqua ignem, & mors vitam, ſic illa Euangelicam fidem deſtruant & diſperdāt? *Ea ſunt* (inquit Theodorus Beza) *Romani Pontificis primatus, inuocatio diuorū, preces pro mortuis, idolorum* id eſt, imaginum) *fabricatio & adoratio, liberum arbitriam, meritum, indulgētia, & cætera eiuſmodi, quæ nunquam niſi conuulſa doctrina cæleſtis authoritate ſtabiliri potuerunt, hæc ipſa fundamenta Chriſtianæ ſalutis cōuellunt, vel ijs fundamentis ſuperſtructa ſubuertunt.* Sic Beza: idemq́ue eſt iudicium Ioannis Caluini & aliorum. Ab hoc perge iam Samuel ad perſcrutandas omnes Chriſtiani nominis Eccleſias, quę ab annis mille, aut etiam mille ducentis in orbe Chriſtiano extiterunt, & reperies nullam, quæ non dico vnum aut alterum (quod tamen ad euertendam Eccleſiam Euangelicam ſatis eſt, quemadmodum vnum lætale vulnus inflictum cordi ad hominem interimendum) ſed multa horum dogmatum non tenuerit, & ſolicitè prædicauerit. Cuius rei ſine multo tuo labore ſi clarā probationem deſideras, hiſtoricos Magdeburgenſes adeas, & vel præfationes ſingularum Centuriarum percurras. Illic nimirum & alibi perſæpè videbis iſtos diligenter & fusè probare iſtorum quæ Beza enumerat pleraque, & *cætera eiuſmodi*, tetras nimirum doctrinæ Euangelicæ corruptiones, in *Eccleſijs omnibus* magis magiſq; per *ſingulas ætates* inueteraniſſe, quod perinde valet, ac ſi *nulla ætate* à mille ducētis annis *aliquam Eccleſiam Euangelicam* fuiſſe planè & ſyl-

labat-

Luther. lib contra Papatum Calui. Inſtit. lib 4. cap. 10. §. 5 cap. 17. cap. 18.

Beza in præfatione Teſtamenti noui ad Principem Condæum.

Calui. Inſtitut. lib. 4. cap. 2. §. 1. 2. 3. 4.

ſabatim dixiſſent. Quod ſi Magdeburgenſium tam multas & prolixas præfationes euoluere moleſtum tibi eſt, vel ipſe Caluinus in ea ſententia, quam modò citaui, habet ſi rectè expendatur, quod homini non contentioſo ſatisfaciat. Illic enim ſcribens *aliquot ſeculis*, vel (vt eſt in Gallica trãslatione, quàm paulò poſt emiſit) *multis annis euaniſſe puram verbi prædicationem*, ſimul fatetur totidem annis & ſeculis euanuiſſe Eccleſiam, quæ ſine tali prædicatione verbi non conſiſtit. Quare quum in veſtram Eccleſiam harum Eccleſiæ Dei veræ proprietatum nulla conueniat, verte iam te ad intuendam Eccleſiam noſtram, & hic iſtarum omnium nec vnam deſiderabis: Eccleſiam enim Catholicam tempore Gregorij Papæ primi ruentem, antequàm planè euerſa caderet, excepit noſtra, eiuſque errores correxit, quæ continuata ab eo tempore Miniſtrorum & Calipharum ſucceſſione *viſibilis* ſemper permanſit. 2. *publicè confeſſa eſt veritatem* non ſolum de vno verò Deo, ſed etiam de Chriſto, de Chriſti miraculis & operibus, de eo vero Meſſia, de eius Euangelio, fideque veriſſima, *in eaq́ue fide hucuſque perſeuerauit. 3. Diſperſa per omnes gentes. 4. Idque ſeculis omnibus*: Omnes enim orbis partes celebriores, Perſia, Tartaria, India, Aſia minor, Arabia, Mauritania, Barbaria, Africa tota, vt alias omittam, Alcoranum agnoſcũt, eumque ab ea tempeſtate, qua primum eſt editus, religiosè coluerunt. De 5 *fraterna autem charitate. 6. Et vnitate fidei. 7. Et legitimo miniſterio. 8. Quaque miniſterio exhibetur reuerentia* ſingulari, à qua nec ipſi maximi & potentiſſimi Monarchę noſtri ſeſe eximunt, quid opus eſt alia noua adijcere ijs quæ iam ſuperius abundè, copiosè clareque ſunt demonſtrata. 9. Idem de *recto ſacramentorum vſu. 10. Puraq́; doctrina* dictum eſto, quod vtrumque nobis quam vobis purius, purgatiuſque eſſe manifeſtis argumentis euicimus. At inquies fortaſſis, etiamſi Euangelicæ Eccleſiæ ſuperioribus ſęculis, quando nulla prorſus apparuit, nulla fieri poteſt ad Mahumetanam collatio, hoc tamen ſæculo poſtquam per Lutherum & Zuinglium ædificata, poſtquam vt eſt in Apologia Anglicana *duo illi præſtantiſſimi viri ad illuſtrandum terrarum orbem à Deo miſſi primùm acceſſerunt ad Euangelium*, poſt hæc *religionis veſtræ initia & exortum Euangelij*, vt ibidem dicitur, ab hoc tempore Eccleſia veſtra perfectà, & ſuis numeris abſoluta, vera & vnica eſt Dei Eccleſia, cum qua noſtram Mahumetanam nefas eſt contendere. Id vtrum ita ſit (etſi qui aliquando eã deſijſſe & *interijſſe* ait, veram Dei Eccleſiam eſſe negat, quæ perpetuò *omnibus* non

Inſtitut. li. 4. c. 1. §. 11. par longues années.

Apologia d. 3. a. 6. c. 4

Matth. 28

non ſolum annis & menſibus, ſed etiam *diebus* & horis perma nere debuerat) ne ſic quidem defugio examen, idq́; iuxta notas ab his Magiſtris & Apoſtolis veſtris præſcriptas. Fuit Eccleſia veſtra ab eo tempore *viſibilis*, fateor. 2. *publicè etiam confeſſa eſt veritatem.* Id quidem etſi quoad multas partes valde dubium eſt, imò planè falſum, vt iam probauimus, tamen eſto concedatur id quoque: ſed nunquid in ea perſeuerauit? nihil minùs. Nam & ipſi Apoſtoli veſtri Martinus Lutherus, & Huldericus Zuinglius, & alij Doctores continenter eam variarunt, vt nos ex ipſorum claris teſtimonijs ſuo loco docuimus; & neſcio an aliqua nominari poſſit ciuitas aut prouincia famoſior in tota Germania (ne longiùs progrediar) quæ 50. annis eandem Euangelicam fidem retinuerit. Quod ego ſi velim, poſſem particulatim demonſtrare de Palatinatu Rhenenſi, de Ducatu VVirtembergenſi, de Alſatia, de Saxonia, de VVittemberga, de Brema, de alijs ciuitatibus & prouincijs. Sed quia hoc nimis longum eſt, nec huic loco tam aptum, hoc vnum & vniuerſale argumentum manifeſtè ſatis illud conuincet. Tota iſtorum religio qui à Papa ad Lutherum abierunt, an non in Confeſſione Auguſtana fundata eſt? maximè. Sic enim ipſi in ſuis Synodis fatentur. *Ad Confeſſionem* (inquiunt) *Auguſtanam, ſecundum verbum Dei, tanquam ad fundamentum religionis noſtræ nos referimus, & reſpicimus, & ad quam leges ſacræ pacis in Imperio allegatæ ſunt, quæ nobis eſt tanquam norma, gubernatrix, & iudiciorum regula.* Ea autem adeò inſigniter & planè incredibiliter variata eſt, vt iam quæ ſit vera Confeſſio Auguſtana nec ipſi Lutherani eiuſdem defenſores acerrimi ſciant, nec id ipſi quoque diſſimulant. Proximo certè poſt eam editam anno tam inſignis facta eſt articuli de cœna mutatio, vt Auguſtana impreſſio tradens *corpus & ſanguinem Chriſti verè ſumi ſub ſpeciebus panis & vini* planè Pontificiam ſententiam expreſſerit; VVirtembergenſis autem, *Corpus & ſanguinem Chriſti verò diſtribui veſcentibus in cœna Domini*, nihil omninò à Caluiniana opinione diſcreparit. Poſtea diuerſis temporibus in alijs atque alijs ciuitatibus Imperij, Argentorati, Haganoæ, Ratisbonæ, VVirtembergæ, Ienæ, Auguſtæ, VVeſaliæ, Norimbergæ emiſſa eſt, ſed continenter tot verbis & particulis inflexis, ablatis, additis, immutatis, & in alieniſſimum à prima confeſſione ſenſum diſtortis, vt ipſi Lutherani Doctores Lutheranicæ gloriæ, & Confeſſionis Auguſtanæ ſtudioſiſſimi, *in dubium & controuerſiam reuocarint, quæ ſit vera & legitima Confeſſio Auguſtana.* Sic enim perſpicuè

Colloqu. Altemb. fol. 464.

Confeſſio Auguſt. ann. 30.

Eadē Confeſſ. an. 31.

ſpicuè in plena eorum Synodo ſcribitur, vbi longiſſimam & moleſtiſſimam habent diſputationem, quænam ſit illa Confeſſio Auguſtana genuina, quæ notha, his Lutheranis vnam, illis aliam præferentibus, vbi poſt valdè multas differentias vnius confeſſionis ab altera, vt quod *Principes in conuentu Naobburgenſi vni volebant ſubſcribere, non alteri*: Quod *hæc Sacramentarijs, Antinomis, Maioriſtis rimam aperuerit, non illa*: Quod *recentior articulos quoſdam mutilat, vt de cœna, & cæt. deprauat locum de libero arbitrio, & cæt.* Et denique *quod antiquior & verior Confeſſio Auguſtana magis Lutherizat, recentior autem magis Philippizat*, hoc eſt, Philippi Melanchthonis indolem ſapit, qui in religione nihil vnquam habuit certum, nihil fixum: poſt hæc & huius generalis alia, addunt in fine tanquam rem notiſſimam, tam *frequentem mutationem Confeſſionis ſcandalum obieciſſe infirmioribus, vt dubitarent de fundamentis religionis; & ſine dubio multos abſterruit, ne noſtra* (inquiunt) *Confeſſioni ſe adiungerent.* Hęc autem aliorum Symbolorum baſis & ſubſtructio quum talis ſit qualem iam vides, ecquis dubitat alias quæ huic inhærent & innituntur fidei profeſſiones eiuſdem eſſe conditionis? Ita nimirum eodem in Concilio aſſeritur, & ipſum Lutheri in Cathedra VVittembergenſi ſucceſſorem D. Georgium Maiorem, & reliquos VVittembergenſes & Saxonicos Theologos *in fide ſua miſerabiliter rotari, & quaſi ventis contrarijs raptari, & ſine fine modoq́; variare Confeſſionem ſuam*; & generaliùs de Germanis omnibus ad hanc Confeſſionem fidem conformantibus ſcribunt Illyricus, VVigandus, & reliqui illi Magdeburgici, quod *ſint meri Ecebolij*, quod *in religione abſque omni conſcientia more ſu Polypos agant & Vertumnos, iam veram doctrinam probantes, mox eandem damnantes; iam appellantes hæreſim, quod antea pro veritate inuicta prædicabant.* Et hos tu Samuel Ecebolios, Vertumnos, Polypos dices in vnius fidei confeſſione perſeueraſſe, quos vides ipſa fidei ſuæ fundamenta tam inconſtanter & mutabiliter verſaſſe? Veſtra autem Anglicana multò magis eſt mutationibus obnoxia, quæ (vt ſuo loco docuimus, & tota Europa teſtis eſt) intra 30. annos aliam atque aliam formam quater induit, & ita pendent omnia ex vnius fœminæ & aulicorum nullam magnopere religionem curantium arbitrio, vt non poſſit maiorem ſibi ſuique cultoribus conſtantiam polliceri, quam eſt in ingenio muliebri & fauore aulico, vt & ratione & experientia quoque docuimus. Sed perſequamur reliqua. Num Eccleſia veſtra eſt *per omnes*

Colloq. Altemb. fol. 462.

Centur. 9. in præfatione.

omnes nationes diffuſa? nec ipſe opinor dices in India,& Perſia,
in Armenia,in Aſia minore,in Iudæa,in Africa,in Græcia, in
Macedonia,& Peloponneſo,&c. Vbi Alcoranus viget, vllos
eſſe Lutheranos,vllos Confeſſionis Auguſtanæ diſcipulos,vl-
los Zuinglianos,aut Caluiniſtas.Quin vt Lutherani certis Im-
perij Germanici prouincijs & ciuitatibus cõtinentur,ita Cal-
uiniſtæ & Zuingliani quanquam propagati latiùs,nullum ta-
men Miniſtrum, nullam congregationem habent extra cer-
tam partem Europæ in vllis reliqui terrarũ orbis regionibus.
Proxima illa *ſæculis omnibus* continuatio quemadmodum di-
ci aut fingi poteſt de Eccleſia illa,cuius vos ipſi *exortum & ini-
tia* patrum noſtrorum ætate fatemini? Et certè niſi filium an-
tiquiorem patre, opus artificè, effectum cauſa dicere velitis
Eccleſiam Lutheranam,Zuinglianam, Caluinianã annis ab-
hinc ducentis fuiſſe,qua tandem ratione eſt poſſibile 5. *Fra-
terna* vobis *charitas nulla eſt.6.Vnitas fidei* multò minor.7. *Mi
niſterium* an ſit *legitimum*,alibi declarabitur.8. *Obedientia er-
ga miniſterium* tam exigua, vt potiùs contrarium ſit Eccleſiæ
veſtræ proprium,videlicet obedientia miniſterij erga populũ.
De quibus ſingulis vt aliquid dicamus,quænam fraterna cha-
ritas inter vos eſſe poteſt,inter quos à primis Euangelij initijs
inchoatum per ipſos Apoſtolos Lutherum & Zuinglium pro-
pagatum eſt ad poſteros odium Vatinianum & irreconcilia-
bile? cuius antea nonnulla exempla ſunt poſita, nec opus eſt
hic repetere.Et quid ego Lutheranos & Zuinglianos nomino,
quando Lutherani à Lutheranis,hoc eſt,genuini fratres à fra-
tribus ſuis capitali odio diſſident? Cuius egregium habemus
exemplum in Lutheranorum Synodo proximè memorata, v-
bi vtraque pars de alterius maledicentia conqueritur. Sic pri-
mò Lutherani è ditione Electoris Saxoniæ,qui dicuntur *mol-
les* vel *Melanchthonici. Aduerſarij noſtri in ſuis Theatris non
tantum paucas perſonas clamoribus ſuis deformant & lacerant,
ſed in totas Academias & Eccleſias,in quibus docemus, horren-
dum in modum,& exquiſitiſſimis conuitiorum fulminibus inter-
dum debacchantur,vtque de his voces ad nos perferantur dicere
cohorreſcamus.* Quid alij *rigidi Lutheriani* è dominatu Ducis
Saxoniæ? *Primum* (nota Samuel miram Dei erga hos proui-
dentiam,nec minorem horum erga Deum pietatem) *gratias*
(inquiunt) *tibi agimus æterne & omnipotens Pater,Fili,& Spi-
ritus ſancte, quod in tam ſæua & horriſona tempeſtate domma-
rum colloquutorũ in nos tot horis effuſa, dextera tua benigne nos
texiſti & ſuſtentaſti, ne penitus opprimeremur,&c.* Poſt hanc
præfatio-

præfationem ſequitur deinceps: *Legimus* [illegible] *ſionem, in Verrem, & Papiſtarum in Martinum Lutherum, Epigrammata & Satyras Poëtarum: Sed coram Deo & Angelis* [illegible] *que Christi Eccleſia, liberrima conſcientia profitemur,* [illegible] *verſa vita, in vno libro plura maledicta & conuitia* [illegible]. *Quæ omnia æquiùs idcirco ferimus, quia ſcimus ex perpetua Chriſti hiſtoria, Profeſſores cæleſtis veritatis odia & maledicta in hoc mundo reportare ſolere. Sic enim accidit Prophetis, Chriſto, & Apoſtolis.* Sic iſti Prophetici & Apoſtolici Lutherani, qui tamen quantum obliuiſcuntur eius quam ipſi ſibi arrogant perſonæ, & qualem menſuram rependunt ſuis fratribus, qui [illegible] nos poſt *ſeriam verbis, & ardentem diuini nominis implorationem, & mentionem religioſam præſentiæ Dei omnia intexunt, mox quaſi lethæis poculis hauſtis delabi ad ironias & ſugillationes acerbas, ad petulantes inſectationes, præſtigias ſophiſmatum, ſycophantias, rixas, venenatos ſarcaſmos, & conuitia, & in his adeo ſe volutando oblectare, vt nulla pagina ſit, in qua iſta delitia magis Pſeudolum in Comœdiis, quam Theologos in tam illuſtri conceſſu decentes portentoſa quadam variatione non repetantur:* Hæc & huiuſmodi multa, vt quod *alij alios quaſi excommunicatos, & condemnatos vitarunt & fugerunt, nec ad abſolutionem vſumque cœnæ Dominicæ, neque aſſiſtentiam Baptiſmi, alij alios admiſerunt*: Hæc ego te malim ex ipſa Synodo petere, quam meum hunc ſermonem illis recenſendis nimis prolixum & moleſtum reddere. Quanquam imprudenter ego & ſultè odij veſtri vnum & alterum exemplum profero, qui breuiùs & planiùs, nec minùs verè dicere poſſem Eccleſiam veſtram non eſſe aliud, quam immenſam quandam rixarum & iurgiorum officinam, quæ ſchiſmatibus & diſſenſionibus infinitam ianuam aperit, quæ contentionibus interminatis ſemper neceſſariò in dies ſingulos exorituris fratres Euangelicos à fratribus diſtrahit, nec vllam tamen habet ineundæ concordiæ viam aut modum; adeò vt hæc fraterna concordia tam longè abſit ab Eccleſia veſtra, quam à cælis inferi. Et quomodo vobis poteſtis vendicare vnitatem fidei, quando hic inter ipſos Lutheranos fidem conſtat eſſe variam & multiplicem? Quando ea quæ à primis veſtris Apoſtolis Martino Luthero & Zuinglio duplex ſeminata eſt, iam creuit in fides & ſectas pluſquam ducentas, vt eſt à fidelibus hiſtoricis ante multos annos annotatum. Quanquam ego non dubito multas iam ſectas tum alibi, tum in noſtra domi patria vigere, & diſcipulorum gregibus abundare, quæ ſcriptores illos latuerunt.

Lauath. in hiſtor. ſacramentar.

Genebrar. in Chronolog. initio lib. 4. Prateol. in initio Elenchi Alphabetici.

latuerunt. 7. De miniſterio autem vtrum ſit legitimum, necne, non leuis eſt inter vos ipſos quæſtio, Caluino cum ſuis Geneuenſibus, & purioribus Euangelicis veſtrum miniſterium vt valde corruptum, imò vt magna ex parte Antichriſtianum improbante, vt ſuperius attigimus. Mox verò legitimum non eſſe planiùs & fortiùs confirmabitur. Miniſtros autem veſtros multò magis obedire populo, quam populum Miniſtris quis dubitat, qui meminerit, quam ſit meſera & ſeruilis Miniſtrorum veſtrorum conditio, vt qui ex fæce & quiſquilijs infimæ plebis colliguntur, vt omnia ſua, ipſum etiam ordinem miniſterialem acceptum ferant Laicis, penes quos vt eſt ſupremus rerum Eccleſiaſticarum primatus, ita poſſunt ijdem quum volunt, Miniſtros in ordinem redigere, vexare, affligere, & è Miniſtris meros efficere laicos. Neque in Anglia ſolùm, ſed in Germania quoque paſſim fit, vt laici præſcribant Miniſtris quid credere, quid docere, quid prædicare, quemadmodum Eccleſiam regere & populum informare debeant, quemadmodum in hiſtorijs ſuis teſtantur Magdeburgenſes: *Politici* (inquiunt) *Magiſtratus, aut ipſorum ſerui magno ſupercilio audent nouas religionum formas componere, eaſque Eccleſiæ Miniſtris offerre tali cum imperio, ni applaudant ſine cõtradictione, ſe ſceptro ipſos expulſuros aut punituros. Id quod etiam factitant abſque omni miſericordia.* Et rurſus. *Pro vno Pontifice Romano innumeri ex Politicis eminentia locorum atque munerum ſuffultis exiliunt, qui vicem alternantes, nunc à forenſibus rebus in Eccleſiaſticas tranſcendunt; & non contenti ſuis metis, religionum formulas Eccleſijs cum ſceptro, gladijs, & fulmine Iouis exhibent, ad quas proclamandas & ſequendas omnes pios & conſtantes verbi Miniſtros adſtringunt,* &c. Et denique Eraſmus magni inter vos nominis, & quem aliquando inter Euangelicos numeratis, Beza iudice *præcipuum Chriſtianiſmi in Germania reſtaurati organum.* Et quem Euangelici Hungariæ Miniſtri in lib. quem Ioan. Regi obtulerunt, *præcurſorem Prophetæ ſui Serueti* in ſua contra Trinitatem doctrina nominarunt: Hic vir de populi veſtri erga magiſtros obedientia ita ſcribit. *Quoties* (inquit) *populus iſte Euangelicus ſeditiones & tumultus concitat? & quam leuibus de cauſis! ne ſuis quidem Eccleſiaſticis ſatis obtemperans, niſi dicant blanda auribus, profligandi etiam ſi liberius in vitam illorum inuehantur, aut ab opinione diſſentiant.* Cuius rei pulchrum exemplum memorat de Zeloſo quodam Euangelico Argentorati, qui ſub finem concionis templum ingreſſus, quia Concionatorem ...

Centur. 7. in præfat.

Ibidem.

Beza in Iconibus.

Ann. 1567.

Eraſ. epiſ. in Pſeudo-euãgelicos.

[illegible] *vt se [illegible] male [illegible]*. De Sacramentis autem [illegible] nouam [illegible] disputationem, [illegible] Sacramenta vel (vt vestri [illegible]) [illegible] Euangelica rectius & [illegible] [illegible] [illegible] singulis suis baptismis & [illegible] [illegible] quos [illegible] *sacramentorum vsum* non habere. [illegible] quod [illegible] Anabaptisti [illegible] habent, [illegible] dicat. Nam vobis quem [illegible] sacramenta? [illegible] & est à Caluino [illegible] *fidem [illegible] confirment* [illegible]. Quid autem ad hæc [illegible] [inquit] *in hoc errore fuisse [illegible] [illegible] finem data esse, vt fidem internam confirment, & [illegible] à Deo promissum est, ceu sigillo quodam infallibili [illegible]*. [illegible] est vsitata Caluini similitudo. Verum *qui hæc [illegible] longissimè aberrarunt.* Quid ita? *quia baptismus signum [illegible] hunc finem institutum* [illegible] *impossibile enim est, vt [illegible] fidem hominis internam confirmet & stabiliat, [illegible] certiores reddat, quod idem simili ratione de Eucharistia [illegible] [illegible]ciamus* Ergo Zuinglio tanto Apostolo iudice, vos [illegible] [illegible]entorum Caluinianum vsum & sensum habetis, [illegible] perperam & nefariè abutimini. Sed vide adhuc [illegible] absurdiorem. Sic enim pergit. *Cùm verò hæc [illegible] adeò temerè & incõsideratè recepta esset, necessario hæc [illegible] Catastrophe, vt quidam infantibus & paruulis [illegible] negarent. Qua enim ratione paruulorum fidem con[illegible], quum illos fidem nondum habere constet? Quapropter [illegible] ingenuè fateor, ante annos aliquos hoc errore [illegible] esse credebam, si tum demum baptizarentur paruuli, [illegible] ad iustam ætatem peruenissent.* Non itaq; rectum sacramen

Caluin. Instit. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] de baptismo. fol 0[illegible].

torum vſum vobis ego largiri potero, niſi tu rectum eſſe vſum conceſſeris, qui tam recta tendit ad Anabaptiſmum, qui alterum ex Euangelij veſtri Principibus ita infecit, vt perdiu ſentiret Anabaptiſticè, nec eo ſe errore liberare potuit, priuſquam veſtram de ſacramentorum vſu opinionem penitùs abieciſſet. Mitto quod nec ipſe Zuinglius vnquam mihi perſuadebit, ſacramentorum quemadmodum ab ipſo formantur, & cuius tu ſententiam vt magis dilucidam & expeditam reliquis & meritò anteponis, rectè & ordine iuxta Chriſti inſtitutionem tractari. Nam ſiue illud verum ſit, quod Lutherus concludit, ex Zuinglianæ cœnæ deſcriptione effici, vt Chriſtus eximiè ſtultus fuerit, nefas eſt, vt vnquam agnoſcam Sacramentum Zuinglij eſſe Sacramentum Chriſti, qui certò certius nunquam Sacramentum aliquod ita diſpoſuit, vt adeo fædam labem eius nomini inureret: ſiue verum ſit, quod de vtriſque Sacramentis Huldericus Zuinglius ipſe ſcribit, ea nihil eſſe aliud, quam æterna ſigna, & teſſeras militares, quibus Chriſtiani ab alijs nationibus diſtinguuntur, *non aliter quam is, qui crucem geſtat albam, ſeſe Heluetium eſſe, & qui Nouellas quotannis Deo gratias acturus ob victoriam eò loci Patribus noſtris conceſſam proficiſcitur, animum habere Heluetiæ ſtudioſum prodit: ſic enim qui baptizatur, vel qui recipit Euchariſtiam, ſe Chriſtianum eſſe oſtendit, &c.* Hæc ſi ita ſint, ſi Sacramenta talia ſint *ſigna*, tales *teſſeræ*, *cuculi monaſtici*, *ceremoniæ meræ à Iudaicis & legalibus nihil quicquam diſcrepantes, nihil omninò ſpirituale, nihil diuinum, animæ purificandæ nihil continentes vtile*, quo nihil eſt apud Huldericum Zuinglium frequentiùs, tum certè ego nunquam adduci potero, vt fatear vobis rectum eſſe Sacramentorum vſum, qui ſine dubio nec Sacramenta habetis, nec eorum vſum, qualem Chriſtus ordinauit. Eſt enim prorſus incredibile, quod Chriſtus tantus vir, tamque diuinus, illa mens & ſapientia Dei, ille Prophetarum maximus, à Deo miſſus ſit Iudæorum Meſſias, vt legales illas ceremonias aboleret, & deinde æquè frigidas & infructuoſas, vel vt Apoſtolus vocat infirmas & egenas ipſe earum loco ſubſtitueret. Quod ſi nulla probabilitate rectum ceremoniarum duarum vſum vobis poteſtis aſciſcere, quanto minùs de doctrinæ puritate poteſtis gloriari? Qui doctrinæ veræ puræque nec prima principia, nulla omnino lineamenta habetis: qui, *a* Deum colitis nec ſacrificijs, nec votis, quibus nullæ vnquam nationes à mundo condito aliqua ſaltem humanitate prædite caruerunt

Zuingl. tom. 2. lib. de baptiſmo. fol. 59. 60.

Galat. 4. verſ. 8.

a lib. 1. c. 7.

[illegible] *i* qui ex hoc [illegible]
[illegible], multa damnata capita in [illegible]
duxiſtis, *c* qui de baptiſmo non tantum [illegible]
[illegible], ſed etiam impiè, ſceleratè, & [illegible]
in matrimonio conſpurcando, & [illegible] neceſſitate [illegible]
[illegible] promiſcuè venditanda tam [illegible]
ipſe Epicurus in ſingulari quodam [illegible]
Eccleſiæ formam tam portentoſam [illegible] *e* qui [illegible]
derandæ ſummas habentes fœminæ & [illegible]
(vt alia multa tranſiliam) de Deo [illegible]
nes ſpargitis, *f* modo tres Deos aſſerendo, *g* [illegible] duos Deos [illegible]
alterum maiorem, alterum minorem ſtatuendo, [illegible]
[illegible] ipſi mortem aſſerendo, hoc eſt, De[illegible]
[illegible]do, ſed Deum omnem penitus ex cælo [illegible]
do, *i* tum Deum ſcelerum effectorem præ[illegible]
ſtupi teterrima morte, nullum in finem aut [illegible] 11.16.
[illegible] omnino cuiquam mortalium profui[illegible]
lia huiuſcemodi permulta contra fidem, contra [illegible]
tra ſenſum communem, contra Alcoranum, & [illegible] Euan-
gelium ſtupidiſſimè effutiendo. Hæc Satan[illegible] doctrina, eſt quidem quod vobis de [illegible] ſemper placeatis. Sin vero hæc doctrina adeo [illegible] ab-
ſurda, vt nulla vnquam fuerit impurior & abſurd[illegible] cer-
tè clariſſimum eſt hanc vltimam Eccleſiæ propri[illegible] ma-
gis quam reliquas vobis deeſſe, qua veſtri [illegible]
Eccleſiam metiantur, & ex ea Eccleſiæ poſſeſſionem [illegible] ſo-
lis attribuant maximè, ea tamen maximè vos a [illegible] poſſeſſio-
ne depellit, & ſolidiſſimè comprobat in veſtris [illegible]tio-
nibus Eccleſiæ nullam ſpeciem aut figuram appar[illegible], talem
quæ cum noſtra Mahumetana poſſit comparari. Hoc enim
[illegible] eſt quò ego collineo, & quo argumenta mea dirigo. Poſt-
quam itaque ex illis ſingulis Eccleſiæ Dei notis quas [illegible]
[illegible] poſuerunt, Eccleſiam illam Dei plenius perfectiusque
apud noſtros eſſe Muſulmannos, quam veſtros Euangel[illegible],
euidenter probauimus: iam illud alio modo, non [illegible]
[illegible] perſpicuè ſolideque demonſtrabimus ex do[illegible]
[illegible] Euangelici [illegible] ad Eccleſiam [illegible]
dam neceſſaria. Non intelligo doctrinæ [illegible] capita,
de quibus hactenus diſputauimus, ſed do[illegible],
& magis confuſam, particularia dogmata [illegible],
eaque ſuo latiſſimè patente gremio compl[illegible]. Verùm
enim nonnulli quia viderunt ſe hac de Eccleſia quæſtione [illegible]

 ferè im-

torum vſum vobis ego largiri potero, niſi tu rectum eſſe vſum conceſſeris, qui tam recta tendit ad Anabaptiſmum, qui alterum ex Euangelij veſtri Principibus ita infecit, vt perdiu ſentiret Anabaptiſticè, nec eo ſe errore liberare potuit, priuſquam veſtram de ſacramentorum vſu opinionem penitùs abiecisset. Mitto quod nec ipſe Zuinglius vnquam mihi perſuadebit, ſacramentorum quemadmodum ab ipſo formantur, & cuius tu ſententiam vt magis dilucidam & expeditam reliquis & meritò anteponis, rectè & ordine iuxta Chriſti inſtitutionem tractari. Nam ſiue illud verum ſit, quod Lutherus concludit, ex Zuinglianæ cœnæ deſcriptione effici, vt Chriſtus eximiè ſtultus fuerit, nefas eſt, vt vnquam agnoſcam Sacramentum Zuinglij eſſe Sacramentum Chriſti, qui certò certius nunquam Sacramentum aliquod ita diſpoſuit, vt adeo fœdam labem eius nomini inureret: ſiue verum ſit, quod de vtriſque Sacramentis Huldericus Zuinglius ipſe ſcribit, ea nihil eſſe aliud, quam æterna ſigna, & teſſeras militares, quibus Chriſtiani ab alijs nationibus diſtinguuntur, *non aliter* *Zuingl. tom. 2. lib. de baptiſmo. fol. 59. 60.* *quam is, qui crucem geſtat albam, ſeſe Heluetium eſſe, & qui Nouellas quotannis Deo gratias acturus ob victoriam eò loci Patribus noſtris conceſſam proficiſcitur, animum habere Heluetiæ ſtudioſum prodit: ſic enim qui baptizatur, vel qui recipit Euchariſtiam, ſe Chriſtianum eſſe oſtendit, &c.* Hæc ſi ita ſint, ſi Sacramenta talia ſint *ſigna*, tales *teſſeræ*, *cuculi monaſtici, ceremoniæ meræ à Iudaicis & legalibus nihil quicquam diſcrepantes, nihil omninò ſpirituale, nihil diuinum, animæ purificandæ nihil continentes vtile*, quo nihil eſt apud Huldericum Zuinglium frequentiùs, tum certè ego nunquam adduci potero, vt fatear vobis rectum eſſe Sacramentorum vſum, qui ſine dubio nec Sacramenta habetis, nec eorum vſum, qualem Chriſtus ordinauit. Eſt enim prorſus incredibile, quod Chriſtus tantus vir, tamque diuinus, illa mens & ſapientia Dei, ille Prophetarum maximus, à Deo miſſus ſit Iudæorum Meſſias, vt legales illas ceremonias aboleret, & deinde æquè frigidas & infructuoſas, vel vt Apoſtolus vocat infirmas *Galat. 4. verſ 8.* & egenas ipſe earum loco ſubſtitueret. Quod ſi nulla probabilitate rectum ceremoniarum duarum vſum vobis poteſtis aſciſcere, quanto minùs de doctrinæ puritate poteſtis gloriari? Qui doctrinæ veræ puræque nec prima principia, nulla omnino lineamenta habetis: qui, *a* Deum colitis *a lib. 1. c. 7.* nec ſacrificijs, nec votis, quibus nullæ vnquam nationes à mundo condito aliqua ſaltem humanitate præditæ carucrunt

[illegible] qui vt breuiter [illegible] [illegible], multa damnata capita in E[illegible] [illegible] duxiſtis. e qui de baptiſmo non tantum [illegible] [illegible] cè, ſed etiam impiè, ſcelestè, & blaſphem[illegible] in matrimonio conſpurcando, & veneris [illegible] bus promiſcuè venditanda tam fœdè blater[illegible], [illegible] ipſe Epicurus in ſingulari quodam gradu c[illegible] qui Eccleſiæ formam tam portentoſam finxiſtis, e qui [illegible] de [illegible] summas habenas fœminæ & [illegible] qui (vt alia multa tranſiliam) de Deo ipſo tam [illegible] [illegible] nes ſpargitis; f modo tres Deos aſſerendo, g modo [illegible] Deum alterum maiorem, alterum minorem ſtatu[illegible] [illegible] ipſi mortem aſſerendo, hoc eſt, Deum [illegible] dendo, ſed Deum omnem penitus ex cælo [illegible] do, i tum Deum ſcelerum effectorem præd[illegible] ſtum teterrima morte, nullum in finem [illegible] nihil omnino cuiquam mortalium profu[illegible] lia huiuſcemodi permulta contra fidem, contra [illegible] tra ſenſum communem, contra Alcoranum, & contra [illegible] gelium ſtupidiſſimè effutiendo. Hæc Sam[illegible] [illegible] est quidem quod vobis de puritate [illegible] pere placeatis. Sin vero hæc doctrina adeo [illegible] fatda, vt nulla vnquam fuerit impurior & a[illegible], [illegible] cer- te clariſſimum eſt hanc vltimam Eccleſiæ [illegible] ma- gis quam reliquas vobis deeſſe, qua veſtri [illegible] maximè Eccleſiam metiantur, & ex ea Eccleſiæ poſſeſſionem [illegible] ſo- li attribuant maximè, ea tamen maxime [illegible] poſſeſſio- ne [illegible], & ſolidiſſimè comprobat in ve[illegible] congregatio- nibus Eccleſiæ nullam ſpeciem aut figuram apparere, [illegible] quæ cum noſtra Mahumetana poſſit comparari. Hoc enim [illegible] eſt quò ego collineo, & quo argumenta mea dirigo. [illegible] quam itaque ex illis ſingulis Eccleſiæ Dei notis quas [illegible] [illegible] poſuerunt, Eccleſiam illam Dei plenius perfectiuſque apud noſtros eſſe Muſulmannos, quam veſtros [illegible], euidenter probauimus: iam illud alio modo, non minus ta- men vt ſpero perſpicuè ſolideque demonſtrabitur ex d[illegible] [illegible] [illegible] ad Eccleſiam [illegible] dam neceſſaria. Non intelligo doctrinæ [illegible], de quibus hactenus diſputauimus, ſed [illegible], & magis confuſam, particularia dogmata [illegible], ea que ſuo latiſſimè patente gremio complectentem. Ve[illegible] enim nonnulli quia viderunt ſe hac de Eccleſia quæſtione mi- ſerè im-

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

[illegible]
[illegible]

ferè implicatos, & quemadmodum Eccleſiam ſtrictè definie-runt, excludi ab ea Puritanos, iuxta aliorum rigidas definitiones abijci Lutheranos & varia Zuinglianorum genera, idcircò, vt tu ex Bullingero & Muſculo annotaſti, laborarunt diligenter generalia quædam Eccleſiæ principia & fundamenta excogitare, in quibus ſi qui conuenirent, eos omnes in Euangelio fratres, & Eccleſiæ veræ Chriſtique membra agnoſcere ſtatuerunt. Quo in genere vnus è Miniſtris veſtris Anglis, Academicus quidem & nō indoctus, qui nuper librum ſcripſit, & Archiepiſcopo Eboracenſi dedicauit, adeo largus eſt & liberalis, vt Papiſtas quoq; ſemel atque iterum affirmet vobiſcum *in ſubſtantia religionis concordare*, & proinde *eſſe eiuſdem cum Proteſtantibus vera, Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ membra*, & hoc ille magna cōtentione vrget, ſuoſq; Comminiſtros increpat, quod temerè & inconſideratè Papiſtas ab Eccleſiæ veræ communione reiecerunt. Cuius eiuſdem opinionis ſunt multi recentes ſcriptores Euangelici in Gallia, qui pro Nauarræo notiſſimo Caluinianæ fidei profeſſore ad Regium thronum illic extollendo vehementer ſudant. A quo quoniam eum arceri ſciunt fundamentali regni eius lege, quæ non minus quàm Salica potens eſt & antiqua, & omni exceptione carens (quæ requirit, vt perſona regia non minus ſit Catholicæ fidei quàm virilis ſexus) iſti egregij ſcriptores, vt hunc ſcrupulum tollant, aiunt Papiſtas & Caluiniſtas *non diſcrepare in ſubſtantia religionis Chriſtianæ, ſed tantum in leuiculis quibuſdam ceremonijs, olim extra ſcripturas ſacras humanitùs inuectu. Quoad ſummam verò & ſubſtantiam fidei, & Catholici & Caluiniſtæ ſunt domeſtici eiuſdem fidei, omnes laborant in eadem vinea: imo rami ſunt eiuſdem vitis, eadem prorſus fide præditi.* Sed hos ego ſcriptores probare non poſſum, hac ſaltem in parte. Anabaptiſtas quidem, Puritanos, Lutheranos, Caluiniſtas, Zuinglianos & inferiores ſectas ab his enatas in eandem Eccleſiam aggregari facilè patior, & probabili quidem ratione poteſt defendi. At Papiſtas in eādem Eccleſiam compellere valdè mihi videtur abſurdum, vel ob hanc ſolam rationem, quia quum omnium conſenſu, nemine (vt opinor) contradicente, fundamentum Euāgelij veſtri ſit *negatus Papatus*, imò hæc ſit, vt ait Vergerius. *bona quoque pars Euangelicæ fabricæ ſuperædificata*, Papiſtas contrarium planè fundamentum habentes, Pontificalis nimirum illius authoritatis approbationē, quam fatuū & puerile eſt vel inuitos in eandem vobiſcum Eccleſiam compingere, qui nec in primo Eccleſiaſticæ ædificationis lapide conueni-

Buny in tractatu pacificat. pag. 108.

Apol. Cathol. part. 2 pag. 26. 203. 204.

Rameaux d'vn meſme ſep.

conueniunt? Brentius autem quum Papiſtas & Proteſtantes longiùs à ſeſe inuicem diſiungit, quam Catholicos & [illegible], quia (vt ait ille) *vos habetis alias ἀρχὰς & prima principia religionis quàm Papiſtæ, vnde & planè pugnantia ſunt religionis genera. Veſtræ enim ἀρχὰι & prima principia ſunt Sacra Scriptura,* Chriſtus, & certitudo de Dei erga vos beneuolentia. Papiſtarum, traditio, Papa, & dubitatio: Hinc magis eſt euidens vnam ſolam fieri poſſe Eccleſiam vobis ſimul & Papiſtis communem [illegible], niſi fortè ex diſparatis & *planè pugnantibus religionis generibus*, ex Deo & diabolo, ex Chriſto & Antichriſto miſerabiles architecti hanc Eccleſiæ fabricam extruere voluiſtis. Quamquam autem Miniſter ille noſtras inuicto argumento putet ſe ſuam opinionem ſuam firmare, quoniam (inquit) niſi fateamur Papiſticam Eccleſiam eſſe veram, Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam, cuius nos mẽbra ſumus non minùs quàm Papiſtæ, coniicimus nos ipſos in magnam difficultatem aliam aliquam Apoſtolicam & Catholicam Eccleſiam inueniendi, quæ à primis Apoſtolis plantata ſemper omnibus ſeculis ad noſtram ætatem continuata fuit, in quam nos inſeramur: aut id præſtare ſi nõ poſſumus, tum fateri cogimur noſtram Eccleſiam eſſe recentem, nuper extructam, & illa Romanenſi poſteriorem, hoc ille argumentum etſi putet eſſe multi ponderis, tamẽ quia ego aliam probabiliorem, vobiſq; commodiorẽ reſpondendi viam patefeci, non quidem ad inuiſibilem Eccleſiam confugiendo, quod eſt commentum hoc ipſo Miniſtri inuẽtõ ſtupidius, ſed noſtram Mahumetis illam eſſe veram & Apoſtolicam Eccleſiam concedendo, quæ ſemper durauit, & cum qua vos infinitè magis quam cum Papiſtica illa cõmunicatis, partim hanc ob cauſam, maximè ob firmam illam Vergerij Brentijq; demonſtrationem, alia Eccleſiæ deſcriptio, aliaq; doctrinæ communis principia indagãda ſunt, è quibus communem quandam Euangelicis omnibus Eccleſiam, excluſis Papiſtis, extruere poſſimus. Atque hoc loco vtinam me iuuare poſſes Samuel, nam ego video difficillimum fore certam aliquam Eccleſiæ definitionem tradere, quæ omnia Euangelicorum genera comprehendat. SAMVEL. Ego ſanè non noui meliorem ea quæ eſt in omnibus noſtrorum commentarijs & inſtitutionibus locisque communibus maximè trita, vt. ſit vera Eccleſia, quæ habet puram doctrinam, & rectum Sacramentorum vſum: illoſq; ad hanc Eccleſiam tanquam eius genuinos filios & membra pertinere, quicunque eiuſdem puræ doctrinæ ſunt participes. MICHAEAS. Quorum iudicio Iſto an alio-

Bunny vbi ſupra.

an aliorũ? ſi ſuo, tum non eſt dubium, quin Tritheitæ, Mennoniſtæ, Libertini & quæuis flagitioſiſſima hæreticorum genera, futura ſint veræ & Apoſtolicæ Eccleſiæ membra. Sin aliorum, tum nec Lutherus & Lutherani, nec Zuinglius nec Zuingliani aut Caluiniſtæ ad eandem Eccleſiam pertinebunt, qui alij ab alijs tanquam execrabiles hæreſiarchæ infra omnes inferos damnantur. An tu hic, exitum comminiſci potes vel ſtabile quid & fixum, cui tutò adhæreamus? Non enim ſatis eſt dixiſſe *puram doctrinam*, &c. ſufficere, niſi ſimul explices, quorum iudicio ea puritas ſit æſtimanda. SAMVEL. Video quidem nodum & eum ſatis difficilem, neque enim coniicio quemadmodum poſſit ſolui. Ego quidem dicerem *puritatem doctrinæ* illam, quam parlamenta noſtra, & fides Eccleſiæ Anglicanæ probat. Sed ſimul perſpicio hanc puritatem non ſatis latè patere ad hoc opus efficiendum quod tu moliris. MICHAEAS. Ita eſt nam hæc eſt particularis Eccleſiæ inuentio & definitio, quæ nos nihil iuuat, ſed magis perplexos & impeditos reddit, nouiſque labyrinthis inuoluit. Si enim tu requiris vt Euangelicus noſter quem quærimus, credat articulis Anglicanis, & ſupremi capitis veſtri decretis, quid hoc ad Euangelicum Germanum Saxoniæ, qui longè alia habet fidei ſuę principia, & aliam doctrinæ puritatem: qui ſi ſit in imperio ducis Saxoniæ, cogitur habere fidem Luthero per omnia congruentem; ſin in ditione Principis Electoris Saxoniæ, fidem formare debet ad regulas Melanchthonicas, quia (inquiunt religionis eius Theologi) *conſtat quanta ſeueritate & pietate Electoris celſitudo teſtata ſit ſæpius ſe in ſuis regionibus & Eccleſijs nullam aliam doctrinam eſſe toleraturam, quæ huic corpori doctrinæ* Melanchthonis quoſdam libros complectenti) *eſt contraria*. Ita hoc modo ſemper ad idem ſaxum reuoluimur, & nihil omninò proficimus, qui non Eccleſiam particularem, Lutheranam, Melanchthonicam, Zuinglianam Caluinianam, aut Anabaptiſticam (talem enim inuenire facillimum eſt) ſed Euangelicam omnibus nimirum fratribus Euangelicis communem inueſtigare cupimus. Quare quum ab his particularibus Eccleſijs & priuatis opinionibus neceſſario abeundum ſit; quæ nobis ſupereſt via planior & directior ad generalem Eccleſiam Proteſtantium omnium capacem reperiendam, quam vt doctrinæ puritatem non huic aut illi ſectæ placentem, ſed Proteſtantibus omnibus probatam perquiramus quæ veriſſima eſt Eccleſiæ eiuſdem generis inueniendæ ratio, quando communi omnium ſententia à do-

Colloqu. Altemb. fol.531.532

ctrinæ

[illegible] ad Eccleſiam [illegible] eſt [illegible] quia [illegible] doctrinam, [illegible] in medijs, [illegible] magis ex [illegible] ex [illegible] conſiſtat [illegible] Euangelica ma-ximè negatiua & [illegible] ex iſta tam longa diſpu-tatione [illegible] permagnus eſt, ſi per eam ad Eccleſiam [illegible] omnia cæte-ligionis capita [illegible] controuerſa, vt ita [illegible] neceſſarijs, vel adhuc ſub iudice [illegible] ipſam medullam & nucleum [illegible] quærimus, eruamus. Pri-[illegible] Romani Pontificis abijciatur, eſto. [illegible] tāquam purè & [illegible] Euangelicum, [illegible] neſcio ſanè quid debe-[illegible] Eſſe fortaſſe Deum vnum. Sed id apud vos non [illegible] Nam multi ſunt, qui tres Deos obſtinatè ex [illegible] locis accumulatis, & iuxta Lydium Euangelij [illegible], hoc eſt, [illegible] ſuum ſpiritum expoſitis probare [illegible]. Eſſe Deum iuſtum in futuro ſæculo iuxta cuiuſque [illegible] bonorum & malorum iudicem? At id multò magis du-[illegible], quod & à Luthero perſpicuè negatur, & cum veſtra [illegible]ficatione tanquam ex diametro pugnat, & ab [illegible] peccati cauſam & authorem, hoc eſt à Zuin-[illegible], à Luthero & rigidis Lutheranis poteſt nul-[illegible], nec à Caluino quidem, ſi ſibi conſtare vult, [illegible] Caluiniſtis plurimis, quemadmodum & hic ſatis ma-[illegible] concluſimus, & alias copioſius eſt demonſtratum. Cæ-terum quia reſponderi fortaſſe poteſt, quod quia qui tres De-os [illegible], ij vnum non negant, hoc quoque apponatur [illegible] n-[illegible] doctrinæ puræ Euangelicis omnibus commu-ne [illegible] pergemus deinceps An Chriſtum & Spiritum ſanctum [illegible] Deum, & ſic Trinitatem (quia potiſſimum Chri-ſtiani [illegible] à nobis alijſque nationibus diſtinguitis) par-tem [illegible] doctrinæ puræ quam Euangelici omnes admittunt [illegible] quando Trinitas tanquam [illegible] & Caluino ipſi, & Luthero, & Bezæ, & [illegible], & illam non minùs quam Deitatem Chriſti [illegible], totæ prouinciæ, plurimæ Eccleſiæ Euange-[illegible] Miniſtrorum damnarunt, & non pauci Mar-[illegible] Angli, tum Germani ſanguine ſuo eam doctrinam de Trinitate perſonarum & Deitate Chriſti eſſe impuram, &

Vide lib. de iuſta Reipubl. Chriſtianæ in reges impios authoritate, &c. cap. 4. §. 10. 11. & cap. 5. §. 3 4. 5.

doctrinam Alcorani noſtri de Dei Perſona vna longè eſſe pu-
riorem atteſtati ſunt. Fortaſſe redemptio per Chriſti crucem
& mortem parta de qua valdè ſoletis gloriari, magis vniuerſa-
lem habet veſtrum omnium approbationem? nec id quidem.
Quin potius maximè vniuerſalis veſtra conſenſio eo tendit,
ne credatur eſſe redemptor, ne morte ſua vos Christus rede-
merit: quem omnino mortem nõ ſubijſſe, veſtri permulti, tam
libris & ſcriptis, quàm morte etiam ſua fortiſſimè confirma-
runt. Ergo nec de Chriſto vobis omnibus aliquid relinquitur,
niſi quod nobis non minùs quam vobis commune eſt, fuiſſe
eũm Prophetam inſignem, & Meſſiam Iudæorum, natum de
Maria aliquo modo Virgine, cuius tamen natiuitatem ex ea
nos longè quam vos purius, excellentius, & diuinius factum
credimus. Quod ſi in his quæ ſoletis vobis arrogare tanquam
maximè propria, & coniunctiſſimè Chriſtianæ fidei intrinſe-
cam vim attingentia, non poteſtis vllam partem, vllum arti-
culum tanquam purè Euangelicum veſtra omnium aſſenſio-
ne ratum proferre, in alijs longius à religioni natura interna
ſemotis, an aliquid poteſtis tale comminiſci, qui ob perpetu-
as pugnas de iuſtificatione per fidem & opera, de Sacramen-
tis cœnæ & Baptiſmi, de prędeſtinatione, libero arbitrio & re-
liquis eiuſmodi, & infinitam ſectarum inde enaſcentium va-
rietatem, toti mundo infames eſtis? Vtinam vero tu mihi Sa-
muel pręter iſta ſuggerere poſſes vel vnum aliquot dogma pu-
rum, vnam aliquam doctrinæ Euangelicę appendicem, vnam
frondem, vnum ramulum, qui ad hoc Euangelicæ Eccleſiæ æ-
dificium conſtruendum poſſet accommodari: non dico, quod
antea admonui, qui purus ſit iudicio Lutheri, Caluini, Stan-
cari, Illyrici, Zuinglij ſeparatim (talis enim non niſi priuatis
horum ſingulorum congregationibus inſeruit) ſed qui om-
nium Euangelicorum gnomoni & amuſſi conueniat, atque
ita ad hãc generalem omnium Euangelicorum Eccleſiam fa-
bricandam poſſit aptari. Mihi quidem nullus occurrit talis.
Alioqui nõ omitterem nec diſſimularem, quia veritatem de-
ſidero non victoriam, nec te fallere & ſeducere, ſed rectam ve-
ræ fidei viam ingredi cupio. Et vt videas me nihil inſolens &
peregrinum moliri, aut nouum aliquid & veſtris incognitum
meopte ingenio tanquam Archimedis columbam in aëre pẽ-
dentem machinari, proferam mihi hac in re ſuffragantes ali-
quos ex tuis viros quidem doctiſſimos, & qui ante multos an-
nos iſtam de Eccleſia quæſtionem reliquis acrius & ſubtilius
limarunt. Ex illis vnus qui librum ſuum *dicat conſecratq́; Diuæ*

Eliza-

Elizabethæ Reginæ verſæ, tanquam optimæ harum rerum *Iacobus Acontius*
[illegible] iudice, qui is ſupremum caput Eccleſiæ Anglicanæ, quæ *Stratage-*
huius quam quærimus Eccleſiæ vniuerſalis primarium eſt *mat. Sa-*
membrum, ad hunc modum ſcribit: poſt quæſtionem ipſam *tanæ.*
recte & apte poſitam, quæ nimirum *indagare, velit, quænam* *lib. pp. 113.*
in diuinis literis proponantur, ita cognitu creditúq; neceſſaria, vt
cui ex cognita perſpectaq; non fuerint, is in Dei ſeruis Eccleſiæq;
membris habendus non ſit, quiſquis vero amplexus fuerit omnia
in ſalutis participem eſſe poſſe credatur etiamſi in alijs rebus omnib.
prorſus aberret à propoſito accedit ad declaranda hęc adeo *cogni-*
tu creditúq; neceſſaria. Primum remouet ab hac neceſſitate mul-
ta Apoſtolorum, multa etiam dogmata ipſius Chriſti ore præ- *Ibi pag.*
dicata; *neque enim* (inquit) *omnia quæ Chriſtus docuit ea ſunt,* *119.*
cognitu neceſſaria, vt ſi quis aliquid eorum ignoret ſeruari nō poſ-
ſit. Poſtea rem ipſam aggrediens, etſi non multa enumerat, mul- *Ibi p. 121.*
tis tamen ſcripturis id quod dicit, egregiè & Euangelicè con- *Matt. 16.*
firmat. *Petrus quum confeſſus eſſet Ieſum eſſe Chriſtum Dei vi-* *Ioan. 11.*
uentis filium, beatus dicitur, ſic etiam Martha, quæ profeſſa eſt ſe
credere hunc Chriſtum eſſe Dei filium, qui in mundum venturus
erat. & latroni qui Dominum rogabat, vt quum in regnum ſuū
veniret, ipſius meminiſſe vellet, ita reſpondet, hoc tibi recipio te
hodie fore mecum in paradiſo, & Eunuchus poſtquam confeſſus *Luc. 23.*
eſſet Chriſtum eſſe Dei filium, baptizatur, & qui Paralyticum in *Act. 8.*
tandem per tegulas in medium cum lecto ante Ieſum dimittebat,
Ieſus cognita eorum fide tanta homini dixit, nate ignoſcuntur tibi *Luc. 5.*
peccata tua. Quo loco conijcere licet quænam illius Paralytici eſ-
ſet fides. Credebat enim (vt par eſt) hominem eum, qui Ieſus dice-
batur, à Deo eſſe, & apud eum gratioſum. Itaq; ſperabat per eum
ſe ſanitatem poſſe adipiſci. Illa verò cum cognita habuiſſe omnia,
quæ diu pro articulis fidei neceſſarijs habuit Eccleſia, quā ſit ve-
riſimile, tuo iudicio relinquo. Ex his colligere potes Sa-
num capita fidei generalia, quę quiſquis amplexus fuerit, ille
in ſeruis Dei, & Eccleſiæ Euangelicæ mēbris eſt habendus. At hęc
omnia non minus quā perfectiſſimi proteſtantes amplectimur
nos Turcæ. Nam & Chriſtum filium Dei, qui in mundum Iu-
dæorum Meſſias erat venturus, cum Petro, & Martha, & Eu-
nucho fatemur & in regno cælorum poſſe eum noſtri memi-
niſſe, & nobis ſuccurrere, cū Latrone, & cum Paralitico potu-
iſſe homines debiles ſanare, imò ſanauiſſe plurimos, & multos
excitaſſe etiam à mortuis credimus. Sumus ergo non minus
q̄ fratres tui, *Dei ſerui, & in Eccleſiæ Euangelicæ mēbris numerā-*
di, qui hæc amplectimur omnia credita neceſſaria, etſi ignoramus

alia

alia quæ diu pro articulis fidei neceſſarÿs, vt de Conſubſtantialitate, de Trinitate, de morte Dei, &c. habuit Eccleſia Papiſtarum. Quid de hoc argumento tibi videtur Samuel? SAMVEL. eſſe planè fallax & ſophiſticum. Prima enim illa Petri confeſſio (ne longius abeam) propter quam ille beatus dicitur, vos Mahumetanos longiſſimè à beatitudinis illius cum Petro cõmunicatione repellit. Ille enim confeſſus Chriſtum eſſe filium Dei viuentis, confeſſus eſt eum eſſe filium Dei naturalem, non gratia talem factum, ſed ex eſſentia Patris genitum. Vos autem etſi eum Dei filium confitemini, non id tamen alio modo intelligitis, quam quo viri bòni & fideles eiuſdem filij nũcupantur: quod procul abeſt ab iſta Petri confeſſione, & Marthæ quoque & vt opinor Eunuchi. MICHAEAS. Ergo ne tu Samuel vis Chriſtum Dei eſſe filium naturalem, vt Alexandrum Philippi, vt Solymannum Selymi, & quod conſequens eſt, Deo eſſe vxorem, ex qua filium ſuſcipiat. SAMVEL. Ita nimirum arguit Mahumetus pro ingenij ſui hebetudine, qui nihil cæleſte, nihil ſublime poterat de Deo imaginari. Sed ſordida ſunt iſta, & fœda, ſummiq; Dei maieſtate nimis indigna. Eſt quidem Chriſtus eius filius naturalis, & non minùs, imò magis ex eius natura genitus, quàm ex Philippi patris Alexander, aut Selymi Solymannus, quia naturam patris totam à patre, idque ſine vlla patris imminutione filius eſſe ſuſcepit. Sed longè alia eſt generatio in diuinis, alia in humanis, illic perfecta, hic ſecus, illic ſpiritualis, hic carnalis, illic tota ex operatione intellectus procedens, quod tu per Mineruã ex cerebro Iouis prognatam quanquam Poëticè non inſcitè tamen expreſſiſti: at hic alio planè contrario & craſſo modo, quem non ſine verecundia recordamur, quum in illa nihil ſit niſi glorioſum, ſuſcipiendum, admirabile. Neque verò magis Deo Patri opus erat vxore ad generandum filium in cælo, quàm Mariæ matri opus erat viro ad procreandum filium Ieſum in terra, quẽ vos nõ minus quam Chriſtiani ex integra virgine ſuſceptum prædicatis. MICHAEAS. Deo non fuiſſe opus vxore facile credo. Sed quum ſcriptura hanc quam ego dico generationem centies & centies, idque clarè memoret, an vos in ſacris literis illam veſtram intellectualem generationem tam crebro & tã clarè poſitam poteſtis oſtendere. SAMVEL. Id non neceſſe eſt. Continetur quidem in illa ipſa Petri confeſſione, quam tu modo citaſti, multò autem euidentius in Eccleſiæ & Patrum omnium ab Apoſtolicis vſque temporibus interpretatione. Egregiè autem doctiſſimus vir Ioannes Caluinus, *Deus parè de ſua*

Magdeburgen. Centuria 7. ca. 15. pagin. 603.

[illegible] [illegible] quæ ab [illegible] [illegible] propter [illegible] cum [illegible] [illegible] ſcopulum, in [illegible] tu cum manifeſto ſalutis [illegible] [illegible] incurrunt. Quod [illegible] quando tu hic [illegible] [illegible] omnino, vt ſaltem non expreſ- [illegible] claroq; hanc [illegible] tradere. Id quod e- tiam [illegible] Catholica ſucceſſoris & alio- rum eſt [illegible], ex quo ſequi- tur non [illegible] fidei capita, ad quę omnia [illegible]. Sed [illegible] actum agere, & [illegible] ſatis ſit, quod tu [illegible] Euangelici ſenſum nō aſ- [illegible] contrarium, qui [illegible] [illegible] modo, Chriſtum Dei filium credi, [illegible] valere definit. Id quod ex ipſius verbis totaq́; [illegible] luculenter poteſt conuinci: tum quia ſæpi- us [illegible] atque iterum vrget, *quæ ſunt cognitu neceſſaria, ea di- [illegible] omnia, et ea quidem apertè & perſpicuè ex- preſſa, [illegible] niſi obcæcatus non poſſit ea intelligere*, tum quia exempla huc loco allata idem ipſum docent. Quis enim cre- [illegible] vel Eunuchum, vel rudem illum Paralyticū [illegible] præditum, quam hodie acuti Theologi poſt [illegible] annorum ſtudium vix intelligunt. & olim paucis [illegible] Prophetis non niſi tenuiter admodum inno- [illegible] eſt Doctorum Chriſtianorum opinio. Quin [illegible] ſermonis, & diſputationis in iſto Euan- [illegible] hoc quod tu fingis refutat. Sic enim per- [illegible] *[illegible] quæ eodem prorſus tendunt. Nam & impu- [illegible] quæ lachrymis Domini pedes lauit, dicitur, tua te [illegible], idem dicitur alteri illi ſanguinis profluuio labo- [illegible] ſi modò togæ limbum tetigiſſet, ſe ſanatum iri: [illegible] leproſis curatis, qui rediiſſet Deo gratias a- [illegible]. hinc cognoſcetis Dei ſpiritum: quiſquis [illegible] Chriſtum veniſſe & hominem factum confitetur,* [illegible] aduertere debes Samuel cum nunquam aliter [illegible] Dei vrgere & requirere, quam quemadmodum [illegible] muliere impudica, ab altera morboſa, à decem [illegible] omnium euidentiſſimum eſt, quod in concluſio- [illegible] vt alias varijs ſcripturis pleraq́; omnia de Chri- [illegible] fidei Euangelicæ reſecat. Sic enim ille: *Cum*

Abra-

Alcontius lib. 7. pag. 5[illegible].

Vbi ſupra libr. 3.

Luc. 7.

Luc. 8.

Luc. 17.

1. Ioan. 4.

Ibid. Rom.4. Gal.3. Gen.12.& 15.

Abrahamus credentium pater dicatur, eiusq; potiſſimum exemplo doceamur in fide poſitam eſſe iuſtitiã, operæpretium eſt videre, quidnam illud ſit, quod quum credidiſſet, id iuſtitia ei tributum ſit. Promittebatur ei proles in numeroſiſſimum populum propaganda: promittebatur, vt omnibus orbis nationibus propter eius ſemen bene fœliciterq; eueniret: Denique etiam promittebatur ei Chananæa terra & proſperitas maxima. Cæterùm de religionis apicibus iſtis, quos ignorare opinantur fas non eſſe, mirum eſt ſilentium. Quin etiam ipſum ſalutis myſteriũ per eius ſemen rectè admodum obſcureq; promittitur. Neque ſanè plura inuenio ego, quæ exprimant ſacræ literæ, vt quis ſeruetur, neceſſariò credenda eſſe. Quibus verbis apertiſſimè docet, probatque ſolam fidem de Deo verace & omnipotente ſufficere abſq; reliquis illis Chriſtianæ *religionis apicibus*, vt quis coram Deo ſit iuſtus, & corã hominibus habeatur *fidelis*, non minùs quàm Abraham fidelium pater vel (quod idem valet) vt habeatur *ſeruus Dei & membrum Eccleſiæ Chriſtianæ*. Nã ſi Abraham ſit *pater fidelium*, nec vt quis fidelis dicatur, aliud ab eo poſtulandum eſt, quam quod de Abrahamo palam teſtificantur diuinę literæ; tũ certè clariſſimum euadit, fidem quam dixi, de Deo veraci & omnipotenti ſatis eſſe ad hominem Chriſtianum fidelem, ſeruum Dei & Eccleſiæ membrum perficiendum. Neque enim aliquã tergiuerſationẽ admittit Paulus agens de iuſtificatione Abrahæ, cui poſtquam dixiſſet Dominus, *quod fieret pater multarũ gentium, haberetq; ſemen ſicut ſtellas cæli, & arenam maris, non eſt infirmatus fide* (inquit Paulus, *nec conſiderauit corpus ſuum emortuum, quum ferè centum eſſet annorum, & emortuam vuluam Saræ. In promiſſione Dei non hæſitauit diffidentia, ſed confortatus eſt fide dans gloriam Deo, pleniſſimè ſciens, quia quæcunque promiſit, potens eſt & facere, ideo reputatum eſt illi ad iuſtitiam.*

Rom.4. v. 18.19.20.

Quare quum ad ſalutem & iuſtificationem, hoc eſt, ad fideiẽ complendum & definiendum plura neceſſariò credenda non ſunt, quam quæ de Abrahamo iuſtificando exprimunt ſacræ literæ; illæ autem mentionem faciunt tantummodo fidei, quã Abraham habuit Deo terram Chananæam & ampliſſimam poſteritatem pollicenti ſequitur veſtra reliquã de Chriſto & Spiritu S. &c. etiamſi fortaſſe ſunt vera, non eſſe tamen ex illorum numero, quæ Scripturæ ſacræ exprimũt vt quis ſeruetur, neceſſariò credenda. Iſta tu miraris fortaſſe, Samuel, & quia ordinatijs tuorum dòmi concionibus aſſuefactus, aut Communionis libro, quem Parlamentaris authoritas quaſi Canonicum eſſe decreuit, aliorum Euangeliſtarum, & *Eccleſiarum reforma-*

[illegible] fidem [illegible] & [illegible] non habet: [illegible] Teſtamentum, Chriſti & Apoſtolorum [illegible] Chriſti [illegible] & [illegible] ad neceſſitatem fidei [illegible] Sed [illegible] opportune tu [illegible] & ipſum Teſtamentum [illegible] præferens, [illegible] nam ſententiam [illegible], & [illegible] definita [illegible] met. *Si enim [illegible] compellare [illegible] quæ [illegible], non [illegible]* mo-di [illegible] *& [illegible] Teſtamentum [illegible] quibus [illegible] poſſit [illegible] fuerit. Expende quam potuerint ex veteris Teſtamenti [illegible], quæ tamen eadem [illegible]. Quin etiam expende quæ cognita [illegible] vel latro ille, cui dictum eſt, hodie mecum eris in paradiſo, vel Eunuchus à Philippo baptizatus, vel impudica mulier, cui quum [illegible] Domini pedes lauiſſet dictum eſt, tua te fides ſaluauit, vel altera illa profluuio ſanguinis confecta, vel [illegible], [illegible] alij. quibus ad [illegible] nominis diuini confeſſionem [illegible] ſunt peccata, &c.* Viden Samuel, vt ſemper [illegible] Sacrarum literarum exemplis à credendorum neceſſitate excludit illa Papiſticæ fidei capita? Vt ad Chriſtianum hominis ſalutem & perfectionem contentus eſt ſola fide [illegible], [illegible] maiori aut alios fidei articulos complectente, qualis [illegible] in illis iam antea nominatis latrone. Eunucho, [illegible], Paralytico? Vt generali quodam axiomate [illegible] magis particulare, nihil magis explicatum requirat in fide hominis Chriſtiani ad ſalutem obtinendam, quam olim requirebatur in fide populi Iudaici, apud quem ipſorum etiam Papiſtarum confeſſione (qui *reuelationem Trinitatis* concedunt eſſe *noui Teſtamenti propriam*, & ipſorum opinione obſcura quædam eius indicia paucis ſed excellentiſſimis quibuſdam viris in Teſtamento veteri facta putentur) *fides vnius Dei in eſſentiæ ſimplicitate* ſatis erat ad ſalutem? Vis adhuc aliud [illegible] ſanè viri argumentum ad hæc omnia ſtabiliendum, ſi quid tamen afferri poſſit Scripturis tam denſè [illegible] congeſtis & contortis fortius? Diſputat nimirum, vt [illegible] in loco à totius Eccleſiæ veſtrę natura, indole & [illegible] Lutherani, Zuingliani, Caluiniſtæ, &c. ſunt veri Chriſtiani & eiuſdem Dei Eccleſiæ membra. Ergo ea, in quibus iſti omnes

Acontius [illegible] lib. 1. pag. 137.1.8.

D. Thom. 2 2 q. 174. art. 6. in corp.

Eſaiæ 6.

omnes concordant, ſufficiunt veræ Eccleſiæ ædificandæ. Cæterùm iſti concordant tantummodo in hac populi Iudaici fide. Nam in alijs *illis religionis Chriſtianæ apicibus quamuis ſummo loco habitis*, de Trinitate, de Chriſto, eiuſque morte & paſſione hoſtiliter & atrociſſimè (vt ſupra declaratum eſt) inter ſe digladiantur. Non ſunt ergo neceſſaria, neq; vt quis ſaluus fiat, neque vt Eccleſię Dei ſit membrum. Ex hoc fundamento concludit eos impiè facere, qui vel Lutherani Zuinglianos, vel Zuingliani Lutheranos hac de cauſa ab Eccleſiæ communione reijciunt, quia hæ controuerſiæ non debent impedire mutuam eorum coniunctionem, neque ſic eos ab inuicem diſtrahere, quin *debeant ſibi mutuo charitatem ac venerationem, tanquam fratribus Dei ſeruis, & Chriſti membris*; quæ eadem eſt Eccleſiæ tuæ Anglicanę profeſſio, quę *Lutheranos & Zuinglianos omnes dicit reuera Chriſtianos amicos & fratres, & qui non de principijs & fundamentis religionis Euangelicæ diſſentiũt.*

Acontius vbi ſupra libr. 3.
Apologia Angli. c. 6.

Ex hoc fundamento ille reijciens vetus Apoſtolorum & veterum Conciliorum Symbolum, nouum cudit Proteſtantibus ſolis & omnibus inſeruiens, eum in finem, vt per illud tanquã propriam notam & teſſeram veri Proteſtantes cognoſcantur, vt *quiſquis illud receperit recipiatur & ipſe in numerum fratrum Euangelicorum; quiſquis autem recuſauerit illud recipere, ne ipſe quidem recipiatur. Hoc enim ſignum eſt quo ſe agnoſcant mutuo, quicunque vllo modo ad eam pertinent Dei Eccleſiam, quæ toto terrarum orbe non niſi vna eſt, fuitq́; à condito mundo.* Hoc tale Symbolum vir ille ſubtiliter quidem & doctè conflat ex duobus principijs iam prius ab eo ſtabilitis. Alterũ eſt, *quæ cognitu ſunt neceſſaria, ea diuinis literis clariſſimè, apertiſſimeq́ue expreſsè contineri. Hoc* (inquit) *nemo non fatetur* (Euangelicorũ) *qui verbum Dei volunt ſuæ fidei normam eſſe, non enim nunc loquor de Pontificijs.* Alterum eſt, nihil præter ea quæ ſunt *cognitu neceſſaria*, eſſe in hoc Symbolum conijciendum, quod non ſolùm Euangelici, ſed Pontificij quoque largiuntur. Quibus ita præpoſitis, hanc ille cenſet eſſe *commodam Symboli Proteſtantici formam: Vnum ſolum verum Deum noui, & quem ille miſit Ieſum Chriſtum Filium eius, & Spiritum ſanctum. Noui Dei legem eſſe illam: Audi Iſraël, Dominus Deus tuus Deus vnus eſt. Execrabilis eſt quicunque executus non fuerit omnia quæ cunque in lege ſcripta ſunt. Credo futuram mortuorum reſurrectionem, & iudicatum iri viuos & mortuos: qui rectè fecerunt, in vitam æternam ituros, qui autem iniquè egerint, ad ſuppliciũ.* Sic ille. Annectit quidem fateor poſtea quaſi appendiculam quandam

Acont. lib. 7. pag. 359.
Ibid. p. 358.
Ibid. p. 360.

quandam alia duo, *Chriſti è mortuis reſurrectionem per cuius nomen excluſis Sanctis ſaluātur omnes*, & tum *baptiſmum in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.* Sed vel ipſa prioris reiectio ex loco, quem hactenus ſemper habuit in Symbolis proprio & primario, in hunc tam alienum & remotum, ſatis indicat iſtud non numerari ab hoc homine in articulis fidei adeo neceſſarijs, vt ipſius argumenta propria ſemel atq; iterum repetita eandem omnino fidem, ſine aliqua additione, quæ fuit in latrone, in Paralytico, in tali & tali muliere, in toto populo Iudaico ante Chriſtum natum, nunc quoque ſufficere Chriſtiano, ſolidè excludunt mortem Chriſti cum reſurrectione, ſaltem tanquam *creditu neceſſariam*, quam nec ipſos Apoſtolos aliquando credidiſſe, Euangelia veſtra & ſæpè & euidentiſſimè loquuntur: & denique illa copulatio mortis Chriſti cum baptiſmo Papiſtico in *nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti*, ſatis ſuperque demonſtrat mortem Chriſti non alio loco habendam, quam illum puerorum baptiſmum, quo in fide veſtra nihil eſt imbecillius, nihil fragilius & incertius: quē Zuinglius vnus ex Euangelij principibus, collocat inter meras ceremonias, & res indifferentes ad ſalutem nullo modo neceſſarias. Sic nimirum ille contra Anabaptiſtas, contra quos tamen ſimulat ſe magnum baptiſmi propugnatorem: *Non tanti momenti puerorum baptiſmus eſt, vt propter eum tantas turbas & diſſidia excitare conueniat. Externum quiddam eſt & ceremoniale, quo vt alijs rebus externis Eccleſia dignè & honeſtè vti poteſt, vel hoc idem omittere, & ritè tollere, quatenus ipſi ad ædificationem & ſalutem omnium facere videtur.* Ruſius Anabaptiſtę obijcienti baptiſmum infantium reijciendum eſſe, quia in Scripturis non pręcipitur, reſpondet Zuinglius ex communi Proteſtantium regula; *Quæcunque ad ſalutem ſunt neceſſaria, & ad dogmata fidei pertinent, ea ſunt contenta in Scripturis. ſed de ceremonijs externis & ritibus longè alia eſt ratio. Horum enim vſus & adminiſtratio in noſtro arbitrio & poteſtate ſita eſt, liceret ergo vel hodie quoque talem baptiſmum, etiamſi hactenus in Eccleſia vſurpatus non eſſet, de nouo inſtituere, ſi aliquod inde commodum, vt pacis concordiæq; fructus promanaret.* Eodemque prorſus modo eidem Anabaptiſtarum obiectioni reſpondet Oecolampadius: *Cogitare* (inquit) *debebant Anabaptiſtæ baptiſmum hunc rem externam eſſe, quæ charitatis lege diſpenſabilis eſt ad ædificationem proximi. Fatemur legem non eſſe baptizandi paruulos, ſed nec lex eſt quæ arceat.* Quinimò hanc ipſam, quam ſcriptor iſte ſignificat baptizandi formulam: *in nomine*

Luc. 18. v. 32. 33. 34. & cap. 24. verſ. 21. Matth. 16. 22. Marc. 16. 14. Io. 20. 25.

Zuing. tomo 2. libr. de baptiſmo. fol. 96.

Zuingl. in Eccleſiaſt. fol. 85. 87.

Oecolamp. lib. 2. epiſt. Zuing. & Oecolam. fol. 20.

nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, etiamſi Zuinglius vt quiddam indifferens non planè damnat, tamẽ indicat non ſibi admodum probari, ſed cupere mutatam. Sic enim habet: *Non damno vſitatam baptizandi formulam in nomine Patris, et Filij, & Spiritus S. interim tamen veritatẽ præterire nec volo nec debeo, Chriſtus baptiſmi formulam qua vteremur, in his verbis non inſtituit, quemadmodũ Theologi hactenus falsò tradiderunt.* Quare quũ mors Chriſti & baptiſmus coniunguntur tanquã eiuſdem generis & neceſſitatis, baptiſmus autem conceditur eſſe *res externa, & charitatis lege diſpenſabilis ad vtilitatẽ proximi ceremonia* (inquam) *quæ vt dignè & honeſtè retineri põt, ſic item non malè omitti & tolli poteſt ad ædificationem & ſalutem fratrum*, ſequitur idem eſſe ſentiẽdum de morte illa & reſurrectione Ieſu, quæ vt *res* eſt *externa* non minùs quam baptiſmus, ſic non minùs quam baptiſmus *diſpenſabilis* eſſe debet *charitatis lege*, vt vel *retineatur*, vel etiam *omittatur & tollatur* è Symbolo, prout ad *ædificationem fratrum* facere videtur. Hactenus autem nõ ædificaſſe, ſed deſtruxiſſe potius nimis luculẽter apparet ex interminatis illis rixis & diſſentionibus, quas fratres habẽt mutuas de mortis eius fructu & merito, de Chriſti deſperatione & dãnatione, de deſcenſu ad inferos, de mortua diuinitate, & alijs multis, è quibus vna ſola quæſtio ita doctiſſimum quendam Lutheranum in Caluiniſtas commouit, vt ſtomachosè exclamaret eos *Deum transformare in diabolũ, Chriſtiq́ meritum ita eleuare, vt digni ſint qui infra ipſos inferos ablegentur.* Vt ergo iam ad Symbolũ noſtrum reuertar, cuius ille eſt vſus & finis, vt *quicunq; Symbolum illud profitentur* (*quæcunque reliqua ſint inter eos controuerſia*) *ij ſint nihilominus pro Chriſtianis & fratribus amplectendi, & communia cum illis ſint nihilominus ſacrorum iura*: hoc eſt, illi ſunt in vera Chriſti Eccleſia tanquam fideles Euangelici, veri Dei ſerui & Eccleſiæ membra numerandi Audi iam Symbolum noſtrum, noſtram profeſſionem fidei Mahumetanę, quemadmodum ipſi fratres Euangelici eam deſcribunt, & valde etiam commendant. Sic enim Flaccius Illyricus, VVigãdus, & reliqui illi hiſtorię Magdeburgicæ compoſitores: *Rectè Mahumetus de Deo dicit, quod ſit vnus, immutabilis, viuus, benignus, miſericors, expers iracundiæ, veniæ dator, præcipiens poſſibilia, omniſcius, omnipotens, conditor cæli & terræ, bonis præmia, et malis cruciatus tribuens, paſſim in Alcorano: & refutat eos, qui tres Deos aut pluresaſſerunt: refutat etiam idola colentes, Chriſtum ait aſcendiſſe in aſtra, ibique in carne viuere in præſentia Creatoris, ijs qui non crediderũt*

Zuing. de baptiſ fo. 66. idem habet fol. 77.

Supra li. 3. c. 13. 14. 17.

Acont. li. 7. p. 363.

Centur. 7. cap. 15. pa. 602.

Chri-

Chriſto, grauiſſimum malum minatur. Rectè ait Deum omnia illaborioſè & infatigabiliter creaſſe, rectè Deũ omnes homines reſuſcitaturum paſſim docet, & refutat negantes reſurrectionem, et alijs argumentis, & ex omnipotentia Dei & creatione ex nihilo. Deniq; infernum & paradiſum pro bonis & malis paſſim probat. Pag. 627.
O ſi mihi vel vacaret, vel tempus & locus pateretur hanc noſtram de Deo fidem, cum veſtra minutim & ſingulatim contendere? Quam vel in his paucis permulta mihi ſuppeterent noſtram veſtræ infinita quadã proportione anteferẽtia? Nam vt alia quædam magis controuerſa præteream, vel hæc vna, quod nos credimus Deum *præcepiſſe poſſibilia*: vos autem *legẽ Dei eſſe obſeruatu impoſſibilem*. Nos bonis vel malis operib. cælum vel infernum reddendum dicimus, vos pro ſola fide cælum decernitis: nos Chriſti in cælos aſcenſionem profitemur, quem veſtri Lutherani planè negant, an non vel hæc ſola eximiam quandam prærogatiuam nobis Turcis ſupra vos Euangelicos attribuerent? Sed quia iam portum propè inuectus ſum, nec velim rurſus in altum mare nauem meam impellere, idcirco ad fidem noſtram veſtramque, quæ in hoc Symbolo deſcribitur comparandum redeo, & dico nos planè cumulatéque credere, quidquid vos ipſi creditis, vel creditu & cognitu neceſſarium definitis: *vnum enim ſolum verum Deum nouimus, & quem ille miſit Ieſum Chriſtum*, vt hic & alias ſæpiſſimè eſt notatum, & etiam *ſpiritum Dei ſanctum* per quem Mariæ Virgo concepit Chriſtum. *Nouimus illam eſſe Dei legem. Dominus Deus, Deus vnus eſt*, quod omnes ſciunt eſſe fundamẽtum Alcorani noſtri, quod propterea ſemper ſingulis diebus ſæpiùs iterum atque iterum in Moſqueis noſtris, & precibus tum publicis, tum priuatis repetitur. Nouimus omnes ad legem Dei præſtandam eſſe deuinctos. *Credimus futuram mortuorum reſurrectionem, & iudicatum iri viuos & mortuos, & qui rectè egerunt in vitam æternam ituros, qui ſecus ad ſupplicium*. Iſta enim omnia tam diligenter, & tam frequenter in Alcorano noſtro inculcantur, vt propterea veſtri neſcio quam ineptam Battalogiam Prophetę noſtro obiectent. Quare quũ illi qui hoc *Symbolum profitentur (quæcunque reliqua ſint controuerſia) pro fratribus ſint amplectendi*, Eccleſiaque hac fide prædita vera ſit Dei Eccleſia, non eſt quod ambigas noſtram Mahumetanam eſſe veram Dei Eccleſiam, quæ certè plenius & ſincerius, & maiore animorum vnitate atque conſpiratione hæc profitetur vniuerſa & ſingula, quam vſpiam apparet in veſtris Euangelicis congregationibus. Hanc ego con-

cluſionem poſſem ex alijs multis Eccleſiæ veſtræ ſcriptoribus deducere, ſed hunc vnum multorum inſtar, qui pro alijs omnibus loqueretur, ob varias rationes delegi, tum quia ex profeſſo & ideo reliquis accuratius quæſtionem hanc limauit, tū quia in Anglia peculiari Reginæ veſtræ gratia vſus, eiuſque *peculiari ſubſidio & ſtipendio altus*, librum ſuum ſcripſit, & illi Anglicanæ Eccleſiæ ſupremo capiti dedicauit, vt Anglicanæ Eccleſiæ tum corpori, tum capiti non dubitem fuiſſe probatum, tum etiam quia Scripturis ſpiſſè coaceruatis ſententiam ſuam perpetuo roborat. Quod vnum ſi reliqua deeſſent, Proteſtantem quemuis ſtatim commouere debet, vt ei aſſentiat. Si tamen alios opinionis huius ſuffragatores videre cupis, in Foxo tuo reperies eiuſmodi non modò Confeſſores, verum etiam Martyres, è quibus vnus valdè nobilis, & quem ille mirificis laudibus ad cælum vſque tollit, & vocat *ſingulare exemplum omnium Iuriſconſultorum* (erat enim iuris Anglici ſtudioſus) *linguæ Latinæ Græcæq; admodum peritum, valde addictum precibus, aſſiduum Scripturarum lectorem, egregium piorum Mecænatem, &c.* Denique tam *potentem in Scripturis, vt Epiſcopos & Doctores Theologiæ ſuis ipſorum argumentis & rationib. confunderet*; Hic tam nobilis Martyr fidelem hominem ad huius Symboli regulā formans aſſirmabat Categoricè & planè *Turcam vel Saracenum quemcunque Mahumetanæ legis cultorem, ſi Deo vni cōſideret, eiuſq́ue obſeruaret legem*, hoc eſt, illud Symbolum profiteretur, honeſteque viueret, de ſalute æterna tam bene poſſe ſperare quam quemuis Chriſtianum. Quia nimirum (vt hic habes) *quæcunque eſſent controuerſiæ reliquæ*, illæ nihil impedirent, quin *Talis Turca Chriſtianis hominibus iure poſſit annumerari*. Id quod ego, Samuel, quando primum ex Anglia aliquot Anglis comitatus in Italiam veni, ſæpenumero audiui ab ijſdem Anglis in menſis & familiari ſermone vſurpatum. Eccleſia quoque Belgica Euangelica Zuinglianè, vel (quod propius ad tuam fidem accedit) *iuxta id quod eſt in Anglia Londini ſub Edouardo Rege traditum* (vt ipſi in Eccleſiæ ſuę hiſtoria ab eiuſdē Eccleſiæ Miniſtris edita loquuntur) quę Lōdini Edouardi Sexti tēpore ex varijs peregrinis, Flandris, Germanis, Gallis, Italis, Polonis coaluit, & ſub regno Reginæ Mariæ nouas ſedes quærere coacta in Daniam nauigauit, cum illic propter diuerſam fidē non admitterentur (erant enim Dani Lutherani) quin etiam Miniſtri Danici, quorum iudicio illa Sacramentaria Zuinglianorum opinio ſecum trahit magnam grauium abſurdorum cateruam, ſtatim ſumma & aſperrima

Acont. in epiſtol. ad VVolfium Tigurinum.

Fox. Act. & Monument. pag. 492.

Ibi. p. 495.

Simplex & fidelis narratio de diſſipata Belgarum Eccleſ. &c.

rima hyeme eos cēſerent expellendos tanquam homines impios, quod idem eodem tempore fecerunt VViſmarienſes, Lubecenſes, & Hāburgenſes, Zuingliani Miniſtri de eis valde cōqueſti ſunt, quod adeo crudeles erant, qui (inquiūt ipſi de ſeipſis) *etſi à vobis in re Sacramentaria* & alijs multis eam conſequentib. *diſſentimus, tamen Apoſtolica & Prophetica de Chriſto doctrinæ fundamentum retinemus. Talibus autem ille Apoſtolus ſalutē promiſit, modo ſuas ſtipulas exuri patiantur* 1 Cor. 2. Et rurſus. *Cōtra doctrinam Euangelij factum dicimus, quod à vobis damnamur, quandoquidem nemo de alterius condemnatione pronunciare aut poteſt aut debet in Eccleſia, quem non conſtat publicè à fundamento Apoſtolicæ confeſſionis Petri ore prodita excidiſſe.* Vbi velim ſemper aduertis cōfeſſionem illam Petrinam, quod *Chriſtus ſit filius Dei*, fundamentum illud eſſe, quod quicunque *publicè* non reſpuunt, etiam ſi forſitan priuatim improbant, deque alijs omnibus ad Chriſti perſonam officiumque ſpectantibus diſſentiunt, ij damnandi non ſunt, ij ſunt in Eccleſia, *ij retinent Apoſtolica & Prophetica de Chriſto* doctrinæ *fundamentū*, aut ſaltem *publicè ab eo non exciderunt.* Ideoque Apoſtolo Paulo iudice ſaluari poſſunt, quam eſſe ſuam firmam conſtantemque perſuaſionem huius Eccleſiæ Superintēdens Ioannes à Laſco, Miniſtriq; Martinus Micronius, Ioannes Vtenhouius, &c. clariſſimè prædicant, qui quamuis affirmant *doctrinam Lutheranorum manifeſtiſſimè cum articulo aſcenſionis Chriſti in cœlum pugnare cum veritate incarnationis:* nec id modo, ſed etiam cum *alijs vulgo receptis Chriſtianæ fidei articulis, de expectatione adhuc ad iudicium Chriſti Domini, de proprietate in ipſo naturæ iuxta ſcripturas, & de natura ac dignitate Sacerdotij ipſius*, hoc eſt, de cruce, morte, meritoque paſſionis; aiunt tamē perhumaniter, *ſe in charitate fraterna ferre, & ferendos putare* (Lutheranos) *omnes, qui modo nos viciſſim ferre volent, neque verò* (inquiunt) *vnquam à noſtra communione huius Sacramentariæ controuerſiæ nomine, aliquos ſiue in Anglia, ſiue alibi excluſimus, idemq; nobiſcum hac de re ſentit Eccleſia Tigurina.* Quo id tandem modo, quærat aliquis, quum & Lutherus Zuinglio, & Zuinglius viciſſim Luthero, & Lutherani Zuinglianis, & Zuingliani rurſum illis nō minùs quam Anabaptiſtæ ſint tam execrabiles hæreſiarchæ, quā alibi declarauimus? Ratio ſequitur, *Eo quod iſti* næui & ſtipulæ nihil obſtant, quin *omnes fundamentum confeſſionis Apoſtolicæ* de Chriſto Dei Filio, *pariter retineamus. Apoſtolus autem Paulus ſepoſito omni metu pronunciat ſaluos fore omnes, qui modo fun-*

Ibid. Act. Hambur. cap. 199.

Ibid. Acta apud Regē Daniæ pagin. 71.

Matth. 16.

Acta apud Regem Daniæ pag. 83. 97.

Ibid. p. 27.

Ibi. pag. 89.

Digitized by Google

do fundamentum retinent, etiamſi illi ſuperſtruant fœnum, ſtipulas, aut ligna, modò illa exuri patiantur. Sic illi. Quo quid grauius aut ponderoſius pro Alcorano noſtro dici potuit? Quid preter *fundamentum illud*, quod vobiſcum commune retinet, caret etiam illis *ſtipulis cum incarnatione Christi, proprietate naturæ eius iuxta ſcripturas, & Aſcenſione ad cælum adeo maniſeſtè pugnantibus.* Hæc enim nos omnia ſyncerè cōfitemur, cum quib. Euangelium Lutheranum adeo *maniſeſtè pugnat.* Ideoque *ſi Apoſtolus Paulus ſepoſito omni metu pronunciat ſaluos fore omnes qui fundamentum modò retinent, etiamſi ſuperſtruant illi fœnum, ſtipulas & ligna*, qualia ſunt iſta Lutheranica; nos qui *fundamentum retinemus*, & iſtiuſmodi *ſtipulas, fœnumq́; & ligna non ſuperſtruimus*, quanto magis, quantò ſecurius & confidentius omni metu ſepoſito idem *Apoſtolus Paulus pronunciat, eſſe ſaluos?* Et hæc quidem fuit Eccleſię Belgicę, & Anglicanę quoque eius temporis fides. Caſtalio autem quo neſcio an aliquem Eccleſia veſtra proferre poſſit omni genere doctrinæ tum diuinæ, tum humanæ, tam Hebraicę quàm Latinæ & Græcæ ornatiorem, eiuſque ſocij ſcriptores permulti, totaque Academicorum Eccleſia, hoc eſt, Eccleſia Euangelicarum omnium totius Europæ Eccleſiarum longè numeroſiſſima (ad eam enim pertinent Politici, qui in Anglia & Francia infinita planè multitudine dominantur) huius eiuſdem ſunt opinionis, niſi quod ſinceram confeſſionem particularium dogmatum aliquanto plurium, quàm hæc Eccleſia Belgica deſiderant, quod nos quoque dicimus, & ſic vrgemus vt qui illis careat, eum nos fidelem nullo modo exiſtimemus. Volunt autem Caſtalio, & eius Euangeliſmi Doctores reliqui, vt etiam Theodorus Beza memoriæ mandauit, id homini Chriſtiano ſatis eſſe ad ſalutem æternam, vt *nobiſcum Turcis vnum Deum credat, & præterea Chriſtum eſſe Filium Dei, ac mundi Dominum ac iudicē* (quæ eſt Symboli iſtius Proteſtantici modo expoſiti ſumma, & paulò plus quam Belgica requirit Eccleſia) *Vitamq́; ita inſtituat vt neque fur, neque adulter, neque homicida ſit, aut aliquo eiuſmodi crimine contaminatus, de cæteris controuerſijs permittendum eſſe vnicuique ſentire quod velit.* Sic Beza. Sed præſtat audire ipſos ſuam fidem exprimentes. Eſt enim in eorum verbis multo maior energia & efficacitas. Sic ergo illi: *Diſputatur hodie, non de via, qua ad Chriſtum venire poſſit, hoc eſt, de vitæ correctione, ſed de ipſius Chriſti ſtatu & officio, vbi ſit ipſe Chriſtus, quid agat, quomodo ſedeat ad dexteram Patris, quomodo ſit conſubſtantialis, vel vnum cum Patre:*

Beza de hæreticis à ciuili magiſtratu puniendi pag. 40.

Ibidem pagin. 41.

Item

Item de Trinitate, de prædeſtinatione, de libero arbitrio, de Deo, de Angelis, de ſtatu animarũ poſt hanc vitam, & cæteris huiuſmodi rebus, quæ neque ad ſalutem per fidem obtinendam vſque adeo cognitu neceſſaria ſunt (ſiquidem ſine illarum cognitione ſalui facti ſunt publicani & meretrices, & latro, & Paralyticus, & alij ſuperius ab Acontio quoque nominati) *neq; ſi ſciantur, reddunt hominem meliorem, quum dixerit Paulus, ſi ſciam omnia myſteria, & charitatem non habeam, nihil ſum*. Sic illi quædam eorum enumerantes, quæ quamuis nonnulli magna cõtentione premunt atque vrgent, tanquam ſine illis nemo poſſit ſaluari, hij tamen longè ſecus opinantur, ſuamque opinionem firmis vt vides argumentis probant. Alibi alia quædam his priorib. adijciunt, quę ego ſimul copulabo, vt ita vno quaſi intuitu totam iſtorum fidem nobis valdè placentem contemplemur. Aiunt ergo: *Chriſtum confitemur eſſe Dei Filium, mundi Dominum ac Iudicem, qui nos ex factis noſtris accuſet vel condemnet. De Euangelij & legis diſcrimine, de gratuita remiſſione peccatorum, de iuſtitia Chriſti imputatione ne quæratur quidem. Perinde enim id eſt, ac ſi quæras, venturus ne ſit Princeps aliquis curru, an equo, rubro an albo veſtitus. Quiquis ergo de his rebus ſentire liceat, neminem iudicemus ne ipſi iudicemur. Pauli diſputationes de his rebus, vt non vſq; adeò cognitu neceſſarias, quum ſine illis ſalui facti ſint Publicani, vt ad vitæ integritatem nihil facientes, imò vero vt duces ad ſuperbiam, ſauitiam ac perſecutionem abijciamus.* Hactenus illi, in qua doctiſſimorum hominum fide ſic expoſita aduertere potes Samuel, primũ, quæ dogmata *cognitu non neceſſaria* ſupra obſcurè vel generalius perſtrinxit Acontius, eorum hic aliqua apertè & particulatim recenſeri. Sunt autem de Trinitate, de Chriſti conſubſtantialitate, & eadẽ cum Patre natura, de eiuſdem ſtatu & officio, hoc eſt, de morte, crucifixione, redemptione, & Sacerdotio Teſtamenti noui, de iuſtificatione, prædeſtinatione, diſcrimine legis & Euangelij, quę vt alia permulta aſſerũtur *non eſſe cognitu neceſſaria*. Deinde animaduerſione quoque valde dignum eſt argumentum, quo iſta probantur eſſe quoad ſalutem indifferentia, quia nimirum *meretrices & Publicani*, & reliqui illi (de quibus antea) *ſine iſtis ſalui facti ſunt*: quæ ſi hominem eorum fide præditum *nihilo reddunt meliorem*, ergo fides Euangelicorum ſi qui fortè hæc credũt, nihilo plus valet quam fides Turcarum, quæ his caret, ad cultores ſuos Deo commendandos, eoſq; in gratiæ & fœlicitatis æternæ, quę per fidem obtinetur, poſſeſſione locandos. Scio quidẽ iſta Theodoro Bezę non omnino

1. Cor. 13.

Beza vbi ſupra pag. 38.

nino probari, qui leuibus quibuſdam argumentis è ſuo ſenſu, & proprio Geneuenſis Eccleſię ſpiritu deſumptis iſta carpit & calumniatur. Erat autem eo tempore ætate iunior, & è Gallia propter quædam non valde pręclara facinora (quę ego in gratiam Euangelij diſſimulabo) Geneuam cōpulſus, & quia vulgo putabatur ea ſcripſiſſe ad captādam Caluini & Senatorum Geneuenſium gratiam, qui propter exuſtum paulò ante bonum & doctum virum, innocētiſſimum illum Martyrem Seruetum, peſſimè tanquam *Papiſticæ crudelitatis inſtauratores*, apud pleroſq; Euangelicos audiebant, ideo parum apud cordatos lectores valebat ea Bezæ vel reprehenſio, vel refutatio.

Virgilius. *Infelix puer atque impar congreſſus Achilli*, quem Caſtalio non aliter quam Achilles Troilum, aut Daretem Entellus verberat, & huc illacque verſat, vexat, *præcipitemq; ardens agit æquore toto.* Quin & ipſe Beza in ſuis poſterioribſcriptis magis in iſtiuſmodi contra fratres ſuos Lutheranos, Brentianos, Illyricanos, & ſimiles pugnis exercitatus, multū remiſit de hac ſua iuuenili vehementia. Quanquam ſi vel ex ipſo Geneuenſi iuramento, & fidei profeſſione, quā Ioannes Caluinus, & Theodorus Beza, & totum Conſiſtorium Geneuenſe vt valde perfectum ſymbolum ædidit, & adoleſcentibus ſuis Academicis ſuſcipiendum impoſuit, iudicare velis, quid ſit in fide neceſſarium: ne ſic quidem ita multa reperies ab Alcorano noſtro abhorrentia. Vide enim iſtorum Panopliam & ſymbolum Euangelicum:

Formula confeſſio. fidei in academ Geneuenſi. *Abominor ſuperſtitionem accedēdi ad Sanctos quaſi patronos pro nobis apud Deum futuros. Repudio omnes ceremonias Papiſticas. Deteſtor tyrannicum illud iugum, quo ſunt oppreſſæ miſeræ conſcientiæ, velut legem de confeſſione auriculari, de Cælibatu, & alia huiuſmodi: Papiſticam hierarchiam execror* (qua tamen Eccleſia Anglicana regitur) *idcirco ſtabilitam, vt Deus ipſe irrideatur: Quinque Sacramenta à Papiſtis excogitata repudio, deteſtor vt intolerandum ſacrilegium illam abominationem Miſſæ.* Hactenus quidem quoad omnia & ſingula perbenè nobis cum Geneuenſibus conuenit, ſi tamen vnum illud de Sanctorū patrocinio ſemoueris. Reliqua enim magis probantur noſtræ Turcicæ, quam veſtræ Anglicanæ Eccleſiæ, quod vel ex hierarchia Epiſcoporum & Archiepiſcoporum conſtat. Supereſt vnum, quod nos paulò longius à Geneuenſibus videtur ſeparare, videlicet: *Teſtor me amplecti ac retinere velle doctrinam fidei ita vt eſt in huius Eccleſiæ catechiſmo comprehenſa, & me ſubijci diſciplinæ in hac Eccleſia conſtitutæ.* Hic quidem articulus ſi iuxta literam rigidè vrgeatur, vt omnes fideles

deles faciant profeſſionem *eius doctrinæ, quæ eſt in catechiſmo Eccleſiæ Geneuenſis* (Caluino authore) *comprehenſa*, ita quidem à nobis fateor non admitti, quemadmodum nec à vobis, qui non putatis veſtros domi Anglos Geneuenſi catechiſmo magis quam Tigurino, aut Baſilienſi teneri. Et ita quidem omnes efficerentur Caluiniſtæ, non autem fideles aut Euangelici, quod nomen non pendet ex vna doctrina catechiſmi Geneuenſis. Neque vero credibile eſt voluiſſe Caluinum & Geneuenſes, omnes vndiquaque fideles *ad eam* ſolam *doctrinam quæ eſt in catechiſmo Geneuenſi comprehenſa*, alligare. Valde enim pugnaret cum Euangelij & reliquarũ Eccleſiarum libertate. Memini quid reſpondit Archiepiſcopus veſter Cãtuarienſis Puritanis, qui ante aliquot annos multum laborarunt, vt ad huius Eccleſiæ Geneuenſis, vel Gallicæ, aut etiam Scoticæ formam, Anglicanam veſtram corrigeret: *Cuinam* (inquit ille ſtomachoſiùs) *Eccleſiæ reformatæ vultis hanc noſtram Anglicanam conformari? Et quare non debent aliæ reformatæ Eccleſiæ ſeſe non minus fingere & accommodare ad formam Eccleſiæ noſtræ. Nos enim tam certi ſumus de noſtra doctrina, eiuſdemque tam firma fundamenta & rationes aſſerre poſſumus, quam illæ, niſi forte vobis in animo eſt nouam Romam introducere, nouum Eccleſiæ totius caput cõſtituere, & alium Papam creare, per quem in omnibus dirigamur.* Et iterum: *Dico vobis confidenter Angliam non tenetur ſequi Geneuam, Scotiam, aut Franciam, neque certè vlla eſt cauſa, cur hæc noſtra vlli cedat Eccleſia in toto orbe Chriſtiano, ſiue reſpicias veritatem doctrinæ, ſiue puritatem cultus diuini, ſiue politiam Eccleſiaſticam.* Sic Archiepiſcopus veſter, confirmans etiam iudicium hoc ſuum ipſius Caluini authoritate, qui in *Epiſtolam ad Galatas vocat hoc peſtilentiſſimum malum, vt vnius Eccleſiæ cõſuetudo alijs velut lex vniuerſalis præſcribatur.* Quin hoc eodem modo & Lutheranis reſpondent Bullingerus & Miniſtri Heluetici, vt alias dictum eſt. Quare quum non ſit probabile velle Caluinum & Geneuenſes aliquem *ſibi Papatum arripere*, & Geneuam tanquam *alteram Romam* reliquis Euangelicis Eccleſijs præponere, cuius fides ſit alijs omnibus certa forma quam ſequantur, ergo hunc extremum articulum Euangelio & Euangelicæ libertati congruentius ſic interpretor, vt quemadmodum vult Geneuenſes ad fidem Eccleſię Geneuenſis ſic alios etiam velit, Anglos ad Angliæ, Saxones ad Duces Saxoniæ, vel Principis Electoris, Heluetios ad Zuinglij vel Magiſtratuum ſuorum, & reliquos Euangelicos regionatim fidem ſuam ad normam ſuæ regionis,

VVhitgift in defenſ. Admonit. Tract. 9. cap. 1. pag. 481.

Ibid. pag. 491. & Tract. 20. pag. 704.

Ibi pa. 481.

Caluin. ad Galat. in argument.

regionis, ſiue Principis, ſiue Miniſtrorum aut Superintendentium exęquare, atque ita noſtri omnes articulum hunc libenter admittunt, qui *teſtantur ſe amplecti & retinere velle doctrinā fidei, ita vt eſt in Mahumetana Eccleſia Catechiſmo*, hoc eſt, in Zuna vel Alcorano *comprehenſa, & ſe ſubÿciunt diſciplina in hac Eccleſia conſtituta.* Et ſic ipſa iuramenti Geneuenſis formula eò te ducit, vt manifeſtè videas, ideoque & abſque vlla quæſtione concludas nullam poſſe à tuis Doctoribus poni generalem Eccleſiæ veſtræ doctrinam, quæ non perinde nobis atque veſtris puriſſimè Euangelicis conueniat. Vos omnes repudiatis *ceremonias Papiſticas?* repudiamus & nos. Vos omnes *deteſtamini Tyrannicum illud iugum auricularis confeſſionis & cælibatus?* deteſtamur & nos. *Quinque Sacramenta à Papiſtis excogitata abÿcitis?* nihilo maiore zelo quam nos. *Papiſticam Hierarchiam* Epiſcoporū & Archiepiſcoporum, quibus Reginam veſtram inſtar Papæ ſupremum caput imponitis, *execramini.* Eandem maiore conſtantia execramur & nos. Iſta ſunt generalia vobis omnibus, ſunt etiam nobis. At verò *probare doctrinam, qua in Catechiſmo Eccleſia Geneuenſis eſt comprehenſa*, non ſpectat ad Euangelicum quatenus eſt Euangelicus (ſic enim Lutheranus nō eſſet Euangelicus) ſed quatenus eſt Geneuenſis, & fidelis ſecundum Eccleſiæ Geneuenſis morem, quare hoc eadem libertate, qua reliqui Euāgelici ſine vlla Euangelij ſui læſione reijciunt, & nos quoque refutamus, eiuſque loco Catechiſmum, hoc eſt, doctrinam Eccleſiæ noſtræ Mahumetanę amplectimur pari iure, quo reliqua varia Euangelicorum genera ſuarum regionum Catechiſmos & doctrinam profitentur. Atque hæc Eccleſię vel inueniendæ vel conſtruendę ratio, eſt certa, & plana, & irrefutabilis, eſt euidens & manifeſta, quod vt ad particularem Angliæ, Geneuæ, Saxoniæ, Heluetiæ Eccleſiam cognoſcendam, priuatæ opiniones à Magiſtratu vel Miniſtris Angliæ, Geneuæ, Saxoniæ & Heluetiæ prò Euangelicis acceptæ, & ſtabilitæ colliguntur: ſic ad vniuerſalem Euangelicorum Eccleſiam deſcribendam, dogmatum talium, quæ vniuerſis fratribus tāquam purè Euangelica placent, ſimilis fieri debet ſelectio, vt pari proportione, analogia & ordine à talibus ad talem vniuerſalem Eccleſiam aſſurgatur. Quod quandocunque fiet, & à quibuſcunq; ſemper videbit nos nulla probabilitate ab ea Eccleſia ſeparari, in cuius communionem omnes Euangelici aſſumuntur, quia nimirum facilè perpetuoq; deprehendet nos multo ſimpliciùs & ſinceriùs ea generalia dogmata profiteri, in quibus Euange-

Digitized by Google

Euangelici omnes conueniunt, vt iam demonſtratum eſt. Ex quo neceſſario infertur, nos perfectiùs & arctiùs talis eſſe Eccleſiæ membra, ideoque & confidentiùs poſſe nobis aſciſcere omnes illas dotes de vera Euangelij luce, de perſpicua veritate, rectaque Dei colendi ratione, quæ Eccleſiam ſequuntur, & quas hoc in loco perſequimur, adeo vt ſi ad nos demigraueris, tua de veritate indaganda ſecuritas tanto ſit futura maior, quãto ex his regulis nos ad veram Eccleſiam magis quam tui Euangelici pertinere comprobamur.

ARGVMENTVM CAPITIS DECIMI.

Poſt coronidem quandam de fundamentali cõuenientia Alcorani & Euangelij noui in ſectis omnibus approbandis ex vltimi capitis concluſione deductam ſequitur altera ratio certa veritatis inter Turcas non minus quam Euangelicos inuenienda, nimirum authoritas ſummorum Eccleſiæ capitum, quibus Euangelici Eccleſiæ principatum à Chriſto traditum defendunt. Quibus enim ſcripturis Theologia Anglicana vel Germana Reginam vel Regem Angliæ, aut Magiſtratum ciuilem alicuius ciuitatis vel prouinciæ Germanicæ probat eſſe ſuarum Eccleſiarum in ſuis ditionibus capita: illis ipſis Scripturis eadem Theologia confirmat Imperatorem Turcarum eſſe ſupremum Eccleſiæ Chriſtianæ in Turcia caput, cui de fide ſententiam ferenti omnes ſubditi iure diuino tenentur obedire.

CAPVT DECIMVM.

SVPERIORIS capitis ſumma & concluſio monet me Samuel, vt priuſquã id aggredior quod hic ſum acturus, cõronidem adijciam, quæ multum certè facit ad Alcoranum noſtrum Euangelio veſtro æquandum, vel præferẽdum etiam. Doctor quidam Chriſtianus perinſignis, qui magnam ſanè operam poſuit in examinando, & (vt ille loquitur) *cribrando* Alcorano, contra quem aliquot libros euulgauit, ſeſe ſcribit aduertiſſe, quod Propheta noſter magno artificio & ingenio ſeſe inflexerit ad omnes ferè ſectas placandas & permulcendas; & quòd Alcoranus eius,

ſalua

itized by Google

Cuſanus in cribratione Alcorani lib. 3. cap. 1.

ſalua fide quæ eſt de vno Deo, nulli ſectæ intendat contradicere, ſed omnes in hoc conſentientes recipiat, & æquo animo patiatur. Hac ratione tanquam eſca, putat ille Mahumetem varias hæreticorum ſectas, quæ tum cũ ille prædicabat, inter Chriſtianos graſſabantur, ad imperium vel etiam religionem ſuam allexiſſe, quia nimirum eas ſingulas tanquam de rebus indifferentibus, aut ſaltem ad ſalutem nequaquam neceſſarijs litigãtes non improbaret, ſed libens ad ſuam communionem admitteret. Quod vt vniuerſè & ſimpliciter verum non eſt (nam præter fidem de vno Deo, fidem de Chriſto Meſſia præcipuo mundi Propheta ita quoq; requirimus, vt neminem Iudæum Turcam fieri patiamur, qui non priùs illum Mariæ virginis filiũ *verũ fuiſſe Meſſiam Deo patribus promiſſum, & à Prophetis prænunciatũ iam in cælo corpore & animo manentẽ* fuerit cõfeſſus) ita animaduertas velim Samuel, quantò magis hæc ſcriptoris iſtius nota in Euangeliũ tuum quã Alcoranũ noſtrum cõueniat. Initio colloquij huius ex Bullingero & Muſculo diſtinctionẽ de fundamentis adhibuiſti, qua leuiores quaſdã hæreticorũ ſectas de veritatis Euangelicæ puritate ſaluo fundamẽto diſcordes, quales erant Apoſtolici, Pepuziani, Chiliaſtę, Anabaptiſtæ, in Eccleſiæ cõmunionem admiſiſti; alios autem à te numeratos, Marcionitas, Arrianos & ſimiles qui circa fidei fundamenta errarunt, longè ab eadem communione cenſuiſti repellendos Id quod ego facilè perſpicio ab authore tuo Muſculo fuiſſe inuentum, ne vos Turcas non minus quàm varia Euangelicorum genera tanquam fratres ſuos, & eiuſdem Euangelicæ Eccleſiæ membra ſuſcipere & complecti videretur. Sic enim ſcribit in eodem, quod tu citaſti capite: *Generalis hæreſium culpa in alijs eſt magna, in alijs maior, in alijs maxima. Magna vbi in rebus ſecundarijs pertinaciter erratur, & veritati contradicitur. Maior, vbi contra aliquem fidei articulum contenditur Maxima, quando ipſa fundamẽta ſalutis noſtræ vel in ſacra Triade, vel in vnitate diuinæ maieſtatis concutiuntur, vel in Chriſto alterutra, vel vtraque natura negatur, vel Chriſtus ipſe loco mouetur, id quod impiiſſimus hæreſiarcha Mahumet fecit, & poſt hunc Dauid Georgius.* Mitto verborum acerbitatem & contumilias, & quam indignè Mahumetus proteſtanti illi Dauidi Georgio comparetur, quorum hic abiecto Chriſto ſeipſum dixit verum mũdi Meſſiam, ille in tota lege ſua nihil viget, nihil præcipit vehementiùs, quã Chriſtũ publicè agnoſci & proclamari verũ illum Meſſiam: rem ipſam, quã hic mihi examinandam propoſui, intueamur. Nonne veſtrum Euangelium

Poſtell. de la religion des Turcs pag. 43.

Muſculus in locis cõmun. cap. de hæreſi nu. 5. p. 557.

gelium pluſquam Alcoranus noſter *ſaluа fide de vno Deo* & Chriſto ſectis quibuſcunque fauet & patrocinatur? Imo nonne vos multo quam nos laxiùs & licentioſiùs ſectas etiam de illo fundamento hoſtiliter pugnantes peramicè recipitis, & ſine vlla contradictione tanquam verè fideles complectimini? vſque eò, vt non tantum Mahumetem inuito Muſculo ſuſcipere, quinimò in ſuprema & digniſſima parte Eccleſiæ veſtræ locare teneamini (ſi tamen Mahumetes præſentia ſua Eccleſiam talem honorare velit) ſed etiam hæreſiarchę veri, & Mahumeti nobiſq; omnibus ſummè deteſtabiles veſtra bona venia, & optimo iure à vobis ipſis poſito, in Eccleſiam veſtram ingredi, eiuſq; parem & æqualem vobiſcum participationem ſibi poſſint vendicare? Recogita enim quæ iam in hoc colloquio noſtro tractata, & (quia euidentiſſimè vera, probata nimirum ipſorum tum Lutheranorum, tum Sacramētariorum confeſſionibus) concluſa ſunt de iſtorum hominum diſſidijs, & tum iudica verum Euangelium tuum non habeat eundem cum Alcorano noſtro ſcopum, niſi quod veſtrum illud admodum dilatauit ſeſe ad plurimos hæreſiarchas intromittendos. Mahumetes autem ſuum Alcoranum ita coanguſtauit, vt ab eius participatione permultas hæreſes vobis probatas excluſerit. Negare enim non potes fidem de vno Deo, de Dei Filio Chriſto vero homine ex Virgine incarnato, vero Iudæorum Meſſia in omnibus Turcis vel Muſulmannis plenè firmiterq; exiſtere. Nunquid eadem huius fidei neceſſitas apud vos obtinet, vt ſine ea nemo Euāgelicus cenſeatur? Nihil minus. Nam vt de Deo eiuſque vnitate nihil adijciam ad ea quæ proximè dicta ſunt, vos Anabaptiſtas incarnationem Chriſti ex Virgine Matre negantes, planè dico & ſyllabatim negantes *Chriſtum verum eſſe hominem* (qui eſt vnus Anabaptiſtarum Caluino teſte articulus, quamque eſſe illorum certam & generalem fidem Europa tota nouit, & veſtri domeſtici Anglorū annales, & publica Londini ſuggeſta, fora & circuli proloquuntur) recēſetis inter hæreticos tolerabiles, qui ſeruatis fidei Euangelicæ fundamentis, circa res ſecundarias, circa parerga, vt vocatis, res nimirum leuiculas, nec ita magni momenti errarunt. Et quemadmodum Anabaptiſtas, eodem planè modo Lutherum quoque de incarnatione ſenſiſſe, iterum atque iterum affirmat Zuinglius. Vno in loco ita Lutherū ipſum affatur: *Tu (Luthere) explicans illud, Quod ex ſpiritu natū eſt, ſpiritus eſt, Chriſti humanitatem quoque contra omnem veritatis fidem, nudum quendam & merum ſpiritum eſſe fingis, ac quòd ex*

Calui. Inſtruct contra Anabapt pag. 596. 597.
Holinſ. hiſtor. Angli pa. 1871 1872.
Sto. ibi. pa. 1181. 1184.
Ioan 3. v.
Zuing. 16.

Spiritu

2. Reſp. ad Luth. lib. de Sacramento. fol. 411. *Spiritu ſancto conceptus eſt, quamuis illud inſanis ſimul & Martionizãtibus rationibus facias. At illud aduertere debueras Chriſtum ex Spiritu conceptum duntaxat, ex virginis vtero corporaliter natum eſſe.* Quo item loco Zuinglius Lutherum vocat *ipſiſſimum Marcionem.* Iterum in eodem libro. *Ibi. fo. 401.* *Si in hac ſententia contumaciter perrexeris, quod Chriſti Ieſu humanitas eſſentialiter & corporaliter præſens ſit, vbicunque fuerit diuinitas* (quam ſententiam Lutherus ad mortem vſq; tenuit contumaciter, & ab eo ſumptam eius ſequaces Brentius, Iacobus Andreas, Smedelinus, Erythræus, Marbachius, Lucas Hoſiander, Andræas Muſculus, Martinus Kemnitius, Nicolaus Selneccerus, Stephanus Gerlachius, & alij Lutherani ad hanc vſque diem tuentur contumaciſſimè) *eo loci Deo volente te redigemus, vt vel vniuerſam noui Teſtamenti ſcripturam negare cogaris, vel Marcionis hæreſim agnoſcere: Hoc (inquam) bona fide nos præſtituros eſſe pollicemur.* *Ibid. Reſponſ. ad Lutheri Confeſſio. fol 269.* Alibi: *Hoc noſtro ſæculo Lutherus Chriſti humanitatem & in diuinitatem conuertere conatur, & in ſui erroris patrocinium, abſurda illa & nimis incõmoda Arrianorum hæreticorum argumenta adducere non veretur: quos locos Henricus Bullingerus nuper monſtrauit.* Et mox: *Ibi. fo. 470.* *Lutherus conatur probare, quod Chriſti caro quæ ſpiritu fœcundante concepta eſt, corpoream ſuam originem & incrementum nequaquam ex puro, caſto & intemerato Virginis vtero duxerit, ſed purus ſoluſq; duntaxat (quemadmodum ipſe loquitur) ſpiritus ſit. Nos verò illam Lutheri ſententiam Marcionis hæreſim eſſe palam & liberè pronunciamus.* Contra hanc Lutheranorum opinionem Theodorus Beza multis poſt annis edidit librum, cui hunc appoſuit titulum: *Theodori Bezæ reſponſum ad Brentij argumenta, & Iacobi Andreæ Theſes, quibus carnis Chriſti omnipræſentiam nituntur confirmare, id eſt, aduerſus renouatos Neſtorij & Eutichetis errores.* Et huius quidem generis plurimos libros ab annis 20. vtraq; pars emiſit. Et quam eſt illud frequenter & crebertimè ab omnibus recentioribus Zuinglianis inculcatum, Lutheranos ſua Vbiquitaria doctrina tollere perſonam Chriſti, negare incarnationem, humanitatem, Aſcenſionem in cælos! Quod etiam iam nunc ab Eccleſia Belgica illis obiectum annotaui. Et tamen tum Lutherus, tum Zuinglius, & Lutherani, *Apologia Anglic.* & Zuingliani ſunt veſtro iudicio veri Chriſtiani, & fratres, & fideles in eadem Euangelica Eccleſia commorantes. Eſt ergo clarum, Samuel, id quod Cuſanus putabat ſe aduertiſſe in Alcorano & Mahumete noſtro, quaſi is ita eum comparauerat, vt ſalua fide de vno Deo, nulli ſectæ contradicere voluerit, ſed

omnibus

Digitized by Google

omnib⁹ applaudere, omnes fouere & palpare, hoc ipſum multò pleniùs competere in Euangelium tuũ, quod non tam quidem ſuorum authorum voluntate, quam ipſius Euãgelicæ fabricæ neceſſitate multo maiorẽ ſectis maximè diſparatis intra complexum ſuum admittendis ianuam aperit: quod Lutherum & Zuinglium, quod omnes Lutheranos & Zuinglianos, addo & Anabaptiſtas quoq; (quos perſpicuè & nominatim addit Muſculus) quanquam Eutichianos, quanquam Neſtorianos, quanquam ipſiſſimos Marcionos, tamen pro fratribus eiuſdem Eccleſiæ agnoſcit, quaſi *ſeruatis fidei veſtræ fundamẽtis, circa res ſecundarias & parerga* errarent, qui tamẽ de vno Deo, de Chriſto, de perſona eius, de humanitate, incarnatione, & ſimilibus acerbiſſimè contendunt, & infeſtiſſimè prœliantur. Adeò vt ſi quis exactè & ſubtiliter ad calculos euangelij veſtri fundamentũ & eſſentiam reuocare velit, verè nihil reperiat, quod ſimpliciter & omninò euãgelicum aut Proteſtãticum vocare poterit, præter Romani Pontificis odiũ & deteſtationẽ. Quare quòd Cardinalis iſte de Alcorano vſurpat, hũc *ſalua fide quæ eſt de vno Deo, nulli ſectæ cõtradicere*, id ego ad vos aptè vereq; accommodare ſi velim, dicendum eſt euangelium veſtrum *ſalua fide*, vel potius ſaluo odio & execratione Pontificis Romani, *nulli ſectæ*, nullis ſectarijs aut hæreſiarchis cõtradicere, ſed omnes peræque ſuſcipere, ſiue deitatẽ diſtrahant in partes, ſiue humanitatẽ Chriſti abnegent, ſiue omnes Chriſtianæ fidei articulos corrumpant & deſtruant, quando hoc vnum generali veſtrum omniũ conſenſu ad euangelicum deſiniendum requiritur, vt ab eccleſia Rom. ſeiunctus, eius eccleſiæ epiſcopum & fidem inſectari, & odio immortali perſequi non deſiſtat: quemadmodũ nobilis ille Melitenſium eques de Miniſtris Geneuenſibus à Calu. in Galliã Antarcticam miſſis, vt illic Apoſtolorum more euangeliũ Caluinianum ſeminarent teſtatur: *Hoc* (inquit ille ad Caluinum) *in Miniſtrorum tuorum diſciplina obſeruari, ſi ſe ad eos conferat aliquis, qui benè in Eccleſiam Roma debacchetur, atq; in Miniſtros exquiſitis & affectatis cõuitijs inſultet, Eucharíſtiam idolũ, Papam Antichriſtum nominet, Principes qui chriſmate vngũtur, ſignum à beſtia accepiſſe dicat, atq; de execratiõis poculo bibiſſe. Feſtos dies, Quadrageſimã cæteramq; Eccleſiæ diſciplinã ludibrio habuerit: hic fidelis homo habetur, nulla vita, nulla fidei alterius habita ratione.* Et hoc ita expedito de primario maximeq; generali ſi non Alcorani noſtri, ſaltem euangelij veſtri fundamento, venio iam ad illud, quod hoc loco deſtinabã. Tria animaduerto Samuel,

Villagagnon ad articulos Caluin. in Gallia Antarctica euulgatos Reſp. lib. 1. c. 90.

Vera definitio Euangelici in genere. Fidelis Euangelicus.

muel, maximè generalia & iactata à plurimis in Eccleſia veſtra veritatis inquirendæ media. Primum difficiliùs, & obſcuriùs, & alijs laborioſiùs, ſoliſq; doctis & otioſis oportunum, vt ſingula fidei controuerſæ dogmata ſingulatim examinentur ad Scripturas ſacras, & deinde ex tali examinatione puritas doctrinæ inueniatur: quod hactenus tam longa & permoleſta diſputatione nos quantum propoſito noſtro ſatis erat, præ-

1. Timoth. 3. verſ. 15. ſtitiſſe arbitramur. Alterum breuius eſt, & omni hominum generi magis aptum atque idoneũ, vt ex Eccleſia Dei vera (quæ omnium iudicio veritatis cuſtos à Deo eſt conſtituta) ad veritatem in tali Eccleſia repoſitam gradiamur, quam viam proximo iam capite confecimus, & Eccleſiæ nomen ad nos magis quam ad vos pertinere oſtendimus. Supereſt tertium non adeò quidem certum, nec ab omnibus & ſingulis Euangelicorum generibus conceſſum, maiori tamen parti, & fortaſſe ſaniori probatum, vt ſupremos Eccleſiaſticarum rerum iudices & Eccleſiæ capita conſulamus, & eorum ſententia in veri-

Deut. 17. tate & falſitate diſcernenda regamur. Hoc nimirum eſt Dei

Matth. 16. præſcriptum in Teſtamento veteri. Ita Pontificij putant Chriſtum ordinaſſe in Teſtamento nouo. Sic (vt alia Euangelicorum nomina pertranſeam) Eccleſia Anglicana cenſet & definit, & eſt quidem rationi maximè cõueniens. Quoniam enim Eccleſia in perpetuis rixis & litibus non debet conſeneſcere, ſed neceſſariò aliquem ſtatuere diſputandi finem, nuſquã certè probabiliùs veri & falſi dijudicationem reperiemus, quam apud eos, quos Deus Eccleſiæ ſuæ præpoſuit iudices, moderatores & ſuprema capita. Quocirca hoc poſito fundamento ſi non prorſus certo, ſaltem maximè probabili, quinam ſunt iſti ſummi iudices, & capita, id proximè diſpiciendum eſt. Hic quidem ſcio vobis non idem videri omnibus, & tu ipſe iam priùs ſignificaſti non admodum placere tibi regium in Eccleſia principatum. Sed tamen quia tota generaliter Eccleſia veſtra contra Puritanos hoc vt maximè verum, & purè Euangelicum tuetur, Concionatores, Doctores, Scriptores, Epiſcopi & Archiepiſ. in libris & pulpitis intonant, & è ſcripturis probant, & clerus & populus vniuerſus iureiurando confirmat, & denique publicis regni & Eccleſiæ Anglicanæ legibus ſtatuitur crimen eſſe Maieſtatis læſæ, & terribili mortis genere. im-

Parlamen. Eliſa anno 1. cap. 3. mani membrorum laniatu vindicatur, ſi quis Reginæ *ſummã in omnibus cauſis tam ſpiritualibus & Eccleſiaſticis, quam ciuilibus & temporalibus poteſtatem neget*; quod tibi quoque vbi in Angliam redieris iurandum eſt, niſi malis tanquam patriæ

proditor

Digitized by Google

proditor extremum illud ſupplicium perpeti. Hoc quando ita eſt; cum in Eccleſia Anglicana conſtituamus iure diuino Reges eſſe illa ſuprema in terris Eccleſiarum capita, ad quę tanquam certa oracula pro veritatis inueſtigatione recurrendū eſt. Hoc ità definito & defixo, nos qui Alcoranum ſequimur, certiſſimos eſſe de veritate penes hanc noſtram Eccleſiam remanente, idque ipſius Dei qui fallere non poteſt teſtimonio, ſtatim conſpicuo, facili, & vobis nunquam refutando argumento cōfirmabimus. Neque verò opus erit, vt aliquid ipſi de nouo excogitemus, aut adijciamus ijs quæ ſunt à vobis, in omnibus ſiue ſcriptis, ſiue concionibus, ſiue etiam ſermonibus vſurpata. Nobis enim abundè ſufficit, vt ea ſolum vrgeamus & inculcemus, quæ ipſe Euangelij veſtri character, & Eccleſiæ fides requirit. Veritatis aſſequendę quæ poteſt ratio eſſe ſecurior, quā ſi eum ducem ſequamur, quem Deus ipſe nos ſequi voluit, & quem niſi ſequamur æternam nobis damnationem comminatur. Cui ſe regendam ſubmittere debet ouis, niſi paſtori? quem reſpicere miles, niſi Imperatorem? cui parere membra inferiora niſi capiti? Atqui ſupremum Eccleſiæ caput non minus in ſpiritualibus quam in temporalibus eſt Princeps ciuilis ſiue vir, ſiue puer, ſiue fœmina cuiuſcunque ſit religionis, vt de veſtris Henrico, Edouardo, Eliſabetha Principibus notiſſimū eſt. Et certè cū hæc ſumma Eccleſiæ regendæ authoritas adhæreſcat poteſtati regiæ, quæ non minus plenè erat in Traiano quàm in Theodoſio, in Henrico quā Maria, & in Maria Euangelicis infeſtiſſima quā Eliſabetha eorum protectrice; in Lucio veſtro antequam fidē Chriſti ſuſciperet quā poſt eam in baptiſmo ſuſceptam, hæc (inquam) vtriuſq; poteſtatis copulatio, ſi ita vera ſit & naturalis quam à veſtris ſcriptoribus aſſeritur, & ſtatutis Parlamentaribus definitur: tū certè crimē eſt læſæ Maieſtatis, cui Regiam poteſtatem concedis eidē Eccleſiaſticam & Pontificalem authoritatem adimere. Quare quum Imperator noſter ſit ſine vlla cōtrouerſia ſupremus harum regionum in ciuilibus rebus Monarcha: Ex quo efficitur eſſe eum quoq; ſupremum in rebus ſpiritualibus Principem, & in controuerſijs Eccleſiaſticis iudicem: Lex Euāgelica quæ hunc mihi iudicem præfecit, huic me capiti ſubmiſit, eadem à me requirit vt huic iudici credam, huic capiti obtemperem. Hoc ergo quod eſt Eccleſiæ veſtræ fundamentum, mihi opinionem meam Principis voluntate cōformanti fauet. Et quot ſunt in Anglia Parlamenta ſpiritualem hāc in Regibus facultatem ſtabilientia, quot ſcriptores ex Scripturis & Patribus

hoc idem demonſtrantes, tot huius meæ ſuaſionis firmiſſima argumenta, tot huius in veritate perueſtiganda ordinis habes approbatores. Quod ſi obijcias hoc veſtrum axioma ita intelligendum eſſe, ſi vel Rex iuriſdictionem hanc aſſumat, vel alioqui ſit Chriſtianus, fidelis, & rectè de fide ſentiat. Vtraque hæc cauillatio ſtatim refellitur nō ſolum vt falſa & Papiſtica, ſed etiam (ſi in Anglia eſſes) vt ſeditioſa & proditoria, & cum tui capitis omniumq; fortunarum diſcrimine cōiuncta. Quæ eſt enim Theologorum veſtrorum hac de re doctrina? Sic à Regio nomine contineri ſpiritualem principatum, nō minus quam temporalem, quemadmodum ad conſtituendum hominem requiritur nō minus corpus quam anima, ad domum non minus tectum quam parietes, ad arborem vt truncus ita etiam radix. Vnde Epiſcopus non ita pridem VVintonienſis hunc primatum vocat *præcipuā partem Regalis miniſterij quam nec ſi velit Rex poteſt à ſe remouere*, & qui eam Principi eripiūt, eos præcipuum munus Regiæ Maieſtatis tollere. Idem ſentit autor *iuſtitiæ veſtræ Britannicæ*, idem ſæpè repetit celeberrimus ille Iuellus, religionis vel veræ vel falſę additamento probat nil variari, nihil mutari Regis poteſtatem; planeque affirmat *hoc ius Imperatorium baptiſmo* & ſuſceptione fidei Chriſtianæ *nihil prorſus vel imminui vel augeri, & omnibus tam Eccleſiaſticis quam temporalibus cauſis antiquitus Imperatorem* (Conſtantinopolitanum) *fuiſſe ſupremum iudicem: & quodcunque à Concilio Epiſcoporum decernebatur, ſine conſenſu Imperatoris nihil voluiſſe.* Scripſit olim Irenæus vnus ex antiquiſſimis Eccleſiæ Chriſtianę Patribus, ſi controuerſia aliquā de rebus fidei inter Chriſtianos oboriatur, attendendum eſſe quid de ea quæſtione Romana Eccleſia teneat & definiat, *ad hanc enim* (inquit Irenæus) *Eccleſiam, propter potentiorem principalitatem neceſſe eſt omnem conuenire Eccleſiam, id eſt, eos qui ſunt vndique fideles*: Locus admodum periculoſus niſi ſanè intelligatur. Videtur enim in Eccleſia regenda primas nō Regi ſed Pontifici, nec Parlamento Anglicano, ſed Eccleſiæ Romanæ attribuere: & ita quidem obiecerat Hardingus ille notus Eccleſiæ Anglicanæ aduerſarius. At reſpondit ei eius antagoniſta quem proximè nominaui Iuellus Epiſcopus Sarisberienſis: *Principatus de quo loquitur Irenæus lib. 3. cap. 3. Politica adminiſtratione ac ciuili Imperio vrbis Romæ continebatur, in qua tum totius orbis Monarchiam Deus collocauerat.* Hoc poſtquam fuſè multiſque oſtendiſſet, ita rurſus infert. *Quare principatum cuius meminit Irenæus, non in Euangelij prædicatione, ſed in*

Horum è contra Feknam p. 101. 102.

Iuſtitia Britan. pag 37. 38.

Iuel. defenſio Apolog. par. 6. c. 52. diuiſ. 4.

Ibid. c. 14. diuiſion. 1.

Irenæus lib. 3. ca. 3.

Iuel. replic. 1 contra Harding. art. 4. §. 9.

Politica

Politica authoritate & adminiſtratione conſtitutus fuit, non in Pontifice qui Chriſtum profitebatur, ſed in Imperatore qui auerſus à pietate fuit. Sic egregium illud Eccleſiæ veſtræ lumẽ Iuellus. Ad quem item accedit calculus G. VVhitakeri Reginei in Academia Cantabrigiẽſi Theologiæ Profeſſor s, qui volumen illud Iuelli ex Anglicana in Latinã linguam tranſtulit. Et quis Rempublicam Romanam adminiſtrauit temporibus Irenæi? Antonius Verus & Commodus, ſub quibus *infiniti propè Chri-ſtiani in pleriſq́ue orbis regionibus pro Chriſti fide mortem perpeſſi ſunt*, vt Hiſtorici Chriſtiani notant & ipſe Irenæus conqueritur. Si ergo *omnis Eccleſia, id eſt, ij qui vndiq; ſunt fideles* horum Imperatorum quum *à veritate auerſi* erant, imò qui eandem veritatem, & veritatis cultores acerrimè perſequebantur, voluntatem in quæſtionibus Theologicis debuerunt attendere & placitis obtemperare: Si illi erant Eccleſiæ Principes, quorum præſcriptum iuxta Irenæi ſententiam & veſtram interpretationẽ Eccleſia Chriſtiana debuit ſequi: quantæ improbitatis eſt hunc in Eccleſia principatum, & à Chriſtianis ſibi ſubditis obedientiam Imperatori noſtro negare, qui neque à pietate auerſus eſt, & Chriſtianos ſingulari ſtudio protegit; tantum abeſt vt eos perſequatur. Muſculus autem qui idem omninò ius ſuis Heluericis Magiſtratibus vendicat quod vos Reginæ eodem quoque modo ius illud ab hoc fonte & origine manare vult ad Magiſtratus omnes, quatenus nimirũ ſunt Magiſtratus, non quatenus Chriſtiani. Sic enim ille. *Papiſtæ volunt Magiſtratum nihil eſſe aliud quam religionis & legum Eccleſiaſticarum cuſtodẽ & vindicem, & negãt pertinere ad illum, quatenus eſt Magiſtratus Eccleſiaſticarum legum conſtitutionẽ. Nos verò abſq; vlla diſſimulatione ſic ſentimus: Quemadmodum penes pium Magiſtratum ſuperior eſt religionis poteſtas & cura, ita penes illum etiam eſt legum Eccleſiaſticarũ conſtitutio, & eorũ quæ prolapſa ſunt in religione reformatio.* Et paulò poſt: *Confidenter aſſerimus, omnem eam poteſtatem qua leges authenticæ conſcientias ſubditorum conſtringentes conſtituuntur, ſiue ciuiles illæ ſiue Eccleſiaſticæ vocentur, nec ad Eccleſiam, id eſt, fidelium & ſubiectorum multitudinem nec ad illius in verbo Dei Miniſtros, ſed propriè ad ſolum pertinere Magiſtratum, cui datum eſt merum Imperium in ſubditos. Vnde & in Scripturis Hebraicis, Dij vocantur qui Magiſtratu funguntur: quam honoris appellationem Sacerdotibus datam non legimus:* Et vt certò intelligatur differentiam religionis non impedire in Rege ſpiritualem iuriſdictionem, diſertè addit in Rege cuiuſcunque

Euſeb. hiſt. lib. 5. cap. 1.

Muſcul. in locis comm. ca. de Magiſt. pa. 579. 580.

Ibi. pa. 581.

religionis eam reſidere, ideoq; *fuiſſe penes Reges Babyloniorum & Aſſyriorum quum Iudæi captiui eſſent in Aſſyria & Babylone, illorumq; Regum poteſtati ſubditi.* Ergo tempore captiuitatis quum extra Iudæam degerent, Nabuchodonoſor, Darius, Salmanaſ.r, Aſſuerus ſupremam habebant poteſtatem *leges authenticas de religione ferendi quibus Iudæorum conſcientiæ terrentur*: Quum in Iudæa viuerent, eadem poteſtas erat in Ieroboam, Achab, Athalia, Manaſſe. Quum tempore Machabæorum Macedones rerum potirentur, hic ſpiritualis principatus transferebatur ad Antiochum, Seleucum, Epiphanem & reliquos tyrannos idololatras, Apoſtatas, Paganos & infideles qui adeò immaniter Iudæorum gentem & ſacra vaſtabant, atque ita ius hoc perpetuò Regio diademati adhæreſcit. Et hæc generalis eſt tuorum omnium Eccleſiæ Anglicanæ & Apoſtolorum, & Epiſcoporum, & Doctorum, & Martyrum quoq; ſententia. Quum enim primum Henrico 8. & deinceps filio & filiæ ius hoc aſſererent, & hodiè deducant ex illis Apoſtoli Petri Paulique verbis, quibus monent *omnem animam poteſtati ſublimiori ſubditam eſſe debere, idq; nō ſolum propter iram, ſed etiam conſcientiam.* Et rurſus: *Propter Deum Regi parendum eſſe tanquam præcellenti*: his præceptis Apoſtolicis optimè fortaſſis probant Principes Anglicanos eſſe Eccleſiarum ſuarum quoad religionem moderādam capita; ſed ita tamen, vt prius neceſſario confiteātur temporibus Apoſtolorum Romanos Imperatores Claudium & Neronem ſupra Eccleſiam Chriſtianum eundem tenuiſſe principatum; Hoſq; Apoſtolos Chriſtianum gregem fuiſſe hortatos vt ſpiritualem horum Principum in rebus Eccleſiaſticis primatum agnoſcerent. Ridicula eſt ergo quæſtio, an Rex aſſumat id, ſine quo Rex non eſt neceſſe poteſt: quod eſt alterū, idq; neceſſariū Regiæ deſcriptionis membrum: quod antiqui Patres & ipſi Apoſtoli in Regio nomine incluſum fatentur, quod ita eſt naturale & cum ſanguinis Regij propagatione traductū, vt religionis veræ, fidei, baptiſmi, circumciſionis, & aliarum huiuſmodi rerum nec acceſſio ius hoc augeat, nec deceſſio minuat. Hęc (inquam) percunctatio non tantum eſt abſurda & impia, ſed etiam ſeditioſa, & læſæ Maieſtatis nota. Manifeſtè enim lædit Maieſtatem Regiam cuius pręcipuam partem Regi inſidioſè detrahit. Atque hæc omnia, Henrici Octaui, & Edouardi Sexti tempora egregie demonſtrarunt. Cum Theologia enim veſtra Eccleſiarum quoque veſtrarum praxim coniungam, vt altera alteram interpretetur, & ex vtraque certam & vniuerſalem Imperatoris

Ibi pa 579.

Lib. Mach.

Apolog. Anglic. Inſtitia Britan. Roman. 13. verſ. 1 5. 1. Petr. 2 13. 17.

ratoris noſtri, in hoc iudiciario munere poteſtatem eliciam. Memini me legere in Hiſtorijs veſtris Eccleſiaſticis, quam acris fuerit inter Ordines Parlamenti diſputatio, tum quum Henricus Octauus legem ferre volebat Sex articulorum (ſic enim vocabatur) quam ſuos ſubditos omnes Rex ille ad credendum ſex Papiſticæ religionis articulos Proteſtantibus odioſiſſimos aſtringere volebat, videlicet. 1. *Eſſe in Eucharistia ſacramento realem corporis & ſanguinis Christi præſentiam* 2. *Communionem ſub vtraque ſpecie non eſſe neceſſariam.* 3. *Sacerdoti nefas eſſe vxorem ducere.* 4. *Neceſſariò ſeruanda eſſe virginitatis & viduitatis vota.* 5. 6. *Confeſſionem auricularem & priuatas Miſſas eſſe in ſua Anglicana Eccleſia retinendas.* Hæc in comitijs Parlamẽtaribus vbi liberè de legibus promulgandis diſſerere more patrio ius faſq; eſt, quidem acerbè improbant, alij non minus ſeriò tuebantur: & ſurſum deorſumque inter homines prudentiſſimos diu longis ſermonibus quæſtiones hæ iactatæ ſunt. Ad extremum egregius quidam vir, & iuris veſtri admodum peritus, poſt multa perorata de ſuprema Regis potentia in Canonibus & regulis fidei populo ſuo impetrandis, his ipſis verbis tandem orationem ſuam & aliorum pugnantes diſputationes terminauit: *Quamobrem quum pleriq; noſtrum laici ſimus, in Scripturis ſacris, & antiquis Doctoribus minimè verſati, ego quidẽ ſic exiſtimo, officium noſtrum qui ſubditi ſumus id requirere: vbi de religione agitur, vt prompti ſimus & parati ad ea omnia recipienda & obſeruanda, quæcunq; Regi vel Principi qui pro tempore fuerit, maximè cum conſenſu Cleri & ſuorum Epiſcoporum placuerit nobis edicere credẽdum aut obſeruandum, quod Regis edictum Clériq; eius conſenſum ego verè ſentio nobis ſubditis fore coram Deo abundè ſufficientem defenſionẽ. Scriptum eſt enim obedite Regibus veſtris* Sic igitur Henricus partim quidem Proteſtanticam, maiori autem ex parte Papiſticam fidem (quæ vobis noſtra Turcica longè eſt inquinatior) iniunxit profitendam. Id quod & toto tempore quo poſtea Rex ille vixit ab vniuerſo regno & Eccleſia Anglicana factum eſt. Succeſſit Henrico Patri in Regio diademate Edouardus filius. Et quis ex omnibus Miniſtris aut Superintendentibus dubitauit, quin in Eccleſiaſtico quoq; primatu ſuccederet? Quis vel ex Epiſcopali vel Senatorio ordine negauit, quin eodem ſupremo in Eccleſia iure, fidem quoque Eccleſiaſticam potuerit vt pater corrigere & emendare? aut quis niſi inſignis aliquis proditor, qualem Bonerũ Epiſcopum Londinenſem, & Gardineum VVintonienſem numerant Eccleſiæ

Fox. Act. & Monument. pag. 660. Henric. 8. in Parlament an. 32. cap. 26.

Vbi ſupra.

Sufficient diſcharge.

veſtræ monumenta, poſtulauit vt quia primatum Eccleſiaſticum tanquam hęres patris à patre ſuſceperat, idcirco & fidem quoque paternam profiteretur? Imò prorſus contrarium & Regis actionibus, & Epiſcoporũ concionibus, & Senatus Regij præſcriptis, & Parlamenti totius decretis definitũ eſt. Nam & Rex quamuis nouē tantum annorum puerulus, tamen non ſolum pleroſque patris canones abrogabat, & ordinabat plenè contrarios; ſed etiam ipſe ſuam varians religionem, quos primo regni anno exurebat tanquam deteſtabiles hæreticos, proximo anno venerabatur tanquam ſacroſanctos Dei Martyres, & initio regni huius Principis nihil frequentius iniungebatur Epiſcopis, quàm vt diligenter pro concione populo inculcarent *Principem hunc in illa tenera ætate eſſe non minus perfectè Regem, Dominum & ſupremum Eccleſiæ caput, eiuſq́. legibus, edictis & mandatis non minus eſſe parendũm*; quam ſi longiſſima ætate prouectus ipſos Neſtoris vixiſſet annos, omneſque eos ſempiternum ſibi apud inferos ſupplicium conſciſcere qui ſe huic veritati Euangelicæ opponerēt. Quare etſi paucis ante annis promulgauerat cum aſſenſu Parlamenti Henricus Pater religionem de qua modo dixi: quam ipſe vt caput Eccleſiæ ſtatuerat eſſe ſinceram & incorruptam, ſubiectoſque in alia fide enutritos ad eam amplectendã armis & ſupplicijs compulit: nunc tamen poſt tantulum temporis contrariam religionem cũ Parlamentari aſſenſu edixit filius; & ſubiectos eam reſpuentes purioremq́ue illam à Patre imperatam ſibi relinqui contendentes magnis ſupplicijs caſtigauit: quamuis & argumentis quoq; nouam illam fidem à ſe inuectam perſuadere conatus eſt. Sed quibus planè regalibus vim (inquit) & *veritatem authoritatis noſtræ perpendite. Priorem illam religionem Patris, authoritate Parlamenti antiquauimus. Et aliquis veſtrum qui ſubiectum ſe agnoſcit, opponere ſe audet ſtatuto Parlamentari? Ecquis veſtrum ſpirare, aut aliquid vel cogitare audet contra Regiam noſtram dignitatem & coronam? Quæ eſt poteſtas noſtra, ſi leges negligātur?* Regiæ eſt ergo potentiæ, fidem pro temporum differentia differentem quoque ſubditis imponere. Hoc ius eſt, hæc facultas coronæ Regiæ, contra quam ſi quis vel *ſpirare audeat*, aut aliam fidem animo concipere quã Rex dictat, is ſubditum ſe eſſe obliuiſcitur, is contra Regis dignitatem atque coronam rebellis eſt, ideoq; acerbiſſimis quibuſcunque pœnis in hac vita & in futura quoque digniſſimus. Ita decernit & prædicat caput Eccleſiæ veſtræ Edouardus; & ille Edouardus, cuius etſi pueruli, in *minimo tamen digito plus fuiſſe*

Fox in Edou. 6.

Ibidem. pag. 696.

pag. 857.

Edouard. Rex ad rebelles Denom apud Hollinſ pa. 1654.

fuiſſe Theologia, quam in ſuo omniumquè ſuorum Coepiſcoporum capitibus, ipſe Crammerus Archiepiſcopus publicè teſtabatur. Fox. vbi ſupra. pag 184. Atque hoc iure freti, qui Principi illi à conſilijs erant Comites, Barones, & Equites vt populo de agricultura, de mercatura, de emendo & vendendo, & locando; ſic item de articulis fidei, de credendo, vel non credendo præcipiunt. Et quemadmodum Eccleſiaſticæ veſtræ hiſtoriæ notant ſub Patre Henrico, Fox p 520. *tali anno Crumuellum Comitem Eſſexiæ Regium quoad omnem iuriſdictionem ſpiritualem, Vicarium, Epiſcopis & Eccleſiaſticis perſonis omnibus hæc & illa docenda & ſequenda mandare*: ſic eædem hiſtoriæ notant Comitem Heretordenſem, quamuis non eſſet Regis vicarius, tamen quia erat eius impuberis protector eandem poteſtatem tanquam cum ſuo officio intrinſecè coherentem vendicaſſe, multaſque leges Eccleſiaſticas Epiſcopis & toti regno præſcripſiſſe. Quin etiam clariſſimi & prudentiſſimi domini de priuato Regis concilio, Barones & Equites aurati, Archiepiſcopis & Epiſcopis præcipiunt de tollendis imaginibus, de miniſtranda communione, de abroganda miſſa, de alijs articulis abolendis, quos prior Rex etiam cum Parlamenti totius conſenſu ſtabiliuerat. Ita nimirum arctè in Regium diadema incluſa eſt hæc ſpiritualis de fide conſtituenda authoritas, vt & Reges infantulos ſequatur, & ab ijs ad ſuos protectores transferatur, atque etiam cum Baronibus & Equitibus modo ſint de priuato Regis concilio communicetur. Quod ſi & Synagogæ Iudaicæ, Babylonij Aſſyrijque Reges, Nabuchodonoſor, Salmanaſar, Darius, & Chriſtianæ Eccleſiæ, Claudius Nero, Antoninus, Commodus, & poſt Conſtantinum Theodoſius, Valens, & alij Conſtantinopolitani Imperatores capita fuerunt in cauſis ſpiritualibus, quorum tamen alij Idololatræ erant, alij crudeles Eccleſiæ Chriſtianæ ſimul & Iudaicæ perſequutores: ſi ab iſtis ad Reges Angliæ & Magiſtratus Heluetiæ ſiue Catholicos, ſiue euangelicos idem ius deriuetur: quanto magis hæc authoritas noſtris Imperatoribus conueniet, qui & veriſſimi ſunt veterum Imperatorum ſucceſſores, quique præterea omnem idololatriam abominantur, qui venerantur legem, colunt euangelium, qui Moſen vt Prophetam egregium & Chriſtum vt diuiniſſimum honorant, qui Chriſtianos non perſequuntur ſed in ſumma conſcientiæ libertate viuere permittunt, qui denique adeo potentes ſunt, adeò pij, & ſanctiſſimæ religionis à Deo traditæ ſtudioſi, vt quam ſibi appellationem Tunetanus quondam Rex vſurpa-

vſurpauit ſe Miralmumenim, hoc eſt, rectè credentium Principem vocans, id in neminem aptiùs quam in huius ciuitatis Imperatorem conueniat. Et ex hoc etiam ruit illa altera appẽdix, ita demum Reges capita eſſe ſi modo pij ſint & verę pietatis defenſores. Ecquid enim inſulſiùs? imo ad turbandũ Reipub. ſtatum an aliquid peſtilentiùs dici poteſt? ſcilicet quum Rex, hoc eſt, ſummum Eccleſiæ caput dicit hãc eſſe fidem rectam & ſincerum Dei cultum, tu qui in corpore extremum forſan pedis vel minimi digiti in pede vix locum occupas, ad tuã cenſuram reuocabis, an caput tuũ rectè ſtatuerit. Quum Imperator aut Rex legem iuſſerit: an fas eſt vnicuique ſubdito in legis æquitatem inquirere, & ſi diſplicuerit reijcere, atq; ita toti populo ad ſpernendas Principum leges præire? Sunt autẽ hæc duo Regiæ poteſtatis ex æquo propria, regere Rempublic. & moderari Eccleſiam, ferre leges ciuiles, & iubere etiam Eccleſiaſticas; præcipere de quæſtionibus ciuilibus, & idem præſcribere de controuerſijs ſpiritualibus. Si in vtroque, poteſtati reſiſtitis, quis nõ te iuſtiſſimè ad furcas abripiendum clamitet? Si in altero, oſtende qua ratione, qua authoritate tu homo priuatus ea audes diuellere quæ Deus in Rege coniunxit, Apoſtoli conglutinarunt, Regij dominatus natura confudit & implicuit. Recordare quod eleganter ſcribit Muſculus de hac impudentia. *Eccleſia non eſt tradita poteſtas condendarum legum, ſed impoſita eſt audiendi & obediendi neceſſitas.* Et mox: *Fas, ius & ratio Eccleſiæ eſt vt obedia[illegible] ipſi à Deo præpoſiti, vt ſinat ſe inſtrui, duci, & gu[illegible] [illegible]ris quod capiti ſubeſt & obtemperat. Nec enim Deus [illegible] Eccleſiam ſuam vt ſeipſam propria regat authorita[illegible] regatur & inſtar gregis gubernetur à paſtoribus*, quorum [illegible]paſtor & caput eſt Rex. Et tu qua lance, quo iudicio de Regis pietate vel infidelitate ſententiam feres? Tuone priuato, an Eccleſiæ tuæ, Miniſtrorum, & Superintendentium, verbi gratia, ſi Rex edicat neminem deinceps aſtringendum ad Baptiſmum vti neceſſarium, ſed relinqui debere in cuiuſque arbitratu vt rem indifferentem, non minùs quàm circuncisionem, Eccleſia vero Baptiſmum neceſſario retinendum eſſe reiecta funditus circunciſione pronunciet: quid tu hic ſenties? an Eccleſiam ſe ſubmittere debere legi Regum, an potiùs Regis eſſe obedire legi Eccleſiæ? Si primum, ex eo perſpicis, non dicam quam facilis ſit Eccleſiæ veſtræ, non minùs ad Iudaiſmum quàm Turciſmum prolapſio, (hoc enim per ſe liquet) ſed illud veriſſimum eſſe quod

Muſcul. in locis commun. cap. de Magiſtratu pag. 180.

ſe quod ego defendo, te Imperatoris noſtri de circumciſione potius quam de Baptiſmo, de Alcorano potius quam de Euangelio admittendo iudicium debere ſequi. Nam ſi ſecundũ arripias quod ex communi veſtra exceptione quam ſuperius poſui conijcio, ita certe manifeſtum perduellionis crimen incurris, & quod conſequens eſt teterrimam mortem & lege, & Theologia Anglicana promereris. Neque enim conuenit (iuxta Theologiam veſtram) vt Miniſtri & Superintendentes qui inferioris ſunt authoritatis in Eccleſia leges ponant quas ſuperior poteſtas tueatur. Quod qui faciunt præcipuum poteſtatis ſuperioris officium inferioribus ac ſubditis aſſignant, & ſuperioribus quib. omnis anima tenetur obedire auferunt: atque ita ordinationem Dei inuertentes, ex ſubditis Legiſlatores, & ex Legiſlatoribus ſubditos conſtituunt. Et quid eſt lædere maieſtatem regiam, ſi hoc non eſt? quod ſubditum extollit in ſolium Principis, & Principem è Regali threno deturbat, & ad eandem cum infima multitudine conditionem redigit? Imò non tantùm ſtrangulandus eſt qui hoc admiſerit & in partes diſſecãdus vt patriæ proditor, ſed etiam flammis exurendus tãquam Dei & religionis hoſtis, vt qui *Dei ordinationem inuertit*, & ei obedire renuit cui Deus *omnem animam* ſubiecit. Lex etiam totius veſtri Parlamenti conſenſu lata huic Theologię aſtipulatur, ſtatuit enim eſſe crimen maieſtatis læſæ, ſi quis Principem veſtram *hereticam, infidelem*, aut *ſchiſmaticam* dixerit. Fieri autem non poteſt vt quis legibus Principis pro ſua priuata religione poſitis repugnet, quin prius leges eas impias & hæreticas opinetur: & proinde & Principem eſſe eius impietatis ream quam regia authoritate ſuis ſubditis ſequendam imponit. Et vniuerſe quiſquis ſe ipſum fidelem exiſtimat & orthodoxũ, vt verbi gratia Lutheranus, neceſſe eſt vt is Puritanum, Anabaptiſtam, Zuinglianũm, Libertinum arbitretur eſſe *infidelem & hereticum*, ideoque quum Princeps veſtra ſit vnius alicuius religionis (& vt ego conijcio Zuinglianæ) nulla penitus ratione prouideri poteſt ne ſubditi eius qui ſunt magna ex parte Puritani, multi Libertini, plurimi Familiani, Lutherani aliqui, nec pauci aliarum Sectarum, Principẽ abhorrentem ab ea fide quam ipſi putant perfectè eſſe Euangelicam, *infidelem* propterea & *hereticam ſchiſmaticamq́;* credant, niſi quod hac vnica regula tanquam panchreſto medicamento his tam varijs morbis occurritur, qua ſubditi docẽtur Principem vnumquemque, quia eſt Eccleſiæ caput poſſe fidem quam velit ſubditis præſcribere, ſubditoſque teneri vt

Muſcu. Ibi. pag. 180.

Parlamentum Elizabeth. an. 13.

Digitized by Google

ad eam ſe fidem conforment quam Princeps ſelegerit & pro ſuo tempore approbauerit. Ex quo fit, vt ſubditi nunquam Regem hæreticũ aut infidelem poſſint ſuſpicari, quia ipſi Regia ad amuſſim fide ſunt præditi, vel ad eam recipiendam parati quamcunque Rex eis præceperit. Quanquam autem lex iſta publicis tabulis poſterius fuit conſignata, tamẽ virtus quædam eius extulit ſeſe in ipſo initio quum primum hanc prærogatiuam Eccleſiaſtici Principatus Rex occupauit. Quum enim Thomas Morus Regni veſtri Cãcellarius, vir quidem tota Europa propter ingenium & eruditionem illuſtris, ſcrupulos conſcientiæ prætenderet ne de eo primatu quemadmodũ Rex iubebat crederet: Archiepiſcopus Cantuarienſis Crammerus hoc ei contra omnes ſcrupulos præſidium & portum eſſe debere ſuaſit, quod Rex cui ſcriptura ſimpliciter obediendum eſſe præcepit, ſua authoritate hoc aut illud credendum eſſe definiebat, ideoque & eius conſcientiam poſt regis auditam ſententiam, in ea ſecure poſſe conquieſcere, quando ſcripturæ ipſæ Regis iuriſdictionem ſancientes, conſequenter & ſubditum quemuis iubebant regio de religione decreto ſuum iudicium & fidem ſubmittere. Quare quum & Theologia veſtra, & leges ciuiles regi aſſignent ſupremum Eccleſiæ & religionis modernæ ius, cuius omnis anima debet ſubijci: quum is ſit caput, tu inferius membrum, illi Deus dederit imperandi poteſtatem, tibi reliquerit obtemperandi neceſſitatem; quum ſine perduellionis nota Regem tuum hæreticum aut ſchiſmaticum dicere non poſſis, ideoque nec eius de religione decreta vt hæretica & ſchiſmatica improbare, quum hæc omnia pertineant ad Magiſtratus & Reges qua Reges ſunt & Magiſtratus. Vnde notiſſimum eſt, Henricum Octauum non modò *ſeipſum feciſſe caput Eccleſia, ſed etiam legem tuliſſe ne quis ad vllũ munus aut dignitatem reciperetur Eccleſiaſticam, niſi prius fide data per iuſiurandum, profiteretur ipſum ac ſucceſſores etiam* quamuis contrariæ eſſent religionis (quod in ſucceſſionibus eius euidenter apparuit) *eſſe capita ſuprema Eccleſia Anglicanæ*: quę lex etiam ſub hoc Principe inſtaurata eſt, & ad huius item *ſucceſſores, hæredes, poſteroſque vniuerſos in Regno Angliæ* ad *æternitatem vſque* accommodata: hæc ita cum ſint, non tibi fas eſt hoc loco talibus nugis ludere (niſi cum Deo, & Rege, & capite tuo ludere velis) vt dicas te quidem obtemperaturum Regis de religione canonibus, ſi ſint pij & ſancti, quum contra tibi ſentiendum ſit, idcirco eſſe pios & diuinos quia à Rege præſcribuntur, cui vt obedias non minùs in ſpiritualibus quam ciuilibus

Morus in epiſtolis.

Bellon et memores libr. 4. Sleidan. lib. 25.

Ann 1. Elizab. cap. 1.

ciuilibus lege humana & diuina aſtringeris. Quare quũ Princeps noſter Amurates ea ſit poteſtate diuinitus ornatus, quam regibus omnibus diuino iure conceſſam huic noſtro niſi cum ſumma iniuria non potes negare: quumque is pronunciet Alcoranum noſtrum Euangelio veſtro eſſe præſtantiorem, lex diuina te quis in Turcia ſub eius imperio viuis, deuincit, vt huic capiti tuo iudicium tuum ſubmittas, nec hæreticam hanc eius ſententiam opineris, niſi & diuinam & humanam legem transgrediens coram Deo & hominibus, perduellionis reus cenſeri velis.

ARGVMENTVM

CAPITIS VNDECIMI.

Probat deinde Michæas in Turciſmo maiorem eſſe de fide & æterna ſalute certitudinem quam in religione Angliæ. Primo, quod capita Eccleſiæ Anglicanæ diſparatas de fide ſententias ſuis ſubditis credendas impoſuerint, quale quod inter capita Eccleſiæ Turcicæ nunquam factum eſt. Tum etiam quia ipſi Principes Euangeliſtæ maximè Zuingliani, & verbis planè concedunt & argumentis probant Turcas in ſua fide abſque fide Chriſtiana ſaluari poſſe, idque ſequitur ex doctrina eorum de baptiſmo de prædeſtinatione & electione: quum tamen Lutherus ipſe & Lutherani nonnimius certò ſtatuant omnes Zuinglianos in ſua Zuingliana fide morientes, ad inferos damnari. Ex quo concludit Michæas Turcas quam Zuinglianos eſſe de ſua ſalute ſecuriores.

CAPVT VNDECIMVM.

CVM itaque ex hoc vno principio de Rege ſupremo Eccleſiæ capite illud conſtat, parem & eandem ſaltem eſſe tibi ſecuritatem in Turcia ſequenti Alcoranum Mahumeti quæ eſt in Anglia ſequenti Euangelium Zuinglij, iam addo præterea hic tuam ſecuritatem fore tanto maiorem quanto hic quam in Anglia minorem habes de ſummorum Iudicum ſententijs dubitandi occaſionem. Domi enim, etſi mille Parlamentis alligeris ad id credendum quod

Digitized by Google

quod Princeps edicit, tamen quum nulla Parlamenta efficere poſſint vt duo diſparatè contraria ſint vtraq; vera: nec vos certò credere poteſtis fidem à Principib. veſtris traditam eſſe rectam, quoniam intra pauciſſimos annos duo Eccleſiæ capita Pater & Filius contrariam fidem ſubditis ſuis impoſuerunt. Quæ enim primum Eccleſiæ veſtræ caput Henricus Octauus edixit ſub periculo mortis & temporalis & æternæ credenda, verbi gratia, quod ſit & eſſe debeat in Eccleſia ſacrificium quo continetur realis Chriſti præſentia, quod confeſſio facienda ſit Sacerdotibus, quibus poſt ordines ſacros nefas eſt matrimonium cõtrahere: & reliqua illa de votis virginitatis, & miſſis priuatis, definiens eos qui ſecus ſentirent eſſe manifeſtè hæreticos: hæc omnia ſecundum Eccleſiæ caput Edouardus filius eadem qua pater authoritate ſuprema, penitus aboleuit vt impia, blaſphema, & cum diuinis literis maximè pugnantia, & planè contraria rata fecit ſuiſque ſubditis publicauit, & demoliens altaria, interdicẽs ſacrificia, permittens Monachorum & ſanctimonialium coniugia, abrogans confeſſionem, miſſis vndiquaq; per regnum Miniſtris qui hoc vt expreſſum Dei verbum laudarent, neceſſario ſuos diſtraxit admodũ ancipiti cogitatione ne poſſent ſuorum ſemper ſummorum capitum decretis indubitatam fidem adiungere. At vero hic apud nos nihil reperies quod tibi vel leuiſſimam dubitandi ſuſpicionem adferat, nihil enim in noſtræ religionis capitibus inuenies contrarium, nihil repugnans, ſed eodem penitus tenore & conſtantia qua cœperunt primi ſequuti ſunt poſteri. Quam viam primo ingreſſus eſt Ottomannus huius nobiliſſimæ ſtirpis radix, eadem perrexit Orcanes filius, eadem Amurates primus nepos, nihil ab eo deflexerunt pronepos & abnepos Baiazetes & Calipinus, eodemq; modo ſi continuata per reliquos ſerie, omnium de vlla religionis parte fidem exploraueris vſq; ad eum qui hodie dominatur Amuratem tertium, mirificam inuenies iſtorũ omnium in fide cõmendanda ſine vlla differentia conſenſionem. Multo ergo maior eſt ſecuritas vbi tot ſeculis in tanta Regum varietate nulla extitit de religionis puritate diuerſitas, quam in veſtro regno vbi intra octo annos multa quæ vt planè diuina & ſacroſancta fidei capita ſanciuit approbante Parlamento Pater, eadem ipſa tanquam ſcelerata & impia profligauit etiam approbante Parlamento filius. Plurimum facit ad argumenti huius confirmationem, quod ſine iſtis controuerſis de Chriſti Deitate & paſſione quæſtionibus ſola Alcorani fide nos ſaluari poſſe veſtrum Euangeliſtarum

Parlamen. ann. 2. & 3. Edouar. cap. 1.

gelistarum

geliſtarum doctiſſimi probant & libris editis defendunt. Quæ autem veritatis cuiuſpiam certior demóſtratio deſiderari poteſt quam ipſorum inimicorum confeſſio. Neque enim quicquam ad Iudaicæ legis conuincendam bonitatem glorioſius dici poterat quam illud Moyſis. *Non enim eſt Deus noſter ſicut* *Deut. 32.*
Dij illorum & inimici noſtri ſunt iudices. Quare quũ ipſi Chriſtiani capitales Mahumetis hoſtes hanc perfectionem Alcorano noſtro tribuant quod is ad vitam æternam ſuis cultoribus afferẽdam ſufficiat, negari non poteſt quin hoc magnum ſit præiudicium ad Alcoranum Euangelio præferendum, teq; animandum vt derelicto Euangelio ad Alcoranum noſtrum tranſeas. Hoc autem quia toto hoc opere oſtendi, alias luculentius multorum Proteſtantium teſtimonijs, alias diligenti capitum Alcorani cum Euangelio comparatione; nunc generaliter illud euincam duorum hominum oraculis quib. tu cótradicere nó poteris, niſi Eccleſiam Anglicanam funditus velis diruere. Qui fuerunt enim illius Eccleſię Apoſtoli & Archi- *Apolog.*
tecti? Huldericus Zuinglius, & Martinus Lutherus, viri præ- *Anglic.*
ſtantiſſimi miſſi à Deo nó ad Angliam ſolam ſed ad terrarum orbem illuſtrandum. Aduerte autem quo illi veritatis lumine mundum illuſtrarunt, diſtribue Turcas omnes in duas partes quarum altera contineat infantes & puerulos qui nondũ ſunt perfectæ rationis compotes: Alia viros ætatis maturioris qui voluntate arbitrioq; ſuo ducti peccata aliquando admittunt, aliquando rectè operantur. De priore parte certa eſt præſtantiſſimi viri Hulderici Zuinglij, & multorum etiam aliorum Euangeliſtarum opinio, infantes & puerulos Turcas æterna beatitudine potiri. Nihil enim hos ea priuare poteſt præter originale peccatum aut baptiſmi inopiam: at peccatum originale nihil nocet, quia verè peccatum non eſt. Neque vero obeſt defectus baptiſmi qui vt gratiam non confert, ſic nec aufert peccatum, quum in infante peccatum nó ſit quod auferatur. Denique Hulderici Zuinglij *firmiſſima ſtat ſententia, quum nulla* *Zuinglius*
cauſa ſit quæ diſiungat à Deo præter peccatũ, & infantes ab omni *tom. 1. libr.*
ſint peccato alieni, conſtat nullos tam irrefragabiliter inter electos *de prouidentia Dei*
ſciri, quam eos infantes qui intra infantiam moriuntur. Quæ *fol. 372.*
ratio non minus Turcarum quam Chriſtianorum liberos cóprehendit, quos vtroſque Huldericus Zuinglius à peccati originalis reatu eximit. Et quos vtroſque eiſdem argumentis, & Huldericus Zuinglius, & Ioannes Caluinus æternæ ſaluti adiudicant. Atqui hæc ratio neceſſario eandem fælicitatẽ cum Turcicorum liberorum parentibus quoque communicat.

Quæ

Caluin. in Inſtitut & paſſim vide ſupra.

Quæ eſt enim primaria huius de liberorum ſalute radix? Illa nimirum, quod *infantes noſtros antequam naſcantur ſe adoptare in ſuos pronunciat Deus, quum ſe nobis in Deum fore promittit, ſeminiquẽ noſtro poſt nos. Hoc verbo continetur eorum ſalus nec quiſquam in Deum tam contumelioſus eſſe debet vt eius promiſſionem effectui ſuo per ſe ſufficere* abſque baptiſmi & Sacramentorum adminiculis neget. Hoc verbo ſi continetur ſalus æterna liberorum, prius continetur ſalus æterna parentum. Prius enim Deus ſe pronunciat Deum noſtrum, & ita deinceps *Deum ſeminis noſtri poſt nos*. Contumelia eſt in Deum niſi credas & fatearis eius promiſſionem ſine Sacramentorum aut rerum externarum adiunctione valere ad liberos beandos. Et eadem eſt omnino contumelia & blaſphemia, niſi ad beandos Patres parem in Deo potentiam nullis alligatam rebus externis Sacramentis vel prędicationi agnoſcas. An hoc Dei promiſſum de Sanctorum hominum ſemine interpretaberis & ita nos Turcas ab eius participatione excludes. Cæterum euidenter demonſtraui nos veſtro Euangelicorum grege longè eſſe ſanctiores, & tamen vt concedam us ita non eſſe nihil hoc beatitudini noſtræ officit. Quamuis enim nos ſingulatim improbi ſimus, *non propterea filij noſtri Sanctorum filij eſſe deſinunt, quum longius ducenda ſit originis ſeries. Neque enim in vno gradu conſiſtit Deus, ſed vita promiſſionem in mille generationes diffundit. Et Apoſtolus Paulus dum ex radice ſancta ramos eſſe ſanctos colligit, & conſperſionem in primitijs conſecrari docet, omnes reputat ſanctos qui ex Abraham & reliquis Patribus fuerant progeniti.* Eodem prorſus modo Theodorus Beza: *Quum Dei beneficentia ad mille vſque generationes, id eſt, veluti in infinitum protendatur: durum certè fuerit ex proximorum parentum profeſſione de liberis ad Dei fœdus pertineant nec ne, iudicare.* Quare ſi vel Chriſtiani qui in Aſia vixerant ante annos 500. aut mille, aut mille quingentos: vel etiam ſi Abraham & Sara à quibus Turcæ & Saraceni omnes originem ducunt, fuerunt ſancti; nos quoque ſancti ſumus, & in fœdere Dei ſumus, quod ad mille generationes extenditur: & liberi noſtri ſancti non poſſent eſſe, niſi nos à qua radice oriuntur prius ſanctificatos eſſe ſtatuatur. Libera eſt electio Dei, & ad eos qui ex Turcis non minùs quam ad eos qui ex Chriſtianis ſuſcepti ſunt expenditur. At æquè libera eſt eadem electio ad Turcas parentes non minùs quam Chriſtianos comprehendendos, quis enim limites aut cancellos diuinæ electioni circundabit? Illud fortaſſe obijcies credere oportere in nomine

Beza epiſt. 10. pag. 90.

Zuing. ſupra p. 202.

mine Chriſti quicunque ſalutem æternam per eum volunt adipiſci. Hoc enim omnes Euangeliſtæ requirunt, hic eſt epiſtolarum omnium Apoſtolicarum & totius Teſtamenti noui ſcopus. Noui hunc eſſe maximum veſtrum firmamentum, & tanquam murum aheneum quo nos ab æternæ vitæ ſocietate repellitis. Sed vide quam facilè idque ex doctrinæ veſtræ placitis eum euertamus. Primum confidenter auſim aſſerere nos Chriſtum credere multo plenius, & efficacius, & honorificentius non ſolùm quam ſingulares Euangelici innumerabiles, ſed etiam quam Euangelicorum variæ & copioſiſſimæ ſectæ, qui ſi ſola fide iuſtificentur, multo magis nos noſtra fide iuſti efficimur. Deinde fac nos nequaquam credere, quidnam nobis ex eo detrimenti accedit? *Credere* nimirum *non poſſumus niſi audiamus fidem* Chriſti nobis commendatam; nec *audire poſſumus ſine prædicante: nec quiſquam* nobis *prædicare poteſt niſi mittatur.* Iſta verò omnia *prædicare, audire, mitti*, an non æterna ſunt? Quid autem modo Caluinus? *Nemo in Deum tam contumelioſus eſſe debet, vt eius promiſſionem effectus ſuo pro ſe ſufficere neget. Fit enim* (vt idem ait) *non leuis iniuria Dei fœderi niſi in eo acquieſcimus: quum eius effectus neque à baptiſmo, neque ab vllis acceſſionibus* prædicationis, auditionis, miſſionis *pendeat: Libera eſt* (inquit Zuinglius) *Dei electio in Turcarum liberis.* An non etiam libera in parentibus, quod careant Miniſtris baptizantibus, quòd baptiſmum non perceperint, nihil nocet illis. Quod careant ergo Miniſtris prædicantibus, quod non percipiant panem Euchariſticum & vinum, quid poteſt adeo eſſe pernicioſum iſtis? Primum itaque reſpondeo huiuſmodi ſcripturæ loca cæleſti hæreditate non priuare magis Turcas Patres quam filios. Vos autem beatitudinem illam liberis noſtris conceditis: non ergo debetis eam Patribus negare. Reſpondeo deinde ad loca Scripturarum directè, ea nihil tale intendere quale vos cõfingitis. Quoties enim cumque Chriſtus, Eangeliſtæ, Apoſtoli fidem requirunt, & ſine ea neminem ſaluari poſſe prædicant, per fidem non intelligunt *firmam & conſtantem intellectus aſſenſionem ei quod creditur, idquè ex voluntaria electione* vt definiunt Catholici: nec certiſſimam perſuaſionem de noſtra particulari prædeſtinatione & fœlicitate per Chriſtum obtinenda, quemadmodum eam deſcribunt Euangelici, & quam Lutherani ſtultiſſimè ex iſtiuſmodi ſcripturæ locis generalibus attribuunt infantibus modo in lucem editis, & quam

Rom. 10. v. 14. 15.

D. Thom. 1. 2. qu. 56. artic. 3. & 2. 2 q. 1. artic. 4.

Digitized by Google

& quam illis ita neceſſariam eſſe contendunt, vt ſine hac fide ſalui eſſe nō poſſint (quo quid dici poteſt magis agreſte & barbarum?) ſed intelligunt id quod eſt totius fidei caput & baſis hoc eſt, electionem diuinam: vt talium omnium locorum ſenſus ſit: *Niſi quis crediderit*, hoc eſt, *niſi quis electus fuerit*, ſaluus eſſe non poteſt. An hoc tibi nouum videtur & inauditum? At præterquam quod ipſa doctrinæ veſtræ ſeries & conſequutio hoc flagitat vt iam oſtendi: Apoſtolus quoque veſter Huldericus Zuinglius hoc modo exponi debere ait. Sic enim ille: *In iuſtificatione primum accedit Dei propoſitum, ſiue deliberatio ſiue electio, ſequitur deſtinatio aut definitio, tum vocatio, deinde iuſtificatio. Quum ergo Dei hæc omnia ſunt, qui fit vt fide ſalutem parari dicamus?* Reſpondet. *Leui Synechdoches ictu, quicquid inſolubile videtur deſilit. Accipitur enim fides pro Dei electione, definitione, vocatione, quæ omnia fidem antecedunt* [illegible] particularibus eius locis congerēdis & commemorandis molestus ſim hanc ille ponit generalem ſcripturas interpretandi regulam. Diſputat & *probat Apoſtolus Paulus* (inquit [illegible]) *in epiſtola ad Romanos, quod fide non operibus iuſtificamur* [illegible] *Paulo omnia per Synecdochen dicuntur capiendo fidem pro electione, quemadmodum & omnia in Scriptura quæ ad hoc argumentum pertinent* Neque certè vnquam ſolidè defendere potestis, veſtram de ſola fide iuſtificante doctrinam, quam *rem merè paſſiuam* vocat Caluinus, quiddam *negatiuum & priuatiuum* ex parte noſtra Martinus Lutherus, Illyricus, & plerīq; Lutherani: Niſi hoc modo *fidem* explicetis: quando alias ſi quemadmodum ſupra expoſui, vel Catholicè vel Euangelicè capiatis, non eſt res merè paſſiua, non mera in nobis priuatio & negatio: actionem enim noſtram ſignificat, quæ ſolifidianæ iuſtificationis eſt peſtis, ideóque ab ea totis viribus remouenda. Summa ergo doctrinæ veſtræ, ipſa dico, medulla Euangelij probat non minus Turcas in ſuo Alcorano quam Proteſtantes in ſuo Euangelio poſſe ſaluari, quia vtrobique ſola fides, hoc eſt, ſola Dei electio & prædeſtinatio, & Proteſtantem, & Turcam iuſtificat, ſine quocunque vel fidei noſtræ particularis aut operum adminiculo. SAMVEL. Quod iis de ſalute infantium qui ex parentibus infidelibus vel Perſis, vel Mauris nati ſunt (Turcis autem parcam, ne nos inter infideles collocem) hoc ſi ſepares ab ea abſurdorum connexione quæ tu attexuiſti, non nego eſſe Zuinglij ſententiam, & vt arbitror Doctorum Eccleſiæ Anglicanæ. Neque illam, vt mihi videtur, declinare debent aut poſſunt ij qui baptiſmo peccata delendi,

Zuingl. tomo 2. in Elencho contra Catabap. fol. 34.

Ibid fo. 33.

Caluin. Inſtit. libr. 3. cap. 13. §. 5.

Concil. Altemburg. à fol. 74. ad 79. & fol. 290.

lendi, & ſalutis conferendæ vim omnem adimentes, ſolum antegreſſæ Dei prædeſtinationi tribuunt integram infantes damnandi vel ſaluandi cauſam. Id enim ſi ita ſit vt in alterutram partem nihil valeat baptiſmus, ſed multi à baptiſmo ſtatim morientes damnentur, quia non prædeſtinati, alij ſaluentur ſine baptiſmo quia prędeſtinati, quod eſt in fide Magiſtrorum Eccleſiæ noſtræ, hæc autem Dei electio non ſolis Angliæ finibus coërceatur, ſed in Aſiam quoque peruadat, & Turcici Imperij ſubditos includat, quod nemo ſobri⁹ negabit, neceſſario (vt opinor) efficitur huius prædeſtinationis beneficio & Perſarum & Maurorum liberos ſine baptiſmo ſaluari, quum plurimi Chriſtianorum etiam cum baptiſmo damnentur. Quod autem elicis parentes infideles eodem priuilegio cæleſtem beatitudinem conſequi, illud quidem exiſtimo ſubtiliter potius argumentorum punctis extortum, quam ſimplici veritatis euidentia cõcluſum. Repugnat enim Scripturæ ſeries tota, pugnat quoque perpetua noſtrorum prædicatio, qui & concionibus, & ſcriptis nunquam deſinunt inculcare, ſine fide in Chriſtum nullam eſſe viam damnationis cuicumq; hominum generi euadendæ. Id quod ſi opus eſſet, poſſem innumeris eorum teſtimonijs docere. MICHAEAS: Non is ego ſum, Samuel, qui velim omnia eorum dicta reconciliare, id quod ſcio nec ab ipſis ſi viuerent præſtari poſſe. Immò admodum ſtultè & ſtupide hæc à quoquam prouincia ſuſciperetur, quum ipſi Euangelij Principes certam aliquam doctrinæ formam ſuis Eccleſijs relinquere nunquam cogitauerint. Clariſſimè nimirum teſtatur Zuinglius ſeſe ſolitum ludificare homines, & falſa pro veris ſæpenumero proponere, immò non diſſimulat ſe data opera perpetuo in Euangelio plantando velle eadem via progredi. Hodie opinionem vnam, cras ei contrariam, & tertio die nouam vtrique priori diſparatam cudere, nec vllam in doctrina conſtantiam retinere: *Scripſimus* (inquit ille) *ante duos annos de Euchariſtia, vbi tempori potius multa ſcripſimus quam rei.* Et mox: *Si lector, hic quædam offendis aliter quam in ſuperioribus ſcriptis, noli mirari. Noluimus cibum dare quum intempeſtiuum eſſet, neque margaritas porcis proponere.* Et denique: *Retractamus igitur hic quæ illic diximus, tali lege, vt quæ damus anno ætatis noſtræ 42. propendeant eis quæ 40. anno dederamus, quando, vt diximus, tempori potius ſcripſimus quam rei: vt ſic magis ædificaremus.* Ergo hanc legem ille ſibi ſuiſque indixerat, vt vltra hoc biennij tempus de fide nihil certi pollicerētur, ſed ita ſe compararent diſcipuli, vt quoque bi-

Zuingl tomo 2. comment. de vera & falſa religione c. de Euchariſtia. fol. 202.

que biennio ſequenti, fidei proximè antegreſſo biennio prædicatæ reformationem attenderent. Id nimirum *temporis conditio* cui *ſeruiebat* Zuinglius, id hominum cum quibus agebat nequiſſimorum, quos iſte *porcos*, Lutherus *ſues* vocat, indignitas; id denique Eccleſiæ ædificatio poſtulabat. Et ſi recordaris quod idem ſcribit Zuinglius de Luthero quod is quoque licet doctrinæ conceptæ paulò tenacior, eam tamẽ ſibi libertatem vendicabat quod ſingulis quinquennijs eam volebat nouare & reformare, quod Caluinus quoque ſolebat eodem modo *Euangeliũ promouere*; Non laborabis opinor de iſtorum dogmatibus coagmẽtandis quæ authores voluerunt eſſe conuulſa & ſeparata. Et friuolum eſt ſubtilitatem aut argumentorum acumen illic cauſari, vbi omnia craſſa Minerua, planè ſimpliciſſimeque ponuntur. Quid eſt enim certius quam Dei electionem ſuo effectu nũquam deſtitui? Quid notius quam eam ad paruulos ita ad natu grandiores extendi? Quid procliuius quam à ramis ad radicem deſcendere, præſertim quum verbatim ſcribat Paulus *ramorum ſanctitatem à radice* defluere, & hoc ad *mille vſque generationes* interprete Caluino. Mihi certè quidem & hæc & reliqua adeo videntur perſpicua & explicata, vt nemo poſſit tergiuerſari, qui non nimis captiosè nodum velit in ſcirpo quærere. Neque enim hoc ſemel atque iterum fortuito excidit Zuinglio, ſed ſæpius multis in libris confirmare ſatagit. Hoc in eo vehementer reprehendit Lutherus, hoc in eo contra Lutherum defendit Zuinglij in familia gener, & in Cathedra ſucceſſor Gualterus Tigurinus. Audi vero quemadmodum Zuinglius ipſe ex ijs quæ ſunt ſuperius poſita pronunciatis, eam ipſam eliciat concluſionem quã ego illi attribuo, diſputans de prouidentia Dei, & refellens huiuſmodi moroſos Chriſtianos (in quorum numero tu videris) qui neminem putant ſaluari poſſe niſi Chriſtiana fide imbuatur, hocque paradoxum concipiunt potiſſimum ex generalibus quibuſdam ſcripturæ locis, fidem vniuersè ad omnium ſalutem requirentibus vt modo oſtendimus, poſt alia multa, & illorum nimiam moroſitatem refellentia, & horum locorũ difficultatem commoda interpretatione mollientia, ita demũ eleganter pro noſtrorum hominum ſalute concludit: *Itaque paulò circumſpectius ſunt diuina oracula inſpicienda quæ Sinecdochicè loquuntur de credentibus, quod ſcilicet ſalui fiant. Hi enim ſoli hac lege continentur qui audierunt & crediderunt: ſimiliter de incredulorum damnatione. Hi enim ſoli intelliguntur qui audierunt & non crediderunt, de alijs non poſſumus pronunciare.*

Zuing. tomo 1. lib de prouidentia cap. 6. fol 370.

Digitized by Google

ciare, quia de nullorum electione nobis conſtat: tum quod Paulus præputium ſi legem faciat circumciſionem fore promiſit: Legem enim Dei oſtendit ſcriptam in corde: tum quod Abraham, Iſaac, Iacob, Virgo Mater, Petrus & Paulus electi ſunt infantes, immò ante mundum conditum quum fidem non haberent. Quam paucis verbis quam multa nobis in fide noſtra confirmandis idonea comprehendit? Primum omnes ſcripturæ locos fidem Chriſtianam vrgentes vna diſtinctione ad vos Chriſtianos reſtringit; & ſimul illos qui eiuſmodi ſcripturis ad nos damnandos abutuntur nefariæ in diuinis oraculis tractandis temeritatis coarguit, vt ſupra quoque annotauimus. Tum reiecta ea quam veſtrum multi ſuperſtitioſè comminiſcuntur fidei Chriſtianæ neceſſitate, ipſam nobis circũciſionem loco veſtri baptiſmi fore concedit, ſi honeſtè iuxta Dei legem viuamus. Poſtremo ad Dei æternam electionem, ſalutis noſtræ ſummam reuocat, quæ cum ante fidem Chriſtianam in mundo cognitam de hominum ſtatu definiuerat, vt exemplis Abrahæ & Iſaac conſtat, certum eſt huius electionis virtute omnes ita prædeſtinatos immortalitatem adepturos, quacunque in hoc mundo fide fuerint imbuti. Vnde perelegauter alio libro examinans locum illum Geneſis quem Caluinus, Muſculus, & eius generis Euangelici reliqui faciunt, & baptiſmi & Chriſtianæ iuſtificationis ſacram anchoram: *Ego ſum Deus tuus & ſeminis tui*: oſtendit Chriſtiani nomen & profeſſionem non requirere vt illa credamus controuerſa de Chriſti morte, paſſione, reſurrectione, aut etiam de Trinitate & conſubſtantialitate Filij cum Patre, in quibus tamen quidam veſtrorum, & inprimis Papiſtæ, collocant religionis ſuæ ſummam. Sed illud potius quod nos ponimus Alcorani noſtri caput: quod *Deus ſit omnipotens, Schadai, omni ſufficiens, Saturnus, vt qui vnus nobis ad omnia ſit ſufficiens. In hoc* (inquit ille) *fundatur baptiſmus noſter.* Sic ille manſueto admodum ſpiritu & nos & ipſos quoque Iudæos nobiſcum reconciliare, conatus. Quemadmodum poſt eum politiſſimus ille Caſtalio, & cum Caſtalione tot Academicorum millia probant quæſtiones illas *de cœna, de baptiſmo, de Chriſti ſtatu & officio, quomodo ſit vnum cum Patre, ad ſalutem per fidem non vſque adeo neceſſarias eſſe*, ſine quibus vt olim in lege Iudæi, ſic nunc quoque in Euangelio Chriſtiani ſalui eſſe poſſunt, modo alias vitam honeſtè inſtituant. Quod pium dogma à permultis rigidis Chriſtianis in quæſtionem vocatum ſed defenſum à Serueto vſque ad ſanguinis profuſionem, abſolutum à Caſtalione, pro-

Zuingl. tomo 2. reſponſ. ad libellum D. Baltazar. fol. 109.

ne, propagatum à Polonorum, Tranſyluanorum, Germanorum, Gallorum, Libertinorum & Academicorum tot millionibus, ab ipſis Zuinglianorum gregibus non niſi tenuiter & in ſpeciem reprehenſum, re ipſa firmatum, multis ſcriptoribus, & generali doctrinæ forma commendatum, ab hoc egregio Anglicanæ Eccleſiæ & Zuinglianorum Apoſtolo inchoatum eſt, & vt in illa herbeſcente Euangelij viriditate quando periculoſum erat veritates tam inauditas clariſſimè peruulgare, ſatis manifeſtè expoſitum. Vnde quemadmodum nominatim *Herculem, Theſeum, Socratem, Ariſtidem, Antigonum, Numam, Camillum, Catones, Scipiones in cælo in cætu SS. Patrum et Prophetarum collocat*, etiamſi de fide in Chriſtum nihil quicquam inaudiuerant, ita generaliter horum exemplo de omnibus gentibus pronunciat ſe de eorum ſalute æterna magis ſecurum quam de Chriſtianorum, quicunque à mille annis poſt exortum Papatum in Eccleſia floruerunt. Quod autem de viris iſtis à fide Chriſti alieniſſimis dicit, id de noſtris Ottomannis, Calepinis, Amurathis, Selymis, Solymannis in Chriſtum multo magis credētibus, Euangelij dogmata multò plura tenentibus, honeſtiorem vitam agentibus, legem Moſis, Prophetarū oracula, Chriſti Euangelium magna ſaltem ex parte colentibus, corporum denique reſurrectionem, & vitam æternā credentibus magis neceſſario pronunciat. *Ego certè malim* (inquit) *ſi optio detur, Socratis aut Senecæ ſortem eligere, quam aut Pontificis Romani, aut cuiuſcunque Imperatoris, Regis, aut Principis Papiſtici. Illi enim etſi in verbo & Sacramentis Deum non agnouerunt, tamē quod ad rem ipſam attinet, aio religioſiores aut ſanctiores fuiſſe quam omnes Domini caſtri aut Franciſcani.* Perſpicuum eſt ergo veſtram de Chriſto fidem non adeò eſſe neceſſariam, quum probabilius ſit ſine illa veteres Gentiliū Duces, quam cum illa veſtros optimos Principes, illorum Paganos Philoſophos, quam veſtros integerrimos Sanctos, Socratem quam Gregorium, Senecam quam Auguſtinum, Hectorem, Scipionem, Ariſtotelem, quam Bedam, Bernardum, Anſelmum: Principes Numam, Herculem, Antigonum, quam Edouardum, Edmundum, Ludouicum, quos Anglorū & Gallorum Eccleſiaſticæ hiſtoriæ in cælitum numero reponunt, ſalutem eſſe ſempiternam adeptos. Lutherus quidem vt erat perpetuus Zuinglij aduerſarius, hoc in Zuinglio peracerbè reprehendit, ſed nulla ratione, nullo argumento, niſi quod Sophiſtæ more illud Zuinglianis pro re abſurdiſſima obijcit, quod Zuinglius cum ſuis, vti veriſſimum totis viribus conabatur

Vide præfat. operum Zuingl. tomo 1.

Vbi ſupra lib. de prouident. c. 6.

batur ſuadere. *Hoc* (inquit Lutherus) *nihil aliud eſt quam apertè fateri quod ſentiant nullam eſſe fidem, nullum Chriſtianiſmum. Si enim Scipio & Numa Pompilius, qui fuerunt idololatræ ſaluati ſunt, cur oportuit Chriſtū mori? aut quorſum opus eſt baptizari Chriſtianos, aut doceri Chriſtum? A deo horribiliter ruūt neglecto verbo, neque quicquam ſciunt de fide, ſed illud ipſum ſtatuunt & docent, homo faciens quod in ſe eſt ſaluatur.* An aliquid dici potuit à tāto viro frigidius aut imbecillius? Hæc ita eſt, cur igitur oportuit Chriſtum mori? Faciliima eſt reſponſio, nō quidem oportuit: cauſa nulla fuit, ideoque nec omnino mortuus eſt: quare hoc abſurdum nullum eſt. *Quorſum opus eſt baptizari?* non eſt certè opus, ſine quo innumeri ſaluantur, id quod plurimis libris & Zuinglius & Caluinus, eorumque in Heluetia, Gallia, & Anglia, totaque Europa diſcipuli docuerunt. Ex hac Zuinglij ſententia ſequitur, *nullam eſſe fidem, nullum Chriſtianiſmum.* Non magis quam nullum eſſe Mahumetem nullum Alcoranum. Sequitur quidem ſine veſtra fide in Chriſtum, ſine veſtro Chriſtianiſmo poſſe ſaluari, quod obſtupeſcere & admirari tanquam abſurdum, hominis eſt vaniſſimi, quod Zuinglio & Zuinglianis, ſit Apollonis aut etiā Prophetarum oraculis verius. Sed fruſtra laboro Zuinglium defendere, quod olim præſtiterunt egregij viri Gualterus & Bullingerus, vt mihi ſuperfluum videatur actum agere, & tanquā in ſyluam ferre ligna. Quod autem Lutherus extremum abſurdum colligit, id ego cenſeo eſſe diligenti obſeruatione digniſſimum. Notant Chriſtiani ſcriptores illud in Alcorano noſtro tanquam ſingulare quiddam, quod vnicuique populo liberum relinquat quid velit credere, modo vnum credat Deum. Id quod licet reſtrictè & præcisè narratur: non prorſus tamen reijcimus, ſi ſanè intelligas. Sic quidem Mahumetus in exordio Alcorani. *Sciendum eſt* (inquit) *generaliter quoniam omnis rectè viuens, Iudæus ſeu Chriſtianus, ſeu lege ſua relicta in aliam tendens, omnis ſcilicet Deum adorans, indubitanter diuinum amorem aſſequetur.* Quod vt veriſſimum eſt, ita breuiter ab Huldrico Zuinglio concluſum eſt, quum aſſerit *hominem facientem quod in ſe eſt ſaluari,* ſiue Chriſtiana fide ſit præditus, ſiue eius penitus expers. Vbique autem in libris ſuis ſolicitè laborat illam ex Chriſtianorum mentibus opinionem euellere, quod fides Chriſti ſit ad ſalutem neceſſaria, ideóque ſæpè inculcat Scripturas ſacras (quibus homines maximè ducuntur) nihil tale inſinuare, *Illud enim,* & quæ ſunt eius generis, *qui non crediderit condemnabitur, nulli tenus intelligendum*

Luther in Gen. c. 47 fol. 699.

Gualter in præfat. operum Zuinglÿ tom. 1. Bullinge in præfat. lib. Zuingl. ad Rege Gallis. Cuſanus in cribratione Alcoran. lib. 2 cap. 1. Alcoran. Azoar. 1. Zuingl tomo 2 declara. de peccat. original. fo. 118.

 eſt ab-

eſt abſolutè : qua lege vt infantes non tenentur, ita neque tenentur qui cum infantibus verbum prædicatum non audierunt. Sed quoniam de hoc ſatis multa videtur eſſe dicta, vnica eius ſententia ſummam huius diſputationis continente controuerſiam ego hanc determinabo : *Salus & damnatio æterna quum prorſus libera ſint electionis vel abiectionis diuini iudicij, videntur quotquot de hac quæſtione vnquam diſſeruerūt paulò incautius definiuiſſe: Nunc quidem infantes omnes qui circuncisi (vt Turcæ) vel tincti (vt Christiani) non eſſent, nunc adultos omnes damnando. Quid enim agit aliud Apoſtolus Paulus ad Roman. à cap. 9. ad 12. quam vt oſtendat electis à Deo, non hoc aut illud agentibus fœlicitatem euenire, &c.* Hæc ergo eſt Zuinglianæ Theologiæ ſumma, nec tinctionem vel lotionē illam baptiſmi infantibus, nec fidem, nec doctrinam Chriſtianam aut infantibus aut etiam adultis eſſe neceſſariam : ſine quibus vt olim Gentiles in ſuo Gentiliſmo, ſic nos quoque in noſtro Turciſmo beatitudinem æternam poſſumus adipiſci. Tanto autem nos & facilius & certius, quanto & Moſem, & Legem, & Prophetas, & Chriſtum, & Euangelium, & Apoſtolos agnoſcimus, quæ illi vniuerſa ignorarunt : & vnum Deum omnium creatorem colimus, quum illi idolis aut multitudini Deorum impuriſſimè ſeruirent. Hoc ergo de nobis Mahumetanè credentibus quum adeo ſit euidens & exploratum, an idem vos vobis Zuinglianè ſeruientibus poteſtis eadem confidentia polliceri? Non opinor. Quum nuſquam Zuinglius denſius & vehementius ſcripturas vrgeat ad nos æterna vita donandos, quam eius Coapoſtolus Martinus Lutherus, eaſdem ſcripturas ſpiſsè acerrimeque coaceruat, vt oſtendat omnem Zuinglianum eſſe certo certius æternæ damnationis deſtinatum, nec poſſe euadere niſi Zuinglianam opinionem depoſuerit. Hoc perpetuū fuiſſe Lutheri iudicium à primo tempore quo Zuingliani emerſerunt vſque ad extremum Lutheri ſpiritum, quum ſit notiſſimum, in hoc explicando non morabor. Nullum eſt enim Lutheri volumen, nullum opus aut commentarius vbi in Zuinglianorum mentionem incidit, quin Lutheranæ contra eos cenſuræ grauiſſimum præbeat teſtimonium; Qui paulò ante mortem edita ſuæ fidei confeſſione, aſſeruit *Eccleſiam Dei cum illis nullo modo communicare poſſe; illi iam nunc damnati ſunt & perditi, & miſeros homines ſecum ad tartara abducunt, vt qui ſunt obſtinati & pœnitere neſcij, hæretici, hæreſis ipſi ſibi cōſcij, interim tamen falſam ſuam & venenatam doctrinam Eccleſijs proponunt, ſanctas quoq; Eccleſias ſeducunt miſerè,*

Zuing. lib. 1. Epiſtol. Zuingl. & Oecolamp.

Confeſſio. orthodoxa Eccleſ. Tigurina fol. 97. 5

miſerè, qui nec vnum fidei Chriſtianæ articulum verè credunt, quos propterea nullus hominum audire, nemo libros legere, omnes vero eos hæreticorum loco habere, & ceu ipſiſſimum diabolum vitare debet. Hæc eſt perpetua Martini Lutheri phraſis, ſeque cum ſuis nunquam aliter de Zuinglianis iudicaturum conſtantiſſimè profeſſus eſt: *eos enim* (inquit) *ad extremum vſque halitum deuitabimus, arguemus et damnabimus pro idololatris, verbi Dei corruptoribus, blaſphemis, deceptoribus, & hoſtibus Euangelij, qui infinita animarum millia in infernum præcipitât.* Denique quum ſæpe Zuinglianos nobiſcum comparat, ſemper Turcas Zuinglianis anteponit, & *Zuinglianos Turcis deteriores* eſſe diſertè pronunciat, & efficaciſſimis rationibus probat. Quamobrem quum ex his duobus præſtantiſſimis Eccleſiæ veſtræ Apoſtolis, alter Turcas in ſuo Turciſmo ſaluari poſſe tradat, alter Zuinglianos in ſua Zuingliana fide ſaluari nō poſſe ſed certo damnari confirmet, ex his primum eorum quod probare volui, manifeſtè efficitur, nos qui Alcoranum amplectimur multo ſecurius & probabilius æternam fœlicitatem expectare, quam vos qui tam dubias vel potius nefarias Zuinglij opinationes ſectamini.

Ibidem. fol. 10.

Luth. tom 7. defenſio. verborum Cœnæ fol. 189.

ARGVMENTVM
CAPITIS DVODECIMI.

Alterum corollarium quod Turcæ quàm Zuingliani ſi vtrique errent, minus grauiter damnabuntur ita probat. Primum vrget omnes extraordinarios Prophetas neceſſariò miraculis ſuam vocationem debere confirmare. Quærit deinceps à Samuele vtrum Lutherus & Zuinglius extraordinarij Prophetæ fuerint nec ne, & tum quæ miracula fecerint. Reſpondet Samuel ex Proteſtantium libris eorum vocationem fuiſſe, vt multi putant ordinariam, ſibi tamen magis videri extraordinariam, miracula autem. 1. vel non fuiſſe omnino neceſſaria. 2. vel eos nouam Eccleſiam non ædificare ſed reficere veterem: 3. vel vetera Apoſtolorum & Prophetarum miracula illis atteſtari. 4. vel ſpiritualibus miraculis ſe eſſe ſatis inſtructos.

Digitized by Google

CAPVT XII.

ILLVD autem ſecundo loco poſitum ſi fortaſſe (quod abſit) in religione aberramus, minus tamē coram Dei tribunali atrocem & exitioſum fore errorem noſtrum qui Alcorano Mahumetis ſtudemus, quam veſtrum qui elegiſtis doctrinam Zuinglij aut Lutheri, hoc quoque non minus euidenter & facile patebit. Quotieſcunque itaque Deus noua aliqua doctrina mundum illuſtrare voluit, huic operi ſemper præfecit homines ſingulares & tanto muneri perfungendo idoneos. Quemadmodum enim prudens Imperator magnam aliquam & difficilem prouinciam non committit homini inerti & ſtupido, ſic Deus ad hanc tam diuinam adminiſtrationem nunquam elegit niſi eos quos ipſe ad tantum opus abſoluendum idoneis ſuæ gratię chariſmatis inſtruxit. Sed neque ſatis eſt quempiam intrinſecus magna virtutis excellentia eſſe prędıtum, niſi hoc etiam hominibus ad quos mittitur innoteſcat. Quemadmodum enim ſi Imperator noſter in longinquas Armeniæ, Ægyptique regiones famulum mittat, vt extraordinarium aliquod tributum à ſubditis colligat; prouinciarum rectores ſubditique ſine vlla offenſæ maieſtatis Imperatoriæ nota poſſunt & debent ſe continere ne perſoluant, niſi prius Legatus firmis argumentis & diplomatis fidem fecerit ſe legitima cum authoritate à Principe miſſum: Sic quoque & multò magis, quū vir quiſpiam hoc ſibi arrogauerit, ſe à Deo mitti, vt nouum eius colendi ritum, nouam credendi & obediendi formam, quaſi nouum, inuſitatum, extraordinarium tributum populo per vniuerſum mundum præſcribat, illuſtribus argumentis probare debet hoc ſibi muneris à Deo eſſe iniunctum, alias vt prouinciales illi ſeipſos fruſtra exinanire, & pecuniam ſoli Imperatori debitam impoſtori alicui poterunt numerare qui fortaſſe contra ipſos & contra Imperatorem pecunias eas eſt expenſurus: ſic homines loco veri Prophetæ, in Pſeudoprophetam poſſunt incidere, qui quem ipſi cultum Deo præſtare debent, ad idolum aliquod conabitur auertere: & vt ſæpe in veteri teſtamento factum eſt, pro vero vniceque DEO cœli & terræ conditore vitulos aureos adorandos inducet certa cum hominum pernicie, & inſigni diuini nominis contumelia. Cæterum intrinſecas illas virtutes quibus hic noſter Propheta Dei nuncius excolendus eſt, quia & explicatu ſunt

tu ſunt difficiliores, & diſputationem parere poſſunt longiorem, omittamus: nec extrinſecas quidem notas omnes perſequemur, vnam tantum aut alteram attingemus: eaſque & tam generales, vt nullus aliquando Propheta bonus earum expers in orbe apparuerit; & tam euidenter veras, vt Euangelici ſine controuerſia fateantur eas in Prophetis doctrinã vulgo receptam reformaturis requiri: & adeò ad Prophetas veros à falſis diſtinguendum aptas, vt nemo ſit vir adeò ſimplex qui earum intuitu falſum Satanæ miniſtrum à vero Dei legato non poſſit internoſcere. *Prophetæ* (inquit Melanchthon) *in veteri teſtamento nominati ſunt Doctores, immediatè vocati à Deo ad repugnãdum doctrinam: & præcipuè ad illuſtrandam promiſſionem de Meſſia, & ad aliqua politica conſilia. Et ſunt ornati teſtimonio miraculorum, vt certum eſſet eorum doctrinam eſſe veram, & eos non errare in doctrina, quia Deus de ea teſtificabatur. Tales fuerunt Moſes, Dauid, Eſaias, Elias, Ieremias, Eliſeus, Daniel & alij. Apoſtoli ſunt Doctores in nouo teſtamẽto immediatè vocati à Chriſto ad docendum Euangelium, & ad publicam adminiſtrationẽ Sacramentorum: & ſunt ornati teſtimonio Spiritus ſancti & miraculis: vt certum eſſet eorum doctrinam diuinam eſſe, & eos non errare in doctrina, quia Deus de ea teſtificabatur.* Hoc ergo & in omnibus teſtamenti veteris Prophetis & noui Apoſtolis verum erat, quod quia non humana ſed diuina authoritate ad corrigendam populi ſuperſtitionem mandati fuerant, idcirco ſua ſecum afferebant miracula quaſi diplomata & chirographa regia, quibus populo perſuaderetur eos non ſua ſponte incitatos, ſed cæleſti inſpiratione motos hanc functionem ſuſcepiſſe. Optimè Ioannes Brentius: *Illud* (inquit) *ſemper obſeruandum eſt, miracula à Chriſto in hunc finem edita, vt ijs tanquam cæleſtibus ſignaculis & teſtimonijs cõfirmaret veritatem doctrinæ ſuæ. Opera* (inquit) *quæ dedit mihi pater vt perficiam, iſta teſtificantur quod pater miſerit me, quod fungor diuina legatione.* Id quod eodem libro apta ſimilitudine illuſtrat ad hunc modum, *Donum edendorum miraculorum hunc vſum præcipuè habet, quod ſit teſtimonium & confirmatio doctrinæ cælitus reuelatæ. Et quemadmodum in legationibus hominum, neceſſe eſt vt legati ſecum afferant literas fidei, quas vocant literas credentiæ à quibus mittuntur, quo verbis eorum fides adhibeatur: Ita in legatione Dei neceſſe eſt vt legati habeant cæleſtia teſtimonia, quibus tanquam literis credentiæ parent ſibi fidem. Hæc teſtimonia ſunt miracula.* Idem prorſus eſt Musculi, idem Lutheri iudicium. Et Zuinglius vehementer aſſeuerat, & iterum

Corpus doctrinæ Germanica, & in examine ordinandorum ca. de definitionibus appellatio.

Brent. in Luc. ca. 19. ho. 6.

Ibid. hom. 76. de reſurrectione Chriſti.

Muſcul. in locis commun. cap.

41. de nomine Dei pag. 394. Luther. to. 4. in Iſaiã. cap. 35. Zuingl to. 2. Eccleſiaſtes fol. 52. 53. 54.

& iterum atque iterum inculcat, & varijs teſtamenti veteris nouique exemplis atque argumentis probat, omnes quicunque vllis aliquando vel Synagogæ Moſaicę, vel Eccleſiæ Chriſtianæ temporibus, *docendi concionandiq́; functionem vſurparunt, vel mirificis oſtentis à Deo fuiſſe vocatos & confirmatos,* vt Prophetæ & Apoſtoli: *vel paſtorum Eccleſiæ electione,* vt ordinarij verbi miniſtri. Qui verò ſine horum altero Eccleſiæ regendæ officium ſibi vendicant, eos eſſe *homines audaces, temerarios, hæreticos & imitatores Choræ & Dathanis. Numer. 16. dignos qui cum iſtis ad infernũ deſcendant viui, quum intolerabili & diabolica arrogantia, plus quam Ioannes Baptiſta, plus quam Petrus, Paulus, aut Chriſtus ipſe Ieſus, ſibi aſſumant. Heb. 5. Matth. 3. &* cap. 17. *Ioan. 1.* Ergo vocatio cuiq; in Eccleſia aliquid acturo neceſſaria eſt, ordinaria vel extraordinaria: illa, vt à notis Eccleſię rectoribus qui ante eum Eccleſiæ præfuerunt ad Eccleſię ſuſcipienda gubernacula vſitato more deſignetur, quod in omni repub. & ſacra & prophana receptum eſt: iſta, vt non hominum voce ſed Dei imperio ad hoc munus attollatur: quod aliquando in veteri teſtamento factum eſt, in nouo nunquam, niſi quãdo Mahumetus noſter vel Lutherus veſter ad Eccleſiam reformandam acceſſerunt. Atqui ordinariam vocationem valere iubeamus, quoniam neque apud nos Mahumetus aut Sergius, nec apud vos Zuinglius aut Lutherus niſi rarius eam prætenderunt cuius iure Eccleſias inſtaurandi munus ſuſciperent. Extraordinaria autem vocatione quæ nõ homines ſed Deum immediatè authorem habet, quũ veſtri nitantur: quemadmodũ vos omnes magnæ cuiuſdam negligentiæ, & præcipitis temeritatis crimẽ effingere poteſtis, qui ſine miraculis perpetuò tales prophetas comitãtibus, iſtis hominibus credidiſtis? Hoc enim non minus craſſum eſt peccatum quam ſi impudenti alicui mulierculæ in angulis muſſitanti ſe eſſe Eliſabetam reginam Angliæ, ſtatim fidem adhibentes principem veſtram Eliſabetham deſereretis & nouum hoc idolum complecteremini: Quemadmodum memoria auorum noſtrorum fecerũt nonnulli qui Petro cuidam VVarbeco flandro ciuis Tornacenſis filio ſeſe Richardum Plantagenetam Edouardi: 4. filium dicenti adhærentes, eumq; vt veriſſimum Eboracenſis familiæ hæredem venerantes grauem in repub. veſtra ſeditionem conflauerunt. SAMVEL. eſt hic nodus ſatis quidem difficilis, & qui Bezam eiuſque in conuentu gallicano Poiſſiaceno fratres male vexabat. Sed tamen duplici ratione ſoluunt, quamquam vt ſimpliciter quod ſentio loquar

Hiſto. Angliæ in Henrico.

Digitized by Google

loquar neutra mihi plenè ſatisfacit. Nonnulli, vt Beza & Vrbanus Regius aiunt, Lutheri & Zuinglij vocationem fuiſſe ordinariam, hoſque *penitus extra ordinem non ſuſcepiſſe Euangelij prædicandi munus, quum ille Theologiæ Doctor, hic Parochus (vt fertur) eſſet in ipſo papatu ordinatus.* Sic Beza: & ante eum Vrbanus Regius, *Euangelij prædicandi authoritas nobis ſub papatu Romano per manuum impoſitionē vocationemque eſt data, poſtea quum eorum & vitia & ſectas contra fidem ſanam inuectas reprehenderemus à Pontificijs ſumus excommunicati, quam iniuriam toleramus exemplo apoſtolorum qui in Iudaiſmo nati, circumciſi & educati, poſtea tamen à Chriſto ad prædicandum miſſi, Phariſæos, Scribas & eorum traditiones liberè reprehendebant.* Hanc ego viam ſi velim ingredi, & ordinariam noſtrorum vocationem à Pontificijs Epiſcopis agnoſcere, laqueus iſte de miraculis quem Papiſtæ nectunt, nō ita arctè nos ſtringeret. Ordinaria enim vocatio miraculorum approbatione non eget. Sed quoniam video hoc Luthero improbari, & ipſi imprimis Caluino, maximè quia difficultates omnes hæc reſponſio non tollat, idcirco extraordinariam potius vocationem vt in antiquis prophetis & apoſtolis, ita in his quoque Eccleſiæ noſtræ inſtauratoribus admitto, quam ſibi libenter vendicat & contra papiſtas vrget Caluinus. *Extra ordinem* (inquit iſte) *Deus excitauit ſuo ſpiritu Prophetas & alios miniſtros qui collapſam dirutamque Eccleſiam reſtituerent. Vtque olim in Synagoga extraordinario ſuo flatu ſuſcitauit Prophetas: Sic noſtris temporibus ceſſante hominum opera, ſolus ipſe conſtituit Prophetas* (*Lutherum, Zuinglium &c.*) *qui Eccleſiæ ædificandæ erant neceſſarij. Vnde Lutherus heroicè vt multa, in libro contra falſo nominatum ordinem Epiſcoporum. En appello me Eccleſiaſten Dei gratia, & titulo inſigniui meipſum. Certus enim ſum Chriſtum ipſum me Euangeliſtam nominare, & pro Eccleſiaſte habere.* Atque hoc ille vbique magno ſpiritu & audacia defendit. Quod mihi videtur magis & cum veritate ipſa, & cum Euangelij honore congruere, quam ſi eius prædicandi poteſtas à coniuratis Euangelij hoſtibus peteretur. Quod verò huius extraordinariæ vocationis tu cum Papiſtis conſequens eſſe dicis vt miraculorum atteſtationem ſecum afferat; huic difficultati quatuor modis noſtri occurrunt. Omnes enim quoad potero noſtrorum hominum diſtinctiones in vnum contraham, vt aliarum imbecillitas aliarum viribus roboretur. Theodorus Beza miracula non neceſſariò requiri ait, ſed alia & nominatim ipſam Euangelij præ-

Beza epiſt. Theo. 5 pa. 47.

Regius 3. parte operū diſputat. 2 de ſchiſmate huius ſæculi ſectio. 1. 2. 3. 4. 5. 6.

Caluin. de vera Eccleſia reformanda ratione 463.

Luth. to. 2.

Li. 1. de ſtatu religiōis in Gallia

ij prædicationem efficacem ſatis ſuperq; valere putat ad comprobandam vocationem legitimam ſiue ordinariam, ſiue extraordinariam, ſic enim ille in conuentu Poiſſiaceno: *Non eſt dicendum ad vocationes extraordinarias miracula neceſſario requiri. Ec quibus enim miraculis Eſaiæ, Danielis, Zachariæ vocationes fuerunt confirmatæ? An Paulus impoſitionem manuum à Phariſæis expectauit, vt mandato à Deo munere fungeretur? Quumq; Apoſtolatum ſuum voluit confirmare non tam miracula à ſe facta protulit, quam prædicationis ſuæ fructus: Quod & nos dicere poſſumus de tot regnis & prouincijs quæ Euãgelium per prædicationem noſtram ſuſceperunt: nec putamus à nobis requiri poſſe firmiorem miniſterij noſtri confirmationem.* Caluinus autem concedens vocationem fuiſſe extraordinariam, ſuſe diſputat, idcirco miracula ab ipſo non eſſe requirenda, eo quod nõ intendat ædificare Eccleſiam nouam ſed reficere veterem. Cumq; lux veritatis quam in mũdum inuexit, clariſſima ſit, & lippientium quoque oculis conſpicua: vel miracula eſſe ſuperflua apertiſſimæ veritati teſtificandæ (quis enim niſi mentis expers miracula flagitet vt ſolem diſtinguat à luna, & dulce ab amaro) vel ſi quis curioſior illis poſtulandis inſiſtat: omnia quæ à mundi creatione diuinitus facta ſunt miracula, Euangelio à ſe & ſuis prædicato teſtimonium præbere aſſerit. Sic namque Caluinus: *Magna proteruia* (Papiſtæ) *miracula flagitant quibus obſtupefacti, Deo per nos loquenti cedere cogantur. Ego verò quum doctrina noſtra luculẽtum ſibi teſtimonium reddat miraculis omnibus quæ à mundo condito extiterunt, ſe fuiſſe comprobatam; iſtos qui veterum miraculorum obliti nouis inhiant, quum ita ſtupeant in aperta Dei veritate, & in clara luce cæcutiant, non minora eſſe portenta dico, quam ſi hominem in pecudem verſum eſſe cerneremus.* Lutherus autẽ his externis & corporalibus interna quædam & ſpiritualia adiungit, eaque non minora quam ea quæ Chriſti & Apoſtolorum temporibus ad Euangelium hoc ea tempeſtate Iudæis confirmandum facta ſunt: Exponens enim illud Eſaiæ. *Tunc aperientur oculi cæcorum &c. Hæc* (inquit) *mirabilia facta ſunt Matth 11. & Marc. 16. Quia enim nouũ verbum afferebant Apoſtoli, neceſſaria fuit hæc miraculorum gloria: quæ noſtro tempore corporaliter amplius non fiunt, quia Chriſtus ad finem mundi infirmus eſt.* Et mox, diſſoluens hanc ipſam obiectionem qua eũ premebant multi, cauillantes quia miraculis carebat, idcirco verum Dei Apoſtolum non fuiſſe, ſic ſcribit: *Belli quidam homines nos rident: & obijciunt ne claudum quidem equum à Lutheranis ſanatum,*

nosque

ſub Carolo 9. pa 1. lib. 8. fol. 33. Caluin. li. de vera Eccleſiæ reformatione p. a. 463. in præfat. & lib. Inſtit. Reſ. ad Sãdolet. pag. 175. & alibi ſæpe. Beza in collog. Poiſ. li. 3. de Statu. relig. ſub Carolo 9. fol. 133. Calu. inſti. lib. 1. ca. 7. Calu. li. de ſcandalis. pag. 146.

Luther. to. 4. in Eſaiã cap. 35.

voſque prorſus hoc miraculorum dono deſtitutos, ſed ſcriptum eſt. impius non videbit gloriam Dei. Nam & hodie cæci recipiunt viſum quū reducuntur ad cognitionem Chriſti: ſurdi audiunt Euangelium, claudi qui ſedebant in ſuis ſuperſtitionibus, & idololatria erecta fide exiliunt & iucundè ambulant. Quos non mouent iſta miracula, illi ne quidem Chriſto corporaliter exercenti miracula crediderunt. nihil enim minora ſunt quam excitare mortuos, aut reddere viſum cæcis. Sic Lutherus, miracula quidem efficiendi vim ſibi iure Apoſtolico vendicans, quanquam, nō miracula eius generis quæ aduerſarij expectabat, & quæ ſola putant eſſe extraordinariæ vocationis inſignia. Hæc ſunt præcipua diſputationis capita quæ noſtri Papiſtis opponunt, & quibus ſuam vocationem corroborant, quæ quamuis ſi ſeparatim examines, infirmiora fortaſſe ſunt quam vt violentam hoſtis impreſſionem poſſint ſuſtinere; tamen omnia ſimul iuncta & conſociata non paruum præſeferunt robur & firmitatem. Illud ad extremum addo, vos Michæa, Mahumetanos omnium mortalium minime nobis de miraculis debere eſſe moleſtos. Neque enim Mahumetus veſter (vt arbitror) miraculorum ferax erat. Oſtentabat quidem gladios, territabat armis, cogebat minis, bellis, copijs militaribus: at nō ducebat miraculis, non trahebat perſuaſione, non illa vtebatur lenitate & manſuetudine qua Chriſtus & Apoſtoli ſuum Euangelium per orbem terrarum diſſeminabant. Quare vel miraculorum indigentia ad hoc de quo agitur improbandum nihil omninò facit, aut ſi facit eodem gladio quo Lutherus & Euangelium noſtrum, & tuus quoque Alcoranus, & ipſe imprimis Mahumetes confoditur.

ARGVMENTVM
CAPITIS XIII.

Michæas refellit communia Euangelicorum obiecta pro vocatione, quam primo probat nō potuiſſe eſſe ordinariam, ſic enim nimium Romana Eccleſia contra ſeipſos largiuntur, nec extraordinariam, vt in Prophetis veteris teſtamenti, vel Apoſtolis noui qui per miracula vocationem ſuam probarunt, vbi perſpicuè refutantur quæ contra à proteſtantibus finguntur, 1. effectum, hoc eſt, quòd multos populos ad ſuam fidem traduxerint, ſine miraculis non eſſe certum legitimæ vocationis argumentum, 2.

Digitized by Google

tum, 2. & 3. Referuntur qui dicunt eos veterem Eccleſiam refeciſſe, non ædificaſſe nouam, ideoqúe vetera Apoſtolorum, & Prophetarum miracula illis ſuffragari nec noua eſſe requirenda. 4. Nec ſpiritualia miracula ſufficiunt quæ omnes hæretici promiſcue ſibi vendicare poſſunt. Deniq; quum omnibus modis certiſſimum ſit ad nouam doctrinam miracula requiri, Euangelici autem ſine vllo miraculo magiſtros contrarios & contraria docentes ſequuti ſunt in fide mutanda, quæ eſt omnium rerum maxima, concluditur eos propterea maxime peccaſſe & horribilem damnationem promeritos.

CAPVT XIII.

MICHAEAS. Non miror (Samuel) quod præfatus ſis tuorum hac de re doctrinam non tibi plenè ſatisfacere, eſt enim valde ieiuna & præter inanem verborum congeriem nihil omnino ſolidi continens, imo ipſa ſeipſam perpetuo refellens. Vtque Tigellius ille Horatianus nihil habebat in vita ſua certi & cõſtituti, ſed in contrarias ſemper affectiones diſtrahebatur, quoad inceſſum aliquando celerrimè currebat tanquã *fugiens hoſtem*, aliquando tradiſſimè mouebatur *velut qui Iunonis ſacra ferret.* Quoad comitatum, *habebat ſæpe ducentes*, rurſus *ſæpe duos ſeruos*: & in ſermone, *modo Reges atque Tetrarchas omnia ſumma loquebatur*, alias ad infima deſcendebat de *chonca ſalis puri & menſa tripede* confabulans, vt nihil eſſet miſero illo in vitæ ratione magis impar, & inæquale: Non aliter iſti Doctores tui alias humi repunt, mox nubes & ſydera captant: iam miracula omnia reſpuunt, & irrident eos qui miracula poſcũt; ſubito omnia miracula ab orbe condito ſibi aſſumunt. Nihil deniq; fingi poteſt ipſum ſibi magis oppoſitum & diſparatum, quam eſt iſta tuorum de miraculis loquacitas. Neque ſanè dubito, quin tu Samuel, quum hic in re grauiſſima puerilem tuorum heroum futilitatem perſpexeris, eò magis ad virilem Alcorani noſtri conſtantiam ſis exarſurus. Percurramus enim hæc omnia & ſingula tuorum reſponſa. Quod primò affers ex Beza & Regio, an non extremam continet totius Euangelij veſtri perniciem & euerſionem? Non dico refelli poſtea ab ipſo Beza, reijci à Caluino, damnari à Luthero & Zuinglio, quod eſt tamen veriſſimum; ſed dico eum qui Luthero & Zuinglio vocationem tribuit in Eccleſia legitimam, ſed eam à Romano

Horatius Satyr. 3. lib. 1.

Pontifice

Digitized by Google

Pontifice petitam, is Euangelium veſtrum funditus labefectat, voſq; omnes apoſtatas eſſe conuincit. *Poteſtas enim prædicandi Euangelium cui coniuncta eſt poteſtas remittẽdi & retinendi peccata, & adminiſtrandi ſacramenta*, vt vno ore Lutherus, Zuinglius, Caluinus, & is quem tu nominas Vrbanus Regius aſſerit, *Eccleſiæ à Chriſto data eſt*, & in Eccleſia ſola permanet, & alibi quam in Eccleſia non reperitur. Eam vos ab Eccleſia Romana ſumpſiſtis. Habuit ergo & retinuit hanc poteſtatem à Chriſto traditam Eccleſia Romana: ideoq; vera fuit Eccleſia: proptereaq; vos eam deſerentes Eccleſiam veram deſeruiſtis, & ad falſam Synagogã à vera Eccleſia demigraſtis. An potuit capitalis quicunque hoſtis vulnus Euangelio veſtro infligere magis internecinũ & inſanabile? Et quomodo iam Papa Antichriſtus eſt? Quomodo Eccleſia eius Antichriſtiana? aut quo modo vos ipſi non eſtis Antichriſti ſatellites qui ab Antichriſto hauſiſtis eam quam in eccleſia Chriſti exercetis gratiam? Quanquam ipſa loquendi forma portentoſa, credendi barbariem coarguit. Si enim veſtra Eccleſia Euangelica ab illa Antichriſtiana ius prædicandi Euangelij & miniſtrandi ſacramenta ſumpſit, quin ergo pari modo & dies à nocte lucem, & aqua à lapide humorem, & à Satana Chriſtus mutuetur gratiam, quam poſtea hominibus largiatur. Quod ſi Põtifex Romanus hanc vobis poteſtatem contulit, quando ergo Pontifex hoc quod contulerat reuocauit, & vobis euangelij prædicandi munus interdixit, cur non paruiſtis? cur authoritatem quam in largiendo agnoſcitis ſatis magnam, in reſtringendo non æquè conceditis efficacem? Prædicauit Lutherus quando Pontifex iuſſit. Tacere ergo debuit quum Pontifex ſilere præcepit, & excommunicationis anathema in eum iecit, niſi ſic præcipiẽti obtemperaret. Nam ſi Bellerbechus aliquis Imperatoris noſtri maieſtatem fateatur ſatis potentem vt ſibi donet Meſopotamiæ, Syriæ, vel Ægypti præfecturam, quum autem eandem adimere voluerit, Imperatorem contemnat, & eiuſdem edicta, mandata & minas aſpernetur; Ecquis eſt qui non improbum & peruerſum proditorem clamitet? Cæterùm non eſt opus contra hanc improbabilem opinionem multis agere quum habeamus fixam ratamq; Geneuenſis conſiſtorij ſententiam. Profugerunt è Gallijs Geneuam Epiſcopi duo, alter Niuernenſis, alter Trecenſis: qui quum gradu Epiſcopali prius ſuſcepto confiſi, euangelium prædicare ſeq; pro Eccleſiaſticis miniſtris gerere vellent, Eccleſia Geneuenſis interceſſit: & id fas eſſe negauit. Ea quæſtione in conſiſtorio diu multumq;

Regius in operũ part. 1. in Catheci minore. fol 109.
Zuing. to. 1. in explanatione articu. 50 fol. 94. & in antibolo fol 106. & paſſim. Caluinus Harmoni in Euangel. Matt. c. 18.
Sleida. li. 1.
Lannoy en la replique Chreſtienne liu 2. chap. 17. § 1.

Digitized by Google

tumque agitata definitum eſt, nonam illis ordinationem eſſe neceſſariam ſi in Euangelicis Eccleſijs eccleſiaſticum aliquid vellent adminiſtrare, etiamſi in eccleſijs Papiſticis ſacerdotes fuiſſent, etiamſi Epiſcopi (ad quem gradum nunquam aſcenderat Lutherus, vel Zuinglius, vel Caluinus, aut veſtrorum Apoſtolorum quiſpiam) illud tamen nullius eſſe penitus momenti, vt propterea in eccleſijs euāgelicis aliquid miniſteriale ſibi licere arbitrarentur. Quod ſi Epiſcopis epiſcopalis authoritas ad euangelium prædicandum non ſuffecit, quantò minus monacho mēdicanti & parocho ruſticano inferior vocatio potuit ad tantam dignitatem ſatisfacere? At Apoſtoli contra Phariſæos & inuitis Phariſæis prædicarunt optime, quid ni dum in prædicando pergerent? Nam quid Phariſæis cum Euangelio? Num à phariſæis prædicandi munus Apoſtolis iniūctum eſt? nequaquam, inquit, ſed à Chriſto ad prædicandum miſſi ſunt. Quanti ergo ſtuporis eſt poſtulare vt ad Phariſæorum iuſſum conticeſcant, qui à Chriſto domino iubentur prædicare? Et quanta eſt iſtorum inſcitia & cæcitas qui non vident hoc exēplo hanc cauſam nihil omnino iuuari, ſed lædi potius & debilitari: quum & Chriſtus quam dedit Apoſtolis facultatem, eam pro ſua voluntate reſtrinxerit, dilatauerit, & quibus voluit conditionibus circumſcripſerit. Et ſimiliter phariſæi Pontificeſq; Iudæi quamdiu ſtabat lex Moſaica ſummam habebāt in regenda Synagoga iuriſdictionem à Deo ipſo traditam, cui Iudæi omnes obedire tenebantur; & hoc eorum ius Chriſtus ipſe firmauit, quum ſuis diſcipulis ad hunc modum præcepit: *Super cathedram Moyſis ſederunt Scribæ & Phariſæi, omnia ergo quæcunq; dixerint vobis, ſeruate & facite*: Quo argumento firmiſſime concluditur, ſi in eccleſiaſtica cathedra ſedebat Rom. Pontifex quum primum Lutherus & Zuinglius de euangelio cogitabant: ſediſſe autem concedunt, qui ei acceptum referunt hoc inſigne & diuinum euangelij annunciandi officium quod ipſi geſſerunt: non debuiſſe eos illum mandantem ſurda aure negligere, ſed diligenter potius audire *quæ dixerat ſeruare & facere*, etiamſi fuerat alioqui *ſcriba & Phariſæus*. Sed abeo ab hac reſponſione Bezæ & Regij quæ ſtatim ſuam prodit imbecillitatem, & ſponte ſua collabitur, ad alteram quam multiplicem ex varijs ſcriptoribus affers: quanquam reuera multiplex non eſt ſed ſimplex & vnius modi. Licet enim multa huc illuc iactet; & multa confundat & inuoluat, ſumma tamen eo redit veſtrā doctrinam miraculis non indigere, quia clariſſimam & omnibus expoſitam con-

Matth. 10. verſ. 5.

Deuter. 17.

Matth. 23 verſ. 2.

Digitized by Google

tam continet veritatem, ad quam demõſtrandam abſurdum
eſt miracula requirere. Sed quoniam vt alias plerumq; ſic e-
tiam in hoc loco dum temere varia congeritis, præpoſtera &
contradicentia multa effunditis; Ordine ſingula quam vim
habeant aduertamus. Caluinus, Lutherum & Zuinglium *Pro-
phetas extraordinario Dei afflatu ſuſcitatos ait qui Eccleſiā col-
lapſam dirutamq; reſtituerent.* Vnico ergo hoc verbo euertit
quæcunque ſuperius Beza & Regius conſtruxerunt. Si enim
extraordinariè ſolus Deus ſine hominum opera hos conſtituerit,
quam inſulſum eſt ordinariam vocationem prætexere? *Si di-
ruta & collapſa erat Eccleſia* quod nos communibus calculis
initio fundamentum poſuimus: quod veſtri qui Pontificem
Romanum Antichriſtum faciunt, primarium habent ſuorum
operum extruendorum columen: quam præpoſterum eſt à
Papatu ſumptam Euāgelij prædicandi authoritatem iactare,
quum hoc ipſum à vobis ne fingi quidem potuiſſet niſi primo
conciperetis in Pontificatu fuiſſe Eccleſiam alioqui cur nõ æ-
què à noſtra Mahometana hoc ad vos ius deriuaſtis. Quod
ante addis è Luthero, Lutherum ſibi aſciuiſſe nomen & pote-
ſtatem Eccleſiaſtis & Euangeliſtæ: niſi candide interpreteris,
vereor ne Satanicum potius arrogantię ſpiritum ſapiat quam
modeſtiam tanto Euangeliſta dignam. Nam grauiter Hulde-
ricus Zuinglius, accommodans admirabilē illam Corę & Da- *Zuing. to.*
thanis hiſtoriam qui viui deſcenderunt ad infernum. *Hac,* in- *2. in Eccle-*
quit, *pœna dominus indicauit eos dignos qui in veteri teſtamento* *ſiaſt. fo. 12.*
*ſpontaneo carnis ſuæ conſilio citra verbi ſui Moſiſq; cõſtitutionem
ſacerdotij ſibi munus arroganter vindicabant, in cuius tamē ad-
miniſtratione tunc minus periculi, quam nunc in doctrinæ officio
oboriri poteſt.* Vnde eodem in libro quem *ſecundum infallibilem* *Ibi. fol. 40.*
certamq; ſcripturæ ſacræ veritatem ſe conſcripſiſſe gloriatur, *pri-* *Ibid. fol. 33.*
uato, inquit, *conſilio quemquam ſeipſum paſtorem vel Epiſcopum
conſtituere, non temerarium ſolum, audax, prauumq;: ſed Anti-
chriſtianum quoq; facinus eſſe conſtanter affirmo.* Quo iudicio
efficitur Lutherum non eſſe tam inſignem Chriſti apoſtolum
quam vos arbitramini, ſed potius audacem & temerariū præ-
conem, & ſeditioſum Antichriſti miniſtrum ſi verba eius rigi-
dè premamus. Si enim hanc libertatem hominibus etiam do-
ctiſſimis permittatis, vt quiſq; quum voluerit ſe ipſum *Eccle-
ſiaſten & Euangeliſtā* deſignet; ne vos breui ſpatio Eccleſiam
& Rempublic. in Sectas innumeras diſſectam & dilaceratam
habebitis? Sed quoniam ego de Luthero longe præclarius ex-
iſtimo, non dubito quin rectius ſenſerit quam ſit eloquutus:

illudq́ue potius attendo, quemadmodum probet quod certò ſibi conſtare ait, *ſe à Chriſto Euangeliſtam nominatum.* Hic eſt enim cardo in quo vertuntur omnia. Do Luthero quantum Prophetæ, quantum Apoſtoli vlli ſibi aſciuerunt. Dicat cum Eſaia, cum Ieremia, *Dominus me miſit & ſpiritus eius.* Dicat cum Apoſtolo Paulo, *Apoſtolus ſum, nec ab hominibus neq; per hominem, ſed per Ieſum Chriſtum*, ſed nō dicat tantum, probet etiam, vti fecerunt Eſaias, Ieremias & Paulus. Huc vſque niſi progrediatur, nunquam Propheta, nunquam Apoſtolus, ſed potius *audax, prauus, arrogans, temerarius & Antichriſtianus* poteſtatis alienæ occupator cenſebitur: Idq; non ſolum grauiſſima aduerſariorum cenſura, ſed etiam æquiſſimo ipſius Zuinglij coapoſtoli ſui iudicio, à quo quia valde cupio eū eſſe liberum, eo libentius audio quæcumq; vel ipſe pro ſe vel qui eum ſequuti ſunt diſcipuli, vel etiam tu Samuel, ad eius defenſionem potes excogitare. Nollem enim Lutherum virū apud vos adeo illuſtrem & apud nos quoq; multis nominibus gratioſum, tam iuſtè maleuolorum condemnationi eſſe expoſitum, quam neceſſe eſt niſi hic oſtendat ingenij ſui acumen, & Apoſtolicam Propheticamq́; vocationē Apoſtolicis propheticiſq́ue argumentis comprobet. Primo igitur à Beza triplex mutuaris præſidium. Vnum eſt, *Eſaiæ, Danielis, Zachariæ vocationem nullis fuiſſe miraculis firmatam.* Alterum Apoſtolum Paulum *à Phariſæis manuum impoſitionem non expectaſſe.* Tertium, eundem Paulum *quum vocationem ſuam confirmare voluit, non tam miracula protuliſſe, quam prædicationis ſuæ fructus.* Hæc eſt Bezanæ reſponſionis ſumma. Neq; certè in illo ampliſſimo colloquio Poiſſiaceno aliquid firmius effinxit, quod tamen totum quam facilè diſſoluitur, tu iam aduerte. Quod ille primo de Eſaia, Daniele & Zacharia negat, id euidētiſſimè de illis affirmat Philippus Melāchthon, nec minus clarè & luculenter teſtatur & de illis & de reliquis vniuerſis Huldericus Zuinglius, & nō aſſeuerat modo ſed ratione docet & efficacibus ſcripturæ locis demonſtrat. Et quanquam nihil afferret præterea, quum tamē ex ſcripturis ſanctis probet ipſum Apoſtolorum & Prophetarum Principem Ieſum officium ſibi cœlitus mandatum nō prius in homines exercuiſſe quam cœleſte illud decretū certa ratione hominib⁹ innoteſceret. Vel hoc vnicū reliquos omnes coërcere debuit ne illud ſibi arriperent quod vident ipſi Chriſto fuiſſe negatum. Quibus iiſdem ſcripturæ locis videlicet Matth. 3. & 17. & Heb. 5. fretus cum Zuinglio Oecolampadius generaliter concludit: *Omnes qui mittūtur à Deo,*

Eſai. 48. V. 16. Ierem. 20. v. 12. Galat. 1.

tur à Deo, externo ſigno oſtēduntur: vel miraculo, vel defluxu, quod patet, &c. Quæ magna eſt vel ignorantia vel impudentia Theodori Bezæ id tam confidenter negare quod à ſuis doctiſſimis fratribus tam perſpicuè probatur, maximè quum præter has generales regulas, Eſaiæ & Danielis permulta particulatim recenſentur miracula, quibus declarandis tot aliquando veteris teſtamenti capita impenduntur, & quod de illis narratur de Zacharia quoque & reliquis Prophetis intelligitur, quorum miracula varia à multis antiquis patribus, & hiſtoricis fide digniſſimis commemorantur. Neque enim quiſquam ita pertinax & contentioſus eſſe debet, vt idcirco miracula à Prophetis facta neget, quia ſingulatim in ipſorum Prophetarum cōmentarijs non enumerantur. Abſit enim vt quiſquam fidelis, vel Euāgelicus, vel Mahometanus, de Prophetis aut Apoſtolis tā ſtupidè ſentiat, vt nihil eos egiſſe nihil prædicaſſe, nullas gentes adijſſe & conuertiſſe, nulla miracula feciſſe putet, niſi quæ ſacris literis ſunt conſignata. Ita enim Apoſtolico & Prophetico nomine indignos Apoſtolos pleroſque efficiemus, & Prophetas, minores qui vocantur, qui quum vix breuiſſimos ſuarum concionum reliquerint commentarios; non erat neceſſe, imo nec vtile aut decorum, vt longius de ſuis miraculis narrationes contexerent, qui commendatam ſibi diuinitus populi inſtruendi legationem paucis verſibus abſoluerunt. Satis erat in ſcripturis generalem Prophetarum vocationem tradi; quibus illi argumentis populo fidem facicbant ſuæ authoritatis, oſtendi; hoc aliquorum inſigniorum exemplis monſtrari; reliquos communibus regulis & exemplis forſmandos relinqui, nec particularibus ſingulorum actis ſacroſanctam legem referciri. De eo, quod Paulus à Phariſæis impoſitionem manuum non expectauit, ſatis reſponſum eſt; eique nihil addendum cenſeo, eſt enim frigida cauillatio omni fere ſenſu & ſale carens. Quorſum enim Paulus ab illis quippiam tale attenderet? quorſum Sangiacchus aliquis noſter Turcicorum militum præfectus, à Reginæ Anglicanæ conſiliarijs poſtulet in ſuos milites authoritatem? Sed nihil eſt inſulſius quam tales nugas obijcere, vel in ijs refutandis tempus inſumere. Aliquanto quidem ſpecioſius eſt, neque tamen multò fortius, quod idem *Paulus ſuam vocationem confirmaturus, non tam miracula protulit, quam prædicationis ſuæ fructum.* Quod tamen ita dicitur ambiguè, vt prodat hominem quid reſpondere debeat ancipitem & fluctuātem. Quid enim? An negare vult Apoſtolum adhibuiſſe miracula ſuæ Apoſtolicæ digni-

Oecolamp. in Eſai. ca. 21. ver. 21.

3. Reg. c. 17. 18 19.

4. Reg. cap. 1. 2.

Daniel. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 14.

Act. 9. 22. & 26.

1 Cap. 13. V. 11.

Cap.16. cæ dignitati ſanciendæ? At quoties Lucas Euangeliſta, quo-
verſ.18. ties Paulus ipſe contrarium inculcat? Stupenda eius cõuerſio
Cap.20. quam ipſe tam confidenter ſæpius aduerſarijs opponit, repen-
verſ.9. tina Pſeudoprophetiæ Iudæi qui Sergium proconſulem ſedu-
Cap.27. cebat, excæcatio: in ciuitate Lyſtris claudi ab vtero matris ſa-
verſ.24. natio, eiecti è corpore dæmones, reuocatus à morte ad vitam
Cap.28.v. Eutichus. Erepti è certo naufragio ducenti ſeptuaginta ſex
8.9. conuectores, plurimi Melitenſes à periculoſis morbis vnico
Act.15. verbo vel impoſita tantum manu liberati, vt alia innumera ſi-
verſ.12. lentio prætercam: An non fuerunt miracula? Paulus ipſe &
2.Corin.1. Barnabas quum Ieroſolimitis in Apoſtolorum concilio *nar-*
verſ12. *rant quanta Deus feciſſet in Gentibus ſigna & prodigia per ipſos:*
Roman.15. quum Paulus ad Corinthios gloriatur, *Apoſtolatus ſui ſigna ſu-*
verſ.19. *per eos facta eſſe in ſignis, & prodigijs, & virtutibus*: quum ad
Romanos ſcribit quæ *Chriſtus per eum effecit in obedientiam gentium verbo & factis, in virtute ſignorum & prodigiorum, in virtute Spiritus ſancti*: An non miracula ſua profert. Sin vero illud dicit Beza, Apoſtolum adhibuiſſe vtrumque, tum miracula, tum prædicationis fructum; vti veriſſime loquitur, ita ſeipſum ſuo gladio iugulat, qui alterum tantummodo iactat, in altero planè mutus eſt. Sin vero id potius velit, alterum altero eſſe præſtãtius, & alterum altero pluris æſtimatum ab Apoſtolo, inepta eſt & aliena à propoſito comparatio, quũ hoc non quæratur. Et tamen falſiſſimum eſt quod aſſumit effectũ prædicationis eſſe certum legitimæ vocationis ſignum. Neq; enim huic ipſi Paulo quoad Apoſtolicæ vocationis veritatem & perfectionem quicquam conceſſit. Iacobus maior vel mi-
Act.12. nor, quorum tamen ille Hieroſolymis ab Herode cæſus, iſte Hieroſolymorum Epiſcopus deſignatus eamq; ob cauſam in ea ciuitate perpetuo commoratus, aut nullas aut pauciſſimas gentes ad fidem conuertit quum Paulus in Iudæa, in Aſia, in Syria, in Græcia, in Macedonia, in Illirico, in Italia multiſque alijs regionibus ſeminauerit Euangelium, & multò plures nationes ab Idololatria ad veritatem traduxerit. Quod ſi hac regula Prophetas veteres metiamur, aut nullos, aut eorum perpaucos Prophetas fuiſſe concludemus, quorum prędicatio nõ fuit Iudæis admodum fructuoſa, vt & ipſi conqueruntur, & in
Matth.23. Euangelijs legimus. Quin hac ratione Lutherus vel Caluinus
verſ37. Chriſto ipſi præferantur, quorum alterutrum manifeſtum eſt plures ſine comparatione ad ſuam Sectam aggregaſſe, quam Chriſtus ſibi adiunxit toto eo tempore quo in hoc mũdo verſabatur. Quod ſi ſerio credit Beza *non poſſe requiri firmiorum*

miniſte-

miniſterij ſui confirmationem quam multas gentes ad fidem ab ipſo prædicatam cõuerſas, quid ergo Sergium noſtrum reprehendit? Quid Mahumetum inculat, quorum miniſterij hoc argumento conſtat eſſe diuinum & ſacroſanctum. Hi enim duo ſuæ ætatis breui curriculo longè plures nationes, multo plura ampliſſima regna ſuo Alcorano, quam veſtri fortaſſe omnes, Lutherus, Zuinglius, Caluinus, Oecolampadius, Rotmannus, Beza & reliqui exiguas prouincias veſtro Euangelio imbuerũt. Illi enim duo, vti ſcribit Melanchthon & Illyricus, *per vniuerſam Arabiam, Palæſtinam, Syriam, Phœnicem, Perſiam, AEgyptum, Africam, Cyprum & multas Aſiæ minoris ciuitates vſque ad Conſtantinopolim* Alcoranum propagarunt; quum veſtri, ſexaginta annorum ſpatio, tam infinita diſcipulorum varietate adiuti, vix in perpauca Europæ territoria Euangeliũ ſuum potuerunt inducere. Eodem prope quo Lutherus tempore ſurrexerunt duo in diuerſis orbis partibus nouam religionem veteri Alcorano noſtro contrariam efferentes: Et vterq; nõ aliter quam Lutherus & Zuinglius religionem corruptam ſe reformaturos in vulgus emiſerunt: Sophus in Africa, Iſmaël in maiore Aſia: quorũ iſte non modo per latiſſimas prouincias Armeniam, Median, Perſidem, Parthiam, Meſopotamiam, Aſſyriam, Hircaniam, & Albaniam hanc hæreſim conſeuit, & ille tantundem fere in Africa confecit: Sed etiam, & hic cæſo priſtino rege potentiſſimam Perſarum monarchiam adeptus eſt: & ille ex Heremita & concionatore factus Imperator, ſex non mediocria Africana regna, Feſſæ, Marochi, Tremiſſæ, Daræ, Taphiletæ, Suæ, occupauit & annis 45. ad mortem vſque obtinuit. Friuolum eſt ergo illud argumentum Bezæ quo non nos ſoli qui puriſſimam Alcorani veritatem habemus, ſed illi quoque hæretici ſuas Sectas à puritate Alcorani multum diſſidentes potuerunt tanquam veriſſimas ſtabilire. Neq; magis neruoſa & ſolida eſt Caluini diſputatio. Nam & manifeſto eſt falſa, & Caluini ſcriptis factiſq; & totius Euangelij fabricæ contraria, & (quod eſt & in rhetoricis, & dialecticis, multò autem magis in Theologicis peccatum turpiſſimum) ita cuicumque hæreticorum Sectæ nequiſſimæ communis, vt nemo ſit, nemo fuerit, nemo futurus ſit, neque vero eſſe poſſit hæreſiarcha, qui non eandem occinat cantilenam. Refecimus (inquit) Eccleſiam veterem, non extruximus nouam, ideoque miraculis non indigemus. Quot membra, tot mendacia: & tamen vt concedantur eſſe veriſſima, concluſio ex illis conceſſis nullo modo efficitur. Prophetæ enim anti-

Melancht. Chronic. lib. 3. a pa. 511. ad 517.
Illyricus in Apocal. c. 9. & 13. ad finem c. ...
Ioannes de vir. illuſt. lib. 5. & ...
Genebr. in Chronolo.

qui, Elias, Eſaias, Ieremias, & reliqui Moſaicam ſui temporis Synagogam refecerunt veterem non ædificauerunt nouam, & tamen miraculis opus erat quibus in ea reficienda extraordinario prædicandi munere fungerentur; vti declarauimus. Et qua fronte aſſeritur Euangelicorum Eccleſiam ab Eccleſia Chriſtianorum quæ ante in quacunque terrarum ora degebat non eſſe prorſus aliam, & quam maximè contrariam. Perluſtra animo & cogitatione omnes Eccleſiæ partes maximè eſſentiales, & conſidera in quibus vos cum veteribus Chriſtianis ijs qui ante veſtram ætatem in orbe degebant conſentiatis. Eccleſiaſticam politiam planè aliam inſtituiſtis. In Romani ſiquidem pontificis locum, principes veſtros ſuprema Eccleſiarum capita ſurrogaſtis: exterminato ſacerdotio & ſacrificio, miniſterium planè nouum induxiſtis. Ex ſeptem ſacramentis quinque vel ſex abſtuliſtis. Symboli varios articulos aboleuiſtis. De prædeſtinatione, iuſtificatione, libero arbitrio, mercede bonorum operum, nouas opiniones & prius inauditas ſparſiſtis, Scripturarum multis libris canonicam authoritatem negaſtis. De Dei natura, de Trinitate, vnitate, de Chriſti morte, de redemptione portentoſa quædam non tantum Chriſtianis ſed nobis quoq; horribilia commenti eſtis: & tamen nouam Eccleſiam non erexiſtis, ſed emendaſtis tantum veterem? Videamus ergo tectum aliquod, inſpiciamus parietes, demonſtra fundamentum aut lapidem aliquem angularem Eccleſiæ veteris, quem vos non mouiſtis loco? Certè ſi diuerſæ ſunt Eccleſię, veſtra Euangelica & noſtra Mahometana; ſine controuerſia diuerſæ ſunt & differentes Eccleſiæ, veſtra Euangelica, & quæ eam anteceſſit aduerſariorum veſtrorum Eccleſia Catholica. Si enim ſingulos religionis Mahumetanæ, Euangelicæ, & Romanę articulos percurreris, eorumque diligenter & multitudinem & magnitudinem perpēderis, manifeſto perſpicies longe maiorem veſtram eſſe nobiſcum quam cum Romanis illis conſenſionem. Quam ergo incredibilis eſt hæc impudentia, id negare velle, quod nec rei illuſtriſſima claritas negari permittit, & vos ipſi perpetuo ferre non negatis, ſed tanquam heroicum opus commemoratis, & inſolentiſſime vobis aſſumitis. Quid enim? An non modo id Caluinus te referente venditabat, ſe ſuoſque à Deo excitatos *vt collapſam derutamque Eccleſiam reſtituerent?* Verum quidem eſt Prophetas veteres nihil tale molitos, nihil enim in ſacerdotio, nihil in ordine leuitico, nihil in ſacrificādi ratione, nihil in ceremonijs, nihil in politia Iudaica, nihil in-

quam

quam innouabant in ijs quæ ad eſſentiam Synagogæ pertinebant, quin ipſi idem cum Iudæis templum frequentabant, iiſdemq; ſacrificijs intererant, quum vos nec acerbiſſima morte propoſita adduci poteſtis ad eorum ſacrorum & ſacramentorum communionem. Quæ vt eius ætatis Chriſtianis in qua vos nati eſtis, ita omnibus Chriſtianis ante quingentos annos aut etiam mille, toto terrarum orbe conceditis fuiſſe ſolemnia. Alia ergo vobis eſt Eccleſia à veteri Chriſtianorum. At Prophetis alia Synagoga non fuit à priſtina Iudæorum. Caluinus in Epiſtola ad Cardinalem Sadoletum: *Palam eſt* (inquit) *conſpicuumq; eruditis ſimul ac indoctis, verum Eccleſiæ ordinem tunc interijſſe, & proſtratum denique fuiſſe Chriſti regnū, quum erectus fuit Romani Pontificis principatus.* Et rurſus in eadem epiſtola: *Sublata cognitione iuſtificationis fidei, & Chriſti gloria extincta eſt, & abolita religio, & Eccleſia deſtructa, & ſpes ſalutis penitus euerſa.* Alibi ſcribit, *Miſſæ ſacrilegio quo Antichriſtus Romanus & eius propheta totum orbem terrarum imbuerunt, Chriſti mortem crucemq; obrui ſumma cum blaſphemia & contumelia, Chriſtumq; honore & ſacerdotio ſpoliari.* Quod ſi vnicus Pōtificis Rom. principatus tam ſit pernicioſus, vt per ſe Chriſti *regnum proſternat*: Si ſolius fidei iuſtificantis ignoratio Chriſti *gloriam extinguat, & aboleat religionem, & deſtruat Eccleſiam*: Si Miſſæ ſacrilegium *Chriſtum ſuo honore & ſacerdotio ſpoliat, mortemq; & crucem obruat*, ſine quibus vos Eccleſiam nec ſuſpicari poteſtis: quum his ſimul omnibus opinionibus, & alijs præterea à veſtro Euangelio alieniſſimis, ante exortū Lutheri totus orbis Chriſtianus fuerit imbutus, qua fronte dicitur Eccleſiam non funditus interijſſe, quando veſtris iudicijs cum vna aliqua iſtarum opinionū, nec vmbra Eccleſiæ potuerit exiſtere? Quod ſi antequam vos ad Euangelium acceſſiſtis, *proſtratum* fuit *Chriſti regnum*, & *collapſa, diruta, deſtructa Eccleſia*; certè aut vos de integro Eccleſiam exædificaſtis, aut nullam adhuc Eccleſiam habetis, quum alia nulla tunc temporis in mundo eminuerit, in cuius vos corpus & communionem inſeruiſtis. Ergo nec adhuc argumentum diſſoluitur, ſed ſemper vobis redit labor actus in orbem, vt ſi prophetarum extraordinaria vocatio miracula requirebat, qui in veteri Synagoga nihil magni momenti immutabant, veſtra vocatio quæ multò magis extraordinaria eſt à fundamentis nouam Eccleſiam fabricauit, multo magis miraculorum præſidio eſt fulcienda. Caluini verò battalogia adeo eſt vieta & veternoſa, & quauis crambe ſæpiùs recocta inſulſior

Caluin. in epiſt. ad Sadoletum pag. 181.

Ibid. p. 176.

Calu. Inſt. lib 4. cap. 17 §. 1. 2. 3.

d by Google

ſulſior vt vel hominem māſuetiſſimi ſtomachi ad indignationem commoueat. *Deus* (inquit) *per nos loquitur.* Audio, & ſi Caluinianus ſum, probo: Sin aduerſarius vel Lutheranus vel Papiſta, regeram, Satanam potius per vos loqui. *Doctrina* (inquit) *noſtra teſtimonium ſibi perhibet ſe omnibus quæ à mundo condito extiterunt miraculis fuiſſe comprobatam.* Hoc ſi ſatis eſt, ſi doctrina veſtra ſibi ipſa hoc ſingulare poteſt præbere teſtimonium Cur non idem ſufficiat doctrinæ Arrianæ. Cur non Manicheæ. Cur non Pelagianæ, cur non Lutheranæ, cur non noſtræ cui multo verius omnia à mundo condito miracula inſeruierunt? Nam hominis eſt non tam effrontis & mendacis quam furioſi & amentis, omnia legis Moſaicæ miracula illi doctrinæ aſſerendæ accommodare quæ circumciſionem reiicit, legem veterem repudiat, omnia ſacrificia cōdemnat, ab Euangelio præcipuas partes amputat: At nos qui Moſem colimus, legem veterem probamus, circumciſionem retinemus, vſurpamus ſacrificia, Chriſtum, Apoſtolos & Euangelium ſuſcipimus, quantò probabilius teſtamenti veteris nouique miracula doctrinæ noſtræ vendicare poterimus? Quin tu, Samuel, iudica an non hic homo frontem omnem & pudorem amiſerit, qui audeat affirmare ex miraculis Moſis elucere Caluinianæ doctrinæ veritatem, niſi forte Caluiniana doctrina ſit Iudaica & legalis, & miniſterium planè Aaronicum, cuius dignitatem illa admirabili Coræ & ſociorū ad inferos deſ-
Num. 16. cenſu conſtabilitam ex Zuinglio docuimus. Oſtendimus per reliquias Sāctorum, ad eorum monumenta, ſepulchra, inuocationem, vel votis ad eos conceptis, vel peregrinationibus, mirabiles ſanationes in teſtamento nouo factas eſſe, eiectos dęmones, curatos morbos alioqui inſanabiles. Num hoc probat doctrinam Caluinianam, quod ſacrilegium ſit inuocare ſanctos, idololatricum eorum adire ſepulchra, honorare reliquias, opem ab eis expectare aut expoſcere? Sed in re non dubia minus diu hęreo, quum quod verbo tantum aſſeritur, verbo ſatis ſit refellere. Finge enim aduerſarium Caluini aliquem, exempli gratia Lutherum aut Ioachimum VVeſtphalium, hoc Caluinianum trophæum vel ſibi ſuæq; ſectæ applicare, vel eius quod Caluinus iactat contrarium ſuccinere, & ſtatim confecta res eſt. Per Lutherum enim, non per Caluinum loquitur Deus (inquit VVeſtphalius) nec vllum ab orbe condito miraculum Caluino aſtipulatur, ſed Luthero omnia: & aperta Caluini veritas eſt reuera manifeſta falſitas; & qui Caluino credit nullam firmam rationem afferenti ſed ſuo

vnius

vnius teſtimonio prædicationem ſuam approbanti, portentum potius eſt hominis quam homo, & pecus ratione carens, non animal ratione prędıtum. Homo enim rationem expectat, argumēta requirit, firmis demonſtrationibus ducitur, Thraſonicam iactantiam contemnit, huiuſmodi nugas irridet, ſolis verbis non mouetur. Finge VVeſtphalum pro Luthero ita vi- *VVeſtphalus apolog.*
ciſſim occlamare, & ſtatim ſponte ſua tota hæc inaniſſima cō- *cōtra Cal.*
cidit Caluini loquacitas. Quanquam fictione non eſt opus, *uin. anno*
quando hæc Ioachimus ille iam olim canora admodum voce *1558.*
concinit, largoque contra calumnias Ioannis Caluini edito volumine eum incredibilis vanitatis & impietatis conuincit. Et ſanè hæc ipſa Caluini oratio ſi maturè conſideretur, inſignem hominis vel impudentiam vel impoſturam detegit. Si enim verbo illo *noſtra doctrina*, intelligit omnem Euangelicorum doctrinam quæ à tempore Lutheri & Zuinglij per orbem Chriſtianū increbuit, Zuinglianam, Caluinianam, Lutheranam, Anglicanam, Hollandicam, Polonicam, Tranſiluanicā, Anabaptiſticam, Libertinam, Trinitariam, quæ adeo eſt ſibi inuicem oppoſita & hoſtiliter aduerſaria: tu iudex eſto Samuel, an non grauiter ſit impudens qui hanc doctrinam omnib. ab orbe cōdito miraculis comprobat pronunciatam. Sin verò eam ſolam intelligat quā ipſe Geneuæ ſparſit, Oedipo aliquo opus eſt qui explicet quo iure miracula Prophetarum & Apoſtolorum Luthero, Zuinglio & reliquis omnibus detracta ſibi ſoli inſeruire cogat. Neq; hic quicquam contra Caluinum dicitur, quod nō à me extrema quam recenſes Lutheri defenſio neceſſario quodammodo flagitet. Is enim quum ſua prædicatione cæcis viſum, ſurdis auditum, claudis inceſſum, hoc eſt ſpiritualiter idololatris & veræ fidei ignaris veram religionem & Euangelicam fidem reſtitui clamat, qui interim Zuinglianos omnes & Caluiniſtas aſſerit eſſe *damnatos & perditos hæreticos, nec vno Chriſtianæ fidei articulo credentes, ſed corruptores, blaſphemos, hoſtes Euangelij, proptereaq; inſtar Satanæ vitādos vt qui miſeros homines ſecum ad tartara abducant*, quum is hæc ſua miracula ſpiritualia vult nimio eſſe inferiora corporalibus illis quæ Chriſtus & Apoſtoli fecerunt: hac ſententia, iſta omnia magnifica Caluini præconia Caluiniſtis & Zuinglianis eripit, & tanquam propria Lutheranæ doctrinæ adiudicat. Et tamen præterquam quod hæc quoque Lutheri, verba tantum ſunt, & verba cuiuis hæreticorum generi communia (Quis enim hæreſiarcha hunc viſum, auditum, inceſſum, fidem puram ſuis ſectatoribus à ſe ſe tribui non gloriatur?) etiam re-

Digitized by Google

iam reliquorum more & Lutherus quoque pugnantia loquitur,& ex eodem ore calidum efflat & frigidum, vna parte ſententiæ alteram euidentiſſimè refutans: Si enim *cæcos, ſurdos, & claudos ad rectam fidem* inſtaurare non minora ſunt miracula quam *excitare* mortuos, *illuminare* cæcos; quid ergo tetram illam vomit blaſphemiam *Chriſtum in fine mūdi infirmū eſſe?* quum & ſcripturæ prædicent *Ieſum Chriſtum, heri, & hodie, eundē et in ſecula*, nulli mutationi, nulli viciſſitudini obnoxium, & ſi Deus ſit, liber eſt ab omni vel tenuiſſima infirmitatis nota: & ipſe Lutherus vbi hæc poſteriora miracula à ſe Chriſti ope facta prioribus à Chriſto ipſo perpetratis exequat, omnem talis infirmitatis ſuſpicionem remouet. Quod ſi is qui ſpiritualibus iſtis non permouetur, & corporalia quoque aſpernabitur, nunquam Chriſtus & Apoſtoli qui ſpiritualibus abundabant corporalia adieciſſent. Et quis ignorat plurimis Euangeliorum & veterum Eccleſiæ hiſtoriarum capitibus hoc nefarium mendacium damnari, in quibus innumeros ad fidem externis miraculis conuerſos narratur, quos ſola prædicatio miraculorum expers non potuit allicere. Quid multa? *Neceſſaria* (inquit Lutherus) *fuit Apoſtolis hæc miraculorum corporalium gloria quia verbum nouum afferebant.* An potuit quiſpiam apertius ipſe ſibi cōtradicere? Et tuum Martine verbum quod in mundum intuliſti quum Euangelium inchoares, mundo longè magis fuit nouum & incredibile quā fuit verbum illud Apoſtolorum: quoniam in ſcripturis & fide Iudæorum tanquam in radice & ſeminibus occultè deliteſcebat fides Apoſtolorum. Vnde eaſdem omnino cum Iudæis ſcripturas plenè, & integrè recipiebant; At fides quam tu plantaſti, in fide Romana quæ antea per mundum inueterauerat nullo modo continetur, ſed potius vna alteram non aliter quā frigus calorem, & aqua ignem corrumpit & deſtruit. Apoſtolis ergo ſi præter *miracula ſpiritualia, neceſſaria fuit & corporalium miraculorum gloria*, tibi eadem gloria eſt multo magis neceſſaria, quam neceſſitatem nulla ratione effingere potes ſi veri Apoſtoli nomen & authoritatem concupiſcis. Nam & vocatio tua non minùs eſt quam Apoſtolorum extraordinaria, nec verbum tuum Apoſtolorum verbo eſt certius & euidentius, nec perſona tua Chriſti & Apoſtolorum perſonis apud Deum gratioſior, nec vlla ſpecialis prærogatiua te à communi Prophetarum, Apoſtolorum & ipſius Chriſti Ieſu lege excipit, ideoq́ue in quam illos, in eandem quoque te neceſſitatem miracula edendi conijcis. Denique quibus laqueis Anaba-

Hebr. 13. verſ. 8.

naba ptiſtas minus à te quam tu à Catholicis diſſentientes irretire conatus es, in eoſdem & Bezam, & Regium, & Caluinũ, & te ipſum quoq; induiſti, è quibus ſine miraculi ſubſidio nũquam vel te vel illos poteris expedire. Sic.n. ad Senatum Mulhuſij ciuitatis Germanicæ contra Muncerum Anabaptiſtarũ miniſtrum ſcribis: *Senatum illum rectè facturum ſi ex Muncero rogent quis docendi munus illi commiſerit. Et ſi Deum nominet aut heroem, tum iubeant hanc ſuam vocationem aliquo euidenti ſigno comprobare, quod ſi repreſentare non poſſit vt tum repudietur. Hoc enim eſſe Deo proprium atque familiare quoties formulam conſuetam & rationem ordinariam velit immutari, vt tum volũtatem ſuam ſemper aliquo ſigno declaret.* Hoc Luthere tibi tuiſque dictum exiſtima, ratio.n. poſtulat vt quam alijs legem tuliſti eidem ipſe ſubijciaris. Mutaſti in Eccleſia formã docendi conſuetam & rationẽ ordinariam; Quo authore? Deo Proba itaq; *ſigno euidenti* vocationem tuam. At non probaſti, repudiandus es ergo, qui terminos à Deo poſitos trãſgrederis, & cathedram Eccleſiaſticam tanquam diuinitus tibi traditam inuadis, quam Deus ſine manifeſto voluntatis ſuæ per ſigna & miracula indicio nemini aliquando commiſit. Sed vt concludamus, & hæc latè diſperſa in breuem ſummam colligamus, id quidem generaliter aduertere potes, Samuel, quod dum iſti in omnes ſe formas vertunt vt hoc argumẽtum diſſoluant, ita ſe miſerrimè implicant, vt non ſolum Caluinus oppugnet Lutherũ, & Lutherus euertat Zuinglium; Sed etiam Beza Zuinglio & Luthero prædicandi Euangelij facultatem à Romana Eccleſia ſumptam tribuens, condemnat Bezam probantem ſe ſuoſq; à Romana Eccleſia magis quam Apoſtolos à Phariſæis, talem facultatem nec debuiſſe nec potuiſſe ſumere: Caluinus nihil ſe aliud meditari profeſſus, quam veteris Eccleſiæ emendationem, ideoq; nulla miracula curans, infeſtus eſt hoſtis Caluini nouam Eccleſiam à fundamentis extruentis, atq; huic fabricæ erigendæ omnia miracula à mũdo condito facta accommodantis. Et Lutherus non tantùm Anabaptiſtis ſed ipſis etiam Apoſtolis neceſſitatem operandi miracula quia nouum verbum prædicabant inijciens, ſeipſum quoq; eadem neceſſitate conſtringit, niſi Apoſtata potius quam Apoſtolus haberi velit. Quum ergo argumentũ illud quod miracula vrget, & ex ſcripturis veteris & noui teſtamẽti, ex Prophetis, ex Apoſtolis, ex Chriſto, ex Paulo, ex Zuinglio, ex Luthero probetur adeo eſſe firmum & inuictum: ex altera iam parte circumſpice miraculorum loco quid iſti Doctores veſtri, vobis obiecerint

Sleida. lib. 5. anno 25. Luther. tomo 2. Ienenſ. fol. 455. 456.

cerint

cerint vt ſe veros eſſe Apoſtolos Chriſti vobiſq; imitandos demonſtrarent. Quære à Beza: Ego (inquit) clariſſimam veritatem vos doceo. Quære à Zuinglio: Ego (inquit) trado vobis ipſiſſimam Dei veritatem, nulla humanarum traditionum fide contaminatam. *Speroq; & confido, imò certò noui doctrinam meam non aliud eſſe quam ſacroſanctum verumq; Euangelium quod Dominus per Spiritus ſui reuelationem à me prædicari voluit.* Quære à Caluino: Deo (inquit ille) *per me loquenti qui ſine miraculis non credit*, portentum eſt, & pecus humanitatis expers, ratione carens. Quære à Luthero: Caluini (inquit) doctrina planè pecuina eſt, & Zuinglij vere diabolica, *Mihi autem demandatum en Euangelij docendi munus, & ego de mea doctrina adeo ſum certus, vt nec vllius quidem Angeli iudicio eam velim ſubijcere, ſed huius doctrinæ teſtimonio iudicabo omnes, & homines, & angelos etiam.* Quære à ſingulis quid ſingulare afferunt; iſtorum ego quemlibet alijs vniuerſis veraciorem credam, & fidem quam alijs omnibus derogo, horum ſingulatim alicui adhibeam: Nihil proprium, nihil certum, nihil ſuum afferũt: tantum vulgata, generalia, pleriſq; & fidelibus & infidelibus, omnibus Prophetis & Pſeudoprophetis ex æquo viſitata, occlamant à ſe doceri perſpicuam, claram, puriſſimam Euangelij veritatem, quod pſittacus aut coruus, vt olim in victoria Cæſaris, à ſutore aliquo inſtructus, non minùs fortaſſe quã iſti clarè poterat enunciare. Hinc iam exiſtima quantum ſit tuorum Euangelicorum peccatum, quam fœda religionis ſuę neglectio, qui magiſtris prorſus contraria docentibus, ideoque euidenter mentientibus, veritatem tantum verbo pollicentibus, ſtatim crediderũt ſine vllo firmiore argumento, qui (inquam) in re omnium maxima, grauiſſima, & periculoſiſſima æternam corporis animæque aut vitam, aut mortem, inſignemq; Dei contumeliam & blaſphemiam continente, impiè nefarieque perſuaſi ſunt ſimplici variorum hominum verbo, quorum ſi vnus verum dixit perſpicuum eſt alios omnes fuiſſe nequiter mentitos. Quod ſi iſtorum diſcipulorum aliqui in veritatem inciderint non in mendacium, caſu factum eſt & fortuito, non iudicio & prudentia, quia nullo certiore argumento ad vnum quam alienum ſequendum mouebantur, ideoque opinationem fortè aliquam imbiberunt, fidem verò non conceperunt nec concipere potuerunt, quoniam nullam habebãt perſuaſionis firmitatem, quę fidei radix eſt primaria. Atq; hoc etiam oſtendit eorum in opinionibus ſuis mutabilitas. Vt enim primum ab vno magiſtro, verbi gratia Luthero excitati,

Zuingl. tomo 2. in actis diſputat. Tigurina fol. 609.

Sleidan. hiſt. lib. 3.

Macrob. Satur. li. 2.

Hebr. 11. verſ. 1.

excitati, fidem veterem deſeruerunt & Lutherum ſunt ſequuti: Ita mox perſtrepente Zuinglio, & clariorem veritatem pollicente, à Luthero ad Zuinglium tranſierunt, à quo mox ad Muncerum & Rotmannum diuinas reuelationes iactantem defecerunt: & qua perſuaſione moti primo illi magiſtro ad puritatem Euangelij eos vocanti diſcipulos ſe præbuerunt, eadem nouis deinceps magiſtris magis limatam Euangelij veritatem promittentib. adhæſerunt, vt & hiſtorici veſtri ſæpe notant, & Theologi veſtri ſæpius conqueruntur. Præclare enim Archiepiſcopus veſter Cantuarienſis. *Communiter illi qui ſe ab Eccleſia ſeiunxerunt, poſtea ab errore in errorem ſine fine aut intermiſſione labuntur.* Et Lutherus ipſe paulò plenius: *Semel violata Eccleſiæ concordia non eſt modus neq; finis diſſenſionum. Noſtro tempore primum defecerunt à nobis Sacramentarij: poſt Anabaptiſtæ. Horum neutri inter ſe concordes ſunt. Ita ſemper ſecta parit ſectas, & vna damnat aliam.* Cuius elegantem ſubiunxit rationem. *Ceſſante vnitate ſecūdum Mathematicos progreditur numerus in infinitum. Sic læſa & ablata vnitate ſpiritus, neque in doctrina neque in moribus poſſibile eſt manere concordiam. Sed ſubinde noui errores naſcuntur vſque in infinitum.* Quæ ratio perinde valet, vt & variæ ſectæ ex vna multiplicentur: & vt eiuſdem ſectæ homines nunquam in vna perſiſtant ſed continenter ab vna in aliam atque aliam dilabantur. Sed hoc aliud id ego vnum ex iſtis omnibus deduco, veſtrum corā Deo peccatum eſſe infinitum & inexpiabile, veſtramque propterea in inferno (ſi geratis) damnationem fore longè grauiſſimā quod a fide veſtra diſceſſiſtis eiuſmodi magiſtros ſequuti, qui ſiue miraculis, ſiue certis argumentis, contra omnem vel in veteri teſtamento prophetarum, vel in nouo Apoſtolorum morem, contra omnium Eccleſiarum & Rerumpublicarum ordinem, cōtra omnem ſenſum & rationem, ſuo tantum ipſorum ſuffragio ſe creauerunt Doctores, & Superintendentes, & Apoſtolos, & Euangeliſtas, vt nullus vnquam fuerit in mundo nequiſſimus Hereſiarcha, nullum monſtrum perditiſſimum, nullus Simō Magus, nullus Manes, nullus Dauides Georgius, nullus in humana ſpecie diabolus, cuius diſcipuli apud æternum Dei tribunal æquè firmis rationibus ſuam Apoſtaſiam non poſſent defendere atque vos veſtram à Catholica fide ad Lutherum & Zuinglium diſceſſionem.

Sleid. lib. 2 & 10.

VVhitgifti def. trac. 1. pag 74.

Luth. tom. 5. VVittember. ad Galat. c. 5. fol 410.

ARGVMENTVM CAPITIS XIIII.

Mahumetes ex altera parte ſuam nullis miraculis probauit vocationem more Prophetarum, etſi quia perſpicuam veritatem prædicabat ad miracula non neceſſariò teneretur. Reſpondens Samuels & vrgente Mahumetis miracula fuiſſe ficta, & non vera, vt nec Scyriffi Afri, nec Sophi Perſarum qui magis ei profecerunt: Contra Michæas probat primò, hac in re parum fidei tribuendum eſſe proteſtantibus qui omnia miracula etiam Sanctorum & Apoſtolorum Chriſti ſolent contemnere. Deinde vt concedatur quod Samuel vult, tamen quia populus illa miracula qualiacunque à veris diſtinguere non poterat, ſaltem minus peccaſſe populum Aſiæ in ſequendo Mahumetum quam Europa in ſequendo Lutherum. Quia Mahumetus ea recta via ingreſſus eſt ad Propheticum ſibi gradum vendicandum quem Chriſtus præmonſtrauit, quod non fecit Lutherus & ſui, qui etſi dicerent ſe nulli vim adhibituros, vi tamen plus quam Mahumetus vſi ſunt. Præterea Mahumetes euetus habuit in bello & in pace magis promiſſis ſuis reſpondentes, populus eius maiore conſtantia religioni traditæ adhæſit. Doctores inter ſe magis conſenſerunt, omnia denique in hiſtoria Mahumetis & doctrina magis veriſimilia ſunt ad ſtatuendam eam religionem eſſe veram quam in hiſtoria & Euangelio Lutheri & Zuinglij, quod particulari comparatione manifeſtum fit. Ex quo efficitur Turcas magnis in ſpeciem rationibus adductos, minus peccaſſe ſi errarunt ſequendo Mahumetum quam Lutheranos, qui nullis eiuſmodi argumentis à fide veteri adducti ſequuti ſunt Lutherum.

CAPVT XIIII.

AT QVI nec Mahumetus (inquit) miraculis fidem Alcorano ſuo conciliauit, ideoque à me non eſt hoc argumẽtum obijciendum, quod cum Lutheranis Mahumetanos & Turcas æqualiter conſtringit. Cui primum reſpondeo hac ex parte Lutheranis & Zuinglianis ſaltem pares eſſe Mahumetanos & Turcas. Nam Mahumetus nõ minùs quam veſtri illi confidenter cœleſtem Dei veritatem ſibi ſe de-

ſe denunciaturum promiſit, & multò fidelius præſtitit. Idque veſtrorum etiam hominum iudicio. Eraſmus enim Roterodamus quem aliquando magnum Eccleſiæ veſtrę ornamentum vocatis, Lutheranis clariſſimam hanc veritatem & *afflatum ſpiritus* ſibi vendicantibus & moderatè & verè reſpondit, *quaſi non idem probabilius dicere valeat Mahumetes*? Ita hanc clariſſimam veritatem quæ eſt veſtris omnibus ſuprema anchora, baſis fidei, & prædicationis initium, medium, atque finis, quod ſi negetur, pedem vnum mouere non poſſunt: hunc ille *afflatum ſpiritus* Mahometo noſtro attribuit, eumque *probabilius* à nobis vendicari poſſe fatetur quam à Luthero veſtro, qui vnus omnium temporis huius Euangeliſtarum de eo inſolentiſſimè gloriatus eſt. Sed hoc poſterius non premo, nec Mahumetum quoad clariſſimã veritatem vobis præfero, tantummodo eum vobis parem eſſe, eandemq́; clariſſimam veritatem ſuis pollicitum dico. Quod ſi vos qui propterea Lutherum & Zuinglium, & Caluinum ſecuti eſtis, excuſat, idem valebit ad nos quoq; omni crimine liberandos. Liberabit quoque Perſas qui Lutheri tempore audierũt Iſmaëlem Sophum: liberabit etiam Afros qui paruerunt heremitæ illi quem dixi Scyriffo, quorum vterque exactam perfectamque doctrinæ cœleſtis veritatem, ſuos ſe auditores edocturum recepit. Sed falſiſſimum eſt quod aſſumis à Mahumeto nulla edita miracula. Nam neque Mahumetus tam fuit duri oris & deſperatè improbus vt Prophetam ſe Dei venditaret ſine illo argumento, quo Deus ſemper omnes ſine exceptione eiuſmodi Prophetas voluit eſſe ornatos, neque Arabes, Perſæ, Aſiatici, & Ægyptij qui eius Alcoranum ſuſceperunt adeo erant agreſtes & barbari vt vnico verbo victi fidem veterem voluerint proijcere, & nouam vndecumque oblatam arripere. Hoc apud vos fecit Lutheri & Zuinglij audacia, non apud nos Mahumet & Sergij pudor, ea fuit veſtrorum Germanorum & Heluetiorum leuitas & inconſtantia, ſed longè alia fuit noſtrorum hominum grauitas & moderatio. Miracula Mahumetis fuerunt multa & glorioſa, ex quibus illa omnium hiſtoricorum monumentis celebrantur. Quod in ſpecie columbæ ſpiritus Dei in eum deſcendit, & inſpirauit, quemadmodum lex Alcorani erat conſcribenda: quod dum coram vniuerſa multitudine concionaretur, indomitus taurus terribilior immani illo Atticæ regionis qui ab Hercule victus inter admirabiles eius labores numeratur, ad Mahumetem accurrens in genua ſe proſternens & declinans humiliter caput, manum

Eraſ. in ad fratres inferioris Germaniæ.

Cuſpin. in Mahumetè pag. 534.

Theuet cosmograp. lib. 6. ca. 3.

Cedrenus in Chronograph. Zonaras.

Digitized by Google

manum Prophetæ ſupplex deoſculatus eſt, quaſi exemplo ſuo demonſtrans eum ab hominibus colendum, quem ferę & truculentæ beſtiæ venerarētur. Quid illud quod Adamo nouem poſt eius creationem diebus ſtupenda quædam viſio accidit, quàm dum attonitus miratur, diuinitus ei denunciatum eſt eam fuiſſe præſignificationē quandam plurimorum Prophetarum ex quibus oriundus eſſet Mahumetes, hoc eſt bonus & fidelis Dei ſeruus, cuius vultus inſtar ſolis coruſcaret, cuius vita tanquam gemma prætioſiſſima colluceret: quem quatuor tantum annos natum inuiſit Archangelus Gabriel, qui etiam antea de cœlo deſcenderat cum ſeptuaginta Angelorum millibus vt mundo eius natiuitatem teſtaretur, & qui poſtea cœlitus eam legem detulit quę deinceps à Mahumeto toti mundo erat imponenda. Mitto diuiſam in duas partes Lunam, & huius generis quædam alia: illud ſi nō æquè ponderoſum eſt, proximè ſaltem accedit & magis eius Propheticam & extraordinariam vocationem commēdat, quam aliquid quod vos de Lutheris veſtris confingere poteſtis, quod Chriſtus in nouo teſtamento Iudæos de venturo Mahumete diſertè præmonuit: *Nuncium* (inquit illic) *vobis aſſero de nuncio poſt me venturo cui nomen Mahumetus.* Et in veteri teſtamento Deus eiuſdem Prophetæ futuram natiuitatem tot antea annorum millibus prædixit; de quo item noſtri omnes interpretantur illud Moſis in Deuteronomio. *Prophetam de gente tua & fratribus tuis ſicut me ſuſcitabit tibi dominus Deus.* Quæ diuina oracula tanto ante legiſlatoris noſtri aduentum prænunciantia, non iniquè miraculis annumerari poſſunt. Verum iſta ego nō ambitioſè conſector, quia & multa alia prætereo Mahumetis noſtri miracula, & naturæ vires vſque adeo ſuperantia, vt nemo negare poſſit ea fuiſſe miracula, & tamen adeo certa vt Lutherus quoque & Lutherani qui veſtrorum ſanctorum miracula pleraque ficta & fabuloſa affirmant, hæc Mahumetis miracula genuina & vera eſſe fateantur. Poterat quidem Mahumetes omnium poſt Chriſti aſcenſionem iuſtiſſime poſtulare, vt ſibi crederetur, veriſſimum enim erat quod ille quotidianis vſurpabat ſermonibus: *Chriſtum quidem miſſum fuiſſe à Deo prodigiorum facultate inſtructum, cui quoniam homines nō crediderunt, ſe poſtea ab eodem Deo miſſum cum armis, vt quos non mouiſſent miracula, cogerent arma.* Ideoque & in Alcorano petentibus miracula diuinitus reſpondere iubetur, *ſe nihil niſi mandatum Dei iubere,* hæc enim quæ docebat, *erant res manifeſta & via vera.* Quod ab Alcorano noſtro hauſtum nō quidem

Celius Curio in hiſto. Sarac. li. 1.

Azoa. 74.

Azoar. 71.

Azoa. 2.

Deuteron. 18.

Luther. in Septemcaſtrenſi cap. 14. 15.

Cōfutatio. Alcora. in initio.

Azoar. 17.

dem aptiſſimè Euangelio ſuo applicabat Caluinus: Idemque imitati ſunt Lutherus & Zuinglius. Sed hic à nobis ea gloriatio ſuam habet originem vbi ſimpliciſſima eſt veritas, ergo oculis hominum quorumcunq; modo aliquid intelligentium expoſita. Nec enim debemus nos à veritate nobis arroganda deſiſtere, qui eam iam olim tenemus quia veſtri temerè & ſtupidè eius poſſeſſionem conantur inuadere quibus nullo iure competit. Neque tamen Mahumetes hac veritatis clariſſima luce fretus eam tantum ob cauſam ſibi fidem haberi poſtulauit. Sed etiam, vt dixi, miracula plurima adiecit quo veri Prophetæ numeros omnes expleret: quæ quia veſtris deſunt, māci propterea & mutili ſunt Prophetæ, perinde ac ſi ab homine auferas animam, aut à corpore amputes caput. SAMVEL. Quę commemoras Mahumetis tui miracula, mihi ſanè non videntur adeò ſtupenda, & tanta gloriatione digna. Quis enim non ſtatim aduertat eſſe falſas eorum imitationes quæ in Saluatore noſtro geſta ſunt. Deſcendit ſuper eum (quod non negatis) in Iordane Spiritus ſanctus, deſcēdit antea quum naſceretur multitudo Angelorum cœleſtium; Salutauit Mariam virginē Archangelus Gabriel, eiq; lætiſſimum illud nuntium de Chriſto carnem noſtram ſuſcepturo detulit. Iſta quia Mahumeto viſa ſunt plauſibilia & ad populum ineſcandum idonea, partim præſtigijs, partim apertis mendacijs ad ſe traduxit. Quin ergo quoniam miracula Prophetę illius narrare placet, non illud quoque recenſes, quod quum Mahumeto orante & Deo mandante, omnibus prope Mechan montibus iniunctum eſſet vt ad extruendum Mechæ templum ſinguli certum lapidū aceruum comportarent, & reliquis penſo ſuo ſtrenuè perfunctis, temploque iam abſoluto, vnus mons Araphat nominę tardior aduenilſet, & effusè lamentaretur quòd tam diuino operi ipſe nihil impendiſſet, conſolatus eum Mahumetes bono animo eſſe iuſſit, ſuoſq; lapides in certo prope Mecham loco deponere, quos pede leuiter percutiens pulcherrimum fontem ex illis fecit emanare, non aliter quam olim fontem Hippocrenes ictu ſui pedis è terra eduxit Pegaſus. Eam autem aquam Mecha vſque ad longinquas Aſiæ atque Europæ oras delatam, magna religione tanquam theſaurum conſeruant & oſtentant hoſpitibus peregrini, ex eaq; immenſos Dei & Mahumeti fauores ſibi pollicentur. Huic adde, ſi placet, id de quo ipſe gloriatur ſingularem ſibi diuinitus exercendi libidines potentiam fuiſſe collatam, vt in eo diuino & heroico opere ad miraculum vſque excelluerit, & pluſquam alij viri

Matt 3.16. *Luc. 2. 13* *Luc. 1.27.* *Georgeu. de Turcarum moribus.* *Azoa. 42.* *Magdeburgen. centuria 7. ca 15. pag. 651.*

Digitized by Google

quadraginta potuerit, adeo vt quum inter magnos Herculis labores recenſeatur quod quindecim virgines vna nocte conſtuprauerit, hic veſter Mahumetus Herculem ipſum longè ſupergreſſus, quadraginta virgines tãtulo tempore ſtuprare valuerit. Hæc & iſtius modi ſunt miracula veſtra, partim impia & fœda, partim euidenter falſa, partim adulterina quadam ſimilitudine veritatem miraculorum Euangelij exprimentia, nulla omnino & ſimpliciter vera, ideoque in hanc comparationem vbi de veris miraculis agitur non vocanda. Legitur de magno illo Scyriffo Africæ, quem à genuino Alcorani ſenſu defeciſſe & nouam finxiſſe Sectam, ideoque & hæreticum fuiſſe nec tu inficiaberis, eadem fere miraculorum ſimulatione populum illum ſeduxiſſe. Techellis autem præcipuus Iſmaëlis Sophi ad Perſarum regnum inuadendum collega, An non rebus quibuſdam mirabilibus Perſas ad eam Sectam pellexit? Ita prorſus: veterum enim monachorum aſperitatem imitatus, in rupibus Antitaneri montis, Armeniæ minoris, ad extremos Turciæ Perſiæque fines multis annis commoratus, & perpetua meditatione cœleſtia tantum (vt putabatur) cõtemplatus, duriſſimam vitam egit, vt quondam Ioannes Baptiſta: contentus ijs quæ ſponte ſua terræ atque naturæ benignitate naſcebantur. Hinc primò ad eum paſtores confluere & agricolæ, qui victus duritiem & pietatem hominis admirabantur: quin etiam futuros rerum euentus (quod magnæ erat diuinitatis ſignum) publicis in concionibus ſæpe prædicebat, ex quo potiſſimum fiebat vt innumeri ad eius Sectam amplectendam exardeſcerent. Et tamen & hunc quoque, & Perſas omnes quotquot eius ſe tradiderunt doctrinæ, eo quod non Homarim veſtrum, ſed Halim alterum & pene contrarium Mahumetis interpretem ſectantur, vos hæreticorum loco habetis. Abſit verò à nobis longiſſimè vt propter vllas prædictiones aut miracula, ab explorata & cognita Dei veritate ad idololatriam delabamur: Dominus enim ipſe præcepit, vt ſi *ſurrexerit in medio noſtri Propheta qui prædixerit ſignum atque portentum, & euenerit quod loquutus eſt: & dixerit eamus & ſequamur Deos alienos quos ignoras & ſeruiamus eis; non audies verba Prophetæ illius, quia tentat vos Dominus Deus veſter vtrum diligatis eum.* Neque certè vel Scyriffus vel etiam Iſmaël Perſa ſolis miraculis ad tantam amplitudinem peruenerunt. Sed & ille collecta ſenſim Sectatorum multitudine, arcũ manu ferens gladioque Perſico & claua ferrea inſtructus, & pluſquam ſexaginta armatorum hominum millibus comitatus, ita qui-

Iouius hiſt. lib. 13.

Deuter. 13.

Theuet coſmograp. lib. 1. ca. 6.

ita quidem in medijs campis aut ciuitatum plateis concionatus eſt, vt maius in ferro quam in lingua doctrinæ ſuæ firmamentum poneret, vnde & Taphilectæ regem qui ad eum amicè venerat dum eius concionem attētè audiret repente interfici mandauit, id ſibi iam tum ex improuiſo diuinitus reuelatum fuiſſe exercitui perſuadens: Regem quoq; Tremiſſæ vna cum liberis & immenſa hominum multitudine pari immanitate interemit. Et de altero Sopho videlicet memoriæ proditum eſt pluſquam ducenta Perſarū millia ab eo occiſione occiſa priuſquam Sectam ſuam in Perſarum Imperio conſtabiliret. His illi miraculis verè confiſi ſunt, his fidem ſuam dilatarunt. In quo nihil diſceſſerunt à veſtigijs Archiprophetæ ſui Mahumetis, qui quamuis initio quædam fortè miracula prætenderet, mox tamen ea depoſita perſona, flamma ferroq; legem ſuam prouincijs impoſuit, & in aduerſarios maximis cœdibus graſſatus eſt, quorum etiam hodierno die tota Iudæa, Ægypto, & Arabia, grauia & luctuoſa ſuperſunt indicia. Siue autem mirabilia quædam perpetrauerit nec ne, ex ijs nō certò efficitur eam quam commendauit religionem fuiſſe veram & diuinitus reuelatam, quum tu ipſe & Perſas & Afros ſimilia iactantes concedas eſſe hæreticos. MICHABAS. Non eſt difficilè, Samuel, in res clariſſimas arguentis ſuſpicioſis ludere, & certiſſimam veritatem coniecturis labefactare. Et tamen hic neſcio an ſatis conueniat tibi miraculis noſtris detrahere, quū vides Martinum Lutherum Euangelij veſtri principem fidem illis adiungere. Sed quoniam intelligo illud vobis pleriſque in more poſitum, vt miracula omnia etiam ſanctorum veſtrorū & ex vetuſtiſſimis hiſtoricorum Chriſtianorum monumentis conſignata in quæſtionem vocetis, & quum videtur cachinnis excipiatis, eo æquiore animo fero hanc noſtrorum contēptionem. Memini quid ſcribit quidam veſter de Euſebio Cæſarienſi, idque tum quum Euſebius miraculum quoddam commemorat, & ad Chriſti gloriam demonſtrandā imprimis efficax, & cuius ipſe etiam oculatus teſtis erat: *Euſebius* (inquit ille) *nugis delectatur, cuiuſmodi illud eſt q̄ ſe vidiſſe omni aſſeueratione narrat, plātam in baſi, qua nitebatur aenea Chriſti ſtatua* (*quam ante trecētos annos fœmina ſanguinis profluuio curata, Seruatori dedicarat*) *ſponte enatam, quæ quum primum extremam ſtatuæ veſtem attigiſſet, omnia morborum genera curabat. Talib. nugis referti ſunt libri Antonini, Adonis, Saxonis Grāmatici, Sygeberti, Freculphi, Abbatis Vrſpergenſis, Nicephori, Gregorij Turonenſium Pontificis, &c.* Non ignoras opinor hiſtoriam quæ eſt in

Bodinus in metho. hiſtor. cap. 4.

Euargeliorum libris deſcripta de muliere *quæ 12. annis fluxũ ſanguinis perpeſſa* ibi ſemel attigiſſet veſtimentorum Ieſu fimbriam ſtatim ſanata eſt. Ea tanti beneficij memor gratitudinis ergo imaginem in ciuitate ſua Cæſarea Paleſtinæ fabrefieri curauerat. In baſi, vbi fixa ſtabat imago hæc herba enaſcebatur, iſtam incredibilem virtutem diuinitus (vnde enim aliũ nanciſceretur) adepta, ad Chriſti vero gloriam nihil fieri potuit magnificentius, quam quod non ſolùm ipſo in terris agẽte veſtimentorum eius limbus, ſed eo etiam in cœlos ſublato imaginis eius extrema veſtis eandem vim vel retinuerit vel acceperit. Quod mulier inconſiderato zelo talem imaginem effecit non poſſum probare: eſt enim, ſcio, contra Alcoranum noſtrum. At vero animum gratum & beneficij memorem, nemo niſi ferus & barbarus reprehenderit. Et hanc tantam Dei, vel in Propheta ſuo Ieſu glorificando bonitatem, vel in hominum morbis adeo mirificè depellendis miſericordiam, nemo verè fidelis poterit ſine ſpirituali mentis gaudio & laude maxima diuinæ erga nos largitatis recolligere. Hiſtoriam autem hanc fuiſſe veriſſimam, non ab impoſtoribus confictam aut quacumq; fraude compoſitam Euſebius Chriſtianus ſcriptor & perantiquus teſtatur, *ſeq; vidiſſe omni aſſeueratione narrat.* Quid eſt ergo quod in hiſtoria hac vel Monius aliquis carpat? Nam error mulieris in formanda ſtatua ad veritatem vel falſitatem hiſtoriæ nihil prorſus facit. Et tamen veſtris hominibus iſta nugæ ſunt, fabulæ, mendacia. Neque hæc ſolum quæ ab Euſebio vel Nicephoro, ſed etiam pleraque omnia huius generis quæ à Chriſtianis Hiſtoricis, vel recentioribus, vt Antonino, Adone, Saxone Grãmatico, Freculpho, Sigeberto, Nicephoro, vel etiam à vetuſtioribus, Gregorio Turonẽſium Pontifice, Sozomeno, Socrate, Euagrio, Theodoreto, Ruffino fideliſſimè perſcripta ſunt. Quid ergo ego laborem noſtra miracula noſtrorũ hominum teſtimonio confirmare, quũ Chriſtiana miracula à Chriſtianorum Sanctis facta, & à Chriſtianis ſcriptoribus in fabulas relata, nullam apud vos fidem inueniant? Ne illud quidem quod obijcis de Mahumetis fallacitate & pluſquam Herculea ad coëundum potentia (ſi verum ſit) video cur à veſtris hominibus ſit magnopere reprehendendũ. Si enim opus cõiugale ſit opus *non carnale* ſed ſpirituale, quod eſt à tuis Doctoribus crebro vſurpatum, ſi ſupra caſtitatem viduarum & virginum, coniugum *caſtitas* ſit *puriſſima*, vt vult Lutherus, huius quidem argumenti conſequentia & proportione, etiam inter coniuges qui crebberrimè opus coniugale

Martyr in fine lib. de votis.

perege-

peregerit, ſupra alios *ſummè ſpiritualis*, & in ſupremo gradu *puriſſimè caſtus* cenſebitur: atque ita Mahumetus iuxta hanc veſtram Theologiam, quadrageſies *magis ſpiritualis* & quadrageſies magis caſtus puruſque à vobis prædicari debet, non modò quam virgines caſtæ & viduæ, ſed etiam quam mariti qui vna vxore ſunt contenti: quando iſte vnus quadraginta ſimul coniugum talium caſtitatem habuit. Quæ autem de Iſmaële Perſa & Scyriffo Afro obijcis, nihil aut certè perparum habent roboris contra ea quæ à me aſſeruntur. Neque enim ego nulla miracula falſa eſſe dico, non omnem mirabilia quędam efficiendi potentiam dæmonibus adimo. Noui quemadmodum olim per prædictiones & oracula delphica, Dodonea, Iouis Hammonis, maiorem mundi partem deceperint. Non ignoro quum olim Moſes *virgam mutaret in ſerpentem, Magos Pharaonis per incantationes Ægyptiacas & arcana quędam feciſſe ſimiliter.* Scio vt in rebus moralibus prudentiam malitia, liberalitatem effuſio, fortitudinem audacia, & temperantiam immanitas quædam aſpernandi voluptates imitatur: ſic quoque in Theologicis verum Dei cultum, idololatria, & religionem ſuperſtitio, & Iudæorum olim ſacra, gentilium impietas, & noſtram hodie ſinceram veritatem, Perſarum & Afrorum adumbrata falſitas conatur repræſentare. Ita quidem fere vſu venit, vt bonis omnibus finitima & ſimilia ſint mala contraria: ad quæ ſecernenda magno acumine & perſpicacitate opus eſt. Neque tamen deſperanda eſt penitus veritatis inuentio, aut verorum miraculorum diiudicatio: non magis quam Regum obedientia prorſus eſt à nobis remouenda quia tyranni aliquando thronos regios inuadunt, aut vera Dei religio ex animis noſtris eijcienda, quia nimia varietate Sectarum ſeſe ſigillatim ſinceram religionem mentientium circunfundimur. Laborandum eſt, inuigilandum eſt, intendenda quam maximè mentis acies, vt à ſinceris ficta & fucata diſtinguamus: hæc à diabolicis præſtigijs vel magicis impoſturis proueniunt, illa quum naturæ vires ſuperent ſolaq; Dei potentia fiant, quanquam non ſemper à ſanctis hominibus edantur, ſemper tamen veræ fidei ſunt argumenta, quia Deus impietati teſtimonium non poteſt reddere. Sed quoniam de miraculorum diſcrimine quæ vera ſunt, quæ ſecus, longa eſt & obſcura diſputatio, & nobis hoc tempore non admodum neceſſaria, eam ego prætermittam. Quamquam enim miraculorum vim eſſe maximam fateor, eaque ſi vera ſint, ad veritatem demonſtrandam per ſe ſatis valere; ſi tamen ſcopum orationis

Exod. 7. v. 10. 12.

Matth. 7. verſ. 22.

Vide Medinam p. 3. q. 43.

rationis meæ aduertis, non ego tam illud vrgeo veram eſſe religionem omnem vbi miracula conſpiciuntur, quam falſam & fictam eſſe religionem, quæ in origine & ortu ſuo omnibus miraculis caret. Poſitoque hoc & conceſſo quod vtraque fides & noſtra Mahumetana & veſtra Euangelica ſit impia; illud dico, vos coram diuino tribunali peccatum admiſiſſe grauius, & iudicium ſubituros multo terribilius qui ad Lutherum & Zuinglium defeciſtis: quam nos qui Sergio & Mahumeti credidimus, atque hæc ex ijs quæ ſine controuerſia vterque noſtrum concedit, euidenter oſtendo. Vide enim quam tecum agam liberaliter. Do miracula Mahumetis ab ijs quæ tu opponis Scyriſſi & Teſcellis nihil diſcrepare: ſint vniuſmodi & eiuſdem conditionis omnia. Illud ſaltem inficiari non potes Mahumetem, adde ſi velis & reliquos illos Scyriſſum & Iſmaëlem, legum ſuarum ferẽdarum eam viam ingreſſos, quam ratio humana & diuina, quam Theologia Prophetica & Apoſtolica, quam Chriſti Ieſu exemplar poſtulabat. Sit enim hoc ſpeculum in quo reliquos intueamur, ſit regula qua noſtros vtrimque Doctores metiamur. Ille autem, quemadmodum

Matth.3. legem ſuam exorſus eſt? Primum omnium cœleſti oraculo *Matth. 4.* demonſtrabat vocationem ſuam ipſumque Deum iubere vt omnes ipſum audirent. Cœpit deinde *prædicare Euangelium*, ſed ita vt ſimul *ſanaret omnem languorem & infirmitatem in populo*, adeo vt mox Paralitici, & Lunatici & Dæmoniaci ex omnibus Iudææ, Galilææ, Syriæque partibus curationis gratia ad eum confluerent. Eum ergo ordinem obſeruauit, quem ipſa ratio & communis naturæ ordo flagitabat, vt prius oſtenderet ſe legitima prędicandi authoritate inſtructum, deinceps poſtularet ſibi prædicanti credendum. Authoritas enim legitima & vocatio, quam Apoſtoli ſæpe appellant *miſſionem*, ſi-

Ro. 10. 15. ue ordinaria per homines, ſiue extraordinaria per Deum, ipſa *Io. 20. 21.* eſt radix, baſis, principium, & fundamentum iuriſdictionis in *Matth. 28. 18.* Eccleſia reformanda, quæ ſi deſit planè monſtroſum eſt quod molimur. Quid enim eſt magis arrogans & præpoſterum, quam vt ignotus aliquis Gallus vel Hiſpanus, nullo alio iure niſi quia ſic ſibi placet, in aliquã Imperij huius ciuitatem perueniens, ſubito leges ciuitati regendę ponat & magiſtratus ciuesq; ſibi obtemperare poſtulet? At in ciuitate Dei quam Eccleſiam vocatis, vbi de diuinis legibus, de ſempiterna fœlicitate, de animarum ſtatu, de gaudijs vel ſupplicijs ęternis agitur; illud infinitè magis eſt arrogans, execrandum, & intolerabile. Chriſtus ergo quum luculentiſſimis teſtimonijs miraculiſ-

raculiſque & ſuam Apoſtolorumque ſuorum authoritatem confirmaſſet, ita demum operi ad quod deſtinatus erat incubuit: & per Apoſtolos, his duobus medijs, miraculis videlicet & ſimplici prædicatione, orbem terrarum ad ſuam fidem perduxit, quod erat fortaſſe omnium eius miraculorum potentiſſimum, & in quo fateor eum à Mahumeto noſtro multum diſcrepare. Mahumetes enim, quia mundum non tantum reformãdum ſed etiam caſtigandum ob neglectam Chriſti ſanctiſſimam religionem miſſus eſt, idcirco poſt miracula ſuæ diuinę vocationis indicia, cum prędicatione verbi bellicum apparatum copulauit. At miracula (inquit) non fuerunt vera & ſincera, ſed fraudibus & impoſturis peragebãtur. Vt illud ego tibi largiar ſic ſuſpicanti non euidentibus rationibus probãt, ita tu illud mihi concedas neceſſe eſt quod ego perſpicuis argumentis poſſum euincere, populum qui miracula eius videbat non potuiſſe ea tam acutè introſpicere, vt quod vos tantis poſt annorum centenarijs cernitis, illi vel præſenti oculorum obtutu, vel etiam mentis intelligentia comprehenderent. Ea quidem videbant & audiebant quę in ſcripturis ſanctis de veriſſimis Dei Prophetis narrantur. Non potuerunt illi Theologicè diſtinguere quæ ſunt certò miracula, quia ſecũdum operis naturam à nullo niſi à Deo fieri poſſunt, vt ſiſtere ſolem, dare vitam mortuis, viſionem cœcis, quæ dubia, quia poſſunt effici à Satana vt minora quædam: quæ quis agit ſua potentia & vt principalis agens, quod eſt Dei proprium, quæ vt inſtrumẽtũ & precaria virtute, quomodo operati ſunt Sancti: quæ miracula ſunt falſa ratione rei quia ſenſus ſpectantium illuduntur, quæ ratione miraculi, quia etſi quæ apparent vere geruntur miracula tamen non ſunt, quia occultis naturę viribus geruntur: ſaltem naturæ facultatem non exuperant: Quæ denique circumſtantiæ in perſonis ſunt conſiderandæ, quibus ſint moribus, quomodo agant, in quem finem referant, vtrum ad gloriam priuatam, ad honorẽ Dei & vtilitatem communem; ad horum & ſimilium accuratam diſquiſitionem vulgus non poteſt penetrare; neq; verò vt iſta ſubtiliter perueſtiget, ab eo requiritur. Illa partim oculis, partim auribus accipiebant quæ hominem communi intelligentia præditum meritò potuerũt obſtupefacere, aues ad Mahumetũ aduolare, immanes beſtias ei exhibere reuerentiã, Angelos & Archangelos ad eum è cœlis deſcendere, legem deferre, præcipere vt eam per orbem terrarum publicaret, Deum illi gladium tradere qua repugnãtes caſtigaret, hanc legẽ eſſe ipſiſſimam Dei voluntatẽ, veritatem certam,

Tho. 1. 2. q. 105. art. 8. & 114. artic. 4.

certam, in qua promulganda ſi operam ſuam poneret, Deum ei aſſuturum & fœlicibus auſpicijs conatum eius ad optatos exitus prouecturum. Et his promiſſis euenta pulcherrimè reſponderunt. Rem ſiquidem aggreſſus mirabili fœlicitate regiones maximas ſubiugauit Arabiam, Aſiam, Perſiam & quas ſuperius numeraui plurimas, neque potentiſſimus Romanorum Imperator eius curſum potuit retardare, aut hominum reſtinguere ardorem, aut amiſſas prouincias recuperare, aut vnquam extirpare quam ille fidem ſeuerat, quæ & ijs in locis ad hunc vſq; diem firma conſtanſq; permanſit, & ad extremas orientis plagas peruaſit. Hæc ſunt Mahumetanæ legis exordia, hi progreſſus. Cum hac compara iam Lutheranā vel Zuinglianam tragœdiam & deprehendes infinitam differentiam. Primum de vocatione vel authoritate legitima, quod eſt reliquorum caput & columen, altum eſt apud vos ſilentium. Nullo enim ordine, locum quem quiſque voluit, inuaſit, & populo quod ipſi tum temporis placebat, pro verbo Dei commendauit. Nihil Lutherus prętexuit veriſimile, nihil Zuinglius aut Caluinus: ſed perinde ac ſi non cum hominibus ſed cum beſtijs ageretur ſine ratione ad imperiū cogendis, ita in ſua quiſque ciuitate primatum arripuit & reformationem aggreſſus eſt, eorum nemine vllam reddente rationem cur hoc munus capeſceret. Neque enim vel prætendere poterant authoritatem humanitus delatam, & nullam afferebāt vel probabilem coniecturam cur quis eos diuinitus legatos arbitraretur. Proximè verò, quod non erat magnæ difficultatis, pro ſe ſinguli clariſſimam verbi diuini lucē ſuis auditoribus patefacere velle promittebant, quod vti (fateor) habebant cum Mahumeto & Apoſtolis Chriſti; ita habebant quoque cum Scytiſſo & Apoſtatis quibuſcunque commune. Tertium vero quod ſe maximè horrere ſimulabant, vt armata manu niterētur, & vi homines ad ſuas Sectas compellerent, in eo incredibilem & perfidiam & crudelitatem ſimul prodiderunt. Nam & vbi imperabāt, immanibus ſupplicijs homines ad priſtinam fidem abnegandam pertrahebant, vt in Flandria, Scotia, & inprimis Anglia noſtra notiſſimum eſt: & vbi ipſi ſuberant aliorum imperio, ibi inteſtinis bellis & ſeditionibus Euangelia ſua conſtituebant. Cuius exempla inſignia ſuppeditant Sabaudia, Germania, Francia, Flandria, & Scotia in quibus multas incolarum myriades huiuſmodi domeſticæ contra Principes pro Euangelijs excitatæ ſeditiones abſumpſerunt, quorum ſi numerum inire velis, comperies ſtrages à Scytiſſo vel etiam

à Sopho

à Sopho editas (quas non nego fuiſſe magnas & luctuoſas) cũ veſtris tamen non eſſe comparandas. Quando conſtat vnico ruſticorum in Germania bello quod paucis menſibus finitum eſt, pluſquam centum millia cæſa, & duobus primis hugonotarum in Gallia pro Euangelio Caluiniano bellis quæ tribus ad ſummum annis determinata ſunt, ſupra decies centena millia hominum vtrinque interfecta, ſi tamen Gaſpari Colignio primario earum rebellionum authori & duci fidem habemus. Sic enim ille luculenter in oratione qua regem Carolum ad bellum contra Hiſpanum regem ſuſcipiendum hortabatur paulo ante mortem teſtatus eſt. Ita hoc vnicum Gallorum bellum non diu continuatum, & ſine magno aliquo Euangelij fructu geſtum, longè plures confecit, quam plurima Sophi multiſque annis perpetuata prælia, quibus immenſum Perſarum imperium eſt conſequutus, perque illud vniuerſam ſuam religionem dilatauit. Et quid tu in Scyriſſo culpas quod clauam ferream geſtans concionatus ſit, quũ Theodorus Beza loricatus & Sclopetum ferens, in Gallijs ſæpius idem factitauerit? Et quando Carolus Rex edicto ſeueriſſimo conciones Euangelicorum vbique in regno ſuo, maxime in ciuitatibus, & potiſſimum Pariſijs prohibuerat; tum inuito rege, & contra edictum regis, *fideles ad tredecim millia* militariter inſtructi, Pariſijs in ſuburbijs Sancti Marcelli *verbi audiendi cauſa congregabantur*, vti narrat Theodorus Beza: qui etiam concionatorem ſuum nonnihil metuentẽ ſibi, & propterea à concionando deſiſtere volentem animo ſe *hortabantur vt pergeret, nec timeret tumultum qui à Papiſtis videbatur imminere.* Quod ſi in eo turbine rex Galliæ concioni affuiſſet, an tu eum putas aliter fuiſſe euaſurum quam euaſit rex Taphilette ex armata concione Scyriſſi? Aut qui in ſubvrbio ciuitatis Pariſiẽſis ipſis infenſiſſimæ ad audiendum miniſtrum obſcurũ tanta multitudine conuolabant, ij ſi in patentibus campis, ad audiendam ſecurè Principis alicuius concionem fuiſſent vocati, An non veriſimile eſt copioſiſſimum Scyriſſi exercitum fuiſſe æquaturos? Sed mitto hæc quæ veſtram nobiſcum æqualitatem in rebus leuioribus notant; ea potius quæ demonſtrant maximam in rebus grauiſſimis inæqualitatẽ intueamur. Techellis reformationem doctrinæ Mahumetanę exorſurus magnam prius exercuit auſteritatem vitæ, eaque hominum animos ſibi conciliauit; vt olim Helias, Heliſæus, Ioannes Baptiſta: at veſtri, Lutherus & Zuinglius reformationem doctrinæ Chriſtianæ aggredientes nihil tale ſimularunt, ſed contra po-

Hiſtoire Françoiſe Popeliniet. lib. 27.

Aurelij. Status religionis in Gallia ſub Carolo 9. li. 3. p. 247.

tius quum antea vitam duram agerent, poſtea promiſcuas epularum & fœminarum voluptates cum reliquis è fæce vulgi homuncionibus ſunt conſectati. Techellis, inſigni ſapientia futuros rerum euentus longè antea prædixit, quod eſt admodum probabile diuini ſpiritus argumentum, dicente Propheta: *Annunciate quæ ventura ſunt in futurum, & ſciemus quia Dÿ eſtis.* At veſtri, huius Prophetici ſpiritus nec leuem aliquā do vmbram prætulerunt: Mahumetes mirabilia quædam operatus eſt, etſi (vt tu putas) non certa firmiſſima, neceſſaris diuinæ approbationis ſigna, magna tamen, (quod tu negare non potes) inuſitata, & ſtupenda, quæ pauci fortaſſe acutiſſimi Philoſophi vix poterant, innumera ſine dubio promiſcuæ multitudinis millia nullo modo poterant à veris miraculis ſecernere, & quæ quia rariſſimè ab alijs quam à Sāctis Dei Prophetis efficiuntur, populus Dei ſolet eorum authores pro indubitatis Dei Prophetis agnoſcere: quemadmodum olim Iſraëlitæ Eſaiam quod ignem de cælo deuocaſſet ad ſuccendendum ſacrificium, veriſſimum Dei Prophetam propterea clamabant, eiuſque iuſſu Pſeudoprophetas Baal quadringentos quinquaginta occidebant. Quamuis ſi quis diabolica potentia quid fieri poſſit ſubtiliter velit ſpeculari, negādum non eſt quin diabolus poſſit è cælo ignem deducere, vti fecit ad concremandas Iobi oues & paſtores, quodque in extremis mundi temporibus facturum Antichriſtum pronunciat Euangeliſta Mahumetes, quemadmodum ſe à Deo miſſum aſſeuerauit, Deumq; voluiſſe vt lex illa per orbem diffunderetur, ita proſperos admodum ſucceſſus habuit ad tantam rem perpetrandam idoneos. Statim enim varij populi eam ſuſceperunt, magnaq; conſtantia ad noſtra tempora mille iam annos conſeruarunt, fruſtra laborantibus, & eo qui tum vixit & alijs qui poſtea ſucceſſerūt Imperatoribus & totas Imperij Romani vires contra opponentibus. Mahumetus (vt etiam Scytiſſus & Sophus) in omnibus fere prælijs victor extitit, & poſt conſtitutā religionem placida morte eſt defunctus, vel potius ad meliorem vitam translatus. At veſtri Euangeliſtæ, etſi non minus ampla & magnifica, de Dei erga ſe ſuoſque beneuolentia promitterent, tamen quaſi Dijs iratis genioq; ſiniſtro ſua aggrederentur, perpetuo fere exitus expectationi ſuæ contrarios tulerūt. Victus in acie cū ſuis Tigurinis Huldericus Zuinglius, etiā tum quum viribus ſuperior certā victoriam animo præcepiſſet, & inter mortuos ſemiuiuus relictus, & ab hoſtibus inuentus, & in rogum coniectus, duplici quaſi morte, & gladio & incen-

Eſai. 41. v. 23.

Reg. 3. cap. 18. v. 24. 38.

Iob. 1. v. 16.

Apo. 13. v. 13.

Digitized by Google

& incendio miſerabilem vitam finijt. Lutherus, poſtquam noctu hilariter inter ſuos compotaſſet, mane inuentus eſt mortuus, ab vxore, vt multi ſuſpicantur ſtrangulatus. Dux Saxoniæ, & Lantgrauius Heſſiæ quos ille præcipuos extollebat Euangelij patronos, ſubiugati à Carolo Quinto, exuti ditionibus in arcta cuſtodia detenti multos egerunt annos. Condæus Princeps & Admirallius capita Euãgelij Gallicani in omnibus cum Rege ſuo prælijs profligati, poſt varias & miſerrimas ſuorum cędes, alter in bello Iarnacenſi bombarda traiectus, alter in triumpho Pariſienſi Iezabelis inſtar ex altiore loco præcipitatus, fractis ceruicibus, conciſus in fruſta, tractus per plateas, ſuſpenſus ad furcas, infami mortis genere ſublatus eſt. Qui eiuſdem in Angliam introducendi fuêre Principes, Regina Bolena; Crommeruellus, Dux Somerſetenſis, & Epiſcopus Cantuarienſis prima, inceſtus turpiſſimi iudice patre, conuicta interfecta eſt ab eo quẽ ſui amore faſcinaſſe putabatur, ita eam perditè & miſerè deperibat: Quam proximus, hæreſis, & proditionis damnatus, ab eodem Rege cui ſeruiendo & corpus & animam deuouerat, capite truncatus, paulo poſt ſequutus eſt: Duci Somerſetenſi etiam tum iam per omne regnum, nomine quidem regis eſſet vicarius, re autem verè Rex exiſteret, & pleniſſimam in omnes vitę neciſq; poteſtatem haberet, omnibus admirantibus, primo authoritas ablata, tũ publico in foro ſub Regis nepotis pueruli imperio caput abſciſſum. Poſtremus, Archiepiſcop. poſt fœdam eius Euangelij quòd maximè promouerat abiurationem, in medijs ignibus infœlicem animam exhalauit. Quid qui eius in Flandria conſtituendi dux erat Princeps Aurãgius? Priuatis in ædibus, ſecurus, inter amplexus fere nouæ vxoris turpiter eſt iugulatus. Quid qui illud in Scotiam intulit Iacobus Nothus? in populoſa Scotiæ ciuitate quingentis equitibus circumſtipatus, ab vno priuato homine eſt interfectus, ad cuius infœlicitatem hoc quoque acceſſit, quod quum ipſe Regiam obtineret potentiam, & nocte antecedente de inſidijs ei inſtructis præmoneretur; & certa auditione acciperet veniſſe in vrbem qui illud tentaret, comparatum tamen exitium non potuit effugere, perinde ac ſi Deus in eius perniciem conſpiraſſet. Quid Chriſtiernus Daniæ Rex qui ad Euangelium pertraxit Daniam? Non ſolum à ſuis regno eſt priuatus, ſed etiam fruſtra eius reſtitutionem ſollicitante Carolo Imperatore & Henrico Angliæ rege, quorum vtrique cognatus erat; poſtquam multos annos exul oberraſſet, domum reuerſus, & à ſuis captus, tanquam

Buchan hiſtor. Scot. lib. 19.

Vide Iouiũ lib. 7. virorum illuſtrium.

tanquam indomita bellua in caueam ferreis clatris circunſeptam incluſus eſt, atque illic ad extremum vſque diem contabuit. Sed neq; Principes magis fuerunt in Euangelio hoc plantando infælices, quàm populi in eo retinendo mutabiles. Ante annos viginti permultæ prouinciæ & ciuitates Galliæ magno eius amore flagrabant, at nũc ne Rege quidem vehementer ſatagente, à pleriſque eo quo prius ardore appetitũ à multis deſeritur, à plurimis, omnibus animi corporiſq; ac viribus oppugnatur. Nec diſſimilem mutationem in Flandria multi adnotant, vbi flagrãs ille impetus quo ante paucos annos tota fere natio æſtuabat, ita iam deferbuit, vt valde ſe remiſiſſe & fere refrigeratus videatur. Idemque in noſtra patria euenit, vbi quinq; annis ſub Eduardo Rege in Euangelio tranſactis, ſub Maria, magna animorum in toto fere populo facta eſt ad religionem Romanam inclinatio, & hac ipſa tempeſtate quãta plæroſque cœperit Euangelij ſatietas & tædium, ego ante meum ex Inſula diſceſſum abundè animaduerti, variæq; Sectæ quotidie pullulantes ſatis indicant: & tu melius (vt ego conijcio) potes teſtificari, qui recentior inde veniſti. Nec in Germanijs ijs qui Euangelium amplexi ſunt maior apparet conſtantia, quemadmodum ipſi Euangelici conqueruntur. Teſtes eſt Palatinatus Rhenenſis qui à Zuinglianiſmo ad Lutheraniſmum abij: & rurſus à Lutheraniſmo ad Zuinglianiſmum breui tempore tanquam reciproco maris æſtu iactatus redijt. Teſtis ſuperior Germania vbi quum Georgius *Comes VVirtembergenſis anno Domini 1535. Eccleſias ſuæ ditionis in pura doctrina ad modum Eccleſiæ Tigurinæ reformarat, accitis Tiguro miniſtris, in ea doctrina conſtantes permanſerunt tãtum ad Comitis mortem. Et tum tota fere Eccleſiæ forma immutata eſt.*

Ioſias Simlerus in vita Bullingeri fol. 15.

Ibid. fo. 16. Teſtes aliæ eiuſdem ſuperioris Germaniæ ciuitates, quæ viuente & docente illuc Bucero Zuingliana de ſacramento ſentiebant. Mortuo Bucero, *tanta paulatim doctrina commutatio ſequuta eſt vt Zuingliani ſint eorum iudicio omnium mortalium peſſimi.* Hãc ego veſtrorum hominum leuitatem & mutabilitatem in alijs prouincijs Euangelicis poſſem oſtendere. Qui autem ita leuiter religionem ſuam æſtimarunt eos ego cũ Mahumetanis noſtris qui potero ſine magna iniuria comparare? quando iſtorum alij octingentos, alij nongentos permulti mille fere annos in eadem Mahumetis fide perſtiterunt: vos autem ſi ex iſtis initijs iudicium ſit faciendum, nongentis annis nouies & decies religionem veſtram eſtis nouaturi. Quibus antegreſſis hoc extremum adijcio, quod Sergius & Ma-

humetes

humetes magna animorum vnitate in Alcoranum ſuum conſpirarunt, nulli contrarij libri, nulla ſchiſmata, nullæ excommunicationes mutuæ emanarunt. Non quod ædificauit Mahumetes, deſtrinxit Sergius nulla vel tenuiſſima apparuerunt veſtigia tam hoſtilis diſtractionis qualis inter Lutherũ & Zuinglium exorta, adeò tenaciter in eorum ſectatoribus inhæſit, eoſque adeo capitali odio à ſeſe viciſſim alienauit, vt in ſeditione Antuerpienſi, quum Zuingliani ciuitatem eam occupaſſent, vnde maxima ſpes erat Euãgelium Zuinglianum per totam illam regionem propagatum iri. Lutherani qui illic erant frequentes, ad expellendos Zuinglianos, ſuas cum Papiſtis vires conſociarunt, præferentes Papiſtarum ſuperſtitionem Euangelio Zuinglianorum: & eligentes potius ſub Papiſtarum quam Zuinglianorũ dominatu viuere. Tam altè malitia cœpta in patribus, continuata in filijs inueterauit in nepotibus, nec adhuc imminuitur, ſed in dies magis magiſque amplificatur. Atque hoc argumentum vt Turcarum fidem plurimum commendat, ſic veſtrum Euangelium manifeſtè condemnat, & qui illud ſequuti ſunt certæ damnationis apud Deum reos facit. Neque enim hic vllam excuſationem ſuæ impietati poſſunt obtendere. Nam vt optimè ſcribit de Anabaptiſtis Hul- *anno.1566.* dericus Zuinglius, hæc inter Doctores cõtentio, *falſæ doctrinæ manifeſtiſſimum eſt ijs etiam qui ſimpliciores ſunt indicium. Paulus enim 1. Corin. 14. ait: Deus nõ confuſionis ſed pacis Deus eſt, quod ipſum omnes omnium fidelũ Eccleſiæ manifeſtè comprobant. Quum ergo iſtorum doctrina nihil niſi turbas & tumultus pariat, argumentum euidens eſt eos nequaquam à Deo pacis miſſos eſſe.* Ita Zuinglius. Ergo quum Zuinglius ad mortem vſq; à *Zuing. to. 2. Eccleſia. fol. 54.* Luthero abhorruerit, Lutherus contra ad extremum vſq; ſpiritum Zuinglium maledictis confixerit, eiuſque diſcipulos æternis ſupplicijs deuouerit, hiq; duo perpetuas turbas & ſchiſmata propter ſua ſeparatim Euãgelia in Eccleſijs Europę conciuerint, quæ nec adhuc ſopiuntur, hoc non indicium eſt, ſed demonſtratio, eaq; non tam ingenio comprehendenda quam ipſis manibus pertractãda, iſtos mendaciter diuinum nomen ſuis inuentis prætexuiſſe. Non ego iam alios iudices, ſed teipſum, rationem, & ſenſum tuum compellabo vt hac in re ſententiam feras: Concipias animo quatuor hos Prophetas Mahumetem cum Sergio, & Lutherum cũ Zuinglio magno circumfuſos populi multitudine, & eum ſigillatim ad ſuam Sectam complectendam ijs quæ commemoraui dictis & factis permouentes. Prodeat Mahumetes cum Sergio: Promittat

ſinceram

ſinceram veritatem, aſſerat ad mundum ſua fide imbuendum ſe à Deo miſſum, proferat miſſionis ſuę ſigna, ea quæ fecit miracula, non quidem certò & abſque exceptione ἀποδεικτικῶς conuincentia, ſed magna & inuſitata, qualia Moſes & Helias fecerunt: oſtendat exitus promiſſis ſuis pares, doctrinę vnitatem, Doctorum conſenſum, populorum in ea aſſumenda alacritatem, in retinenda cōſtantiam, in propaganda diligentiam, aduerſariorum potētiſſimorum in ea oppugnanda infirmitatem, in extirpanda irritos conatus: Deniq; quā magna is qui eam publicauit doctrinam Mahumetus ſemper tota vita in bello & pace ad mortem vſq; fœlicitate ſit vſus. Procedat è cōtra Lutherus cū Zuinglio: & hic viciſſim ſinceram veritatem promittat, ſeq; à Deo ad illuminādum terrarum orbē miſſum glorietur, ſed miſſionis ſuæ ſigna nulla vel vera vel ſimulata edat, nihil agat Eliæ ſimile, nihil Moſis, euenta promiſſis ſint planè cōtraria, doctrina ſit varia & in oppoſitas Sectas dilacerata, Doctores inter ſe digladientur, populi alacriter quidem recipiant, ſed ſtatim nauſea afficiantur & ad mutationem pruriant, qui eam tuentur egregiè mendaces ſint, iurent ſe nemini vim allaturos vt Euangelio pareant, & tamen omni pœnarum diritate ad eius profeſſionem homines inuitos compellant, conciteut ſeditiones ſed ad ſuam ipſorum peſtem & perniciem, in bello pereant cęſi ab hoſtibus, in pace intereant, vel ex legum præſcripto ferro vel flamma mactati, vel à priuatis inimicis confixi. Quam duo ſint primarij doctrinæ huius Apoſtoli, alter alterum perpetua maledicētia inſectetur, vocet hæreticum, *Apoſtatam, trahentem certò ad tartara Sectarios ſuos, blaſphemum idololatram, hoſtē Euangelij, ipſiſſimum Diabolum* (his enim epithetis Lutherus exornat Zuinglium) viciſſim Zuinglio Lutherus ſit *ſummè in eum blaſphemus, effrictæ frōtis ſcurra, veſanus, fanaticus, ſtolidus, impurus porcus, ſummis, diris, maximis blaſphemijs Dei gloriā, honorem, omnipotentiā, veritatem & eſſentiam impetens: hæreticus incorrigibilis, impoſtor & ſeductor ipſo Marcione deterior*, hoc fuit enim perpetuum Zuinglij de Luthero iudicium (interim eadem fronte non deſinat vterq; vociferari ſe clariſſimam docere veritatem) puriſſimū Chriſti Euangelium: vter iſtorum, Mahumetus cum Sergio, an Lutherus cum Zuinglio, tibi verior Propheta cēſebitur? ad vtrum ſequendum abundantior te ratio cōmouet? Atqui hæc eſt vera imago Alcorani Mahumetici & Euāgeliſmi Lutherani. His argumentis Turcæ inducti crediderunt Mahumeto. His ex altera parte argumentis Chriſtiani veſtri perſuaſi crediderunt

Zuing. to. 2. reſpons. ad confeſ. Lutheri fo. 450. & in reſpons. ad Luther. li. de ſacrament. fol. 415.

diderunt Luthero. Si populus Turcicus peccauit deficiens ad Mahumetum dubia & incerta miracula edentem: quantò grauius peccauit populus Lutheranus ad Lutherū conuolans miracula nulla proferentem. Si damnantur Perſæ Sophum ſequuti, mirifica vitæ ſeueritate & rerum futurarum prædictione omnium in ſe oculos conuertentem: quantò grauius damnabuntur Germani, Heluetij, & Angli Zuinglium ſequuti & Lutherum, nulla vitæ ſanctitate, nulla futurorum prænotione inſignes, nihil præ ſe ferentes ſingulare, nihil abiecta vulgi colluuie excelſiùs. Si à Deo ipſo maledicitur qui Prophetæ ad nouam doctrinam ſolicitanti paruerit, etiamſi portenta & ſigna operetur, execrabilis eſt ter & amplius qui ad nouam doctrinam procurrit tali Propheta inſtigante, qui portentum nullum edidit, ſignum nullum oſtendit, nec portenti ſigniue vllius vmbram ſimulauit. Illic aliqua apparet grauitas, hic minus fluxa & ventoſa eſt leuitas: illic magna apparet religionis cura, hic planè nulla. Ille arcem quam defendendam ſuſcepit, deſeruit quidem, ſed militari hoſtium impreſſione deiectus, hic arcem ſuam prodidit vnico aduerſarij verbulo deuictus. Ille (vt ab apta Brentij & Melanchthonis ſimilitudine non diſcedam) tributum Imperatoris ei perſoluit cui nō debebat quidem, ei tamen qui & nomine Imperatoris poſtulauit, & diploma, ſigillum atq; chyrographum, Imperatoris diplomati, ſigillo, & chirographo ſimillimum monſtrauit: Hic ei illud ſoluit, qui tributum Imperatoris nomine confidentiſſimè flagitauit quidem, ſed præterea cur auferret nullam rationem, nullam cōiecturam, nec diploma, nec ſigillum, nec chyrographum vel verum vel adulterinum exhibuit. An non facilis eſt æſtimatio vtrius horum peccatum ſit atrocius? Hac ego in quæſtione, Samuel, neminem vel doctum vel indoctum recuſo iudicem: Qui enim leui cupiditate incitatus flagitium aliquod perpetrauerit, eius culpam eſſe grauiorem quam qui magnis tentationibus victus eidem flagitio ſuccubuerit. Definita eſt veritas & in Theologia & in Philoſophia, hocque ratio certiſſima cōfirmat, & omnes mortales approbant. Quare ſi & à Mahumete erratum ſit, vt tu auguraris, & à Luthero, vt ego non dubito, veſtrum ſcelus grauioribus eſſe à Deo ſupplicijs plectendum, qui ita temerè Lutherum ſequuti eſtis, quam noſtrum, qui etſi malè, multò tamen conſideratiùs Mahumeto adhæſimus ſatis perſpicuè demonſtratum arbitror.

ARGV-

ARGVMENTVM CAPITIS XV.

Samuel ex dictis Michaa concedentis veram Propheticam vocationẽ agere liberè ad homines conuertendos non vi, arguit Mahumetum non fuiſſe verum Prophetam, cuius vis eſt manifeſta. Cõtra Michaas præter alia quædam, regerit eam vim magis fuiſſe à nouis Euãgeliſtis adhibitam (& potiſſimum in Anglia) quam à Mahumeto. Deinceps Samueli pro legitima ſuorum Euangeliſtarum vocatione obijcienti, eos vel à Principibus, vel ab Eccleſijs fuiſſe electos, reſpondet Michaas, primum ex Luthero docens neceſſitatem vocationis ordinariæ: Deinde ex eodem refellens omnia ſuperius dicta de eorum extraordinaria vocatione, tertiò probans iſtos nec à Principibus, nec ab Eccleſijs ſuis vllo modo vocatos & electos fuiſſe, adeo vt omni vel ſpecie legitima alicuius vocationis aut electionis careant. Ex quo cõcludit immenſum eſſe eorum peccatum qui tales magiſtros ſequuntur, longè grauius quàm eorum qui à fide Catholica tranſierunt ſub Mahumete ad Alcoranum: qui etiam cum vero Chriſti Euangelio magis concordat, quàm Euangeliſmus nouus.

CAPVT XV.

SAMVEL. Hæc de vocatione diſputatio, vt eſt vtilis, & in Repub ſiue ciuili, ſiue Eccleſiaſtica, cognitu neceſſaria, ita ſuas habet difficultates in quibus ſoluendis noſtri multum ſe torſerunt, vtrum inaniter, an aliquo cum fructu, alij viderint. Mihi quidem vt præfatus ſum nec antea planè ſatisfecerunt, nunc autem eò minus, quo magis & vocationis conſidero neceſſitatem, & eorum in ſua vocatione aſſerenda perpendo rationum inopiam, & tamen fortaſſe aliquid excogitare poſſem quo lacuna hæc expleatur. Sed prius dicam quid in oratione tua non admodum probo. Multa tu quidem dixiſti veriſimilia quæ non refello: At poſuiſti etiam quædam pro certis quę mihi longè ſecus videntur. Tria dediſti Mahumeto Alcoranum ſuum inchoanti. 1. mira quædam (mihi miracula enim appellare religio eſt) vocationis ſuæ prænũcia. 2. legis quam cælo delatam aiebat,

prædi-

prædicationem, & armorum præſidium quo repugnantes ad ſuam Sectam cogeret. In quo, vt rectè eum à Chriſto ſeruatore noſtro longiſſime diſiunxiſti, ita arctius quam par erat cùm noſtris eum copulaſti, priore enim noſtris Euangelicis Luthero & Zuinglio eorumq; diſcipulis detracto, reliquo tanquam truncum amputato capite, corpus illis conceſſiſti. Ex quo mox alterum eliciebas hypocriſis crimen cuius eos inſimulaſti, quaſi vim hominum conſcientijs cum Mahumete veſtro afferrent, à qua fingebant ſe longiſſime abhorrere. Horum autem ſi primum non ſit verum, ſecundum neceſſe eſt eſſe falſum. Neq; enim hypocritæ fuerunt qui lenitate & manſuetudine Apoſtolica ſe vſuros ad perſuadendum profitebantur, ſi hoc ſincerè præſtiterunt nec vim aliquando adhibuerũt. Quis autem Lutherum aliquando iſtiuſmodi tyrannidis accuſauit? Quis Zuinglium audiuit diſcipulos imperio ad ſuam fidem cogere? Caluinus, Grammerus, & reliqui ſingularũ gentium Apoſtoli, quanam ratione potuerunt homines ad ſuam fidem compellere qui ciuilis gladij nullam habebant facultatem? Quod ſi in Flandria, & Gallia, aut etiam in Anglia, aliqui aduerſariæ religionis interfecti ſunt, hoc factum eſt nõ quia fidẽ Euangelij auerſabãtur, ſed quia perturbabant quietem publicam. Ergo ſi das Chriſtum eſſe perfectum veri Apoſtoli & Apoſtolicæ functionis exemplar, qui duobus tantum inſtrumentis, miraculis, & libera prædicatione nemini vim afferente mundum conuertit (quod ego à te dictum vehementer laudo) quemadmodum nos à Chriſto & gratia Apoſtolica ſeparas quia miraculis deſtituimur; ita neceſſe eſt vt Mahumetum quoque non minore interuallo remoueas qui multa violẽtia eſt vſus, quam Chriſtianæ prædicationis libertas non minus reſpuit, quam Apoſtolicæ vocationis locus & dignitas miracula requirit. MICHAEAS. Ergo non tam defendis Lutherum quam redarguis Mahumetum, vt quemadmodum ille Apoſtolus non fuerit quia defecit in vno, ſic nec iſte ſit Apoſtolus quia redundauit in altero, poſſem reſpondere nõ prorſus eſſe eandem rationem: quia defectus miraculorum quæ tu capiti comparaſti, magis valet ad deſtruendum, quam noſtra illa redundantia, quocunque illam modo amplifices: quũ ſine capite homo nemo poteſt exiſtere: at cũ tribus quatuorue brachijs, aut alijs partibus ſuperfluis humana natura conſiſtit. Quemadmodum intra centum annos, & puerum bicipitem Anglia, & virum bicipitem eumq; varijs in linguis eruditum, & muſices admodum peritum vidit Scotia, & tricipitem fertur

Hollins. in Edouardo 6. an. 1554.

Digitized by Google

Buchanã. hiſt. 8. Scotic. lib. 3. ann. 1490.

fertur habuiſſe olim Gerionem Hiſpania. Sed nolo iſta adeo minutè concidere. Nullo enim verbulo attingis Mahumetem quo non tuos domi magiſtros æquè perſtringas. Quid enim fecit in Arabia & vicinis locis Mahumetes, quod non fecit in Flandria Aurangius, in Gallia Admirallius, in Germania, Anglia, Scotia, qui illic Euangelio huic ſerendo dederũt operam. Occidit repugnantes ſibi Chriſtianos Mahumetus: occidit & Aurangius plurimos monachos, & ſacerdotes: Et heremitas militibus iugulãdos præbuit Mahumetus: & totos cætus taliũ hominum mactauit Aurangius in Flandria, contrucidarunt duces factionis veſtræ in Francia, & plura quam Mahumetes & Turcæ eorum diſturbarunt funditus monaſteria. At veſtri eos perſequuti ſunt nõ propter religionem, ſed propter pacem publicam, quaſi non ęquè promptum ſit hoc ad Mahumetum transferre, & multò verius: quum Mahumetes in ipſo tantum primo belli ardore hac ſeueritate ſit vſus, nullis autem legibus homines ad fidem ſuam eſſe cogendos ſanciuit, imo legibus ſanciuit potiùs contrarium; quod & hodierno die Turcæ diligenter obſeruant, vos autem & in bello conſtrictos neceſſitate mortis homines veſtro Euangelio addicitis, & in pace immaniſſimis legibus confeſſionem fidei veſtræ nolẽtibus exprimitis. Recogita tecum Euãgelij veſtri in Anglia initium multis annorũ centenarijs à tempore Auguſtini monachi ad Henricum octauum, vt hiſtorici veſtri & miniſtri fatentur, inoleuerat apud vos religio Catholica vel Papiſtica & altè in omnium animis inſidebat, cuius hoc erat ex præcipuis capitibus, vnum Pontificem Romanũ eſſe & eius Eccleſiæ & reliquarum Chriſtianarum in cauſis Eccleſiaſticis moderatorem & iudicem ſupremum. Hanc fidem ſi quis alius regum veſtrorum, Henricus ille. 8. pluſquam viginti annos, & contra ſuos domi hæreticos legibus & ſupplicijs, & contra externos hæreticos (vtor nominibus tritis, neq; hoc vocabulo quicquam illis prę-iudicari volo) libro eruditè ſcripto defenderat, adeò vt valdè honorifico & inaudito prius nomine Catholicæ & Romanæ *fidei defenſor* à Romano Pontifice vocaretur. Quam ille appellationem tanquam à Dei Opti. Max. vicario donatam grato animo magnaq; pompa accepit, & alijs glorioſiſſimis regnorum ſuorum titulis immiſcuit, & tanquam clariſſimum trophæum ad poſteros ſuos transmiſit: adeo vt antiqui Romanorum Conſules non magis appeterent Africanos, Numidicos, Numantinos, Macedonicos, Aſiaticos vocari, à deuictis nationibus quam Rex iſte magni faciebat hunc honorem ſibi a

Hollinſ. in deſcripit. Britan. lib. 1. cap. 7. Fox. act. et monumen. Stow.

Pontifi-

Digitized by Google

Pontifice Romano collatum. Neque ſolum edictis regiis & libris eruditis fidem Romanam ſedulò propagabat, ſed etiam militaribus copiis Romani Pontificis dignitatem ſtrenue tuebatur, pro qua contra vicinos potentiſſimos, Gallorum regem Ludouicum duodecimum, & Scotorum regem Iacobum quartum, etiam ſororium ſuum, magnis viribus acerrimè dimicabat. Ob iniurias enim Iulio 2. Pontifici Romano illatas, in cõtinentem tranſgreſſus, grauiter afflixit Ludouicum Gallorum regem, expugnatis Tornaco & Taroanna munitiſſimis ciuitatibus: & Iacobum Scotorum regem in prælio cæſum, quia Pontificis Romani aduerſarium, propterea que ab eo ſacris interdictum, nec ſepulturæ tradi permiſit. Tranſmiſitque eodem tempore in Hiſpaniam militibus qui cum Hiſpanis ea ex parte Galliam inuaderent, præcipua cauſa fuit, vt Ioannes Rex Nauarræ Galliæ regis fœderatus toto fere regno exueretur, quod cum temporis Anglicanis ſubſidiis Hiſpanus occupauit. Quin etiam aliquot poſt annis, quod Caroli quinti Imperatoris exercitus Romanam ciuitatem diripuerat, & Clementem Pontificem in arce S. Angeli obſeſſum ad iniquas pacis conditiones coëgerat, bellum denuncians Imperatori alias amico, & familiari, & cognato, cuius materteram habebat in matrimonio; inito cum Gallis fœdere, potentiſſimum exercitum ad liberandum Pontificem miſit in Italiam: ita vt Romanæ ſedis gratia, cũ vicinis ſuis, maximis Europæ regibus, Gallo, Scoto, Nauarro, Hiſpano, Imperatore Germano, graues ſuſceperit inimicitias. Quum ergo ad inueteratã tot ſæculorũ de Pontificis Romani primatu opinionem, accederet hęc tanta Regis ipſius in ea & edictis, & libris, & armis aſſerenda, cõtentio, fieri non potuit quin ea in animis veſtrorum hominum firmiſſimis radicibus niteretur. Paulò tamen poſtea, ob diuortiũ illud toto orbe famoſum, Pontifici eidem indignatus, ſubito factus alius, vertit vela, & mutauit ſententiam: quodque antea diuinis legibus literiſque ſacris probauerat ius eſſe ſoli Pontifici Romano debitũ, ſibi vẽdicauit, & lege Parlamentari (cuius eſt apud veſtros authoritas ſumma) ordinauit omnibus eſſe credendum hoc ius non ad Pontificem Romanum ſed ad regem Anglicanum ſpectare; cuius etiam confeſſionem à ſuis omnibus terribili iuramento exegit, quod qui ſuſcipere recuſaret eum teterrimo ſupplicio tanquam hoſtem patrię & maieſtatis læſæ reum è vita ſuſtulit, cuius acerbitatis poculum, cæteris poſtea innumeris ebibẽdum, prægustarunt Roffenſis Epiſcopus & Morus Cancellarius. Quæ fuit hic electionis libertas?

Ioannes Le-ſlæus lib. 11. Hiſt. in Henric. 8.

quæ perſuaſio? vbi derepente, intra duos dies veteri fide antiquata, noua veteri ex diametro cōtraria conſtabilita eſt? Nam quum heſterno die, nimirum ante parlamenti concluſionem, qui Pontificis primatum negârat, tanquam hæreticus, indignus vita, ignibus adiudicaretur, idq; ex legum veſtrarum præſcriptione; hodierno die mirabili viciſſitudine qui eundem primatum iuramento non abnegaret, vt patriæ proditor teterrima morte mulctabatur, & id quoq; ex veſtrarum legum imperio: Num vna nocte toti populo perſuaſum eſt fidem illam maiorum ſuorum fuiſſe impiam & nefariam? Num minax & Manlianum vnius Parlamenti decretum ſubito euulgatum, illud ex eorum pectoribus euellit, quod continuata nongentorum annorum prædicatio, & perpetua plurimorum parlamentorum & conciliorum generalium ſeries inſculpſerat? Aut num aliquis vlla vnquam ætate Turcicus Imperator hac barbara ſæuitia fidem ſuis ſubditis inculcauit? Aut hęc legis crudeliſſimę terrore imperata vobis confeſſio num habuit aliquid veræ fidei ſimile? Conſentiunt Chriſtiani Theologi, nō eſſe fidem ſi quis rei cuicunq; aſſentiatur quā vel ſenſuum iudicio aut rationum euidētia habet exploratam. Neq; enim prima ſcientiarum principia credimus, quia comprehēdimus, eaque animus noſter ipſorum perſpicuitate victus neceſſario approbat; quum fides ſua natura liberā aſſenſionem & voluntariam approbationem poſtulet. Vnde & Deum eſſe, eumque vnum eſſe non tam in fidei articulis numerant, quam fidei ſuſtinendæ & ſuperſtruendæ baſim collocant: eo quod certis rationibus è natura petitis conuinci poteſt & demōſtrari. Quod ſi tanta num perſpicuitas fidei eſſentiam tollat; vbi Regijs edictis, crudelibus ſupplicijs, legū terroribus, & iſtius generis imperioſis & minacibus argumentis hominum aſſenſus exprimitur; an vllum exiſtit veræ fidei veſtigium? Et tamen ab hac radice fluxit tota Anglicana fides. Vt enim hinc Euangeliū exorſus eſt pater, ita iiſdem prorſus medijs, Parlamentaribus dico legibus fidem dilatauit, & noua fidei capita imperauit filius; quæ primo adiecta ſuppliciorum & mulctarum contra recuſantes diritate credenda proponebātur, & deinde per emiſſos miniſtros populo tanquam credibilia ſuadebantur. Quinetiam huius Reginæ temporibus eandem fuiſſe renouatā & continuatam Euangelij ſeminādi viam, nemini ignotum eſt. Primo enim, regina cum ſuorum aulicorum & nobilium cōſilio, quid populus credere debebat, conſtituit, legibuſq; ad id credendum coëgit: & deinceps elegit miniſtros qui populo commendarent

Thom. 2. 2. queſt. 1. art. 4. 5.

Ibid. par. 1. q. 2. art. 2.

Anno 1. ... c. 1.

mendarent quod illa prius diuinum & ſacroſanctum eſſe de-
creuerat. Hanc tu Anglicanę fidei originem cum iudicio pon-
dera, & cum Turcicis moribus noſtraq; fidei hominibus inge-
nerandæ forma compara: tantam ſine dubio perſpicies diffe-
rentiam, quanta eſt inter hominem viuum & depictam in pa-
riete imaginem. Nihil certè eiuſmodi admittimus: nullis regi-
bus ſubiectos ad fidem pertrahimus: ſed hanc barbariem & i-
pſi cauemus, & in alijs exhorreſcimus. Quod autē adiecisti Lu-
therum & Zuinglium hac tyrannide nunquam vſos, & veſtros
Anglicanos Prælatos nec vti poſſe, quod omni poteſtate ciuili
careant; Etſi hoc poſterius verum nō eſt; Epiſcopi enim veſtri
quoad pleraq; eandem cum politicis magiſtratibus ciuilē po-
teſtatem habent, & cum iiſdem, Catholicos ad tribunalia ci-
tant, eoſq; conijciunt in carceres, imponunt mulctas, & varijs
ſupplicijs conſtringunt) tamen promptum eſt eodem effugio
& à noſtris quoq; Prophetis hanc tuā criminationem depelle-
re. Neq; enim vel olim Sergius aut hodie Pontifex noſter quē-
quam capitali ſupplicio plectit. Sed & tum Mahumetes prin-
ceps ciuilis, & hodie Imperator contra perfidos religionis ho-
ſtes hanc iuſtitiam exercet. At quoniā hoc totum etiamſi per-
magni momenti eſt, ex priori tamen capite pendet, legitima
nimirum eius qui vindictam ſumit authoritate (nam & Elias *3. Reg. 18.*
Propheta quadringentos & amplius Pſeudo prophetas Baalis *verſ. 40.*
vel occidit vel vt occiderentur effecit; & in veteri Iudæorū re- *Deuter. 17.*
publica, Senatus Eccleſiaſtici iudicio etiam ſententia mortis *verſ. 12.*
decernebatur) reponamus iſta pauliſper, poſtea ſi velis repe-
tituri: interim illud te potius expedire velim quod de tuorum
legitima vocatione ſignificas. Illam enim vnam difficultatem
ſi rectè explicaueris, & tuis magiſtris rem gratiſſimam feceris,
quos ea valdè implicuit & afflixit; & mihi etiā aliquid prode-
ris, cui ſcrupulum non leuem eripies, qui certe quantum per
veritatem licet Lutheri & Zuinglij honori conſultum cupio.
SAMVEL. Memoria Bezanę in conuentu Poiſſiaceno defen-
ſionis leuem quandam notam mihi ſuggeſſit, quā ſi accuratè
perſequamur, ea fortaſsè nos ad plenam veritatē eſt deductu-
ra. Pōtificijs enim Epiſcopis Bezam de vocatione interrogan-
tibus, inter alia reſpondit *ſe & reliquos* cū eo præſentes mini-
ſtros Euangelicos, *electos miniſtros atq; confirmatos ab Eccleſijs* **Status re-**
ſuis qua vnanimiter miniſterium eorum approbarunt Hoc qui- *ligion. in*
dem aliquid eſt, ſed tamen imperfectum niſi aliunde ſupplea- *Gallia. ſub*
tur. Hoc ergo ſi addideris, Principem Chriſtianum, cuius ſunt *Carolo. 9.*
in Eccleſia regenda primæ partes prædicandi Euangelij & in- *li. 3. fol. 133*

ſtruendi fideles facultatem illis contuliſſe, non video quin iſti demum & eorum vocatio ſit legitima,& iſta de miraculis difficultas in nihilum euaneſcat. Vt enim in ciuitate vbi omnes hominum ordines ex quibus ciuitas componitur, magiſtratum aliquem elegerit, quin legitima ſit electio dubitari non poteſt: Ita in Eccleſia, vbi Populus qui eſt inſtar corporis,& Princeps qui capitis locum gerit,Magiſtratum Eccleſiaſticum deſignauerit, nihil adferri poſſe arbitror quod impediat quo minus legitima ſit vocatio. MICHAEAS. Hoc inuentum, Samuel, apud eos qui Principem ciuilem æſtimāt ſummum Eccleſiæ in rebus ſpiritualibus caput, aliquam habet ſimilitudinem veri,& eſt fortaſſis extrema anchora ad quam pleriq; adhæreſcunt. Vt enim tu partem priorem mutuo ſumpſiſti à Beza,qui in celebri illo cōuentu popularibus ſuffragijs ſuam authoritatem ratā facere voluit, ita poſteriorem partem quam ipſe tum arte excogitaſti, tibi ſuppeditaſſet Lutherus, ſi tam fuiſſes in Lutheri quam Bezæ commentarijs verſatus. Principis enim ſui Saxonici ducis clypeo has Lutherus omnes amentatas aduerſariorum haſtas à ſe depellit. Et tamen hæc quoq; reſponſio,eadem qua ſuperiores reliquæ laborat infirmitate. Nam & vna confutat alteram: & Beza Lutheruſque ſeipſos hac vel populari vel regali electione configentes,muneris Eccleſiaſtici iniuſtè occupati condemnant. Ita Doctores tui,ſi in vlla alia tum in hac potiſſimum quæſtione tractanda,tāquam imperiti medici,dum vnum leuiorem morbum curare ſtudēt, duobus tribuſue grauioribus materiam ſubminiſtrant. Tibi qui Principi ſupremam concedis Eccleſiæ præfecturam imperfectè loquitur Beza,qui à populari conſenſu, plenum adminiſtrandæ Eccleſiæ ius petendum cenſet. At mihi videtur grauiore cenſura dignus, qui poteſtatem regiam regibus detractam infimæ multitudini tradit. Si leges Eccleſiaſticæ à ſolo Principe ſine ſuffragijs popularibus ferendæ ſunt, certe miniſtri Eccleſiaſtici non indigent popularibus ſuffragijs. Hæc enim vtraque ab eodem fonte manant, & qui priùs illud ſuis Helueticis magiſtratibus vendicat Muſculus, hoc quoq; poſterius quod eſt prioris conſequens,eiſdem conuenire oſtendit. Vnde & magiſtratus Bernenſis quemadmodum arcibus, vel pagis vel quibuslibet iuriſdictionis ſuæ territorijs bello acquiſitis præficiunt quot volunt præſides, ſic etiam Eccleſijs & ciuitatibus ordinant pro ſuo arbitratu verbi prędicādi quoſlibet miniſtros,quod ipſe teſtatur quem nominaui primarius eorum doctor. Diſertè enim ſcribit: *Eccleſia illa noſtra ætatis* (intellige

Muſcul. in locis com.

(intellige Helueticas, vel potius Bernenſes) *quæ in religione & doctrina Chriſtiana reformata dicuntur, non ipſa a ſibi ſua ple be verbi miniſtros eligunt, ſed a Magiſtratu tradi tos accipiunt.* Atque hac *vocatione, qua quis à legitimo magiſtratu vocatur ad munus docendi verbi,* iubet ille miniſtrum eſſe contentum, & ſecure *contemnere eorum latratus* qui talem vocationem reprehendunt. Quod item tibi homini Anglo probare & credere eſt conſentaneum: Epiſcopi enim veſtri & Archiepiſcopi quam habent vocationem niſi à ſola Principe? illa ſola creat Epiſcopos, ſola conſtituit Archiepiſcopos, nullam requirens vel populi vel Epiſcoporum reliquorum ſuffragationem. Et hoc ius tanquam Regio in ſpiritualibus Principatui annexum, expreſſis legibus, varijs dico parlamenti decretis, Reginæ eſt attributum: quæ ſi attente perlegeris, percipies electiones illas Bezæ populares eſſe contra primatum Eccleſiaſticum regibus diuino iure traditum. S A M V E L. Et tamen idem Muſculus fatetur *in prima Eccleſia diaconos, presbyteros, & paſtores ab ipſa plebe fuiſſe electos*: idq; *exemplo & diſpoſitione Apoſt.* *quam etiam electionis formam ait vſque ad Cypriani tempora in Eccleſijs duraſſe*; eamque appellat, *primanam, legitimam, diuinam, & Apoſtolicam.* M I C H A E A S. Quid ergo ex eo ſequitur, niſi veſtram Anglicanā eligendi formam quæ ex ſolo Principis arbitrio pendet, cum primitiuæ Eccleſiæ forma nō congruere, nec eſſe legitimam, non diuinam, nō Apoſtolicam, ſed potius diuinis & Apoſtolicis ordinationibus contrariā. Quāquam ego arbitror Muſculum valde errare in eo, quod populares & plebeias illas miniſtrorum electiones facit in Eccleſia primitiua & Apoſtolica adeò vulgares, Beza certè & facto & dicto ſuo contrarium planè oſtendit. Siquidem in eodē quem tu annotas loco poſtulatus ab aduerſarijs vt *ab annis mille quingentis*, poſt Chriſtum videlicet natum, *vel vnicum proferret exemplum huic ſuo ſimile* in Eccleſiaſtico miniſterio per populi electionem inuadendo, nō profert has Apoſtolicæ & primitiuæ Eccleſiæ ad Cypriani vſq; tempora ordinationes, quas ille tamē quum eſſet vir eruditus, tenebat ſine quæſtione tanquam vngues digitoſque ſuos: ſed ingenuè potius imbecillitatem ſuam agnoſcens, nihil vnquam tale factitatum profitetur: illud vnum peruicaciter vrgens, etſi nemo aliquando omnium mortalium ſic electus fuerit, ſe tamen nihilominus probatiſſimum eſſe verbi miniſtrum. Sic enim Eſpencæo Pariſienſi Theologo vel vnicum exemplum ſimile à Chriſtianæ Eccleſiæ primo exortu flagitanti, verbatim reſpondet:

mu cap. de miniſt. verbi. 182.

Ibid. p. 180.

Henric. 8. an. 31. c. 9.

Edouard. 6. anno 1. cap. 2. & anno 1. Eliſab. cap. 9.

Apoſt. lib. 2. Ibi pa. 181.

Ibi pa. 182.

Vbi ſup. de ſtatu religionis lib. 3.

Quicquid euenit, minime fuit ab hiſtorijs notatum, & quicquid tandem ſit, minime conſequitur hoc noſtrum exemplum non ſatis eſſe manifeſtum, atque adeò oportuno ſuo tempore fuiſſe exhibitum. Ergo & Muſculum errare probabile eſt qui iſtiuſmodi electiones facit adeò tritas, antiquas, & cõmunes: & quocunque modo Beza *Eccleſias* intelligat *à quibus ſuum miniſterium eſt approbatum*, tale nullum miniſterium in aliqua ab Apoſtolicis temporibus Eccleſia extitit, ideoq; & Eccleſias quæ tam prodigioſum miniſterium approbarunt, neceſſe eſt fuiſſe valde monſtroſas, & ab aliarum Eccleſiarum forma diſſidentes, ſed ne in infinitum quæſtiones ex quæſtionibus ſeramus, ſiue popularis illa electio ſit Apoſtolica & olim vſitata, vt vult Muſculus: ſiue Regalis magis ſit legitima, vt poſtulat Anglicanæ Eccleſiæ fides, mox oſtendam harum neutram tantillum tibi tuiſque Euangeliſtis patrocinari, ſi tamẽ priùs explicuero Lutheri iudicium qui & quæcunque tu ſuperius ex eo & ex alijs collegiſti pro extraordinaria vocatione damnat, & hãc etiam in qua Beza delitеſcere cupit ordinariæ per populum vocationis caliginem manifeſtè diſpellit. Sic igitur Martinus: *Multi ſunt qui queruntur ſe talentum domini habere, ideoque neceſſitate Euangelici præcepti vrgeri ad docendum. Alioqui ſtultiſſima conſcientia credunt ſeſe pecuniam domini ſui abſcondere, & reos eſſe damnationis.* Hic quidem eſt vulgaris plurimorum prętextus, qui ſibi mirum in modũ de ſcientia & linguæ volubilitate placent. Sed quid reſpondet Lutherus? *Diabolus hoc facit, vt eos inſtabiles reddat in vocatione ſua. O bone frater, Chriſtus te liberet ab hac querela. Euangelium dicit, vocatis ſeruis tradidit ſua bona. Expecta vocantem; interim eſto ſecurus, imo ſi ſapientior eſſes ipſo Salomone & Daniele; tamen niſi voceris, pluſquam infernum fuge ne verbum effundas. Si tui eguerit Deus, vocabit te. Qui non vocatus docet, cum eo Chriſtus non eſt.* Sic Lutherus: grauiſſimo eoque tum Euangelicis tum Apoſtolicis literis cõfirmato iudicio, eos omnes diabolicæ temeritatis coarguens, qui ſine vocatione (etiamſi optima cũ conſcientia, & ſincerè) Euangelium annunciant: quos etiam eundem Apoſtoli locum exponens, latrones & carnifices eſſe probat. *Neque enim* (inquit) *ſatis eſt habere verbum & puram doctrinam. Oportet etiam vt vocatio certa ſit, ſine qua qui ingreditur (verbi prædicandi miniſterium) ad mactandum & perdendum venit. Nunquam enim fortunat Deus laborem eorum qui nõ ſunt vocati. Et quanquam ſalutaria quædam afferunt, tamen nihil ædificant.*

Ibid. Luth. tom. 5. in Galat. cap. 1. f. 215

Luc. 19. & 13.

Ibid in 1. ca. Galat. fol. 276.

Samvel. Quorſum iſta vel contra me, vel contra Bezam, aut etiam

etiam Muſculum, vel Euangelij miniſtrum quemcunq; ? Quis enim vnquam adeo ſupra modum fuit arrogans vt vocationẽ aſpernaretur? Vocatur quidem omnes: Sed alij per populum, vt Geneuenſes; Alij per Reges vel Magiſtratus, vt Bernenſes, & Angli; Alij à ſolo Deo, vt primi Eccleſiarum Apoſtoli & Prophetæ. Sed quænam ex iſtis per ſe ſufficiat ſine aliarum adiunctione, in eo controuerſia eſt, quam Lutherus vt mihi videtur nequaquam attingit. MICHAEAS. Nimium properas, Samuel, & expectas concluſionem antequam propoſitiones ex quibus ea ſit efficienda poſuerim. Cæterum attende pauliſper & habebis omnia ordinatè diſpoſita. Hoc enim primum conſtituto, quod ſine legitima vocatione, nullo modo, ſuſcipienda eſt diuini verbi prædicatio, duplicem inde vocationem tradit Lutherus, alteram *qua Apoſtoli immediatè vocabantur à Deo*, alteram *qua Apoſtoli poſtea ſuos vocarũt diſcipulos, vt Paulus Timotheũ, & Titum: qui deinde Epiſcopos, Epiſcopi ſuos ſucceſſores vocarunt. Ea vocatio durauit vſque ad noſtra tempora & durabit vſque ad finem mundi, eſtque mediata quia per hominem, & eſt tamen diuina quia eſt ex diuina ordinatione.* Ecquid animaduertis quorſum hæc pertineant? Nonne hæc vna ſententia eos omnes ſingulatim, Zuinglios, Caluinos, Muceros, etiam Lutheros ipſos qui ſuperius extraordinariam vocationem iactabant? Sed accipe quæ ſequuntur, planius enim intelliges quorſum iſta Lutheri referantur: *Hæc eſt generalis in* Ibidem.
orbe vocatio poſt Apoſtolos. Neque eſt mutanda ſed magni facienda propter fanaticos homines qui eam contemnunt, & iactant aliam meliorem, ſeq; à ſpiritu impelli dicunt. ſed mentiuntur impoſtores, impelluntur à ſpiritu maligno. Mihi non licet ire extra hanc ſortem meam in aliam ciuitatem, vbi nõ ſum vocatus verbi miniſter, etiamſi audiam falſa doceri, ſeduci & damnari animas, & ego eas eripere poſſem ex errore & damnatione mea ſana doctrina. Diabolus incitare ſolet ſuos miniſtros vt nõ vocati currant. & prætexant hunc zelum ardentiſſimum, dolere ſibi quod homines tam miſerè ſeducantur: ſe veritatem velle docere & ſeductos è diaboli laqueis eripere. Ecquid perſpicis hac Lutheri ſententia ruere & diſſipari omnia quę Caluinus obiecit vt Eccleſias inuaderet? Quamquam enim clariſſimam veritatem vel cæcis conſpicuam attulerit; Quámquam Eccleſiæ ante eius aduentum in craſſiſſima caligine iacuerint: *impoſtor* tamẽ erat (Luthero iudice) *& à maligno ſpiritu impulſus*, qui ſine vocatione, non modò diuina, ſed etiam humana, per homines (inquam) facta, ad veritatem docendam proſiluit. Atqui quęres for-

res fortaſſe quam vocationem Lutherus ipſe habuerit: & vtrā ille præ ſe ferat, Principis, an populi? Reſpondet ille eodem in loco: *Quum princeps ſeu alius Magiſtratus me vocat tum certò & cum fiducia gloriari poſſum contra diabolum & hoſtes Euangelij, quod mandante Deo per vocem hominis vocatus ſum. Eſt enim ibi mandatum Dei per os Principis, quod me certum reddit, vocationem meam eſſe certam & diuinam. Si vero vnus & alter ciuis me rogarent vt prædicarem, non debeo ſequi vocationem priuatam.* Ex quibus hoc extremum infert, quod ego te diligenter aduertere velim, Samuel: *Sumus igitur & nos authoritate diuina vocati, non quidem immediatè à Christo vt Apoſtoli, ſed per hominem. Valde autem neceſſarius eſt iſte locus de certitudine vocationis, contra peſtilentes & Satanicos iſtos ſpiritus, qui præter modum ſpiritum et cœleſtem vocationem iactant.* Non opus eſt iſta particulatim accommodare ad ea refellenda quæ tu antea ſtudioſè congeſſiſti, vt Lutherum & Zuinglium extraordinaria & Apoſtolica vocatione ornares, quam Lutherus ipſe reſpuit & execratur. Hoc breuiter admonuiſſe ſufficiat, ſi ea in vnum contraxeris quæ in prima huius Euangelij natiuitate, Lutherus, Zuinglius, Caluinus, Oecolampadius, Regius, Petrus Martyr, Philippus Melanchthon, Brentius, Bullingerus, & alij ſcripſerunt, quibus contra Papiſtas & Pontifices Romanos prædicandi Euangelij ſibi fuiſſe ius demonſtrarent: quia nimirum veritatem docebant, Euangelij lucem è tenebris eruebant, Dei gloriam aſſerebant, frigidas & inanes hominum traditiones conuellebant. Sic faciebant Prophetæ, ſic Apoſtoli, Papiſtæ autem ſeminabant errores, ſeducebant homines, & huius generis permulta (hæc enim præcipua erant defenſionis capita) eaque diligenter contuleris cum vnico hoc Lutheri teſtimonio, ea videbis nō aliter quam nubes ad calorem ſolis diſſipari & euaneſcere. An illud iam cernere cupis, quemadmodum in hac tam vehementi deteſtatione, ſuo ſe Lutherus gladio iugulauerit? Nota ergo diligenter quomodo vocationem diſtribuit, & deſcripſit. *Immediatam* à Deo non habet, ipſe ſiquidem ſillabatim ſe ita vocatum negat. *Mediata* vero quænam eſt? *Quum Apoſtoli ſuos diſcipulos vt Paulus Titum & Timotheum, iſti Epiſcopos, Epiſcopi ſucceſſores ſuos vocant.* Optimè ſi hæc ſit legitima vocatio, vbi eſt Epiſcopus qui Lutherum vocauit? Aut quis Epiſcopus ſucceſſorem ſuum deſignauit Ducem Saxoniæ quo Lutherus ſe vocatum *certa cum fiducia* gloriatur. Nunquid Duces Saxoniæ aut Magiſtratus Heluetiæ, aut Reges & Reginæ

Angliæ,

Angliæ, Scotiæue, ſunt Epiſcopi, vel Epiſcoporum ſucceſſores? Non opinor. Quum itaque duplex tantum ſit vocatio, *vel immediata à Deo*, qua Lutherus profitetur ſe carere, vel *mediata* quæ *durabit vſque ad finem mundi*, & ſola iam eſt legitima (quando illa altera cum Apoſtolis deſijt) & hac etiam quæ ad ſolos Epiſcopos, & Epiſcoporum ſucceſſores ſpectat, Lutherus deſtituatur, quod eſt non minùs euidens: hinc conficitur Martinum Lutherum cuiuſcunque vocationis fuiſſe penitus expertem, ideoque à verbi miniſterio abſtinere debuiſſe, *etiamſi Salomone, aut Daniele fuerit ſapientior*. Saltem (inquies) à Principe ſuo Lutherus vocatus eſt, itemque Zuinglius, Caluinus: vel certè *ab Eccleſiis ſuis, quæ eorum miniſterium vnanimiter approbarunt*, vt de ſe gloriatur Beza. At quid ſi nec hoc verum ſit? Quid ſi vt non poſſunt Pontificum Romanorum, aut veterum Apoſtolorum vocationem, ita nec ſuorum Principum, aut Eccleſiarum electionem poſſunt ſibi aſciſcere? An ſic demum errorem tuum fatebere, & his derelictis ad meliores te magiſtros aggregabis? Vtrum verò hoc ſit probatu difficilè, penes te ſit arbitrium. Lutherum præfecit miniſterio Eccleſiaſtico Dux Saxoniæ. Qualis autem fuit Dux iſte? cuius religionis, Catholicæ, an Lutheranæ? Et qua fide præditæ erãt Eccleſiæ, quæ Zuinglij, & Caluini miniſterium approbabant, taleſque ſibi delegerunt miniſtros? An veteri Catholica, vel potius noua Euangelica, quã ſingulatim iſti Euangeliſtæ ſuis in ciuitatibus ſparſerant. Certum eſt quid dicas, neque enim varia tibi ſuppetit reſponſio, ſed vna & eadem. Nam nec Catholici Lutherum ſibi delegiſſent miniſtrum, nec qui differentem à Luthero habebant de rebus diuinis perſuaſionem. Id enim experientia demonſtrat, quum Saxones Lutherani à miniſtro Zuingliano, vt & Heluetij Zuingliani à miniſtro Lutherano, tanquam à nefario verbi diuini corruptore ſibi caueant. Eademque in ſectis omnibus eſt ratio. Vult enim Anabaptiſta non Libertinum, aut Puritanum, ſed Anabaptiſtam ſibi in rebus ſacris præeſſe. Quare ſi Dux Saxoniæ Lutheranus Lutherum elegit miniſtrum; & Eccleſiæ Zuinglianæ, vel Caluinianæ, Zuinglij, Caluinique miniſterium approbarunt: ergo & ante illam Lutheri electionem, vocationemque à Duce Saxoniæ, prædicauit Euangelium Lutherus: & ante miniſterium Caluini & Zuinglij ab Eccleſijs Zuinglianis, & Caluinianis approbatum, Eccleſias eas ad hanc fidem inſtituerant Caluinus, & Zuinglius. Nam ſine Lutheri, & Zuinglij, antegreſſa prædicatione, non magis exiſtere potue-

potuerſit in mundo Lutherani & Zuingliani quam eſſe poteſt filius ante patrem, diſcipulus ante magiſtrum, veſtis ante artificem, flumen ante fontem, & effectus præcedere cauſam. Quamobrem & antea prædicauit Lutherus quam Princeps Saxoniç eum miniſtrum fecit,& ante docuit Zuinglius & Caluinus,quam Eccleſiæ Zuinglianæ, & Caluinianæ eorum miniſterium habuerunt ratum. Atque ideo quocunque te verteris, quoſcunque angulos excuſſeris, ille demum conſtabit extremus omnium diſtinctionum exitus: Lutherum & reliquos illos, Eccleſias inuaſiſſe ſine vlla legitima vocatione, nouo prorſus more, inuſitato exemplo, quale à Chriſto nato, vt ipſi confitentur, à mundo condito vt certa veritas demonſtrat, in vniuerſis fidelium, vel Mahumetanorum, vel Iudæorum, vel Chriſtianorum Eccleſijs nullum vnquam extitit. Atque hoc vltimum tuum refugium quo Lutherus & Beza ſe recipiunt, nihil habet ſingulare, nihil omnino quod non omnes per orbem terrarum nequiſſimæ Chriſtianorum hæreſes & Saracenorum ſectæ æquè probabiliter atque Lutherus & Beza poſſunt iactare. Quare ſi veniſſet quod Lutherus magna aſſeueratione ponit, *cum ijs qui per hominem nõ vocati docent, Chriſtum non eſſe: eoſque omnes impelli à ſpiritu maligno, incitari à diabolo, eſſe impoſtores, eſſe peſtilentes & Satanicos ſpiritus.* Lutherus autem ipſe, Zuinglius, & Caluinus, alijque Euangelij veſtri Principes in eorum qui ita docuerũt numero reponendi ſint, quod eſt manifeſtum: Hinc tu velim, Samuel, colligas quid de magiſtris tuis exiſtimandum ſit. Quanquam ego certè nolim eos tam atra & infami litera notare. Id vnum dicam, quod negari non poteſt. Habuerint multa egregia, propter quæ præclaram à vobis nobiſque laudem ſint promeriti. At quoad hoc præcipuum & maximè neceſſarium in Eccleſia reformanda caput, nulla fiat eorum ad Sergium & Mahumetum comparatio. Vt concedatur eos quædam docuiſſe ſancta & Apoſtolica, quod ego non inficior, & magno zelo Romanã Eccleſiam euertendi flagraſſe, quod valdè probo, tamen quod inprimis vobis conſiderandam erat, nihil rectè atque ordine geſſerunt. Prouinciam adminiſtrarunt, ſed quam nullo iure occuparunt: rexerunt ciuitatem, ſed cui regendæ ipſi ſe ingeſſerunt: Eccleſiæ reformandæ, verbique diuini diſpenſandi officium quo nullum eſt grauius & ponderoſius exercuerunt, ſed ſua ipſorum temeritate & audacia abſque vocatione diuina, abſq; electione humana, nullo Epiſcopo deſignante, nullo Magiſtratu conſtituente, nulla Repub. populo, ciuitate, pago,

conſe-

conferente authoritatem, nullus vt ſit tota Turcia Paſtor ouium aut boum, qui non meliore ratione, & maiore iure, ordine, authoritate, præfectum agat gregis, aut armenti ſui paucułas beſtias complectentis, quam veſtri magnifici illi Apoſtoli, & Euangeliſtæ monſtrare poſſunt pro ſuo illo Prophetico, & Apoſtolico, & diuiniſſimo maximeque ſublimi officio regendi animas, reformandi Eccleſias, cœleſtem veritatem docendi, Dei mentem & voluntatem hominibus enunciandi, quo nullum in orbe terrarum munus magis arduum, & difficile vel cogitari poteſt, & quod Chriſtus ipſe niſi peculiari Patris vocatione, & deſignatione non auſus eſt aggredi. Vos ergo qui incredibili leuitate eorum ductum ſequuti eſtis, quemadmodum coram Deo aut etiam hominibus, tam turpem fidei commutationem præſtare poteſtis? Non eſt quidem populi omnes quæſtionum Theologicarum ſpinoſas obſcuritates rimari & comprehendere, ſed eſt populi, prędones & latrones à veris Paſtoribus diſcernere. Non poſſunt ciues Ancyrani in minore Aſia, aut Landaffenſes in VVallia, omnes legũ difficultates concipere & diiudicare. At quum quis ad eos gubernandos venit, poſſunt indagare & cognoſcere vtrum veniat legitima Imperatoris noſtri, aut Reginæ veſtræ authoritate inſtructus. Illud eſt abſtruſum & imperitũ, hoc facile & in promptu; illud magnum requirit acumen & ſolertiam, hoc mediocre iudicium & prudentiam, ideoque ſi quæ ciuitas pro vero præſide falſum admittat, maximè qui nec nomen aut authoritatem principis obtendit, nec vllas eius literas, ſigilla, aut diplomata profert, ſed ſuo tãtum verbo eam ſibi poteſtatem arrogat, eius ciuitatis crimen capitale eſt & proditorium, nec vlla poteſt excuſatione leniri. Quæ ſi tu ad tuos in Euangelio patres & fratres cõtuleris, ſtatim intelliges, quanto magis periculoſus ſit veſter in Euangelio, quam noſter in Alcorano ſtatus: & ſi vtrinque error ſit, quantum vos cum grauiori corporis atque animæ detrimento ſempiterno erretis. Hæc tibi meditanda ſunt, Samuel, ſoliciteque expendenda, & ab alijs rebus auocandus animus, vt te magis in hoc maximum negotium poſſis intendere. Quam multi ſunt in patria noſtra viri præclari, quorum dignitatem ſi verbo læſeris, ferro tecum decertare volunt, & pro retinendo honore quoduis ſubire diſcrimen, à quibus ſi auitæ hæreditatis tenuiſſimam portionem adimere conaris, nullam diligentiam prætermittent: in cõſulendis iuriſperitis, in veteribus diplomatis, codicillis, tabulis, literiſq; priuatis & publicis ſcrutandis nulli parcent ſumptui, vel la-

vel labori, vel etiam periculo, quo iniuriam nominis aut familiæ ſuæ vlciſcantur, aut paternæ hæreditatis exilem imminutionem auertant: qui tamē ſi Prophetarum aut Apoſtolorum maieſtatem audiant violari, ſi è fide ſua modo vnum, modo alterum, mox tertium, & deinceps alia multa capita auferri vident; ſi huius hæreditatis à patribus relictæ maiorem partem ab improbis hominibus inuadi ſentiunt; nihil commouentur ſed ſecuri in vtramque aurem dormientes hanc adeò intolerabilem iniuriam ferunt. Si Lutherus Zuingliuſve minimæ per Germaniam & Heluetiam ciuitatis dominatum ab antiquo poſſeſſore ad alium transferendi poteſtatem à Deo ſibi factam dixiſſet; quāquam hoc ſumma contentione etiam cum mille iuramentis vehementiſſimè aſſeueraſſet, ecquis ei Germanus aut Heluetus pagi ſui poſſeſſionem ceſſiſſet? At quum ijdem de vniuerſa Germaniæ, Heluetiæ, atque etiam Europæ fide tranſmittenda ius ſibi à Deo factum verbo affirmaſſent; multi principes, totæ ciuitates & prouinciæ, crediderunt. & fidem ſuam illis inuocandam voluntaria ſtatim proditione tradiderunt; homines incredibiliter peruerſi, in minimis valdè cauti, in maximis prodigioſè temerarij, de exiguo flumine tranſeundo timidi, ad immēſum Oceanum traijciendum audaces; curantes breuia, ſpernentes ęterna: & qui pro ſuo honore nullam fuerant dimicationem recuſaturi, ij pro Dei honore & gloria, eaque ipſis futura vtiliſſima, ad æternam nimirum animarum & corporum ſuorum beatitudinem pertinente, nec exiguum laborem voluerunt ſuſcipere. Quis hanc perfidiam non deteſtetur, & infinitis ſupplicijs merito vindicandam iudicet? Atqui hæc eſt mirifica tuorum Euangelicorum ſapientia. Hanc tam curioſam exhibuerunt in Euangelio Lutheri, Zuinglijque admittendo prouidentiam: Quæ conſideratio vt mihi non mediocriter profuit, ita tibi quoque magno debet eſſe ad proficiendum adiumento, potiſſimum ſi vna addideris, hoc quod ego licet antea admonui, hic tamen rurſus tanquam ſupremum faſtigium apponam, nimirum ſi Chriſtianum nomen ita diligis, vt niſi Chriſtiano ritu viuere nolis, quocunque modo Chriſtianum nomen interpretaris, multò plenius voto tuo hic in Turcia ſatisfactum iri, quam ſi in patriam reuertaris. Dico præterea, etiamſi (quod ſpero) Turcicam circunciſionem receperis, & Turcarum more vixeris, ſic quoque magis perfectè Chriſtianus es futurus, quàm ſi ad Anglicanæ Eccleſiæ formam Chriſtum colueris. Hic enim omni modo vera eſt conſcientiarum libertas, vbi ex omnibus morta-

Digitized by Google

mortalibus nemo à ſua religione niſi volens abducitur, nemo ad noſtram religionem inuitus compellitur. Hic & iuxta Eccleſię Armeniæ præſcripta viuit Armenus & iuxta ritus Græcos Græcus, & iuxta Romanos Latinus, & quando Chriſtiani qui vocantur S. Thomæ ex Oriente, vel qui dicuntur S. Georgij, à Septẽtrione in hoc imperium adueniunt, ſuarum Eccleſiarum ceremonijs nulli interdicitur, at apud vos ſeculis quædam neceſſitas omnibus eſt impoſita, aut omni religionis vſu carendi, aut eam admittendi, quam pauci Aulici qui in Parlamentis veſtris dominantur, vel vt Principi gratificentur, laudant, vel vt ſuis conſulant rationibus, excogitant. Et quã multos ego Chriſtianæ profeſſionis articulos percenſui à vobis reiectos, à nobis autem conſeruatos, & quotidiana conſuetudine tritos? Hic ergo ſi morari conſtitueris, tuoque Euangelio planè nuncium remiſeris, & Deum placabis magis, & Chriſtũ ſequeris propius, & ad primorum Chriſtianorum fidem accedes proximè. Certè vt Mahumetis, & Sergij miniſterium Lutheri & Zuinglij vocationi præferas, & illos penitus quã iſtos credas à Deo miſſos ad illuſtrandum terrarum orbem, ideoque multò ſecurius poſſe & debere te illis, quam iſtis magiſtris confidere, & certa probat ratio, & ciuilis docet prudentia, & ipſorum euincit confeſſio, & inprimis maximeque, ſacratum literarum etiam iuxta ipſos interpretes diuina confirmat authoritas.

ARGVMENTVM

CAPITIS XVI.

Ludouicus ex huius diei colloquio quadam notat ad Caluiniſmũ, & Mahumetiſmum pariter damnandum æquè efficacia. Primò ex doctrina Caluiniana probat Caluiniſtas eſſe hæreticos, idque Turcis deteſtabiliores: tum quia hoc Caluiniſta de hæreticis, generaliter largiuntur, tum quia ſeipſos ſpecialius confirmat eſſe hæreticos, eo quod à Christi Eccleſia ſuperiorum ſeculorum, quæ veram Chriſti fidem ipſorum etiam confeſſione tenuit diſceſſerunt, & contrariam ei doctrinam prædicarunt, nec à legitimis Paſtoribus admoniti deſiſtere voluerunt: quam ipſi ponunt eſſe propriam et Apoſtolicam hæretici deſcriptionẽ: Quæ item ratio contra Alcoranum, & eius conditorem valet. Quare lex Moyſis cum Euangelio poſſit reconciliari, non autem

Digitized by Google

autem lex Mahumetis: quæ præter cætera in hoc pugnat, cum vtraq; & lege Moſaica & Chriſtiana, quod ex iniuſtis ſpolijs oblationes factas putat eſſe Deo gratiſſimas. In quo tamen ipſo, Alcoranus Caluiniſmo multum antecellit, quod malè parta benè impendit ad honorem Dei & commodum proximorum, quorum neutrum fit in Caluiniſmo. Beza etſi aliquando Catholico more ſcribens eos qui in vno articulo pertinaciter ab Eccleſia diſſentiunt, hæreticos eſſe concludat, & extra Eccleſiam proyciat: tamen alio tempore homines obſtinatè varias & teterrimas hæreſes amplexos, intra Eccleſiam Chriſti cum ſuis Caluinianis admittit. Qua ratione Turcas minus errantes in eiuſdem Caluinianæ Eccleſiæ communionem admittere neceſſe eſt.

CAPVT XVI.

POST digreſſum ab eis Michæam, & ita quidem vt vltimam ſuo de religione colloquio manum impoſuiſſe videretur, cœperunt reliqui ſuo more huius diei acta reuoluere. Et inprimis Ludouicus qui bono & verè Chriſtiano zelo alterius ſalutem cupiebat, non deſiſtit aliqua vrgere hoc die tractata, quæ ſi rectè expenderētur, poterant eius animum, & ab Euangeliſmo nouo, & ab Alcorano ſimul longiſſimè conſtantiſſimeque alienare, & vni fidei Catholicæ & Apoſtolicæ addicere. Etſi enim ea quæ hodie diſcuſſerant, erant minoris quàm multa antecedentia momenti, tamen ita erant plana & facilia, vt ex eis homini intelligenti ſtatim innoteſceret vtriuſq; Apoſtaſiæ tam Caluinianę quàm Mahumetanæ falſitas & impudentia. Vnde poſt tentatum Samuelis animum quemadmodum iam erga ſuum Caluiniſmum affectus erat, an non putaret eum eſſe admodum ruinoſum, & putridis infirmiſſimiſque fundamentis ſuſtineri, quod Samuel iam tandem videbatur annuere: Certè (inquit Ludouicus) Michæas iſte multum ſuſcepit laborem, vt te ſi fieri poſſet, in ſuas partes pertraheret, & ad Alcorani profeſſionem alliceret. At niſi ego valdè erro, illud quo te præmebat potiſſimum, ita ipſum quoque ſtringebat Mahumetem, vt ſi rectè aduerteris, Alcoranum eius ab Euangeliſmo Caluini nihil omnino diſcreuerit, ſed eadem prorſus cēſura vtrumque condemnauerit. Et quanquam tibi perinde eſt ad æternam ſalutem, ſiue eum audias & euadas Mahumetiſta, ſiue eū

reijcias

reijcias & permaneas Caluiniſta: tamen ſi bonus ratiocinator eſſe velis, & addendo deducendoque rectè ſummam eius argumentationis concipere; iuſtiſſimas habes cauſas cur relicto ſimul Caluiniſmo & Mahumetiſmo, ad priſtinum te recipias Chriſtianiſmum. Quoniam autem vtrumque ſimul expedire difficilè eſt & perplexum, agam prius de Caluiniſmo, & breuiter percurram, quæ contra eum diſſeruit Michæas, ex quibus certas quaſdam notas, idque perpaucis colligam. Primum autem ne nouum aut paradoxum opineris, quod dico tibi perinde eſſe quoad æternam tuam ſalutem vel damnationem, ſiue maneas in Caluiniſmo, ſiue procedas ad Mahumetiſmum, hunc tibi ſcrupulum veterum tuorum Magiſtrorum authoritate eripiam: idque ita vt tum Caluiniſmum, tum Mahumetiſmum eſſe ſimilem à vera fide Apoſtaſiam eadem opera perſpecturus ſis. Sic itaque puta me tecum diſputare. Qui hæreticus eſt, ille quoad infidelitatem, & criminis eius coram Deo grauitatem, eſt eiuſdem ordinis cum Mahumetiſta: nec quicquam diſcrepat, niſi quod fortaſsè ille iſto promeretur damnationem grauiorem. Cæterum qui Caluiniſta eſt, hæreticus eſt. Patet ergo concluſio, nihil eſſe diſcriminis inter Mahumetiſtam & Caluiniſtam. Quid tu hic pro Caluiniſtis tuis reſpondeas Samuel? SAMVEL. Equidem ſi Caluiniſta eſſem; negarem propoſitionem vtramque, & priorem, & poſteriorem: & hæreticum eſſe Mahumetano parem vel æqualem: & Caluiniſtam eſſe hæreticum. LVDOVICVS. Vide ergo quàm ego hæc vtraque facilè demonſtrem. Et quoad primum, non decurram ad Patres antiquos, Tertullianum, Cyprianum, Athanaſium, Hieronymum, Ambroſium, Auguſtinum, Chryſoſtomum: ad veteres Imperatores Chriſtianos, quorum omnium idque iuxta literas ſacras hæc eſt ſententia concors, hæreticum ab Ethnico vel pagano nihil differre. Manifeſtam tibi obijcio ſententiam Eccleſiæ & Doctoris Geneuenſis. *Verum eſt* (inquit Theodorus Beza.) *Hæreticos tanto eſſe Turcis & Iudæis magis pernicioſos, quanto ſimulatam amicitiam magis quam apertum odium omnes metuunt* Rotundè & planè. Poſtea diſtinguens hæreticos ab infidelibus, Iudæis & Turcis, hos quidem propter infidelitatem ſuam à Chriſtiano magiſtratu puniri non poſſe aſſerit: *Qui verò* (inquit) *hæreticos puniendos negant, illi conantur inuehere in Eccleſiam Dei opinionem longè omnium peſtilentiſſimam, & ex diametro repugnantem doctrinæ primum à Deo Patre prodita, deinde à Chriſto inſtauratæ, ab vniuerſa denique Eccleſia Orthodoxa perpetuo conſenſu vſurpatæ. Quoniam.*

Tertull. de præſcript. Cypr. de vnita. Eccle. nu. 4. 5. & lib 1. Epiſt. Athan ad ſolitariam vita agentes. Hiero. Dialog. cōtra Lucifer cap. 1. Ambro. de fide ad Gratian. lib 3. cap. 3. Auguſt de ciuita. Dei li. 21. c. 25. Chryſoſt. oper. imperfect in Matth ca. 12. homil. 30. Cod. li. 1. Tit. 5 §.

& Titu. 7. Matth. 18. 17. Beza de hæretic. à ciuili magiſtratu puniendis pa. 106. Ibi. p. 184. 185. Ibi. pagin. 236.

Vt mihi quidem magis abſurde facere videantur, quàm ſi ſacrilegos aut parricidas puniendos negarent, quum ſint iſtis omnibus hæretici infinitis partibus deteriores. Denique probans exempla Moſaicæ legis de idololatris iugulandis valere contra hæreticos. *Illud* (inquit) *aſſeuero, quicunque peruerſo ordine non ſe ſubijciunt verbo Dei, ſed quod hæreticorum proprium eſt, ſibi verbum Dei ſubijcere conantur, eos etiam Idololatriæ crimine teneri, toque ipſis infidelibus.* Iudæis & Turcis *eſſe deteriores, quod ſuis mendacijs pietatis & veritatis nomen prætexant.* Ergo hic ne conſiſtamus. At Caluiniſtas eſſe hæreticos probatu eſt longè difficillimum? Imò nihil eſt facilius, Neque tamen ad id probandum longius progrediar quam ad ipſum Theodorum Bezam, tantummodo eius certa quædam axiomata coniungam cum alijs non minus certis & claris, quæ Michæas in medium attulit & confirmauit. Vnum eſto: Eccleſia primitiua ab ipſis vſque Apoſtolorũ temporibus docuit iuſtificationem hominis conſtare ex fide & operibus. Ecquis hoc negare poteſt? nequaquam, quod ipſi Proteſtantes fatentur & demonſtrant clariſſimè. Alterũ ſit: Eadem antiquiſſima Eccleſia inuocauit Sanctos. Tertium: Eadem quoque Eccleſia ſacrificauit, & orauit pro defunctis: qui religionis articuli à primis illis Patribus deriuati ad noſtra tempora fluxerunt, & in Eccleſia quæ dicebatur Catholica viguerunt, cum Lutherus ſuum Euangelium exorſus eſt. Neque verò horum aliquid negant, aut negare poſſunt Proteſtantes: imò concedunt manifeſtè. Pergamus ergo. Nunquid iſti articuli vel opiniones pertinent ad intrinſecam religionis naturam, & Eccleſiæ eſſentiam? Et hoc itidẽ à Caluino, Bezaque (vt alios ſileam) non minus clarè aſſeritur: immò ſi vel in vno horum articulorum perperam credatur, & *Chriſti gloria extinguitur, et aboletur religio, & Eccleſia deſtruitur, & ſpes ſalutis penitus euertitur.* Neceſſe eſt ergo vt fateamur Eccleſiam habuiſſe ſemper veram de iſtis ſententiam, & tenuiſſe fidem rectam. Nec enim alias fuiſſet Eccleſia Chriſti, ſed Antichriſti potius ſynagoga. Quid ni? *Deus enim ſemper Eccleſiæ ſuæ de his, ſine quorum cognitione Eccleſia nulla eſſe poteſt, planè & perſpicuè concionatus eſt: quid tamen poſt Chriſti aduentum multo quam ante apertius fecit. Quod antea dixi, iterum dico, Deum ſcilicet tam perſpicuè Eccleſiæ ſuæ loqui, tantumque lucis illi impertire, vt de his rebus, quarum in Eccleſia cognitio neceſſaria eſt, tam certa ſemper & perſpicua doctrina in Eccleſia fuerit, quam eſſe oportuit vt vera Eccleſia eſſet. Nam etsi in nibus ij interdum diſſidẽt, in quibus tam Chriſtus adoleuit, ſunt*

Beza de hæreticis, vt ſupra pag. 68. Ibi. pag 73.

ſemper

ſemper eiuſmodi, vt quum ſalua maneat religionis ſumma, diuerſæ opiniones, diuerſas eccleſias non faciant. Iſta quidem perbenè. At vnicus adhuc reſtat ſcrupulus. Fuit quidem Apoſtolica & primitiua Eccleſia omni huiuſmodi neceſſaria cognitione diuinitus prædita: Sed obijcit Caſtalio ex communi Proteſtantium ſenſu, paucis poſt Apoſtolorum ætatem ſæculis eam diſparuiſſe, & tenebras Antichriſtianas Eccleſiam totam occupaſſe. Hic verò quid reſpondebitur? Grauiter nimirum & ſeuerè propter hoc Caſtellionem increpat Beza: *Neque verò dignum* ait *cui reſpondeatur.* (*Ibid. pag 73. 74.*) Eſt ſiquidem hoc planè impium & blaſphemum. Neque enim illis primis temporibus ſolum, ſed omnibus etiam conſequentibus, *Semper Eccleſia habuit tantam lucem, quanta opus fuit. Dico & Apoſtolorum, & omnibus quæ interceſſerunt ætatibus plenitudinem illam Chriſti totius in membris exundaſſe, adeo quidem vt deterrimi etiam homines interdum magna intelligentiæ luce ſint donati.* Quanquam addit & rectè, *aliud eſſe in genere de vera Eccleſia loqui, aliud verò de ſingulis hominibus, ex quibus conſtat Eccleſia, inter quos multi ſunt infirmi imbecilles in fide, multi etiam ignorantes, quos dominus ſuo tempore perficit. Nam alioqui quo modo aut quo fructu Deus cum Eccleſia ſua ad conſummationem vſque ſæculi ſe futurum dicit?* (*Matth. 28.*) Loquendo verò de tota Eccleſia, ut nimirum Theodorus iſte cōſtantiſſimè defendit. Eccleſiam nunquam erraſſe in aliquo neceſſario religionis articulo, neque in tabulis poſteriorum ſæculorum Eccleſiam à primitiua & Apoſtolica quicquam degeneraſſe. *Nam Catholica Eccleſia Dei (quia vno eodem ſpiritu agitur) vno & perpetuo conſenſu, idem ſemper ſenſit de præcipuis capitibus, quæ Chriſtianiſmi ſummam complectuntur. In quibus quia cum Eccleſia non conſentis* (Caſtellionem alloquitur) *ideo te hæreticum ſcriptura eſſe clamat.* (*Ibi. pag. 71.*) Rurſus. *Num Chriſtus Spiritum ſanctum ſolis Apoſtolis promittebat, à quo in omnem veritatem ducerentur, ac non potius toti Eccleſiæ* conſequenti omnibus ætatibus quæ inter Apoſtolicam, & noſtram interceſſerunt, & deinceps *vſque ad conſummationem ſæculi. Quod ſi Spiritus Dei in omnem veritatem non ducit, earum ſcilicet quæ prorſus cognitu ſunt neceſſaria ad ſalutē: vbi tandem veritas eſt? Et ſi nuſquā eſt, quid aliud eſt Chriſtiana religio, quam vanum & futile ſomnium?* (*Ibi. pa. 69. Mat. 13. 11. Ioan. 16. 13*) Ex quibus omnibus concludo, idq; iuxta doctrinam Geneuenſem à Theodoro Beza hic deſcriptam, & Eccleſiam omnibus temporibus nō minus poſteriorem quam primitiuam à Spiritu ſancto fuiſſe gubernatam: & in ea Eccleſia eandem veritatem fuiſſe perpetuo cōſeruatam.

Neque vero alias fuiſſet eadem Dei Eccleſia: imò alias iuxta Bezam, *Quid eſſet Chriſtiana religio quam vanum & futile ſomnium.* Quanquam mihi ſatis eſt hoc concedi de primitiua illa Eccleſia, in qua iuſtificationem ex fide & operibus, inuocationem Sanctorũ, ſacrificium & orationem pro defunctis, Chriſtianos à paſtoribus & Epiſcopis ita inſtructos credidiſſe docuimus. Etiam non aduertis eadem opera concluſum eſſe, quod Beza ipſe Caluinuſque, & Bezitæ atque Caluiniſtæ omnes ſunt hæretici, idque αὐτοκατάκριτοι ſuo iudicio propriaque ſententia condemnati? Non aduertis Bezæ de Caſtalione argumentum: *Quia cùm Eccleſia non conſentis* (à qua Caſtalio nõ magis diſſenſit quam Beza) *ideo te hæreticum ſcriptura clamat?* Sed illud fortaſſe obiter effudit & inconſideratè. Audi ergo eum ex profeſſo & ſtudioſè ſeduloque definientem, ſic il-

Ibi pag. 19. le. *Hæc eſt propria et peculiaris nota, qua hæretici à cæteris diſtinguuntur, quod ſua perfidia quam præfractè tuentur, quaſi ludum aperiunt, & diuerſæ doctrinæ factionem quantum in ſe eſt, vel in Eccleſiam Dei inuehunt, vel ab alijs inuectam fouent.* Atqui hoc fecit Caluinus, hoc fecit Beza (mitto Zuinglium, Lutherum, &c.) non minùs quam Caſtalio: Hoc faciunt Caluiniſtæ, ſaltem miniſtri, ſcriptores, & concionatores omnes. Nam contra iuſtificationem per fidem & opera contra Sanctorum inuocationem, cõtra ſacrificium & preces pro animabus defunctorum, *diuerſæ doctrinæ factionem vel ipſi in Eccleſiam Dei inuexerunt, vel ab alijs*, Simone Mago, Eunomio, Vigilantio, Aërio, *inuectam fouent*: *& huius perfidiam quam præfractè tuentur*, tot libris, Commentarijs, Inſtitutionibus, *quaſi ludum aperiunt*, in omnibus nimirum ciuitatibus, quas vel vi, vel fraude potuerunt inuadere, tum in ſcholis, tum in pulpitis hanc ſuam perfidiam diſſeminantes. Ergo *propria & peculiaris nota,*

Beza. ibid. pag 20. *qua à cæteris diſtinguuntur hæretici*, ita Bezam & Caluinum à Chriſtianis omnibus diſtinguit & ſeparat, *vt propria & peculiari* ratione & eſſentiali copula eoſdem cum veris & perfectis hæreſiarchis conglutinet. Rurſus. *Apoſtolus in epiſtola ad Rom.*

Ro. 16. 17. *hæreticos quidem nominatim non appellat, ſed planè definit. Cùm enim fratres admonuiſſet, vt eos obſeruarent qui diſſidia & ſcandala faciunt, illud etiam adiungit, contra eam doctrinam quam didiciſtis. Hæc igitur duo cum inciderint, hæreſis erit ex hac Apoſtoli definitione, qua nullam meliorem quærere debemus.* Nam

1. Tim. 6. 3. *& alibi iiſdem prorſus notis depingit, ſicut epiſtola ad Timotheũ priore: Si quis* (ait) ἑτεροδιδασκαλεῖ, *id eſt, diuerſa docet, neq; acquieſcit ſanis ſermonibus.* An iſta Caluinum & Bezam cum reliquis

Digitized by Google

liquis huius Euangeliſmi noui ſatorib. non comprehendunt? Nihil fingi poteſt euidentius. Nam *de ſcandalis & diſſidijs*, ipſa ſectatorum diſſidentium, & ſeſe mutuò impugnantium nomina conſulantur: conſulatur totus orbis Chriſtianus: vtrum verò *ſcandala & diſſidia hæc facta ſint præter doctrinam quam didicerunt*, vt loquitur Paulus: vel etiam *contra* doctrinam eam, vt nonnihil textum immutat & corrumpit Beza: vtrum Caluinus & Beza *ἑτερο διδασκαλῶσι diuerſa docet, &c.* iudicetur ex eorum doctrina comparata cum illis, quos hic exempli gratia produximus in mediū, primitiuæ & totius Eccleſiæ deinceps conſecutæ articulis. Sequitur ergo eos eſſe hæreticos *iuxta hanc Apoſtoli definitionem, qua nullam meliorem quærere debemus.* Hæc quidem ſatis firma & clara quoque ſunt ad demonſtrandum quod ego mihi propono. Sed tamen quia Beza ad Caſtalionem, & mutato tantum nomine ſeipſum fortius, & arctius hereſeos vinculis implicandum, etiam Petri Apoſtolorum principis authoritatem cum Paulina coniungit, nos Bezæ diligentia non inuiti ſtuamur. *Petrus quoque hæreticos* (ait Beza) *deſignans, animas inſtabiles dicit ab illis ſeduci, & plenā eorum definitionem tradit cum Paulina prorſus cōſentientem: Inter nos* (inquit) *erunt falſi doctores, qui clam inducent hæreſes ſiue ſectas exitiales. Ex quibus verbis vt rem omnem in pauca conferamus, ſic nobis conſtituere licebit: Hæreticum eum eſſe, qui pietatem quidem prætexit: ſed tamen non modò ſanis Eccleſiæ ſermonibus ſemel atq; iterum admonitus non acquieſcit, verum etiam falſa propoſita doctrina, Eccleſiæ pacem & conſenſionem dirimit.* Huius definitionis partes ſingulas ſi ego exemplis vndiq; obuijs illuſtrare vellem, diuturniori colloquio quam hoc noſtrū futurum eſt, hæc ſola definitio materiam abundantem ſuppeditaret. Pietatem enim prætexere quādo ſolidæ & ſinceræ pietatis nullam micam illis adeſſe ex innumeris eorum actionib. liquet, tam eſt Caluiniſtis familiare & inſitum, vt vel illud ſolum, ipſorum Germani fratres Lutherani vrgeant *tanquā certiſſimum & infallibile τεκμήριον*, quo probent eos eſſe *hæreticos, qui hac ratione incautos, & credulos homines ireſtiare & fallere conſueuerunt*, potiſſimum Caluinum, qui in hoc *aucupio et artificio*, excellit. Nam reliqua, & quod *ſanis Eccleſiæ ſermonib. ſemel atq; iterum admoniti non acquieuerunt*, & quod *falſa doctrina propoſita Eccleſiæ pacem diremerunt*, ex ijs quæ ante dicta ſunt patet, & ex eorum quotidianis tragœdijs, cum incredibili Chriſtiani orbis detrimento adhuc ſentitur. Et nunc *ſanos primitiuæ Eccleſiæ paſtorum ſermones* attendimus, qui ſemel & iterum

Beza vbi ſup. pa 20.

2. Pet. 2.1.

Contra l. in Theologia Caluiniſtarum lib. 2. fol. 72.

rum in hæreſiarchis iſtorum maiorib. has hęreſes damnarunt, & tum libris ſanctiſſimè ſcriptis, tum concionibus ad populũ habitis, tota denique vitæ atq; mortis ratione exhorruerunt: ſiue noſtri temporis Eccleſiæ paſtorum & Epiſcoporũ admonitiones cenſuraſq; reſpicimus, ad quos omnium huius ętatis
Matth. 18. 17. hęreticorum & hęreſum directè pertinet iudicium, (nos enim niſi Ethnici & Publicani haberi velimus, nõ minus obligamur ad audiendam Eccleſiam & paſtores noſtros, quorum nos iuriſdictioni diuina ordinatione ſubijcimur, quam Eunomius,
Heb. 13. 17. Simon Magus, Vigilantius, Aërius ſuorum ſæculorum Epiſcopis parere tenebantur) vtroq; modo euidentiſſimum eſt, Caluinum, Bezam, & eius ſurfuris reliquias, Eccleſiæ & antiquioris & recentioris, & illius Epiſcoporum, & ſuorum propriè, Epiſcopi Geneuenſis, quem ſeditioſè ex Epiſcopatu & ciuitate expulerunt, Gallicanorum à quibus ſchiſmaticè defecerunt, & Romanorum Pontificum quibus ſe hæreticè & Apoſtaticè oppoſuerunt, totiuſque Eccleſiæ Catholicæ per hos loquentis *ſanos ſermones contempſiſſe*, doctrinam maximè cõtrariam, ideoq; falſiſſimam prædicaſſe, & *Eccleſiæ pacem atq; conſenſionem* nõ ſolùm plurimis libris impijs & hæreticis, ſed etiam armis, ſeditionibus & rebellionibus *dirimiſſe*. Hęretici ergo fuerunt Geneuenſes illi doctores Caluinus & Beza: & hoc ex eorum doctrina conficitur. In qua cõcluſio deducta ex ipſorum confeſſione, quemcunque Eccleſię non modò Catholicæ, ſed etiam Lutheranæ & Caluinianæ filium atque diſcipulum acquieſcere par eſt. Et quoniam *hæreticos Turcis et Iudæis eſſe* nequiores & hoſtes Chriſti capitaliores ijdem cõfirmant: nec in
Cap. 2. 3. *&c.* hoc corollario ad eos accedere grauemur, quos præterea Paganis antiquis longè fuiſſe infideliores Michæas ſatis manifeſtè oſtendit. Hæc autem omnia de hæreſi & hæreticis dicta cõtra legem Mahumetis, eiuſque cum Mahumete conditorem Sergium Conſtantinopolitanum monachum, mutatis tantũ hęreſiarcharum nominibus facillimum eſt accommodare. Nam Eccleſia Catholica eorum temporum nihil quicquam de veritate Chriſtianæ religionis immutauerat, cuius Epiſcopos & paſtores illi Apoſtatæ tenebantur audire, eiſq; præcipientibus parere nõ aliter quam noſtra ætate de Caluino & Beza dictum eſt. Id quia non fecerunt, nec ſanos Eccleſiæ ſermones admiſerunt, ſed contrariam Eccleſiæ doctrinam ſeditioſè, vt item Caluinus & Beza publicarunt, & ſic Eccleſiæ pacem atq; conſenſionem diremerunt, Apoſtolica Petri & Pauli definitio Geneuenſi hoc doctore interprete, eos hæreticorum, id eſt, ho-

minum

minum Chriſto Deoque odioſorum vna cum Caluino & Beza, & ſimilib. catalogo aſcribit. Et hęc ſunt admodum euidentia: quare & vnico verbo attigiſſe ſufficiat. Notauit alicubi Michæas, vobis non debere videri adeo difficilem Mahumetis cũ Chriſto reconciliationem, quia legem cum Euangelio, & Prophetas cum Apoſtolis nouiſtis componere. Quod ſi de vobis propriè & Euangelio veſtro intelligeret, non aberraret a vero. Vos enim qui Lutheranos & Caluiniſtas longè inter ſe infeſtius, quàm Caluiniſtas & Mahumetiſtas diſſidentes, reconciliare & in eandem Eccleſiam compingere, & fraterna concordia cõglutinare nouiſtis, multò facilius Euangelium veſtrum cum Alcorano, & Euangeliſtas veſtros cum Mahumete poſſetis eadem vnitate & concordia deuincire. Sin verò (quod mihi eſt veriſimilius) loquatur de Chriſtianorum Euangelio & eorum Apoſtolis: tum quare reconciliatio Alcorani cum Euangelio ſit non modò difficilis, ſed planè impoſſibilis, ratio eſt euidens. Lex enim ad Euangelium, Iudaica religio ad Chriſtianam ſic affecta erat, quomodo imperfectum ad perfectius ſui generis, quomodo imago rudius inchoata ad eandem expolitam, quomodo figura ad veritatem, vt ſtirps ad arborem, embrio ad fœtum vel prolem, vt in embrione anima vegetans ad ſentientem, & ſentiens ad rationalem: in quib. omnibus prior tranſit in poſteriorem, & ab ea expletur & perficitur: quo modo de ſtatu legis & Euangelij ſemper in Epiſtolis, potiſſimè ad He- *Heb. c. 1. 5.*
bræos diſputat Apoſtolus Paulus. Illic erãt ſigna, figuræ & ad- *7. 8. 9. 10.*
umbrationes Chriſti, immolati in ſerpẽte æneo, occiſi in agnis *Num. 21.*
& arietibus, ſepulti & reſurgentis in Iona, aſcendentis ad cœlũ *Leuit. 1. 2.*
in Elia, inſtituentis Euchariſtię ſacrificium in Manna, in pane *3. &c.*
& vino Melchiſedech, in Minchu vel ſimilla, ordinario Iudai- *Iona 2.*
cæ Synagogæ ſacrificio, ordinantis baptiſmum in mari rubro, *4. Reg. 2.*
in aqua munda, & in aqua tẽpli vel petræ: & ita in alijs: hic ſunt *Exod. 16.*
perfectiones & complementa eorum: hic crepuſculo illi meri- *Geneſ. 14.*
diana lux ſucceſſit. Hic intuemur non in vmbra, ſed in verita- *Leuit. 2.*
te Chriſtum immolatum, occiſum, ſepultum, reſurgentem, a- *Geneſ. 7.*
ſcendentem, inſtituentem diuina Euchariſtię, baptiſmi ſacra- *Ezech. 36.*
menta, & reliqua illic antiquitus præſignificata omnia. At in- *& 47.*
ter Alcoranum & Euangelium Chriſti nulla talis eſt ſimilitu- *Zach. 13.*
do, nulla Analogia vel relatio: ſed ſunt prorſus res diſtinctæ, *Exod. 17.*
per ſe conſiſtentes, nõ aliter quam duo viri Turca & Perſa, duę ciuitates Roma & Carthago, Reſpublica Venetorum & Imperium Turcarum. Nam licet in Alcorano multa ſunt ex Euanlio ſumpta, quemadmodum ciuitatum rectores & legiſlatores ex

Digitized by Google

res ex aliarum politijs mutuantur quæ putant ſuo populo regendo fore commoda & ſalutaria: tamen ſemper Alcoranus manet per ſe cohærens, totaque natura ſua ab Euangelio, non aliter quàm Roma à Carthagine, & Athenæ à Thebis diſcrepans, eoque magis quòd in Alcorano ſunt quædam Euangelio Chriſti diſparatè repugnantia, quæ non magis in vnū poſſunt coaleſcere, quàm tenebræ & lux, aqua & ignis: quale eſt verbi gratia, quòd Chriſtus nō ſit Dei Filius, quòd non ſit Deus, quòd non in cruce mortem obierit, non reſurrexerit, nec Eccleſiam in terris æternam fundauerit. Ad quæ fortaſſis & illud referri poteſt, quanquam eſt minoris ponderis, quòd cùm lex diuina Moyſis, multò magis Euangelica Chriſti prohibeat latrocinia, nec velit ſibi fieri oblationes ex bonis iniuſtè acquiſitis: Alcoranus hoſpitalia & Xenodochia quę pro ſalute animarum ſuarum extruunt Monarchæ, ijs potiſſimū bonis vult ditari, quæ ſpolijs, & rapinis & bellis nullo prætextu iuſtitiæ illatis comparantur: quod obiter & inconſideratè (opinor) Michæas effudit, ſed eſt veriſſimum, omnibuſque vel leniter in hiſtoria noſtri temporis verſatis notiſſimum. Quæ enim alia ſuppetebat Selymo vel probabilis occaſio eripiendi Venetis Cyprum? Num pacta cum illo pacis fœdera vlla in re violauerant? nihil tale obijci potuit. Num annuum tributum octo milia Zecchinorum pro inſula debitum perſoluere recuſabant? Nihil minus. Cur ergo inuadebat? Rationem reddidit Michæas: vt religioni Mahumetanæ pareret. Quæ ratio quanquam nobiliſſimum principem coram hominibus à crimine poſſeſſionis iniuſtæ abſoluat: tamen legiſlatorem, qui tali lege credentem ſibi principem ad iniuſtum bellum impulit, ſine controuerſia coram Deo teterrimi ſacrilegij nexu obligat. Vt enim omnium Theologorum conſenſione, dominium eſt iuris naturalis, cuius præcepta, religione perfici debent & ſtabiliri, non infringi & euerti: ita religio quæ prætextu diuini cultus, vel priuati alicuius principis commodi, ſine alia iuſta belli gerēdi cauſa, prouincias iuſto dominio ab alijs principibus infirmioribus poſſeſſas inuadendi & occupandi poteſtatem facit, eo ipſo conuincitur eſſe falſa religio, quia contrauenit naturę communi, & diuino iuri in prima rerum creatione hominibus inſito & impreſſo: quo decernitur alij non faciendum quod fieri nolis tibi: nec propter religionem, quia legis naturalis principia certa & euidentia non labefactat, poſſe eripi quæ homines alterius religionis, iuſtitia & iure à maioribus ducto obtinuerunt. Et tamen Turcarum mē-

Leuit. & Deut.

Leuncula in Supplemento Annaliū Turcicorum. pag. 123. Vide Hiſtorie del Mōdo di Mam. Roſeo l. 13. pag. 352. anno 1570

eo præ veſtris Euangelicis aliqua elucet pietatis ſpecies, quòd iſtiuſmodi bona in vniuerſum quidem erepta legitimis Dominis, nõ ſemper ſeruant ſibi, ſed ad omnipotentis Dei, qui eſt rerum omnium Dominus vniuerſalis honorem cultumque, & hominum indigentium vſus atque vtilitates conferunt: cum veſtri homines iniuſtiſſimis bellis, ſacrilegijs, latrocinijs, pyraticis, multorum aliorum principum & ſubditorum quoque, nec minus Proteſtantium quàm Catholicorũ, ſine iuſta belli cauſa, quorum ego ab ânnis triginta, in Germania, Francia, Belgio, toto mari Britannico, occiduo, & ora Americana exempla poſſem innumera recenſere, bona conuaſerint. At quam eorum partem in pios Eccleſiarum vſus, in extructiones Eccleſiarum, Xenodochiorum, hoſpitalium, pro ſalute animæ ſuæ, vel principes, vel inferiores duces impenderint: id ſi tu, Samuel, noſti, dicito: nam aliorum hominum arbitror ſcire neminem. Turcæ vero quàm ſunt in eo pietatis genere largi & magnifici, vel ex eis paucis exemplis quæ propoſuit Michæas in hac vnica ciuitate potes conijcere. Quanquam autem certum eſt hæc illis hominibus ad vitam æternam, quo ab eis referuntur, nihil prodeſſe, quia deeſt fundamentum fidei Chriſtianæ, cuius integritas ad ſalutem eſt neceſſaria: tamen non minus certũ eſt hanc tam beneficam erga omnes eorum pietàtem effloreſcere ex particulis quibuſdam Chriſtianæ fidei, quas à primis Chriſtianis Mahometus arripuit, & in Alcorano eius magno ſtudio curaq; ſæpenumero inculcat: quòd operibus non ſola fide homines coram Deo iuſtificantur: & quòd opera pietatis, eleemoſynæ, preces, animabus in altera vita proſunt: quę particulæ quoniam in veſtro Euangeliſmo deſunt, inde ſequitur talium bonorum operum tam inſignis apud vos ſterilitas & ſolitudo. Sed his omiſſis veniamus ad concluſionẽ Michęæ, quæ mihi videtur magis quam cætera omnia memorabilis & expendenda diligentius, nimirum quod veſtri Theologi Caluiniani derelicto fidei Symbolo Chriſtiano prorſus tranſeant ad ſymbolum fidei Mahumeticum, & non plura à Chriſtianis ſuis requirant credenda, vel de SS. Trinitate, de vnitate, de conſubſtantialitate, vel de perſonis Filij & Spiritus ſancti, &c quã à ſuis poſtulat Mahumetus. Si quis adderet eos non poſſe latere tam multa, tu fortaſſe mirareris: ſed ſic le perſpicuum eſſe veriſſimum. Quod verò plura non requirunt, fusè, neruosè & copiosè demonſtrauit Michæas, nouum à veſtris confictum Symbolum, idem probat: idem conuincit conſenſus tot doctiſſimorum Eccleſiæ veſtræ Euangeliſtarum hoc expreſſè aſ-

ſerentium, quanquam Michæas maximè vrgebat Acontium illum Reginæ veſtræ alumnum, vel fortaſſis propter veriſimilem quam ſibi finxit Eccleſia Anglicanæ tum capitis, tum corporis approbationē: vel quia Iacobus ille bene perſpecta Euangelij noui multiplicatione, quicquid ad eius eſſentiam erat neceſſarium, aduertit melius quam alij Doctores, quorū plæriq; aliquot annis antegreſſis hæc tractantes, quando Euangelium nouum non erat vſq; eo dilatatum, nec in tam varias ſectas diuiſum, in argumenti huius explicatione ad ſingulares ſuarum congregationum Euangeliſmos intendebant & negligebant alios omnes (in quorum numero eſt Theodorus Beza) ideoq; particularem potius huius & illius ciuitatis, huius & illius Euangeliſtæ, puta Caluini, Brentij, Lutheri, Melanchthonis, quam generalem Euangelicorum vel proteſtantiū fidem deſcripſerunt: partim deniq; quia ille poſt alios quæſtionem eam examinans, exactiùs, limatiùs, accuratiùs eam pertractaſſe videbatur. Alioqui quoad ſummam rei & concluſionis, idem prorſus indicat & confirmat Bernardinus Ochinus, quod ego iam olim tibi prædixi, idem Sebaſtianus Caſtellio cū ſua factione numeroſiſſima, idem Bullingerus, Zuinglius, & quicunq; eam ſcripturæ omnia ad fidem neceſſaria clarè, euidenter, copiosè complectentis αὐταρκείαν & ſufficientiam prædicant, quam ego aliàs expoſui. At (inquies) Theodorus Beza hanc opinionem refellit fortiſſimè, in eoque Caſtellioni & alijs omnibus ſe opponit aduerſarium acerrimum. At quare ex vnius Theodori Bezæ viri honeſtatis nullius, & doctrinæ non ita magnæ, contradictione ſtatuamus quid ſit Euangeliū magis quam ex Ochino, ex Caſtellione laudatiſſimo Bibliorum interprete, ex tot alijs Caſtellioni adhæreſcentibus? Et quàm eſt apertum Bezam quando ita ſcripſit ſcripſiſſe vt Catholicum, vt Chriſtianum, vt inſiſtentem & nitentem totum principijs Theologię Catholicæ, non vt verum Proteſtantem, vt Euangelicum ex regulis Theologiæ nouæ Caluinianæ vel Lutheranæ diſſerentem. Nonne enim aduertis quod proximè notaui, quomodo tanquam Papiſta inculcat *Eccleſiā Catholicam?* eam nunquam potuiſſe deficere? eam ſemper à Spiritu ſancto fuiſſe conſeruatam in recta totius veritatis poſſeſſione, idq; non Apoſtolicis tantum temporibus, ſed omnibus ætatibus conſequentibus? De veritate quanta ad Eccleſiam conſtituendam & perficiendam ſatis eſt, eam nunquam dubitaſſe, nunquam variaſſe, nunquam erraſſe? Et quamuis homines quidam Eccleſiaſtici, Doctores, Paſtores, Epiſcopi, diſſenſerint

ſerint forſitan aliquando, ea tamen diſſenſio fuit de quæſtionibus præter neceſſarijs: fuit de rebus leuioribus ſubſtātiam, eſſentiam, integritatem fidei nō attingentibus, quod quidem de ipſis DD. Auguſtino, Hieronymo, Chryſoſtomo, Baſilio, Beda, Anſelmo, Bernardo, Thoma, Catholici fatētur omnes. Non aduertiſti, quòd eas ipſas ſcripturas citabat contra Caſtalionem, & in eum finem ſenſumq́; quo ſcriptores Catholici contra iſtos nouos Euangeliſtas? quæ ſcripturæ probant quidem luculenter quod voluit Beza non Apoſtolos ſolum, ſed totam Eccleſiam Catholicam conſequentem per omnes orbis terræ nationes, omnibus ſæculis propagandam, Spiritu ſancto præſide fuiſſe hactenus, & futuram ſemper inuictiſſimam nociſſimamq́; veritatis cuſtodem. Verè quidem ita diſſeruit Beza, ſed Catholicè nō Euangelicè: Papiſticè (vt ita dicam) non Caluiniſticè: nec tali argumentatione poſita & cōceſſa vnquam à ſe & ſuis poterit depellere nomen hæreticorū, ideoq́; non malè Michæas eum comparauit puero, qui infœliciter Achillem aggreſſus ſuis armis ſibi necem, aduerſario victoriam comparauit. Nam vel nulla alia argumenta proferente Caſtalione Bezæ ipſius argumenta Bezam vrunt, & hæreſeos notas ei inurunt, & inuſtione cum Magiſtro ſuo Caluino, vel etiam combuſtione confirmant eſſe digniſſimū, quia confirmant eſſe præfractum hæreticum, cuiuſmodi omnes ipſe in libro illo, cui titulum fecit, *De hæreticis à ciuili magiſtratu puniendis*, capitali ſupplicio, vel incendio caſtigandos eſſe docet, quod exempli gratia in Serueto factum eſt, cuius impietatem hæreticam, *ſolis flammis expiari*, potuiſſe Senatus Geneuenſis Caluino & Beza ita perſuadentibus iudicauit. Quod ſi ab hoc antiquiore Bezæ ſcripto prouoces ad quædam recentiora, ad ea quæ duodecim poſtea annis emiſit, cùm iam Euangelicorum congregatio magis fuit multiplicata: ſi hæc priora cum illis poſterioribus componas, tum ſatis planè & directè patebit, Bezam quoque cum ſua Geneuenſi Eccleſia communem hanc reliquorum fratrum opinionem fuiſſe complexum, nec plura ad Eccleſiæ Euangelicæ cōmunionem poſtulaſſe, quam Ochinus, quàm Acontius, quàm Caſtalio, quàm Academici, quàm quę perindè valent ad Turcas in eandem cum Caluiniſtis Eccleſiam fidei vnitatem compingendos. Ex antepoſitis accipe Samuel, & memoriæ manda vnam tantummodo propoſitionem non tam à Catholicis ſemper pro indubitata agnitam, quàm à Beza ſeriò ſtudioſeque probatam. Eccleſia vera in *articulis neceſſarijs ſemper conſenſit, ſemper à Spiritu ſancto duceba-*

Beza ibi. pag. 91.

ducebatur in omnem veritatem, quantum oportuit vt vera eſſet Eccleſia. Nam in quibus paſtores aliquando diſſenſeruut, ea minoris erant ponderis: erant minutiora quædam, talia quidem, vt *quum ſalua maneret religionis ſumma, diuerſæ opiniones diuerſas Eccleſias non facerent.* Rectè. Hoc igitur poſito progrediamur & diſcamus quaſnam noſtra tempeſtate Beza putet veras Dei Eccleſias Euangelicas (habet enim multas, non *vnam* vt olim, *Catholicam, Apoſtolicam*) quarum ipſe Beza ſe membrum profitetur *Noſtras* (inquit Beza) *Eccleſias definio quarum publica confeſſio edita eſt: cuiuſmodi tres vniuerſales confeſſiones inuenio noſtra memoria editas, Auguſtanam* (Lutheranorum) *Helueticam* (Zuinglianorum) & *Gallicam* (Caluiniſtarum). Tres ergo eccleſias Euangelicas & veras, quarum tres extant confeſſiones vniuerſales agnoſcit Beza. Sed cur eadem ratione non admittentur plures? Extat certè confeſſio Anabaptiſtarū pro Anabaptiſtis nō minùs vniuerſalis, quā eſt Caluiniſtarum pro Caluiniſtis: extat eodē modo nec minus vniuerſalis confeſſio Arianorum Sarmatiæ, Hungariæ & Tranſyluaniæ, qui contra tot alias Euangelicorum ſectas inter ſe diſſectas & laceras *Eccleſiarum conſentientium* nomen ſibi ipſis impoſuerunt. Has duas eccleſias exempli gratia nomino, quarum confeſſiones vniuerſales multis libris impreſſæ & publicatę non minus quam priorum illarum orbi Chriſtiano innoteſcunt Sed eſto. Eccleſiæ Euangelicæ ſunt tantum tres illæ Lutherana, Zuingliana, Caluiniana. Iſtæ cum ſunt veræ Chriſti Eccleſiæ, neceſſe eſt conſentire in præcipuis fidei capitibus, quæ ſunt de Eccleſiæ eſſentia: & ſi quæ ſunt in quibus diſſideant, ea neceſſe eſt eſſe indifferentia & ſcholaſtica, in quibus *diuerſæ opiniones diuerſas Eccleſias non faciunt*, quia ſemper *ſalua manet religionis ſubſtantia* Quid ni? *Omnes enim* (inquit Beza) qui ſumus in aliqua iſtarum Eccleſiarum, *colligimus cū Chriſto, & in re ipſa conuenimus etiamſi vel in ratione docendi adhuc diſcrepamus, vel etiam in rebus nonnullis* (*ſaluo tamen manente fundamento*) *nondū occurrimus omnes in vnitatem fidei & cognitionis filij Dei, quod Apoſtolus in vltimum vſq; diem reijcit.* Hoc quidem perbene. Conſiderentur iam quænam illa ſunt, in quibus Lutherani & Caluiniſtæ differunt, ſed ita vt *ſaluo manente fundamēto* tales diuerſæ opiniones diuerſas Eccleſias non conſtituant. Neq; verò alias opiniones conſectabimur, quàm quæ Beza teſtante Lutheranicis & Caluinianis Eccleſijs à ſeſe mutuo attribuuntur, eaſque excerpemus ex vno vel altero libello ipſius Bezæ. Nunquid conueniunt iſtæ

Beza Epi. Theolo. p. 5

Vide Poſſeuinum de Atheiſmis here. ca. 14

Beza vbi ſup. Epiſt. 1. pag. 8.

Eccleſiæ

Eccleſiæ in ſacramentis baptiſmi & Euchariſtiæ? De Euchariſtia fruſtra eſt interrogare, de qua omnes norunt eorum bella immortalia. De baptiſmo autem, Heshuſius tanquam grauem hæreſim obijcit Caluino, quod is *tradat infantes eſſe filios Dei & Abraha, quia ſunt ex Chriſtianis nati, non quia vel baptizantur vel credant*: id quod contra Heshuſiũ defendit Beza. Pœnitentia Lutheranis eſt ſacramentum: Caluinianis nihil minus. Et ſiue ſit ſacramentum, ſiue non ſit, *Caluinus dicit Luthero & Germanicis Eccleſijs nunquam vim & naturam pœnitentiæ fuiſſe cognitam.* Ergo quoad ſacramenta nulla eſt inter Lutheranos & Caluiniſtas conſenſio. Quid de prædeſtinatione, de lapſu Adami, de Deo peccati authore? *Obijcit nobis Heshuſius* (inquit Beza) *quod impiè docemus de fato, quod Deum conſtituamus authorem peccati, quia dicimus Deum non permittere, ſed efficaciter operari ſcelera in impijs, atque adeo Adamum lapſum eſſe ex Dei ordinatione & decreto: & Diabolũ mendacem eſſe ex mandato Dei.* Quæ item Beza poſt magiſtrum Caluinum contra Heshuſium ſtrenuè tuetur. Ergo nec in his tam ſublimibus & arduis capitibus, aliqua eſt inter has Eccleſias concordia. De eſſentia Dei omnipotentis, de cruce Chriſti & merito paſſionis eius ecquid melius conſpirant? Non prorſus. Ait enim *Heshuſius, quod non tantum Deum transformamus in Diabolum, quod abſq; horrore ne cogitari quidem poteſt, ſed etiam quod Chriſti meritum ita eluamus, vt digni ſimus qui vel infra ipſos inferos ablegemur.* Eſt ergo Bezæ & Caluiniſtarum mirabile cum Lutheranis, & cum Chriſto colligendi artificium, quos propter tales collectiones Lutherani iudicant non eſſe colligendos cum ipſis in ſinum Abrahæ & fœlicitatem æternam, *ſed dignos eſſe qui vel infra ipſos inferos ablegentur.* De perſona Chriſti Saluatoris an melius conueniunt quam de merito paſſionis eius? Nequaquam. Nam in hac eadem epiſtola qua ponit Caluiniſtas & Lutheranos *in re ipſa conuenire & colligere cum Chriſto*, ibi fatetur Lutheranorum fidem de perſona Chriſti eſſe *quoad eius naturas, prorſus Neſtorianam*, & quoad *naturarum idiomata, penitus Eutichianã.* In ſequentibus verò Epiſtolis Beza Lutheranos aliorum multorum dogmatum reos agit, quorum vnũ aliquod fraternam & Eccleſiaſticam eorum communionem, niſi eſſet valdè ſolidis, & plus quam ferreis vinculis colligata, poſſet diſſoluere. Nam realis Chriſti in cœna manducatio à Lutheranis defenſa, *veritatem* (inquit Beza) *corporis Chriſti deſtruit. Edidit Iſmaël ille Illyricus* (inquit idem Beza) *libellum de peccato originis non*

Beza in Abſterſione calumniarũ Heſhuſ. 1. vol. Tractatio Theolog. pag. 312.

Ibid. pag. 327.

Ibid. pag. 313. 315.

Ibid. pag. 324. 325.

Beza 6. epiſt. 5. p. 55.

Ibidem. epiſt. 55. pag 240. Ibid. epiſt. 59. pa. 2. 3. Ibid. epiſt. 60. pa. 261.

nis non modo ineptum & ridiculum, verum etiam execrandum, vt qui doctrina de animarum mortalitate fundamentum manifeſtè iaciat. Nam ſi corrumpi poteſt animi eſſentia, certè & interire. Et quis iſtum aſinum ferre poſſit, &c. Et mox de alio Lutherano: *Edidit faraticus & impuriſſimus ille Eccleſiarum turbator Oſiander librum de eſſentiali Chriſti iuſtitia.* Epiſtola proxima. *Diſputatur de ſententia* [illegible]*ebij & Muſculi Andrea contendentium Chriſtum in vtraque natura paſſum eſſe: qua ſententia* Bezæ *Prophetarum, & Apoſtolorum, & omnium orthodoxorum ſana doctrina aduerſari videtur.* Denique vulgatum illud & *Lutheranorum omnium*, maximè commune de præſentia & manducatione ait modeſtus ille Theodorus, *dogma eſſe tã abſurdum, ineptum & ἀσύςατον vt verè poſſim illud vocare Satanæ excrementum, quo ipſis etiam iratiſſimis ſuis hominibus, atque adeo ſibimet ipſi quodãmodo illudat,* pro quo dogmate tuendo *illa hominum monſtra, illi leſtrygones, quibus nihil fingi poteſt impudentiùs, furioſius, immaniùs,* adeo ſunt feruidi, vt Caluiniſtas illud improbantes *detrudere ad inferos, & in eos tum viuos, tum mortuos debacchari, ſumma Chriſtianitatis* loco ducãt. Et adhuc manent Lutherani & Caluiniſtæ in vera Chriſti Eccleſia, quemadmodum audiuimus Bezam non modo aſſerentem, ſed planè definientem. Ergo etſi nec in Deum Patrem rectè credas, nec in Chriſtum eius Filium, ſed quoad perſonam eius ſis tum Neſtorianus, tum Eutychianus: etſi & naturæ humanæ in eo veritatem deſtruas, & virtutem paſſionis abneges, & animam cum corpore credas interire, & diuinitatem ſubijcias inſtar hominis mortalis & paſſibilis, mutationi & perpeſſioni, & dogmata amplectaris Prophetarum & Apoſtolorum omnium doctrinæ aduerſantia: adeo abſurda, inepta, & *ἀσύςατα*, & ea rectè Satanæ excrementa vocari poſſunt, & in eorum defenſione furioſè, impudenter, & immaniter cõtra Caluiniſtas tum viuos tum mortuos debaccheris & detrudas ad inferos: nihilominus es in vera Euangelicorum Eccleſia, *ſalua tibi manet religionis Euangelicæ ſumma*: retines Euangelij cum Caluinianis *fundamentum*, & non minus quam illi *cum Chriſto colligis.* Mitto alia plurima quæ Lutherani in Caluiniſtis, & hij viciſſim in illis condemnant: quæ ſunt alibi varijs in locis perſtricta, mitto etiam plurima inter ipſos Caluiniſtas controuerſa, quia à Theodoro Beza nolo diſcedere. Ex cuius plana & manifeſta aſſeueratione, qua definit Lutheranas Eccleſias non minus quã Caluinianas eſſe veras Eccleſias Chriſti, *ex quo* conſequens eſt *præcipuos religionis articulos ſummam*

Ibid. epiſt. 70. pa. 297 & Epiſt. 64. p. 280.

religionis

religionis ab vtriſque conſeruari integrè & ſincerè, concludo idem quod concludit Michęas ex Caſtellione, Acontio, Eccleſia Belgica & Anglicana, & reliquas eius farinæ opiniones de ſacramentis Euchariſtiæ, pœnitentiæ & Baptiſmi, opiniones de iuſtificatione, de prædeſtinatione, de Deo peccati authore, de Chriſti natura diuina & humana, eiuſque perſona, de paſſionis eius merito, de quibus omnibus hoſtiliter diſputauit in Caluiniſtas & Lutheranos, has quęſtiones omnes eſſe indifferentes, quæ in hanc vel illam partem ventilari poſſunt, *manente ſalua religionis ſumma*: non eſſe tam graues: *vt diuerſas efficiant Eccleſias*: vel vt impediant, ne Lutherani & Caluiniſtæ *ſint fratres* (nam id quoque definit Beza) quia cum iſtis omnibus vel admiſſis, vel reiectis *ſaluum manet* Euangelij noui *fundamentum*: ideoq; & ſalua manet Eccleſia, quæ ſuper tale fundamentum (abſq; fide in Deum vel Chriſtum) extruitur, iuxta nouam Eccleſiæ fabricam ab iſtis architectis inuentam. Nam in Eccleſia primitiua longè ſecus erat, vbi hæreſis vna aliqua, eaq; de ſubiecto vel materia longe minore, vt de inuocatione Sanctorum, de coniugijs Monachorum & Monacharum (vt in Vigilantio & Iouiniano) ſatis erat ad hominem ab Eccleſiæ illius communione repellendum. Sequitur deinceps ex hac Bezæ non minus quàm ex Acontij, Caſtalionis & reliquorum illorũ confeſſione extrema concluſio Michææ, Turcas quoque eiuſdem cum Caluiniſtis Euangelicæ Eccleſiæ eſſe membra, eſſe Caluiniſtarum fratres, quia illis controuerſis articulis remotis, in reliquis cum Caluiniſtis magis quam Lutherani, & quoad multo plura conueniunt: imo, & in his ipſis controuerſis quoad nulla, vt contra realem præſentiam, contra ſacramentum pœnitentiæ, de Chriſti corpore in vnum locum incluſo, de Chriſto per mortem nihil promerito, de diuinitate nunquam mortua, & alijs quibuſdã, perfecti ſunt Caluiniſtæ, ideoq; nulla probabilitate ab eius Eccleſiæ & fundamenti Euangelici participatione cum Caluiniſtis excludi poſſunt, in cuius ſocietatem Lutherani cum Caluiniſtis aſſumuntur. Hæc, Samuel, non ſunt ambigua aut captioſa, ſed admodum plana & facilia, & trita in omnibus Euangelicorum libris & Commentarijs, qui ſemper ex doctrina extruunt Eccleſiam, & illud huius ponunt fundamentum: quod clariſſima demonſtratione Michæas, & Beza quoque tam latè patere oſtendit vt non minus Turcas & Caluiniſtas, quam Caluiniſtas & Lutheriſtas comprehendat. Quare iam non valde miror quod antea non optimè concipiebam, cum Michæas

Beza epiſt. 5. pag 47.

toties

toties inſinuaret, te ſi progredereris ad Mahumetiſmu manſurum nihilo minus Proteſtantem, vel Euangelicu minus quam tum fueras, perfectũ & abſolutum. Vide ex hac Eccleſiæ & fundamenti Eccleſiaſtici definition certo & euidenter confici.

ARGVMENTV
CAPITIS XVII.

Impietas Anglorum, qui experti quid veneni latebat in ſ Eccleſiæ principatu delato Regi Henrico & Eduardo, propter priuata commoda, cum periculo Chriſtianæ re extinguendæ, illum obtrudere voluerunt Eliſabethæ, & niuerſis quicunq; futuri ſunt in ea prouincia Reges. Ea tione & iure Imperator Turcicus poteſt aſſumere ſpiri poteſtatem, & de religione Chriſtiana ſtatuere: & i nantes tanquam læſæ maieſtatis reos animaduertere. rum Imperatoris iudicium pro religione Caluiniana, C ſtis ſacroſanctum. Caluini & Zuinglij doctrina de ſalu delium, ſine fide & ſacramentis Chriſti, quæ deinceps rijs eorum defenſa eſt, propriè eſt Mahumetana. Caluin pturis ad eam probandam quàm impudenter abutitur dem cum ſingulari aliorum contemptu, ſingularis de ſe riatio: & aliorum Proteſtantium de eo iudicium inco Quàm nefarius ſit impoſtor in ſcripturis contra Chriſt poſtolos, & totam Eccleſiam primitiuam (quam arro mè deſpicit) peruertendis, quod item ex Antichriſtian na, quam in orbem inuexit, liquet clariſſimè.

CAPVT XVII.

IN diligenti illa diſputatione de Pon & ſupremis Eccleſiæ gubernaculis rico 8. arreptis, cum multa mihi ad conſideranda videntur, vel in patre tholico, qui primus ſe ſupremum Anglicanæ caput conſtituit; vel in fi ſus hæretico, cui eandem poteſtatem reliquit: tum e magis obſtupeſco quam eorum Anglorum nequitiam ius honoris turpitudinem, Eccleſiæ Anglicanæ dede

Google

tam notam Atheiſmi in conſultoribus deferentibus, nec obſcurum iudiciũ impietatis in Principe recipiente: qui ius (inquam) illud iniuſtiſſimum, & prophanam authoritatem temporibus Reginæ Mariæ abrogatam, rurſus Principi nec viro, nec puero, ſed puello, vel iuuenculæ imponere voluerunt. Viderant patrem Henricum ea authoritate mixtam quandam religionem: aliqua ex parte hęreticam, ſed maiori ex parte Catholicam ſuo regno præſcripſiſſe. Viderant Edouardũ filium impuberem, vel potius eius auunculum Comitem Hereſordię, poſtea Ducem Somorſeti, eadem authoritate contrariam fidem, planè Zuinglianam, damnata priori, populo Anglicano indixiſſe, eaque occaſione omnes ferè Epiſcopos Angliæ ſuo loco mouiſſe, & Epiſcopatus explicaſſe. Viderant idem ius iuxta morem patriæ tum receptum, & leges ab Henrico atq; Edouardo latas, ad Mariam principem Catholicam deuolutum: quia eadem patris fratriſque poteſtate poterat populum vniuerſum ad rectam maiorum ſuorum fidem reuocare: id quod fecit illa quidem, ſed non eo portentoſo (maximè in mulieribus) Pontificali iure, ſed alijs legitimis principũ Chriſtianorum rationibus. Qui experimento prorſus oculari perſpexerant religionem fore nullam, quia ſemper mutabilẽ, quæ ſic ad ſingulorum principum nutum variaretur, & ex eorum certa mutatione penderet incerta: an illi ſi vllam haberent Chriſtiani pudoris guttulam, vllam alicuius religionis curam, vllum Dei metum, aut cęli vel inferni cogitationem, rurſus non viri, ſed mulieris leuitati, fidei per quã ſaluandi erant, conſtantiam & æternitatem ſubieciſſent? nec vnius mulieris, ſed omnium, ſiue mulierum, ſiue puerorum, qui in Regio illo ſolio huic mulieri ſunt ſucceſſuri? Sic enim Pontificia illa authoritas eſt iſti attributa, vt pari iure ad omnes futuros hæredes & poſteros ſit eadem cum perfectione & plenitudine deriuanda: læſæ maieſtatis crimine illis omnibus intento, qui hoc ius perpetuum coronæ Regiæ affixum profiteri & approbare recuſauerint. Et quemadmodum cauere poterunt ſi Princeps fortaſſe euadat Libertinus vel Arrianus, aut Conciliarij eius ea hæreſi inficiantur (quod eſt in hac hæreſium meſſe facillimum) ne tota regio ad Libertiniſmum vel Arrianiſmum pertrahatur, quod in Tranſyluania corrupto iuuene Principe per ſuum medicum, & in Polonia infectis Arrianiſmo quibuſdam è nobilitate, nouimus accidiſſe. Sed ita res eſt. Meminerant Henricum 8. primum illud Eccleſiæ caput eo prętextu in regno Anglicano, vbi Eccleſiæ caput erat, Eccleſiarum cuiuſ-

Digitized by Google

cuiuſque generis decem millia diſturbaſſe, vt legitur à v
ſtoricis annotatum, eorumque bona omnia, vaſa, cali
pellectilem ſacram, fundos, reditus, quicquid poſſide
ſuos priuatos vſus rapuiſſe. Meminerant Ducem Sor
Edouardi impuberis auunculum, qui eiuſdem ſupre
tis honorem vice nepotis Regis in ſe ſuſceperat, ea pr
ua vſum, quæ Henrici rapacitati ſupererant, varia mi
cella extructa à pijs hominibus, & ſacerdotibus ſingu
nata vt pro defunctorum animabus orarent, euertiſſ
rum bona quęcunque inuaſiſſe, & deinceps, quando a
cleſiaſticum ſpoliandum non ſuppetebat, ad Epiſcop
lendos & Epiſcopatus expilandos ſe conuertiſſe. Cu
ctori deinceps amputato capite, qui eidem in officio
Regis ſucceſſit, regis titulum de ſupremo Eccleſiæ An
capite, prioris exemplo ad ſuos vſus applicans, eccleſia
regni Cathedrales & Parochiales aggreſſus eſt, & de
omnes, auferens veſtes ſacras, calices, cruces, cãdelab
gines, aurea argenteaque omnia, & quicquid erat val
cuius: vnicum tantum ſingulis Eccleſijs relinquens
prætij calicem, quo cœna Zuingliana perageretur. H
ius prædandi, ſpoliãdi, diſſipandi Eccleſias (quæ ex in
tũ Mariæ Catholicæ Principis aliquem apparatum ſa
ſus comparauerant, vel recondita ſuperiori tempeſta
bonis, in publicos vſus protulerant) & ex talib⁹ ſacrile
domos extruendi, & ditandi familias quia Aulici qu
debant in Regio Pontificatu incluſum; omnimodo ſ
que contentione pugnabant, vt contra non Catholic
tum & Eccleſiam Catholicam, ſed Caluinum quoqu
cleſiam Geneuenſem Pontificalis tyara diademati An
appenderetur, & Regina ſimul cum maieſtate Regia,
tatem quoque Pontificiam arriperet, quam vtramq; à
pe iuuencula ſacris rebus tractandis nõ valdè idonea,
totam in ſeipſos transferendam. Id quod ita factum e
ſtat. Qui deinceps pro eadem poteſtate quoad nome
quoad rem & effectum in ſeipſis continuanda, tam ſa
rias & pluſquam Draconianas leges fecerũt (quarum
ſubinde attigit Michæas, in hiſtoria regionis ſuæ mag
ego verſatus) vt ego planè obſtupeſcam tales leges
dem Chriſtianã planè ſacrilegas & Apoſtaticas, quoa
tatem prorſus tyrannicas, cum ratione & ſenſu omni
num nihil habentis commune, à viris nomine tenus
feſſione Chriſtianis vnquam potuiſſe concipi. Vt enim

redintegrẽ quæ fuſiùs explicauit Michæas, num hæc authoritas eſt in veſtris Anglicanis Regibus tantum, an alijs omnibus Regibus eodem modo competit? Certum eſt nec Chriſtũ, nec Apoſtolos, nõ Paulum vel Petrum Euangelium aut Epiſtolas ſolis ſcripſiſſe Anglis, ſed nationibus omnibus, potiſſimum Chriſtianis. Ergo ſi iure diuino veſtri Principes ſint Eccleſiarum ſuarum capita, capita quoque ſuarum Eccleſiarum ſunt reliqui Principes per orbem vniuerſum: non negatis. Ergo & Hiſpanus Catholicus Eccleſiæ illius caput, ſuis fidem Catholicam, & Nauarræus Caluiniſta, ſuis fidem Caluinianam, & Tranſyluanus Arrianus, fidem Arrianam: & ſi alicubi in Germania vel Heluetia ſit Princeps Libertinus, fidem ille Libertinicam ſuis poteſt imperare, & illi eam tenẽtur ſuſcipere. Nam illud effugium veſtris vſitatiſſimum (ſi Princeps ſit pius, vel ſi præcipiat iuxta Dei verbum) & eſt per ſe ſtultiſſimum, & clarè à Michæa refutatum. Quanquam quid ego in Chriſtianis Regibus inſiſto, cum veſtri Theologi ius hoc ſupremi Eccleſiarum capitis, etiã in Reges Ethnicos, Idololatras, Perſecutores conferant? Et eſt quidẽ manifeſtum tales fuiſſe Imperatores, quando Euangeliſtæ & Apoſtoli ſua ſcribebant: & quæcunq; illi de Regibus loquuntur, de illis propriè & directè ſunt interpretanda. Et tum ſanè quemadmodum excludatur Imperator noſter, ne Eccleſiarum in ſuo Imperio ſit caput ſupremum: ne eius nos ſententiam de controuerſijs Chriſtianis attendere cogamur, ne ſub pœna læſę maieſtatis nos ad eius ſpiritualẽ poteſtatem profitendã compellat, ego ſane nõ video. Ponamus verò quod eſt facillimũ, & in Chriſtiana Republica nuper maximè vulgatum, vt quemadmodũ Crumvvellus neſcio cuiꝰ fidei, ſe inſinuauit in gratiã Hẽrici Angli, Eſpernonius Atheus in gratiã Henrici noſtri 3. Blandrata Trinitarius in fauorẽ Ioannis Tranſyluaniæ principis: quorũ ſinguli Principes ſuas ad eã vaſtationẽ religionis induxerũt, quã orbis Chriſtianus iã ſerò deplorat: Sic Arrianus aut Trinitarius aliquis Baſſę alicuius opera, magna fruatur beneuolẽtia Imperatoris noſtri vt ante aliquot annos Grittus Venetorũ Ducis filius Solymãni, & Scholarius Monachus Mahumeti 2. qui hãc ciuitatẽ expugnauit, vel (quo veſtris hominib. hypotheſis ſit plauſibilior) fingamus aliquẽ ex domeſticis Oratoris Anglicãi, qui propter heri ſui negotia ad Baſſas ſæpè commeat, illis perſuadere hanc Theologiã Anglicanã, quod lex diuina Magnum Turcã conſtituat Eccleſiæ ſi non Mahumetanæ, ſaltẽ Chriſtianæ in ſua ditione caput: qui idcirco pro ſua ſuprema poteſtate ex huius

Angli conſilio edicit ſuis ſubditis Chriſtianis, vt reli&
religione Anglicanam profiteantur: non quidem Pur
hoc eſt, Caluinianam quæ regibus hanc facultatem n
Parlamentariam & Superintendentium, qui multi
pturarum & Doctorum apparatu hoc ius naturali &
ria connexione cum Imperiali ſuo ſceptro copulatun
fendunt, an non putas Principem noſtrum ſubditos
in hoc obedire recuſantes, tãquam proditores, rebell
ieſtatis læſæ in ſummo gradu reos iugulare poſſe ead
ſus iuſtitia & æquitate, eadem legis tum humanæ, tu
quoq; ſuffragatione qua veſtra domi Regina Chriſti
glos hanc in ea iuriſdictionem abnuentes trucidat?
Monarcha noſter poteſt imperare ſuis, Anglicanum
veſtrę Euangelium, an non eadem facultas penes eu
bit mandandi, vt ſubditi ſui ſequantur Euangelium I
narræi, vel regis Daniæ, vel principis Tranſyluaniæ, v
ius ex tot alijs Euangelicis religionibus, quę vigent i
cipes & Ciuitates liberas Imperij Germaniæ? & hæc
Samuel, ipſiſſima via ad extirpandam radicitus religi
mnem? poteſtne aliqua maior impietas, craſſior bar
ſignior ſtupiditas cogitari? Et tamen ecquid horum
vlla probabilitate poſſit negari vel excuſari? Certè à
ſtrorum procerum & ſupernitẽtium, qui tam horrib
emplis Henrici 8. & Edouardi 6. nihil mouebãtur, q
rurſus hanc iuriſdictionem ſpiritualem in Regium
includerent, & iam ab eodem nõ eſſe ſeparabilem de
& proditores rebelleſq; eos proclamant, qui hanc po
regibus quibuſcunque non largiuntur; horum duor
utrum deduci poſſe & debere eſt euidens, vel reliquo
per orbem terrarum populos à Chriſto nato, primos
poſtremos, Europæos, Aſiaticos, Afros, Græcos & La
piſcopos & laicos fuiſſe ſemper ignaros & cæcos: n
do, ſed etiam rebelles, proditores, & Regij nominis h
hoc ius in regibus ſuis nõ agnouerunt: vel Anglos h
qui nuper hoc ex ſcripturis ſanctis epiſcati ſunt, & ſu
canis regibus affixerunt, & cruentiſſimis legibus in ſ
nantes animaduertunt, eſſe Dei & Chriſti hoſtes, e
verbi corruptores, eſſe regum ſuorum Paraſitos & G
eſſe omnis ciuilis pudoris & honeſtatis inanes, eſſe
arrogantiſſimos, qui præter ſeipſos & paucos ſui ſim
ticos in illa peninſula (nam Eccleſia Scotica planè c
docet) nuper eam opinionem ſecutos, ſuos omnes in

tannia maiores Anglos Scotoſque, alios omnes omnium vbique ſæculorum Chriſtianos, omnes terrarum orbis nationes negligunt & aſpernantur, ſeque illis vniuerſis ſuperbiſſimè & ſtultiſſimè anteponunt. Sed valeant Angli tui quibus ego ſaniorem mentem exopto: ex iſtis Michææ concluſio ſequitur neceſſariò, ſi reges per poteſtatem Regiam ſint ſummi Eccleſiaſticarum cauſarum iudices ſe cum ſuo Alcorano uauigare in portu, cuius religio Mahumetana Monarcharum huius Imperij ſupremo iudicio eſt conſtabilita. Et vt paulò particularius videas, quanta ſit apud vos huius noui loci Theologici firmitas: ex eo non modo hanc pro ſuo Alcorano concluſionem rectè vt à vobis negare non poſſit, præmit Michæas, ſed etiam eādem pro ſuo Caluiniſmo authoritatem magni Turcæ, quaſi in literis ſacris fundatam vrgent Zuingliani, eodem prorſus modo quo veſtri in Anglia authoritatem Regiam obijciunt parlamento Chriſtiani *Quidam enim Caluiniſta publicè editis chartis, iudicio & ſuffragio Imperatoris Turcici* (tanquam ſupremi in ſuo Imperio Eccleſiæ capitis) *Cinglianā de cœna Domini opinionem confirmatam eſſe quaſi ex loco à prouincialis*, vel authoritate cui iure diuino obtemperandum eſt, *gloriantur. Turcicus enim Imperator, in cuius aula Conſtantinopoli Neuſerus Caluiniſta miniſter Heidelbergenſis aliquando vixerat, audita ſententia Caluiniſtarum, & aduerſariorum, pronunciauit ſibi opinionem Cinglianam magis probari.* Nec in hoc ſolo articulo, ſed in alijs plæriſq; omnibus: legatus enim Turcicus ad Poloniæ regem miſſus, illic Caluiniſtarum cauſam agens *diſertè fatebatur ſuum Imperatorem valdè probare doctrinam Caluiniſtarum, veluti cum religione Turcarum prorſus congruentem paucis articulis exceptis.* Quæ religionis vtriuſq; affinitas, ſimilitudo & cognatio, magnum quidem illi deſiderium poſſet inijcere arripiendi ſummam illam in eccleſias iuriſdictionem à veſtris adulatoribus excogitatā, & fortaſſis illi ſubinde propoſitam atque obiectam, tanquam per ſcripturas ſacras debitam (maximè cùm & Mahumetes tale quid vſurpauerit, & ſuis ſucceſſoribus reliquerit:) quod infinitum turbatum & miſeriarum pelagus noſtris eſſet Chriſtianorum Eccleſijs allaturum, niſi naturali ſua bonitate, & prudentia & pietate qualecunque ſciret illud inuē tum Anglicanum à ſeruili adulatione paucorum aulicorum, à particulari ira & indignatione principis contra Rom. Pontificem grauiter, ſed abſque cauſa, exulcerati (quis enim non dico Pontifex ſummus, ſed vel Chriſtianus infimus, ſi tamen verè Chriſtianus, eius incœſtas

Conra. in Theolog. Calui li. 1. c. 2. fol. 1c.

Ibidem.

Vide lib. 1. de Schiſmate Anglicano.

libidines, poſtea ab ipſis Proteſtantibus damnatas pu
dicio probare voluiſſet) à ſacrilega quadam & prorſu
latrica terreni honoris admiratione, & Chriſtianæ fid
næ gloriæ, cultuſq; apertiſſima contemptione ſuam
originem. Sed hæc de Pontificatu Regio, veriſſimo A
gurgite ſufficiant, à quo perparum differt illa altera
Caluiniana & Zuingliana de hominibus abſq; fide, c
& ſacramentis per ſolam Dei electionem ſaluatis. In
dem mihi videtur animaduerſione digniſſimum, quo
dum Doctores huius Euangeliſmi ſemper imminuũt
cidunt & amputant partes Chriſtianæ religionis, de
ceſſitate omnibus ingenij ſui neruis detrahunt: deni
datim ſenſimque alia atque alia auferentes, tandem
poris nihil niſi vmbrã & externa lineamenta relinqu
in Euchariſtia, in baptiſmo, in pœnitentia, in reliqu
mentis: hoc in fide, hoc in operibus, hoc in Chriſti di
manaq; natura, hoc in alijs Chriſtianæ religiõis myſt
nibus licet aduertere: à quibus rerum veritatem, eſſ
præſtantiam abſtulerunt; cortice, vmbris, figuris reru
ficatarum ſuos pauerunt: pro fide Catholica, imagin
duciam: pro operibus bonis, peccata re damnabilia,
tione non item: pro Chriſto Deo & homine, homine
uinum, veræ Deitatis expertem, & à peccatis non ſe
munem ſubſtituerũt. Illud ipſum hoc loco, vbi gen c
hominum ſalute & cauſis æternæ fœlicitatis agitur,
debet animaduerti. Chriſtiana Theologia eas explic
Apoſtolo Paulo orditur quidem à Dei electione &
natione: deſcendit inde ad vocationem, tum procedi
ficationem, ex qua ſequitur glorificatio. Sic nimiru
Rom. 8. 30. lus: *Deus quos prædeſtinauit hos & vocauit; & quos vo*
& iuſtificauit, quos autẽ iuſtificauit, illos & glorificaui
ergò modus & via diuinæ prouidentię & bonitatis in
bus ſaluandis, & hæc ſingula includit ipſum nomẽ &
Auguſt. de deſtinationis. Notat enim gratiam in hac vita, & ex
prædeſt. in altera: notat (inquam) & comprehẽdit media, h
ſanct. c. 10. cationem & iuſtificationem, per quę Deus ſuos præ
Thom. 1. & electos deducit in cæleſtem patriam. Et quema
part. 4. 23. Deus ab initio creationis prædeſtinans nos (vt ita
art. 1. 2. 4. applicemus) qui iam in mundo ſumus, ad iſtam vita
lem, eo ipſo cẽſetur prædeſtinare & prouidere medi
matrem, cibum, potum, alimenta, quibus vitam ha
talem conſequimur eamque tuemur, etiamſi pro ſ

potentia poſſet aliter hæc noſtra corpora formare & fouere: non aliter electos ad vitam æternam prædeſtinans, eodem actu cenſetur præordinare media ſpiritualia illis corporalibus reſpondentia, quibus ad vitam æternam perducamur. Quæ media niſi adhibeantur, nemo particeps fit ſalutis eius, quam Chriſtus morte ſua, ſuis, ſui tantummodo corporis myſtici, id eſt, Eccleſiæ membris comparauit. Scriptura etenim (vt alibi *Rom.5.c.6.*
notatum eſt) diſtribuit mortalium genus in duos ordines: alium eorum, qui Adami morte perierunt, & ex Adamica contagione nunquam fuerunt liberati, ideoque in ſententia damnationis diuinæ tales omnes inuoluente iacent. Alius verò *Roman. 6.*
eſt eorum ordo qui ex hoc reatu liberantur per Chriſtum, & *Epheſ.2.*
in myſticum illius corpus inſeruntur: & ſic per illius liberaliſſimam redemptionem ius obtinuerunt cum Chriſto cæleſte regnum adeundi, quia ab Adamo ſegregati, & adiuncti Chriſto, eius diuinę naturæ & gratiæ effecti ſunt participes. *1.Corin.15. 22.* *2.Pet.1.4.* *Ioan.3.*
Hanc vocant ſacræ literæ regenerationem, vel generationem *2.Cor 4.16*
è ſupremis, renouationem, nouam creaturam, nouum hominem conditum à Deo in ſanctitate. Iſta autem diuinæ gratiæ *Gala. 6.15.* *Eph.4.24.*
& naturæ participatio, iſta in corpus Chriſti inſitio, & ad cęleſtem gloriam adipiſcendam facultas, iuxta antiquiſſimam & perpetuam Eccleſiæ Catholicæ diſciplinam infantibus comparatur per baptiſmum Chriſti. In adultis requiritur prætetea fides Chriſti Catholica, & pietas vitæ, Chriſtianæ profeſſioni reſpondens, ſine qua fides ſola ad iuſtificandum nihil quicquam valet, vt Chriſtus & Apoſtoli plurimis in locis tradiderunt. Caluiniſtæ quoque aliquando ad penultimum vſque huius ſcalæ gradum pari paſſu cum Catholicis deſcendebant, quanquam hic occupati à ſuo ſpiritu vertiginis & Atheiſmi, aliquos ex ijs gradibus effringunt, & ſuis ſaluandis negant eſſe neceſſarios. Aliquando enim præter electionem & prædeſtinationem neceſſariò requirebant vocationem, vt quis Eccleſiæ viſibilis membrum effectus, in eiuſdem communione & obedientia viueret: à qua nunquam ſine æternæ damnationis periculo poſſet recedere. Requirebant deinceps, vt vera fide eſſet præditus, quæ ſola quidem iuſtificabat, ac ſine qua nemini iuſtificatio coram Deo poterat contingere, quia ea ſola apprehendebatur iuſtitia Chriſti. In vno illo de operibus cum fide copulandis à Catholicis diſſidebant, in reliquis videbantur conſentire. At nunc & vocatio Eccleſiæ- *Rom.10.*
que communio definitur non eſſe neceſſaria, & ſolius quoque fidei, quæ niſi in Eccleſia & per Eccleſiæ Paſtores legi-

timos non acquiritur, maieſtas perijt, & neceſſitas n
quia etiam ſine fide adulti, & ſine Sacramento fidei in
& viros, Tartaros, Turcas, Perſas, Mauros, infideles qu
que ad æternam in cęlis beatitatem euehit. Etſi enim
di ſunt natura, tamen fœderis beneficio mundi ſunt: et
in Adam mortui, tamen benedictionem ex hoc verbo con
tur, Ero Deus ſeminis tui, vt vitæ cæleſtis ſint hæredes,
dus in mille vſque generationes diffunditur, & omnes
ſanctos, qui ex Abraham & reliquis patribus fuerant pr
Et contumelioſus eſt in Deum, qui hoc fœdus, hanc g
adoptionis promiſſionem effectui ſalutis ſuæ confere
ſe negat ſufficere, abſque baptiſmi, vocationis, fidei C
næ, Eccleſiaſticæ vnitatis acceſſionibus & appendicib
eſt, Samuel, Caluinianæ & Zuinglianæ Theologię ſun
tis clarè expoſita à Michæa, quæ planè, directè, euid
efficit quòd Michæas intulit; ſacramenta Chriſti, rel
Chriſti, fidem Chriſti, communionem Eccleſiæ Cath
ſalutem æternam non eſſe neceſſaria, ſine quibus vt
lege, & ante legem, Publicani & Meretrices ante p
Chriſti, ſic itidem & hodierno die Turcæ, Mahumeta
deles poſſunt eſſe ſalui, quod idem valet, ac ſi breuiùs
tur mortem Chriſti & redemptionem eius, fidemqu
& alijs myſterijs omnibus à Chriſto & Apoſtolis trad
ſe res indifferentes: qua in doctrina Euangelium C
num prorſus & intimè cum Alcorano conuenit, niſi q
coranus paulò plura quam hoc Euangelium de Chri
ſcribit credenda. Sed de hoc ſatis. Illud vnum quod
Antichriſtianiſmi excuſationem cogitari poterat, eu
rè à calamis primorum Apoſtolorum excidiſſe, non an
defenſum à diſcipulis: hoc vnicum præſidium ipſoru
puli & ſucceſſores more hæreticorum ſolemni in opin
ſuis vel deſperatiſſimis perſiſtentes obſtinatè, penitus
runt, quemadmodum Lutherani clarè copioſeque
ſtrăt. Primus huius opinionis author fuit Zuinglius,
ille ab Eraſmo didicerit, qui eiuſdem impietatis, idqu
ne probabili ratione inſimulatur. Quod autem Eraſm
cioſè & diffidenter ſcripſit, id Zuinglius ruſticè aſſeru
pudenter, eoq; impudentius, quod ipſum Chriſtum
rem in communem ſortem & ordinem, nõ modo ſa
fidelium, ſed etiam illorum Ethnicorum, impiorum
lium contruſit. Sic enim expoſitionem fidei Regi no
ciſco primo dedicatæ, conuerſo ad eum ſermone con

Caluin. de vera Eccl. reforman. ratione pa. 486. 485. Contra errores Serueti. pag. 814. 835. 892.

Eraſmus in conuiuio religioſo. & in Præfat. Tuſc. quæſtio.

Euangeliũ meum (non Lutheri) quod per me Deus orbi Chriſtiano his nouiſſimis temporibus reuelauit, ſuſceperis, & ad idem amplectendum populum tuum induxeris, certo ego tibi ex parte omnipotentis Dei cœleſte regnum & gloriam ſempiternam polliceor. Hic eiuſdem tecum regni *& gloriæ participes viſurus es duos Adamos, redemptum & redemptorem. Hic Abelum, Enochum, Noam, Abrahamum, Iſaacum, Iacobum, Iudam, Moſem, Ioſuam, Gedeonem, Samuelem, Pinehem, Eliam, Heliſæum, Iſaiam ac Deiparam Virginem de qua ille prœcinuit, Dauidem, Ezechiam, Ioſiam, Baptiſtam, Petrum, Paulum. Hic Herculem, Theſeum, Socratem, Ariſtidem, Antigonum, Numam, Camillum, Catones, Scipiones. &c. videbis.* Hæc confeſſio vt primum impreſſa emanauit in vulgus, & in Lutheranorum manus peruenit, illi ſtatim non omiſerunt varijs libris editis, eius prophanam & paganicam impietatem oſtendere, nominatim Lutherus, qui in ſua *Cygnæa cantione,* extremo nimirum libro quem compoſuit, vt item in vltima Confeſſione, Zuinglium planè gentilem euaſiſſe exprobrauit. *Hoc* (inquit Lutherus) *nihil eſt aliud, quàm apertè fateri, quòd ſentiant nullam eſſe fidem, nullum Chriſtianiſmum. Si enim Scipio & Numa Pompilius qui fuerunt idololatræ, ſaluati ſunt, cur oportuit Chriſtum mori? aut quorſum opus eſt baptizari Chriſtianos, aut doceri Chriſtũ, adeo horribiliter ruunt neglecto verbo.* Ita Lutherus, in hoc vno dogmate ſtatuens contineri totius Chriſtianiſmi abnegationem: idemque concinuerunt Lutherani plurimi. Sed mox Apoſtoli ſui cauſam ſuſcipientes Zuingliani, libris æquè multis euulgatis, eius honorem fortiſſimè propugnarunt: tota Eccleſia Tigurina in *Orthodoxa* quàm vocant *fidei ſuæ Confeſſione,* eam Zuinglij doctrinam defendit: Bullingerus Zuinglij ſucceſſor qui eam Orthodoxam Confeſſionem & latinè ſcripſit, & vertit Germanicè, illam priorem Cõfeſſionem Zuinglij appellat *Cygnæam Zuinglij vocem*, quam etiam valdè commendat Lauatherus. Vbi obiter velim te, Samuel, obſeruare duas horum duorum Eccleſiæ nouæ Apoſtolorum *Cygneas cantiones,* hoc eſt, vltimas fidei confeſſiones, in quibus expirantes ad iudicium diuinum ſiſtebantur. Alterius *Cygnea cantio* ipſa noui Euangelij à ſe inuenti puritas & medulla erat, animam cum corpore ſepeliri, non aliter quàm anima beſtiæ: nec eam quæquam deinceps ſentire magis quàm cadauer ipſum, ideoque fruſtra timeri vel purgatorium, vel infernum: Alterius *Cygnea cantio*, nec minus certa Euangelij ſui veritas erat, quam hic habemus: Infideles ſine Chriſto & olim fuiſſe ſaluatos, &

Ciceron. Zuingl. Tom 2. Expoſitio Chriſtianæ fidei ad Gallorum regem fol. 559.

Luther. in Gen. c. 47. fol. 699.

Lauather. in hiſt. Sacram. f. 26.

Bulling. in Ortho. cõfeſſ. Eccleſ. Tigurini Tractat. 1.

Bulling. in Epiſt. ante

hodie ſaluari poſſe. Quam *Cygneam Zuinglij cantione[m]* Bullingerum cecinit Rodolphus Tigurinus Zuinglij [gener], qui eodem ferè tempore ſoceri ſui opera Tiguri excu[dit], in illorum operum præfatione hoc dogma vt purè Euan[geli]cum nō deſtitit peculiari defenſione complecti, qui dein in Apologia largiore *eandem ſoceri blaſphemiam de Gent[ium] ſalute, ſine Euangelij notitia & fide, in Chriſtum argumētis [qui]buſdam ſophiſticis ex Caluiniſtica Theologia deſumptis exc[uſare] & defendere conatur. Ad quæ argumenta D. Ioannes VV[igan]dus in publico ſcripto reſpondit. Quem tamen eundem erro[rem]* poſt illos antiquiores Caluiniſtas quidam Thammerus C[al]uiniſta *publicis ſcriptis ſparſit.* Albertus Hardenbergius Ec[cle]ſiæ Bremenſis famoſus miniſter vel potius Apoſtolus, qui e[am] Eccleſiam à Lutheraniſmo ad Caluiniſmum magna cum [vi]cinarum ciuitatum perturbatione auerterat, *ſimiliter docu[it] Platonem, Numam, Scipionem, & alios honeſtiores Ethnicos [in]ter electos et ſaluandorum numerum eſſe referendos.* Et deniq[ue] *Daniel Toſſanus* (Caluinianus) *contra Marbachium* (Luth[e]ranum) *Pag. 380. errorem Cinglij de ſalute honeſtiorum Ethnic[o]rum extra Chriſtum tuetur.* Ex quibus omnibus conſtat han[c] opinionem à primo illo Apoſtata fluxiſſe ad reliquos ſectari[o]s omnes, qui etiam libris tam multis de ea conſcriptis, & Apologijs varijs contra Lutheranos pro eodem Euangeliſmi ſui capite vulgatis, tantis laboribus eam fidem orbi Chriſtiano perſuadere conantur. Eorum ego argumenta non attingo. Illud pro refutatione eorum in hac re argumentorum, & aliorum omnium Chriſtiano homini poteſt & debet eſſe ſatis, quòd qui argumenta pro ſalute infidelibus aſſerenda extra Eccleſiam Chriſti, extra ſacramenta Chriſti, extra paſſionem, meritum, ſanguinem & nomen Chriſti, contra tot Chiliades ſcripturarum euidentiſſimarum perueſtigare non formidant: illi eadem confidentia & conſcientia quiduis: Pilatum, nō Petrum fuiſſe verum Chriſti Apoſtolum; & Mahumetem, non Chriſtum fuiſſe verum Meſſiam, argumentis quoq; ex Theologia ſua Geneuenſi poſſunt aſtruere. Et tamen paucis verbis diſſoluendum mihi videtur illud Vulcanium & pluſquam Adamātinum vinculum Caluini, quod ille toties omnibus ferè in libris, Chriſtianis omnibus opponit pro hac inſania: illud (inquam) verbum à Deo factum Abrahæ, *Ero Deus tuus, & Deus ſeminis tui*, quo ille ſuam Mahumetanam delirationem de ſacramentis Chriſti ad ſalutem non neceſſarijs toties confirmat. Verum quidem eſt Deum ita promiſiſſe Abrahæ. Sed nunquid

Confeſſ. An. 1544. Rodolph. in præfat. operum Zuinglij. Conrad. in Theol. Caluiniſ lib. 3. fol. 56.

Ibidem.

nunquid verba eum habent ſenſum, vt omnes Abrahæ poſteri, quia ex eius ſemine progeniti, *Vitæ cæleſtis eſſent hæredes?* Quid verò eſt non dico peruerſius, ſed inſulſius atque ſtupidius, quàm ſic cogitare? Habuit Abraham duos filios Iſaac & Iſmaël. Probabilis eſt Hebræorum ſententia, fauente etiam ſcriptura ſancta, Iſmaël cæleſtis *vitæ non fuiſſe hæredem.* Habuit item Iſaac Abrahæ filius gemellos, Iacobum & Eſau. Nonne ſcriptura ipſa alterum nominatim à regni cæleſtis hæreditate repellit? *Iacob* (inquit Dominus) *dilexi, Eſau autem odio habui*? Malach. 1. Roman. 9.
Ex proxima Abrahæ ſeminis ſtirpe, hoc eſt, ex 12. Iacobi liberis, quorum nonnullis ipſe iam expiraturus maledicit, quorum execranda facinora abſque pœnitentia literæ ſacræ commemorant, ex tot millibus ab eo duodecim Patriarcharum, hoc eſt, ab Abrahami ſemine procreatis, quis niſi planè ſtipes & truncus in religione Chriſtiana, hoc eſt, nihil prorſus ſciens dicat neminem perijſſe, neminem à vita æterna excidiſſe, quia Deus promiſerat ſe futurum Deum Abrahæ, & ſeminis eius? *Geneſ. 49.*
Quid ergo (inquis) voluit ea Dei promiſſio? Significabat nimirum peculiarem fore curam Dei & prouidentiam in protegẽdo Abrahamo & poſteritate eius, quam luculenter declarat tota conſequens ſcripturæ ſacræ hiſtoria, in Abrahamo ipſo dum peregrinaretur in Geraris: in Iſaac & Iſmaële, quorum vtrumque ſpeciali fauore proſecutus eſt: in tota vita Iacobi, è Moſopotamia poſt multa pericula, & multorum annorum habitationem cum copioſa ſobole & familia egredientis, habitantis poſtea in terra Canaam, & propter famem deſcendentis cum ſuis in Ægyptum: in duodecim Patriarchis, & eorum numeroſa poſteritate, cui terram Chanaan, regnum quanquam exiguum, opulentum tamen, contra tot infeſtiſſimos & potentiſſimos circumcirca Monarchas, tam multis ſæculis, in tot aliorum regnorum mutationibus & euerſionibus conſeruauit: Denique in tota forma & politia illius Reipublic. & populi Hebræi, quorum erat propria *adoptio filiorum, & gloria, & teſtamentum, & legiſlatio, & obſequium,* & templum, & ſacerdotium, *ex quibus eſt Chriſtus ſecundum carnem, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſæcula.* In his omnibus, erat Deus ſingulari quadam ratione *Deus Abrahæ & ſeminis eius* At quod eo verbo ſignificaretur Deum Abrahæ & poſteritati eius in mille generationes vitam æternam daturum, idque ſine ſacramentis vel alijs medijs ad vitam illam conſequendam diuinitus or-

Geneſ. 20. ca. 21. 22. ca. 24. 25. 26. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 35.

Rom. 9. 4.

tus ordinatis, puto nemini vnquam vel Iudæo, vel Chr
veniſſe in mentem ante hunc miſerum Apoſtatam, qu
Iudæis & hęreticis peruerſiſſimis peruerſiorē: cuius in
citas & inſania eo eſt magis deteſtanda, quo in hac ipſ
pretatione & ſimilibus, quibus turpiter gloriam Chriſt
Caluin. in tum Teſtamenti noui pluſquam Iudaicè fœdat: contra
Antidoto Eccleſiam Chriſti, contra ipſum florem orbis Chriſtiar
Concil. Tri timo Oecumenico Concilio Tridētino collectum, plu
dent. Seſſio. Thraſonicè ipſe ſibi applaudit, & alijs omnibus ignor
6. pag. 386. ſuam, hoc eſt, craſſiſſimam & ſtupidiſſimam exprobrat
doctiſſimos & ſanctiſſimos Patres, Theologos illos a
mos, à primis incunabulis in Theologia vera enutritos
in omni doctrinæ genere à multis annis Chriſtianus o
hil vidit excellentius, Reginaldos Polos, Stanislos Ho
uagerios, Seripandos, Contarenos, Zuares, Daneſios, B
nos, Rithouios, Sfondratos, Melchiores Canos, Xāteſ
tos, Turrenſes, Demochares, Vigoreos, Medinas, Aria
tanos, Heſſelios, Ianſenios, & alios ex tota Europa, & c
rimis per omnes Europæ prouincias Academijs ſelect
ſcopos & Theologos, hos ſingulos & vniuerſos nē no
quidem poteſt ſine aliqua inſigni contumelia & nota
Caluin. in probrio: quos in ſingulis paginis appellat *beſtias, pecud*
Antidot. *as, moriones ad ſeſquipedem vſque auritos, craſſa inſcitia a*
Concil. *porcos*, putrida cadauera, cornutos & infulatos aſinos,
Trident. eundum munus Epiſcopale nihil aptiores, quàm ad ca
porci, vel ad lyram aſini: qui collatis inter capitibus ſc
textū interpretari nihilo magis, quàm boues norunt: n
dem ſi ad iſtos Tridentinos, maiori, ex parte Europæ c
terea *ex toto orbe confluant Romanenſes Epiſcopi, hoc eſt*, i
terprete *quotquot ſub auſpicijs illius Romanæ ſedis milita*
Ibid. Anti- vno excepto eorum omnium, qui vel in Africa, vel in
dot. in Seſ- America nouoq́ue orbe & inſulis, Chriſtianæ religion
ſion. 4. pag. candæ inſtar verorum Apoſtolorum ſuam impendun
374. nemo prorſus iſtorum, nec omnes quidē ſi capita inter
ferant & ingenij omnes intēdant neruos, in ſcripturis
aliquid: illic non magis vident quàm talpæ, quàm aſin
boues. Vbi verò iſtis vniuerſis ſuam Heroicam perſor
gmate liliorum regis Galliæ (ac ſi aliquid haberet cog
Ibidem. cum ſanguine Borbonio) iniuſtam contra opponit: *D*
(inquit) *quo minus dicam quod res habet, impedit vere*
veriſſimè tamen licebit profiteri abſq; vlla iactatione) n
deſtiā Euangeliſtæ Geneuenſis) *nos intelligendis ſcript*

Iucis attuliſſe, quàm omnes qui ab exorto Papatu inter eos extiterunt Doctores. Hoc eſt, quam Hieronymus, quàm Auguſtinus, quàm Ambroſius, quàm Fulgẽtius, quàm Gregorius Magnus, quàm Proſper, quàm Gennadius, quàm Iſidorus, quàm Beda, quàm tot alij Doctores, tot Scriptores, tot Epiſcoporũ millia in Concilijs prouincialibus & generalibus, in Oriente & Occidente congregata (nam iſtos omnes vel antiquiſſimos ab exorto Papatu fuiſſe, nec ipſi proteſtantes inficiantur: quorum aliquos antiquiores; nominatim Diuũ Auguſtinum, Hieronymum & Gregorium Lutherus vocat, *iuſtitiarios regni Papiſtici*, quia Papiſticam ex fide & operibus, non autem Proteſtanticam ex ſola fide iuſtitiam prædicabant) iſti omnes ſi in vnam maſſam conflentur, & eorum ſimul omnium in ſcripturis exponendis doctrina ponderetur, & ad ſummam Caluini ſolertiam & perſpicientiam hac in re planè admirabilem conferatur, hic vnus illis omnibus non minus antecellit, quàm aquila acutiſſimè videns, aut lynceus oculorum ſuorum radijs ipſos muros penetrans, totidem noctuis aut talpis eſt præferendus. Hæc Caluinus de ſeipſo, ſeipſo iudice *veriſſimè profitetur*, & poſſe quidem ſe plura iactare profitetur nõ minus verè, niſi impediretur verecundia, quæ in illo homine cum ſumma in exponendis ſcripturis ſcientia mirificè contendebat: ita nimirum vtraque erat ſuper excellens & ſtupenda, niſi quòd verba eius proximè ſequentia aliquid videntur de huius verecundię magnitudine delibare: *Neque hanc* (inquit) *laudem ipſi* Doctores Catholici, vel Patres Tridentini *detrahere nobis audent*, illi ipſi in quos Caluinus ſingulis huius Antidoti paginis tam furioſè incurrit, vocans *porcos, aſinos, beſtias, pecudes, &c.* Quod ſi ita eſt, eſſet ſanè veriſimile Caluini in ſcripturis exponendis perfectionem fuiſſe cæleſtem, & omni reprehenſione ſuperiorem. Sed quis hoc putet credibile, qui nouerit illos eius aduerſarios Doctores Catholicos, etſi non habeant Caluinum pro *pecude* vel *aſino*, vel *morione* Geneuenſi, *ad ſeſquipedem vſque aurito* (quibus ſcurrandi floſculis nõ delectantur) habere tamen eum pro Apoſtata, pro hæreſiarcha, pro homine infamis vitæ & doctrinæ: qui à Spiritu ſancto derelictus & poſſeſſus à contrario ſpiritu Satanæ, idcirco in Scripturis ſanè & Orthodoxè intelligendus non plus videre potuit, quã viderat Arrius, quàm Neſtorius, aut Samoſatenus, aut alius quiſpiam ex talibus non adeò inflatis nouarum hæreſium architectis: illos (inquam) Chriſtianos & Catholicos Doctores tã ſordidum & cæcum hæreſiarcham vel vni illorum ſanctiſſimorum

morum virorum, puta Bernardo aut Anſelmo non m
quare, ſed etiam præponere, quibus non magis erat c
randus, quàm (vt leuiſſimè dicam) Arrius Athanaſio, N
us Cyrillo, infidelis fideli, ecquis præter ipſum Caluin
quando opinetur? Et quis vnquam niſi planè ſui ipſiu
ratione ebrius, ſeipsũ adeo putidè & Gnatonicè palpa
niſi cũ immenſa ſuperbia pari quoq; impudentia prę
tholicos eiuſdem craſſæ adulationis ſocios aſciſceret ?
Matth. 18. hæreticorum omnium, & multò magis hæreſiarcharu
ſti ordinatione hoſtes, tam diuine de hoc hæreſiar
Principe ſentirent: qui ab amicis & domeſticis, &
ſuis, à diſcipulis & manipularib⁹, nec cẽteſimam huiu
mationis partem potuit hactenus adipiſci? Iſti ſiqu
omnem ſolidam Theologiæ cognitionem adimunt
dicant eum *fatuum, indoctum, grammaticum, & à g*
tico præceptore inſtructum, horribiliter à Deo propter bl
Stancarus de Trinit. & mediator. M. 4. *as ſuas excæcatum*: cuius *libri ita ſcatent futilitatibus*
tradictionibus, vt nullus ferè ſit paragraphus, aut ſen
eis, quæ non opus habeat diſtinctione vel correctione, au
tione & reprehenſione grauiſſima. Iſti magiſtrum Sen
rum, vnum non ex præcipuis & præſtantiſſimis, ſed ex
Doctoribus qui ab exorto Papatu in Eccleſia Romana
runt, cum nouis quibuſdam Euangelicis Doctoribu
que in primis Caluino componentes, ita eum præfe
plus valere confirment *vnum illum Lombardum, qu*
tum Lutheros, ducentos Melanchthones, trecentos Bul
quadringentos Petros Martyres, & quingentos Caluino
enim doctrinam eſſe verè *auream*, iſtorum *luteam* &
riam, illum veram & ſinceram Theologiam de Deo
ſto tradere: ex iſtis autem, *ſi omnes in mortario contu*
non exprimeretur vna vncia veræ Theologiæ, præſertim
culis de Trinitate, Incarnatione, mediatore & ſacr
Lombardi quidem *authoritas maxima eſt, quia non*
à ſcriptura & ſanctis Patribus loquitur & ſcribit de D
Ioannes Caluinus à ſeipſo ſolum & Diabolo hauric
de Deo *cacologiam*, (vt iſti vocant) ſua mirifica ſapi
Deum deſcribat, vt eum ſupra quàm dici poteſt, *ho*
blaſphemet, & è Deo vero in Diabolum ipſum trans
Hæc cũ ſint Caluiniſtarum de Caluino iudicia cert
mentis & rationibus teſtata, facilè conijciat Lector n
magnam fuiſſe Ioannis Caluini verecundiam, quand

ſibi laudes & præconia tributa à Catholicis gloriatur, ac ſi illorum iudicio Eccleſiæ Catholicæ Doctoribus longè lateque præſtaret, quem ſui ipſius Diſcipuli vel Sectarij pro homine indocto & grammatico habent, qui nomen Theologi vel mediocris nullo modo meretur: qui cum vno mediocri Catholicorum Doctore quoad veram ſcripturæ intelligentiam tam iniquè comparatur, quàm infans cum gigante, aut Chorebus cum Neſtore. Nec alij Euangelici, Germanos intelligo, quicquam à Caluiniſtis iſtis diſcrepant. Nam hi vix eum alio quam communi hæreticorum ſacramentariorum loco habent: paulò quidem quam alij in verbis profluentiorem, ſed quoad rem, eiuſdem prorſus cum Diſcipulo ſuo Theodoro Beza, indolis & ingenij: hoc eſt, *Hæreticum, arrogantem,* ſuorum liberorū *Caluiniſtarum more, ex mendacijs, impietate & impudentia conſutum: ea audacia, vt ipſum etiam Filium Dei in faciem mendacij arguere audeat, ſuperbiſſimè glorioſum, porcum ſacramentarium, impudentiſſimè & ſine fronte mentientem: more omnium hæreticorum; quibus proprium eſt certare conuitijs vbi veritate vincuntur, plauſtra conuitiorum impuro & blaſphemo rictu euomentem: vtentem virulentis & Diabolicis Sarcaſmis, & tantum ex mera et obſtinata malitia viris ſanctis conuitiantem, vt eſt natura Diaboli & organorum eius,* vel nullam, vel *eam potiſſimum ob cauſam, vt ipſe ſolus ſapere videatur, & ſummus noſtri temporis Theologus exiſtimetur, ſicut ipſius diſcipulus Theodorus Beza ſcribit.* Alij & ij quoque non Papiſtæ vel Catholici, ſed Euangelici addunt, *Neminem ad maledicendum aptiorem & ad conuitiandum propenſiorem inueniri, quam Ioannes Caluinus ſe ſuis ſcriptis maledicentiſſimis toti orbi ad viuum expreſſit, vt facilè maledicentia excellens conuiciator ſuperet omnes.* Cuius rei ſi quis exempla deſideret, remittunt illi lectorem ad duo poſteriora eius ſcripta tum recẽs euulgata, *quæ ſcatent & diffluunt vndique maledictis & conuitijs* adeo densè, *vt poſſem oſtendere* (inquit Archiminiſter Hamburgenſis) *aliquot pagellas eius, quæ ſingulæ contineant plura quàm triginta mendacia & conuitia inſignia. Alibi verſus & verba penè ſingula ſuffuſa ſunt hoc veneno, &c.* Nam de quo maximè ſibi placet Ioannes Caluinus, quod ſcripturas alijs omnibus longè dexterius interpretatus ſit, *illiſquè intelligendis plus lucis attulerit,* quam Doctores omnes, ſiue noui, ſiue antiquiores, ab hac prærogatiua Ioanne Caluino largienda iſti tam longè abſunt, vt plurimis egregijs & manifeſtis ex-

emplis

Conrad. in Theol. Caluin. libr 2. f. 120. 123. 124. 125. et libr. 1. fol. 80. 132.

VVeſtphal. in Apolo. contra Caluin. pag. 438.

emplis probent eum prorſus Iudaicè, imò diabolicè ſcripturas ſacras contra Chriſtum & fidem eius vbique peruertere. Alias contra primitiuam Eccleſiam omnem, & Doctores antiquiſſimos, nouum & Iudaicum illis affingit ſenſum. Alias contra Paulum, contra Petrum, contra Euangeliſtas, contra Chriſtum denique ipſum: & locos ſcripturæ ab iſtis vno modo explicatos, ipſe contrario modo exponi debere contendit. Ecquid deſideras, Samuel, huius *Caluinianæ lucis* exempla? Illi quidem initio ducto à primo ca. Geneſis. Vbi de Chriſto agitur, ad extremum vſque teſtamenti veteris; hoc vbique Ioanne Caluino eſſe ſolenne & vſitatũ docent: ſed ego quo breuior ſim, ex magno aceruo pauca exempla ipſorum verbis tibi ob oculos proponam. Quanquam non multum vereor, ne prolixitate tibi ſim moleſtus: aut ſi moleſtior fuero, moleſtiã compenſabit vtilitas. Eſt enim materia eiuſmodi, quę diligentem meretur aduerſionem, vel quia nefarius impoſtor plurimum opinione quadã reconditæ Theologiæ nocet orbi Chriſtiano, vel quia tam ſuperbè criſtas erigit, & pauonis inſtar geminantes explicat alas, ac ſi in tota corte Euangelica nullus poſſet huius cornicis oculos configere. Sic ergo illi. *Semen Geneſ. 3. Ioannes Caluinus ait ſe pro Chriſto ſine controuerſia accipere non poſſe. Ita enim nimis violentè torquetur. Generaliter ergo ſemẽ interpretor de poſteris. At Paulus qui nobis plus eſt quam mille Sacramentariorum gloſſemata, diſertè de Chriſto exponit. Galat. 3. Vbi negat generaliter de poſteris Adæ exponendũ, quando ait ſcripturã dicere, non in ſeminibus quaſi in multis, ſed quaſi in vno, qui eſt Chriſtus. Ibidem Caluinus inimicitias ponam inter ſemen tuum & ſemen mulieris, ſimpliciter interpretatur hoſtile ſemper fore diſſidium, humano generi cum ſerpentibus, quæ hodie etiamnum cernatur. At Apoſtoli vna cum Prophetis h[...] dictum ſimpliciter de Chriſto & antiquo ſerpente Diabolo int[...] lexerunt. Eſaia 7. 9. 1. Ioan. 3. Heb. 2. Rom 6. 16. Apoca. 12. Loc[...] Deuteronomij 18. Prophetam de gente tua & de fratribus tuis [...] ut me ſuſcitabit tibi Dominus Deus tuus: ipſum audies, &c. [...]gat Caluinus proprè de Chriſto exponi debere. Petrus vero A[...]rum 3. de Chriſto ſimpliciter exponit.* Incidamus reliqua: m[...]mus Pentateuchi libros, & veniamus ad Prophetas. *Iſaia[...] ait: Spiritus Domini Iehoue ſuper me, & cætera. Caluinus [...] hunc locum propriè de vocatione & officio Iſaiæ loqui, licet [...]ſus verba illa Lucæ 4. De ſeipſo exponat. Item. 31. Fœmin[...] cundabit virum: Caluinus aſſerit Chriſtianos meritò à Iu[...]deri, eo quod hanc Prohetiam de Chriſto & Maria eius [...]*

Conrad. in Theol. Caluin. li. 2. cap. 6. fol. 38.

Deut. 18.

Ibidem. fol. 39.

virgine, & myſterio ſalutis noſtræ intelligant. Certum autem eſt ex 2. capite Matth. 2. Corinth. 6. Hebræor 8. 10. Hoc totum caput 31. de Chriſto Ieſu & eius regno neceſſario intelligi debere. Daniel. 2. Donec lapis abſciſſus eſt abſque manibus Caluinus ſcribit hæc verba prorſus abſurdè de Filij Dei natiuitate ex Maria virgine intelligi. Doctores verò Eccleſiæ Dei vnanimiter concludunt myſterium incarnationis Chriſti à Daniele ibidem notari. Hoſeæ 13. De manu mortis liberabo eos eos. Caluinus blaſphemè & impudenter aſſerit Apoſtolum Paulum obiter & non rectè hanc Prophetiam de Chriſto intelligere. Addit ibidem Caluinus pagin. 165. Eos turpiter errare, & peſſimè abuti ſacra ſcriptura, qui Hoſeæ locum de Chriſto explicare auſint. Paulus autem 1. Corinth. 15. Simpliciter de Chriſti perſona intelligit, & huius loci authoritate in aſſerenda mortuorum reſurrectione vtitur, quæ alioqui carnis rationi planè videtur impoſſibilis. Mitto Samuel multa loca ſcripturæ, quæ (vt inquit iſte Superintendens Lutheranus) *piè eruditi vnanimi conſenſu indicant inſignia continere vaticinia de Chriſto,* quę tamē Caluinus de Chriſto intelligi debere pernegat, & *ab Eccleſiæ Doctoribus Prophetarum ſcripta non intelligentibus ſiniſtrè & ineptè de Chriſto exponi,* ait: Mitto alia loca plurima à Caluino in gratiam Arrianorum contra Patres Orthodoxos expoſita: cuiuſmodi Arrianicis interpretationibus ita Caluini commentarij referuntur, vt de eo totos libros conſcripſerint Lutherani. Tantum ea notari velim, in quibus cum ipſis Apoſtolis & Euangeliſtis Chriſti iuxta huius Patriarchæ cenſuram dimicatur. In quo genere illud Zachariæ 9. eſt egregium: *Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus, iuſtus, & ſaluator. De quo Caluinus ſcribit: hæc verba declamatoriè & negatoriè, ſeu mendaci modo de Chriſto & eius ingreſſu in Hieroſolymam exponi ab interpretibus. Addit ibidem verum & genuinum huius dicti ſenſum hac ratione planè corrumpi. Hinc patet, quo ſpiritu Ioannes Caluinus feratur, cum adeò impudens & arrogans ſit, vt interpretationem ipſius Spiritus ſancti in Matth. capit. 21. & Ioann. 12. poſitam blaſphemè rideat & exagitet.* Qua eadem ſuperbia, *dicit locum illum Pſalmi vigeſimiſecundi. Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem, intempeſtiuè ab Apoſtolis & Euangeliſtis ad Chriſti perſonam translatum eſſe: quin etiam Caluinus addit Apoſtolos & Euangeliſtas à vera & genuina ſententia Dauidis in huius dicti explicatione receſſiſſe.* Quamuis autem hoc ipſum, quod à ſenſu Apoſtolorum & Euangeliſtarum totiuſque Eccleſiæ antiquiſſimæ diſcedat Geneuenſis iſte Do-

Ibidem. fol. 40.

Ibidem. pag. 41.

ſte Doctor, abundè ſufficiat ad probandum, Caluinianas expoſitiones non eſſe numerādas cum Eccleſiaſticis & Chriſtianis, ſed perinde habendas eſſe, ac ſi Gentilis aliquis Aueiroes, aliquis Calyſa Babylonius aut Marochenſis in ſcripturas noſtras Commentarios ederet: (quiſquis enim contra Spiritum Apoſtolorum & Eccleſiæ ſuo priuato Spiritu Euangeliū aut Prophetas exponit, tali *peruerſitate de Euangelio Christi facit Euangelium hominis aut etiam diaboli*, vt grauiter & verè ait Diuus Hieronymus) tamen modus diſſentiendi non mitis, non manſuetus & modeſtus, ſed ſummè ſuperbus & arrogās, & cum aliorum omnium incredibili deſpicientia coniunctus magis arguit prophanum iſtius Apoſtatæ ſpiritum: quod vel vnico hoc exemplo eluceat. Verbum illud Hieremiæ, Mittamus lignum in panem eius, primi Eccleſiæ Chriſtianæ Doctores myſticè interpretati ſunt de Chriſti corpore (quod Ioannes 6. ſæpè panis vocatur) affixo cruci. In quo quanta ſit totius Chriſtianæ Eccleſiæ conſenſio, audiamus ipſos Proteſtantes. Sic nimirum Oecolampadius. *Hic Propheta typum Chriſti geſſit. Nuſquam hoc impletum eſt in Hieremia à viris Anathoth, quamuis illi mortem meditati ſunt. Occiſus eſt enim in Ægypto. Conſenſus Eccleſiarum exponit lignum, id eſt, crucem, in panem, id eſt, corpus. Vnde & Chriſtus voluit eſſe ſacramentum corporis ſui, vt Ioannis 6. Ego ſum panis vitæ. Hanc interpretationem multi ex Patribus amplexi ſunt* (inquit Petrus Martyr) *& inter primos, Tertullianus.* Concordat cum Oecolampadio Vrbanus Regius: *In hac* (inquit) *Prophetia Ieremias eſt figura Chriſti. Sic enim Eccleſia ante annos mille intellexit Prophetiam hanc, & hactenus in Eccleſia ſic intellectum eſt, vt ſignificet crucem in corpus eius mittendam.* Idem alibi. *Hanc Prophetiam Eccleſia vnanimiter de Chriſto intelligit, qui de ſua Paſſione in Propheta loquutus eſt ſicut illa omnia ſunt impleta. Principes enim Sacerdotum, Scribæ & Seniores populi in atrium Caiphæ congregati conſilium inierunt de eo occidendo Matthæi vigeſimo ſexto, & dixerunt: Mittamus lignum in panem eius, crucem videlicet in corpus. Ipſe eſt enim qui ait, Ego ſum panis vitæ, qui de cælo deſcendi. Ioann. ſexto.* Habemus hic generalem & vnanimem Eccleſiæ primitiuæ de huius loci expoſitione ſententiam, eamque & à congregatione Lutherana probatam, imò & à Zuingliana quoque, vt ex Regio & Oecolampadio præclaris vtriuſque Doctoribus perſpicitur. Diſſentit Ioannes Caluinus. Sed nunquid ea moderatione quæ Chriſtianum decet: immò ea ſuperbia & contemptu contra Docto-

Hieronym. Comment. in Galat. cap. 1.
Ierem. 11. Oecolamp. in Ierem. c. 11. v. 18. Martyr cōtra Gardiner. defenſio. obiectio 150. Regius in 1. parte operum in Prophetijs veteris teſtamēti de Chriſto fo. lio 254. Idē in 3. parte operum tractat. de arti. fidei paſſionis & ſepult. fol. 26.

Doctores maximè antiquos & Eccleſiam primitiuam inuehitur, qua paulò ſuperius in Epiſcopos & Theologos Concilij Tridentini vſus eſt: perinde, ac ſi veteres non minus quàm iſti Ioanne Caluino comparati, eſſent *beſtiæ, pecudes*, ad ſcripturas explicandas non magis idonei, quàm *ad lyram aſini*, aut *ephippia boues. Quod veteres* (inquit) *hoc loco abuſi ſunt, nimis fuit puerile, dum traherent ad corpus Chriſti.* Fatetur quidem ſic interpretatum *fuiſſe Origenem, ſic etiam Irenæum*, Tertullianum, *& ſimiles*; quaſi dicas, homines viles, obſcuros, ignobiles, indignos qui nominentur: quos tamen antiqui Patres ſic extollunt, vt in Origene agnoſcant *tantam authoritatem, tantam induſtriam, tantam vim ingenij, tam profundi, tam acris, tam elegantis, vt penè omnes longè multumqúe ſuperârit: tantam doctrinæ, ac totius eruditionis magnificentiam, vt pauca forent diuinæ, nulla fortaſſis humana Philoſophiæque non penitus aſſequeretur: ex cuius ſinu Doctores innumeri, Sacerdotes, Confeſſores, Martyres extiterunt: ad quem religioſi ex vltimis mundi partibus aduolarunt: quem Chriſtiani penè vt Prophetam, Philoſophi vt magiſtrum venerati ſunt.* Nec aliter de Tertulliano iudicant, qui *apud Latinos omnium facilè Princeps habebatur, vt Origenes apud Græcos. Quid enim* (inquiunt) *hoc viro doctius? Quid in diuinis rebus atque humanis exercitatius? cuius quot penè verba, tot ſententiæ ſunt: quot ſenſus, tot victoriæ, Sciunt hoc Marciones, Apelles, Praxeæ, Hermogenes, Iudæi, Gentiles, Gnoſtici, cæteriqúe quorum ille blaſphemias multis ac magnis voluminum ſuorum molibus, velut quibuſdam fulminibus euertit.* Nam de Sancto Irenæo magni illius Policarpi à Ioanne Euangeliſta inſtructi diſcipulo ſuperfluum eſt loqui, cuius varia ſcripta, Epiſcopalis authoritas, labores pro pacificanda Eccleſia, & demum pro Chriſti nomine illuſtre Martyrium ſuſceptum pleriſque antiquorum monumentis celebrantur. Iſtorum verò conſentiens cum reliquis omnibus Orthodoxis Eccleſiæ Patribus de aliquo ſcripturæ loco, vt iſto Ieremiæ exponendo ſententia, apud hominem Chriſtianum humanitatis aliquo ſenſu præditum quantum debet ponderare: ſaltem eatenus, vt ſi quis eam ſimpliciter non approbaret, non auderet tamen ab ea niſi verecundè, modeſtè, timidè diſſentire. At longè aliter Ioannes Caluinus. Is enim quamuis probè norit & fateatur Origenem, Irenæum, Tertullianum, & ſimiles ita locum Ieremiæ explicare, inquit tamen: *Hæc eorum allegoria eſt planè inſipida.* Satis imperioſè. *Eſt planè inſulſa.*

Calu. prælect. in Ierem. ca. 11. verſ 19.

Lirinenſis contra hæreſes ca. 2.

Ibidem. cap. 24.

Hieron. in catalogo. Euſeb. hiſtor. lib. 5. cap. 4. 5. & ca. 24. 25.

Calu. vbi ſupra, in Ierem.

 En Or-

En Orbilium regnantem in ſchola, & diſcipulos ſuos caſtigi-
tem ferula. *Eſt ridicula ipſis pueris*: Puta Geneuenſibus, ſic e-
doctis, vt omnem doctrinam vel à tota Apoſtolica Eccleſia
probatam rideant, quæ Apoſtolo & Euangeliſtæ ſuo Calui-
no non arrideat. Alibi veteres ita expoſuiſſe profeſſus, ſuper-
Calu. Inſtit. libr.4. ca.17. §.15. cilio pluſquam magiſtrali addit *eorum ignoſcendum eſſe inſcitiæ*
& ſepeliendum dedecus, quaſi hæc expoſitio adeo eſſet ſtulta
& abſurda, vt ſine ſummo dedecore ne proferri quidem poſ-
ſet, quam tamen poſt Eccleſiam primitiuam & Catholicam,
nouæ etiam ipſius Lutheri & Zuinglij Eccleſiæ tanquam val-
dè bonam piamque tuentur. Neque verò ſi literalis ſenſus
propriè reſpiciat Ieremiam, idcirco allegoricus eſt inſulſus, ſi
referatur ad Chriſtum. Quin contra potius ſtatuendum eſt,
idcirco allegoria aptè, commodè, & iuxta mentem ſcriptoris
& Spiritus ſancti Chriſtum deſignari, cuius hoc in loco *iuxta*
Deuterom. 25. 4. *vnanimem primitiuæ Eccleſiæ fidem* Ieremias erat figura, quem
admodum etſi genuina & literalis Moyſis, *ne boui trituranti*
os obligetur, ſignificatio velit boum ita laborantium ora non
obſtrui, ſed libera eſſe debere, vt vna pabulo ſuo veſcantur:
nō idcirco *puerilis, inſulſa, ridicula ipſis pueris*, videri debet Bea-
1. Cor.9. b. ti Apoſtoli Pauli allegoria, qua ex eodem loco confirmat mi-
niſtros altaris, & ijs qui Euangelio Chriſti operam ſuam im-
pendant, ex altari & Euangelio eſſe viuendum: quod ipſum
de alijs allegoricis teſtamenti veteris expoſitionibus, quę paſ-
ſim in Apoſtolo Petro & Paulo, & Euangeliſtis occurrunt, in-
telligendū eſt. Eodē planè faſtu & totius Eccleſiæ contemptu
alterum Ieremiæ locū, *Fœmina circundabit virum*, fatetur *ha-*
Caluin. in Ierem. cap. 31. v.22. *ctenus Chriſtianos ferè vno cōſenſu fuiſſe interpretatos de Maria*
virgine, & mouit eos nomen miraculi, & aliæ multæ loci cir-
cunſtantiæ, quod nec ipſe Caluinus negat: qui nihilominus
vbi ad ſuam peculiarem loci expoſitionem accedit, illam Chri-
ſtianorum cōſentientem ſententiam contumelioſè reijciens,
meritò à Iudæis rideri aſſerit, & tamen illi meo iudicio non te-
nent genuinam Prophetæ mentem, inquit Caluinus, vtram-
que, & ſynagogam Iudæorum & Eccleſiam Chriſtianorum
eadem libra ponderans, & tantidem æſtimans, & ſeipſum v-
triuſque iudicem conſtituens: ideoque nouum affingit ſen-
ſum propriè ſuum, nec Chriſtianum, nec Iudaicum, ſed Mahu
metanum vel Geneuenſem, à ſenſu certè & conſenſu Chri-
ſtianæ omnium ſæculorum Eccleſiæ, maximè abhorrentem:
quemadmodum item *Iſaiæ locum, Emitte agnum Domine Do-*
minatorem terræ, ſcribit *Hebræos & Chriſtianos perperam in-*
terpre-

terpretari. Hieronymus eum exponit de Chriſto eumqúe ferè ſequuntur omnes Chriſtiani. Verum illa interpretatio nihil habet coloris, & cæt. Iudaica verò multo minus. Quare ſola Caluiniana valere debet,& vnus Caluinus tanquam vniuerſalis quidam Patriarcha in locum tum Iudaicæ Synagogæ, tum Eccleſiæ Chriſti, quoad ſupremam ſcripturarum interpretationem ſuccedere. Et hæc quidem ſufficiant, vt perſpiciatur qualis ſit Caluini in ſcripturis tractandis pietas, religio, humilitas, quæ ſola eſt ſcripturæ aperiendæ clauis. Et ex his paucis exemplis cõſtare poteſt, quàm ille iuſtam habeat *de luce à ſe ſcripturis intelligendis* allata gloriandi cauſam. Equidem ſi Apoſtoli quos Chriſtus vocat *lucem mundi*, quoſque idcirco vera & cæleſtis Spiritus ſancti luce illuminauit, *vt lucerent omnibus in domo eius*: hoc eſt, in Eccleſia Catholica per terrarum orbem diſperſis: ſi eadem Eccleſia Chriſti Catholica & Apoſtolica, cui Chriſtus ſemper eſt præſens, quam Spiritus ſanctus ſemper in omnem veritatem dirigit, & in ea fidos doctores, paſtoreſque perpetuis temporibus ad inſtructionem & conſummationem Chriſtianorum futuros promiſit, veram ſcripturarum lucem habuerint, eaſque rectè intellexerint, tum certum eſt lucem hanc Ioannis Caluini, cùm ſit Apoſtolicæ luci contraria, eſſe lucem talem, qualem accendere ſolet Satanas, qui tanquam fulgur cecidit de cælo, & Angelum lucis ſæpenumero imitatur: eſſe lucem talem, qualem ſcripturis intelligendis Simon Magus, Philetus, Alexander, Hermogenes, Nicolaus, & reliqui illi Apoſtatæ Apoſtolorum hoſtes a Diabolo hauſerunt: qualem Diabolus Chriſto offudit, quando ſua in ſcripturis intelligendis luce & acumine ſaluatorem ad ſui adorationem voluit inducere; qui vt memoria noſtra eadem luce afflauit Huldericum Zuinglium primum Sacramentariorum coripheum: ita Lutheranorum iudicio Ioannes Caluinus quoque hanc lucem, hæc myſteria & occultos ſcripturarum ſenſus habet *ex inſpiratione atri iſtius ſpiritus, qui præcepturi eius Cinglio in ſomnio apparuit*: hoc eſt, *ipſiſſimi Diaboli, qui in Cinglio per ſomnium ſuam ſacramentariam hæreſim inſpirauit, quod* (inquiunt Lutherani) *eſt certiſſimum, & omnibus ſole meridiano innoteſcit clarius.* Hic ergo ſpirit⁹ ater vt primo Zuinglij Sacramentariæ hæreſis patriarchæ & inuentoris: ſic deinde Caluini eiuſdem hæreſis præcipui patroni & propugnatoris fuit inſpirator atque illuminator, huicque ſuo Apoſtolo dedit os illud durum & ſapientiam demoniacam allatam ex inferis, quam alibi Caluinus ipſe ſibi vendicat, & hic

Caluin. in Iſa. cap. 16. v. 1.
Eſa. 66. 2.
Matt. 5. 6.
Actor. 2. a.
Act. 13. 47
Luc. 8. c.
1. Pet. 2. 9.
Matth. 28.
Ioan. 14. & 16.
Ephes. 4.
Luc. 10. 18.
2. Cor. 11. 14.
Matth. 4.

contra Chriſtum & vniuerſam eius Eccleſiam demonſtrat. Adeo vt VVeſtphalus rectè iuſtiſſimeque Caluinum à tali præceptore inſtructum appellet, non tam egregium doctorem, quã Caluinus ſeipſum proclamat, & alijs perſuadere vult Catholicos eum exiſtimare, ſed vt alias in alijs ſuis ſcriptis, *conuitijs, & maledictis, & mendacijs diffluentem*, & ſuæ toti Caluinianæ ſoboli longè lateque præcellentem, ſic in ſcripturis interpretandis *blateronem inſulſiſſimum, qui inſigni pertinacia, impudenti temeritate & confidentia, & inauditis cõmentis ſcripturas diuinas corrumpit:* quod eſt etiam Anglorum veſtrorum de eo iudicium. Etſi quidem lector æquus conſideret paucas ex Euangelicis Caluini propoſitionibus, quas in orbem Chriſtianum ſuo mirabili ingenio & perſpicaciſſima in ſcripturis ſacris intelligentia inuexit, nunquam dubitabit, vtrum eius in ſcripturis intelligendis lux deſcenderit è cælis, an verò erupperit ex inferis. Tales Caluini, ſuorumq; Caluiniſtarum admodum propriæ ſunt. 1. Barbarum eſſe & prophanum aut credere aut inuocare Trinitatem. 2. Deum eſſe cauſam & effectorẽ peccati in homine. 3. Deum habere contradictorias voluntates: eaque velle fieri, atque ad ea facienda homines compellere quæ fieri vetat, & quæ facta æternis pœnis vlciſcitur. 4. Chriſtum non habere diuinam naturam vel eſſentiam à Patre, ſed à ſeipſo. 5. Chriſtum quatenus Deum, eſſe Patre inferiorem. 6. Chriſtum non eſſe vniuerſalem omnium redemptorem, nec pro peccatis totius mundi mortem ſubijſſe. 7. Nec pro peccatis vllis ſatisfeciſſe. 8. Aut à peccatis homines verè liberaſſe. 9. Chriſti mortem corpoream nihil omnino profuiſſe. 10. Hominem per Chriſti ſanguinem & paſſionem, quæ multis iam annis tranſacta eſt, & euanuit, non poſſe iuſtificari. 11. Chriſtũ in paſſione dixiſſe & feciſſe quędam temerè & perturbatè: quę reuocari, corrigi & caſtigari oportuit. 12. Imò ex impatientia, in deſperationis voces prorupiſſe. 13. Caluinum & Bezam abſcondita Dei conſilia certò ſcire, quæ tamen Chriſtus ignorauit. 14. Hominem Euangelicum, Caluiniana ſemel fide imbutum, certum eſſe de ſalute ęterna, nec poſſe damnari, quocunque modo viuat. fidem enim qua ſola iuſtificatur, nunquam pôteſt amittere. Multos alios Caluiniani Euangelij articulos, vt *Chriſtum non deſcendiſſe ad inferos*, homines ſaluari per ſolam prædeſtinationem Dei abſque ſacramentis Eccleſiæ, abſque vocatione & fide Chriſti (de quo proximè diſputatum eſt) & huius generis varios vbique occurrentes non repeto: hoc numero contentus, vel quia iſti ſatis ſunt multi ad exhi-

bendum

bendum Caluinianæ lucis & ſolertiæ in ſcripturis intelligendis ſpecimen: vel quia totidem ſunt quot iuxta Doctorem Theologum qui *ab exorto Papatu in Eccleſia* Catholica extitit, Petro quidem Lombardo nequicquam inferior, ideoque Ioannne Caluino infinitè excellentior, in Symbolo Apoſtolico Chriſtianis credendi proponuntur: adeo vt Caluiniani Apoſtolicis oppoſiti melius poſſint expendi & diiudicari, & quia Apoſtolicis ſe primò aſpectu produnt directè contrarios, tanquam Apoſtatici, Diabolici, Deoque & hominibus execrabiles poſſint ſimul anathematizari.

ARGVMENTVM CAPITIS XVIII.

Proteſtantium de vocationibus contradictoria doctrina. Initio Lutherus & Caluinus ex ſcripturis faciebant poteſtatem omnibus quod putabant eſſe Euangelicum prædicandi abſque vocatione vlla. Poſtea vbi ſectæ variæ, varias ſibi Eccleſias formaſſent: ex ſcripturis probabant contrarium, negantes vlli non vocato fas eſſe prædicare: imò melius eſſe, vt Euangelij prædicatio omitteretur, quam vt fieret ab homine non habente vocationem ordinariam, in quo ſeipſos condemnat manifeſtè. Locis ſcripturæ allatis à Mahumete pro confirmanda vocatione ſua, Caluiniſtæ ex ſua Theologia non poſſunt reſpondere. Vnde triplicis Catholicæ veritatis deducitur neceſſitas. 1. Ecleſiam Chriſti eſſe in mundo æternam, & nunquam interijſſe. 2. Eandem Eccleſiam eſſe fidelem Scripturæ ſacræ cuſtodem. 3. Eandem Eccleſiam eſſe veracem ſcripturæ interpretem: quæ de Mahumetiſtis, Lutheriſtis, & Caluiniſtis certos ſcripturæ locos allegantibus, in quibus ſui magiſtri, Mahumetus, Ioannes Caluinus, & Martinus Lutherus venturi in mundum propheticè aſſeruntur prænunciari, ſententiam ferre debet, vtri verum eorum ſcripturæ locorum ſenſum afferunt. Prædictiones rerum futurarum Lutheranæ, quas eius ſectarij valdè iactant, non ſunt vllius momenti, & Mahumetanis ſimiles: vt nec miracula, in quibus Lutherus, & Caluinus Mahumeto nulla ex parte præcelluerunt. Denique nihil prorſus pro vocatione Martini Lutheri, Hulderici Zuinglij, & Ioannis Caluini excogitari

poteſt, quod non æquè plenè, & directè faciat pro Mahumete, & Sergio, nec illa ſolennis proteſtatio & deieratio de ſincera Euangelij ſui veritate, in qua Caluinus Mahumetem magiſtrũ videtur æmulari.

CAPVT XVIII.

IN illa vtiliſſima diſputatione de vocationibus ordinarijs, & extraordinarijs quæ ſola ſatis ſuperque valet ad omnium hæreticorum ora obſtruenda, ſi rectè intelligatur, ego nihil magis ſuſpicio, & admiror quam extraordinariam, & planè mirabilem noſtrorum hæreticorum & impudentiam, qua ſine rubore ſibi perpetuò contradicunt, & audaciam qua ſcripturas ad honeſtanda ſua deliria maximè ſecũ pugnantia continenter applicant. Quanquam, vt verum fatear, non eſt cur iſta adeò miremur, quæ ſunt hæreticis omnibus, & noſtris præſertim tam ordinaria & familiaria, quam eorum vocationes ſunt inordinatæ, & contra omnem rationem, contra ius omne tam diuinum quam humanum. Antequam Lutherus, Zuinglius, Caluinus, Menno ſectam ſibi aliquam copioſiorem peperiſſent, omnibus fas erat prædicare, concionari, interpretari ſcripturas, à Catholica fide quoſcunq; poterant auertere. Hæc poteſtas omnibus non modò doctis & viris, ſed ipſis etiam indoctis, pueris, & mulierculis, omnibus omnino Chriſtianis vnà cum baptiſmo, & fide Chriſtiana communicabatur: *& anathema* ſit (inquit Lutherus) quicunque huic poteſtati reſtiterit. Et Caluinus virulentum illud ſuum Tridentinæ Synodi Antidotum, Chriſtianis non ſanandis, ſed venenandis compoſitum ita concludit, vt omnes & ſingulos hæreſiarchas Euangelicos velit quoſcunque poterant ab Eccleſia Catholica auellere, & ad ſuas particulares congregationes abducere, & poſtea vnitatis inter illas omnes ſarciendæ curam Domino ſuo relinquere. *Singulis* (inquit) *nihil eſt melius quam ad vexillum properare, quod nobis Filius Dei proponit.* Quidnam hoc eſt? an vt ad Eccleſiam Catholicam confugiant, quam Chriſtus *ciuitatem in monte poſitam,* quam Iſaias *montem domus Domini extructæ in vertice montium,* quam regius Propheta *tabernaculum Dei in Sole poſitum,* hoc eſt, in ſumma & clariſſima manifeſtatione: ad hanc Eccleſiam, & quos illi Chriſtus *dedit Paſtores & Doctores, ad conſummationem ſanctorum,*

Caluin. Antidot. Synodi Trident. pag. 418. Matth. 5. Iſai. ca. 2. Pſalm. 18. Epheſ. 4.

ctorum, in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti, donec occurramus omnes in vnitatem fidei; nunquid ad hoc *vexillũ*, quod ſine quæſtione Filius Dei & Spiritus ſanctus nobis proponit, properare ſuos iubet Caluinus? Nihil minus. Nam ſub hoc vexillo iam tum militabant, & vt hoc vexillum deſerant, ducesq́; hos prodant, & ad noua vexilla nouoſque Centuriones pro cuiuſq; arbitratu & libidine perfugiant, hortatur. Sic enim pergit. *Hic non eſt, quod alij alios expectent. Vt quiſq; emicantem ſcripturæ lucem animaduertit, eo mox ſequatur.* Ita quidem fecerunt Martinus Lutherus, Flacius & Philippus Melanchthon cum ſuis rigidis mollibuſque Lutheranis in Germania, Menno cum ſuis Anabaptiſtis in Morauia, Quintinus & Coppinus cum ſuis Libertinis in Belgio & Gallia, Caluinus cum ſuis in Gallia & Sabaudia, Blandrata, Ochinus, & eorum ſoboles Ariana in Polonia, & apud vos Henricus Octauus eiuſque filius Edouardus in Anglia. Sed quid hinc ſequi poteſt aliud, quam Eccleſiæ vnius in partes innumerabiles diſtractio & diuulſio, quemadmodum ex hoc prudentiſſimo Ioannis Caluini conſilio eueniſſe cernimus. At de hoc nihil curæ eſt iſtis viris bonis, quorum officium eſt diſpergere & diſſipare, & (vt ait Apoſtolus) *abducere diſcipulos poſt ſe*, ſuiſq; nominibus *Actor. 20.* inſignire Caluiniſtas, Lutheranos, Zuinglianos. Quomodo autem iſti ad vnitatem reducantur. *Hoc* (inquit Caluinus) *Domino cõmendemus.* Nos ſequamur ſenſus noſtros, noſtram ſcripturæ intelligentiam, *emicantem nobis* priuatim & ſingulatim ſcripturæ lucem, & tum etiamſi vnam Chriſti ſponſam Eccleſiam in mille particulas dilaceremus, functi ſumus officio noſtro, Dominus colligat, componat, & redinteget quando velit. Eſto, ſit hæc vera lux & ſententia Euangelij noui Lutherani, Caluiniani, Zuingliani, vt ad diſſipandum, ad perdendum, ad hæreſes varias docendum omnes ſint ſacerdotes: in ipſo baptiſmo poteſtate ampliſſima ad hoc moliẽdum inſtructi: num in congregationibus Caluinianis & Lutheranis hoc ius perinde valebit, vt ſi quis *per emicãtem ſibi ſcripturæ lucem*, videat eas congregationes in aliquo errore verſari, poſſit vel ad veterem Catholicarum fidem perſuadere, vel ad maiorem Euangelij noui perfectionem inſtituere? Nihil minus. Nam vt primum iſti Euangelici cum ſuis mulierculis veterum Eccleſiæ paſtorum bona & loca inuaſerint, & religionis quãdam laruam ſibi confixerint, eamque ſuis regionatim vel oppidatim ſectarijs approbauerint, tum ſtatim omnis illa ſuperior poteſtas Euangelij prædicandi, quamuis innumeris ſcripturis

 confir-

Digitized by Google

confirmata,& huius noui Euangelii ſui tota praxi in omnibus Europę regionibus conſtabilita,ſubito tamen quicquam valere deſijt: & illi ſiue Lutherani,ſiue Caluiniſtæ, ſiue Quinuniſtæ quicquid docuerint ſiue Chriſtum, ſiue Mahumetem, verbo tamen cuiuſquam concionatoris attingenda non ſunt, abſque ipſorum expreſſa licentia & approbatione. Huius mutationis vbique pulcherrima ſuppetunt exempla in omnibus ditionibus Euangelicis,maxime in Anglia, vbi poſtquam ſemel poſita eſt quædam religionis ſpecies, neq; Lutherana,neque Caluiniana, ſed politica & propria eius regni à ſola principis & parlamenti voluntate pendens: nemini deinceps fas eſt eam vlla in parte reprehendere: ſed & Catholici qui veterẽ fidem ei prę́ferunt,eamq́; hominibus ſuadent,propterea proditores iudicantur: & Puritani qui ad ſinceriorem Caluinianæ reformationis puritatem,& emicantem illic ſcripturæ lucem Ioanne Caluino hortatore properant,propterea quoque capitali ſupplicio afficiuntur.Et hoc apprimè cum Lutherana & Geneuenſi quoque Theologia congruit,quæ ita ſuas domi priuatas Eccleſias,Saxonicas &Geneuenſes,in tradita à nouis Apoſtolis doctrina continet,vt reliquos vbique eius fidei Doctores, vna cum nouis illis Apoſtolis, & hæreticis à Diabolo inſtigatos aſſerat,& quauis pœna dignos eſſe pronuntiet. Martinus Lutherus quidem aliquot in locis, vbi ex profeſſo hanc quæſtionem tractat,tam egregiè ſuā omnem prędicationem, item Ioannis Caluini,Hulderici Zuinglij,& reliquorum nouorum Euangeliſtarum tanquam planè hæreticam refellit,vt ſi in Papiſtarum gratiam Papiſta ſcriberet,non potuiſſet luculentiùs veritatem Catholicam aſſerere. *Iſti*(inquit) *Clancularij cõcionatores* (Anabaptiſtę & Cingliani) *interrogentur primo de vocatione ſua, quis illis mandauerit vt hùc irreperent, atque ita in angulo prædicarent. Tū nec reſpondere poſſunt,nec indicare à quo mandatum habeant. Et dico reuera ſi in huiuſmodi hominibus qui clam in angulis repunt,nullum aliud crimen hæreret,ſi toti alioquin ſancti eſſent, poſſet tamen hoc vnum,quod non vocati clam irrepunt ſatis potenter de ijs teſtificari,quod à Diabolo ad docendum miſſi ſunt.* Rurſus, *Si iſti concionatores eſſent à Deo, eſſentq; tales quales eſſe debebant, primum omnium loci paſtorem adirent,atq; cum eo agerent: declararent vocationem ſuam, & fidem explicarent,& tum demum quærerẽt, an permittere vellet vt publicè concionarentur. Quod ſi paſtor non admitteret,eſſent ipſi corā Deo excuſati,& puluerē de pedibus ſuis excutere poſſent,* &c. Quin etiam eodem loco inſtruit auditores,vt ſic Concionatores

Luth.tom. 5.Ienenſ. German. fol.491.

Ibidem.

natores tales examinent. Vnde venis? Quis te miſit? *Quis mā-*
dauit tibi, vt me doceres? vbi literas habes, vbi ſigilla quod ab *Ibidem.*
hominibus miſſus ſis? vbi ſunt miracula, quæ te à Deo miſſum *fol. 491.*
teſtentur? Et paulo poſt *Itaq́; præmoniti eſtote Eccleſiaſtici Præ-*
ſides, præmoniti eſtote qui ciuilem Magiſtratum geritis, præmoni- *Ibidem.*
ti eſtote, omnes qui Chriſtiani, & ſubditi eſſe debetis, vt vobis ab *fol. 497.*
ijs caueatis, nec eos audiatis. Qui verè eos fert & audit, ille ſciat
ſe deterrimum Diabolum corporaliter audire, non ſecus atque is,
qui ex obſeſſo homine loquitur. Quinimò quod ad ipſius coram
Deo hominibuſq; cōdemnationem clariſſimum & inuictum
eſt, his in locis, & in hoc vbiq; volumine ius iſtud ad ipſas Ca- *Tom. 5.*
tholicorum Eccleſias extendit non minus quàm Lutherano-
rum; quia nimirum Caluiniſtas & Zuinglianos, contra quos
iſta maximè dicuntur (qui tum in Germaniam, in quædam i-
tem Saxoniæ loca, ipſamque Academiam VVittenbergenſem
clanculum ſe inſinuare cœperant) ita horrebat, vt Papiſtarum
religionem potius quàm illorum Euangeliſmum cuperet in-
ualeſcere. *Nam ſi Paſtor* (inquit ille) *prohibet, nec inter Papi-* *Ibid. fol.*
ſtas licet concionari. Nam ſi Papiſtæ non docent quæ vera ſunt, *246. 444.*
quid ad te? quum tibi ea de re non ſit reddenda ratio. Denique
in hoc adeo eſt vehemens & acer, vt tales *errones & nebulones* *Ibi. fo. 444*
(ſic enim loquitur) velit *nullo modo ferri, ſed magiſtro Hanſo-* *& 159.*
ni, id eſt, carnifici *committi, etiam rectè doceant.* Et huiuſmodi
quidem plurima habet Martinus Lutherus, poſtquam expul-
ſis per vim Catholicis Paſtoribus in VVittenbergenſi Eccle-
ſia, ipſe abſque vlla vocatione, vel ordinaria, vel extraordina-
ria incaluerat. Quod ſi inde Geneuā proficiſcamur, & à Theo-
doro Beza Conſiſtorij Geneuenſis ſententiam hac de re po-
ſtulemus, ille eodem planè modo reſpondebit, ſaltem quoad
ſuas Eccleſias Caluinianas. Clandeſtinis ſermonibus mini-
ſtrorum Caluiniani ordinis in ciuitate Lugdunenſi, quæ Ge-
neua non multum diſtabat, è Catholicis ſeductis congrega-
tio quædam Caluiniana facta eſt, & ad præſcriptum Gene-
uenſe ordinata. Venit eo aliquanto poſt Alamannus,
magnus Caluiniſta, & illi ſe congregationi adiunxerat. Sed
cum ferre non poſſet illa Caluini fantaſmata, & chymeras
de corpore Chriſti realiter & ſubſtantialiter in cœna man-
ducato, quod tamen à cœna tam longe aberat quam ſupre-
mum cælum à terra, illas Ideas Caluinicas refutabat, & *ann. 1566.*
purum Zuinglianiſmum ſuis Euangelicis fratribus cœpit in- *Claudius*
ſtillare. Primò. *In Sacramento ad edendum & bibendum,* *Xanteſius*
nullam dari ſubſtantiam corporis, & ſanguinis Chriſti. Secun- *in exami-*
dò. Nec

[…] doctrina […]aluinia-[…]a.

dò. *Nec per fidem vel incomprehenſibili modo*, vt aiunt Caluiniſtæ. Tertiò. *Hoc enim totum imaginarium eſt, & repugnat apertiſſimo verbo Dei.* Quartò. *Hanc ergo manducationem carnis Chriſti Spiritualem tantum eſſe contendimus.* Quintò. *Nam quanquam Chriſtus à ſuis fidelibus non ſit abſens, tamen conſtanter affirmamus illius ſubſtantiale corpus non eſſe præſens in cœna.* His ille propoſitionibus ſuam fidem explicabat, eamque in congregatione Lugdunenſi tuebatur Controuerſia delata ad Papam Geneuenſem, Theodorum Bezam, qui mortuo paucis ante annis Ioanne Caluino in eius locum ſucceſſerat, is cum aſſenſu Conſiſtorij, vide vt altius ducto argumento, ab ipſis radicibus totam hanc cōtentionem euellere conatus eſt. Sic nimirum ille. *Ordo hic eſt in Eccleſia conſtitutus à Filio Dei, & ab omnibus veris Prophetis, & Apoſtolis inuiolabiliter obſeruatus, vt nemo niſi vocatus doceat in Eccleſia. Vocatio verò ad docendam Eccleſiam duplex eſt: vna ordinaria, altera extra ordinem. Alteram igitur oſtende, aut te turbatorem eſſe, & ſancti legitimiq; ordinis violatorem confitere, qui iſtic* ἑτεροδιδασκαλεῖν *cum ipſis miniſtris* (facinus inauditum, & inexpiabile) *& voce, & ſcripto contendas. Ordinariam certè vocationem prætexere non potes:* (Non erat nimirum Lugdunenſis Eccleſiæ Miniſter) *quis enim te elegit? Ergo de extraordinaria videamus*, &c.

[…]eza epiſt. […]pag. 46.

Et ita pergit Alamanno ea obijcere, quæ miſer Apoſtata in colloquio Poſſiaceno à Catholicis didicerat, & quibus ſeipſum, ſchiſmaticæ in Eccleſia Chriſti turbationis factæ, conuictum meminerat. Quibus tamen adeo tritis iam, & peruulgatis quam erat promptum Alamanno reſpōdere iuxta nouam Euangelij doctrinam, ſe eadem vocatione frui, qua Martinus Lutherus, qua Huldericus Zuinglius, qua Ioannes Caluinus, qua reliqui Euangelicorum Principes inſtructi, ſuorum Euangeliorum veritatem in orbem Chriſtianum inuexerunt. Vbi manifeſti errores docentur, cuiuſuis eſſe concionari: iſtos autem miniſtros Lugdunenſes imaginarijs ſpectris populum ludificare, eaq; docere quæ repugnant apertiſſimo verbo Dei? Quam illi expeditum erat clamare cū Ioanne Caluino, Theodorum Bezam, & Miniſtros illos, qui ſtupebant in aperta veritate, & in clara luce cæcutiebant quam ipſe afferebat, non minora portenta fuiſſe, quam ſi hominem in beſtiam verſum cerneremus. Denique facillimum erat reſpondere Theodoro Bezæ ex ipſo Theodoro Beza, ſe videlicet nihil docere, niſi purè Zuinglianum, quod Euangelium cum tot liberæ ciuitates, tot populi, & Prouinciæ, per Zuinglianorum prædicationem

recept

receperunt, non putamus à nobis requiri poſſe *firmiorem miniſterij noſtri confirmationem.* His modis ſi reſpondiſſet Alamannus, an non in Theologia Proteſtantica optimis rationibus vocationem ſuam commonſtraſſet? At callidè veterator Beza diſtinguit hæç quidem aliquando eſſe vera, ſed hoc loco non item. Siquidem contra Catholicos, vel fortaſſe Lutheranos, ita diſputaretur, argumentum fore inuictum, & ſcripturis apprimè conſentaneum: at vbi de Caluiniſtis agitur, tum vis & acies argumenti penitus hebeſcit. Nam hoc fixum eſt, firmumque tanquam principium aliquod Geometricum, & rationi ipſiſque ſenſibus cummunibus apertiſſimum, Caluiniſtarum congregationes quaſcunque, & cuiuſcunq; generis eſſe veras Eccleſias Dei: & deinde, paſtores earum eſſe paſtores legitimos: & tertio, certam Euangelij veritatem illic reſidere. De his tribus nullam eſſe controuerſiam mouendam. *Noſtras* enim *Eccleſias* Caluinianas *omnes* (inquit Beza) quacunque fide prædita ſunt *veras eſſe Eccleſias per Dei gratiam affirmamus*: quæ affirmatio ab ore viri tam integrę famæ & inculpatæ vitæ procedens, abundantiſſimæ probationis loco cuique non modo Caluiniſtæ, ſed Lutherano quoque, & Catholico etiam debet ſatisfacere. Cum autem Caluinus & Beza metiantur Eccleſiam, eamque definiant *ſincera doctrina, & recta adminiſtratione ſacramentorum*, quæ niſi per legitimós miniſtros adminiſtrari non poſſunt, neque verò alias ſunt ſacramenta, maximè Caluiniſtis; idcirco nec de ſincera & Euangelica eorum doctrina, neque de legitimo miniſterio, poteſt eſſe quæſtio, penes quos vera Eccleſia ſtatuitur. His igitur ita ſolidè confirmatis, de quibus ſi cum paſtoribus *publicas diſputationes inſtitui oporteat, quid aliud erit Eccleſia quam altercationum officina*, ſic progreditur Theodorus Beza. Si Eccleſiæ illius & paſtorum doctrina tibi diſplicebat, tuque eos falſiſſima docere, te autem veriſſima proponere credebas, *debuiſti tamen potius quod credebas continere*, quàm impartire alijs, *quum non vocato in Eccleſia loqui, nedum ἑτεροδιδασκαλεῖν minimè liceat. Neque eſt quod zelum Dei, vel charitatem prætexas. Admonitis enim legitimis tuis paſtoribus, quibus commiſſa eſt gregis cura, vel re ad Synodum delata, iam eras abundè officio tuo defunctus. Alioqui quidnam tādem erit in Eccleſijs tam ſanctè, vel tam bene conſtitutum, quod mox zeli vel charitatis prætextu nō euertatur?* Hæc eſt Lutherana, hæc Caluiniana & Geneuenſis de vocatione Theologia, quam promptiſſimum eſt accommodare ad omnium iſtorum nouorum Euangeliſtarum condemnatio-

demnationem,& (ſi Lutherus audiatur, vel Beza etiam) ſuſpenſionem quoque, vt enim à Theodoro Beza incipiamus, ſi *ordo hic in Eccleſiæ conſtitutus ſit à Filio Dei, idemq; ab omnibus veris Apoſtolis & Prophetis inuiolabiliter obſeruatus fuerit*, vt nemo niſi vocatus in Eccleſia prædicaret, quo iure Caluinus hunc ordinem non obſeruauit? & quam euidens eſt eũ fuiſſe hoſtem *filij Dei*, fuiſſe hoſtem *Apoſtolorum & Prophetarum*, qui contra ordinem poſitum à Filio Dei, contra exemplum omnium verorum Apoſtolorum & Prophetarum, abſque vocatione (Beza iudice) pſeudopropheta & pſeudoapoſtolus perrupit in Eccleſiam? Hoc quidem non eſſe legitimi paſtoris, ſed *furis*, & *latronis* & *homicidæ* ſaluator ipſe pronunciat.
Ioan.10. Deinde ſi peccatum adeo graue ſit & horrendum, quàm Beza ſignificat, Alamannum hunc cum ipſis miniſtris congregationis Lugdunenſis, ordinatis fortaſſis à nemine, fortaſſe à Ioanne Caluino (qui ipſe ſeipſum Geneuenſem antiſtitem creauerat) *voce & ſcriptis contendere*, cur non peccatum item æquè graue & horrendum fuit Caluino, Zuinglio, Luthero cum Epiſcopis ſuis proprijs, & totius prætereà Galliæ, Germaniæ, Heluetiæ, orbiſque Chriſtiani tum horum, tum ſuperiorum quoque temporum, & voce, & ſcriptis contendere, nec id modò, ſed armis quoque & ſeditionibus, & per vim paſtores & Epiſcopos (vt Geneuenſem è Geneua) ex eccleſijs ſuis expellere. Si Alamannus errores quos credebat pugnare cum apertiſſimo verbo Dei, non debebat refellere: ſi veritatem ſibi, vt putabat, diuinitùs reuelatam debebat intus premere & continere, nec communicare cum alijs, ſi opiniones ſuas quas ſummè putabat Euangelicas, & ex ipſis Euangelij noui viſceribus eruerat, & cum Zuinglio & tam multis Zuinglianorum millibus defendere paratus erat, in Eccleſia tamen Lugdunenſi, vbi paſtor non erat, tenebatur aduerſariorum ſuorum Caluiniſtarum cenſuræ ſubmittere, & ſi illi eas improbarent, ſilentio æterno ſepelire: ſi non obſtante priuata animi ſui perſuaſione ἑτεροδιδασκαλεῖν non licebat, ſed ſuo officio abundè apud Deum feciſſet ſatis, ſi commonefactis paſtoribus in poſterum ab eis promulgandis deſtitiſſet: hæc eadem pro paſtore & Epiſcopo Geneuenſi contra Caluinum, pro Brandeburgenſi contra Lutherum, pro Conſtantienſi contra Zuinglium, cur non eodem prorſus modo valebunt? cur illi hac doctrina tanquam amuſſi & gnomone ſuo ſeipſos non metiebantur, atque ita paſtores Catholicos admoniti ſemel atque iterum, à ſpargendis nouis

opinionibus non abſtinuerunt? Equidem ſi prior Bezæ ſententia contra huiuſmodi in Eccleſia ἑτεροδιδασκαλοῦντας & peregrina ſomniantes dogmata, vera ſit quod Turcis ſint deteriores, quòd pœnam capitalem mereantur multò magis quam adulteri, quam fures, & latrones (quod ego Bezę aſſentior) videt Chriſtianus lector, quid Bezæ iudicio de Beza, de Caluino, de Zuinglio & talibus primis hæreſiarchis, qui omnes eodem quo iſte Alamannus modo, & improbiore etiam: longè (inquam) magis violento, ſeditioſo & nefario turbarunt eccleſias Chriſti, ſit exiſtimandum. Et illud ipſum ex Luthero non minus euidenter deduci poteſt per cuius ſingula capita & ſententias non percurram: quia Lutheri & Bezæ eadem eſt concluſio, eadem conſequentia, & petita ex iiſdem Catholicæ fidei principijs. Id enim vnum ex vtriſq; euidenter efficitur, Lutherum, Melanchthonem, & primos illos Lutheranici Euangelij architectos fuiſſe à Diabolo ad docendum miſſos: & qui eos audiebant, *deterrimos Diabolos corporaliter audiuiſſe:* omneſque tales Concionatores fuiſſe *errones & nebulones*, & meruiſſe vt *à magiſtro Hanſoni* ad furcas abriperentur, ſi hoc iudicium & ſupplicium illis debeatur, qui non vocati ſed ab ordinarijs paſtoribus prohibiti, in eccleſijs quibuſcunque prædicant. Neque vero *zelus domus Dei* quem prætendunt, & *charitas proximorum*, eorum temerariam impietatem in inuadenda prouincia aliena ad eos nihil pertinente, quicquam eos excuſat. Eſto, putabat Lutherus & Melanchthon Papiſtas (vt hic Alamannus Caluiniſtas) docere ea quæ eſſent contraria verbo Dei. Et quid tum poſtea? *quid hoc ad te? cum tibi ea de re non ſit apud Deum reddenda ratio. Tu admonito paſtore fuiſſes apud Deum excuſatus, officio tuo abunde fuiſſes defunctus,* neq; deinceps quicquam debuiſti commouere. Quia verò inuitis paſtoribus, tibique ſub anathematis cenſura ſilentium indicentibus, nihilominus loqui, & noua tua inuenta ſeminare voluiſti: quicunque fueris, ſiue Lutherus, ſiue Zuinglius, ſiue Quintinus, ſiue Caluinus, *etiam ſi totus alioqui ſanctus eſſes, hoc tamen vnum, quod non vocatus concionabaris, ſatis potenter de te teſtificatur, quòd à Diabolo ad docendum miſſus veniſti, & quiſquis te audiuit, ille deterrimum Diabolum corporaliter audiuit, non ſecus atq; is qui ex obſeſſo homine loquitur.* Iſta, Samuel, plana & perſpicua, itemq; fortia & efficacia ſunt: & Lutherum, Zuinglium, Caluinum, & ſimiles manifeſtę rebellionis, & *violati ordinis diuini à Chriſto in Eccleſia poſiti, & ab omnib. veris Prophetis & Apoſtolis inuiolabiliter*

obſeruati

obſeruati reos ſtatuunt: neque vlla eſt tergiuerſandi ratio aut elabendi via, niſi ad Bezæ & Caluini aſylum decurras: iſta argumenta nihil valere, quin contra Catholicorum paſtorum voluntatem, & interdicta, & anathemata quiſque *vt emicantem ſcripturæ lucem aſpexerit*, eo poſſit properare, & quotquot poteſt diſcipulos eadem luce illuſtrare. Hoc enim loco & tempore iacet *ordo conſtitutus in Eccleſia à filio Dei, & ab omnibus veris prophetis & Apoſtolis inuiolabiliter obſeruatus*, neq; Chriſtus, neque Prophetę, neque Apoſtoli talibus Euangelicis fratribus igne nouæ fidei nuper inuentæ flagrantibus quicquam poſſunt pręiudicare, aut eorum retardere impetum, aut cohibere ſpiritum. Sin verò de Euangelicis Eccleſijs & paſtoribus agatur, Lutheranis, Flacianis, Melanchthonicis, Anabaptiſticis, Arianis, Zuinglianis, *quas eſſe veras Eccleſias per Dei gratiã* ſinguli ſectarum magiſtri *affirmant* eodem ore & conſtantia, qua Beza idem pręsaid... prędicat de ſuis *Eccleſijs* Caluinianis *omnibus*, nulla cuiuſcunque ordinis, hæreſis & diuiſionis excepta, modo Caluinum magiſtrum ſuum agnoſcant: ſi de his Eccleſijs & paſtoribus agatur, iam verò ordo Chriſti & Apoſtolorum prophetarumque praxis inuiolabilis requirit, vt iſti pacatè honorificeq; ſinantur cum ſuis Euangelijs graſſari, nec vllus contra tales audeat ἑτεροδιδασκαλεῖν: cũ talibus miniſtris quempiam ab ipſis non vocatum vel ſcriptis vel voce nefas eſt contendere. Ita enim *quid aliud erit Eccleſia quam altercationum officina*: cum tamen abſque vocatione quacunq; contra Catholicos tum huius ætatis, tum omnium ſæculorum paſtores atq; Eccleſias, & voce conuitijſq; perpetuis decertare, & emiſſis voluminum chiliadibus æternum bellum gerere, valdè ſit glorioſum, pium atque Euangelicum. Iſta eſt, Samuel, admirabilis magiſtrorum tuorum doctrina & prudentia, vbi de vocatione diſputant, vt vel ſeipſos damnent; quo nihil eſt euidentiùs, vel omnes hæreſes & hæreſiarchas abſoluant approbentque, quo nihil inſaniùs & portentoſiùs. Atque iſta dicta ſint pro concluſione & epitome eorum, quæ fusè largeq; perſecutus eſt Michæas: quæ omnia ad hunc tendunt ſcopum, ſi Luthero, Caluino, Bezaque iudicibus, de Lutheri, Bezæ, Caluiniq; legitima vocatione decernatur, eos eſſe damnatos Eccleſię Dei hoſtes, eſſe rebelles, eſſe nouos Catilinas & Simones Magos ſuſpendio dignos, qui ſeditioſiſſimè contra ordinem à Chriſto poſitum, in Eccleſiam eius irruperunt: probant (inquam) & demonſtrant nihil eſſe in hac rerum vniuerſitate, nõ ignem & aquam, non lupum & ouem, non cęlum & infernum

eſſe

eſſe inuicem magis oppoſita & aduerſaria, quam ſunt Euangeliſtæ noui ipſis ſibi & inter ſe mutuo, vbi in hāc de vocatione arenā trahuntur: nec vlla eos ratione aut argumento poſſe hæreticos vllos pernicioſiſſimos refellere, quin eodem argumento iugulum ſibi incidant, ſeq; conuincant eſſe ex eodem hæreticorum perditiſſimorum grege. Quapropter ad hūc eorum ruinoſum parietem nonnihil ſuffulciendum, memini eos alia corraſiſſe præſidia, quæ Mahumetum in eaſdem ferè anguſtias redactum vndique indagaſſe, ex oratione Michææ aduertere potuiſti. Quando extraordinariæ vocationi comprobandæ teſtimonia ſolida miraculorum deſunt (quæ defuiſſe Mahumeto, ipſo etiā confitente certiſſimum eſt, etiamſi vmbras quaſdam & ſimulachra miraculorum mendaciter vel ipſe aliquando pro ſe, vel alij pro eo prætendebant) tum illud supereſt refugium, vt ex literis ſacris, ex prophetarum prædictionib⁹, ex lege & verbo Dei, talis hominis qui ſe Prophetam vel Apoſtolum venditat, vocatio demonſtretur: quemadmodū interprete Chriſto Ioannis Baptiſtæ officium in Malichia Propheta tot annis antę Ioannis natiuitatem pręſignificatum eſt. Quapropter hoc modo ex literis ſacris ſuam authoritatem & vocationem vt cōſtitueret Mahumetus, duo ex ijſdem literis ſacris loca in Alcorano citata notauit Michæas: alterū ex teſtamento veteri, alterum ex nouo, ad quæ, Samuel, non debueras conniuere, eaq; ſilentio tranſmittere, ſi ad ea diluenda aliquid ſolidi tibi ſuccurriſſet SAMVEL. Quaſi verò aliquid fuerit difficultatis ea refellere, quæ ſunt per ſe omnium iudicio tam manifeſtè falſa & detorta, quàm manifeſtum eſt ſolem aliquando lucere. Primum enim locum de Chriſto intelligendum eſſe, omnium & Iudæorum & Chriſtianorum eſt conſenſio: poſteriorem verò nunquam eſſe in rerum natura, nec vnquam extitiſſe non minus certum eſt & teſtatum: Ecquis enim vnquam in teſtamento nouo, in Euangelio Chriſti Mahumetum nominatum legit aut audiuit? Impudens ergo eſt dicere Mahumetis aduentum ſpeciatim & nominatim in teſtamento nouo fuiſſe à Chriſto prædictum, vbi nulla ſyllaba ad Mahumetum (magis quàm ad omnes hæreſiarchas & pſeudoprophetas) pertinens reperitur. LVDOVICVS. Aliquid eſt quod dicis, ſed tamen omnia non ſunt tam expedita quàm tu imaginaris. Si quis enim primū locum non pertinere directè ad Chriſtum argueret authoritate Caluini, qui ſic expreſsè ſcribit, quiq; & hunc locum & alia quoq; non minus euidentia per Apoſtolos de Chriſto expoſita, Chriſto tamen

Matt. 11. b.
Luc. 7. d.

conuenire negat, an non is tibi ſi Caluiniſta eſſes, multum faceſſeret negotij? Deinde etſi omnium & Chriſtianorum, & Rabbinorum quoq; totiuſq; Synagogæ Iudaicę conſenſus ſit, loco hoc deſignari verum Meſſiam, tamen nullus Iudęus, nullus Rabbinus exponit de Chriſto noſtro, quem olim crucifixerunt, & odio immortali proſequentes etiam hodierno die quantũ in ipſis eſt crucifigunt: ſed de Meſſia ſuo, hoc eſt Principe & Monarcha potentiſſimo quem adhuc expectant, qui eos amplis augebit honoribus, & cũ illis mundo toti regaliter eſt dominaturus. Sed tamen ad hanc Iudæorum & Chriſtianorum communem fidem ſi vnicam adiungamus Alcorani ſententiam, concluſum erit hunc locum nihil fauere Mahumeto, ſed in eum ſenſum impiè tum à Mahumeto, tum à Mahumetiſtis peruerti. Omnes vt vere ais, & Chriſtiani & Iudæi, tum antiquiores, tum recentiores cõſpirant in eo, quod locus ille Meſſiam diuinitus Iudæis promiſſum deſcribat. Sit iſta tãquam propoſitio maior, ſequatur iſta pro minori. Cæterùm & Chriſtianorum omnium fides, & Mahumetanorum item (vt ex Alcorano patet totaque praxi religionis Turcicæ) concordat in eo, quod ille Chriſtus natus ex Virgine Maria ante annos mille quingentos in Iudæa, verus eſt Meſſias. In eum ergo quadrat iſta prophetia Moyſis, & non in Mahumetẽ. Hoc quidem Michææ debuiſſet ſatiſfacere. Neque tamen deeſſet quod contra pro ſuo Mahumete in ſpeciem probabiliter obijceret. Si enim ex vera Theologia dixiſſet multa quidẽ in Chriſtum primo per ſe & directe competere, quæ tamen verè apteque, quamuis minus propriè, ad Apoſtolos & ſeruos eius trãſferuntur, quorum exemplis teſtamẽtum nouum plenum eſt:
Matt.5.15. ſi ex Caluini Theologia dixiſſet, Deum chariſmata quædam
Mat.16.18 & prærogatiuas ſingulares antiqui teſtamenti Prophetis con-
Act.13.47. tuliſſe primo quidem & propriè, quæ tamen ad eum & ſui ſi-
2.Cor.5.19 miles iuſtè vereque ſecunda quadam proportione & applica-
Ioan.8.46. tione diſtenduntur. *Vt enim Deus olim extraordinario afflatu*
1.Ioan.4.6 *ſuſcitauit Prophetas, qui res perditas reſtituerent, id ipſum nunc*
Cal. de vera Eccleſia reformãdæ ratione, pag. 463. *præſtitit: nec minus ad nos quam ad veterem populum, quod habetur apud Ezechielem, & Ieremiam, pertinet: Deum vt improborum paſtorum nequitiam vlciſcatur, illis depulſis probos daturum & fideles* (Caluinum, Bezam, Zuinglium & Lutherum) *qui ſecundum eius voluntatem paſcant:* ſi locum Deutero. hoc
Ezec.34.2. eodem iure ad Mahumetem transferret Michæas, quo locos
Ierem.3.15. ſimiles Ezechiëlis & Ieremiæ pertinẽtes ad Chriſtum & Apo-
cap.33.12. ſtolos, ſibi ſuiſque commilitonibus applicat Caluinus, nonne

vtrobi-

vtrobique par eſſet ratio? Ego certe nihil quicquam dubito, quin ille Deutero. locus tam aptè vereq; conueniat Mahumeto & Sergio, quā iſti Ezechielis & Ieremię, Caluino, Zuinglio & Luthero. Neq; quicquam iuuat ad hos præferendos fortiſſimum illud argumētum, quo Caluinus & Beza nituntur: hos videlicet *ſanctos fuiſſe Dei prophetas, teſtatur præclarum quod ediderunt & verè diuinum miniſterij ſui ſpecimen*, quia Lutherus bonam Germanię, Zuinglius & Caluinus magnam Heluetię, Sabaudiæ, & Galliæ partē ſuis Euangeliſmis infecerunt; quanto enim *præclariùs & diuinius miniſterij ſui ſpecimen edidit* Mahumetus, qui longè maiorem orbis portionem ad Alcoranum ſuum traxit? Vt ſi hoc argumentum valeat, *ſanctum* imò ſanctiſſimum Dei Prophetam fuiſſe, non poſſit eſſe dubium. Deinde finge Michæam ex altero Euangelij veſtri principio ſic diſtinxiſſe locū illum Deuteronomij de Propheta ſingulari ſuſcitando qui ab omnibus audiendus erat, non minus perfectè integreque intelligi de Mahumete quàm de Chriſto: Deum enim primo per Chriſtum impoſuiſſe finem ſynagogę Iudaicę, & ædificaſſe Eccleſiam ſuam: & tum Deum voluiſſe hoc Deuteronomij loco aſtringere omnes, vt Prophetam illum Chriſtum Dominum audirent, Sexcentis verò annis poſtea, Eccleſiam illam Chriſti penitus fuiſſe deſtructā & dirutam: & quia Deus ſine populo peculiari & Eccleſia eſſe non vult, miſiſſe Mahumetem qui ſecūdam Eccleſiam conſtrueret, & tum hac prophetia homines fuiſſe non minus obſtrictos, vt ſe præberent dociles Mahumeto, quàm vt prius ſequerentur ductum & præceptiones Meſſiæ Chriſti; hoc modo ſi Michæas diſputaret, an tu ex magiſtris tuis præter meras battologias, & inanes de clariſſima luce venditationes, aliquid ad hoc refellendum poſſes afferre? nō opinor. Quare ex huius loci ſenſu tam alieno, vt item ex altero Euangelij loco, vbi Mahumetus nominatim dicitur fuiſſe à Chriſto prædictus, duo vel tria Catholicæ fidei axiomata neceſſaria cognitu potes colligere, quę ſola ad has impoſturas euertendas ſunt valida: & ſine quibus interminata inter te & Michæam vel infidelem quemcunque abſq; vllo fructu erit contentio. Primum eſt, Eccleſiam Chriſti nunquam poſſe deficere, nunquam euerti. Alterum; illam Eccleſiam ſolam eſſe veram & incorruptam diuini verbi cuſtodem. Tertium eſſe quoque eam veram & incorruptam eiuſdem verbi interpretem. Iſta quanquam mutuo conſequantur, & tanquam tres eiuſdem catenæ annuli alterum attrahatur ab altero, & de ſingulis aliquid antea dictum eſt: ta-

Calu. ibid.
Beza ſupr.

men quia huius loci examinatio aliquam eorundem repetitionem deſiderat, pauliſper iſta ruminemus. Nicolaus Clenardus vir egregius, qui è patria ſuo Belgio longiſſimam & valde periculoſam ſuſcepit peregrinationem in Africam, & in ciuitate Feſſæ diu moratus eſt eum in finem, vt Mahumetanam fidem perfectè ediſceret (nuſquam autem vel in toto fortaſſe orbe docetur accuratiùs quàm in illa ciuitate, vbi ſunt quadringentæ moſcheæ, vel (vt alij numerant), plus quàm quingentæ, & in earum plæriſque ad erudiendam iuuentutem ſcholæ, inter quas vt vna excellit Moſquea pulcherrima continens ambitu ſuo ſeſquimilliare, ſic item vna excellit ſchola vel collegium, in quo extruendo & ornando rex Feſſæ ducatorum quingenta ferè millia conſumpſit) quo deinceps Mahumetiſtas ab infidelitate ſua ad fidem Chriſti conuertendis magis vtilem & fructuoſam operam impenderet, rectè fundamentum diſputationis inter nos & Mahumetiſtas notauit fuiſſe hoc de Eccleſiæ Catholicæ ſtatu ſempiterno, vel euerſione ante annos nongentos. *Illi enim aiunt, vt Euangelio prodito abrogata eſt lex ceremoniarum, ſic Mahumetem ſucceſſiſſe Chriſto,* quum eius lex & Eccleſia interijſſet. *Quare hic negotij cardo eſt, & hinc ordienda diſputatio, vt perſuadeamus nec ſacerdotium Chriſti, nec legem trãslatam, nec vnquam eſſe transferendam.* Hoc eſt in fide noſtra Catholica certiſſimum: in fide autem Caluiniana eſt vt cætera ferè dogmata, ambiguum & neutrum, eſt verum, eſt falſum: eſt aliquando ſummè Euangelicum, & eſt alias ſummè papiſticum. Si quidem contra Catholicos agatur, tum fundamentum eſt diſputationis, Eccleſiam ante annos mille funditus corruiſſe, & ab iſtis nouis Euangeliſtis nuper reædificatam: ſin contra ſuos fratres hæreticos litigent, tum fundamentum eſt, Eccleſiam ſemper ab Apoſtolico tempore per omnes ætates conſequentes viguiſſe & habuiſſe veram fidem, nec ab ea prædicanda vnquam deſtitiſſe, vt modo ex Beza audiuimus. Sed ſi Chriſtiani ſumus, relicta Caluiniſtis hac ſua mutabilitate, Eccleſiæ Chriſti conſtans in mundo æternitas eſt neceſſariò confitenda, eademque vt certiſſima veritas confirmanda: ſi Mahumetiſtas ab ea per Mahumetem ſeductos, ad eandem cupiamus reducere, vt rectè obſeruauit Clenardus. Eademque veritas & par neceſſitas cogit, vt hanc Eccleſiam fidam verbi diuini cuſtodem & conſeruatricem agnoſcamus. Obijcit Michæas locum Euangelij, vbi expreſsè Chriſtus ipſe prænunciat aduentum Mahumetis. Turcæ omnes credunt locum

cum

...lforeſt ...oſmogra. ...niuerſ. ...om. 2. li. ...ca. 6. col. ...28. 1829

...lenard. Epiſtolis ...arum peregrinatio... ...m. Lano.

...doui. Vi... de veri... ...o fidei

eum in Euangelio adhuc extare: ſin minus; malitia & improbitate Chriſtianorum fuiſſe eraſum. Tu ſi annis octingentis Eccleſiam Chriſti veram diſparuiſſe, eiuſq; loco eminuiſſe Eccleſiam Antichriſtianam, & libros ſacros toto hoc tempore occupaſſe dixeris, quemadmodum perſuadebis homini mediocriter intelligenti ex vulgarium teſtamentorum authoritate, hunc locum eſſe confictum à Mahumete, & non ab Euangeliſta ſcriptum? An produces Græca & Latina exemplaria, in quibus nulla Mahumetis ſit mentio? Et quid mirum (inquit Mahumetanus) quando tot ſæculis hi libri fuerunt in ſolis manibus hominum à Chriſto, à Deo, ab omni veritate alieniſſimorum hominum qui quamuis nomen Chriſti & religionis eius præ ſe ferrent, tamen vtriuſque hoſtes erant infeſti: cum autem Chriſtum perſequerentur, & fidem eius pro ſua virili extinguerent, quid eſt probabiliùs, quam eos Euangelium in quo veritas ab eo tradita continebatur pari modo contaminaſſe? Quid ex probabilibus & coniecturis diſputo, quando manifeſta extat & Bezæ & Caluini confeſſio, imò acris & contenta aſſeueratio, Papiſtas Euangelium & Græcum & Latinum, vt Caluino iudice in vulgaribus Eccleſiæ Romanæ biblijs *adeo nulla eſt integra pagina, vt vix tres ſint continui verſus non inſigni aliquo errore fœdati?* Et qui ſua nefaria improbitate ita polluerunt ea loca, quæ ad fidem Chriſti, quam ipſi profitebantur ſpectabant, ij parcerent vni vel alteri loco, qui fauebat Mahumeti ipſorum hoſti non minus ferè quam Lutherus & Caluinus capitali? Hoc communis ratio negat, communis ſenſus reſpuit, Zuinglianorum qui intra pauciſſimos ſuæ dominationis annos ipſa verba Chriſti in biblijs à ſe impreſſis fœdiſſimè deprauarunt, certa experientia hoc fieri non potuiſſe demonſtrat. Ergo ſi hunc locum à Mahumete confictum eſſe homini prudenti perſuadere cupimus, hoc vel omnino fieri non poteſt, vel probandum eſt ex Codicum latinorum & Græcorum conſenſu, qui ſeruabantur apud veram Eccleſiam, hoc eſt, Chriſtianos veros, fidos, pios Eccleſiæ paſtores, qui religione & conſcientia cohibebantur ab vlla ſententia in illis libris immutanda. Quia vt ſtultum & incredibile eſt Alcoranum integrum & illibatum cuſtodiri tot annos potuiſſe à Chriſtianis, qui eum potius deleuiſſent: vel olim legem Moyſis à paganis & infidelibus, qui eam conſcindere, incendere & prorſus abolere ſtudebant: ſed ad vtriuſque incorruptam ſinceritatem cuſtodia vtriuſque neceſſario ſolis Mahumetanis & Hebræis erat deputanda: non aliter veritas Euangelij

Chriſtiana libr. 4. pag. 489.

Calu. Antidot. Synodi Triden. Seſſ. 4 pag. 372.

1. Machab. 1. 59.

angelij legiſque Chriſtianæ ab Antichriſtianis illius hoſtibus
non poteſt, niſi ſtolidiſſimè deſumi; ideoque & huius quoque
libri ſinceritas eſt ab illis ſolis requirenda, qui libri illius & fi-
dei libro illo comprehenſæ caſti & religioſi erant obſeruato-
res. Et ex hoc ſecundo efficitur tertium: nullam aliam quam
illam Eccleſiam eſſe certum libri eius interpretem. Nam præ-
terquam quod illius nullus eſt in Eccleſia vſus, quin imò ma-
gis eſt pernicioſus quam vtilis, niſi vna cum libro ſana & recta
eius intelligentia coniungeretur: manifeſta quoque ratio &
experientia, & argumenti Michææ vis ad ſolam Eccleſiæ tan-
Deuter. 17 quam firmiſſimæ veritatis columnæ interpretationem ſecu-
Malach.2. rè amplectendam nos compellit. Ante finem legis Moſaicæ,
Matth.2. num pro ſenſu & ſententia legis, vllum erat certum tribunal
niſi apud eiuſdem legis ſacerdotes & Prophetas? Si iam de Al-
corano quæſtio hic inter Chriſtianos Græcoſque incideret,
an aliquis Chriſtianus ita eſt impudens, vt ſe perſpicacius Al-
corani ſenſum eruere & tradere poſſe iactaret, quam legis il-
lius Cados, Cadileſqueros, Mufty, hoc eſt ſacerdotes, Patriar-
chas, Pontificem ſummum? Rectè ergo & illud aduertit Cle-
nardus: *quoniam Turcæ fatentur Chriſtum eſſe verbum Dei na-*
Clenard. *tum è Virgine Maria ſine patre in terris: ſuſcipiuntque vetus &*
vbi ſupr. in *nouum teſtamentum iubente Alcorano: huic igitur muro admo-*
epiſt. pere- *uendus eſt aries, vt quando Euangelium recipiunt, quod ſexcen-*
grinat. La. *tis ante Mahumetum annis floruit, doceamus eodem nos vti Eu-*
angelio (quoad veritatem textus) *& ſic nos intelligere* (quoad
veritatem ſenſus) *quemadmodum proceres illi fidei Chriſtianæ*
(primis ſexcentis annis) *intellexerunt.* In quo etiamſi Mahu-
metiſtas eodem fere modo quo Caluiniſtas, & Lutheriſtas &
ſectarios omnes habemus Eccleſiæ Catholicæ repugnantes,
tamen niſi Eccleſiam ſempiternum & immortale rixandi ſe-
minarium facere velimus (quod vel in ſua Synagoga abomi-
natur Beza) neceſſario ad huius veritatis non minus quã præ-
cedẽtium profeſſionem compellimur. Mahumetes vel potius
Deuter.18. Sergius & Mahumetiſtæ locum illum Deutero. exponunt de
Mahumete: exponunt itẽ nonnullos alios locos Euangelij, vt
illud de *grano ſeminis iacto in terrã quod multiplicẽ fructum at-*
tulit &c. Lutherani pari audacia locos quoſdam, maximè A-
Azoar.58. pocalypſis, ad ſuum Lutherum accommodãt, & illic ante tot
Matth.13. ſæcula ſpiritu prophetico eum volunt eſſe prænunciatum.
Marc. 4. Nam *& in tribus angelis per medium cælum volantibus & præ-*
Luc.8. *dicantibus* Lutherus deſcribitur, inquit, Illyricus: *Non dubita-*
Illyric. in *mus* (inquiunt alij) *Lutherum præcipuè eſſe Angelum volãtem*

per me-

per medium cæli, & habentem Euangelium æternum, de quo Apocalyp.14. vaticinatus eſt Ioannes Apoſtolus & Euangeliſta. Et Elias atque Ioannes Baptiſta manifeſtiſſimæ erant figuræ tertij & vltimi Eliæ Lutheri. Nam *vt Elias in Ioanne Baptiſta reuerſus eſt ante priorem Chriſti aduentum: ſic quemadmodũ ante hunc vltimum aduentum idem Elias denuo ſit reuerſus in Luthero, clarè nouimus* (inquit Illyricus) *ex interpretatione Chriſti*, qui tamen nunquam de Luthero magis quam de Illyrico aut Iona Lutheri coquo, vno verbulo aut ſyllaba, vel claram vel obſcuram fecit mentionem. Sed contra hãc expoſitionem dimicat nonnihil Caluinus: & quanquam Germanos Theologos (eſt enim hæc communis plurimorum Germanorum fides) non impediat, hunc ſcripturæ ſenſum effingere, quod Lutherus ſit Elias à Chriſto præſignificatus, tamen dedignatur *vltimum* vocari Eliam, quia ſeipſum non minus quam Lutherum eo in loco ſcripturæ indicari, ſeq; heroico Eliæ ſpiritu magis quàm Lutherum imbutum arbitrabatur: ideoque vt prius illud Ezechielis & Hieremiæ de veris & fidelibus paſtoribus, qui ſecundum Dei voluntatem populum Chriſtianum paſcerent, poſt Chriſtum & Apoſtolos rapiebat ad ſeipſum; ita hoc quoque nomen & encomium Eliæ, defuncto Luthero ſibi non minus conuenire diſſerebat. Sic enim contra Germanos illud Luthero ſoli vendicantes inuehitur. *Vaticinium Malachiæ de venturo Elia volunt de Luthero intelligi, quia ſit Elias ille per quem reſtituenda fuerant omnia: & quod in Ioanne Baptiſta ſemel factum eſt, non obſcurè tam Propheta quàm Chriſti teſtimonio in Luthero fuiſſe iterandum.* Quid ad hæc Caluinus? *Vt* (inquit) *Eliæ nomen concedatur Luthero, ſacrilega tamen eſt temeritatis aſſerere vltimũ Eliam, ac ſi præciſa eſſet Deo manus, ne quem præſtantiorem vel parem poſthac emittat, &c.* Ergo nõ repugnat Lutherum à propheta Malachia & Saluatore noſtro prædici, modò tamen ſuperſit via Caluino eandem Chriſti & Malachiæ prophetiã, ad ſeipſum vel Theodorum Bezam pleniùs & principaliùs referendi, quos non per Malachiam ſolum, ſed etiam per Ezechielem & Hieremiam iam olim Deus prædixerat in mundum venturos, & Catholicorum Paſtorum atque Epiſcoporum ſedes arrepturos. Huiuſmodi itaque Scripturæ ſenſus quando omnes iſti comminiſcuntur, Mahumetiſtæ vt ſuum Mahumetem ex illis probent eſſe ſingularem Dei prophetam ſignificatum in Deuteronomio: Caluiniſtæ, vt Caluinum, Bezam & eius ſectæ paſtores doceant eſſe ſanctos *Dei prophetas, fidos & veros paſtores qui ſecun-*

Apoc.c.14. Conrad. in Theolog. Calu.lib.2 fol.124. Illyric. vbi ſup. in c.10. v.10. & c.11. verſ.4.

Calui. admo.3. ad VVeſtpha. pag.1147.

dum Dei voluntatem paſcunt, diuinitùs olim promiſſos in Malachia, Ezechiële & Hieremia: Lutherani verò, vt reiectis Caluiniſtis & Zuinglianis cum eorum Apoſtolis vel Euangeliſtis (quos habent non pro veris & *fidis paſtoribus*, ſed pro nefarijs *seductoribus*, & *impoſtoribus*, & *idololatris*) iſtas prædictiones propheticas, maximè illam Malachiæ & Chriſti ſuo Luthero ſoli attribuant, & in eo completam & finitam pronuntient: eodémque modo cæteri Sectarij ſinguli. Arriani ſuum Seruetum, Trinitarij ſuum Franciſcum Dauidem, Libertini ſuum Quintinum, & alij iſtiuſmodi exuuijs propheticis ſuos ſemper hæreſiarchas exornant: vel hoc ſcripturas pro ſua cuiuſq; libidine peruertendi ius ſingulis concedendum eſt, vt eſt quidem ſingulorum eadem & par omnino ratio: & ſic Mahumetes, Sergius, Lutherus, Caluinus, Quintinus, habebunt omnes vocationem diuinam & propheticam: vel vni alicui ſectę, Lutheranæ, Caluinianæ, Anabaptiſticæ aut Trinitariæ hoc ius contra reliquas omnes aſſignandum eſt, quod eſt iniquiſſimum, & nulla vel vera, vel veriſimili ratione fundatum, quando in pari & veritatis iactatione, & ſcripturarum venditatione, & oſtentatione clariſſimæ lucis, & martyrum ſanguine, & alijs tam communibus quàm proprijs noui Euangelij argumentis omnes conueniunt, nec vnius ſectæ ſupra alteram vlla ſit prærogatiua; & Turcica religio earũ nulli quicquam concedat: vel demum Chriſtianæ, antiquæ, Catholicę & Apoſtolicæ eccleſiæ, quam librorum Euangelicorum cuſtodem diuina prouidentia conſtituit propter ſpiritum ſanctum qui in ea perpetuò reſidet, & eam in omnem veritatem ducit, hic honor, hæc authoritas eſt ſoli reſeruanda, vt ipſa ſententiam ferat quiſnam ex ipſis tam glorioſis ſuarum laudum & prophetici ſpiritus buccinatoribus verum ſcripturæ ſenſum aſſequatur: vtrum Mahumetiſtæ pro ſuo propheta, an potius Lutherani, an verò Caluiniſtæ, aut Libertini, aut Anabaptiſtæ, aut Puritani veſtri Angli pro ſuis ſeparatim Apoſtolis & Euangeliſtis: vtrum denique non eadem ſit iſtorum omnium in Prophetico & Apoſtolico munere æqualitas, & ſcriptura omnes ex æquo deſignet. Huius autem vel vocationis, vel quæſtionis appendix eſt quod obiter Mithæas attexuit de prædictionibus Techellis & ſimiliũ doctorum Mahumeticorum, quaſi ſaltem illud firmum eſſet argumentum vocationis propheticæ, quod etiam ex certo ſcripturæ loco confirmauit, Mahumetiſtæ quidem eandem gratiam; idq; cum excellentia quadam periude ac alia miracula vendicant Mahumeti. Ex quo

vnum

vnum colligo, quanta ſedulitate homines illi infideles omnes Angulos excutiunt, omnes penetrant ſinus & latebras vt aliquid exquirant ad ſuum magiſtrum prophetica dignitate honorandum: in quo video à Lutheranis eodem prorſus modo laboratum. Nam has propheticas rerum futurarum prænotiones Lutherani etiam, imò Zuingliani quoque tribuunt Luthero. Sleidanus enim de Luthero valde ſolenniter. *Extant*, inquit, *in Lutheri libris paſſim vaticinia multa de rebus grauiſſimis, quorum nonnulla iam comprobauit euentus: reliqua ſunt in manu Dei, &c.* Cæterum mihi extra dubium eſt, prædictiones Lutheri & Mahumetis, & Techellis, ſimiliumq; omnium eiuſdem eſſe generis, hoc eſt, meras eſſe nugas & fallacias quoad eum finem, ad quem à ſuis diſcipulis referũtur. Vt enim vera miracula dæmones & dæmoniaci, hoc eſt, hæretici & pſeudoprophetæ ad ſuorum mendaciorum confirmationem nulla facere poſſunt, ita neque poſſunt quicquam in ſola hominũ voluntate poſitum prænũtiare. Vt autem mirabilia quædam, hoc eſt, hominibus inuſitata & humanam rationem atque intellectum ſuperantia intellectus illi diabolici poſſunt operari, ſic eadem naturæ ſuæ potentia, ſubtilitate, ſagacitate, & longiſſima à mũdo condito experientia, vt ita loquar, multa poſſunt futura vel probabiliter præſcire, vel etiã in ſuis cauſis certò cognoſcere, & longè ante rerum euentus per ſuos miniſtros declarare: non aliter quam in ſua facultate medici & Aſtronomi ſanitates, morbos, morteſque hominum longè antea ſæpius præſignificant, & eclypſes ſolis, lunæque coniunctiones, ſyderum, rerum ſterilitatem vel abundantiam, & multa alia ex cœleſtibus orbium ſtellarumque motibus conſequentia imperitè prænuntiant. Quod ſi quis particulatim inſpiceret quę Lutherani Luthero tribuunt prognoſtica, ea ſine dubio neminem aliquando mortalium, niſi pluſquam fatuum & ſtipitem in errorem Lutheranum inducerent; adeo ſunt ſtulta & futilia, & Siculis magis vaniora. An verò libet tibi, Samuel, vnam vel alteram è Lutheri prædictionibus audire, ex quibus item de eius in reliquis ſagacitate cõiecturam facias? Accipe vnam perſcriptam ab eius laudatore Sleidano, & perſcriptam eo ipſo in loco paginaque qua Lutheri ſpiritum fatidicum extollit, & perſcriptam eum in finem vt ſit Lutherani ſpiritus res futuras præſagientis exemplum & ſpecimen: Proximo ante mortem anno cum tantus Euangeliſta iam ſenex & ſepulchro vicinus nihil niſi cæleſtia, vel ſaltem ſeria & grauia omnium opinione meditaretur, *emiſit* (inquit Sleidanus) *picturam futuri* *prænun-*

Sleida. lib. 10. an. 45. fol. 261. b.

Sleida. lib. 16. f. 261. b

prænuntiam. En tibi ſpiritum propheticum, *Pontifex Romanus ſui inſidet ornatus, ampla & mammoſæ quam calcaribus fodit. Dextera digitis duob. pollici proximis de more protenſis bene precatur ijs qui forte occurrũt, ſiniſtra tenet olctum recens atque fumans, &c.* An ſatis habes, Samuel, ad propheticũ huius quinti Euangeliſtæ ſpiritum percipiendum? Sed tamen obtura nares & audi reliqua. Ad eius quod Pontifex manu ſiniſtra tenet *nidorem porca ſuſpicit, & rictu naribuſque prædam captat: ille verò per ludibrium & acerbè beſtiam increpans, vt me ſeſſorem (inquit) habeas, & calcaria mea perferas oportet, quantumuis inuita id facias. De concilio mihi iam diu moleſtiam exhibes, quo me traducas & liberè criminari poſſis: en illud quod tantopere petis Concilium, per porcam deſignat Germaniam.* En tibi vaticinium totum, & totam eius interpretationem. Et hoc nonne eſt egregium argumentum magni prophetæ? vel hominis etiam ciuiliter modeſti & prudentis, patriam ſuam porcæ aſſimilando vulgatis patriæ ſuę hoſtiũ Turcarum & aliorum opprobrijs authoritatẽ tribuere, qui Germanos fere porcos vocant, & contumelioſè porcis comparant. Atqui ſi vnquam ea natio tale conuitium promerita eſt, ea præcipua cẽſeri poteſt cauſa, quod ſordidiſſimum hunc blateronem, verũ Epicuri de grege porcum loco diuini alicuius prophetæ ſuſcipiendo, ſanctiſſimam Chriſtianorum maiorum ſuorum religionem, eius porcinis, hoc eſt fœdis, lutulentis & in ſingulos fere annos variatis placitis commutauit, & dimicãtium inter ſe poſterorum eius contraria ſomnia tanquam verbum Dei ſeruiliter adorat, & ſic ipſi etiam Euangelici, quanquam alterius ordinis, de Germania iudicant. E quibus Theodorus Beza poſt deſcriptos atro carbone Lutheranos, in hæc verba prorumpit: *Et hæc hominum monſtra diutius feret Germania? Nam hac quidem vna iſtis nunc delitijs fruitur: adeo etiam auidè, vt pro Papiſtico clero, qui tamen aliquam ſaltem antiquitatis & dignitatis ſpeciem habuit, iſtorum indigniſſimorum hominum iugum vltro ſubire non recuſet, quorum dogma tam ſanè eſt abſurdum, ineptum, ἀπύστατον, vt verè poſſim illud vocare Satanæ excrementum, &c.* Sic nimirum iſti ſuaues Euangeliſtæ in ſuis oletis & excremẽtis luxuriant. Sed redeamus ad Lutherum, & quoniam aliquis modeſtior Lutheranus contra Sleidanum concedet fortaſſis hoc vix eſſe vaticinium: ſed potius numerandũ eſſe inter quædam alia Lutheri ſordida: audiamus quę illi iactant præclariſſima, Ann. 61. edidit Spangenbergius magnus Lutheranorum doctor libellũ quem inſcripſit: *Verax narratio beneficiorum per d. uũ Martinum Lutherum Germaniæ diuinitus præſtitorũ, &c.*

...de Suriũ ... Cõmen... r.

...eza Epiſt... ol. Theol. ... p. 297.

In fine colligit *prophetias* quaſdam (ſic enim appellat) ex operibus Lutheri, inter quas ea eſt quædã primaria, quod Lutherus diuino ſpiritu plenus iam olim ſcripſerit *poſt reuelatum à ſe Euangelium & reiectum Põtificatum homines euaſuros adeo feros, vt deinceps nolint Deum agnoſcere, nec vllam illius rationem habere, ſed quiſque iuxta ſuam voluntatem facere quicquid Diabolus & caro ſuaſerit, quod tẽpus* (inquit iſte Lutheranus) *iam vidimus impletum. Poſtquam enim per Lutherum Pontificia religio exterminata eſt: incipiunt iam homines nihil amplius credere: & poſtquam à vinculis Papatus ſe liberos eſſe vident, volunt etiam eſſe liberi & ſoluti ab Euangelio & præceptis Dei: & volũt vt deinceps rectum & iuſtum ſit quicquid vnicuiq; viſum fuerit.* Hęc quidem veritas eſt explorata & certa: ſed talis omnino propheta eſt, ac ſi quis exorientẽ ſolem conſpicatus, prędicat poſt aliquod horas futuram meridiem; aut eundem occidentem videns, prædicat futuram noctem. Siquidem excuſſa iam vera religione, vero Dei timore & cõſcientiæ ſinceræ cura: & inducta per Euangelium hoc nouum perſuaſione, quod ſola fides abſque operibus ad æternam ſalutem abundè ſufficeret, eaq́; ſola homines hic ſceleratiſſimos in altera vita Petro Pauloque faceret pares: adiuncto præterea quod idem Lutherus docebat, omnes antiquiſſimorum Conciliorũ ſanctiones eſſe contemnendas, & vnumquemq; priuato ſpiritu contra totam Eccleſiam poſſe & debere interpretari ſcripturas, & fidẽ inde ſuam formare: quę erãt prima & præcipua Lutherani Euangelij capita: vt deinceps homines nihil verè *crederẽt*, & quicquid *caro diaboluſq; ſuaderet*, facerent, tam erat certum & neceſſe, quã certum eſt latronem in carcere & vinculis conſtitutum, inde abiturum, ſi vincula ſint ſoluta, & carceris fores effractæ: eaq́; prædicere tam erat propheticũ, quam propheticum eſt, ſi quis prædicat eum liberè comeſturum, qui famelicus ad cõuiuium lautum & ſplendidum ab amico inuitatur. Quanquam in illis Luthericis nec tantillũ eſt indolis propheticæ. Hæc enim quia ſunt futura, & ex ſola hominum voluntate pendent, poſſunt mutari, quare & difficilius eſt ea certo pręnunciare. At illa Lutherana iam diu antea tranſacta & completa fuerant, eaq́; Lutherus ſuis oculis viderat, ſenſerat, & tanquam omnibus notiſſima ſcripſerat: ſuos nimirum ſectarios *nec obolo prædicationes omnes æſtimare, eos nullam habere rationem futuræ vitæ: manere ſues, credere ſicut ſues, & ſicut ſues mori*, & in familiari ſermone dictitare ſolebat, *ſuos diſcipulos maximam partem Epicuræos eſſe*: per multis, inquam, annis ante Lutheri mortem, Lutheranorum natio in omnem ſe turpitudinem ſic effuderat, vt

Luther. in collo. menſ. Ger. f. 224. Eraſ. ad frat. infer. Ger. pa. 10. & 20.

(Eraſino teſte) *Lu:herus coactus fuerat viſitatores mittere,qui eos in omnem licentiam ruentes cohiberent*, qui eos à *paganiſmo reuocarent* quo ferebantur adeo pręcipites, vt *Lutherus ipſe diceret malle ſe priſtinum Papæ & monachorum regnum, quàm hoc hominũ genus ſub Euangelij prætextu in Sogdianorum vitã ſe proripientium. Et idem*, inquit Eraſmus, *in ſuis ad me literis deplorauit Melanchthon: idem in colloquio faſſus eſt Oecolampadius:* adeo Lutheranorum impietas erat famoſa, & cõtemptus Dei peruulgatus apud omnes, & omnium ſermone iactatus. Quare iſta in Luthero, vt item in Oecolampadio & Melanchthone erant narrationes rerũ præteritarum, non erant prophetæ rerum futurarum: atque iſtiuſmodi prophetijs omnes hiſtoriæ redundant. Et tu ipſe, Samuel, perinde prophetæ munus impleueris, ſi dicas Lutherum aliquando monachum, poſt Apoſtatam, infando ſacrilegio monialem Boram ſibi vxoris loco iunctam conſtupraſſe, ex eaque genuiſſe tres ſpurios, & tandẽ in ſua hæreſi, Apoſtaſia & ſacrilego inceſtu mortuũ recta deſcendiſſe ad inferos. Neque ſanè dubito, quin Prophetiæ Mahumeticæ eãdem, aut ſaltem paulò maiorem habeant grauitatem & prudentiam. Ita vt hactenus nihil occurrat in Luthero, in Zuinglio, in Caluino ſupra Mahumetũ & Sergium ſingulare: niſi quod iſti ad præſtringendos hominum ſimpliciorum oculos aliqua miracula fallaciter ſimularunt, quorum illi nec imaginem aut ſimulachrum aliquod prę ſe tulerunt, niſi forte illud Ioannis Caluini inter miracula reponendum ſit, quod hominem Caluinianum vxore conſcia corruptum pecunia vt ſe mortuum ſimularet qui tum optima vtebatur valetudine, quum ingreſſus domum hiſtrionis ad comprobationem Euangelij à ſe inuenti, verbo ſuo reſuſcitare vellet Caluinus, reuera mortuum inuenit, & paucis ante horis ſanum atq; valentem, tum repente diuinitus interfectum, eiulante vxore & totam impoſturam proclamante, ſepulchro iuſſit infodi. Aut etiam illud feſtiuius Lutheri, qui eiectionem Dæmonis, vi ſui Euangelij molitus, ex improbitate dæmonis in eas anguſtias & ventris tormina coniectus eſt exorciſta latrinarius (teſtibus qui aderant, & poſtea hiſtoriam memoriæ mandabant) quæ etiamſi lepidum, tamen vnà ſordidum eſt repetere. Quamobrem ſi rectè aduertiſti, & in Epitomen, quandã contrahere velis, quę à Michæa collecta, vel à Proteſtantib. omnibus inuenta, pro Lutheri, Zuinglij, Caluini legitima ad Euangelij ... os ſuos in mundo prędicandos vocatione & authoritate dicta ſunt: ſiue ea ſunt miracula, ſiue ſcripturæ vẽturos pro-

La vie de Calu. c.13.

Staphyl. in abſol. apol. fol. 404.

phetas deſignantes, ſiue rerum futurarũ prædictiones ad Propheticam vocationem aſtruendam, ſiue aliud quodcũque, nihil eſt prorſus hanc gratiam aſſerens Luthero & Zuinglio, vel Caluino, quod non vel æquè rotundè & perſpicuè, vel etiam plenius atque vberius eandem gratiam largiatur Mahumeto & Sergio. Miracula nulla externa prætendit Lutherus: at ſimulauit quædam Mahumetes, eaq́; à viris imperitis ad diſcernendum admodum difficilia. Spiritualia quędam illuminandi cæcos & cætera iactauit Lutherus. At illo genere viſionis longè plures cęcos illuminauit Sergius. Multę nationes per Zuinglij & Caluini prædicationem, receperunt Euangelium Caluinianum & Zuinglianum; at longè plures per Sergij, Homaris & aliorum Mahumetis miniſtrorum prædicationem, amplexi ſunt Euangelium Mahumeticum. Scripturæ quædam prędixerunt paſtores hos Euangelicos, Lutherum, Zuinglium & Caluinum: tam probabiliter quam eædem ſcripturæ prædixerunt & nominarunt quoque Mahumetem. At Lutherus plurima futura prænunciauit, quod eſt magnum vocationis propheticæ ſignum. Ita, quemadmodum eodem modo ſpirituque multa prænunciauit Mahumetes & Techeliis: Illud fortaſſe Caluino & eius Euangelio ſingulare eſt, quod is intrepida conſcientia ſubinde ad tribunal Dei prouocat, & quaſi ſolenni ſacratiſſimoq; iuramento Euangelium ſuum eſſe veriſſimum, ipſiq; Deo probatum conteſtatur. A Lutheranis ſiquidem accuſatus, quod *clariſſimam veritatem contra conſcientiam oppugnaret; quia* (inquit Caluinus) *hæc durior eſt calumnia, eius vt iniquitas toti mundo nota ſit: Te Chriſte Fili Dei appello, vt nunc, et in extremo die palam facias, tantuſne vnquam furor animo meo obrepſerit, vt doctrinam tuam vllo mendacio vel corruptela inficerem. Quod ſi me ab hoc crimine purum & remotiſſimum eſſe vides, imò mihi fidus es teſtis me ſincerè & ex animo profiteri quam ex ſacroſancto Euangelio tuo didici fidem, tũ Diabolicam iſtorum hominum* (Lutheranorum) *maledicentiam cõpeſcas, &c.* Hæ proteſtationes & deierationes Caluino & Bezæ valde familiares aliquid fortaſſe diuinum ſpirant, & ſinceram eſſe Euangelij Caluiniani veritatem comprobant. Cæterum præterquam quod Lutherani, varijs aliorum hæreticorũ exemplis, experimentis, hominumq́; in nouo Euangelio doctiſſimorum, ipſius etiam Lutheri teſtimonijs & argumentis docent hoc eſſe friuolũ & inane: imò poſt talia multa narrata concludunt; *Ex his & ſimilibus teſtimonijs apparet prouocationem iſtam temerariam ad iudicium Dei eſſe certiſſimum & infallibile*

Calu. vlt. admon. ad VVeſtpha. pag. 1146.

Conrad. in Theologia Calu. libr. 2. fol. 72.

fallibile τεκμήριον & iudicium hæreticorum, qui hac ratione incautos & creaulos homines ineſcare conſueuerunt : præter hæc; Mahumetes eadem prorſus deuotione & deteſtatione ſuum quoque Alcoranum à Deo prodijſſe confirmat, & neſcio an ab eo, vt alia multa, ita hanc quoque Dei omnipotentis pro veritate ſuæ doctrinę conteſtandi ſolennem grauitatem Caluinus & Beza didicerint. Mahumetes enim facilè præuidens, vt erat homo cautus & ſagax, illas pręſtigias de columba manſueta & aſſuefacta, ad humerum eius aduolante & ex aure colligente grana (quaſi Spiritus ſanctus in columbæ ſpecie eũ edoceret) & alia pauca eius generis hominib. ſanæ mentis & perſpicacioris ingenij non potuiſſe diu latere, nec quicquam minus referre quam miracula; idcirco poſtquam ſemel atq; iterum in Alcorano diſertè ſtatuiſſet, à ſe nulla fieri miracula, ſibi tamen fi-
Azoar.17. dem habendam eſſe, quia certam Dei veritatem cælitus Angelorum miniſterio delatam mundo annuntiaret: per totam Alcorani ſui farraginem cum Caluino pro ſuprema anchora Deum iudicem appellat, & varijs iuramentis ipſiſſimã Dei ve-
Azoar.61. ritatem è ſe proponi aſſeuerat: *per ventos* (inquit) *ſufflantes, & nubes, & naues equore currentes & Angelos nuntios: per montem*
Azoa. 62. *Sinay, & domum ſupernè ædificatam: per ſtellam veſpertinã: per*
68. 91. 50. *ſtellas retrogradas & combuſtas, per noctẽ & auroram iuro, quod*
61. 63. 78. *non ſum Dæmoniacus, non magus, ſed Dei optimi nuncius, qui nihil erro, nihil ex proprio velle loquor, niſi tãtum quod eſt mihi diuinitus mandatum*; quod eſt certè æquè verum atq; illud prius de Caluino, quod *doctrinam Chriſtianam nullo vnquam mendacio vel corruptela infecit*: & iſta omnia appellata à Mahumete, naues, & nubes, & ſtellę, & nox, & dies, & cælum & infernus quoque tam firmum præbent teſtimonium veritati Alcorani Mahumetici, quàm Chriſtus Ieſus teſtificatur de veritate Euangelij Caluiniani.

ARGVMENTVM
CAPITIS XIX.

Nuſquam gentium homines terroribus & ſupplicijs ad fidem aliquam coguntur, vt Angli in Anglia nuper ad fidem variam à principibus pro ſuo cuiuſque tempore conditam, populoq; impoſitam, quam crudelitatem ipſi Proteſtantes damnant, & in Henrico 8. execrati ſunt, in quo quæ hodie viuit Regina videre poteſt quid de ipſa poſteritas, ipſi etiam Caluiniani dictam

ſcriptu-

ſcripturiq́ue ſint: in quam adhuc viuentem tanquam impiam & Eccleſiæ Euangelicæ perſecutricem multis nuper libellis ſunt inuecti. In Turcia autem nemo Chriſtianus ſic à fide ſua veteri ad nouam aliquam compellitur.

CAPVT XIX.

AT verò alterum illud, illa immanitas in hominibus vi, carceribus, legib. acerbiſſimis, mulctis, tormentis, ipſa denique morte crudeliſſima ad ſectam veſtram compellēdis, ita in vobis Anglis eminet & excellit, vt nihil quicquā ſimile in omnibus Mahumetanorum regionibus, nec ſi totum orbem perluſtraueris, ſis inuenturus. Nihil quidem eiuſmodi fit in Turcarum Imperio, nihil in Perſarum dominatu, nihil in Africa, nihil vſpiam terrarum vbi nomen Mahumetis colitur & Alcoranus eius dominatur. Eſt enim contra omnem rationem, contra naturam, eſt pluſquam Scythicum & Tartaricum (Nam in Scythia & Tartaria nihil tale auditur) hominem inuitum cogere ad fidem, quam nunquā nec per ſe, nec per maiores ſuos amplexus eſt, cōtra quam baptizatus eſt, quā voluntaria perſuaſione & profeſſione nunquam ſuſcepit, imò quam tota mente & flagrante zelo deſpicit & deteſtatur. At in Anglia quid eſt magis frequens? quid magis ordinarium? Et Catholici quia ſequūtur fidem Catholicam, & Puritani quia ſequuntur fidem Geneuenſem, & alij qui aliorum Euangeliſtarum fidem doctrinamq́ue retinent, omnes denique qui fidem non exactè formant ad libram atque amuſſim Reginæ ſupremi capitis & Canonum parlamētarium, fortunis, libertate, vita mulctantur. Cuius rei innumerabilia in vulgaribus hiſtorijs & libris vbique prouolantibus ſupperunt exempla. Noui quidem veſtros emiſſarios & exploratores ſecus multorum auribus inſuſurrare: tales homines ita plecti propter ſeditionem, propter turbatam Rempub. propter crimen læſę maieſtatis; & aliquando libelli mendaciſſimi à quibuſdam Paraſitis omnis frontis expertibus in hunc finem diſſeminantur: ſed hominum milliones ſunt oculati teſtes, veſtra ipſa iudicia & tribunalia, ipſæ leges ſcriptæ & impreſſæ clamant hæc dici perimpudenter. Quinimo talibus propter crimina (vt dicitis) maieſtatis læſæ damnatis & ad patibula pertractis in more ferè quotidiano poſitum eſt, vitam & libertatem offerre, modo Eccleſias veſtras adire velins

Iuſtitia Britannica impreſſa Londini anno 1584.

re velint vel Reginam ſupremum Eccleſiæ caput agnoſcere. Et quam ſtupidum eſt de hoc quaſi dubio litigare, quod ſuperiorum temporum praxis, & Proteſtantium ipſorum idque Anglorum hiſtoricæ narrationes demõſtrant eſſe euidentiſſimũ: tum fidẽ nimirum veſtram formari & reformari pro arbitratu principis: tum vi, terrore legum quaſi fuſtibus ac verberibus, non aliter quam mancipia noſtra ad agendos remos, vos ad fidem eam profitendam pertrahi: vtrumque enim ſimul coniungam, vel quia res clara eſt, vel vt citius abſoluam. Henricus itaq; octauus nouæ religionis in regno veſtro an non fuit author & conditor? & tum Catholicos, tum proteſtantes ab eius voluntate, & quam repentè inuexerat fide, citra vel vltrà aberrantes, ex ęquo morti adiudicauit? Legantur vulgares hiſtorię continentes res eius domi geſtas octo vel decem annis antequam moreretur, tum cum ſe ipſe ſupremum Eccleſiæ Anglicanæ caput creauerat: & plurima ſuppeditabunt Regis ipſius facta, Parlamenta, leges, edicta, ſupplicia, incendia, ſuſpendia, ſacerdotum, monachorum, virorum, mulierum ob hanc tantum cauſam, quia ad fidem regiam nec Catholicam, nec proteſtanticam, ſed ſemicatholicam & ſemihęreticam, conſcientiam ſuam inflectere & accommodare non poſſent. Inſtar aliorum veniant in medium annales Latini Martyrologi veſtri Foxi. Ille autem de ſuis agens Lutheranis & Zuinglianis (nam vtroſq; promiſcuè vna cum Catholicis obtruncabat illud ſupremum Eccleſiæ veſtræ caput) ob hanc ipſam cauſam conqueritur regis illius leges de religione *fuiſſe tales, vt præ illis leges Draconis non ſanguine ſed atramento ſcripta videri poſſent.* Dicit ſub illo rege *Sanctorum in Anglia Martyrum multiplicẽ & penè infinitum fuiſſe aceruum.* Scribit *legem illam ſex articulorum*, cuius mẽtionem fecit Michæas, *per annos octo magnam in Anglia dediſſe ſtragem martyrum innocentiſſimorum.* Scribit (quod & præſens ætas & omnis poſteritas obſtupeſcet) homines fideles & innocentes nullius criminis non modò non conuictos, ſed ne accuſatos quidem, mero regis imperio & voluntate, quia Rex eos habebat pro hæreticis, fuiſſe incendio ſublatos è vita. Sic nimirum ille. *In comburendis Roberto Barnzio, Thoma Gerardo, Gulielmo Hieronymo Theologis, anno Domini 1540. ſi vnquam alias, ſummum barbaricæ crudelitatis exemplũ eo die in Anglia apparuit: quum tam celebri doctrina pariq; innocentia viri adeo nullo iure, nullo explicato crimine, nullo denique iudicio aut actione conſtituta, non ſolùm non condemnati, ſed ne accuſati quidem, nec vlla quæſtione facta, præter omne meritum*

Hal. Graf-ton. Stowe. Holinshe-ad.

Foxus in commentarijs rerũ in Eccleſia geſtarum. pag. 179.

Pag. 165.

Pag 712.

Ibi pa. 166.

ad capi-

ad capitis vrgētur ſupplicia. Tantum in citatoria quadam ſcheda continebatur, quod deteſtandi eſſent hæretici. Deniq; *producti ad ſupplicij locum, ſciſcitantur Tribunis & ſuppratoribus, quæ tandem cauſa & ſcelere dederētur incendio? at illi prorſus ſe ignorare teſtabantur.* Ecquid, Samuel, ſi omnia Imperij huius, quā latè patet ab oriente in occidentē iudicia & condemnationes animo & cogitatione luſtraueris, tale aliquod iudicium reperies, vt homines propter ſcelus atrociſſimum (neq; enim hæreſi quicquam eſt atrocius) in ignem præcipitentur, tanti criminis corā iudicibus ne accuſati quidem? Quis Princeps Tartariæ, quis monarcha Turciæ aut Perſiæ vnquam tam tyrannicè, tam barbarè, tam belluinè, ſuorum ſubditorum ſanguinem effudit? has autē hæreſes omnes, & quæ de eis fiebant leges, & inferebantur mortes ex ſola regis voluntate & arbitrio fluxiſſe, idem hiſtoricus veſter perſpicuè deſcribit. Reiecto primatu Romanę ſedis, factaque omnib. poteſtate contra Eccleſiam illam liberrimè declamandi, varię ſtatim hæreſes ingruerunt, quemadmodum in ciuitatem aliquam, cuius diruti ſunt muri & complanatæ foſſæ, facilè eſt quemcunque inimicum vel vi irrūpere, vel occultè & paulatim irrepere. Poſt annos aliquod ea concionatorum varietate offenſus Rex, voluit omnes ad vnam certam fidem non Catholicorum veterum Chriſtianorum, nec Euangelicam aliorum proteſtantium, ſed Anglicanam & propriè ſuam alligari. *Iuſſit ergo certos Epiſcopos à ſe nominatos collatis inter ſe ſententijs edere librum Inſtitutionis Eccleſiaſticæ:* hanc vnam in genere eis præfigēs libri formandi regulam; viderent, *vt eſſet ab omni ſuperſtitione Papiſtica quā puriſſimus.* Cōueniunt Epiſcopi: ſtudent, laborant, ſcribunt, conferunt & tandem abſoluunt, librumq; abſolutum ad ſupremū ſuum caput deferunt approbādum. Non ago de libri puritate ſed de authoritate Principis veſtri ad condendā fidem. Quamuis autem totus hic liber propriè fuerit *Regius*, vtpotè à certis hominibus non Epiſcopali ſed Regia authoritate, & ad regulā voluntatemq; Regis compoſitus, nec aliter à populo ſuſcept⁹ quā imperio & iuſſu regis, vnde & deinceps *liber Regius* eſt appellatus, tamen faſtigium operi impoſitū egregio demonſtrat totam Anglicanam fidem eſſe prorſus ex Regis nutu ſuſpenſam. Rex perlecto libro, vel fortaſsè ne perlecto quidē, ſed monitu alicuius domeſtici colluſoris, Crumuelli puta aut Briani, aut ſimilis, articulos hos probat, illos reprobat, *ad alios* vero *articulos eius libri de miſſa, de reali præſentia, &c addebatur præterea* (inquit Foxus) *& de ſtatuis colendis. Quamquam poſterior*

Foxus ibi. pag. 711.

Vuu *hic arti-*

hic articulus nō Epiſcoporum fuit, ſed Regis manu aſcriptus poſtea Sic ille. Si rectè meminiſti vel Turcicam Micheæ de imaginibus doctrinam, vel proteſtantium Angliæ, Scotiæ, Geneuæ, & Caluiniſtarum omnium vulgares conciones & ſcriptiones, nihil illi Catholicis exprobrant odioſius, quam imaginum venerationem, quam vocant craſſam & paganam idololatriam, quemadmodum & iſte Foxus appellat *ſtatuarum cultū*. Rex ergo veſter qui præter, imò contra ſuorum Epiſcoporum voluntatem *ſua manu hunc articulum aſcribit*, & populo credendum imponit, & eos ad *ſtatuarum cultum*, hoc eſt ad Gẽtilem idololatriam compellit, & recuſantes indicta cauſa, nec vocatos in iudiciū, tanquam *deteſtandos hæreticos* (vt modo de tribus *doctis Theologis* audiuimus) *ſummo barbaricæ crudelitatis exemplo iubet cōcremari*, vel alias è vita tolli: an non ille eſt abſolutè vt Eccleſiæ veſtræ vniuerſæ caput & Dominus, ſic quoque priuatæ ſingulorum & communis omnium fidei Dominus, caput, author & conditor? Et an non multis Parlamentis definitum eſt, Reginam plenè eodem quo pater iure, & & amplitudine caput eſſe, *ſupremamq́ Eccleſiæ gubernatricem in omnibus rebus non minus Eccleſiaſticis & ſpiritualibus quam ciuilibus*: ideoque fidem ſuis ſubditis poſſe fingere & variare non minus quam potuit pater? An non omnia fora, omnia iudicia & tribunalia veſtra teſtantur Reginam hanc & Catholicos, & Caluiniſtas, & ſacerdotes, & miniſtros vinculis, exilijs, ſuſpendio non minus perſequi, quam eoſdem perſecutus eſt pater? Nonne extremo Parlamento ſuperioris anni hoc totum perſpicuè demonſtratur? id quod pari ferè ſeueritate Catholicos & Puritanos mulctat, idcirco quia Eccleſias veſtras adeundo religionem Anglicanam huius temporis à Regina veſtra hactenus approbatam, illi quoque approbare recuſant? Sunt nimirum iſta (Samuel) toti Europæ notiſſima, fucatis coloribus obduci non poſſunt, veritate non poſſunt refelli, non poſſunt negari. Et quoniam hæc tam immoderata authoritas in Principe viro quocunque, multò magis in fœmina, nimis eſt barbara, & ſupra modum iniuſta, pluſquam Phalarica & Neroniana: pugnat cum natura humana, cum natura fidei, cum lege naturali omnium nationum, cum lege diuina vel Moſaica, vel Euangelica: è Principibus facit Deos & Deas, è ſubditis verò mancipia & pecora, quorum corpora ſimul ac animę, ad Principum nutum Diabolo gregatim traduntur ad damnationem ſempiternam: ideo & iſta filia Regina veſtra in patre ſuo Henrico illuſtrem videre poteſt imaginem ſui ipſius: quid nimirū

Parlamen. anno 1. Elizab. ca. 1. Vide Reſponſ. ad iuſtitiam Britan. cap. 1. pag. 9. 10. anno 1593.

ipſius

ipſius miniſtri, Superintendentes, & Proteſtantes, & cum illis vniuerſa poſteritas de eius immanitate loquetur, & in tabulas æreas æternum duraturas incidet: etiamſi nunc pauci Amaſij & Gnatones eam vt veram deam, caput fidei, Euangelij matrem, immenſis laudibus tollunt ſupra ſydera. Ita nimirũ Henrico octauo quamdiu in vita ageret, adulatores eius nec ij loci inferioris, ſed magnates applaudebãt. *Henrico 8. vni plurimorum heroum dotes ac decora* venditabant, *Ptolemæi Philadelphi ſtudium erga bonas literas, Alexandri magni fœlicitatem, Philippi ciuilitatem, Cæſaris inuictam animi vim, Auguſti ſanitatẽ, Traiani manſuetudinem, Alexandri Seueri integritatem, Marci Antonini Pij doctrinam, Theodoſij pietatem: & ſi quid aliud in ſingulis priſcorum inſigne fuiſſe legitur.* Poſtquam verò idem expiraſſet, ipſe filius eius aulici; qui iam nunc ſupra modum fuerant aſſentati, eum vt tyrannum publicis edictis traducebant, eiuſq; leges vt ſanguinarias & tyrannicas reſcindebant: miniſtri vero qui poſtea ſcripſerunt, nunquam deſierunt eum infinitis & horrendis contumelijs proſcindere, vocantes *tyrãnum, libidinoſum, monſtrũ, hominem adulterum & inceſtuoſum, quem ſui (*Angli*) adorabant tanquam Deum, nihil credentes niſi quod ille probabat: cuius optimis temporib. nihil in Eccleſijs perſonabat, præter librum regis, Acta regis, homilias regis.* Iterum. *Iſte aper furebat & diſpumabat contra Deum & contra Diabolum, contra Chriſtum & contra Antichriſtum. Mactatio multorum Chriſti militũ, multorum item Papiſtarum, imprimis combuſtio Baruzij, Hieron. & Garetij fidelium Euangelij præconũ: & eodem die ſuſpenſio Pœlli, Abelis & Fetherſtonij Papiſtarũ, clarè depingit belluinam eius immanitatem, & quòd nullam religionẽ quicquam curauerit. Et tamẽ hic portentoſus aper neceſſariò debuit appellari ſupremum caput Eccleſiæ, idq; ſub pœna perduellionis, quo nomine exturbauit ex eccleſia Chriſtum.* Quòd ſi exterorum de Henrico illo iudicia inquiramus, ſi ipſos Euangelij patres generales Lutherum & Caluinum audire velimus, illi eum vt omnium mortalium & tyrannorum nequiſſimum exhorrent. Vt eijceret ex Anglia Pontificem Romanum *rex ille, præ ſe tulit ad tempus, zelum aliquem,* inquit Caluinus. *Poſtea crudeliter ſæuijt aduerſus omnes pios, & duplicauit tyrannidem Romani Pontificis.* Et mox, *quantum ad ipſum ſpectat, certè fuit deterior omnibus mancipijs Antichriſti. Nam qui ſub illa ſeruitute manent, ſaltem retinent aliquam ſpeciem pietatis. Ille autem homo belluinus oſtendit ſe prorſus vacuum omni timore Dei.* Lutherus autem toto libro cõtra eum ſic debaccha-

Richardi Moriſini in Apomaxi contra Coclæũ. R.11.

Gilby in Admonitio. ad Angliam, impreſſa Geneuæ, anno 1558. per Criſpinũ. fol. 69. 70.

Caluin. in Oſeæ cap. 1. fol. 7.

Luther. tomo 2. libr. contra regem Angliæ.

tur, cui Rex ille ſupremũ Eccleſiæ veſtræ caput nihil eſt aliud quam *Angliæ Pharao, Baſiliſcus, damnabilis putredo et vermis, progenies iſta viperæ, latro, cui nulla ineſt gutta regij ſanguinis, ſed ſeruilis planè, impudens & meretricia impudentia: cuius maieſtatem Anglicam luto & ſtercore* Lutherus *volebat conſpergere, & coronam blaſphemam pedibus conculcare, &c.* Vt ego aliquando demiret Eccleſiam veſtram Luthero tam honorificum elogium tribuere, quòd nimirum *præſtantiſſimus vir fuerit, & à Deo miſſus ad illuſtrandum (Euangelij luce) terrarum orbem*, cũ interim de rege illo, primo Euangelij apud vos ſatore & principe, primoq; Eccleſiæ veſtræ reformatę capite tam ſpurcè & contumelioſè ſcripſerit: niſi quod ſuſpicor Eccleſiam veſtram hoc Lutheri iudiciũ non improbare. Hoc modo in varijs Proteſtantium tum Anglorum, tum aliorum quoq; libris depingitur Henricus 8. Neque cuiquam dubium eſſe poteſt, quin eadẽ ſit futura ſors filiæ, quamuis iam adeo mirabiliter à ſuis Paraſitis decantatę, quę eiſdem cum patre veſtigijs ambulans, eandem ſibi in fide noua cudenda authoritatẽ arrogans, eandem cum patre contra Caluiniſtas non minus quam Catholicos lanienam exercens, eandem futuris ſcriptoribus hiſtoricis, ſiue Theologicis vel narrandi, vel declamandi materiam ſubminiſtrat. Quanquam imperitè facio, qui ad futura tempora ſcriptoreſq; hæc reijcio, quando iamdudum prodierunt libri Puritanorum, hoc eſt Caluiniſtarum puriorum, in quib. eam cum ſuis conſiliarijs, ſed eam potiſſimum manifeſti Atheiſmi & Antichriſtianiſmi redarguunt; & nuper ſuſpenſi in Anglia eius ordinis aliqui, liberè & ſcriptis & concionib. eam inſectati ſunt tãquam impiam & ſacrilegam, & nefariam Dei contemptricem, quæ non aliter *quam pater perſequitur Chriſtum & Eccleſiam eius:* qui affirmant *ipſam omneſque Eccleſiæ eius Anglicanæ ſubditos, dum in eo ſtatu permanent in quo iam ſunt, nec eſſe baptizatos, nec in numero Chriſtianorum cenſendos: eius Eccleſiaſticum regimen tam eſſe illegitimũ & Antechriſtianum, & Eccleſiam Anglicanam adeò eſſe prophanam ac ſimilem Babel, gubernatam poteſtate Satanæ non poteſtate Chriſti, vt nemo in quo ſit aliqua ſcintilla gratiæ Dei, aut qui conſeruare velit bonam conſcientiam, poſſit in Repub. Anglicana viuere, cuius incolæ oẽs ſunt infideles, & infideles ſunt qui eorũ Eccleſias adeunt: & quicunq; per ſonũ cãpanæ illuc cõuocantur, cõuocantur nomine Antichriſti, & ſunt addicti ſeruituti Ægyptiacæ & Babilonicæ, &c.* Vnus verò & is miniſter perinſignis in libello ſupplici ad Reginã ipſam miſſo, ait, *eam eſſe ex numero principum qui cum*

Apolo. Eccleſ. Anglica. d. 3.

Admonit. 1. & 2. ad Parlamen. Vide acta in comitijs Parlamentar. Londini anno 1593. fol. 10. 11. 12. 13.

Ibi. fo. 15.

fecerint

fecerint profeſſionem Euangelij, tamen opponunt ſe Euangelio. Id quod (Princeps) quouſque non noueris, non noſti teipſam: & meri ſunt, ſycophantæ & adulatores qui tibi aliter inſuſurrant, &c. Et mox. *Praxis quidem gubernationis veſtræ hoc demonſtrat, quod ſi abſque Euangelio, regia hac poteſtas vobis potuiſſet obtigiſſe, admodum quidem fuiſſe dubitandum, vtrum vnquam per vos Euangelium in Anglia pedem fixiſſet. Poſtquam enim in regali ſolio ſecura conſediſti, idque per Euangelium, non paſſa es Euangelium ſeſe extendere vltra limites illos quos tum ſceptrum ei circundedit.* Denique concludit. *Valde eſt probabile, quod ſi ſoror veſtra Maria* (princeps Catholica) *& illius perſecutio ad hunc vſque diem perduraſſet, Eccleſia Dei in Anglia multo magis floruiſſet, quàm hodierno die floret.* Hæc & huius generis multa Caluiniſtæ, qui ſi adeo maturè illa adhuc inter ipſos dominante ſic efferueſcunt, quouſque non prorumpent, & quas illius vitæ tragœdias non ſunt publicaturi cum è viuis exceſſerit? Sed vt iſta mittam, & Deo poſteriſque committam, ex his abundè patet illud de Principe fidei conditore, & de hominibus vi ad fidem Principis pertrahendis: quod eſt illuſtre tyrannidis Anglicanæ ſpecimen, cuius vel tenuè veſtigium vix aliquando in Turcico dominatu reperitur. De quo quid opus eſt diſputare, quando & oculis & manibus videas pertracteſque contrariam Imperij huius conſuetudinem. Nos enim qui Peræ habitamus, eandem retinemus fidem Catholicam Eccleſiæ Romanæ, quam habuimus ſub Imperatoribus Conſtantinopolitanis, antequam Mahumetes ſecundus vrbem hanc occuparet: & Patriarcha Græcus, qui hic non longè reſidet, nihil mutauit de fide eius temporis: & qui vel in agris, vel ciuitatibus alijs verſantur tum ciues tum ruſtici, nullis ſupplicijs capitalibus ad abnegandam fidem aguntur. Quare nulla excuſatione defendi poteſt, quin veſtra domi feritas Turcarum ſeueritate, quoad iſtam violentiam homines ad fidem compellendi, tanto ſit dirior & agreſtior, quanto Crœſi & Craſſi theſaurus alicuius mediocris coloni opes, & immenſum Imperatoris noſtri imperium anguſtam aliquam in Anglia prouinciolam amplitudine ſua exuperat.

(:)

ARGVMENTVM CAPITIS XX.

Alcoranus, vt item Caluiniſmus, talia tradit dogmata cum pr mis natura & diuini cultus principijs pugnantia, vt neut quacunque accedente portentorum admirabilitate, religion nomẽ poſſit obtinere Non Alcoranus, quia & Deum ponit co poreum, & aternam beatitudinem definit fœda corporis volu ptate: de qua etiam in hac vita homines naturaliter erube cunt. De Caluiniſmo ſuperius dictum eſt. Nouum hoc Euan gelium à primo ſuo ortu Turciſmo impenſè fauit, & Turci ſtatus accretionem cum Chriſtiani ſtatus diminutione procu rauit, quod ex Lutheri & Lutheranorum tum pradicatione tum praxi demonſtratur.

CAPVT XX.

MOLESTVS fortaſsè tibi ſum hoc ſermone Samuel: & ipſum prӕterea temp⁹ admonet vt orationi modum ſtatuam. Et tamẽ ſupe ſunt duo, quӕ vel amore veritatis, vel cau tua cuperem paulıſper explicare, antequa ſermonem hunc concluderemus. SAMVE Mihi verò, Ludouice, futurum non eſt graue, nec ſi ad med noctem diſputationem hanc protraxeris, ex qua percipio vt litatem non mediocrem. Video enim tenebras ignoration meӕ, in quibus hactenus iacui; video quemadmodum ince tis opinionibus huc & illuc iactatus, pro vera fide tanquam ro ſolidoque corpore, vmbram & imaginem eius vaniſſim hominum, & fœminarum quoque verbis atque dictatis in d es mutabilibus nitentem, amplexus ſim. Quare perſeque quod moliris: neque de moleſtia mihi exhibenda quicqua ſuſpicare. LVDOVICVS. Eorum duorum alterum commu ne eſt Alcorano & Caluiniſmo: alterum proprium eſt Eua geliſmo nouo, ſed maximè Caluiniſmo, non dicam ampli tuo, quia ſpero te & Caluiniſmo & Lutheraniſmo quoque, alijs pariter ſectis omnibus renunciaturum. Primum eſt, ea eſſe conditionem tum Alcoraniſmi, tum Caluiniſmi, vt eti vtriuſque authores & architecti miracula ad eius approbati

nc

nem efficerent: etiamſi (vt inquit Apoſtolus) Angelus è cœlo illis teſtimonium ferret, tamen eam eſſe generalẽ vtriuſq; naturam, eum genium & indolem, vt nunquam poſſent religionis, hoc eſt, cultus Dei nomẽ obtinere. Alterum eſt realis quędam & actuoſa huius Euangelij ad Alcoranum affectio, eiuſque complexio & propugnatio, quam inſinuauit aliquando iterum atque iterum Michæas, non eſt autem clarè conſerteque perſecutus: vſque eo tamen indicauit & ſæpius attigit, vt nihil noui aggreſſurus ſim: tantum quæ ille ſparſim hic illic ſeminauit, ea ego in vnum contraham, & exemplis quibuſdam atque experimentis illuſtrabo. Michęas in initio vbi futuri veſtri colloquij fundamenta quædam iecit ſumpta ex antiquiſſima naturæ Theologia, in quibus religiones omnes etſi non veræ, quæ tamen ſpeciem habent religionis conueniunt, poſuit inter alia & oppoſuit Euangelio nouo, Deum eſſe vnum, eſſe ſimplicis naturæ, eſſe ſummè bonum & iuſtum, non eſſe authorem mali, nec efficere peccatum: demum poſt hanc vitam rependere mercedem bonis, ſupplicia malis. Et hæc quidem quia ſunt vniuerſalia religionis principia & axiomata, fuiſſe credita ante legem Moyſis à Patriarchis, ex lumine naturæ & reuelationis diuinæ tum illis impartitæ: fuiſſe poſtea credita in lege Moyſis, fuiſſe firmius, planius, accuratius & explicatius tradita in lege Chriſti, accepta deinceps in nouis religionibus probabilioribus vel ſpecie veritatis inſigniori commendatis, ſiue Mahumetis, ſiue Halis, ſiue Homaris, ſiue Scyriffi, ſiue Almohadi, ſiue Tartarorum, notum eſt, & ex ijs quæ ſuperius varijs in locis dicta ſunt, confirmari poteſt. Quia verò cum iſtis pugnabant quædam Euangelij noui dogmata, ideo eam ne nomen quidem religionis & cultus diuini ſibi potuiſſe arrogare rectè concluſit Michæas. Excerpamus ſimilia quædam & non minus euidentia einſdem antiquiſſimæ Theologiæ principia, & ad ea deinceps Mahumetis Alcoranum conferamus. At non æquè certum eſt, Deum illum omnipotentem, primum omnium motorem & creatorem eſſe ſpiritum, eſſe intellectum purum, expertem omnis corporeæ, terrenæ, vel elementaris concretionis, ideoque nec egentem vllis huius mundi commodis? An non ęquè certum eſt hominem conſtare anima & corpore, & ex his duobus corpus eſſe vilius, animam præſtantiorem, illud eſſe terrenum & caducũ, hanc diuinam & immortalem: quoad illud participare hominem cum brutis & beſtijs, quoad iſtam communicare cum Angelis & ſpiritibus cæleſtibus? hæc hactenus ſunt gentium,

Gelat. 1.

Lib. 1. ca. 7.

ſunt Philoſophorum, ſunt Platonicorum, ſunt Iudæor
ſunt Chriſtianorum, ſunt Mahumetiſtarum, & multis P
norum authoritatibus poſſent demonſtrari. Pergamus ig
idq́ue iuxta hanc ipſam non modò Chriſtianam, ſed eti
loſophicam, Platonicam, Ariſtotelicamq́; hoc eſt, veræ ra
nis Theologiam. Si quod poſuit & defixit Michæas fund
tum firmum, Deus poſt hanc vitam vt ſupplicijs caſtigat
los, ſic ęterna fœlicitate remunerat pios, an non ſequitur h
fœlicitatem in animi bonis conſiſtere, non in corporeis, &
uinæ illi beatitudini hominiſq́; cum Deo in cœleſti patri
iunctioni magis conuenire, vt corpus per animam eleuet
voluptates ſpiritus, mentis, intellectus, in quo Deo eiuſq́
gelis aſſimilatur, quã vt anima per corpus detrahatur ad
nales huius vitæ libidines, in quibus eadem eſt hominis &
ni ratio? De hoc nulla poteſt eſſe controuerſia, habent e
voluptates corporis adiunctam fœditatẽ, quas in hac vita
magis perſequitur homo, eo magis ab altitudine rationis
cellentiæ humanæ deijcitur, magiſq́; in quadam turpitu
nobis beſtijſque communi volutatur, de qua ipſi qui comn
Cicero officiorum l. 1. tunt verecundantur: eamque ob cauſam (vt rectè adm
Cicero) *ſi quis eſt paulò ad voluptates propenſior, modo ne ſi
pecudum genere (ſunt enim quidam homines non re, ſed nomi
ſed ſi quis eſt paulo erectior, quãuis voluptate capiatur, occ
tamẽ & diſſimulat appetitum voluptatis propter verecundi
Cicero in Cat. maio. *Ex quo intelligitur voluptatem eam nõ ſatis eſſe dignam hon
præſtantia* Egregia cõcluſio & Cicerone digna. Prudẽtiſſi
autem Romanorum ſuæ ætatis Cato maior, vel ea de cau
mabat & præferebat adoleſcentiæ ſenectutem, quod *ea*
bis voluptates auferret ſenectus quæ erant in adoleſcentia
ſiſſima, multiſq́; & rationibus & grauiſſimorum philoſo
rum authoritatibus vrgebat *nullam eſſe hominis peſtem ca
liorem quam corporis voluptatem*: idq́; hoc argumento pro
bat, quia quum *Deus homini nihil dediſſet mente præſtan
huic diuino muneri ac dono nihil eſſet tam inimicum quam v
ptas* quod quo magis intelligi, & quaſi ſenſibus atque exp
entia percipi poſſet, *fingere iubebat animo, aliquem incitatu
affectum lauta corporis voluptate quanta poſſet maxima*: n
ni cenſebat fore dubium, *quin tam diu dum ita gauderet*, n
agitare mente, nihil ratione, nihil cogitatione conſequi poſſe
quo concludebat, *nihil eſſe tam deteſtabile, tamque peſti
quam voluptatem, ſiquidem ea cum maior eſſet atq; longinqu
omne animi lumen extingueret.* Scitũ eſt illud Sophoclis, qu

Digitized by Google

tatis iam affectæ, rogatus à quodam, vtereturne rebus Venereis: *Dÿ meliora* (inquit) *libenter ſiquidem iſtinc ſicut à Domino agreſti & furioſo profugi*, facilè eſſet talibus Oratorũ, Philoſophorum, Græcorum, Latinorum, Paganorum, omnium ordinum ſententijs multas chartas opplere ita nihil eſt rationi, humanæ naturæ excellentiam ſobriè conſideranti magis exploratum & obuium. Quod ſi in hac miſera & mortali vita eiuſmodi voluptates conſectari turpe & pudendum habetur, idque natura magiſtra & duce, an non eas ad cæleſtem beatitudinem transferre, multò erit turpiùs, & à recta ratione, omniumq; bonorum & ſapientũ iudicio abhorrentius? Ita prorſus: Neque vero antiquitus vlla Philoſophorum ſecta tam erat pecuinia, pręter Epicurum, & ex eius grege perpaucos; qui cum reliquorum omniũ deteſtatione aiebat *ſe nullum nec intelligere quidem bonum quod eſſet ſeiũctum à delicatis & obſcœnis voluptatibus, quas quidem non erubeſcens perſequebatur nominatim. Eius verò collega Metrodorus impudentiſſimè ſemel ac ſæpius accuſabat Timocratem fratrem ſuum, quod dubitaret omnia quæ ad beatam vitam pertinerent, Venere metiri & ventre.* Quos propterea reliqui ſine exceptione philoſophi omnes, quibuſdam etiam ex Epicuri grege non omnino improbantibus vt homines impios, ſordidos, aſotos, luxurioſos, à dignitate naturæ degeneres, mentiſq; humanæ oblitos grauiter refellebant. Iſta iam conferamus ad Mahumetis Theologiam, & quemadmodum Michæas ex ſuperioribus refutauit Euangelium Lutheri, Zuinglij & Caluini, qua pugnabat cum primis notionibus in mente noſtra à Deo naturaq; inſculptis: ſic ex iſtis non minus facilè eſt refellere Alcoranum Mahumetis & Sergij. Fateor quidem quoad Dei in hac vita cultum & honorem pleraq; dicta fuiſſe ab his duobus, & diuino honori & humanæ charitati pietatiq; conuenientius, quam ab illis Euangeliſtis: id quod prolixo ſuo colloquio ſatis euidenter demonſtrauit Michæas. Cæterùm ſi partem alteram, eamq; pręcipuam & diuiniſſimam veræ Theologiæ, quæ ad æternam in cælo vitam pertinet, aſpiciamus; in ea tam fœdè labitur Mahumetes, vt eius Alcoranus nullis miraculis approbari poſſit magis quàm noſtrorum Apoſtatarũ Euãgelia, nec ſi vt de ſuo Alcorano gloriatur Caluinus, *omnia quæ à mundo condito extiterunt miracula*, ei fulciendo accommodentur. Vt itaq; breuior ſim, in hac vna clauſula inſiſtam, nec alia quę omnem religionis ſpeciẽ Mahumetiſmo detrahunt pertractabo. Quare & mittam ea quæ turpiſſimè Deo affingit, quæ iactat de poteſtate

Cicero de natura Deorũ li. 1.

Cicero de finibus lib. 2. & Tuſculan. quæſtionũ. li. 3.

teſtate libidinis exercendi extraordinaria ſibi diuinitus conceſſa: item quemadmodum pluribus vxoribus circumſeſſus, cum deinceps in Iudæam pulcherrimam, bello captam & ſibi dono datam procaces oculos conijceret, nec tamen abſq; contumelijs vxorum in eius vagas libidines attentè vigilãtium ea frui poſſet, ſubitò ſibi cælitus delatum aſſeruit nouum Alcorani caput, in quo facultas ſibi & ſuis omnibus dabatur pręter vxores, quot vellet & poſſet ſeruas, cuiuſcunq; etiam religionis, ſiue Iudaicæ, ſiue Chriſtianæ, ſiue Tartaricæ aſſumendi & vtendi: idque cum aliqua in poſterum præcautione & prærogatiua ſua, ſi fortè ad alias fœminas adhinniret (vt erat in hac fæditate ſalaciſſimus & inſatiabilis) quia *præterea, omnes mulieres tuæ manui per emptionem ſuppoſitas, & amitæ tuæ materteræq; filias, omnes item bonas mulieres tibi volenti gratis ſuccũbere cupientes, licitas* (inquit Mahumetis Deus) *conſtituimus: hocq; tibi ſoli permittitur.* Mitto hiſtoriam mirabilem & pluſquam mirabilem, quemadmodum ad cælum pro recipiendo Alcorano equitauit, comitatus quidem Gabriële Angelo, ſed vectus ab erudita beſtia Alborach, eiuſdem ferè magnitudinis & formæ cum aſino, quæ tamen priuſquam pateretur Mahumetum aſcendere, cum eo diſputauit: neque verò facere ei voluit aſcendendi copiam, niſi prius Mahumetus ei ſanctè promiſiſſet ſe effecturum, vt illa beſtia non ad cæli ianuam relinqueretur, ſed vna ſecum intraret cælum: id quod item Mahumetes amicè promiſit, & fideliter præſtitit: & ſic magnificus Propheta ad *Deum ipſum* acceſſit, *tanti tamen ſpatij interuallo, quantum ſagitta arcu emiſſa bis tranſcurreret*, iuſtè: vbi interiectis quibuſdã aulæis & tapetibus ſedebat in ſolio Deus. Huius hiſtoriæ particulam quidem carpſit, & pro Chriſti honore non malè tibi narrauit Michæas: videlicet, quemadmodum Mahumetes ſingulos Patriarchas & Prophetas in ſingulis cælis vidit, & in ſupremo Chriſtum. At ſi adiunxiſſet vna reliquas itineris Mahumetani obſeruationes, quod ſinguli cæli ex diuerſa & ſingulari materia erant fabricati, primum ex argento, ſecundum ex auro, tertium ex lapide pretioſo, & nullius certi nominis, quartum ex ſmaragdo, quintum ex adamante, ſextum ex carbunculo, ſeptimum ex lumine diuino: quod ad ſingulas cęlorum ianuas Gabriël pulſauit & fortiter quidem, nec tamen ianitor ei aperiebat priuſquam Mahumetis illic expectantis nomen audiſſet: quod in ſingulis erant diuerſę admodum ſpecies Angelorum, & alij quidem habebant formam humanam, alij belluinam, boum, equorum, auium, gallorũ, &c. quo-

Azoar 43.

Vide Bellonium des ſingularites lib. 3. ca. 7.

Azoar 63.

&c.quorũ primi pro hominibus,proximi pro bobus & equis, reliqui pro auibus,gallis,& ſinguli pro ſuę ſortis & formæ creaturis precabantur, quod illic ſtellæ erant innumerabiles factæ qnidem ex argento,ſed alligatæ catenis aureis, ne ſuis locis mouerentur; quarum ſtellarum officium eſt præter ornatum mundi,vt ſingulæ contra ſingulos Dæmones excubias agant, eoſq; cum tanquam corycæi quæ in cælis decernuntur auſcultaturi appropinquant,arreptis ignitis titionibus ad fugam compellant (quod tamen alligatæ (vt erant) cathenis, niſi ea valde eſſent laxæ, difficiliter poterant preſtare) hæc & ſimilia multa ſi tibi percēſuiſſet Michęas,vna eademque opera excellentem vidiſſes Mahumetis & Theologiam & philoſophiam Sed ego iſta & huius farinæ innumera prætereo, venioque ad eius paradiſum & ſpirituales delicias, quibus animæ & corpora beatorum ſunt perfundenda: in quarum explicatione ſi aliquid dicetur minus honeſtum & Chriſtianis caſtiſque auribus indignum, dabis, Samuel, veniam neceſſitati: & vna cogitabis qualis fuerit iſtius prophetæ mens,qualis animus, qui gaudia in cælis æterna ſuis imaginari non potuit, niſi talia quæ hominum bonorum linguæ aureſque reſpuerent,neque ſine venia poſtulata poſſunt recenſeri. Sed ea ego percurram valdè paucis, & ero quam fieri poteſt breuiſſimus, nec plus quam vel alterum illius paradiſi fructum attingam.Primum *in paradiſo* generaliter *fideles habebunt hortos & fontes: veſtientur ſericis & purpura, puellas habebunt cum oculis claris & immenſis,quorum albugines candidiſſimæ & pupillæ nigerrimæ.* Hæc eſt nimirum puellarum pulcherrimarum deſcriptio apud Græcos & Orientales. Quæ item puellæ femineque paradiſi ſemper erunt *mundæ*, hoc eſt, liberæ ab omni infirmitate menſtruaque purgatione, ne quis vllo temporis puncto ab earum conſuetudine prohibeatur. Quum ergo fideles Turcæ vel Mahumetani ad paradiſum peruenerint, excipientur ſtatim conuiuio exquiſitiſſimo,optimis dapibus potibuſque dulciſſimis abundante: vbi ad ſatietatem ſeſe ingurgitauerint,pueri qui veſtitu pretioſiſſimo induti illis miniſtrabunt,in diſco aureo ſingulis ſeparatim offerent pomum medicum ſiue Aſſyrium: quod vbi Turcæ odorari cæperint,ſubito exiliet virgo pulcherrima quę amplexabitur Turcam,cum qua quiſque lectos ibi paratos ingredietur,& cum ea ad quinquaginta annos continuos ſine intermiſſione libidini vacabit,hoc eſt,quinquaginta annos totos ſine intermiſſione erit abſque vſu rationis potius animal brutum quam homo. Expleto verò anno quinquageſimo, progredietur ad eos Deus

Azoar 54. 65.66.

Bellon. vbi ſup. cap. 9.

Digitized by Google

eiſque fauſtá precatus : iam (inquiet) fideles mei Mahumetiſtæ poſtquam paradiſi delitias bene deguſtaſtis, oſtendam vobis faciem meam. Tum lintea amouẽs quibus eius facies obducebatur, Mahumetanis poteſtatem faciet eam cõtemplandi; quo facto ſtatim quiſque ſuam repetet virginem, & in palatium ſibi paratum eam abducet, vbi cum ea plurimiſq; alijs ſubinde eodem modo enaſcẽtibus, delicatiſſimis cibis in dies paſtus ſempiternam vitam tranſiget. Neque tamen in hac tanta concubendi frequentia & diuturnitate, vlla erit liberorum generatio: quia actus ille in paradiſo tantum pertinebit ad delectationem, non ad procreationem. Hæc eſt beatitudo Alcorani, hic paradiſus Mahumetis, comparatus (vt videtur) aſinis & equis emiſſarijs, quorum ſumma fœlicitas eſt in paſtione & copulatione cum equabus, potius quam hominibus mente & intellectu præditis, quorum ad Angelos corporibus, ideoque & corporeis voluptatibus carentes propius accedere debuit beatitudo. Hic eſt Mahumetes Deus; inſtar ipſius Mahumetis corpore conſtans, in ſolio inſtar Mahumetis conſidens, caput obuoluẽs ſpiris linteis inſtar Tulbanti Turcici, faciem contegens eiuſmodi linteis inſtar heroinæ alicuius Turcicæ: denique nihil differens à Mahumete ipſo, niſi quod fœminarum vſus illi non tribuitur (qua ratione ſubtiliſſimus ſophiſta Filium Dei negat; quia nimirum Deo nulla eſt fœmina vel vxor, ex qua filium ſuſcipiat) in quo vera & vnica beatitudine quam mens Mahumetica poteſt concipere, Deum ſuum priuat. Vt autem variæ, admodum horrendæ, & Satanicæ Caluiniſtarum propoſitiones contra Dei Chriſtique maieſtatem, naturam, bonitatem, humanæq; vitæ integritatem multis in locis diſperſæ à Michæa (quarum nonnullæ iamdudum à me ſunt enumeratæ) inuictè demonſtrant Caluiniſtarum Euangeliſmum non poſſe vocari religionem & cultum Dei, quacunque portentorum accedente admirabilitate: ita hæc pauca à me perſcripta & ex Alcorano Zumaquæ, Canonicis Turcarum ſcripturis fideliter collecta, eadem vi pollent ad nomen religionis Alcorano eripiendũ, etiamſi permittente Deo in gratiam Alcorani infinita miracula efficeret Satanas. Et hæc de prima parte dicta ſunto. Alteram verò ſæpè attigit Michæas: Euangelicorum nimirum egregiam de Turcis & eorum fide opinionem, quod alij publicè profeſſi ſunt ſe potius fieri velle Turcas quã Papiſtas: alij Turcicam fidem Catholicæ longè prætulerunt: alij magnam fuiſſe Euangelicæ & Turcicæ religionis ſimilitudinem glorioſè iactauerunt. Alij

Azoar. 82

relicto

relicto Caluiniſmo ad Turciſmum tanquam Caluiniſmi faſtigium & perfectionem profugerunt: alij noſtro Imperatori eiuſque Alcorano ſe in Gallia militaturos, & quam occupare poterant regni partem ei ſubiecturos obtulerunt. Alij deniq; ijque Principes veſtri ſupremi (ſi Dijs placet) Chriſtianæ fidei præſides & Eccleſiæ capita, & noſtro Imperatori tanquam vero ſinceroque vnius Dei cultori, & alijs item Mahumetanis principibus omnia fauſta exoptarunt, & vt debellatis Chriſtianis regibus terminos tam imperij quam religionis ſuæ in Chriſtianas prouincias extenderent, precati ſunt. Neque defuerunt qui etiamſi Catholicis, vel (vt loquuntur) Papiſticis regibus nullum locum in Eccleſia, multo minus inſignem aliquam authoritatem concederent: tamen Mahumetanis regibus, noſtroque in primis Imperatori ſummum Eccleſiæ Chriſtianæ principatum aſſererent, & pro quæſtionum fidei Chriſtianæ quæ inter vos controuerſæ ſunt deciſione, ad eius iudicium prouocarent. Quorum omnium conſideratio alijs quibuſdam adiuncta, & ad veram noſtri temporis hiſtoriam relata, in eam me ſententiam impellit, vt firmiter ſtatuā Euangeliſmum hunc Lutheranum, & multò magis Zuinglianum à primo die quo ortus eſt, ſemper ad Mahumetiſmū naturali quodam impetu (quomodo ſimile delectatur ſimili, & grauia petunt deorſum, leuia feruntur ſurſum tanquam ad loca naturalia) inclinaſſe: & poſtquam aliquantulum adoleuit, non ſolum voluntate & verbis occultiùs, ſed apertiſſimè rebus, factis, laboribus; omni qua poterant ope adiuuiſſe Alcorani magnitudinem atque amplificationem, vnaque procuraſſe euerſionem atq; diſſipationem ſtatus Chriſtiani. Vt primum exorſus eſt Euāgelium ſuum Lutherus, nonne inter primas eius propoſitiones vna erat in fauorem Turcæ? Eum (inquit) nos inuadentem, regiones Chriſtianorum & ciuitates depopulantem, armata manu repellere non debemus: nefas eſt, impium eſt, eſt contra Euangelium *præliari contra Turcam eſt repugnare Deo viſitanti iniquitates noſtras per illos.* Hunc articulum cum reliquis multis damnauit Pontifex Roman. Leo 10. & ad populum Chriſtianum de tam impia hæreſi Bullam emiſit. Quid Lutherus? Num culpam agnouit & deprecatus eſt? num hunc articulum à reliquis ſegregauit, ac ſi caſtigatione aliqua egeret? nihil minus, ſed mox defenſionem meditās & componens quām inſcripſit *Aduerſus execrabilem Bullam Antichriſti,* ait *melius eſſe vt millies occidatur quam vt reuocet* non modo vnum aliquem integrum articulum, ſed vel *vnam ſyllabam*

Art. 34.

Luth. tom. 2. VVittēb. fol. 89.

Vbi ſupra.

ſyllabam damnatorum articulorum, quia continent *ſanctam veritatem Dei*: doctrina verò contraria eſt *hæreſis ſacrilega*, *articulos per Bullam damnatos aſſerit & amplectitur fiducia tota ſpiritus ſui, aſſerendoſq; pronuntiat omnibus Chriſtianis ſub pœna maledictionis æternæ: & Antichriſtos habendos eſſe quicunque Bullæ conſenſerint: quos* (inquit) *his ſcriptis, coniuncto mihi omnium ſpiritu qui purè Chriſtum colunt & cognoſcunt, pro Ethnicis habeo & deuito &c.* Denique vt non ſolum Theologicè, ſed etiam politicè videatur ſua confirmare, concludit Catholicos (quos nouo, & à ſe primum inuento nomine vocauit Papiſtas) *eſſe truculentiores & cruentiores Turcas, quam veri Turca poſſunt fieri*, atq; idcirco eſſe ſtultiſſimum *pugnare pro peioribus Turcis contra Turcas meliores.* Sic Lutherus exorſus eſt, ſic progreſſus eſt: nouiſque ſubinde libris publicatis hunc articulum non minus quam reliquos varijs & ſcripturis & rationibus contra Pontificem ac Catholicos aſtruere conatus eſt. Valde quidem in primo illo flore & calore creuit, ſeſeq; diffudit Euangelium Lutheranum, & intra decem annos plurimas ciuitates, principes, duces, prouincias occupauit (longe plures quam in ſeptuaginta annis conſecutis, vt ex Confeſſione Auguſtana & fœdere Smalcaldico liquet) ſemperq; cum reliquis & hoc de Turcica magnitudine promouenda à fratribus receptum eſt tanquam purè Euangelicum, neq; de eo quicquā dubitatum. Quamuis autem neceſſitas & ipſa naturę lex quæ omnibus animantibus cum primo ortu impreſſit ius, & propenſionem ſui tuendi & repellendi quod naturæ affert interitum, hanc Germanis opinionem Lutheranam tandem excuſſit: ipſeq; Lutherus vel clamoribus ſuorum victus, vel Turcarū tubis & bombardis circūſonantibus territus, vel ipſa doctrinæ ſtupida inſulſitate motus, multis poſt annis *eius palinodiā cecinit*, vti teſtatur Eraſmus: tamen hoc notari & memoriæ mādari debet, quod eodem tempore quo reliqua Euangelij noui capita inuenta ſunt, & hoc quoq; de Turcis fouendis ſatū eſt. Idem ſpiritus qui reliqua Euangelica Lutherū docuit, docuit & iſtud: diſcipulique reliqua Euangelij Lutherani dogmata hauſerunt, qui *purè Chriſtum* iuxta Lutheri placita *coluerunt*, illi *omnes coniuncto* cū Luthero *ſpiritu* hoc quoq; dogma profeſſi ſunt: aſſeruerunt *eſſe manifeſtam veritatem Dei, eoſq; habendos pro Ethnicis* qui ſecus crederent. Lutherus vt varias ſcripturas rationeſque attulit, quibus probaret concupiſcentiam in puero poſt baptiſmum eſſe verè peccatum: nō eſſe liberum arbitrium: iuſtum in omni opere bono peccare: nihil valere indulgen-

Ibid. in defen. ar. 34.

Eraſ. in ep. ad frat. inferioris Ger. pa. 39.

indulgentias: primatum Pontificis non eſſe à Chriſto: & reliqua quæ Euangelica ab ipſo tum ædificata eccleſia inter certos fidei articulos numerat: ſic eodem tempore, eodem libro, eodem ſpiritu, eadem confidentia & audacia, eadem ſcripturarum authoritate & ſimilibus rationum momentis cõfirmauit nefas eſſe colligere exercitus, armare milites, cõgredi prælio ad Turcarum vim repellendam, verum quidẽ eſt eum poſtea hoc Euangelij ſui caput aliquo modo variaſſe. Sed quam id fecerit inuitus, imo quam planè ſignificauerit eam mutationem ſibi penitus non probari, ſeque cupere magis vt prior illa fides ſectatorum ſuorum animis deinceps inhæreſceret, ipſe liber ab eo hac de re editus, eiuſq; encomiaſtes Sleidanus palam declarant, *Scripſit Lutherus* (inquit Sleidanus) *primis annis, belligerari cum Turca nihil eſſe aliud quã repugnare Deo, qui nos eo tanquam flagello verberet.* Hæc doctrina cum Turcis innoteſceret, quid mirum, ſi vaſtata Hungaria & pleriſq; eius ciuitatibus occupatis, ipſi Germaniæ terribiles imminuerint, imo Viennam ciuitatem Imperialè & præcipuam Germaniæ totius arcem immenſo cum exercitu oppugnauerint. Germani tamen, Saxones præcipuè Lutherano Euangelio pleni, ad defenſionem patriæ & Reipub. Chriſtianæ contra Turcas arma non audebant induere, ne Euangelij proditores, non tam Turcis, quam Deo per Turcas eos caſtiganti viderentur reſiſtere. Attendatur ergo oraculum Lutheri quouſque hoc ſuum Euangelium vellet vel dilatare, vel reſtringere, qui præſenti periculo terrefactus, defendẽdi ſe fecit ſuis quidem copiam, ſed ita vt vna veterem doctrinam aſſereret, & hanc quaſi diſpenſationem ſibi planè inuito extortam ſignificaret, præfatur enim contra Euangelium eſſe, *vt qui Chriſtianum nomen ſibi ſumũt, in Turcam præliari velint omnis impatientes iniuriæ, cũ Chriſti præceptũ ſit, hominem Chriſtianum non reſiſtere malo, ſed omnia pati debere.* Ergo propter vaſtationes prouinciarum, expugnationes vrbium, &c. hoc eſt, propter iniurias ciuiles à Turcis factas, bellare contra Turcas non licet. *Deinde* (inquit) *& illud potiſſimum improbo, quod militiam hanc vocent Chriſtianam, tãquã in Turcas vt Chriſti aduerſarios noſtri pugnẽt, quod ipſum à Chriſti tum doctrina, tũ nomine diſcrepat: à doctrina quidẽ, eo quòd ille nos reſiſtere malo, vel vlciſci iniuriã vetat: à nomine vero quod in tantis copijs vix quinque fortaſſis liceat reperire verè Chriſtianos: & quod Turcis pleriq; ſint deteriores.* Ergo nec propter ſacrilegia, propter direptas eccleſias, mactatos ſacerdotes: prophanatũ Dei cultũ, & deſtructã Chriſti religionẽ, bellare con-

Sleid. com. lib. 14. fol. 224.

Ann. 1529.

Luthe. vbi ſupra.

Ibi. fo. 225.

lare contra Turcas licet. Imo hoc maximè & imprimis damnat, ſi Cæſar bellum illud ſuſcipiat, *vt Eccleſia protector, fideiq; defenſor*, ad Eccleſiam nimirum Chriſtianam fidemq́ueà Turcarum immanitate tuendam. Quibus verbis reprobari videmus iuſtiſſimas nationum omniū conſenſu gerendi belli cauſas, vt nimirum pro *aris* & *focis*, pro Eccleſia & republica, ad propulſandas aut vindicandas iniurias vni & alteri illatas bellum ſuſcipiatur. An ergo bellum contra Turcas nullo eſt modo tolerabile? Ita certè videtur. Qui enim grauiſſimas cauſas tollit, eaſq́ue ad illud moliendum ſatis efficaces negat, quantò magis de leuioribus idem ipſum velit æſtimari. Et tamen iſte tertius Elias & quintus Euangeliſta illo periculoſiſſimo tempore quando ipſam Saxoniam Turcæ Acanzij leuioris armaturæ equites percurſarent, & de ſeipſo ſuaue Catharina in captiuitatem Turcarum fortaſſis abducenda nonnihil timeret, indulget ſuis vt bellum hoc capeſſant certis tamen conditionibus, quas ita breuiter conſtringit: *Non ergo propter diuerſam religionem, ſed quia 1. latrociniјs graſſatur, & 2. iniuſtiſſimum bellum gerit, & 3. turpiſſima ſecum vita inuehit exempla Turca oppugnādus eſt, viſq; propulſanda.* 1. quaſi latrocinia ad iniurias non pertineant: aut quaſi præceptum Chriſti quod vetat *reſiſtere malo*, non perinde vetet reſiſtere latrocinio eoq́ue præcepto quo *omnia pati* tenemur, non etiam tenemur ferre latrones, & ęquo animo tolerare latrocinia. 2. vnde verò *bellū* quod Turca gerit eſt *iniuſtiſſimum*, niſi propter iniurias illas religioni illatas & Reipubl. propter quas ſuperius ex doctrina Chriſti bellum cum eo ſuſcipiendum eſſe Lutherus negauit? Nihil eſt autem impudentiùs, nihil magis Anabaptiſticum, quàm illud Chriſti præceptum, ne *reſiſtamus malo*, ad Chriſtianorum cum Turcis bella prohibenda peruertere. Quia ergo quod adiunctum eſt, ſed ſi quis percuſſerit te in dextera maxilla, præbe illi & alteram; qui vult tollere tunicam tuam, dimitte ei & pallium: & quicunque te vrgeat, vt cum eo mille paſſus vadas, vade duo millia, hæc eodem ſpiritu interpretetur Lutherus; videlicet, ſi Turca vnam partem exercitus Chriſtiani concidat, obijciamus ei concidendam alteram: ſi vi abſtulerit à nobis Budam Hungariç, trademus ei quoque Viennam Auſtriç: etſi aliquot milliaria Tranſyluaniæ vel Auſtriæ occupauerit, cōdonemus ei duplo plura milliaria Germaniæ vel Bohemiæ. O ſtupidum & cæcum Anabaptiſtam! qui non vidit quod eſt apertiſſimum, Chriſtum eo in loco inſtruere non Principes, non magiſtratus, non omnes promiſcuè ciues & ſubditos, ſed

Ibidem.

Ibid. f. 225.

Matth. 5.

propriè

propriè Apoſtolos & diſcipulos ſuos, quos ad prædicandum Euangelium tum erat miſſurus in orbem tanquam *oues in me-* *Mat. 10.16*
dio luporum, Iudæorum primum, & tum Gentilium: qui patientia, humilitate, carceribus, vinculis, morte initia regni ſui, quod *non eſt de hoc mundo* ponerent, & eiſdem quibus ipſe vijs *Ioan. 18.36*
& rationibus, hoc eſt, morte & paſſione regnum Diaboli exſcinderēt, & animas ad Chriſti fidem, veramq; Dei religionem à Paganiſmo, Iudaiſmo & idololatria cōuerterent: quod non bello, ſed pace, non feritate militari, ſed manſuetudine ſpirituali, non *armis carnalibus*, & inſtrumentis Martijs, ſed *lorica* *2. Cor. 11. 4*
iuſtitiæ, ſcuto fidei, & gladio ſpiritus erat conficiendum. Tertia *Epheſ. 6. c.*
verò ratio, quòd Turca *turpiſſimæ vitæ inuehit exempla*, quàm ſtultè hoc loco inducitur? vbi dicit pleroſq; *Chriſtianos Turcis eſſe deteriores*, & in tam immenſo Chriſtianorum exercitu vix reperiri *quinque verè Chriſtianos*, vt magis dicendum fuerit Chriſtianos turpitudine vitæ nocere Turcis, quàm contra. Certè ſi de reformatis à ſe Chriſtianis loquatur, quos ſolos putat *verè Chriſtianos*, conſtans ipſorum Euangelicorum fratrū confeſſio eſt, eos eſſe Catholicis, & ex conſequenti Turcis lōgè deteriores. Sebaſtianus Francus in Chronicis: *Lutherana,* *Seb. Fran.*
inquit, *progenies, in locū vnius Papiſtici dæmonis eiecti, ſeptem a-* *2. par. Chronic. fo. 259.*
lijs deterioribus & nequioribus ſpiritibus obſeſſa eſt. Alius eiuſdem ordinis Euangeliſta, concionatores Lutheranos ſua *diſ-* *Menno. li.*
ſoluta & carnali doctrina effrenem & rudem populum, maiores *de vera*
& minores, ciues & plebem reliquarum, ad tam diſſolutam & *Chriſtian.*
belluinam viuendi rationem induxiſſe, iiſque frenum ita laxaſſe, *fide. tit. de*
vt tam impiam & abominabilem vitam inter Turcas & Tar- *fide Luthe.*
taros inueniri non putem, qualem inter hos videre licet. Sed de *pag. 324.*
his non eſt opus plura: quoniam ex Luthero ipſo & Lutheranis probauit Michæas Lutheranos eſſe longè quoad vitā Turcis inquinatiores, eſſe *meros Diabolos* potiùs quàm homines. Quare hæc tertia ratio perinde ac reliquæ nihil prorſus valet. Iſta autem Lutheri ad bellum Turcicum adeo languida hortatio, cùm tam manifeſta & forti præuaricatione, & primæ ſuæ doctrinæ approbatione coniuncta ſatis demonſtrat Lutherum nunquam ex animo deſideraſſe Turcarum euerſionē, nunquam ſeriò bellum ſacrum ſuaſiſſe: ſemper ſuis reliquiſſe infixum, quod prius in Euangelij herba ſeminauerat, quod item tota eius temporis hiſtoria vel vt eſt ab eius authoribus ſcripta, publicaque Saxonum & aliorum Lutheranorum probant tum verba, tum facta. *Saxonum enim plerique* (teſte E- *Sleidan. à*
raſmo) *ſequentes illud primum Lutheri dogma, negarunt Cæſa-* *li. 7. ad 22.*

ri ac Regi Ferdinãdo ſupperius aduerſus vim Turcarum. Quinimò ſi neceſſario ipſis in bellum proficiſcendum erat, & prælio decertandum, nõ illi modo, ſed alij quoque *Euangelici iactarunt has voces, malle ſe pugnare pro Turca non baptizato, quam pro Turca baptizato, hac nota deſignantes Cæſarem.* Neq; verò dubium eſt, quin zeloſi iſti fratres, maximè in Euangelij huius initio, ex magiſtri ſui Lutheri voluntate quam cognitam habebant perſpectamque, hæc & iactauerint & fecerint. Et hoc modo ſuos formauit Lutherus ad amorem & fauorem Imperatoris Turcici : ſic inſtruxit, ne arma ſumerent ad eius ſucceſſus vel expeditiones bellicas impediendas, cumque ad hoc retractãdum cogeretur, id fecit adeo frigidè, & (vt ipſe loquitur de Zuinglio & Oecolampadio ſacramentum impugnantibus) *adeo tacitè & leniter greſſus figit, ac ſi ſuper oues ambularet*: tot nimirum adhibens circuitiones & diſtinctiones, tot argumenta & ſcripturas pro contraria ſententia opponens, v[t] quiuis facile concipiat inuita Minerua, repugnante vel fluctuante ſaltem conſcientia bellum Euangelicorũ contra Tu[r]cas ab eo permitti. At verò multis antea annis, idem Lutheru[s] abſque vllo ſcrupulo, aut iſtiuſmodi hæſitatione & ſcripturarum oppoſitione, ſummè pium eſſe ſuis patronis perſuaſerat Smalcaldico ſe fœdere contra Imperatorem Chriſtianum cõmunire, eumque ſi quando libertati eorum vel Euangelio nouo aliquid moliretur aduerſarium, ſtatim bello inuadere, neque hoc dogma vllo vnquam tempore reuocauit, quinimo quo longiùs in Euangelio ſuo progreſſus eſt, eo magis in hoc rebelli ſpiritu, ad extremum vitæ diem obduruit, eiuſque diſcipuli Lutheranos in prælio quod iſte eorum magiſter ante mortem conflauerat, cõtra ſuum Chriſtianum Imperatorem interfectos, tanquã martyres honorarunt, qui *occubuerunt honeſtè & piè pro gloria nominis diuini,* ipſique Saxonicorũ principes cum quod Luthero docente & inſtigante conceperant tandem exequerẽtur, & bellum Carolo Imperatori inferrent *quia* (inquit) *religioni molitur exitium atque libertati, cauſam præbet vt ipſum oppugnemus bona conſcientia. Cum enim in eum caſum res deuenit, licet reſiſtere, ſicut & ſacris & prophanis hiſtorijs demonſtrari poteſt.* Ita hic bona liberaque conſcientia & omnis dubitationis experte Lutherani procurrunt ad bellandum cum Cæſare Chriſtiano, cui obediẽtiam iurauerant. Hic nullæ ſcripturæ, nulla Chriſti doctrina, nullũ præceptum occurrit, quod Chriſtiano Principi iuratam obedientiam ſeruare moneat & à rebellione commouẽda deterreat. Noua enim

Eraſmus in Epiſtola ad fratres inferioris Germaniæ pag. 39.

Luther. to. 7. defenſio. verborum cœnæ fol. 384.

Sleidan. li. 7. & 8.

Sleidan. li. 22. fo. 387.

Sleidan. Comment. li. 18 f. 301.

religio

religio, & per eam data *libertas, hiſtoriaque tum ſacra, tum prophana* non ſolum *reſiſtere* ſuadent, ſed etiam *bona conſcientia* Chriſtianum Imperatorem oppugnare. At vero vbi de Turcarum Imperatore armis repellendo quæritur, tum præceptũ Chriſti *ne reſiſtatur malo*, & alia plurima argumenta ſuppetũt, vt non modo non oppugnetur, ſed ei nos aggredienti vel reſiſtatur: quaſi tum nullum eſſet periculum vel *libertati*, vel *religioni* proteſtanticæ. Hinc factum eſt, Samuel, vt toto flore huius Euangelij Lutheranici ad 30. circiter annos quoties aduerſus Cæſarem aliquid ſuſcipiendum erat, æquitum peditumq; copioſa multitudo nunquam defuerat. In bello certe Smalcaldico Lutherani exercitum duplo penè quam Cæſaris maiorem, ad centum circiter millia militum collegerunt. At vbi de auxilijs contra Turcam conferendis agebatur, tam parcè, tam frigidè, tam malignè omnia fiebant, vt facile appareret eos familiariter cum Turca inimicitias exercere, ſeque religione impediri ne eorum auxilijs eius vis & magnitudo frangeretur. Quid ita loquor, quando conſtat Lutheranorum pręcipuos cupiuiſſe Turcam ſpolijs Chriſtianorum auctum & amplificatum, quando (inquam) conſtat eos *miſſis internuncijs ſolicitaſſe Turcam, vt Hungariæ bellum faceret: nec ampliores inducias Cæſari largiretur, & quas pepigiſſet reſcinderet, & vt commodè res ageretur, ſe non defuturos, ſed ex diuerſa parte facturos eſſe impetum*, atque ſic Turcis rei bene gerendæ pulcherrimam occaſionem præbituros. Sleidan. li. 18. fol. 314. Cæterùm quoniam iuuenilis ille Lutherani Euangelij calor vt in alijs articulis plæriſque, ſic in hoc quoque ab eo tempore deferbuit; & quod Lutherani nullum ſuæ religioni periculum à Turca perinde atque à Carolo Cæſare timebant, quam potius putabant Turcam valde commendaturum, in eo plurimum ſe deceptos norunt, quoniam iam intelligunt Turcarum Imperatorem Euangelium Caluinianum reliquorum (Lutheranis iudicibus) nequiſſimum & improbiſſimum, Lutherano prætuliſſe: & vero quod erat huius Lutheranicæ cum Turca coniunctionis fundamentum, ſcilicet *religionem Pontificiorum nihil eſſe meliorem Turcica*: & vt *Turca per ſuum Alcoranum, ſic Pontificem per ſuas decretales, Euangelij doctrinam extinxiſſe* (quod hoc in loco Lutherus inculcat) id Lutherani plurimi moderatiores reijciunt & auerſantur; qui in multis eidem ſe religioni Pontificiæ conformant, & ſæpius relicto prorſus Lutheraniſmo ad Catholicam tranſeunt. Dimittamus Lutheranos, & accedamus ad Sleidan. Comment. li. 14. f. 225

Digitized by Google

Zuinglianos, qui in hoc Turcico capite ipſis olim Lutheraniſque communi perſeuerarunt obſtinatiùs. Et quia nimis erit prolixum omnium Zuinglianorum & Caluiniſtarum in hoc genere acta percenſere, partim quoque quia meorum Gallorum nonnulla perſtrinxit Michæas, ego prætermiſſis alijs veſtra potiſſimũ Anglicana percurram. Et vt Michæas tam pro lixa diſputatione oſtendit religionem veſtram cum Turcic congruere, ſic ego breuiter demonſtrabo politicum veſtrun regimen eodem tendere: idem conari & cupere principes ve ſtros quod molitur & deſiderat magnus Turca, hoc eſt, vt cur Alcorani dilatatione vetus Chriſtiana religio deſtruatur: & qui eam tuentur reges Chriſtiani, à Turcis Mahumetan profligentur, vel in ſeruitutem illorum & ſubiectionem red gantur.

ARGVMENTVM
CAPITIS XXI.

In Angliam vnà cum Euangelio nouo ſimul ingreſſus eſt magnu fauor & affectio erga Turciſmum, & extirpatio militiæ Rho denſis, quæ à maioribus ad Turcicam potentiam cohibendan erat inſtituta. Anglo-Caluiniſtarum ab eo tempore hoſtilis a nimus erga reges Chriſtianos & Chriſtiana regna, contraqu Chriſtianos arcta neceſſitudo cum regibus Mahumetanis, n minatim rege Marocchenſi & magno Turca. Fœdera cum i lis directè contra Rempub. Chriſtianam facta: eorumque fœ derum obſeruatio accurata & religioſa exemplis declaratur & literis ſtilo Mahumetano ſcriptis.

CAPVT XXI.

Morus, cõfort againſt tribulation li. 1.

MEMORIAE commendauit vir omnium o pinione præclarus prudenſque, & Catholi corum iudicio martyr quoque nobilis, Tho mas Morus, regni veſtri Cancellarius, vt pri mum Hẽricus octauus cœpit faſtidire fide Catholicam, & nouis religionibus implicar ſtatim in inſulam veſtram immigraſſe bonam opinionem A corani Turcici: & qui antea ſummè abominabantur Turci mum, ſubitò de ea vehementia multum remiſiſſe, & Alcora nican

nicam doctrinã non adeo impensè & acriter improbaſſe. Cuius rei ſi quis ipſum fontem & originem primam ſcire deſiderat, non eſt aliò recurrendum quàm ad prædicationem nouorum huius Euangelij Apoſtolorum & Martyrum, qui eodem tempore vel paulo ante in Angliam irrepſerunt. Celebratur à veſtris noſtriſque Tindallus tanquam martyr inſignis, & Euangeliſta mirabilis, & *nationis veſtræ Apoſtolus*: *verus* (contra D. Auguſtinum diuumq; Gregorium Magnum, *quos nihil niſi Papiſticos errores & Pontificias traditiones in inſulam veſtram attuliſſe* ijdem ſcribunt) qui illud ipſum præſtitit in Anglia quod in Saxonia Lutherus, in Heluetia Zuinglius, cuius *libri æterna memoria digni, ſingulari dexteritate* (vt inquiunt veſtri) *informant Chriſtianum de officio & vocatione ſua: nec aliquid continent doctrinæ ſanæ contrarium.* In illis verò laudatiſſimis libris inter alia Euangelica, more Lutheri, vt item Zuinglij, non omittuntur hæc de Turcis fouendis, & eorum potentia armis non cohibenda, *Turcarum* ſiquidem *fidem meliorem eſſe* quã eſt fides Catholicorum: id quod veſtri recentiores huius temporis Superintendentes ex eo edocti inculcant diligenter, *religionem Pontificiam eſſe deteriorem Turcica*: & *Pontificem Chriſti hoſtem Turca capitaliorem. Turcas amandos eſſe* nõ debellandos, *non licere Chriſtiano reſiſtere Principi infideli vel Ethnico*: qualem Papiſtæ Turcam exiſtimant. *Euangelio* ſiquidem *tale bellum non probari, nec item milites* &c. Ex hac ſchola prodierunt in hiſtorijs veſtris noſtriſque, mirificè commendati glorioſiſſimi illi martyres: qui ex his generalibus principijs particulatim contra inſtitutum & ordinem militiæ Rhodenſis vel Metenſis inuecti, aiunt *eam nihil eſſe aliud quàm plantationem quam pater cæleſtis non plantauit, ideoq; penitus & radicitus euellendam.* In hac ſchola, aut alia huic ſimillima, inſtructus erat Iacobus ille Sora regis Nauarræ Admiralius qui Oceanum Atlanticum piraticè tranſcurrens, & intelligens circa quandam Canariæ inſulam fuiſſe nauem Portugallicam, in qua vehebantur 40 è Societate Ieſu miſſi Braſiliam, vt Euangelium Chriſti Barbaris illis Americanis & Canibalibus annuntiarẽt, adortus nauem, eaq; capta, reliquis quidem vitam conceſſit, patres verò omnes & ſingulos pugionibus confixos, amputatis manibus proiecit in mare: tanto numero quantũ nec à Turcis, nec à Braſilienſibus, nec à tota Canibalum & Indorum immani gente tam barbarè mactatum arbitror à primo die quo ſocietas hæc Euangelium Chriſti in exteris nationibus cæpit diſſeminare. Putauit nimirum bonus Calui-

Balæus de ſcriptorib° Britan. Cẽtur. 8 pa. 657. 658. Geſnerus in Bibliotheca. Criſpin. in hiſt. martyr. fo. 62. Fox. Act & monum. in vita Tindal. p. 520. & p. 1336. 1340. & Tindall. in præfat. reſponſ. ad Dialo. Mori. Criſpin. Fox. Criſpinus in hiſto Mart. lib 5. in Claudio Monerio. fo. 171. 173. Hiſtoria del mundo di Mambrino Roſeo lib. 13. ann. 1570. p. 351. In ſula palma.

Nouus orbis. Tertia narratio Ferdinãdi Corteſij. p. 667. Belſoreſt hiſtoire vniuerſel. du monde li. 4. c. 5.

uiniſta, præceptorum ſuorum documenta ſequutis, pr
vt Canibales & reliqui illi viuerent in ſua belluina plan
delitate & cruentiſſima idololatria, qua ſingulis annis
hominum cæſorum corpora dæmonibus immolabant
ſiquidem ciuitas Mexicana annuatim ſacrificabat pue
& puellarum corda pluſquam vigeſies mille) quam vt
num Apoſtolicorum laboribus ab illa infanda barbari
dem Chriſti traducerentur. Huius doctrinæ fructum
ctum in inſula veſtra contemplate. Vidi aliquando no
in hiſtorijs & parlamentis veſtris, quod anno 17. Edo
2. quando ordo militum Templariorum tota Europa ab
tur, ſtatutum fuiſſe *ne Rex aut Nobiles partem aliquam*
rum vel poſſeſſionũ eius Ordinis inuaderet, ſed ea omnia a
ta ſunt Priori & fratrib. Iohannitis (qui poſtea vulgari
ne dicti ſunt equites Rhodẽſes) qu *militum ordo tunc*
eſt ad defenſionem Chriſtianitatis: ita ſonant verba Parl
veſtri. Henricus octauus aliquot poſt ſæculis deſeruit C
licam fidem, ſeipſum fecit ſupremum Eccleſiæ Anglica
put, & facto ſchiſmate ſementem iecit Euangelij noui.
tulum temporis fluxit deinceps antequam ille militum
denſium ordo penitus eſt apud vos in Anglia & Hyberni
ciſus? Succeſſit aliquot annis poſtea Maria regina Cath
& cum religione Catholica militum illorum ordinem
fenſionem Reipub. Chriſtianæ inſtaurauit. Qua defun
gnauit ſoror & reiecta Catholica Zuinglianam religion
uexit in Angliam. An non eadem opera eodemq; temp
do ille militum pro Chriſtiana Repub. contra infideles
gnantium extinctus eſt? Cum Solymannus Imperator
anno Imperij ſui tertio Rhodum, quę tum habebatur
Reipub. Chriſtianæ propugnaculũ, inuaderet: magna
militiæ Anglicanæ in ea defendenda virtus, eſtq; egregi
mnibus hiſtoricis celebrata. Cũ poſt annos quadragin
non multo minore claſſe & exercitu oppugnaret Melit
poſitum infidelibus loco Rhodi propugnaculum Chri
rum: an vlla ſimilis apparuit Anglorum militum fort
an regina veſtra, an inſula Britannia vllam ei periculo
ſando ſuppeditauit turmã militarem? nequaquam. V n
tanta mutatio, niſi à religione? quæ prima illa Rhoden
dione erat Catholica, in bello verò Melitenſi Catholic
tauerat Zuingliana, vel alia neſcio qua Parlamentari
cana: Neque enim alia ratio fingi vel cogitari poteſt.
enim vos publica negotia vel domi, vel etiam foris tur

Parlamen. anno 17. Eduuardi 2.

Parlamen. an. 26 c. 1. Anno domini 1525. Parlamen. an. 32. c. 24

anno 1522.

anno 1565.

niſi quod nonnihil vos ipſos implicuiſtis pro mouenda rebellione Aurangiana contra regem Hiſpaniȩ,& continuanda rebellione Gallicana, quam aliquot ante annos excitaſtis contra regem Galliæ. Si ordo ille militum *erectus eſt ad defenſionem Chriſtianitatis*; quod fuiſſe verum trium ſæculorum experientia,& illius ſocietatis heroica illuſtriſſimaque opera demonſtrarunt: ſequitur eos qui illam militiam ſuſtulerunt,defenſionem Reipub. Chriſtianæ abieciſſe, prodidiſſe Chriſtianos, & ſubtracto robore quo protegebantur, quantum in eis erat Chriſtianos Turcis & infidelibus,æternis Chriſtiani nominis hoſtibus, ſpoliandos tradidiſſe. Quod quando ita eſſe & reipſa & publica Chriſtianorum omnium querela conſtat, ſubmirabar equidem quod à veſtris hominibus vidi aliquando factum, & diuinare non poteram, quemadmodum cum reliqua eorum doctrina moribuſque congrueret. Eram Londini ante annos viginti, eo tempore quando fracta claſſe Imperatoris noſtri,fœderati Chriſtiani,Hiſpani, Pontificij & Veneti victoriam illam naualem Lepanti obtinuerunt. Londini in ſignum lætitiæ pyræ extructæ ſunt,concio ſolennis ad crucem Paulinam habita,& multa alia publicæ gratulationis ſigna edita,quod quemadmodum cum veſtra politia ſiue Eccleſiaſtica, ſiue ciuili congruebat, primò ſanè non concipiebam. Vos qui Papiſtarum vel Catholicorum fidem Turcica longè deteriorem eſſe creditis & ſcribitis, qui Pontificem quam Turcam Chriſti Chriſtianæ fidei hoſtem pernicioſiorem eſſe contenditis, qui militiam à patribus veſtris Catholicis totaque republ. Chriſtiana contra infideles inſtitutam è medio tollitis, qui in quocunque vel maximo Reipubl. diſcrimine contra Turcas Chriſtianis militem vnum non ſubmittitis qua ratione de ſtrage Turcarum,& victoria Chriſtianorum triumphatis? Sed poſtea ruminans apud me quædam Euangelij veſtri,& cum hoc cōferens,videbam aliquam iſtius facti rationem probabilem. Doctores veſtri cum aliquando à Catholicis premuntur,& opprimuntur quoque mole ſcripturarum veteris nouique teſtamenti, quas primitiuæ Eccleſiæ Patres, potiſſimum D. Auguſtinus multis libris congerit ad demonſtrandam Eccleſiæ Catholicæ in mundo perpetuitatem,eamque omnibus perſpicuam,& patentem,& illuſtrem, non in angulis,in latebris & gurguſtijs deliteſcentem: ex quo inferunt Eccleſiam quæ ante Berengarium, VViclefum,Huſſum & Lutherum in orbe conſpiciebatur, fuiſſe veram Chriſti Eccle-

Holinſ. pa. 860. Ann. 1571.

ſti Eccleſiam prædictam à Prophetis, à Chriſto Apoſt
fundatam: ideoque horum doctorum Antichriſtian
ſuperbiam & ſtudium Diabolicum, qui aliam Eccleſ
nantur extruere: reſpondent, quod eſt item à Michæa
notatum, ſe non extruere Eccleſiam nouam, ſed refice
rem, tantummodo quoſdam in ea errores, abuſus & ſ
tiones corrigere, quo reſponſo concedunt noſtram eſſe
ſiam verè Chriſtianā, Apoſtolicam quoad ea quæ ſunt
ſiæ intrinſeca & eſſentialia, etiamſi in rebus leuioribu
uētitijs quaſi in externa ſpecie vel veſte aliquid ſit defe
tis. Ijdem tamen aliàs quando hac neceſſitate ſoluti li
fari poſſunt quod ſentiunt, tum verò nihil dubitant aſ
Eccleſiam à mille annis (vt minimum) perijſſe è mūd
deſtructam & dirutam ab Antichriſto, nec vllū apparu
to orbe cætum hominum, qui doctrinam à Chriſto &
lis traditam purè retinens, & ſacramentis duobus ab ill
tutis ſincerè fruens Eccleſiæ Chriſti nomen ſibi iure po
ciſcere. Non aliter mihi videtur contigiſſe in hoc veſtr
dio de victoria Chriſtianorum. Eo enim ſigno demon
vos Turcas habuiſſe pro Chriſti nominiſq; Chriſtiani h
Pontificios autē, Venetos & Hiſpanos pro veris Chriſti
Chriſtianę fidei defenſoribus, ad quorū cōmunionem &
tatem ea gratulatione quodammodo vos ipſos adiunxi
ſimilia multa de illis Chriſti hoſtibus trophæa exoptaſ
quemadmodum prius illud de agnitione Eccleſiæ Cat
à miniſtris non conceditur ſponte, ſed extorquetur ab i
eſt coactum non voluntarium, violentum non naturale
que neque diuturnum; quapropter & facilè ad eius ab
tionem mouentur, & eccleſiæ ruinam atque interitum
endum, non aliter hoc veſtrum pro Chriſtianorum vi
gaudium erat ſimulatum, erat fucatum, non erat ſince
ſolidum, non erat hominum ritè Euangelicorum: e
tius hominum de veteri ſua religione Catholica reliq
liquas poſſidentium, & adhuc deſiderantium bonam d
pinionem Chriſtianis alijs imprimere, tanquam ip
reliquo Chriſtianiſmo contra communem Chriſtian
hoſtem idem ſentirent, idem cuperent. Sed poſtquam
veſtri aliquanto plenius Euangelium hoc nouum hauſ
vel potius vt primum depoſita perſona aliena quam t
ſtrionicè gerebant, redibant ad ſe, ad ſuam indolem
nium proprium, quo illos Euangeliſmus imbuerat:
alio modo ſe geſſerunt, perpetuoque ad eorundem Ch

h

norum potentiam minuendam deprimendamque. In fidelium autem erigendam & confirmandam omnibus ſuis viribus inincubuerunt. Nihil dico ſecretũ, nihil recõditum, nihil quod non eſt in ore, ſermonibus, concionibus, hiſtorijſq; omnium Europę nationum peruulgatum. Quanquam nec hæc ipſa ita liberè effunderem, niſi & amore tui ductus, & honeſtate candoreq; tuo fretus: quoniam hęc ipſa etiamſi veriſſima & notiſſima, tamen ſi alibi apud alios dicerentur, maximum mihi dãnum poſſent afferre. Euidens quidem eſt omnib. toto Reginę veſtrę principatu nihil vos ſtudioſius fuiſſe molitos, quã quemadmodum & alios Chriſtianos Principes: & eoſdem ipſos funditus euerteretis, pro quorũ fœlici ſucceſſu illas triumphales pyras ſimulabatis. Et de Põtifice quidẽ quid attinet loqui, quẽ vos Antichriſtum, Diabolum, Mahumeto multis gradib. exe- *Parlamen.*
crabiliorem vociferamini: cuius nomen tot ſanguinarijs legi- *anno 13. E-*
bus perſecuti eſtis: à cuius ciuitate Romana ſi quis cuiuſcunq; *lizabeth.*
generis regulas leuiſſimas, picturam, imaginem, crucem in in- *cap. 2.*
ſulam veſtram attulerit, legib. veſtris ad perpetuos carceres & bonorum omnium amiſſionẽ damnatur. Adeo vt ſi quis hic peregrinus Anglus in patriam rediturus Romam inuiſat, & illic par calceorum emat, eiſque indutus Angliam ingrediatur, aut cultellum vel ſcalpellum inde ad amicos ſuos in beneuolentiæ ſignum deferret, fortaſsè ſi iudicibus veſtris ſiſteretur, illi eum huius legis violatæ teneri decernerent, quoniam à maiori & fortiori poſſent arguere in cultello vel ſcalpello, quam in picta Chriſti imagine magis eſſe ad ſtatum veſtrum turbãdum periculi. Ad Hiſpanię verò regem vexandum, vaſtãdum, opprimendum ab annis triginta quas fraudes non eſtis commenti? quibus inſidijs, fraudibus, proditionibus, fictis fœderibus, aperta vi non eſtis vſi? Qui in Belgio rebellionem illã Aurangianam ſemel atq; iterum ſopitam excitaſtis; qui pecunias regias duci Albano in ſtipendia exercitus miſſas intercepiſtis, qui proditores illos pecunia veſtra, militib. veſtris, conſilio veſtro, auxilioque omni fouiſtis: qui ad occupandos in Hiſpania portus maritimos cum Mauris & Afris conſilia conſociaſtis: qui ad extremam Americam progreſſi inſulas regis depopulati eſtis, ſpoliaſtis monaſteria, diripuiſtis Eccleſias, occidiſtis innocentes nec quicquam de vobis cogitantes: qui naues regias inuaſiſtis, qui contra eum terra latrocinium, mari pyraticam perpetuam continenter exercuiſtis. Neque iam loquor de poſterioribus his annis, quando inimicitiæ veſtræ ſunt apertiores, ſed de primis quãdo ſummam amicitiam prætendebatis:

Proximis verò Galliæ & Scotiæ regnis quæ mala non i
ſtis? quas ſubditorum à regibus defectiones? quas exerci
ſtrages, quas ciuitatum direptiones, quas integrarum pr
ciarũ depopulationes non effeciſtis? Primæ in Gallia reb
nis cauſa & ſemen nonne vos directè fuiſtis, qui & conſil
belles illos excitaſtis, & ſupplemento pecunię militumq;
firmaſtis, & interceptos maritimos quoſdam Normann
Ann.1562. tus in gratiam rebellium, contra regem noſtrum Chriſti
ſimum milite præſidioque Anglicano communiſtis? I
prælijs quæ ſecuta ſunt per annos pluſquam viginti, an v
in caſtris regijs pro Rege defendendo turma vna militun
glorum à vobis ſubmiſſa apparuit? Contra vero rebellibu
vnquam vel cõſilio, vel milite, vel pecunia, vel exterorum
liæ hoſtium ſubornatione defuiſtis. Quoties Germani,
Caſimirus, alias Bipontinus, alias alij pecunia Anglicana
tra Regem Chriſtianiſſimum conducti ſunt? Percuſſit qu
aliquando regina veſtra fœdus cum Rege noſtro de *mutu*
fenſione, idq́ue *contra alios omnes fœderatos, amicos, cogna*
fratres, abſq; vlla exceptione perſonarum quarumcunque, co
tionis, cauſa aut alterius contractus: & hoc magna religio
ſolenni iuramento *in verbo Reginæ & fide Principis Chriſ*
ſe exactè ſeruaturam promiſit, nec *paſſuram vt per ſe vel ſi*
tos ſuos aliquis iuuaretur quocunque modo, directè vel ind
in fœderis eius praiudicium. Hæc ſunt enim iuriſiurandi v
Et quamdiu durauit huius tam ſolennis pacti & obligat
ſanctitas? Paucis poſt non dico annis, non menſibus, ſed
manis ad defendendos contra Regem Rochellenſes,
rum ciuitatem liberandam, quæ tum ab exercitu regio
debatur, claſſis in Anglia inſtructa eſt, Angli in ea m
Angli in ea militũ pręfecti, Anglicana nauis totius claſſi
toria (quam Admiralliam vocant) in cuius antennis m
more Anglicanæ reginæ vexilla & inſignia eminebant, e
glicanis portubus ad eam expeditionem ſoluebant. Q
quam autem res infœliciter geſta eſt, captuſque Mong
rius primarius eius claſſis ductor capite pœnas luit: tam
emplum eſt illuſtre ad declarandum, quemadmodum
veſter erga Chriſtianiſſimum regem affectus erat, à qu
niſſimis iniurijs laceſſendo poſt tam ſolenne fœdus, illu
tam religioſè iuratum nec tantulo tempore potuiſtis ab
re. Cum Scotis verò regibus quam perfidioſè, quam im
ter, quam barbarè egeritis, eſſet fortaſsè poſteritati incr
le, niſi omnium Europę nationum annales, nec ſolum C

En parole de Royne et foy de Princeſſe Chreſtienne anno 1571. Poplennier libr.34. M.Pig. hiſtor. libr. 10.cap.7.

ſici ſed etiam Proteſtantici, ipſi Anglicani etiam cum priuilegio regina veſtræ impreſſi loquerentur. Vt enim occultiora de rege Scotię per Caluiniſtas interfecto, & inuidia facti in reginā Mariam diabolicè deriuata, veſtris cōſilijs, & vel maximè promouentibus, & per vicinas regiones diſſipantibus omittam: nec veſtri domeſtici Angli Scotique ſcriptores tacent exercitus Anglicanos ſemel, iterum & tertio in Scotiam miſſos, qui rebellium illic partes contra reginam ſuam legitimam principem confirmarent, qui reginę fideles ſubditos, cuiuſcunq; generis nobiles, Comites, Duces, Eccleſiaſticos, Epiſcopos, Archiepiſcopos ferro flammaque perſequebantur, qui regni arces præcipuas, & particulatim reginæ ædes atque palatia pulcherrima vaſtabant, incendebant, & à fundamentis demoliebantur: qui quicquid hoſtis contra hoſtem, cōtra Romanum Pœnus, aut Turcam Perſa attrociſſimum moliri poterat, id omne contra eam quę vos nunquam offenderat, perpetrarunt, & denique ad faſtigium operi reliquo imponendum, reginam illam, ſectiſſimam & innocentiſſimam fœminam, illecebris & aureis montibus promiſſis ad vos attractam, poſt viginti ferè annorum miſeram captiuitatem, inaudita ad hoc vſq; tempus feritate, inaudito vllis ſæculis, vlla hominum memoria exemplo, per carnificem fœdiſſimè mactauiſtis. Hæc ego celeriter tranſilio, quia ſunt vulgatiſſima, & hæc præclarè oſtendunt, qualis à primo Euangelij noui ad vos ingreſſu fuerit veſter animus, quā intenta ſolicitudo & affectio ad principum Chriſtianorum perniciem & vaſtitatem. Interim, erga Mauros, Afroſque Mahumetanos quam vos geſſiſtis amicè, beneuolè, fraternè! Noſtro verò Imperatori tantum non Gnatonicè adulati eſtis, vt me ſane pigeat & pudeat aliquādo: etiamſi natura nomen Anglicanum non valde amem, quum intelligo, quam abiectè & ſordidè legati veſtri Baſſis noſtris aſſentētur, & ſubinde amplis muneribus eorum captent nutus & ſalutationes. Primum fœdus veſtrum cum rege Marochi & Feſſæ quale fuerit, quem ſcopum habuerit, quem fructum rebus Chriſtianis attulerit, operepretium eſt expendere. Id autem optimè pacebit ex Legationis eius hiſtoria, quemadmodum eſt ab ipſo legato perſcripta, & à vobis domi impreſſa tanquam ad Anglicani nominis gloriam. Sic ergo veſter ad Marochenſem regem orator. *Vt primum ad Aſafi portum Barbariæ delatus ſum, miſſi à rege nunc ſignificarunt ei gratiſſimum fuiſſe meum aduentum: & vt primum è naui ſum egreſſus, in littore admodum honorificè ſum acceptus. Vbi ad ſex mi-*

Buchanan hiſto. Scot. libr. 20.

Stow in Cronic. anno 1570. & anno 1573.

The principal nauigations, viages &c. of the English natiō &c. impre. Londini anno 1589. pagin. 156. 157. 158

Digitized by Google

ſex miliaria à Marocho aberam, occurrerunt mihi in equis mercatores omnes Angli & Franci: mox acceſſit Alcaldus nobilis, ... viris 50. multisq; mulis, deferentibus quæ ad conuiuium & epulas inſtruendas pertinebant. Alcaldus ille declarabat regem ſtatuiſſe me in ſuam regionem ea cum pompa ſuſcipere, quanta nunquam Chriſtiano alicui obtigiſſet: ideoq; cupiebat ſcire ipſum tẽpus quãdo die proxima ciuitatem cogitabam ingredi. Velle enim regem, vt omnes ex quacunq; prouincia & regno illic agẽtes Chriſtiani, & ſimul ſui nobiles omnes mihi irent obuiam, &c. Eo cum veniſſem, mihi declaratum eſt, regem adeo vehementer de meo aduentu lætari, vt ipſe ſibi ſatisfacere nõ poſſet in demonſtranda ſua inſigni beneuolẽtia erga Reginam. Extra portam ciuitatis exceptus ſum à Conſiliarijs, & per eos deductus ad regem: qui mox poſt alia quædam narrauit mihi Regem Hiſpaniæ petijſſe ab eo, vt legatum illuc poſſet mittere. Verum noui (inquit) *regem Hiſpaniæ: & noui reginam Angliæ: neq; probo aut illum, aut religionem eius: qui ſic gubernatur ab inquiſitione (Epiſcopis & Clero) vt ipſe per ſe nihil poſſit*; ad mutandam, intellige, religionem, & loco Catholicæ fidei inducendum Alcoranum. *Quando itaq; illius orator venerit, videbis quam parui ego illum æſtimem, & quam inſigniter te extollam. Ille viginti dies attendet & expectabit priuſquam ad præſentiam meam deducetur: tu verò quotidie quãdo voles ad me accedes, teq; vtar familiariter tanquam amico & ſodali & vno ex domeſticis.* Iſta, Samuel, noua & inuſitata regis Mahumetani erga reginã veſtram beneuolentia, iſta tanta pompa & magnificentia vobis exhibita ſolis, & ante vos nulli vnquã Principi vel Imperatori Chriſtiano, an nõ cernis ex quo fonte manat? At recordare ſimul eius temporis hiſtoriam, rerumq; ſtatum, vt vna videas illius regis animum breui ſpatio erga Chriſtianos veſtram ob cauſam vehemẽter mutatum. Poſt cæſum Sebaſtianum regem Portugalliæ, & eodem prælio defunctum regis huius fratrem, eaq; ratione regnũ Marochi & Feſſæ huic alteri fratri delatum, rex iſte abſque mora, ſtatim miſſa ad Hiſpaniæ regem legatione honorifica, fœdus cum fratre pacti vt deinceps valeret, petebat, ſeque illud fideliter ſeruaturum promittebat. In ſignum amicitiæ captum in exercitu Sebaſtiani legatum Hiſpaniæ, virum nobiliſſimum, abſq; redemptione donauit regi. In gratiam regis reſtituit corpus interfecti Sebaſtiani, quod Luſitani multis oblatis conditionibus non potuerunt obtinere. Quam beneuolẽtiam rex Catholicus regi planè munificentia miſſis ad eum immenſi valoris gemmis compenſauit. Paulo poſt petenti regi Hiſpaniæ, ille alter d... uit

...us my companion.

Ann. 1578. Coneſtaggio, &c. hiſtoria de Portu. li. 2. fol. 51. & libr. 9.

uit ducem Barcelloſij filium ducis Braganzę, è Luſitana nobilitate principis & regij ſanguinis: quem Rex Hiſpaniæ liberū, & liberè gratiſq; remiſit in patriam: etſi eodem tempore pater ipſius, Dux Braganzæ eſſet pro filio cōtra regem Hiſpaniæ coronæ Portugallicę competitor. Solicitatus poſtea ab Antonio Priore rex iſte Marochēſis turmas aliquot militum Afrorum in eius gratiam conſcripſit, quæ Antonium iuuarent in recuperando regno quod ſibi iure debitum ab alijs iniuſtè inuadi querebatur: ſed per legatum regis Hiſpanię edoctus, ius illius regni Antonio eſſe nullum: ſed illud ad ſe pleniſſimo veriſſimoque iure deuolui, dimiſit milites & ab eo bello prorſus abſtinuit. Cui proximo anno Rex Philippus parem retulit beneuolentiam, quando Vcchiali rex Algeriæ, & præfectus claſſis Turcicæ in finibus Africæ ad fretum Herculeum arcem ædificare cœpit, cum pari detrimento regni Feſſæ & Portugalliæ: ſed ad expoſtulationem regis Hiſpaniæ illud contra fœdus cū ſuo Imperatore nuper percuſſum fieri declarantis, claſſemq; ad opus illud impediendum paratam habentis, ab incepto deſtitit. Præterea alia quædā huius generis mutua officia in vulgaribus hiſtorijs occurrentia: quæ tanta quidem fuerunt, vt cum Rex Hiſpaniæ militem colligeret in Italia ad expeditionem (quod euētus docuit) Portugalliæ, vulgaris fuerit opinio eum cum Rege Marocchenſi (cui eo tempore Turca erat infenſus) occultè conſpiraſſe, & exercitus contrahere ad Regem Algeriæ vaſallum Turcæ, ex ea ciuitate regnoq; depellendum. Illius autem beneuolētiæ in Marochenſi Rege erga Hiſpaniæ Regem ad hoc vſque tempus non interruptæ, vnde iam tam repentina & inſignis mutatio, non modò vt remotiſſimæ Principis legatum, tam extraordinarijs honoribus proſequatur, ſed etiam vt Hiſpaniæ regis vicini & antiqui fœderati legato vel ordinaria & communia ciuilitatis officia deneget? ne ad eius aſpectum accedat: vt tot diebus præſtoletur atq; attendat. Huius varietatis præter alias cauſas quas ſequens narratio oſtendit, præcipuam ipſe Rex vnico verbo notauit, quando ait ſe *amare nec regem Hiſpaniæ nec religionē eius*: contra vero plurimum affici erga Reginam veſtram propter *eius religionem*, ideoq; hos ei honores deferre, qui hactenus nulli Chriſtiano principi deferebātur. Cæterum hoc ex ipſius legati verbis magis elucesſcet, cuius hæc eſt de eo Rege grauis cōcluſio, & quaſi Euangelicum pronunciatum. *Comperio eum vitam traducere in magno timore Domini, In ſcripturis teſtamenti noui veteriſque eſt egregiè verſatus. Impēſè diligit nationem noſtram plus quam cæteras.*

Ibid. lib. 4. M. Roſco, &c. hiſtoria del mōdo in aggiūta li. 3. anno 1580.

Anno 1581. L. Vlchiali apoſtata Calabrenſ.

Hiſtor. de Portugal. vt ſupra lib. 3.

ceteras, propter religionem noſtram quæ prohibet idola: & M
vocant eum regem Chriſtianum: in eodem opinor ſenſu q
gina veſtra Chriſtianæ & Catholicæ fidei ſe vocat defen
cem, vt mox audies. Quanquam in hoc vltimo, nihil d
quin aberrauerit orator veſter. Vocant quidem Mauri &
hunc regem, vt item reliquos Marocchenſes, quemadm
antea notatum eſt Miralmumenim, id eſt rectè credētiu
lege ſcilicet Mahometica & Alcorano) Principem. Qu
titulo iſte Rex in literis ſuis amiciſſimis ad Comitem ve
Leceſtrenſem, *cum debitis laudibus redditis Deo, & iuſti*
dictionib. redditis prophetæ Mahumeti, ſeipſum nuncupa
ley Hamet *Miralmumenim*, filium Muley Mahumet
Miralmumenim: at Chriſtianum principem nec huius n
res ſe dixerunt vnquam, nec iſte hodierno die ſeipſum ap
aut appellari cupit. Eſtq; hoc figmentum huius oratoris
magis probabilis & honorifica videretur Chriſtianis veſ
ginæ cum rege Chriſtiano tam arcta neceſſitudo. Sed a
ſummam huius legationis. *Decimo Iunij* inquit legatus in
rio ſuo) *fui cum rege ad horam vſque noctis duodecimam, n*
pollicitus eſt, quod omnes Anglicanæ naues & mercatores
ingrederentur portus & regiones ſuas tam propter mercat
quam propter commeatum: tū etiam ſi quod regina bellum
cederet cum aliquo hoſte, capta ſpolia prædaſque Angli illu
poſſent importare, vendere, diſtrahere, vel pro ipſorum ar
auferre, & ad alia loca conuehere, vt ipſis videretur comm
Item Anglis cum ſuis nauibus, mercibus & bonis quibuſcu
liberam fecit poteſtatem per ſuæ ditionis portus oramq; Ba
maritimam tranſeundi ad mare Leuanti, imperiumq; Tur
& regis Algeriæ: ſeq; aiebat ſcripturum ad Turcam & rege
geriæ, vt noſtri benè tractarentur. Nonne, Samuel, tota h
ratio cōuincit nullum vnquam Mahumetanum regem
ille erga veros Chriſtianos affectum, quemadmodū hic
ga vos: idq; tantummodo cauſa religionis veſtræ quæ e
humetanæ ſimilior, quàm vnquam fuit religio alicuius
ſtiani Principis? Nonne eadem eſt ſententia Oratoris
veſtram Anglicanam fidem eſſe coniunctiorem cum M
metica, quàm vel fides veterum Chriſtianorum, vel eti
rorum Proteſtantium Lutheranorum Germaniæ, qui n
nus quam Catholici *idola* in ſenſu Caluiniſtico, hoc eſt,
nes Chriſti, ſanctiſſimæ Virginis & ſanctorū admittunt
cum Mahumetanis confringunt & abominantur? N
quaſi depingit egregium Proteſtantem in eius perſona
facit viuentem *in magno timore Domini*: ſtudioſè *ver*

ſcripturas teſtamenti noui veteriſq;, dictum communi ſuorum appellatione *regem Chriſtianum*. Certè iſta ſi rectè examinentur, lōgè perfectiorem nobis Chriſtianum in Principe Mahumetano deſignāt, quàm quæ ab Euangelicis ad Euangelicum definiendum requiruntur: quoniam ſine timore Domini, ſine tam ſtudioſa meditatione & lectione Teſtamenti noui veteriſque, numeris omnibus abſolutum Proteſtantem ex doctrina Proteſtantium clarè dilucideq; ſuperius definiuimus. Denique iſta legatio veſtra nonne ſatis apertè inſinuat vos cum hoc rege Mahumetano fœdus iniſſe, ad Chriſtianos perſequendos, ſpoliandos, prædandos? ex quib. captas naues, ſpoliaque in portubus, vrbibus, tota ditione Mahumetanorum fas eſſet vendere, commutare, vel etiam ſeruare, & illinc ad alia loca vobis commodiora auehere? Denique quod ille rex pollicetur ſe literis ſuis actutum apud Regem Algeriæ, Apoſtatam Calabrenſem, famoſum cum tota ciuitate illa Chriſtiani nominis perſecutorem, & apud noſtrum item Imperatorem, vt Angli in eorum quoque Imperijs non minus amicè tractentur, hoc eſt, eadem fruantur gratia & immunitate, eadem licentia: vt quæ ex hoſtibus direptis, victis, fugatis, occiſis adepti ſunt ſpolia, vendant, nundinentur, vel ad ſuas vtilitates quas poſſunt maximas applicent, iſta intelligi non poſſunt de ſpoliatis infidelibus Mauris, Afris, Saracenis, Mahometanis, ſed neceſſariò de Chriſtianis ſunt interpretāda: ideoque & ad Chriſtianos vexandos, & Chriſtianam rempub. vexandam, vaſtandam, depopulandam, veſtra hæc conſilia, veſtræ ſocietates, veſtra fœdera cum hoc Mahumetico rege ſunt inita. Idque declarat hiſtoriæ huius continuatio atque progreſſus: literis enim (vt videtur) huius regis Marocchenſis commendati ad Portam noſtri Imperatoris acceſſiſtis: & partim illius gratia, partim muneribus & ſupplicatione veſtra, cum eo etiam amicitiam contraxiſtis, nunquid ad reipubl. Chriſtianæ bonum? Ipſæ literæ miſſæ à regina veſtra ad Aulam loquuntur apertiſſimè. Mihi quidem contigit earum aliquas vidiſſe, quarum ſemper idem erat exordium, idque his ferè verbis. *Elizabetha Dei ter maximi & vnici, cæli terræquè conditoris gratia, Angliæ, Franciæ & Hiberniæ regina, fidei Chriſtianæ contra omnes omnium inter Chriſtianos degentium, & Chriſti nomen falsò profitentium idololatrias inuictiſſima & potentiſſima defenſatrix; Auguſtiſſimo: Inuictiſſimoquè Principi, Sultan Murad Chan Turcici regni Dominatori potētiſſimo, Imperijq; Orientis Monarchæ ſupra omnes ſoli & ſupremo, ſalutem &*

Lib. 4. cap. 9. & c. 10.

Vide Nicholaum Nichel. des peregrinations Orient lib. 1. cap. 8.

tem &

tem & multos cum rerum optimarum affluentia fœlices natos annos. Eadem eſt præfatio reliquarum literarum lijs temporibus ſcripſit, niſi quod in his poſterioribu
Ann. 1581. edocta vocat Imperatorem noſtrum *Dominatorem n*
Ann. 1584. *cici* regni, quod eſt apud iſtos nomẽ odioſum, ac ſi Pr
tem dicas ſchiſmaticum vel Zuinglianum, ſed regni *A*
nici, hoc eſt orthodoxi, & ſanè rectéque de fide ſentien
alia verò quædam & nominatim, factam Turcis omn
fris, Mauris, Arabibus Mahumetanis infidelibus quil
que ſub Turcæ Imperio degentibus liberam poteſtat
gliam commeandi, mercandi, negociandi, &c. literas
demum concludit *Deum illum qui ſolus & ſupra omnia*
nes eſt acerrimus idololatriæ vindicator, ſuiq́; honoris cõt
tium & aliorum falſos Deos zelotes, precabimur vt veſt
Ann. 1579. *uictiſſimam Cæſaream Maieſtatem omni beatitate coru*
Octobris 15 *rũ fortunet quæ merito habẽtur deſideratiſſima.* Hoc Tu
reginæ fœdus Turcicus eius orator hic in Aula morat
teris ad regem Tripolis pro liberatione quorundam A
qui illic tenebantur captiui, è quib. aliqui ad circunci
hoc eſt ad Mahumetanam profeſſionem compellebãt
quid opinor vel dixerant vel fecerant contra Mahum
Alcoranum, propter quod iuxta leges morte erant ple
niſi præſenti à Chriſtianiſmo ad Mahumetiſmum def
pœnam eam volebant redimere: Nam alioqui ad circu
nem nemo compellitur) vocat Italicè ligam ſanctam,
ratam (opinor) à duobus principibus Muſulmannicis
nimirũ & Euangelicè ſentientibus. Quod ſi verba regi
ſuis in literis poſita rectè expenderis, an nõ manifeſtum
ſignificare voluiſſe magnam ipſius & à regibus Chriſt
lienationem, & arctiorem quàm tu fortaſsè vides cum
no Turcicæ, non principe ſolo cõiunctionem? Certè v
riſq́ue Alcoranus Turcicus ſonat Euangelicè & Calu
ſic in ſuis his literis reginæ veſtræ Secretarius loquitur
mannicè & Turcicè. Nam primum illud de Deo ter m
& *vnico ſoloq́ue*, quamuis & Chriſtianè dicatur, & à C
nis credatur veriſſimè: tamen quia in Alcorano illa ph
ſurpatur, & à Turcis Vulgari conſuetudine refertur ad
Azoar. 4. dendam à Deitatis vnitate Trinitatem, perſonas nimi
Azoar. 5. & 10. ſti & Spiritus ſancti. *Solus Deus* (inquit Mahumetus) *e*
viuus & verus creator, præter quem non eſt alius. Deus
Azoar. 11. *vnus, isq́; participe carens, adorandus eſt: non dicatis tr*
Azoar. 69 *eſſe, cùm ſit niſi vnus, qui Filio caret. Ille Deus verus e*

quem nõ eſt alius, participibus Filio & Spiritu ſancto *illi mendaciter aſcriptis carens*: & ita vbiq; in Alcorano & alijs libris Mahumeticis: hoc denique de vno & ſolitario Deo inſcriptum in omnium Moſquearum parietibus, eſt ipſa medulla, eſt baſis & cardo, principiumq́, & finis religionis Turcicæ: maximeq; putatur opponi religioni Chriſtianæ) non eſt dubium quin Regina veſtra eiuſque ſcriba illis vocabulis ambiguis gratificari voluerit Turcæ, cuius (vt mox videbis) demiſſe & perhonorificè tanquam optimi domini & patroni ſui nomen veneratur, & quem nulla de cauſa volebat offendere. Hocq; magis confirmabitur, ſi hæc Reginæ verba cum verbis legati eius contuleris, quibus Turcam ad iſtos *idololatras Chriſtianos* è medio exterminãdos hortatur, quia videlicet ad hoc officium potiſſimum Turca à Deo excitatus eſt, vt ea ratione Chriſtiani reliqui relicta idololatria ad *eundem verum Deum cum Turca adorandum* conuertantur. Quod ſi ita eſt, ſi verus Deus à Turca adoretur, tum certè Chriſtus & Spiritus ſanctus Deus non eſt; ideoque iſta verba de *vnico & ſolo* Deo ad excludendas perſonas Chriſti & ſancti Spiritus neceſſariò ſunt intelligẽda, ſi Oratorem Anglicanum qui optimè putatur tenere principis ſuæ mentem & ſententiam, eiuſdem verba explicantem admittimus. Quin maior adhuc vis eſt in illa altera clauſula, in qua ad gratificandum auribus Turcicis, vocat ſeipſam *inuictiſſimam & potentiſſimam defenſatricem Chriſtianæ fidei contra omnes omnium inter Chriſtianos degẽtium, & Chriſti nomen falsò profitentium, falſosq́; Deos colentiũ idololatrias*: vel vt loquitur breuius in literis quibus Harebrounc Anglum quẽdam ſuum in Turcia conſtituit cum authoritate legatum (hic enim ſtylus nunquam omittitur in literis ad Imperatorem, Baſſam, vel legatum ſuum in Turcia agentem) *propugnatricem veræ fidei cõtra idololatras Chriſti nomen falsò profitentes, &c.* Hæc autem idololatria tribus vel quatuor potiſſimum capitibus iuxta Alcoranum comprehenditur. Primum eſt adoratio SS. Trinitatis: trium perſonarum Patris, Filij, & Spiritus ſancti. Quia enim Chriſtiani Chriſtum Deum, & Spiritum ſanctum Deum cum patre credunt & colunt, idcirco rudis ille Monachus apoſtata Sergius, & Mahumetus in rebus Theologicis nihilo magis acutius, duos *falſos Deos* cum Deo vero coniungi, & pari honore affici, atque hoc eſſe ſummè idololatricum garriebat. De quo ad ea quæ proximè dicta ſunt, hæc paulò luculẽtiora ex Alcorano deſumpta adiungantur, *Ego* (inquit Mahumetus) *diſſentiens à Chriſtianis non adoro quos ipſi* (Chriſtum & Spiri-

Anno 1582 Nouemb. 20.

Azoa. 20.

& Spiritum ſanctum) *ſed vnum ſolum Deum. Qui ver*
Azoar.12. *Ieſum Mariæ Filium, Deum eſſe dicunt, mendaces ſunt*
duli, & falſum Deum colunt, hoc eſt, ſunt idololatræ.
cundam cauſam huius appellationis annectit, ita de C
Azoar.19. nis ſcribens: *Chriſtianos dicentes Ieſum eſſe Filium De*
dat Deus, qui etiam ſuos Sacerdotes atque Pontifices, Ie
Filiũ Mariæ ſibi Dominos loco Dei ſumẽtes venerantur,
præceptum ſit nõ niſi Deum vnũ adorare. Vbi idololatr
Chriſtianos ob honorẽ quem Sacerdotibus & Epiſco
quam Chriſti vicarijs ſemper deferebant. Tertia cau
bi ſemel atq; iterum explicata, veneratio nimirum ſ
imaginũ. Cui quartam addit Theodorus Bibliander
calculo quoq; ſuo comprobat, etiamſi nihil tale Mah
aſſerat, ſed tantummodo fingit alicubi interrogari C
Azoar. 13. hoc modo. *O Ieſu Fili Mariæ, tu perſuades hominibus, v*
tremq; tuam duos Deos habeant & venerentur. Cui lo
mentarium hunc in margine appoſuit Theodorus: (
Bibliand. *pro Dea coli obijcit Mahumetus*, quod *quibuſdã* non pr
in margine tibus, Lutheranis vel Caluiniſtis, ſed Catholicis) *vtin*
Alcora. ad quit idem Theodorus, non competeret, ſic nimirum a
Azoar. 13. eſſe verum. In præfatione autẽ Alcorani planius ratio
Bibliand. dens Mahumeticæ Apoſtaſię, ex iſtis tria ſimul recenſe
in præfat. licet quod tunc temporis. 1. *Cõſtabat diuam Virginem*
Alcorani. *tioſius à multis Chriſtianis coli, quod* (inquit) *hodie quo*
dum eius opẽ ſuperſtitioſè implorant. 2. Quod diceret (M
tus) *à Chriſtianis tres Deos coli, Patrem, Filium, & Spir*
ctũ. 3. Adhæc, quod ſimulachra venerarentur. His ergo
membris cum totum hoc idololatriæ crimẽ à Mahum
bis obiectum cõtineatur: etſi facilè eſt homini Chriſti
rum vnumquodque facillimè refutare. Vnum enim D
nicunque & ſimpliciſſimum propriè adoramus, quanq
tres perſonas diſtinctum: nec alium Beatæ Virgini h
vel Pontificibus tribuimus, quam à Deo & Chriſto i
ſacris impendere iubemur, veræq; Theologiæ & ſanæ
eſt maximè conſentaneum, quod idem de ſacris ima
ex ipſa Lutheranorũ doctrina alibi eſt demonſtratum,
quia hoc non eſt huius loci, illud potius attendatur, an
his vel blaſphemis hęreſibus, vel craſſiſſimis mendacijs
gliani & Caluiniſtæ cum Turcis prorſus conſpirent: i
Regina veſtra cuius Euangelica fides proximè è Calu
& Zuinglianiſmo hauritur, idem cum illis ſenſiſſe exi
ſit. Primum eſt, impiè vocari Chriſtum Dei Filium: au

cari vt Deum. Atque horum vtrumque quoties quamque vehementer à Caluino ſuiſque aſſeritur, qui quoad illud, Concilium Nicænum totiuſque Eccleſiæ Catholicæ fidem ſceleratiſſimè & ſuperbiſſimè redarguit, quoad hoc, ſillabatim & directè pronuntiat barbarum eſſe S. Trinitatem inuocare, & Chriſto aliam prorſus à patre naturam fabricat, ideoque vel duos Deos cum gentilibus fingit, vel Chriſtum verum Deum cum Mahumete inficiatur neceſſario. Et quam multæ ſunt Caluiniſtarum myriades qui cum Mahumete & Mahumetanis idololatricum putant Chriſtum Deum aut Spiritum ſanctum adorare: quos non re, ſed ſola nominis communione Deos arbitrantur, non aliter quam Moyſes vocatur Deus Pharaonis; & quomodo Mercurius Triſinegiſtus Deus appellabatur à quibuſdam, memini à Michæa eſſe luculenter expoſitum. Proxima verò duo, quod Chriſtiani diuinis honoribus afficiant Pontifices ſuos, & maximè Romanum, iiſdemq; diuinis honoribus proſequantur imagines, ideoque ſint idololatræ, ita ſunt in omnium Caluiniſtarum libris, inſtitutionibus, concionibus, & familiaribus ſermonibus vulgaria, vt ſolis lux nō ſit magis conſpicua quam nota eſt omnibus duplex illa Zuinglianorum de Catholicis mendaciſſima calumnia. Idemque de quarto, Deitate ſcilicet Mariæ affiicta ſentiendum & dicendum eſt. Quod timidè, diffidenter, ſuſpicioſè ſignificat potius Mahumetus, quam affirmatè pronuntiat. At Bibliander, Caluinus, Beza, & eorum diſcipuli quoties quamque impudenter hac craſſa & ſtupida calumnia Catholicos onerant? Beza certè vt alios taceam dicere non veretur (& quid eſt quod homo ille dicere vel etiã facere veretur?) antiquos hæreticos qui Mariæ ſacrificabant, & propterea ab Eccleſia Catholica condemnati fuerant, minus idololatricè peccaſſe quam Chriſtianos & Catholicos, qui maiorum ſuorum veſtigijs inſiſtentes, & Virginem Mariam à Deo tam lato longoq; interuallo quam creatura à creatore diſtat diſcriminantes, eos tantum Mariæ tanquam præſtantiſſimæ creaturæ, filijq; Dei Matri honores tribuũt, quos Eccleſia Chriſti Catholica, non noſtro primum ſæculo, ſed antiquitus ei tribuendos cenſuit, & quibus ipſe etiam Mahumetes eam vt puriſſimam Virginem, & reliquis creaturis excellentiorem, dignam iudicauit. Quoad inuocationem autem, ipſique & huius ætatis & ſuperiorum ſæculorum Mahumetani, eam non aliter quam Chriſtiani inuocant, eiuſque opem ſuppliciter implorant, vt

Beza in Timoth, ca.4.v.1.

eſt à Michæa diligenter annotatum: ideoque in eo & fallit & fallitur Theodorus Bibliander, quod dicit inuocationem Mariæ fuiſſe cauſam cur Mahumetes Chriſtianos inſimularet idololatriæ. Neque enim vel tunc Mahumetes, vel hodie Mahumetani ſimplicem eius inuocationem reprehendunt. Sed & tũ Mahumetes obliquè mentiebatur, vt hodie directè mentiuntur Euangelici, Catholicos beatam illam virginem pro Dea colere, diuinam ei adorationẽ attribuere, & *eam Filiumque eius duos Deos habere & venerari*, vt iam ex Alcorano audiuiſti. Cũ ergo propter iſtas rationes Chriſtiani ſint idololatræ Mahumetis & Turcis, eaſdemq; ob cauſas ijdẽ Chriſtiani idololatriæ accuſentur à Zuinglianis, cõſtat Reginã veſtrã illa verba de *profitentibus idololatrias falſosq́ Deos colentibus*, intelligere Mahumeticè, hoc eſt, Chriſtianos omnes cenſere idololatras, qui vel ante Mahumetem, vel Mahumetis tempore Chriſtianum nomen fidemque de S. Trinitate & reliquis illis Chriſtianam in orbe colebant, & qui ſuſceptam ab illis eandẽ Chriſti profeſſionem contra Mahumetis poſteros, Saracenos Turcaſq;, ad hanc diem in orbe continuarunt. Vt iam nemini mortalium poſſit eſſe dubium Euangelicam Reginę fidem eſſe cum Alcoranica apprimè congruentem, eiuſque fœdera ad extirpandam fidem Chriſtianam, & Alcoranicam eius loco conſtituendam dirigi. Et quæ de prædis agendis hoſtibuſque oppugnandis & ſpoliandis prædicta ſunt, ad ſolius Chriſtiani populi vaſtationem, ad Chriſtianorum tantummodo cędem, ruinam atque internecionem, ab ea intendi & comparari. Sed adhuc aliæ ſupplices literæ ab eadem ad Imperatorem noſtrũ miſſæ hoc demonſtrant luculentius. Quidam Anglicanæ nauis Dominus in Mari Leuantino, quod eſt ditionis Turcicæ, ſpeculatus quandam Turcarum nauem minus inſtructam in eodem mari curſum tenere: vel cupiditate cõmotus quia putabat eſſe diuitem, vel errore, quia iudicabat Chriſtianã, eam inuaſit & diripuit. Iniuria ad Baſſas delata, Regina per ſuũ Legatum de Baſſarum minis fit certior. Illa ſtatim ad Imperatorem noſtrum literis humiliter ſuppliciterque ſcriptis, poſt ordinariam præfationem de ſuo ad falſos & idololatricos perſequendos zelo, ſic eum inter alia compellat. *Inuictiſſime & Auguſtiſſime Cæſar totius Orientis ſupra alios omnes monarcha ſupreme, &c Intelligimus (quo nobis nihil euenire potuit grauius aut moleſtius) nuper quoſdam veſtros ſubditos à ſubditis noſtris magnam accepiſſe iniuriam: quoad nos quidem omni cum ſeueritate vindicabimus. Vtq́ factum ipſum eſt longè flagitioſiſſimum,*

ſic eo

ſic eo eſt magis intolerabile quod infringit & imminuit ſinceritatem fidei noſtræ & promiſſi quod fecimus Imperiali maieſtati veſtræ, &c. Ob quam tam infandam iniquitatem niſi odium noſtrum in homines adeo ſceleratos & impios effunderemus, iuſtè omnium iudicio poſſemus condemnari. Tandem poſt quædam huius generis, hæc eſt concluſio, & literarum ſumma *Vehementer quidem obſecrauimus Imperialem maieſtatem veſtram, vt propter flagitium paucorum improborum hominũ, gratioſam beneuolentiam veſtram à nobis ne velitis auertere, fideliſſimeque pollicemur Magnitudini veſtræ, quod bona quæ magna cum iniuria & vi à ſubditis veſtris erepta ſunt, plenè reſtituentur. ſi vel poſſeſſiones, vel etiam vita latronum vſque eo ſufficiat. Quapropter vt noſtra amicitia nihilominus perpetuetur: perinde ac ſi infœlix iſte caſus nunquam extitiſſet, vtq; ſingularis affectio ſubditorum noſtrorum veſtræ Imperiali maieſtati deuota & indies magis ac magis deſiderata conſeruetur & defendatur, propterea nos veſtræ Magnitudini humilem facimus ſupplicationem. Et ob tam egregiam bonitatem veſtram erga nos & ſubditos noſtros, humillimè oramus omnipotentem Deum creatorem cæli & terræ, vt ſemper conſeruet & cuſtodiat veſtram excellentiſſimam Maieſtatem in omni fœlicitate & rerum gerendarum proſperitate. Grenouici. Anno 1581. Iunij 26.* Iſta, Samuel, non egent, opinor, commentario, vt doceatur vos eſſe cum Mahumetanis & animo & corpore coniunctiſſimos. Qui enim Mahumeticè tanquam ex ipſo Alcorano edocti Chriſtianos vt idololatras propter rationes Mahumeticas inſectamini: qui Mahumetẽ & Turcas vnici Dei veros cultores eſſe cõceditis: qui deinceps Imperatori noſtro tam demiſsè & abiectè adulamini: qui tã lachrymosè grauiterq; deploratis iniuriam paucis Turcis factam, qui eodem tempore iniurias ſacrilegas Chriſtianis illatas arrogantiſſimè iactabatis: quando & bonis & etiam ſanguine Anglorum merces per vim Turcis ablatas compenſare pollicemini: qui eodẽ tempore ob bona & vitam multis Chriſtianis ereptam nihil eratis ſoliciti: hæc Reginæ veſtræ ad Imperatorem noſtrum tam *humilis* & Regia celſitudine indigna ſupplicatio, hæc Anglorum *ſingularis affectio Turcico nomini deuota & conſecrata, & in dies ſingulos magis magisq; expetita*: hæ veſtræ *orationes humillimæ* ex intimo nimirum corde fuſæ ad Deum pro *eius fœlici in rebus gerendis ſucceſſu & proſperitate*: manifeſtè cõueniunt idem velle vos Euangelicos quod volunt Turcæ: idem vos cũ Mahumetanis ſtatus Alcoranici cupere incremẽtum, eandemq; cum iiſdem Mahumetanis moli-

liri Chriſtianæ Reipub. imminutionem, diſſipationem & euerſionem: & id ipſum alia quædam veſtra eiuſdem temporis acta vberius & luculentius confirmant. Nam & multos Turcas ære veſtro ex captiuitate in India Occidentali liberaliter redemiſtis: eoſque adductos in Angliam tractaſtis perhumaniter: & deinde *Regina naue quadam Londinenſi illis aſſignata in Turciam remiſit* amiciſſimè, cõtra verò *alia nauis Londinenſis ora*
Ann. 1586. *maritima Hiſpaniæ* prædas agens eaſdem adduxit in *portum ciuitatis Algerienſis, ibique & bonorum & captæ nauis auctionē fecit*; proptereaq; rex Algeriæ *magno amore & ſpeciali beneuolētia Anglos proſecutus eſt*. Non progrediar ad poſteriora tempora & res à veſtris hominibus in Mahometis gratiam iſto vltimo ſeptennio geſtas: vel quia eędem ſunt in genere cum alijs hactenus percuſſis, tantummodo plura præbēt exempla eiuſdem animi & erga Chriſtianos valde hoſtilis atque infeſti, & erga Mahumetanos nõ minus propenſi amantiſſimiq;, quem hic ſæpius profitemini, & actionibus quibuſdam demonſtraſtis, vel quia in permultis libris hiſtoricis, alijſque & Latinis, & Germanicis, & Gallicis vbique ad æternum Euangeliſmi Anglicani Alcorano Mahumetico adeo affinis memoriam conſignata vbiq; occurrunt: vel quia illis poſterioribus annis magis ſe profuderunt odia veſtra, & apertius belli flammas circumtuliſtis, vt iam Chriſtiani populi ſtrages, & Chriſtianarũ Prouinciarum vaſtitates à vobis & ſocijs veſtris Turcis factas, cum inſigni Chriſtianæ fidei detrimento, maiore bellicæ iuſtitiæ prætextu colorare & inuoluere poſſitis.

ARGVMENTVM
CAPITIS XXII.

Concluſio partim breuiter repetens, partim mutuo componens & applicãs quædam ſuperius perſtricta Caluiniſmi & Mahumetiſmi initia eadem. 1. Contentio de veritate religionis Chriſtianæ. 2. Pontificalis & Eccleſiaſtica authoritas occupata à principe ciuili 3. Chriſtiana fides tradita à maioribus, contempta ab vtriuſq; Apoſtaſiæ authoribus Caluino & Mahumete, perinde ac ſi maiores omnes Eccleſiæque paſtores in fide errasſent, quibus idcirco iſti duo clariſſimam ſuo priuatim iudicio diuini verbi authoritatem iactabant eſſe præferendam. 4. Studium nouitatis. 5. Libertas latrocinandi, & alia peccata committendi. 6. Cum ampla ſpe paradiſum nihilominus conſequēdi: in

di: in quo Caluiniſmus Mahumetiſmum longè præcedit; quod ex doctrina nouorum Apoſtolorum Eccleſiæ Anglicanæ & Geneuenſis manifeſtè docetur. 7. Miniſtri plurimi apertè profitentur Alcoranum, & præferunt reliquis Lutheri, Caluini & ſimilium Euangeliſmis, quos omnes Alcorano inducendo volunt præcedere & inſeruire, adeo vt in initijs, medijs & fine, Caluiniſmus & Mahumetiſmus prorſus cõueniant. 8. Cum verò & doctrina adeo ſit nefaria, & qui eam primo docuerunt, fuerint homines infamis vitæ. 2. Carentes omni vocatione. 3. Et de doctrina ſua hoſtiliter diſſenſerint ſeſeq; mutuò pro hæreticis condemnauerint. 4. Imò vnuſquiſque in doctrina ſua inconſtans à ſeipſo perſæpè diſſenſerit. 5. Quum maioribus ſuis primitiuæ Eccleſiæ hæreſiarchis in modo tradẽdæ doctrinæ ſuæ fuerint ſimillimi, nec minus diſſimiles eiuſdẽ Eccleſiæ Catholicis patribus, qui iam olim iſtos hæreticos, eorum argumenta, totamq; Euangeliſmos ſuos vel ſcriptis vel concionibus diſſeminandi formã & modum in vetuſtis hæreticis perſpicuè refutarũt: quum deniq; in ipſa fide de iudicio extremo inter antiquos Patres & iſtos fratres tanta ſit repugnantia, vt hi cum illis idem calum, eandem fœlicitatem nunquam poſſint ſperare: concludit Ludouicus iſtorum, tum magiſtrorum, tum diſcipulorum, quã Mahumetis, Sergij & Mahumetanorum, & in hoc ſæculo Apoſtaſiam eſſe coram Deo iudice tetriorem, & in altero ſæculo ab eodem iudice longè grauiorem eos manere damnationem.

CAPVT XXII.

ATQVE hęc ego quum aliquando inter ſe confero, & quid valeant apud me meditor: facilè adducor vt credam eſſe verum quod mihi nõ ita pridem quidam Anglus Puritanus in hac ciuitate narrauit, & ſe ex ſua ſcientia certa loqui profeſſus eſt, ꝙ in Anglia permulti ſunt, qui etiamſi fortaſſis adhuc Turcicã circunciſionem nõ ſuſceperint, animo tamẽ, religione, fide veriſſimi ſint Turcę & Mahumetani, qui Alcoranũ omnibus iſtis nouis Euangelijs præferunt, & ſinceriorem continere Dei colendi viam exiſtimant. Id quod eodem prorſus modo fieri in alijs Europæ prouincijs vniuerſis, vbi Caluiniſmus vel etiã reliqui iſti noui Euãgeliſmi graſſantur, nemini põt eſſe dubiũ, qui vel ea quæ hactenus dicta ſunt, vel quę vnicuiq; iſta meditãti facilè occurrũt, mediocri iudicio & diligẽtia expẽderit. Amputemus aũt (vt hic finiam⁹) reliqua vniuerſa, & paucas ſed eas valde generales, eaſdẽq;

maximè efficaces Mahumetiſmi procreandi cauſas recolligamus. Vna ex præcipuis erat multiplex varietas nouorum magiſtrorum de veritate Chriſtianæ fidei pugnantiũ, ad quos componendos ſe diuinitùs miſſum multis in locis gloriatur
Azoar 37. Mahumetus. An non eadem cauſa in vobis eſt efficaciſſima, vbi varias Euangelicorum contrariorum factiones, aliorum virulenti libri in alios emiſſi, & quid libros nomino? multorum exilia, aliorum carceres, & demum ſuſpendia toti Europæ demonſtrant. Has varietates vt tolleret Mahumetus, ad regiam potentiam quam prius arripuerat, adiunxit Pontificalem, ſéque Calipham, hoc eſt, Regem Pontificemque conſtituit, & tum gladio, hoc eſt, verbo & authoritate regia, quid credendum erat ſuis ſubditis definiuit, pœna capitali illis decreta, qui contra eius ratas fixaſque de fide ſententias diſputarent: non aliter quàm Henricus Regio nomini annectens ſupremum caput Eccleſiæ Anglicanæ authoritatem inuaſit tanquam Califa, gladio regiaque potentia contra veſtras de religione omnes in Anglia ortas vel deinceps orituras deci-
Henric. 8. ann. 25. cap. 19. Elizab. cap. 1. Henric. 8. an. 32. c. 6. dendi: & lege Parlamentari edixit ſuis, vt conciliorum canones & decreta nulla admitterent, crederentve, niſi quos & quatenus ipſe probaret: quicquid verò ipſe vel certi homines ab ipſo nominandi ſtatuerent eſſe ſincerum & Euangelicum, *& per literas patentes ſub regali ſigillo decernerent eſſe ſecundum verbum Dei credendum: illud omnes ſubditi aliíque in regno Anglicano agentes crederent, affirmarent, præſtarent, & adiectis pœnis grauiſſimis* contra eos qui ſecus credere aut loqui auderent. Mahumetes illud ſuo tempore Chriſtianis ſummi opprobrij loco obiecit, quod clariſſimam Dei veritatem cælitus delatam, ſuoque miniſterio hominibus communicandã non admitterent, ſed verbi diuini quod ille magnificè iactabat claritatem ad traditiones Patrum ſuorum exigerent. Fa-
Azoar. 19. tebatur quidem Mahumetus Chriſtianorum dicentium Ieſum eſſe Filium Dei verba prædeceſſorum ſuorum verbis aſſimilari, & ſuæ ætatis Chriſtianos ab antiquis eam fidem accepiſſe: ſed tamen dicebat omnem talem maiorum authoritatem verbo diuino, & luci clariſſimę Alcorani ſui debere ce-
Azoar. 13. dere, quia maiores illi omnes errauerant. Sic enim ille. *Increduli & minimè Deum* abſque Filio à Spiritu Sancto *adorantes cum poſtulantur præceptis à Deo poſitis, ſuoque legato* (Mahumeti) *fidem adhibere, aiunt ſe nolle quicquam imitari niſi quod Patres imitati ſunt. Quibus talis ſit obiectio, vtrum Patres ſemper non niſi rectam fidem tenuerunt?* Cui ſi reſponderes, modo

modo de Patribus omnibus, hoc eſt, Eccleſia tota quæ Chriſtianam in orbe fidem ante Mahumetem natum & deinceps prædicauit, quæſtio intelligatur, nihil eſſe verius, nihil exploratiùs quam Patres nunquam *tenuiſſe niſi viam rectam*, illam Eccleſiam nunquam erraſſe, nec vllum eius errorem in fide à Mahumete demonſtrari poſſe: quoniam autem is liberè confitebatur Eccleſiam Chriſtianorum primitiuã ad aliquot ſaltem annos fuiſſe puram & incorruptam, qualem Deus ipſe per Chriſtũ formauerat: neq; ſe Eccleſiam ſuam nouam ædificare voluiſſe, niſi quatenus Chriſtianã posteriorẽ à primitiua illa Chriſti degeneraſſe, & errores ab ea damnatos amplexã fuiſſe perſuaſum ſibi erat, & ille ſuis perſuadere conabatur: hos ergo errores, hanc Eccleſiæ poſterioris à priori aberrationem neceſſariò debuiſſe ab eo ſolidis argumentis oſtendi, priuſquam nouum ſuum opificium aggrederetur: quia ſi quis hanc probationem ab eo exegiſſet, ſilẽdum planè ei fuerat, nec vlterius pedem mouere poterat, idcirco ad hunc nodum non ſoluendum, ſed rumpendum ipſe è contra non probat, ſed ſumit tanquam oraculum prorſus Euangelicum adeo clarum, *vt cæci videant, ſurdi audiant, ipſi pueri intelligant* (quemadmodum loquitur Ioannes Caluinus) illo tempore quando is ſuũ Alcoranum excluſit Eccleſiã Chriſti in fœdos errores fuiſſe prolapſam, ideoq; traditam à maioribus fidem Chriſtianam ſuo Alcorano, tã claræ ſcilicet luci opponere, vt valde abſurdum refutabat: eamq; refutationem vt imprimis Euangelicã Bibliander cenſura ſua confirmat. Hanc enim illi loco appoſuit notam marginalem; ***Patrum traditiones*** (de Chriſto Dei filio, & cæteris quæ in Chriſtianis reprehendebat Mahumetus) ***eadem facilitate reÿciuntur qua allegantur***. Eademq; eſt aliorum Proteſtantium, maximè Zuinglianorum cantilena, vt ante varijs in locis oſtendit Michęas, quorum nouis & contrarijs Euangeliſmis ſi Chriſtianus opponebat traditam à maioribus fidem, quæ vera eſt Chriſtiani hominis petra & firmamentum, à quo nullis rationibus dimoueri debet: tum iſti noui Mahumetiſtæ ex Alcorano inſtructi cauillabantur Patres fuiſſe homines, Patres omnes erraſſe, Antichriſtum ſediſſe in templo Dei, & eam occupaſſe totam, ideoque traditiones quaſcunq; concedere debere clariſſimæ Euangelij veritati iam tandem à Deo reuelatæ, & per hos ſuos legatos Caluinum, Lutherum, Rotmannum, Bezam, & ſimiles Sergios Homareſque mortalibus patefactæ. ***Sacrilegam illam ſuam vocem ructat Pighius*** (inquit Stigmaticus Nouiodunenſis) ***nullius ſcripturæ authoritate***

Calui. Inſtitut. li. 4. c.18. §.18.

Bibliand. in Azoar. 13.

Digitized by Google

Caluin. de libro arbit. contra Pighium. in lib. 4. pag. 242.

ritate quamlibet clara, noſtro quidem priuato iudicio, & e tis, aduerſus claram conſonantemq́; orthodoxorum Patru tentiam, aduerſus communem Eccleſiæ definitionem, aliqu dere cuiquam licere: Fieri enim poſſe, vt in ſcriptura intelli erret vnuſquiſq́; noſtrum: vt autem erret Eccleſia in ijs qu dei veritatem pertinent, fieri non poſſe, quia ſit columna & mentum veritatis. Ita Ioannes Caluinus. Quod niſi veru ſi contra *Eccleſiæ vniuerſæ ſententiam Patrumq́; conſenſi* cuique priuatum ſuum in ſcripturæ aliquo textu ſenſu eſt ſequi, imò ſi *ſacrilegium* ſit euidentem priuato cuiuſq dicio ſcripturæ alicuius ſenſum claræ & conſentienti vn ſalis Eccleſiæ authoritati non præponere, ſed hac conten & proculcata, illum præferre pium eſt & religioſum: noi ponam quod eſt euidentiſſimum, valde durum eſſe hoc uini os, qui ita bacchatur contra Libertinos, contra An ptiſtas, contra Lutheranos, contra Heshuſium, contra V phalum, qui omnes in ſuis illis opinionibus authoritaten pturæ ſuo quidem iudicio clariſſimæ cõtra Caluinum, qu admodum eos Caluinus verbo exemploque docuit, ſeq ſunt: hoc quod eſt aliorum omnium caput, à te notari v Samuel à quo cœpit Michæas, & in quo ego concludo inf que potiſſimum: videlicet hoc idem quod Ioannes Calui ſtatuit tanquam firmum & immobile ſui Euangeliſmi p cipium, idem ipſum eſſe proprium nec minus firmum A rani fundamentum: vt nimirum homines ſui iudicij int gentiam priuatam in ſcripturis exponendis contra vniuer Eccleſiæ fidem ſectentur. Hanc regulam vt ſummè Alcor cam tibi imprimis omni ſtudio laboreq; perſuadere con eſt Michæas, in eaq; admittenda nimis facilem ei diſcipul

Lib. 1. ca. 5.

te præbuiſti, neque vel à me monitus voluiſti reuocare. Q etſi vt Chriſtianus debuiſti neceſſariò, tamen (*fateor*) vt C uiniſta non poteras, quia in hoc poſita eſt ipſa Euangelij C uiniani (vt item Alcorani) vita & ſpiritus. Ideoq; non mai

Ibid ca. 10.

cõtentione & arrogantia vel Michæas, vel etiam Mahume ipſe, quàm Ioannes Caluinus eam Eccleſiæ priuato iudi poſtponendæ regulam præmere, commendare, ornare, aſſ re, & ſtabilire conatus eſt. Exempli gratia; Sic Caluinus: C

Calui. vbi ſup. lib. 2. pag. 220.

Eccleſiæ vel antiquiſſimæ teſtantibus Irenæo, Tertulliano, rigene, Cypriano, Baſilio, Hieronymo, Ambroſio, Chryſo mo, Hilario *conſenſum nobis obiectat* Pighius, *hanc ſibi reſp ſionem vno verbo habeat, non eſſe Eccleſiæ conſenſum, niſi qui gruenter apteq́; per omnia verbo Dei,* iudice Caluino & Ma

m

mere, *eſt conſentaneum. Quoties ergo tuam illam cantilenam mihi occinet de vniuerſitatis Eccleſiæ [illegible] continuò excipiam: vt filij [illegible] Eccleſiæ cenſeantur habeantur, eas primum in veritatem Chriſti conuenire neceſſe eſt.* Quod ſi reſpondeas vt prius Mahumeto, ita huic Caluino, hoc quidē verum eſſe, & Eccleſias *ſemper conuenire in veritatem Chriſti* quæ eum in finem ſemper gubernatur à Spiritu ſancto; cæterum huius veritatis nec Caluinum eſſe iudicem, nec Mahumetem, ſed ſi ce[illegible] Patres Doctoreſque, qui perpetua ſucceſſione reſtat[illegible] ſunt ſe eandem Chriſti veritatem poſteris tradere, quam ipſi à maioribus, maiores à Chriſto & Apoſtolis acceperant: exemplo Mahumetis contrarium verum aſſumit, & pro veritate & ſe ipſo & Mahumeto opponit Caluinus eos mentiri, & ſe eorum iudicem eſſe velle, ſuoque iudicio hanc litem definire ſe [illegible] certo ſcire eos in præcipuis fidei capitibus Chriſtianam fidem turpiter adulteraſſe. Sic enim petimpudenter Mahumetico Euangelio ait. *Docet* (Pighius) *Origenem, Tertullianum,* & *alios ſimiles huic obiectioni* de corrupta doctrina *occurrere, quo nihil dicturos præfantur, quod non communiter Eccleſiæ ab Apoſtolis edicta ſentiant.* Ita quidem cum ſcribant ſanctiſſimi & antiquiſſimi illi Patres Tertullianus & Cyprianus in Africa, Origenes, Baſilius, Chryſoſtomus in Aſia & Græcia, Hieronymus & Ambroſius in Italia, Irenæus & Hilarius in Gallia, nemine ex alijs cōtradicente, an non par eſt eorum aſſeuerationi habere fidem? Qui enim ſcirent melius quid Apoſtoli tradiderunt, quam hi qui tam breui interuallo eos ſunt conſecuti, & eorum diſcipulos proximoſq́; ſucceſſores audierunt? At longe ſecus Doctor iſte Geneuenſis: qui cōtra ſtatuit eos omnes eſſe mendaces, & ſplendidis mendacijs ludificare Chriſtianos ſuæ curæ commiſſos. Sic enim obiectioni huic reſpondet. *Quid autem ſi huic proœmio* (*quo ſe nihil dicturos præfantur quod non communiter Eccleſiæ ab Apoſtolis edicta ſentiant*) *res non reſpondeat? Imo quum in præcipuis fidei capitibus poſt hanc præfationem eos multum errare conſtet* (iuxta Mahumetem & Caluinum) *quam tutum eſt nullo diſcrimine aut delectu habito pro Eccleſiæ traditione ſuſcipere quicquid ipſi tradunt?* Hic eſt, Samuel, verus fons, verum caput, vera radix & origo vt Caluiniſmi, ſic etiam Mahumetiſmi: & poſtquam homines ſic inſtructi ſunt, vt præter ſe ipſos fidant nemini, nec propter Eccleſiam ſic ex verbo docentem, ſed propter ſuū ſingulare iudicium & opinionem ſic verbum interpretantem hoc vel illud credant, eodē opere & momēto funditus pe- | *Calui. vbi ſupra. pag. 214.*

rit &

rit & extinguitur fides Chriſtiana & Catholica, cuius
eſſentialis proprietas & quaſi anima, vt propter vocem
thoritatem Eccleſiæ teſtificantis de voluntate & verbo
liquid ſuſcipiatur, & pro Chriſtiana veritate teneatur. Q
gula mutata & inuerſa, etiamſi multa veriſſima & literis
probata in mente alicuius firmiter inhæſerint, qualia n
ſunt in Alcorano & mentibus Turcarum: tamen ea non
ciunt fidem Chriſtianam, non magis quàm externa hom
lineamenta in ſtatuis, aut actiones ſimiæ humanis ſimilli
probant eos eſſe homines: non ſi ſtatuæ (quod fieri poteſt
monum opera) ambularent, loquerentur, & alias plurimas
manæ conditionis actiones exercerent: quia ſemper abeſt
à ſimijs & à ſtatuis anima humana, hoc eſt, vera hominis fo
ma: quemadmodum illæ in Turcis & Paganis veritates qu
quam Orthodoxæ & Chriſtianæ quoad rei quæ ſubeſt mat
riam, tamen vera forma & eſſentiali proprietate Eccleſiaſtic
authoritatis deſtituuntur, quæ ſola fidem Chriſtiani homini
ab aliorum ſiue hæreticorum, ſiue Turcarum credulitate diſ
criminat. Hunc ego pono ipſum ortum, ipſam generationem
formationemq; & Mahumetiſmi & Caluiniſmi, ad quos ſic in
lucem editos, deinceps fouendos educandoſq; eadem quoq;
media tãquam inſtrumenta ſeruierunt aptiſſimè. Memorant
antiquiores hiſtorici Chriſtiani qui ſectæ Mahumeticæ pro-
greſſum diligentius aduerterunt; illi vt primum in orbe inno-
tuit, plurimos ſtatim ſe adiũxiſſe adductos. 1. *Studio nouitatis.*
2. *Licentia latrocinandi.* 3. *Et omnis generis ſcelera cum ſpe para-
diſi perpetrandi.* At in nouo hoc Euangeliſmo iſta omnia mul-
tis gradibus ſuper Mahumetiſmũ excelluerunt. Nam non vni
Luthero, nec vni Caluino, vel ſoli Zuinglio libertas excogitã-
di & Euangelia noua cudendi per doctrinam hanc Euangeli-
cam conceſſa eſt, ſed vnicuiq; qui ſcripturas legere, vel ab alijs
lectas audire potuit, ſtatim, vt *emicantem illic lucem aliquam*
aſpexit, eo procurrere, quamprimũ textum aliquem ſcripturę
ſuo iudicio clarum & euidentem pro quacunq; opinione expiſ-
catus eſt: contra Eccleſiã vniuerſalẽ & omnium Chriſtianorũ
fidem eam opinionẽ publicare & mordicus tueri iubetur, hoc-
que pium & ſanctum eſſe defenditur, *& ſacrilegium* eſſe ſi quis
ſecus doceat. Quòd nouitatis ſtudium à Lutheri tempore tre-
centas ferè ſectas notabiles in vna particula Europę produxit,
quarum neſcio an decimam partem inter Mahumetiſtas tota
Europa, Aſia & Africa poſſis reperire. Latrocinandi verò licen
tia quæ maior eſſe poteſt quàm hic, vbi Eccleſias non modò
expila-

Vide hæc fuſè probata in principijs doctrinal. D. Stapl. li. 8. c. 6. 7. 8. 9. 10. &c

Paulus Diaconus rerum. Rom. li. 18.

Prateolus in Elencho Alphabetico. Genebrar. Chronolo.

expilare & diripere, vt paſſim in Gallia, & Sabaudia & Germania, ſed præterea funditus euertere & demoliri per Euāgelium hoc licet, vt in Anglia, Dania, Scotia, Hollandia, Gallia tota, ab Henrico octauo Anglo, Chriſtierno Dano, Iacobo Baſtardo Scoto, rebellibus, Aurangio, Condæo & Admirallio: & qui ea ſacrilegia committebant, propterea ſuprema capita Eccleſiæ, Euangelici Principes, Euangelicæ veritatis vindices, cæleſtes quidam Dii Deæq; picturis, libris, orationibus, carminibus triumphalibus miniſtrorum celebrantur. Nam poſt hæc omnia, & alia his ſi fieri poteſt infinitè teterriora, quòd tamen actores ampliſſima paradiſi adeundi ſpe compleat hic Euangeliſmus, idq; longè aliter quàm Alcoranus Mahumetis, hoc verò ex plurimis locis & argumentis à Michæa productis abundè patet. Et quid (Deus bone) vel dici, vel cogitari poteſt in hoc genere veſtris Euangeliſtis mollius & delicatius, & in cælo ſuis ſectariis aſſignando confidentius? quos omni benè operandi moleſtia liberant, & ſola fide vel confidentia nixos in cæleſtis gloriæ poſſeſſione collocant: quorum diſcipuli qualiſcunq; vitæ, etiamſi Sodoma & Gomorrha ſordidiores, modo tamen credant Euangelicè, hoc eſt, non Catholicè, adeo ſunt de fælicitate æterna certi & ſecuri, vt *etiam volentes non poſſint perdere ſalutem ſuam quantiſcunque peccatis, niſi nolint credere. Nulla enim peccata eos damnare poſſunt, niſi ſola infidelitas. Cætera omnia, ſi redeat vel ſtet fides in promiſſionem diuinam baptizato factam, in momento abſorbentur per eandem.* Certè ſi quis Alcoranum, Zunam, Aſear, omnes alios legis Mahumeticæ libros, omnes commentarios qui ab Alphakis & legis eius interpretibus per annos plus quam nongentos ſcripti traditiue ſunt: non reperiet opinor in illis vniuerſis tot Epicureas, tam flagitioſas improbaſq; ad vitam inquinandam propoſitiones, quot à Tindallo fere ſolo, ſaltem adiunctis ei perpaucis, idq; ex primis inſulæ veſtræ Apoſtolis, intra decem annos ab huius Euangeliſmi ortu, poſitæ à Martyrologo veſtro Foxo recenſentur: quæ tamen omnes ſolius fidei iuſtificantis ſunt appendices, & tanquam filiolæ: quarum exempli gratia en tibi nonnullas. 1. *Sola fides iuſtificat.* 2. *Lex à nobis requirit impoſſibilia* 3. *Qui bonis operibus ad cælum contendit, contumeliam facit ſanguini Christi* 4. *Quoad Deum placandum, nihil eſt in operibus differentia, ſiue vrinam reddas, ſiue laues ſcutellas, ſiue agas ſutorem, ſiue agas Apoſtolum. Lauare ſcutellas & prædicare Euangelium perinde eſt coram Deo.* 5 *Chriſtus ſuſtulit omnes leges, & in plena libertate nos conſtituit.* 6. *Seruare virginitatem & caſtita-*

li. 4. p. 526. Spongia in defenſ. Societ. p. 100. Bodin. in Method. hiſt. cap. 5.

Fox. Act. & Monument. pag. 1335.

Digitized by Google

caſtitatem religioſam, eſt Diabolicum. 7. Matrimonium e uera. & præ omnibus vocari debet ſtatus ſpiritualis. Om quidem ordinum & religionum eſt religio ſuprema, & ſta ximè ſpiritualis. 8. Matrimonium illis comparatum eſt comparatum ſtercori: voluitq; Apoſtolus omnes vniuers nes coniugari: ſed omnes Epiſcopi ab eo tempore deſtruxer diuinam ordinationem. 9. Melius ſtatutum vel lex fieri n quàm vt viri abſq; vlla ratione aut differentia temporis, giliarum, feſtorum, quando vxores ſunt pragnantes, &c. tur vxoribus ſuis 10. Chriſtus ordinauit, vt nullũ eſſet pe niſi infidelitas, nulla iuſtitia niſi fides. 11. Si credimus Deu miſiſſe nobis vitam æternam, eſt impoſſibile vt pereamus. Deus ſe nobis obligauit, & ex promiſſione debet nobis calu do credamus: & ad hoc obtinendum tantummodo firma f fiducia ſufficit. 14. Omnes illi errant, qui putant ſe ſaluandos multa bona opera fecerint. 15. Non eſt neceſſe laborare, qu operibus vitam conſequamur æternam. Iam nunc enim e nemus: omnes iuſtificamur; omnes ſumus filij Dei. 16. Qu putat bona opera aliquid valere, aut aliquid prodeſſe ad ſa obtinendam, blaſphemat Deum, eumq; ſuo ſpoliat honore. 1 hic vnus ex præcipuis erroribus, qui graſſantur in orbe Chri arbitrari quod bona opera quicquam proſint ad ſaluten 19. Peccata noſtra nihil minuunt de gloria Dei. Totum dan peccati poſitum eſt in ſcãdalo vel offenſione proximi. 20. Ch ſanguine ſuo redemit & liberauit nos ab omnibus peccatis gibus, vt deinceps nulla lex nos obliget in cõſcientia. 21. Nih bes Deo niſi fidem, vt confitearis Chriſtum Ieſum, & creda ſurrexiſſe à mortuis, Sic enim ſaluus eris. In alijs omnibus D berum tibi facit, vt ſequaris voluntatem tuam. Omnia eni cere potes abſq; ſcrupulo conſcientiæ. 22. Neq; enim perire vel nari potes, quicquid externè vel feceris, vel infectum reliqu

Hęc inter plurima ſimilia nouę religiõis axiomata pauca ex radice ſolius fidei germinantia, quæ ſuos ſectarios ita cipites agunt ad extremam flagitioſæ vitæ licentiam, vt vel cogitari poſſit eo in genere nequiùs aut impurius. C quidem certius eſt (& vos ipſi cõceditis) in toto Alcoran hil tale ſuggeri, nihil tam diſſolutum proponi. Et tamen iorem adhuc peccandi licentiam, & vnà ſummam æternę licitatis adipiſcendę ſecuritatem largitur Euangelium Ge uenſe: quia in his omnibus propoſitionibus Anglicanæ re mationis poſtulatur, vt nobis ſemper præſens adſit fides v ducia in Deum, modo de cæleſti gloria velimus eſſe ſecur

Geneu

Geneuenſe Euangelium, nec tantulum requirit: ſed ſi vnquam, ante annos viginti, aliquo tempore totius vitæ ſemel tantummodo, fidem Geneuenſem, vel minimum fidei illius guſtum aut ſcintillam ſenſerimus, certò ſtatuit & determinat nos non poſſe perire, ſed etiamſi deinceps vitam in omni nequitia & improbitate tranſigerimus, eam tamen fidem ſemel guſtatam abunde ſufficere ad Euangelicos fratres ſempiterna gloria coronandos, idque cum ea plenitudine & ſupremo fœlicitatis gradu, vt nec D. Petro vel Paulo, vel etiã ſanctiſſimæ Chriſti Matri vno puncto futuri ſint inferiores. Ad iſta valde vniuerſalia *Lib. 2. c. 4.*
& neceſſaria Caluiniſmi & Mahumetiſmi vel procreandi prin- *5. 6.*
cipia, vel educandi media, refer ea quæ Michæas adiunxit; refer alia quæ particulatius toto hoc quatriduo diligenter percurrit, & non dubitabis, quin Caluiniſmus & Mahumetiſmus ſi non in vnum quaſi corpus & perſonam coaleſcunt, ſaltem ſunt (vt loquitur Euangelicus quidam Germanus) *duæ caligæ* *Ioan. Schu.*
vnius panni, ſunt uno fratres vel ſorores ex eodem matre & pa- *59. cauſa*
tre progenitæ: quia nullum ouum ouo ſimilius, nullus frater *in præfat.*
fratri aut ſoror ſorori ſimilior, quàm eſt Mahumetiſmo Cal- *& cap. 48.*
uiniſmus: & vbi eædem proximæ cauſæ tam efficaciter plærumque concurrunt, idem quoque opus, eandem fabricam, eiuſdem naturæ effectum ex illis cauſis eſſe oriturum quis poteſt dubitare? Quum primum Henricus 8. vnum illud Mahumetiſmi fulcrum arripuit, vt ſeipſum faceret Eccleſiæ ſimul & Reipubl. Calypham, & ſpiritualem iuriſdictionem Regiæ attexeret, ſtatim nationis veſtræ Polus Cardinalis, prudens quid inde ſecuturum erat, aut iure ſequi poterat vel in patre, vel in liberis, quamuis tum temporis pater plæraque retineret Chriſtiana & Catholica, exclamauit tamen & verè, iam tum *Turcicum ſemen in Anglia fuiſſe ſatum*, nec fieri poſſe, quin eo *Polus de*
copiotior Turciſmi ſeges aliquando exurgeret. Quam præ- *primatu*
dicationem certa ratione fundatam noſtri temporis hiſtoria *li. 3. fol. 111.*
demonſtrat fuiſſe veriſſimam: quando varias in Anglia ſectas ab eo tempore partim ex hac, potiſſimum ex ſuperiori Caluiniſmi radice contra Deum & Chriſtum effloruiſſe Michæas recenſuit, quæ ſi in Turcia ſpargerētur, ſanguine luerent quicunque eas vel docerent vel diſcerent. Sed hoc alienius & remotius, illud aptius & vicinius, & huius loci proprium, euidenſque demonſtratio iſtius Euangeliſmi generalem maſſam per iſtas omnes varietates & diſſentiones, & mutationes ad vnum Alcorani referri ſcopum, eique inducendo per tot flexiones & meandros inſeruire: quia miniſtri in Euangelio pro-

Digitized by Google

uectiores planè hoc fatentur, & apertè ad ipſum moli
vbi ſuo ſpiritu & Euangelij libertate à primis magiſtris
illis frui conceditur. Sic Miniſtri Palatini Caluiniani A
num directè inuehere in Germaniam, & alijs Euangeli
preſſis vt ille floreret, & ab omnibus Euangelicis recipe
acerrimo ſtudio ad mortem vſque laborabant. Sic Tran
niæ Poloniæque Miniſtri Caluiniani in libris quos inſc
Ann.1567. runt, *de falſa & vera vnius Dei Patris, & Filij, & Spirit*
lib.2.ca.1. *cti cognitione*, effusè gloriantur, Eccleſię Chriſtianæ ab e
bus hoc ſæculo purgatæ hanc fuiſſe rationem diuinitus
tutam: vt Lutherus & Melanchthon tanquam Moyſes
ron abſtergerent craſſiores errores: Zuinglius, Caluinus
trus Martyr illos inſecuti, tanquam totidem Prophetę, I
Hieremias & Ezechiel ſubtiliora quædam doctrinę viti
rigerent: vltimo autem Seruetus cum Eraſmo in tollend
nitate, Chriſtiq; & Spiritus ſancti Deitate, hoc eſt, in ipſa
Beza in li. Euangeliſmi ſumma & perfectione non aliter quàm C
de hære. Ioannes Baptiſta pręcurrit, in mundo apparuit qui planè
pun. &c. nibus erroribus Eccleſiã liberauit. Cuius liber quo hanc
Caluin. li. fectam liberationem complexus eſt, cuique titulum feci
cont. erro- *ſtitutio Chriſtianiſmi*, cum teſte Caluino & Beza ex Alco
res Serue- totus conflatus fuerit, & eundem prorſus ſcopum finem
ti.lib. 1. cum Mahumeto habuerit: imò cum iſti Tranſyluanię S
cap. 1. 2 3. tiæq; Miniſtri Caluiniani planè diſerteq; Alcoranũ prob
Vide Poſſe- quid dubitamus de huius Euangeliſmi ſcopo & exitu, q
uinum de ipſi Euangeliſtę tam clara & canora voce proloquũtur? C
Atheiſmis argumentis opus eſt tanquam in re dubia, quando ipſi M
hæret.c.15. ſtri argumentandi neceſſitate nos liberant, cõfitentes & i
nomen ſuum proteſtantes rem eſſe certam & euidentem
teſtantes ſe communi impetu ad Alcoranum tanquam ve
ſui Euangeliſmi centrũ tendere? Proteſtantes ſuas Confe
nes, ſuas Inſtitutiones, ſuas Apologias, ſuos Commentari
ſcripturarũ verſiones, è quibus omnia ad Chriſti honorẽ
diuinitatem pertinentia vel transferendo corrumpunt, ve
Seruetus mentando peruertunt, ad Chriſti abnegationem Mahun
in Biblijs cè referri. Quando videmus proxima & perfecta Euangel
impreſſis principia eſſe Mahumetica, & eiuſdem fouendi propagan
Lugduni. media eſſe nõ minus certò Mahumetica, & finem de bea
Budæus in ma Trinitate, Chriſtique & Sancti ſpiritus Deitate è m
Annot. no- tollenda eſſe abſq; controuerſia Mahumeticum, ecquis a
ui teſtamẽ. gat vtrum in Caluiniſmo lateat Mahumetiſmus? Vtrum i
velit Euangeliſmus Caluini & Alcoranus Mahumeti? At
u

nis in doctrina vtriuſque, tantus ſit conſenſus, idem vtrobique ſpiret genius & indoles, in primorum verò illius Apoſtolorum & Doctorum vita, moribus, vocatione tantum ſit differentia, vt vel hoc ſolum Caluinianum nitorem longe lateque proferat & castitus vendere contendet. At præterquam quod nulla, vel obſtupendi & plusquam Angelica ſanctitas, Caluiniana dogmata apud homines Christianos vel etiam ſanos præſtare poteſt Deum eſſe authorem peccati: cum velle & præcipere contradictoria, S. Trinitatem non debere inuocari: Chriſtum nō eſſe vniuerſalem omnium Redemptorem: cum in cruce desperaſſe: eius mortem nihil profuiſſe, & alia plurima dire dicta contra Eccleſiam vniuerſalem, cōtra Chriſtum, contra Deum: in primis huius Euangelij authoribus quæ vnquam apparuit non dico ſingularis ſanctitas, ſed vel mediocris honeſtas? Zuinglius de ſeipſo fatetur, quòd ab eo tempore quo primum huic Euangelio animum addixit, ita eum vnà inuaſit & totum poſſedit ſpiritus quidam libidinis & ſalacitatis, vt *carnis cupiditatibus accenſus nihil aliud cogitauerit, ſed in hoc cogitationes ſuas omnes inſumpſerit, vt carnis furori ſatisfaceret*: quare nec dubium eſt, quin Euāgeliſta ſic affectus, Euangelium animo ſuo conſentaneum formauerit, & ſi quidem eodē tempore illi occurriſſet Mahumetis vel Alcoranus, vel potius paradiſus, eundem ſibi propoſuiſſet ingrediendum ſi poſſet vel in hac vita: quo ſic plenius animo ſuo *carnis cupiditatibus accenſo*, & nihil *quam carnem cogitanti*, carnali tot annorum concubitu *ſatisfaceret*. Lutherus verò perpetuò eum cum ſuis ſectarijs æſtimauit & vocauit egregium *nebulonem in quo inuiſus ille Diabolus agebat & tunc & in poſterum. Blaſphemū enim cor & os habebat, in quo, per quod, & ſuper quod Diabolus diſſ.ques erat et regnabat.* (Sic enim reddunt Lutheri verba Tigurini) vel vt eſt in ipſo Luthero, ad literam, *perdiabolatum, indiabolatum, & ſuperdiabolatum, ſceleratumq́; cor & mendax os habebat.* Cuius doctrinam Euāgelicam illi ab ipſiſſimo diabolo eius familiari amico *ei fuiſſe inſpiratam certiſſimum eſt, & omnibus innoteſcit ſole clarius*, inquiunt Lutherani. Quales autem Caluinus & Beza fuerint, quàm ſeditioſi, quàm libidinoſi, quàm ſacrilegi, quàm turpi & flagitioſa vita, quàm immēſa & Luciferana ſuperbia, refero te ad illa quę ſuperius ex claſſicis authoribus citata ſunt. Vocationem autem iſti à primo Magiſtro Luthero ad vltimum quocunque is nomine cenſeatur, quàm aliam habuerunt, quàm quæ eſt latronum & adulterorum? Qua enim vocatione & iure, quo latro aliorum domos perrumpit,

Zuinglius Tom.2. reſponſ. ad Luth. li. de Sacrament. f.476. 478 Orthod. x. Confeſ. Eccleſ. Tigur. tract.1. fol.127.

Luth tom. 6 Ienenſ. German. fol.257.

Zzz aliorum

Digitized by Google

aliorum bona occupat, eadem vocatione eodemque non alio Lutherus vel Cinglius poſt Mahumetum Ec Catholicas inuaſit, Eccleſias Chriſtianas inſtruendi, & Euangelio informandi authoritatem ſibi vendicauit. C catione & iure adulter, propria nimirum voluntate & nis æſtro, alterius viri cubile aſcendit & vxorem eius c prat, eodem & nō alio Caluinus Geneuenſem Cathedr uaſit, & eius Eccleſiæ legitimo Epiſcopo & ſpōſo ſeditio legato ſeipſum fecit paſtorem. Quamuis autē vocatio ſ la, & doctrina quam afferunt ſit prophana & planè Mah tica, quique eam nobis commendant Doctores, ſint ho viles de lapide empti, vel potius redempti à furca & inc quod merebantur (vti de Caluino & Beza conſtat) ſalte uen unt inter ſe de Euangeliſmi iſtius quem nobis obtr veritate, quòd ſit ipſa Dei veritas, putum Chriſti Eu lium. Apoſtolica fides poſt mille & neſcio quot annos è bris, iſtorum ſummo ſtudio & labore eruta. Hoc quide mo mortalium inficiari poteſt, quin optimo iure poſtul quando repugnantia Doctorum ipſis ſibi fidem deroga que vel poſſibile eſt contrarijs Doctoribus & doctrinis adiungere, & Caluinus hoc poſtulatum vt ſumma optin ratione fundatum approbat. Ideoque quibuſdam obijci bus, ſibi quidem Euangelium hoc nouum videri non ant illud primorum Chriſtianorum, ſed verè nouum & nup uentum, nec quicquam Apoſtolico à primis Chriſtianis terum Apoſtolorum Diſcipulis prędicat ſimile; vel ob ho lum argumentum, quia hic *nimis magna apparet Doctoru tentio mutua*, & digladiatio: at *illa Apoſtolorū doctrina*, & angelio, *mirus erat* conſenſus, reſpondens Caluinus. *Qu rò* (inquit) *non eundem quoq; cōſenſum dederit ijs Dominu Euangelij doctrinam in priſtinum ſuum locum reſtituere bo nantur*, Luthero, Zuinglio, Oecolampadio, Melanchtoni milibus. Rurſus. *Cùm hinc Lutherus, inde Oecolampadi Zuinglius reſtituendo Chriſti regno ſtrenuam nauarent ope in tota pietatis ſumma mirabilis fuit eorum conſenſus. Qu ctus eſſet & ſincerus Dei cultus vno ore tradiderunt.* Ita pa Ioannes Caluinus, cum tamen lippis & tonſoribus notu & ex proximè dictis appareat, omneſque bibliothecę & li riorum officinæ clament nihil dici potuiſſe mēdaciùs au pudentiùs. Nam & multa volumina extant tum Martini itheri in Huldericum Zuinglium, tum Hulderici Zuing Martinum Lutherum, in quibus alter alteri eſt *Pſeudoprop*

Calui. re-ſponſ. ad Pighium, de liber arbit. li. 1. pa. 192 Idem lib. pag. 134.

impu

[illegible] asserentes quic[illegible] [illegible] Matth[illegible] [illegible] blasphemus, mendax, Diabolo [illegible] [illegible] hæreticus quo [illegible] contra [illegible] [illegible] numquam [illegible] neque qui plures animas gehennæ [illegible] Damnatum [illegible] [illegible] Euange- licæ [illegible] tempore, &c. Et [illegible] Ti- g[illegible] in publica [illegible] confessione [illegible] Martinum Lutherum a primo Euangelij sui exortu ad extre- mum vsque vitæ diem, Huldericum Zuinglium tanquam A- postolum Satanæ fuisse execratum cum [illegible] it [illegible], vt [illegible] *mallet se vel centies [illegible] [illegible] comburi, quam cum Zuinglio. [illegible] libros miseros & fanaticos [illegible] [illegible] consentire, de quibus [illegible] [illegible] omnium qui viuunt hominum [illegible] que, qui nec [illegible] Christiani [illegible] crediderint: interim falsam & venenatam doctrinam Ecclesiis proponebant, & eas misere seducebant, Iudæis, Turcis, imo ipsis Diabolis deteriores:* quos idcirco ali[illegible] Diabo- lorum nomine non contentus, *Archidiabolos* appellat. Quan- do autem hic Martinum Lutherum spiritus [illegible], & quam- diu in eo durauit, notant iidem Tigurini asserentes *statim ab initio vt primum Euangelium Zuinglianum Martino Lu- thero innotuit*, sic eum *mordere, furere, conuitiari & bac- chari cœpiſſe: libroſque ſuos diris & horrendis Diabolorum, ſe- ctariorum, ſpirituum & fanaticorum nominibus impleuiſſe, & quicquid calumniarum in buccam veniret, immaniter con- tra Huldericum Zuinglium & Zuinglianos expuiſſe*, quique hoc modo tota vita erga Euangelium Zuinglij fuerat affe- ctus cum pari affectione ex hoc mundo deceſſit. Sic enim il- lis ipſis teſtibus paulo ante mortem proteſtabatur: *Ego qui iam ſepulchro vicinus obambulo, hoc teſtimonium & hanc gloriam ad Chriſti ſaluatoris tribunal perferam, quod nimi- rum fanaticos homines Carolſtadium, Zuinglium, Oeco- lampadium, Stenckfeldium, & eorum qui Tiguri (Geneuæ) vel vbicunque locorum ſunt diſcipulos ſummo ſtudio damnaue- rim.* Quemadmodum autem Lutheri ſectatores Apoſto- li ſui veſtigia perſequantur in Caluiniſtis execrandis, &

Zuinglius [illegible] Exsecratio Lutheri [illegible] [illegible] Luth[illegible]

Orthodox. Confeſs. Eccleſ. Ti- gurin. tract. 1 fol. 30.
Ibidem. fol. 3 5.
Ibid. fol. 105. 106.
Fol. 25.
Ibidem. fol. 108.

Ibidem. fol. 106.

eorum Euangeliſmo non aliter quàm vero Atheiſmo &
chriſtianiſmo abominãdo, in hoc quatriduano colloqui
monſtratis etiam particularibus eorum diſſidijs de De
Chriſto, de Chriſti ſanguine & paſſione, alijſq; maximis
ſtianæ fidei myſterijs ſæpius explicatum eſt. Adeo vt *mir*
iſte in tradẽda vno ore Euãgelij doctrina cõſenſus Luthero,
glio & Oecolampadiò à Caluino attributus, talis ſit qu
ipſis Caluini mirabile Euãgelium, quod diem vertit in n
lucem in tenebras, & ipſum Satanam exornat nobiſq; ac
dum proponit loco Dei omnipotẽtis. Et qualis fuit iſtiu
hennenſis Apoſtatæ frons, quale os, qui mirabilem cõſe
diſparatis illis doctoribus, & hoſtiliter pluſquam Vati
odio ſeſe toto vitæ curriculo perſequentibus vendicare
fuit, qui nec ipſe ſibi perpetuo conſentit, imo qui quen
ſui ordinis Euangeliſtam continenter nouos Euangeli
cudere, & ab vno ad alterum tranſire valdè putat Euang
& qui eam ſuis licentiam negant, eos fidelibus Dei ſer
inuidere *profectum in Euangelio*. Eſſe enim nunc Luthera
mox fieri Zuinglianum, tum progredi ad Anabaptiſmu
die credere vno modo, cras longe diuerſo: hoc eſt Caluin
ficere in Euangelio. Melãchthon viuente Luthero totus L
ranus, mortuo Luthero, omnia ferè doctrinæ Euangelic
pita quæ Luthero viuente tenuerat, & multis libris, mult
ſcripturis confirmauerat, variauit: verbi gratia, de cœna,
bero arbitrio, de iuſtificatione, de neceſſitate bonorum
rum, &c. adeo vt ipſi Lutherani in ſolemni Synodo affir
in *doctrina Lutheri & Melanchthonis diſſenſum eſſe &*
pantiam tantam, quanta eſt inter æſtatem & hyemem diſſ
tudo: ijdemq; conqueruntur eum *in poſterioribus ſcriptis*
Sacramentariorum familiaritate ſeductum, à ſemel agnita
ties profeſſa veritate turpiſſimè defeciſſe. Quid verò ad hoc
uinus? *Lex* (inquit) *nimis dura præſcribitur literatis homin*
ſi poſt editum ingenij ac doctrina ſpecimen (ſcriptis de fide
& in publicum emiſſis) *tota vita nihil proficere liceat*. C
quis annos quadraginta nihil Philippo attuliſſe dicat, mag
homini priuatim, & toti ſimul Eccleſiæ iniuriam faciet. O
quidem ratione vendicatur Philippo, vt ad vnam fidem
quadraginta non obligetur, quando Lutherus ſingulis q
quennijs, Huldericus Zuinglius verò ſingulis biennijs
variandę authoritatem ſibi arrogent. *At ſi dura lex homi*
Euangelicè *literatis præſcribatur*, quando ab vnis requi
vt conſtantes ſint in vna fide, quam tanquam perfecte E
gel

Colloqu. Altenbur. Elect. 3. reſpõſ. ad Saxon. fol. 424. 425. Conrad. in Theolog. Calui. li. 2. fol. 94. Caluin. Admoni. 3. ad VVeſtphalum pag 1096.

...ntes ſi...

gelicam & Apoſtolicam ipſi multis libris euulgatis, multiſque ſcriptutis ſuo more cōgeſtis & expolitis ſtabiliuerant, ad quā fidem totas ciuitates & regiones induxerant, *quanto durior eſt* lex, ſi hoc à duobus Euāgeliſtis exigatur, qui ſemper fidem contrariam habuerunt, quorum alter alterius fidem ſemper damnabant vt ter & amplius hæreticam, quorum vterque Angelistis fidei & Euangelij nouus author haberi ita geſtiebat, vt vix vlla maiori contumelia vel iniuria ſe affici poſſe putaret, quam ſi quid cum altero communicare aut Euangelij doctrinam ab eo hauſiſſe diceretur. Vnde Zuinglius poſt longam hiſtoriam de ſe & Euangelio ſuo narratam: *Hac* (inquit) *chariſſimi in hunc vſum adiectis omnibus teſtimonijs & circumſtantijs indico, vt diſcatis quanta audacia quamque impudentis inſolentia quidam Principes vtantur, qui meam doctrinam Lutheranam, meq; Lutheranum vocant. Quis enim me à ſortuaiut vt Euangelium prædicarem? fecit hoc Lutherus? minime. Nam cæpi prædicare Euangelium antequam Lutheri nomen vnquam audiuiſſem. Certè Martinus Lutherus in doctrina Euangelica nihil me iuuit*: Quod alibi vt Mathematicè demonſtraret, enumerat ſex ſui Euangelij capita, in quibus à Martino Luthero diſſidebat, ex quibus fortiſſimè & verè militariter cōcludit. *Quomodo ergo abs te* Euangelium *didicimus* (id enim ei exprobrauerat Martinus Lutherus) *quod ſecundum te neque tradimus, neque credimus?* Nam Martinus Lutherus ne aliquid à Hulderico Zuinglio vel Zuinglianis accepiſſe putaretur, perdiligenter quidem præcauerat, quia *cum illis nihil prorſus commercij habere, illorum libros & opera nec recipere nec legere volebat: omnem cum eis amicitiam & communionem ita abominabatur & reijciebat, vt nec literas, nec libros, nec ſalutationes, nec benedictiones, nec aliquas Zuinglianorum ſcriptiones, vel viſu, vel auditu dignaretur*, vt ſcribunt Tigurini in Confeſſione ſua. Et ô miſerabiles nec Chriſtianos, æternumque deplorandos, qui fidem Chriſtianam abiecerunt, qui Eccleſiam Chriſtianam, Catholicam, & in ea Chriſtum Ieſum eiuſque Apoſtolos, & omnem ſanctiſſimorum Martyrum, Confeſſorum, Virginum beatam ſocietatem deſeruerunt, & ad nouam Eccleſiam, nouum Chriſtum, nouam ſalutis adipiſcendæ viam profugerunt, ſuaque & corpora & animas ſempiternæ damnationis periculo expoſuerunt ad talium Apoſtatarum vocem; quorum doctrina neſcio an debeat eſſe homini Chriſtiano magis deteſtabilis propter eam ex qua cōſtruitur nequitiam, impuritatem, mutabilitatem, ſordes, blaſphemias, repugnan-

Zuinglius Tom. 1. in explanat. art. 18.

Idem tom. 2. in exegeſi ad Lutherum. fol. 415.

Orthodox. Confeſſ. Eccleſ. Tigur. fol. 37. ibidem. fol. 3. 4.

Digitized by Google

tias, hæreſes, antiquas, Iudaiſmos, Paganiſmos, Turc
Atheiſmos: an verò propter Doctorum turpiſſimorur
tradenda diſcordiam, & perpetuam & perpetuo tantam
tura ſerpenti erga leonem, lupo erga ouem, minoribus
erga noctuam maiores inimicitias non ingenerauerit,
iſti voluntate ſua contra ſe mutuò conceperunt à prim
Plinius natural. hiſt. li. 10. c. 74. pore quo ſe dediderunt Euangelijs ſuis fabricandis. Nec
dam aues & beſtiæ ad aliarum oua frangenda vel lacer
fœtus magis ſolicitè vigilant & inſidiantur, quam iſti I
ſtantium Apoſtoli & eorum proximi ſucceſſores ad Eu
lia ſuorum æmulorum deſtruenda, abolenda, hominum
temptui & diſpiciētiæ ſubijcienda, & quatenus penes il
tat ex ciuitatibus & regionibus quæ ea ſuſceperant ade
ex toto mundo exterminanda, omnes animi neruos
gitationes intendebant. Hæccine illa eſt religio de qua
phetæ antiqui vaticinati ſunt? Hæccine illa eſt religio,
Chriſtus Ieſus Saluator noſter cælitus in mundum de
Num Apoſtoli ad hoc Euangelium ſiue Lutheranum,
Zuinglianum, ſiue Caluinianum, ſiue Anabaptiſticum
dicandum in orbem miſſi, ad hæc Euangelia orbem terr
conuerterunt? Aut iſti noui Apoſtoli cum veteribus illis
liquo Apoſtolico munere magis conueniunt quam can
mine canis, cū ſalutari cibo ouum aſpidis & viperæ, cum
dicina venenum? Cæterùm qui verorum Chriſti Apoſt
Hierony. cont. Luciſer. cap. 9. Actor. 20. Iuſtin. to. 2 pag. 77. Epiphan. hæreſ. 42. Athanaſ. orat. 2 cōt. Arrian. Baſil in Pſalm. 48. Optatus contra Parmen. lib. 3. Rom. 1. rum nullam imaginem, nec minimā vmbram habēt, ij ſi
Satanæ Apoſtolis, ſi cum perditiſſimis hæreſiarchis con
rentur, quicquid in illis fuit deterrimum, idem in iſtis
magna acceſſione reperietur cumulatum. Nouum & lon
ſimum opus aggrederer, Samuel, ſi vellem accuratè vt m
tur hanc comparationem perſequi: ſed ego nihil tale m
tor, huius rei mentionem tantum facio eum in finem, vt
deinceps ad antiquos Patres legendos te contuleris, in illi
temporis hæreſiarchis depingentibus ſcias huius Apoſt
magiſtros eſſe plenè perfecteque depictos. Scripſit olim
Hieronymus, & ſcripſit confidenter: Apoſtolum nimi
Paulum ſuoſque maiores ſequutus *ſicubi audieris eos qu
cuntur Chriſti non à Domino Ieſu, ſed ab alio aliquo nuncu
vtpotè à Marcione Marcionitas, à Valente Valentinianos
ſcito non Eccleſiam Chriſti, ſed Antichriſti ſynagogam eſſe*
Chriſto (inquit D. Athanaſius) *apud Arianos Arius eſt,
Manichæos Manichæus: adeo vt qui inciderant in hæreſim
tu vertigine laberent, mutantes nomen Domini gloriæ in ſim*

tud

tudinem imaginis hominis corruptibilis. & pro Chriſtianis deinceps Ariani nuncupentur. Et nos qui videmus pluſquam ducentas ſectas talium hæreſiarcharum nominibus propter ſui differentiam inſignitas, qui videmus Lutheranos hoc nomine gloriantes, & illud affectantes ambitioſè, quemadmodum & probri loco alios vocant Antilutheranos, cur non ſcimus, hoc eſt, certò, firmiter, indubitatè ſtatuimus eos omnes ſic à Martino Luthero, Ioanne Caluino, Hulderico Zuinglio, Philippo, Flacio, Illyrico &c. denominatos eſſe non vnicam Eccleſiam Chriſti, ſed totidem ſynagogas Antichriſti. Cur cum ſanctiſſimo Athanaſio non iudicamus eos cæcitate *& vertigine mentis laborare* qui pro Chriſtianis & Catholicis appellari Lutherani, Caluiniſtæ, Zuingliani mutant gloriam & nomen Chriſti Ieſu Dei optimi maximi in nomen Lutheri, Caluini, Zuinglij talium nebulonum & balatronum (niſi illis de ſeipſis fidem detrahere volumus) vt omnis cum eis communio, omne commercium, omnis ſalutatio inſtar piaculi alicuius aut prodigij ſit deuitanda. Exclamant antiquiſſimi Patres: *Quis modo vel parum ſapiat iſtos* (Arianos) *toleraverit, cum videat per ſingulos synodos alia addi, alia detrahi,* fidem eorum nunquam ſtare certam & immotam, ſed toties immutari? quæ enim ita variatur quiduis eſt potius quam fides, quæ immobilis & vna abſque vlla mutatione debet permanere *eadem, heri, hodie & in ſecula,* tum etiam cum cælum & terra mutabuntur. At quam infinitè maior eſt varietas & mutabilitas in ſingulis huius ætatis Euangeliſtis. Veſtra regio pulcherrimum quidem quamuis funeſtiſſimum ſuppeditare poſſit exemplum ſub Henrico octauo, & Edouardo ſexto, quando ter aut quater mutata eſt religio. *Edouardus 6. puerulus poſt patris funera* (inquit Foxus) *inſtigatus à patruo ſuo Duce Somerſeti, primò aboleuit religionem quam Pater lege ſex articulorum conſtituerat: deinde emiſit ſecundum librum reformationis, & poſtea tertiũ quoq; librum perfectiorem altero, quemadmodum religio indies magis magiſque creſcebat.* Idem doceri poſſet ex omnibus ferè prouincijs quæ hoc ſæculo fidem Catholicam dereliquerũt, ſed inſtar omnium ſit Auguſtana confeſſio anchora fidei Germanicæ, & fæderis Smalcaldici contra Imperatorem Carolum 5. baſis. *Ea confeſſio* (inquiunt Lutherani) *eſt fundamentum quod hactenus Papiſtis oppoſuimus. Ad eam confeſſionem ſecundum verbũ Dei tanquam fundamentũ religionis noſtræ nos referimus & reſpicimus, ad eã leges ſacra pacis in Imperio* (Germaniç) *alligatæ ſunt, eſt q; ea velut norma gubernatrix,*

Vide Theol. g. Caluin. li. 1 fol. 21. 68. 12. 16. 17. 91. 121. 117. 122. 150. 151. 153. 154. 157. 178. & c. & ſupra.

Athanaſ. de Synod. Arimini & Seleucia.

Baſilius Epiſt. 82.

Hebr. 13. Matth. 24.

Fox. Act. & Monument in vita Crameri. pag. 1478.

Ad Colloqu. Altenbur. fol. 404.

zed by Google

natrix, & iudiciorum regula. Sic de Cõfeſſione Auguſtan
therani vnius ordinis, illi qui ſunt ſub Principe electori S
niç. Eſt ergo probabile eam confeſſionem in qua contin
res tam immenſi pretij, *recta fides fundamentum religioni*
imperij Germanici, leges ciuiles, norma gubernationis & iu
rum regula, in ſ ta ſimplici perfectaq; puritate fuiſſe conſ
t , in qua Carolo Imperatori fuerat oblata, maximè cùn
eius propugnati ne tot Germanorum millia contra illu
um Imperatorem bellum geſſerint, tot millia vel in pace
mas efflauerint, vel in bello profuderint ſanguinem. Et ta
horum Lutheranorum vicini, ſed alterius ſectæ, qui ſunt
tione Ducis Saxoniæ, probant Confeſſionem illã toties f
variatam, hic auctam, illic minutam & circunciſam, vt à
Colloqu. Altembu. fol. 439. 539. 540. riſque quæ ſit *vera & legitima Auguſtana* Confeſſio pro
ignoretur. Eam certè quàm aduerſarij pro vera vendicab
& quæ per manus plurimorũ in Germania peruagatur, in
ferè capitibus quot ſunt Confeſſionis eius articuli, à pr
Confeſſione probant eſſe differentem, vſq; eò vt non ſoli
therani, ſed & Sacramentarij & Pelagiani Confeſſionis Au
ſtanæ ſic tornatæ ſe fateantur probatores, qui in prima m
feſtè damnabantur. *Cothurnum* vocant & primæ diſſimi
fol. 403. mam, etſi *nunc aduerſarij eam pro verà baptizare & comm*
dare nituntur. Hæc (inquiunt) neque ſcripta, neque exhib
eſt Auguſtæ, ſed eſt falſa & adulterina Confeſſio alterius v
loco ſubſtituta. Denique valde grauiter concludunt in artic
Fol. 520. 521. 522. 523. præcipuis quos enumerant, eam Confeſſionem toties fu
mutatam, vt *ea mutatio ſcandalum obiecerit infirmioribus,*
dubitarent de fundamentis veritatis (Saxonicæ) *& ſine du*
(inquiunt) *multos abſterruit, ne noſtræ* (Auguſtanæ) *Confeſ*
ni ſe adiungerent. Quemadmodum enim Auguſtanæ Conf
ſioni ſeſe adiungerent, quibus probabili ratione perſuad
non potuit quænam fuerit Confeſſio Auguſtana vera, de q
videbant Doctores Theologos & Superintẽdentes acerrim
eius Profeſſores tam ferociter decertare: & quæcunque fuer
cogitabant quiduis potius quàm veritatem Chriſtianam in
tradi, quam ſciebant toties, quauis occaſione, nouis articul
rũ acceſſionibus, vel detractationibus, vel interpretationib
in aliã planè ſpeciẽ peruerti & innouari. Ergo & nos quoq; v
hoc exemplo, vel potius Patrũ antiquorũ veſtigijs inhærend
ſi vel parum ſapiamus, ſi aliquid humanæ mentis & prudenti
habeamus, repellere à nobis & funditus abiudicare debemu
& iſtud Auguſtanum, & reliqua omnia Euãgelia noua noua

que ſ

que fides, quæ à ſuis inuentoribus vel magiſtris, à Grammaticis, à pueris, à militibus, à fœminis, à quocunq; vnius ciuitatulæ rectore poſſunt & ſolent non minus quàm hæc Auguſtana, & plus quam illa Ariana, reſtringi, dilatari atq; in omnes formas inſtar Polypi aut Vertumni mutari. Hos Patres noſtros imitemur, horum armaturam induamus: & niſi ſpurij, degeneres & rebelles eſſe velimus, & dementiſſima electione Patres veros Auguſtinos, Ambroſios, Athanaſios, Gregorios pro iſtis adulteris & inceſtuoſis fratrib. Lutheris, Oecolampadijs, Bucetis, Zuinglijs, & conſequenter *Patrem in cælis* pro vitrico Satana, & Eccleſiam Catholicam *caleſtem Hieruſalem quæ eſt* vere *mater noſtra* pro Synagoga Satanæ nouerca iniuſtiſſima per mutare: reſiſtamus illis hæreticis eodem ſpiritu & indole, quo veteres illi Patres ſuæ tempeſtatis hæreticos eorum atauos repulerunt. Cum illi crepant ſua obſoleta mendacia de ſcripturarum ipſis fauentium claritate, & rationum quibus nituntur firmitudine, diſcamus ab illis Patrib. *omnium hæreticorũ quaſi regularem eſſe iſtam temeritatem* & iactantiam: neq; propterea quicquam a moueamur ab *authoritate ſtabiliſſima fundatiſſima Eccleſia*. Si ad particulares ſcripturarum citationes deſcendunt, eãrumque particulas & fragmenta coaceruando, terrere nos putant: reſpondeamus cum Patribus *non poſſe errorẽ eboris ſaltem Chriſtiano nomine palliatum niſi de ſcripturis*, ſed *malè peruerſeq; intellectis. Lege opuſcula Pauli Samoſateni, Priſcilliani, Eunomij, Iouiniani reliquarumq; peſtium. Nihil vnquã pene de ſuo proferunt, quod non ſcriptura verbis adumbrare conentur. Cernas infinitam exemplorũ congeriem, propè nullam omitti paginam, quæ non noui aut veteris teſtamenti ſententijs fucata et colorata ſit.* Verum *infælices Iudæi & plus infælices hæretici, ſolũ litera habent ſonum* abſq; ſenſu, *quaſi corpus ſine anima, ſine viuificante ſpiritu.* Ergo *non te capiat hæreticus, quia poteſt de ſcripturis exempla proferre. Vtitur & Diabolus teſtimonijs ſcripturarum. Matth. 4. Et magnopere* (inquiunt Patres) *eius loci Matth. 4. Doctrina nobis eſt attendenda & retinenda, vt tanto Euangelica authoritatis exemplo, quando aliquos Apoſtolica ſeu Prophetica verba proferre contra Catholicam fidem viderimus, Diabolum per eos loqui minimè dubitemus.* Si præter ſcripturas Spiritum ſanctũ arrogant ſibi, ſeq; ab eo ſolo in ſuis Euangelicis inſtitutis glorientur, ita credamus quemadmodum Patres crediderunt Manichæo aſſeueranti *Spiritum ſanctum in ſe perſonaliter* remanere. Si perſpicuam ſectarum ſuarum veritatem occlamãdo aures noſtras obtundunt: interrogemus cum Patribus,

Matth. 23. Hebr. 12. Galat. 4.

Auguſt. Epiſt. 56.

Auguſt. li. 83. q. 4. 69.

Vincent. Lirinenſis cõtra prophan. hæreſ. nouita. ca. 35.

Auguſt. Serm. 70. de Tẽp.

Ambroſ. in Luc. lib. 4.

Vincent. Lirinenſ. ca. 27.

Auguſt. Confeſſ. libr. 5. cap. 5.

Auguſt. cõtra Fauſtum. li. 32. c. 17.

Digitized by Google

bus, an vnquam *fuerit aliqua hæreſis, quæ nõ ſe veritatem*
narit, et quantò fuit ſuperbior, eo magis etiam ſe perfectam
nâuit veritatem, & omnem veritatem ſuis ſectatoribus
licita. Si fortè audis eorum aliquem, verbi gratia Luthe
Caluinum, maiores noſtros deſpicere tanquã Sacerdot
peritos in ſacris literis exponendis cæcos, & Eccleſiam
licam impietatis falſæq; doctrinæ arguere; reſponde eu
à Neſtorio, qui idipſum à ſuis item maioribus Arianis
leatinianis acceperat, didiciſſe. Ea ſiquidẽ *Neſtorij fuit ſe*
ta præſumptio, quod ſacram ſcripturam ſe ſolum & primum
ligere, & omnes alios ignoraſſe iactaret, qui ante ſe magiſter
nere præditi diuina eloquia tractauiſſent, vniuerſos ſcilicet
dotes, confeſſores & martyres: totam poſtremo etiam nunc
& ſemper erraſſe Eccleſiam, vt quæ ignaros Doctores eo iud
ſequuta eſſet, & adhuc ſequeretur. Si debacchãtur in Eccle
Pontificemq; Romanum, eumq; garriunt nihilo plus h
authoritatis quam alium quemuis Epiſcopum: imò eam
cleſiam iam eſſe Antichriſtianam, reſponde cum patrib
eſſe communem veterum hæreticorum maledicentiam
traſſe hinc Arrianos, illinc Donatiſtas & ſimiles, ſed tam
reticis illis fruſtra circumlatrantibus, & partim plebis ipſi
dicio, partim conciliorum grauitate, partim etiam miracul
maieſtate damnatis Apoſtolica illa ſedes culmẽ authoritati
tinuit. In quibus vtriſq; & iſtis nouis, & in illis vetuſtis hæ
cis, quod *huic ſedi primas non tribuerint*, Patres doctiſſim
dicant *vel ſummæ profectò impietatis eſſe, vel præcipitis arro*
tiæ. Deniq; ſi conquerantur & expoſtulent, quod eos voce
non fideles, non ſinceros Chriſtianos, non Euangelicos,
teſtantes, reformatos fratres vel ſimilib. quæ ipſi nuper i
nerunt nominibus, ſed apertè & ſimpliciter veteri ſtilo *hæ*
cos, reſponde confidenter, & antiquos Patres Eccleſiæ Ca
licç Epiſcopos ſic nos edocuiſſe, & antiquos Imperatores
publicæ Chriſtianæ rectores ab Eccleſia Catholica inſtru
eos *hæreticos* definiuiſſe, non minus propriè quã ſuos ante
ſæcula maiores, hæreticos vetuſtiſſimos. Sic enim Iuſtini
Imperator. *Qui ante nos Imperium rexerunt, hæreticos dixer*
ſe, ut & nos dicimus, quicũq; diuerſarũ ſectarũ ſunt Neſtori
Arrianos, Apollinariſtas, &c. eadẽq; ratione Lutheranos, Z
glianos, Caluiniſtas, &c. & vniuersè *Qui in contaminata c*
munione in Catholica Eccleſia cum huius Sacerdotibus nõ c
municant (à qua cõmunicatione longè abſunt omnes ſect
noſtri, qui neque nomen *Sacerdotis* in Eccleſia Catholica

Irenæ. lib. 5. cap. 17. Lirinenſis cap. 42.

Auguſt. de vtilit. credendi. capit. 17.

Iuſtinianus Conſtitut. nouell. 109.

rep

re poſſent, *optimo iure vocamus hæreticos, tametſi ipſi ſibi Chriſtianorum nomen vſurpent.* Hæc ego Samuel ex innumeris pauca in medium attuli tui monendi & excitandi cauſa, vt intelligas omnia iſtorum hæreticorum figmenta, omnes prætextus, ipſum ſcribendi characterem & declamandi modum antiquitus ab Eccleſia primitiua in iſtorum hæreticorum primis progenitoribus per ſanctiſſimos Patres noſtros admodum exactè & particulatim fuiſſe refutatum. Et quoniam filum orationis ad Eccleſiã primitiuam me perduxit, illic ego te Samuel, tanquam in tuto portu relinquam, & verbis grauiſſimi eius Eccleſiæ Doctoris te monebo. *Eccleſia Dei*, (inquit Diuus Epiphanius) *eſt regia via à qua hæretici abeuntes, anfractus quoſdam & tramites obliquos quaſi compendia & vias breuiores quærunt. Sed nuſquam exitum reperient aut errandi facient finem, niſi ad primariam viam, id eſt, ad viam regiam, ad ſanctam Dei Eccleſiam reflexerint.* Hoc cum certiſſimum ſit, & omnium ſæculorum atque hæreticorum, qui ab Apoſtolorum temporibus ad noſtram ætatem interuenerunt, exemplis confirmatum, ita ex eo doctiſſimus Epiſcopus concludit. Vos itaque *ſerui Dei*, vos Filij ſanctæ Dei Eccleſiæ, qui certa *regula & via veritatis inceditis, ne retrahamini vocibus*, & nouorum magiſtrorum de clariſſima Euangelij luce gloriantium, *ficta profeſſionis verbis: Erronea enim ſunt iſtorum hominum via. Magna iactant & parua ignorant, libertatem promittunt, cum ipſi ſint ſerui peccati. Magna* certè *iactant*, quia vendicãt ſibi ipſis ampliorem Theologiæ cognitionem, quàm vnquam fuit in Eccleſia Chriſti ab Apoſtolorum temporibus. *Magna iactant*, immò ſupra quam loqui vel etiam cogitare poſſumus maxima & obſtupenda, qui arcanorum ipſius Dei conſiliorum maiorem notitiam arrogant ſibi, quàm Chriſto IESV Saluatori noſtro largiuntur. Verè igitur *magna iactant*, & æquè verè *parua ignorant*. Ignorant quod in Eccleſiæ Chriſti pueri & aniculæ ſciunt, Apoſtolorum Symbolum communis fidei articulos: ignorant prima religionis Chriſtianæ elementa fidem de Deo, de Chriſto, de paſſione & morte Chriſti: de aliis quoque dogmatibus prædeſtinatione, libero arbitrio, bonis operibus nihil tenent certi. Modo aiunt, modo negant, hodie feruntur hic, cras illuc cum Chameleonte illo Apoſtolo ſuo, altero noui Euangeliſmi Atlante Philippo Melanchthone: & pro ſolida rerum veritate nubes arripiunt & inania, ſequuntur alias ſui ipſorum cerebri, alias aliorum ſtultiſſimorum Apoſtatarum ſui ſimilium inucata. *Libertatem*

Epiphan. hæreſi. 19.

verò

Digitized by Google

verò quinam vnquam à mundo condito promiſerint lib
& licentioſius quàm iſti, qui ſuos ſectarios liberant ab o
legum vinculis, liberant ab obedientia legũ Eccleſiæ, lib
à votis & iuramẽtis factis Deo, liberant ab obſeruatione
Dei, liberãt ab omni neceſſitate bonorum operum & di
lis ſuis ſola fide prǫditis tam certam aſſignant poſſeſſionẽ
lorum, vt ſalutẽ perdere ſi maximè velint, non poſſint ta
ipſi interim vita flagitioſiſſima *ſerui peccati* & ſuos neceſ
peccandi ſemper & in omni opere deuincientes, quos affi
nunquam non peccare, nec aliter facere poſſe toto vitæ c
& tum quoq; peccatis idq; mortalibus ſe contaminare e
Baſil. Epiſtol. 82. cum ſanctiſſimè viuere laborant. Magnus Baſilius cũ ind
tione quadam deplorat ſuperbam peruerſitatem Arrian
quod *decreto contra eos à quingentis Epiſcopis promulgato*
bediuerint, nec ab Eccleſiarũ adminiſtratione amoueri ſuſti
rint, quum tot cõſentientium Epiſcoporum ſententia ab offici
poſiti eſſent. Quam verò afferebant recuſandi cauſam? qui
mirum illi non erant legitimi iudices, non erant legitimi
ſcopi, *non erant Spiritus ſancti participes, nec per gratiã Dei*
eleſias gubernabant, ſed per inanem potentiam. Nulli ergo e
Epiſcopi, nulli iudices, qui litem illam terminarent? maxi
Qui enim ab ipſis ordinati erant, pro Epiſcopis agnoſcebant.
(inquit præclariſſim⁹ vir) *meo nomine roges velim, an vniu*
mortales contemnant, quaſi nec oculos habeant, nec aures, nec
ſenſu præditum, vt eorum quæ dicuntur abſurditatem conſide
re queant. Refer, iſta, Samuel, ad hiſtoriam tui temporis, p
quam *quingenti Epiſcopi*, omnes vniuerſè qui Eccleſijs Ch
tota Europa præſidebant, cum Lutherus, Zuinglius, & reli
illi ſua Euangelia molirẽtur, & Eccleſias non Eccleſiaſtico,
militari more inuaderent, in *eadem ſententia conſentientes*
finierunt iſtos eſſe ab Eccleſiarum Chriſti adminiſtratione
mouendos. Quid nomino præcisè Epiſcopos quingent
quando quingentos & quingẽtos ſæpius multiplicatos po
to allegare? omnes videlicet qui ab annis mille, Eccleſijs C
ſti præfuerunt, hos tanquam hæreticos ex Eccleſijs iudica
expellendos, quod nec ipſi Proteſtantes negant. Quinim
ad trecentos vlterius annos proceſſeris, & ipſum Diuum Ba
lium cũ ſuis quingentis Epiſcopis contra eos produxeris, n
multum refragabũtur eorũ omnium calculis eſſe damnat
Quid ergo non recedunt ex Eccleſijs quas occuparunt? cur
bis Chriſtiani iudicium detrectant? cur tot centurias Epiſc
porum, quod in generalibus Concilijs Conſtantinopolitan

Late

Lateranenſibus, Lugdunenſibus, Niceno, Viennenſi, Florentino, Tridentino, in quorum vno aliquo Epiſcopi penè quingenti, in alio pluſquam nongenti, in alio pluſquam mille conuenerunt, omnes & ſinguli in iſtorum damnationem *conſentientes* non audiunt? Notum nimirum eſt eorum Arianicum refugium. Iſti ſcilicet Epiſcopi legitimi iudices non ſunt, *non erant Spiritus S participes.* Hoc tempore toto Spiritus S. cōtra verbum & promiſſum Chriſti Eccleſiam deſeruerat: Epiſcopi eam *gubernabant non per gratiam Dei, ſed per inanem potentiā:* imò per operoſam nimis potentiam, & ordinationem Antichriſti. Quinam ergo ſunt Epiſcopi legitimi harum controuerſiarum iudices? Epiſcopi videlicet ab ipſis ordinati: ſed cū ſingularum ſectarum accurata ſeparatione. Anglis enim tuis Epiſcopi legitimi ſunt quos Princeps per literas ſuas patentes ordinauit: Germanis, Superintendētes quidam, Amſdorfius, Pomeranus, & ſimiles quos inſtituit Lutherus, qui eius poteſtatis conferendæ tantum habuit ius, quantum alteruter noſtrum, aut etiam vnus ex Ianizaris, qui hic in Porta Imperatoris noſtri excubat: Caluiniſtis, Beza fortaſſe. Caluinus, & Gallaſius: quamuis iſti etiamſi pluſquam Papalem authoritatem vſurpant, tamen Epiſcopi eſſe nolunt, & nomen vna cum officio ex ſuis Synagogis exterminant, vltra Arrianos in eo progreſſi, & alios hæreticos Aërianos & Acephalos imitati. Nam Caluiniſtis tota illa Eccleſiaſtica hierarchia eſt planè Diabolica, & Epiſcoporum ordo eſt *Eccleſiæ peſtis*, proptereaque *nulla vnitatis retinendæ ſpecie in eam admittendus.* Sed tamen ne iſti planè exleges cenſeantur, & iudicibus Eccleſiaſticis carere, miniſtri à Caluino vel Beza creati, vel potius Conſiſtorium ex paucis miniſtris Bezę quoad mores & fidem ſimillimis cōſiſtens, hoc iudicandi munere fungetur. Et ita ſpreta & proculcata Catholica Chriſti mille annorum Eccleſia, Caluiniſtæ ſuis Conſiſtorijs, Lutherani ſuis Superintendentibus, tui Angli ſuis Regijs Epiſcopis de fide ſtatuentibus (quatenus eorū ſententia (non per ſcripturas) ſed per Principis diploma approbatur) obtemperabunt. Quos tu, Samuel, non *meo nomine*, ſed *nomine* D. Baſilij nomine tot Generalium Conciliorū, nomine Chriſti & Apoſtolorum *roges velim an vniuerſos mortales contemnant quaſi nec oculos habeant, nec aures, nec cor ſenſu præditum, vt harum rerum* barbaram *abſurditatem conſiderent*, quæ non ſolum ratione, ſed & auribus, & oculis, & omnib. ferè ſenſibus poteſt percipi & palpari. *Quare* iſtorum omniū nomine, quo pudore poſſunt opponere ſuos paucos tantę multi-

Ioan.14. & 16.

Beza. Epiſt.79. ad Knoxū.

multitudini ſuos diſſectos & in partes ſchiſmaticè dilac
tam diuinæ vnitati & cõſenſioni: ſuas exiguas vnius æta
nagogulas tot ſæculorũ ampliſſimæ Eccleſiæ ſuos præf
Lutheros, varios Melãchthones, libidinoſos Zuinglios,
biſſimos Caluinos, ſuas ſub his ducibus palantes & diſ
turmas deſpicabiles, ſanctiſſimis, caſtiſſimis, diuiniſſim
ſuetiſſimis Bedis, Gregorijs, Paulinis, Hieronym. Augu
Baſilijs, Ambroſijs, Nazianzenis, Chryſoſtomis, Cypria
reliquo illi formidabili ex Epiſcopis Doctoribus, Marty
glorioſiſſimis cõflato exercitui Dei viuentis? Quære qua
ratione ſperent æternæ vitę hæreditatem cum iſtis ſancti
ſequi, qui in Eccleſiæ eiuſdem cũ iſtis ſanctis vnitate rec
viuere, extra quã quiſquis viuet in hominum oculis ſanc
mè (quemadmodum iſti viuũt flagitioſiſſimè) tamen *nõ
turũ vitam æternam, ſed etiam Dei manere ſuper eum*, iſti P
vno ore prædicant, extra quã etiamſi mortem Chriſti no
perpeſſi fuerint, *ardeant licet flãmis, & ignib. traditi vel
obiecti animas ſuas ponãt, eam fore illis non coronam fidei, ſe
fidiæ pœnam, non religioſæ virtutis exitum glorioſum, ſed deſ
tionis interitũ*, iſtorum Patrũ concors eſt ſententia. Quęre
fiducia ad Chriſti tribunal putant ſe cõparituros cum iſti
trib. tanquam Chriſtianos, quos iſti Patres propter vnũ ſ
matis & Eccleſiæ derelictæ crimen iam olim à ſua cõmuni
repulerunt, & Chriſtiano nomine cenſuerunt indigniſſi
quos non *aliter eſſe Chriſtianos quam Diabolus eſt Chriſtu*
dicarunt: quos *alienos* eſſe, *prophanos* eſſe, eſſe *hoſtes, gẽtile
tichriſtos* ſæpiſſimè ſtatuerunt, quos ponderoſiſſimo iud
Chriſtus ipſe ante omnes Patres, Ethnicos eſſe & Paganos
finiuit. Breuiter quære ad illius iudicij tribunal, vbi tota i
candi ratio ex factis, ex operibus, ex charitatis officijs pen
vbi propter opera bona benè agentibus æterna vita redd
quemadmodũ propter opera mala impij in æternam dam
tionẽ amandantur, qua conſcientia vel qua audacia iſti ſe
ſunt ſiſtere, qui illam iudicij formã, licet à Chriſto ipſo ei
Apoſtolis manifeſtè pręſcriptam, iam tamen diu tanquã le
lem, tanquam Moſaicam, ſuo nouo Euangelio planè imp
bilem atq; iniuſtam reprobarunt, qui ſola fide iudicium i
omne tranſigi debere ſtatuunt, qui illam omnẽ iuſtificand
ſaluandi viã eſſe literis ſacris ſuo more expoſitis contrariã,
Deo Chriſtoq; indignam, multis voluminibus contender
Quære deniq; quo modo vel cogitare poſſunt de aliquo
iudicio ſibi cũ antiquæ Eccleſiæ Chriſtianis & Paſtorib. co

Auguſt. Epiſt. 152. & Tom. 7. cõtra Epiſto. Parmeniani. li. 2. c. 3. Cypr. de vnitate Eccl. n. 8.

Cypri. vbi ſupra. n. 8. 4. Matth. 18 Rom. 2. 1. Cor. 3. 2. Cor. 5. 2. Tim. 4. Apoca. 20. Matth. 25.

comm

communi, qui iuxta primitiuæ olim Eccleſiæ fidem iudicium Dei omnes penitus ſuſtinerent. Nullum n. Dei iudicium aliquando quam ſuſpicati ſunt, niſi vbi homines ex libero arbitrio cū gratia Dei libere bonorum operum merita producebant, propter quæ vitam æternam, quemadmodum & mali ex libero arbitrio peccantes propter peccata mortem æternam competentia iudicis hos & illos ex operibus diſtinguentis, conſecuturi. Quod ſi liberum hominis arbitrium negaueris & nulla eſſe opera vere bona, ſed omnia eſſe peccata, omnia coram Deo *pollutiones et probra*, hoc eſt, pœna nō pignori digna ſtatueris, pōt fortaſſe Deus ex omnipotentia, ex miſericordia, & largitate & munificētia hominib. etiam non ſi coronā in cælis donare: ſed quæ eſt *iudicij* ex iuſtitia, *iuſtus iudex coronā iuſtitiæ*, qualē Apoſtolus Paulus Chriſtianis fidelib. vendicat, non pōt *reddere*. Vnde frequenter antiqui illi Patres: *Si non eſt Dei gratia, quomodo ſaluat mundum? Si non eſt liberū arbitrium, quomodo iudicat mundum?* Et, *Deus vult oēs homines ſaluos fieri, non ſic tamen vt eis adimat liberum arbitriū, quo vel bene vel male vtētes iuſtiſſimè iudicentur. Quomodo n. vnicuiq; ſecundum opera ſua redderetur in die iudicij, niſi liberū eſſet arbitrium?* Eadem q; iuſtitiæ neceſſitas requirit, vt aliqua opera ſint bona, non omnia peccata, ſic enim oēs promiſcue damnarentur: ſed idcirco *iudicium* eſt, quia tum *Chriſtus iuſtorū et iniquorum merita diſcerneret, & pro noſtrorum qualitate factorū verus iudex & iuſtus aut ſupplicia decernet, aut præmia*: vt cum Patrib. vbiq; docent ſcripturæ. Sed his & alijs huius generis quæſtionib. iſti boni fratres faciè opinor ſe expedient exemplo Patrū ſuorum, de quib. D. Hieronymus. *Contemplemur hæreticos, quomodo ſemel deſperantes veritati, gulæ ſe tradant & delitijs, veſcantur carnib. muſto fragrēt, vnguentis varijs delibuti quærant corporū pulchritudinē*, & (vt aliqua noſtris Euangelicis peculiaria adiungamus) rumpāt vota caſtitatis Deo facta, abijciant preces, irrideant ieiunia, negligant, imò dānent opera bona, auidè conſectentur voluptates corporis, amplexus & concubitus muliebres optimis operib. præferant, quod vnicum eſſe opus ſpirituale, & hoc vnicum omni carere peccato etiam veniali (cum in alijs omnib. actionibus peccetur mortaliter) magno zelo & vehementi alleueratione tradunt: Quorum omnium hæc eſt cauſa, *Semel enim futuram non ſperant, neq; credunt in reſurrectionem*: *quod cum ſermone non pandunt, oſtendunt.* Quanquā in noſtris paulo ſecus eſt. Nam non ſolum *oſtēdunt operib.* verum etiā *pandunt ſermone*, & in tales ſermones erumpunt ſæpenumerò. Sed quia tēpus illud ali-

2. Tim. 4.
Act. 17. 31.
Aug. epiſt. 46. D.
Spiritu & litera. ca. 33.
H[illegible]
dial. 3. [illegible]
libe. arbi.
ial. 2. ca. 1.
De natura & gratia ca. 65.
& meriſ.
Comment. in [illegible] lib. 2. in cap. 2. I[illegible] de de[illegible]
Ignatium. Epiſt. 6. ad Magneſ.
Irenæum libro 4. c. 71.
Baſil in Pſalm. 61.
Hieronym. Epiſt. 146. ad Dama. & 150. ad Hedibiam. q. 10 & contra. Iouinian. lib. 2 ca. 2.
Chryſoſt. in Gen. Homil. 22.
Hieron. 17. Hierem. cap. 23.

lud ali-

Hieronym. vbi ſupra *Matth.21.* *Matth.11.*

lud aliquando vẽturum eſt, & certò fiet reſurrectio, cer iudicium, ſiue iſti credant, ſiue nõ credant: quod Saluato ſter dixit de Publicanis & Meretricibus Iudæos præceſſ regno Deo, eo quod eo die tolerabilius foret *terra So rum* quam terræ Iudæorum, quæ oblatam Chriſti & E gelij eius gratiã obſtinatè recuſauerat: idem mihi prorſ detur de veſtris Euangelicis & noſtris Turcis eſſe exiſtima non modò propter hanc ipſam impietatẽ negatæ reſurre nis & iudicij, quàm Turcæ & Mahumetani credunt firn mè, ſed propter reliqua omnia quæ in hoc colloquio per tus eſt Michæas, Sunt quidem perinde omnns à Chriſti pore, quod eſt Eccleſia, ſegregati: ideoq; & omnes vna n ſententia nunquam cæleſte regnum ingrediendi. Sed ta propter ſchiſmatis grauitatẽ in Euangelicis quàm Turcis iorem, propter Chriſtianam & Catholicam fidem ob leui cauſas ab Euangelicis quàm à Mahumetanis proditam & relictam, propter voluptariam & beluinam vitam magis à uangelicis quàm Turcis auidè appetitam, propter ſtudiũ norum operum magis horum Euangeliſmo quã illorum corano extinctam, propter ſecuritatem peccandi infinitè gis ab Euangeliſmo nouo quam ab Alcorano indultam, pter ſectarũ horribilium contra Deum & omnia pietatis p cipia multiplicationem decuplo maiorem inter Euangel quàm inter Turcas, propter Chriſti fidem ſub Chriſti & E gelij nomine inſidioſius & peſtilentius ab Euangelicis quà Turcis oppugnatam, propter immanitatem in veros Chri nos fidei cauſa magis ab Euangelicis quàm à Turcis exerc propter abundantiam diuinæ gratiæ multò vberius & cop ſius reuocãdi in viam ſalutis, & antiquæ fidei Euangelicis jus ſæculi, quam Mahumetanis & Arabibus Mahumetis te pore oblatam, & tamen magis contumelioſè, ſuperbè, & quiter ſpretam atq; contemptam: propter has & alias rat nes plurimas, nemini Chriſtiano, fidem Chriſto & ſacris li ris habenti dubiũ eſſe poteſt, quin apud ſupremum Dei iu cium, vbi exactiſſima iuſtitiæ & æquitatis norma omnium tiones pendentur, Euangelicorum iſtorum quam Turcar vel Mahumetanorum, & in hac vita multo tetrior, ſcelera tior & deteſtabilior ſit Apoſtaſia: & in altera longè grauior, ſeuerior & terribilior futura ſit condemnatio.

F I N I S.

INDEX RERVM QVAE IN HIS QVATVOR LIBRIS CALVINO-TVRCISMI, SCITV DIGNIORA VIDENTVR.

A.

ABiſſini qui ſunt & vbi 382. 814
Academici qui appellantur, & eorum error 419. 888
Adam erexit Altare & ſacrificauit 89. 318
Adulteria rariora apud Turcas quam apud Chriſtianos 233
Ætatis aureæ fabula quid adumbrat 623
Alcorani 4 prærogatiua ſuper Euangeliſmum Lib 2 cap.10
In Alcorano tria de Baptiſmo reprehenduntur l.3 c.9
Alcorani cum Euangeliſmo conuenientia l.2.c.4.5.8.l.4.c.10
Alcoranus Euangeliſmo infinite præſtantior l.1.ca.1.l.2 c.1.2.6.7.l.3.c.18.l.4.c.8
Alcorani & Euangeliſmi principia 376
Alcorani cenſura de primatu regio Eccleſiaſtico 395
Alcoranus & Euangeliſmus religionis nomen nó poſſunt obtinere l.4. c.20
Alcorani ſumma de Deo, Chriſto, precibus l.2.c.3.4
De Alcorano vertendo in aliam linguam l.2.c.4.l.4.c.7
Altemburgenſe colloquium 20
Amici amicorum vitia celant 5
Alcorani vitiorum capita quinque l.4.c.1.2
Alcoranum Arabice primo ſcriptum dicitur l.4.c.7
Angliæ commoda recenſentur 849
Anglica religione Turcica probatur eſſe præſtantior. l.2.c.7
Anglorum hæreticorum æſtimatio apud alios hæreticos 31. 73. 181. 337
Illorum crudelitas maior quam Turcica & damnatur ab alijs hæreticis l.1.c.4.l.4.c.15.19
Illorum ritus ſtandi in cœna vnde eſt l.2.c.13
Illius Eccleſiæ forma ineptiſſima l.3.c.11
Angliæ Miniſtri octogenarij iuuenculis copulantur. 264
Anglorum communio qualis 97
Eorum in ſcripturis rithmicè vertendis mos l.2.c.14
Eorum miniſterium imperfectius Turcico l.2.c.15.16
De fœmineo eorum miniſterio Eccleſiaſtico l.2.c.16

Illorum Sacerdotes ſunt adulteri per leges regni l.
Illi per leges Regni tenentur credere ad voluntatem Re
l.4.c 7
Illorum clerus eſt miſerior Turcico
Illorum de Baptiſmo contradictio l.
Angli auitæ fidei ſunt tenaciores alijs
Eorum intentio de Trinitate
Anglo Caluiniſtarum cum Mahumetanis fœdera l.4
Anglia atheiſmo redundat
Angeli variarum gentium patroni
Animæ immortalitas demonſtratur 402
Angelicæ Salutationis recitatio laudatur
Apologiæ Anglicanæ author mendax
Apoſtolorum Epiſtolas hæretici carpunt,& quare l.
Aquæ aſperſio nititur authoritate diuina 219.&
Archimedis columba
Arrij argumenta ſoluuntur l.3.
Arrianiſmo Caluiniani conueniunt l.
Auguſtana Confeſſio fundamentum Lutheranorum

B.

Baptiſmus quibus conſtat
De Baptiſmo fides primæ Eccleſiæ, & errores hæret
rum l 2.c
De Baptiſmi eſſentia conueniunt Turcæ & Zuingliani,ne
ſitatem eius negant ambo l.2
Baptiſmus Æthiopum 382. Turcarum 218. Ioannis
In Baptiſmo omnia vouentur de Chriſto
Baptiſmus eſt infantibus neceſſarius & in præcepto
Bernardus dicitur hæreticis gratus,quare
Beringarius ſæpè damnatus
Beneficiorum nundinationes
Beza qualis Theologus 671. Eius perfidia
Bezæ opiniones & argumenta qualia l.3.
Ille ſeipſum anteponit Eccleſiæ primitiuæ l.3.
Bibliandri mendacium & error 146
Brentius de Zuinglianis
Britannorum antiquorum inceſtus 7

C.

Cadeleſqueri apud Turcas quales
Cadmæi fratres
De cœna Paſchali l.2.
Cæremoniæ ad cultum Dei requiruntur 219 &
Cali

Caliphæ Pontifices, eorum poteſtas, & cædes l. 1 c. 2
Caluinianus panis 244. Caluini libido 274
Caluini ſuperbia & mors horrida l. 3. c. 22. 23
In eum inuehunt hæretici alij l. 3. c. 14 & 23
Quam nefarius ſit impoſtor in ſcripturis peruertendis l. 4. cap. 17 18
Illius ſententia de libertinis & Euangelicis ſuis 519
Illius apologia pro ſua inconſtantia 482
Illius impia cenſura de verbis ſcripturæ & precibus Eccleſiæ 437. & 519 & 891
Ille verbis negat, re autem docet Chriſtum peccaſſe 579
Illi potius credendum quando hæreticè, quam quando Catholicè loquitur de Trinitate l. 3 c. 7
Illius libri vocantur labyrinthi & contradictionum farragines 718
Illius reſponſum de Imagine ſui 368
Caluiniſtę ſuos calide ad Mahumetiſmum, Iudaiſmum, Anabaptiſmum, Arrianiſmum ſeducunt l. 1 c. 19 l. 3. c. 3
Caluiniſtæ Chriſtum eſſe merum hominem, alij tectè, alij apertè docent l. 3. c. 19
Illi probantur eſſe hæretici & deteſtabiliores Turcis l. 4. c 16
Caluini blaſphemia de Chriſto 45. & 91. & 569 599 600
Caluiniſtarum Sathaniſmus l. 3 c. 23
Caluiniſmi dogmata pugnant naturæ & diuini cultus principijs l. 4. c. 20
Caluini doctrina de ſalute infidelium l. 4. c. 17
Caluiniſmus & Mahumetiſmus conueniunt in initijs, medijs & fine l. 4. c. 22
Caluiniſtæ ex ſua Theologia non poſſunt reſpondere Mahumetanis l. 4. c. 18
S. Catharina honoratur à Mahumetanis 350
Caluiniſmi & Mahumetiſmi authorum proprietates quinq; l. 4. c. 22
Caſtalionis deſcriptio 650
De caſtitate 87 271. & 278
Catechumeni quomodo tractantur à Turcis 351
Catholicæ veritatis triplex neceſſitas l. 4 c. 18
Chriſtus cur ita propriè appellatur l. 3. c. 14
Chriſti mortem negantes recenſentur l. 2. c. 8. 9. l. 3. c. 9
Chriſti Paſſionis effectus interni & externi l. 3. c. 15. 16
Chriſti incarnationis cauſa l. 3. c. 11

Chriſti honorem aliquando directè extinuant, aliquand[o]
ſre extollunt hæretici l.3
Chriſtum nihil commiſiſſe affine reprehenſioni probatur
cap. 21
Chriſti Natiuitas adumbratur in fabulis
De Chriſti meritis l.3. c. 1
Chriſtianorum diſtinctionis à Turcis capita præcipua l.
Eorum omnia genera demonſtrantur l.
Eorum ſtatus ante & poſt Euangeliſmum l.3.
De blaſphemijs contra Chriſtum vide l.3
De Circunciſione
Ciuium Beata Vita
Cleri Turcici prærogatiua l. 2.
Communionis liber comparatur cum Alcorano
Conſilium ex proteſtantibus non poteſt cogi, quare l.
Conſilium primum Nicenum l.3 c.3.
Colubri natura
Conſiliarij grati patri, odioſi filio
Conſtupratio inſignis
Continentia Lutheranis putatur impoſſibilis
De concupiſcentia
Capronij blaſphemia contra B. Virginem
Couerdallus & Balleus quare recuſant Epiſcopatum
Cultus externus quibus rebus conſtat l.1
Cromuellus egregiè deſcribitur

D.

DE Deo quod non eſt author mali explicatio 76. &
cap. 17
De Impijs aſſertionibus contra Deum l.3.c.5.8.17.
Deum eſſe vbique non pugnat cum peregrinatione
In Dei cultu quæ attenduntur 807.&
Diuina eſſentia maximè vna & quare
Dei proprium & eſſentiale eſt eſſe
Deum colere eſt à natura, modus non
Dies Dominicus & Veneris 131.
Deuotio Chriſtianorum
Diabolus neceſſitatem peccati non poteſt afferre
Diſputandi libido popularis de fide improbatur & quare
& 40
Diſputandi regulæ tres ponuntur l.1
Dolore homo fit miſerior, non deterior

De diuortio errores Euangelicorum l.2.c.10
Donatiſtarum doctrina 196

E.

Eccleſiæ authoritas l.4.c.9
Eccleſia cuſtos veritatis & Magiſtra. 818
Eccleſiæ deſcriptio ab hæreticis 534.535
De Eccleſiæ ſupremo capite [illegible]
Eccleſiæ inueniendæ medium & eius decem notæ l.4.c.9
Eccleſia vera probabilius inuenitur apud Turcas quam apud Euangelicos l.1.c.9
Eccleſiæ forma apud Turcas & Anglos l.3.c.10.20
De Eccleſiæ exilio & ruina inſulſus error confutatur l.1.c.10
Eleemoſyna quanti eſt apud Turcas 287
Elias qualis, cur miſſus, eius ieiunium & fuga 350.407
Epiſcoporum Anglorum mores 246.524.542.& 543.& ſeq.
Eraſmus olim Euangelicus 532.545
Epicurus ſimulat ſe ſacrificare 89
Eſaiæ Prophetæ ſepulchrum 813
Ethnici imitantur veritatem l.3.c.2
Ethnicorum ritus erga mortuos 162
Eunomij doctrina 194
Euangelium Chriſti omnes profligat hæreſes 38
Euangelij vis & vita eſt in ſenſu l.2.c.1
Ex Euangeliſmo nulla eſt Euangelicis certæ veritatis regula l.2.c.1
Euangelium nouum ſemen Alcorani continet l.1.c.2.3.4
Euangeliſmus & Alcoranus conueniunt quoad multa l.2.c.4
Euangelicorum propenſio ad Turciſmum probatur, & defectionis cauſa oſtenditur l.1.c.2
Euangelici fœdiores Turcis quoad multa l.2.c.4.& 11
Euangeliſmus & Alcoranus ex veteribus hæreſibus conflari probatur l.2.c.5.6
Euangeliſmus eſſe hæreſim concluditur l.2.c.7
Euangelici magis indulgent rei venereæ quam Turcæ l.2.c.10
Eorum doctrina de Baptiſmo viam ſtruit ad Chriſti mortem negandam l.2.c.8.6
Eorum doctrinæ de neceſſitate veneris incommoda l.2.c.11
Inter Euangelicos diuortia crebriora quã inter Turcas l.2.c.10
Euangelici in rithmis longè magis licentioſi quam Turcæ l.2. cap.14
Euangeliſmi labes non redundat ad Eccleſiam Chriſti. l.3. cap.20

Cum Euangeliſmo vna intrauit in Angliam fauor erga Turciſmum l.4.c.21
Eius primarij arrogantes l.3.c.9
Euangelicorum genus ſcopus & praxis l.3.c.6
Eorum ſophiſmata & diſtinctiones ineptæ l.3.c.13
Eorum fidei Symbolum l.4.c.9
Eorum pſicomachia 823
Eorum libertas adumbratur in Tantalo 822
Euangeliſmi genius ad quid ſe accommodat 910
Euangeliſmi columnæ 399
Euangelici ſuo iudicio probantur eſſe Athæi 445
Erroris eorum cauſa 508. Et confuſionis 78
Illi nihil credunt niſi ratione fulciatur 528
Illi ſunt ſpecie Euangelici, re autem Turcæ 381.507
Eorum libido 292. Et fidei fructus 855
Eorum fundamenta & principia 526.586
Illi vbique Arrianizant 498
Eorum diſſidium in reali præſentia & iuſtificatione 469
Eorum doctrina ſeditioſa & proditoria 390
Euangeliſmus eſt diſſidiorum chaos 413
Eorum Eccleſiam eſſe aliam à veteri demonſtratur 936
Euangelici ſuam Eccleſiam definire neſciunt 873
Eorum error atrocior eſt errore Turcarum l.4.c.12.13
Eorum vocatio an ſit ordinaria l.4 c.12.13
An illi ædificauerunt nouam Eccleſiam l.4.c.12.13
Eorum religio eſt negatiua & priuatiua 875
Eorum controuerſiæ præcipuæ 752
Per eorum doctrinam licet ad Turciſmum tranſire 39
Illi non habent rationem ſopiendi lites 538
Illi comparantur Iouiniano, Cadmæi fratribus & alijs 192 & 540
Eorum duo generalia capita contra fidem l.1.c.10
De eorum atheiſmo vide l.3.c.17
Eorum fides comparatur cum gentium idololatrijs l.3.c.18
Illi ſunt Tritheitæ 454
Euangeliſmus innititur hæreſibus VVicleſi. 180
De Euchariſtia ſententia Lutheri 463

F.

FAmiliari & eorum articuli 510 524
Fœmininus ſexus lege Moyſis frenatur 260
Fœminæ in Anglia de facto nō obeunt munus Sacerdotale, at de Iure poſſunt ſecundum principia Euangelicorū 329

Fœminas à rebus politicis expellunt multæ Reſpublicæ 328
Frugalitas Turcarum in victu 242
Fides non eſt niſi quæ refertur ad Deum 657
Fidem habere non poteſt qui non credit Eccleſiæ 115
Fidei deſcriptio Caluiniana 536
Fides Catholica de Chriſto 409 vſque ad 433.
Fides erga Deum, & ratio conuerſandi cum hominibus illuſtratur exemplis 771
Fidei diſſimulationem hæretici approbant 608
A fide deficientes plectuntur morte iure diuino 31
Ad fidei puritatem adducere eſt maximum beneficium 4
Fides nititur reuelatione diuina, & paulatim creuit 378
De fidei fundamentis diſtinctio inanis 182
De fide & operibus error Lutheri l.2.c.10
Fidei ſolitariæ doctrina confutatur l.3.c.12.l.4.c.3.8
Fidei Chriſtianæ articulus præcipuus l.2.c.1
Fidei ſolitariæ doctrina repugnat legi naturæ, & omnium nationum iudicijs 771
Fidei ſolitariæ & prædeſtinationis opinio quanta mala operatur 546

G.

Gallia Antartica l.3.c.5
Galliæ Rex per leges debet eſſe Catholicus 872
Genu flectio in vſu apud Turcas 365.366
Georgiani quare ſic dicti 200
Germanorum rebellio 280
De Gregorio magno figmentum hæreticum 27.36
Gigantomachiæ fabulæ interpretatio 662

H.

Habraimi Baſſæ opes & mors 559
Hebræa lingua qua lex ſcribebatur 824
Heluetiorum deſcriptio 538
Hibernorum prouidentia 510
Hiſpanus in partes conciſus à Turcis quia templum intrauit 349
Henrici Octaui contumelia in D. Thomam & rabies in monaſteria 42.510.548
Hæretici tandem à ſuis probantur eſſe ignari l.3.c.19
Hæreſiarchæ ſe mutuo execrantur l.3.c.20
Hæreſium & ſectarum ſeges l.4.c.7
Hæretici quando admittunt patres, quando non 50.127
Hæretica diſtinctio de doctrina neceſſaria 183.765

 Hære-

Hæreticis non conſtat, quæ ſit ſcriptura, qui libri Catholici, qui patres, aut quæ conſilia ſunt admittenda, nec à quæ-tate ſit inchoandum l. 1. c. 3
Hæreticorum regulæ ridiculæ 307. Et Synodi
Ab hæreticis cædes excitatæ 499. & 500
Hæreticorum proprietates notiores 521. 50. 54. 67. & ſeqq.
Illi præferunt Turciſmum religioni Romanæ 2
Prætendunt puritatem Eccleſiæ primitiuæ 4
Apertiſſima negant 40. & 41
Fruſtra ad conſilia veniunt, & quare 22
Optima quæque ſuæ religioni tribuunt 73
Non verſantur in ſublimi Theologia 143
Præpotentes habuerunt propugnatores 58
Proprijs principijs vtuntur peruerſè 145
Naturam corrumpunt 53
Crapulæ & ventri ſtudent 244
Senes cogunt nubere & vitæ Beatæ partem ponunt in re vxoria 248
Eorum argumentandi & concionandi genus irridetur 164
Fatentur ſe intempeſtiuè doctrinam ſuam introduxiſſe 37
Eorum varietas eſt cauſa defectionis 17
Diſſentiunt in ſuis fundamentis 186
Hæretici ſponte conuolant ad Mahumetem 7. 8
Communicant ſedentes, vel ambulantes 365
Principia Philoſophiæ & Theologiæ ſubuertunt 500
Eorum argumenta negatiua confutantur 835
Hæreticorum Galliæ rationes quibus ſuadebant Condeum à Turca opem petere 10

I.

S. Iacobus Apoſtolus reprehenditur ab hæreticis 311
S. Iacobi Scoti perfidia 172
Ieſuitæ 11
Ignatij opera 133
Idolum quid eſt 372
Iehoua quid ſignificat 479
Ieiunium ſuſtulit Lutherus in gratiam Veneris l. 2. c. 12
Ieiunium Quadrageſimale ab Apoſtolis manaſſe fatētur proteſtantes l. 2. c. 12
Hoc à Turcis obſeruatur religioſius quam ab Euangelicis l. 2. cap. 12 350
Ieiunium Moyſis 350
De imaginum vſu Anglorum peruerſitas l. 2. c. 18

Imago

Imago Chriſti fracta Antuerpię, at latronis mali Imago manſit illæſa 370
Imagines quare deleuit Iſauricus ibidem
Imago Sathanæ apud Orientes 603
Iudæus non fit Turca niſi Christum fateatur eſſe Meſſiam. L. 4.c.10.
Iudæorum ſanctimonia in ſacrificijs 8
Iulii mores 41
Iupiter ſe transformauit & quare 252
Iſaac figura Chriſti 208
Iudæi Turcis odioſi 246
Intelligendi & interpretandi inquiritur regula l.4.c.7.
Iuſtitiæ exemplum 550
Iudex vinum bibens infamis Turcis 246
De Iuſtificatione per opera l.2.c.4.
De Inuocatione Sanctorum l.2.c.4.& 50

K.

KNox Scotus concubuit cum Nouerca ſua 245

L.

LAmech poligamiam induxit 262.384
Laſciuiæ origo Romanis 241
Liturgia Anglicana qualis l.2.c.18
Liturgia Mozarabum 100
Lex ſex articulorum in Anglia 903
Leges bonæ ſeruantur peſſimè 553
Legis & Euangelij diſtinctio l.3.c.16
Leges Angliæ & Turciæ comparantur l.1.c.4
Ex legis effectis bonitas legis examinatur l.3.c 12
Licere nihil melius quam omnia licere 823
Lumen naturæ à diuino deriuatur 771
Lutherus multum profuit Turcis l.2.c.12
Lutherani & Zuingliani ſe dicunt eſſe fratres 142
Lutherani ſunt veri Proteſtantes l.2.c 12
Lutheri conuitia contra Henricum Octauum 42
Lutheri iactantia 462.545 597
Lutheri imago.612. & benedictio 399
Lutherus contra Zuinglium.462. Contra Caluiniſtam 649

M.

MAhumetes aptiore loco, & tempore venit quam Lutherus l.1.c.4
Mahumetes quæ loca occupauit 36
Mahumetis ſepulchrum.157. Vxores, & Concubinæ 230

Mahumetes fecit Deum libidinis authorem 25[illegible]
Mahumetes ſe commendat Chriſto 534
Mahumetiſmus, Arrianiſmus, Caluiniſmus tres caligæ vnius panni 1[illegible]
Mahumetiſmi concluſio 37[illegible]
Mahumetiſmo quomodo paratur via 7[illegible]
Mahumetanæ ſucceſſionis narratio 68[illegible]
Mahumetanorum de Chriſto & B. Virgine fides 56[illegible]
Mahumetanorum origo, finis, vnitas, pœnitentia, fides, religio, mores l.1.c.1.2.3.4.5.l.2 c.[illegible]
Magiſtri authoritas ſufficiens ratio l.2 c 1[illegible]
Magiſtratus ciuilis Turcicus non interponit ſe rebus Eccleſiaſticis 3[illegible]
Matrimonium Sacerdotum l.2.c [illegible]
De Matrimonio apud Turcas 24[illegible]
Maritorum pluralitas inaudita Turcis 2[illegible]
Machabæorum libris quare credendum eſt 8[illegible]
Maurorum contritio de peccatis
De Melanchthone l.3.c.[illegible]
Malecedarius Sultanus occiſus à filio ſuo 8[illegible]
Mineruæ fabula quid adumbrat 8[illegible]
Miniſterij Eccleſiæ Anglicanæ deſcriptio l.2.c.15
Miniſtrorum Scotiæ rebellio. 164. Vſura 3[illegible]
Miniſtri iniuſtè detinent commoda Sacerdotum [illegible]
Miniſtrorum ignorantia, furta, miſeriæ 3[illegible]
Miracula vbi, & quare neceſſaria l.4.c.12.
Miracula an fecerunt Neoterici & quæ l.4.c.12
Miracula Sanctorum contemnunt hæretici l.4.c
Miralmumenes rectè credentium Princeps 6[illegible]
Miſſale Anglorum [illegible]
De Monogamia vide [illegible]
Moyſes cur miſſus à Deo. pag. 5. eius fons [illegible]
Illius aſcenſus in montem [illegible]
Moſqueæ Feſſenſis deſcriptio [illegible]
Mozarabes qui ſunt [illegible]
Mophtij poteſtas & honor [illegible]
Mulierum Turcicarum mores 233.265.2[illegible]
Mundi fundamenta tria [illegible]
Muſculus de Euangelicis [illegible]

N.

Naam anis hiſtoria 7[illegible]
Nahum Prophetæ ſepulchrum [illegible]

Nouati doctrina 195
De nuptijs errores hæreticorum 177

O.

OEcolampadij Epitaphium 618
Oraculorum duo genera 766
De oratione pro mortuis l.2.c 4.l.4.c.8
Orationis definitio 363
De oratione apud Turcas 354.365
Orationis forma reijcitur 361
Orthodoxi & rectè ſentientes 211
Orare pro defunctis,& ad defunctos ſunt cognata 841
Orant Turcæ quinquies in die 156
Orabant verſus orientem Chriſtiani primi 301
Oratorium vbi Abraham natus eſt 813
Ochini hiſtoria 14 514
De operibus bonis, & quare eis ſtudent Turcæ 845
Ottomannorum abſoluta Monarchia 757
De Ozia percuſſa lepra 389

P.

POena & pręmium vincula ciuitatum 29
A Paganis & Turcis vſurpatũ, an ſit ideo reijcẽdũ.l.4.c.2
Pagani vnde hauſerunt vitam & mores 773
Paſcha celebratur à Turcis 156 294
B.Paulo hæretici ſunt infeſti 125
Papatus inuictus dicitur malleus à Luthero 279
In Papam odium vna eſt cauſa erroris Proteſtantium l.3.c.1
Paruuli ſine baptiſmo mortui damnantur 108
Paphnutius in Concilio Nicæno 417
Pars quomodo nihil differre dicitur à toto 809
Patres infeſti Euangelicis & Turcis 106
Patres allegantur aliquando ab hæreticis Anglis 47
Patres quomodo admittuntur ab hæreticis 92.126
Peccati definitio 579
Peccati effector Deus non eſt 651
De peccato errores l.3.c.13
Pelagianorum doctrina 196
Pepuſianorum doctrina 194
Peregrinatio Anglorum. Pag.3.Turcarum 156.1.2
Contra peregrinationem errores confutantur l.1.c.3.l.4.c.4.5
Perſonæ deſcriptio 435
Perſonæ tres in diuinis vnus Deus quomodo l.3.c.6
De perſonis in diuinis errores impij l.3.c.4

Philoſo-

Philoſophi vnde colligunt vnum Deum 446
Polygamia vnde eſt 384
Polygamia ex ſolis ſcripturis non poteſt refelli 382
Polygamia probatur à Patriarchis. l. 2. c. 10. à Turcis & hæreticis. l. 2. c. 10. & 11
Polygamia refellitur l. 2. c. 19
Primatus Regius in Eccleſia refutatur. l. 1. c. 12. l. 2. c. 16. 17. 19. l. 4. c. 10. 11. 17.
Primatus Eccleſiaſticus Turcarum eſt in Põtifice ſolo l. 2. c. 16
Principes ſuas priuatas rationes habent 533
Priuatorum curioſitas improbatur l. 4. c. 1
In Principes debacchari non licet 170. 755
Principum facta non ſunt exactè iudicanda 561
Prete-Iannes. 91. 99. De prædeſtinatione 752
Proteſtantes qui ſunt, & vnde ſic dicti 148
Proteſtantibus errandi cauſæ l. 3. c. 1
Proteſtantes deteſtantur Zuinglianos pluſquã Turcas. l. 2. c. 2
Proteſtantes omni legitima vocatione carent l. 4. c. 15
Eos eſſe corruptores ſcripturarum probatur l. 2. c. 19. l. 4. c. 17. 18
Eorum fidei incertitudinis cauſa l. 3. c. 9
Eorum de vocationibus contraductoria doctrina l. 4. c. 18
Eorum fide Turcica fides eſt melior l. 3. c. 2
Illi Deum mutant in diabolum l. 2. c. 17
Illorum fides comparatur cum idololatris l. 3. c. 18
Illorum doctrina de concilio generali l. 1. c. 3
Illorum Eccleſia nulla ante VVicleſum 861
Illos Turca reijcit vt ſeditioſos 10
Eos vix habere vllam Eccleſiæ veræ notam probatur. l. 1. c. 2. 3. l. 4. c. 9.
Promethei hiſtoria quid adumbrat 771
Prophetarum ſepulchra viſitantur 814
Puritani Angli quales 402. 521

Q.

QVadrageſimale ieiunium l. 2. c. 12
Zias inſtitutio. 285. Antiquitas. 282. Æſtimatio 286

R.

REligionis veræ proprium l. 1. c. 17
Religio Anglicana vix habet veræ religionis veſtigium l. 2. c. 18.
Religionis vnitas apud Turcas 25
Religionis Turcicæ ſumma l. 2. c. 3
Religio imperfecta melior eſt nulla 122

In reli-

In religione fundanda mores Turcarum & Anglorum 361
Religioni conſulendum cum iactura liberorum 560
Religio Turcica præſtantior Anglicana 80
Religionis Euangelicorum in Anglia origo 346
Recta ratio quid eſt 772
Redemptionis munus & officium l.3.c.14
Redemptoris nomen explicatur 593
Redemptionis efficacia in quo fundatur 597
De Reipub. forma probanda l.4.c.1
De reip. ſtatu tractare periculum priuatis 755
Reſurrectio corporis probat immortalitatem animæ 804
Rithmo ſcripturas ædere vnde eſt 323
Richerus defendit ſtuprum 275
Richeri Euangelij initium 522
Religionis mutatio in Anglia frequens 340
Rubi ardentis ſacellum 350
Rhodenſis militiæ inſtitutio & extirpatio l.4.c.21
Rupes ad quam Moyſes confregit tabulas. 349

S.

SAbbatum ſanctificandum 131
Sacrificia & vota ſunt diuini cultus lege naturæ l.1.c.7
Sacrificium & vota reijciuntur ab hæreticis l.1.c.8
Sacrificio nulla vnquam natio caruit 97
Sacrificij diuiſio apud Turcas 158
Sacrificant Indi proprium ſanguinem 90
In ſacrificio quid conſiderandum 591.& 592
De Sacerdotio Euangelicorum l.2.c.15.17
Sacerdotes Angli cum Turcicis comparantur 314.354
Sacerdotes Turcici quibus artificijs incumbunt & quãdo 323
Illi ſunt immunes ab omnibus exactionibus 355
Sacerdotum coniugia vbique damnantur l.2.c.17
Sacerdotum ſplendor redundat ad religionis gloriam 355
Sacerdos debet eſſe ab omni labe immunis 589
Sacerdos Turcicus vinum bibens eſt infamis 246
Sadducæi 132.841.& 842
Sacellum vbi arca Noë requieuit 814
Sacramenti definitio apud Caluinum 221
Sacramenta Iudæorum 298
De Sanctorum inuocatione. l.2.c.4.l.4.c.2.4.5.6
Sancti ſunt interceſſores,non Dij 805
Sanctæ Sophiæ Eccleſia 317
Salomonem quare damnat ſcriptura 236
Sancti-

Sanctimonia Iudæorum 84
Scripturas veras Proteſtantes neſciunt l.1.c.6
Scripturarum verſio in linguam vulgarē inutilis, quare l.4.c.7
De ſcripturarum vero ſenſu regulam non habent hæretici. l. 4.c.7.
Scripturarum verſio in vulgarem linguam quando eſt probanda 851
Scripturæ multis libris carent hæretici. l.4.c.8
Scripturarum libri ab hæreticis reiecti l.2.c.3
De ſcripturis cenſura hæreticorum generalis l.1.c.6
Sectarij omnes ſuam ſectam præferunt alij 53
Senſus Apoſtoli de ſacrificio 93
Sectarum multitudo nocet Euangelicis l.1.c.2.3.4
Sacrilegij crimen & pœna 767
Sepulchrum Mahumetis 157
Sepulchra Prophetarum venerantur à Turcis & Paganis 814
Sepulchrum ſanctum viſitatur 90
Seruitus pœnæ & peccati deſcribitur l.3.c.16
Seruitus legis eſt ſeruitutis pœnæ appendix 89
Synodi authoritas apud Mahumetanos 29
Synai montis deſcriptio 349
Solymanni laus p.12.331.crudelitas 555
Sipitus piuatus 62
Simbolum Proteſtantium exponitur 881
Sol omnium rerum ſeminator & ſator 783
De Spiritu ſancto quomodo loquuntur Miniſtri l.3.c.18
Superſtitio inſulſa duorum Turcarum 2

T.

TAprobanenſes qui ſunt 95
Tantali hiſtoria quis adumbrat 822
Templi in Arabia deſcriptio 350
Templa quare conſtructa 813
Thus in cultu diuino 365
Theologia generalis 71
Theologiæ naturalis principia vtilia ad quid l.1.c.7
Traditio ſubuertit hæreſes 131
Trinitatem explodi petijt Legatus Euangelicus l.3.c.8
Tranſyluanorum hæreſis & inconſtantia 512
Ad Trinitatem negandam via l.1.c.5
Trinitatis & incarnationis explicatio l.3.c.19
Trinitatis myſterium ineffabile 418
Trinitas ex ſolis ſcripturis probari non poteſt l.3.c.3

Trinitatis

Trinitatis myſterium qualiter à Patribus tractatur 455
Trinitatis veſtigia in creaturis 410
De Tritheiſmo 502
Turcarum Rex rectè credentium Princeps dicitur 906
Turcæ non tenentur præſtare, in lege ſua non ſcripta 358
Turcæ omnia ad libidinem referunt l.2.c.10
Turcicæ doctrinæ ſumma l.2.c.3
Turciſmus prohibet luxuriæ inſtrumenta magis quam Euangeliſmus 229
Turcarum & Proteſtantium mos, & ingenium in ſcripturis tractandis l.2.c.14
Turcarum ædificationes præſeferunt maiorem fidem & charitatem, quam eſt in Euangelicis l.4.c.8
Turcarum Cæſarum ſcelera l.3 c.12
Turcæ circunciduntur & baptizantur 218
Turcarum Imperator caput Eccleſiæ Chriſtianorum eſſe probatur 899.909
Turcæ quot habent vxores 263
In Turciſmo maior eſt certitudo ſalutis, quam in Euangeliſmo l.4 c.9.11
Turcæ inuocant ſanctos 799
Turca concedit exercitium religionis Catholicis non Proteſtantibus 11
Turcarum mores in ornandis templis 158. in celibatu 358
Turcæ propriè vocantur Mahumetani 211
Turcarum magnificentia, fides, & mores l.4.c 8.9
Turcarum doctrina de bonis operibus 562
Eorum diſciplina militaris 551
Turcarum liberalitas in ſponte circunciſos 374
Turcarum Imperator fit religioſus 88
Turcæ rarius adulterantur quam Chriſtiani 238
Turcæ iuſtitiam celeriter miniſtrant 551
Turcæ quare minus errauerunt & minus grauiter damnabuntur quam Euangelici l.4 c.12.13.14.15.16

V.

VAlentini gentilis hiſtoria 413 447.& 481
Vbiquetarij qui ſunt 65
VValdenſium doctrina 178.& 179
Veritatis ſemina quæ Deus impreſſit omnibus l.4 c.3
Veritatis indagandæ cauſa.73 Media tria 899 & 898
Virtus obtrectationibus obnoxia 38

Violentia

Violentia probat Mahumetem non fuiſſe verum Prophetam. l.4.c.15
VViclefi doctrina quoties damnata 180
De vocationibus Proteſtantium l.4.c.18
Vocationis ordinariæ neceſſitas l.4.c.15
Vnitatum comparationis cum vnitate diuina 456
Vnum Deum Poëtæ celebriores celebrant carmine 444.445
Vota omnia libera 88
Voti, fidei, ſacrificij, & caſtitatis antiquitas 87
Vocatio Neotericorũ confirmari debet miraculis. l.4.c.12.13
Vocatio ordinaria aut extraordinaria quare neceſſaria 933
Vota in lege naturæ, in lege veteri, & inter ethnicos 86
Vota & ſacrificia ex moribus nationum omnium probantur. l.1.c.8.9
Vxores quot habent Rex feſſæ, Turca magnus, & Mahumetes 252.& 231.& 232.267

X.

XEnodochia Turcarum magnifica, in quem finem 845

Z.

ZAnchius contra Trinitarios quomodo ſe gerit 515
De Zuinglio vide 381.470.& ſeqq.

FINIS INDICIS.

Hos quatuor Caluino-Turciſmi Libros, qui dilucidã vtriuſque perfidiæ continent demonſtrationem, ad hæreſes huius temporis, & maxime Caluinianam, & ad omnem conuincendam perfidiam, ad ſtabiliendam quoq; fidem orthodoxam, Catholicam, Romanam, quæ vna, ſola, & ſalutaris eſt fides, plurimum poſſe conferre, & ſummo cum fructu proinde in lucem edi poſſe cenſeo.

Henricus Cuyckius D. Petri Louanij Decanus & Pontificius ac Regius Libr. Cenſ.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Et ego infraſcriptus hoc Opere perlecto idem cenſeo.

Thomas Stapletonus S.T.Doct. & in Academia Louanienſi Profeſſor Regius.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

9-3-3

Digitized by Google



Digitized by Google